IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1969

ACTA
SANCTORUM
JULII
TOMUS PRIMUS.


Pedit ill. Scienti
Sanctorum. Lib. 10
In plenitudine Sanctorum detentio mea Eccl. 24
ACTA
SANCTORUM
MENSIS
IULIUS
ERUDITIO
VERITAS
ANTIQUA REDUCO
OBSCURA REVELO
P. Balthas
Bouttats, fcul

ACTA
SANCTORUM
JULII

Ex Latinis & Græcis, aliorumque gentium
Monumentis, ſervatâ primigeniâ veterum
Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus

ILLUSTRATA

A

CONRADO JANNINGO
JOANNE BAPT. SOLLERIO
JOANNE PINIO
E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS I

Sanctos primorum trium dierum complexus;
cum Tractatu Præliminari,

Qui continet

DISSERTATIONEM DE XII SANCTIS EX SYRIA IN UMBRIAM ADVENIS.



ANTVERPIÆ,
Apud JACOBUM DU MOULIN.
M D C C X I X.


H. F. Diamaer sculp. Ant.
CÆSARIS ORA VIDEN' CAROLI? SIC SPIRAT, ET ARDET.
NOMINIS EST SEXTUS: QUINTUM SUPERABIT, AVITÂ
AUSTRIADUM PIETATE PATRUM, ET VICTRICIBUS ARMIS.



CAROLO VI

ROMANORUM IMPERATORI
AUGUSTISSIMO, POTENTISSIMO,
INVICTISSIMO,

REGI

GERMANIÆ, HISPANIARUM, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ, &c.

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

DUCI

BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ &c.

MARCHIONI MORAVIÆ,

COMITI

HABSBURGI, TYROLIS, GORITIÆ &c.

TURCARUM DOMITORI

DOMINO, DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO



Omos ſeptem de Actis Sanctorum JUNII AUSTRIACI, Auguſtiſſimæ Domui conſecratos, ſubſequitur alterius Semeſtris & menſis Julii primus, Tuo rurſus Nomini, AUGUSTISSIME, POTENTISSIME, ET CLEMENTISSIME IMPERATOR, ATQUE REX NOSTER CATHOLICE, inſcribendus; ut, quemadmodum Junii principia immortali memoriæ Divi Parentis Tui dicata fuêre, ſic menſis hujus primitiæ Auguſtiſſimo Carolo, digniſſimo Magni Leopoldi filio, nuncupentur. Fatemur quidem, præceſſiſſe jam bina ultima prioris menſis volumina, quibus egregia virtutum juxta ac victoriarum Tuarum decora, ſtylo rebus quantumvis impari, non indiligenter proſecuti ſumus, aſt ea eſt æquiſſimæ Tuæ adminiſtrationis felicitas, is hactenus fuit victoriarum curſus, CÆSAR INVICTISSIME, ut vel ſi annis ſingulis ingentis hujus operis bina volumina ederentur, ſemper laudum Tuarum, ſemper illuſtrium tropæorum, nuncupatoriis noſtris prædicandorum, copioſiſſima ſeges ſuccreſceret. Tantos nimirum à Deo cælitibuſque favores promerita fuerit, ea, quâ Sanctorum gloriæ propugnandæ propagandæque intentos, nos humillimos

mos clientes Tuos, indefeſſo labore occupatos, benevolentiâ complecteris, tuêris auctoritate, foves patrocinio, ad devoranda tot tædia clementer ſimul ac munificè exſtimulas. Quid modo primùm extollam incertus ſum, an Tuas de infenſiſſimis Chriſtiani nominis hoſtibus reportatas victorias, an Sanctos potius Regemque Sanctorum, quorum auxiliis & patrocinio Te prodigiosè viciſſe, haudquaquam diffiteberis. Necdum Belgradum, quo belli moles à biennio dirigebatur, invictæ bellatorum Tuorum acies aſpexerant, dum neſcio quâ fiduciâ incenſi, ejus expugnationem, non infeliciter, augurati ſumus, ſub eo nimirum exercituum Tuorum GENERALISSIMO Chriſto Servatore, Cruci affixo, quem celebri Archiſtratego Eugenio, Allobrogum Principi, eorumdem Ductori præfeceras. Patuit tum profectò, ſi ullibi patuiſſe dicendum eſt, non humanis tantummodo viribus, ſed excelſiori quadam virtute opus fuiſſe, ad retundendam conterendamque barbarorum prope innumerorum ferociam. Trepidavit ſanè Chriſtianus orbis, nec ſine aliqua cordis formidine meminiſſe nobis integrum eſt, trepidarunt ditiones Tibi ſubditæ, & hæ præſertim Belgicæ, Auguſtiſſimi Nominis Tui ſtudioſiſſimæ, dum trajecto per intrepidas copias Tuas, bellico ſtratagemate barbaris inexſpectato, infra Belgradum Danubio; obſeſſa diu urbe, mœnibus propugnaculiſque ſuis munitiſſimâ; duplici, eoque latiſſimo, protectâ fluvio; à Turcico præſidio, exercitus ſpeciem referente, intus propugnatâ;

Tuis toto ferme bimeſtri nihil magnopere proficientibus ; trepidavit , inquam , orbis Catholicus , dum ſubitò adventaſſe intellexit ingentem hoſtium multitudinem , & ſtructis continuò circumquaque munitionibus , ipſum Tuum exercitum , à Savo ad Danubium ducto ambitu , circumſediſſe ; cum aëris inclementia , ſiti morbiſque luctantes Tuos , magis indies magiſque coarctari ; demum admotis tormentis bellicis , Tuorum valla & aggeres , jamjam ad impetum paratos hoſtes , terribili ſtrepitu concutere. Tum vero , præſentiſſimis in anguſtiis , invictorum agminum , ſupernis è ſedibus , auxilio opus fuit , ut indagine quodammodo cincti Duces & milites Tui , evidentiſſimo perículo expoſiti , ex formidandi hoſtis faucibus eriperentur : ubi receptui cani omnino non poterat , Turcis à fronte & à tergo inſtantibus , Belgrado ipſo obſeſſoribus inſultante ; fluminibus cedere prohibentibus ; ut nulla evadendi , nulla ſalutis ſpes , præterquam in ſola , vix humanitùs ſperabili victoria collocaretur. Et vero propitia ipſa , audacter dicamus , è cælo adfuit. Caſtra Tua inſolita alacritate , militum animos ſupernâ implevit fiduciâ : poſtridie Aſſumptæ in cœlos Sanctorum Reginæ , in Turcas itum , pugnatum , triumphatum eſt , FORTUNATISSIME CÆSAR , & pro Te generaliſſimum Chriſtum Dominum , pro Te Superos certaſſe & viciſſe , infideles fudiſſe & profligaſſe , ſupplex ad aras proſtratus , piiſſimè agnoviſti. Eo die funeſtam toties Chriſtianis potentiam penitus debellaſti , ſecutaque mox urbis , terrore magis quam vi armorum

rum perculſæ deditione, Hungariæ propugnaculum, imperii Turcici clavis, tremente ad famam Byzantio, auctis indies ditionibus Tuis feliciſſimè acceſſit. Multi olim, in hoc noſtro Belgio, vincente Auguſtiſſimo Parente Tuo Leopoldo feſtivi ignes, multa deditiſſimi Auſtriacis Belgici populi exultatio; recentiores triumphi de cæſis ad Carlovitium hoſtibus, expugnataque Temeſvaria: at tam effuſam, communem, promiſcuam omnis ætatis & ſexûs, diuturnamque lætitiam, numquam demonſtratam meminimus, quantam per urbes omnes, per oppida, per pagos ipſos & vicos peperit ſubacti Belgradi jucundiſſima hodieque memoria, quam merito æternam fecêre cuſæ in nummis inſcriptiones chronographicæ:

CAROLO SUBIGITUR BELGRADUM
DECIMA OCTAVA AUGUSTI.

Geminata tridui tempore victoria inſolitum Turcis terrorem, incredibilem toti Orienti conſternationem attulit, IMPERATOR GLORIOSISSIME; jam Servia, Boſnia, Bulgaria, Thracia, Macedonia, Græcia univerſa, ſuavi jugo Auſtriaco colla ſubdere meditabantur, & Peloponneſus ipſa, ſeu Morea, à fœdifragis proditoriè occupata, victricia ſigna Tua præſtolabatur, ut novam æque atque ingratam tyrannidem læta excuteret. Quid loquor? Subditorum Tuorum omnium vota unum faciebant Orientis & Occidentis imperium. Rapidior viſus eſt aliis Tuis hoſtibus tot inſignium victoriarum curſus, ut non adverſis molitionibus ſiſteretur. Erepta per id

tem-

tempus Sardinia, aliò triumphabundas acies avertit, ſic tamen, ut prius ſupplices habueris, qui biennio antè, madentem ferme adhuc tot heroum Chriſtianorum ſanguine Hungariam ſpe devoraverant, infandas illas ſtrages cædeſque, quarum animus horret meminiſſe, tantum non renovaturi. At vindicem Dominum exercituum ſenſit fœdifraga Mahumeti ſpurcities, violatarum induciarum pœnas ſeſe tuliſſe, ſero deplorarunt perfidi, vix ſeſquianni decurſu tot cladibus attriti, ut nova fœdera in leges Tuas jurare, graviorum malorum metu coacti ſint; atque ita ab aggreſſoribus barbaris ſecuram pacem victor extorſiſti; quod & æternâ memoriâ dignum cenſuit appoſitéque expreſſit alterius nummi artifex,

IN PACIS INDUCIAS,
DEBELLATO SUPPLICI HOSTI
GLORIOSE CONCESSAS.

Sic tumidorum Turcarum ſuperbos animos fregiſti, CÆSAR SEMPER INVICTE, ſic Hungariæ inhiantes, Savum ultra & Danubium præcipites egiſti, ſic Temeſvaria & Belgrado, firmis Chriſtiani imperii propugnaculis, glorioſiſſimè reductis, Occidentem univerſum, ab immanium hoſtium infeſtatione ſecurum reddidiſti; ſpe omni rebellibus olim ſubditis præcisâ, regna Tua imposterum perturbandi. Tuus modo fluit Danubius, tot validis frenis coërcitus; ut Ottomanica rabie perfringi omnino nequeant; Tuus eſt Savus, protenſis longè ultra limitibus; nec de Morava, Topliza, Sucova, ipſaque Porta ferrea dubi-

tandum erat, niſi, quod modo dicere cœperamus, aliorum hoſtium molimina, victrices tuas acies, Orienti infeſtas, jamjamque imminentes, in meridiem convertiſſent, alia illic regna recuperaturas, qualia longè melius à communis Chriſtiani nominis hoſtis ditionibus in perpetuum avulſa ſuiſſent, præcipuis capitibus Mahumeticæ hydræ reſciſſis; ut tetra peſtis, tot Chriſtianorum cladibus olim fœta, in Arabicas ſuas latebras tandem aliquando compelleretur. At votis hactenus vanis cælum fatigavimus, axauditurum ſuo tempore, ſi quieſcere norint Principes Chriſtiani, Tibique ad utrumque imperium, cum immenſo rei Catholicæ incremento, conjungendum, viam apertam communibus votis relinquere. Id ſperare olim, faventibus Superis omnibus, audemus; id Tibi augurantur ſubditorum Tuorum devotiſſimi animi, quibus Legatio iſta Tua, tanto apparatu, tam opulenter, tam magnificè adornata, qualem à Majorum Tuorum nemine Conſtantinopolim deſtinatam umquam novimus, hoſtibus metu etiamnum prope exanimatis, plus terroris incuſſura, quam admirationis allatura videtur. Dum hæc ſcribimus, vehitur Danubio longa navium pluſquam ſexaginta ordinatiſſima claſſis, triumphi ſpeciem toti Hungariæ exhibitura, at Turcis tantam potentiæ Auſtriacæ imaginem, ut Te ſolum, IMPERATOR INVICTISSIME, ſibi pertimeſcendum, Te ſolum Ottomanici faſtûs domitorem ſint formidaturi. Valeant noſtra, omnium Tuorum, vota, & ſi minus tam vaſta imperia uniri poſſint, tam numeroſa

roſa prole maſcula Te Sancti noſtri parentem faciant, ut extincto prorſus execrando nomine Turcico, utrumque imperium diviſum quidem maneat, ſed Auguſtiſſimo ſanguini Tuo, feliciſſimæ progeniei obtemperaturum. Iis interim imperes, CÆSAR GLORIOSISSIME, quæ juſtiſſimis armis & avito hereditario jure, Auſtriacis Tuis ditionibus proſperè adjunxiſti, Majoribus Tuis, tot acquiſitis provinciis, longè potentior. Sardiniam Tuam Tibi denuo aſſere, quæ tum erepta eſt, dum vires Ottomanicas, à florentiſſimis Catholicis regionibus in Te converſas, promemodum deleviſti : jam pridem ipſa manus porrigit, priſtinum Dominum avidè receptura. Quin & Siciliam, opum divitem fertilemque Italiæ inſulam, partibus Tuis proximè acceſſuram confidimus, quæ ad primum copiarum Tuarum conſpectum exhilarata, recentes hoſpites abigere geſtit, ut Auſtriacos ſuos, apertis portis, læta ſuſcipiat, ſuſceptos agnoſcat, agnitos complectatur venereturque. Patere, CÆSAR AUGUSTISSIME, hæc à nobis curſim delibari, quæ Annalium Tuorum ſcriptores, poſterorum memoriæ paulo accuratius commendabunt. Id unicè nobis propoſitum fuit, SACRÆ CÆSAREÆ ET REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATI TUÆ demiſsè repræſentare, tot proſperos armorum Tuorum ſucceſſus, victorias, triumphos, acquiſitas urbes, provincias, regna, non tam Ducum militumque Tuorum fortitudini, quam cæleſtibus auxiliis accepta referri oportere. Liceat modo, pro ſolita inſtituti hujus noſtri brevitate, etiam

tomi,

tomi, Nomini Tuo Auguſtiſſimo conſecrati, rationem aliquam reddere. Paucos is quidem dies continet, tres dumtaxat; at largam inclytorum Sanctorum meſſem, quorum omnium Acta expenſa & illuſtrata ſunt: unde operis noſtri moles facile innoteſcat. Ut ceteros taceam, omnium inſtar Germaniæ Tuæ eſſe poteſt, præcellentiſſima Epiſcoporum idea & ſpeculum *Magnus Otto*, *Bambergenſium Præſul*, *Pomeranorum Apoſtolus*, munificentiæ & parcitatis prodigium, in alios profuſa largitate, in ſe ipſum dura aſperitate ſtupendus, plurimorum cœnobiorum conditor, propriæ Bambergenſis Eccleſiæ, flammis abſumptæ, aliarumque plurium reſtaurator magnificus, omnis ſanctitatis, non minus Seculari quam Eccleſiaſtico Principe dignæ, Religionis propagandæ & in puritate ſua tuendæ exemplar longè perfectiſſimum, quem vel SACRÆ CÆSAREÆ ET REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATI VESTRÆ imitandum proponere non dubitamus. Alius ſanctus *Hechardus presbyter*, Ardeadum ſanguine genitus, Germaniam illuſtravit. *Caſtos & Secundinos Epiſcopos Martyres* ſuggerit Felix Campania, *Adeodatos* ager Mediolanenſis. Martyres multos, laureâ magis quam geſtis notos, antiquum Sirmium. Habet & Belgica noſtra Sanctos ſuos; *Reginam*, non nomine ſolùm & origine, ſed magis virtutum miraculorumque ſplendore & gloriâ: *Guthagonum* & *Rumoldum*, è regio ambos, ut volunt, Scotorum ſanguine; at præcipuè elucet poſterior, Mechlinienſium Apoſtolus, fideliſſimæ

* * *

ſem-

ſemper ſupremo ſuo Capiti Eccleſiæ fundator, & conditor urbis celeberrimæ, quæ Domui Auſtriacæ conſtantiſſime addicta, ob fidem egregiè præſtitam, vel ipſis Imperii inſignibus ab Imperatore Friderico III, è proavis Tuis Auſtriacis uno, à duobus & amplius ſeculis meruit decorari; primatiali deinde Cathedra illuſtris, avitæ primi ſui Prædicatoris doctrinæ, ſub quibuſcumque hæreticis aut ſchiſmaticis, etiam cum fortunarum vitæque diſpendio, ſemper tenaciſſima. Paucos jam dictos Sanctos è pluribus ſeligimus, quod ad Imperium, quod ad Auſtriacas Tuas ditiones pertineant potiſſimum, eo etiam titulo ſingulariores Auguſtiſſimæ Domûs Protectores. Finem hîc habebit proluſio noſtra, AUGUSTISSIME OPERIS PATRONE, aſt æviternum perſtabit in SACRAM CÆSAREAM ET REGIAM CATHOLICAM MAJESTATEM TUAM devotiſſimorum ſcriptorum ſtudium, demiſſiſſima veneratio, iis comitata tenuium precum noſtrarum ſubſidiis, quibus Deum & Sanctos efflagitare numquam deſinemus, ut Auguſtiſſimo ac propenſiſſimo in ejuſdem Dei Sanctorumque gloriæ promotores ſanguini, proſpera omnia & fortunata evenire, ac perenni felicitate fluere pergant. Sit auſpicatum fauſtumque Sereniſſimæ Mariæ Archiducis cum Sereniſſimo Regio-Electorali Saxoniæ Principe connubium; hymenæus proximus Sereniſſimæ ſorori Archiduci Amaliæ, non inferioris ſortis accedat; Archiducem Tibi non unum Sanctorum omnium unita ſuffragia impetrent. Tu verò ipſorum

rum omnium, in operis noſtri proſecutione, MÆCENAS AUGUSTISSIME, Hagiographis Tuis impenſius ſemper favere perge, ſemper felix, ſemper victor, belli ſemper & pacis arbiter, univerſis ditionibus ſubditiſque Tuis diutiſſime ſoſpes & incolumis.

AUGUSTISSIME ET CLEMENTISSIME
IMPERATOR

SACRÆ TUÆ IMPERIALIS ET REGIÆ
CATHOLICÆ MAJESTATIS

Devotiſſimi Clientes
CONRADUS JANNINGUS
JOANNES BAPT. SOLLERIUS
JOANNES PINIUS
SOCIETATIS JESU.

SYNOPSIS
TOMI PRIMI
DE ACTIS SANCTORUM
JULII

TOmus hic viceſimus ſextus de Actis Sanctorum, alterius ſemeſtris & menſis Julii primus, ad evitandam grandiorem molem, ſolum complectitur tres primos dies, in iiſque, præter varias Anonymorum Martyrum turmas, Sanctos nomine proprio notos centum ferme & quinquaginta: quorum qui virilis ſunt ſexûs, ſecundùm triplicem ſtatum *Eccleſiaſticum, Monaſticum* & *Secularem*, hîc diſtribuuntur in tres Claſſes; Feminæ vero cujuſcumque ſint ſtatûs, quartam Claſſem conſtituunt, ordine regionum. *Aaron* cum *ſorore Maria*, *filio Eleazaro* & *nepote Phinees*, uti & *Regina Eſther* eas Claſſes non ingrediuntur, quod ſint è veteri Fœdere; quorum occaſione de ſimilium Sanctorum cultûs origine diſputatum eſt; uti & de inſtitutione, ac per Eccleſiam propagatione, feſti Viſitationis B. M. Virginis.

IN STATU ECCLESIASTICO

Ex Oriente tres occurrunt Præſules; *Anatolius* & *Euſebius*, Epiſcopi Laodiceni in Syria, quorum in eamdem ſedem ſucceſſionis tempus diſcuſſum eſt; poſterior vero alteri melius junctus, quam ſub *Diaconi* titulo aliis hactenus immixtus fuerit. Datus eſt etiam locus *Anatolio* Patriarchæ CPolitano, cujus fides & geſta vindicari potuêre; non item *Juvenalis Hieroſolymitani*, inter Prætermiſſos rejecti, quidquid apud Græcos cultum habere videatur.

In Italia *Caſtus* & *Secundinus*, Epiſcopi Martyres, difficulter à Synonymis ſejunguntur. *Chreſtus* inter Antiſtites Syracuſanos numeratur, *Dathus* inter Ravennates. Satis nota per S. Hieronymum *Heliodori*, veteris Altini Epiſcopi, memoria, vita ex ſarmentis non ſatis probis coaluit. Paulo celebrior eſt *Bartholomæus*, ex S. Dominici familia, primum Nemonicenſis in Cypro, deinde Vicentinus Epiſcopus, at numquam Patriarcha Hieroſolymitanus. Ad ſecundum hujus ſtatûs ordinem ſpectabit *Adeodatus* presbyter, ut volunt. Quæ de ipſo ſuperſunt monumenta, valde obſcura; è quibus id ſaltem haberi videtur, male ipſum confundi cum Adeodato, S. Auguſtini filio.

Inter Galliæ Epiſcopos antiquiſſimus eſt *Martinus Viennenſis*, de cujus certa ætate multa & obſcura concertatio; at celebris fama *Galli Claromontani*, à nepote ex fratre, Gregorio Turonenſi, laudata. *Leontius* Epiſcopus Auguſtodunenſis ſolo ferme nomine notus eſt. *Golvenus* Leonenſis in Armorica Epiſcopus, ejus regionis Sanctorum ſortem ſubit, ut tricis multis involuta ſint ejus Acta; nec minus miranda, quæ de *Leonorio*, nullius loci Epiſcopo, referuntur. Incertus *Floregii* epiſcopatus, at cultus, per recentem proceſſum verbalem ſatis probatus. Ævi ſui thaumaturgus *Petrus de Luxemburgo*, nominatus Metenſis & Card. Diaconus, ſanctitate juxta ac illuſtriſſimo ſanguine celeberrimus, annos nec-dum natus octodecim, orbem univerſum miraculorum gloriâ implevit. Acta alia, tametſi à ſynchrono ſcripta, nimis brevia ſunt, alia non ſatis exacta: ſed authentici ad canonizationem proceſſus, aliique in eumdem finem operoſi conatus, non poſtremum locum tenent in hoc volumine. Si ſacerdotes fuerint *Hilarius Aviciacenſis*, & *Raymundus Toloſanus*, ad alterum hujus claſſis gradum pertinent. Utriuſque ætas ad certos chronologicos calculos difficillime revocatur. Nihil prætermiſſum, ut perplexa utriuſque geſta alicunde elucidarentur, non ſatis magno operæ pretio. De poſterioris ad S. Saturnini canonicatu alia diſceptatio.

Angliam illuſtrarunt *Swithunus* Wintonienſis Epiſcopus, cujus notiora ſunt miracula quam geſta: *Oudoceus* Præſul Landavenſis, eccleſiaſticæ diſciplinæ aſſertor: *Germanus* Epiſcopus in Mannia, à S. Patricio ordinatus, qui cultum pridem habuiſſe oſtenditur. *Servanus* Orcadum Apoſtolus, veroſimiliter unicus fuit, licet eum in varios diſtrahant ſcriptores Scoti. Geſta ejus, ſi non depravata, miranda certe magis videntur, quam probanda.

Epiſcoporum decus & gloriam porrigit Germania, in *magno* ſuo *Ottone* Bambergenſi Antiſtite, illuſtri Pomeranorum Apoſtolo, largo & munifico plurimorum cœnobiorum fundatore & reſtauratore, ſibi ſevero & parco. Ejus Acta eduntur, non ex Gretſero aut Jaſchio, ſed ex ipſis vetuſtis fontibus, quorum unum vulgavit Henricus Caniſius, alterum, numquam editum, ex Paulina Lipſienſi bibliotheca Ms. tranſmiſit Cl. Daumius. Ex his porro contra ſcriptorum neotericorum torrentem, Sueviæ ſuæ aſſeritur S. Otto; aliqualis vitæ ſeries

ſeries chronologicè ordinatur, aliaque monumenta, ad cultum ſpectantia, eruderantur: præſertim ſepultura, in æs inciſa, cujus inſcriptio non ſatis accurata, meliori calculo reſtituitur: officia nova cum antiquis collata; recenſita miracula prope quotidiana. In inferiori gradu collocandus eſt *Hechardus* presbyter, præcipuus Scheidani monaſterii, in Weſtfaliæ confiniis, auctor & promotor.

Belgio Sidus claruit *Rumoldus* Epiſcopus apoſtolicus & Martyr, Mechlinienſium inſtitutor ac patronus, dictus aliquando, ſed perperam, Dublinenſis Archiepiſcopus. Inter Actorum ſcriptores præfertur Theodoricus, abbas Trudonopolitanus; cultus antiquus Leodii, ob Epiſcoporum in Mechliniam dominium; tranſlationes, theca antiqua deaurata, magni pretii, direpta; nova, non minus magnifica, deinde confecta; reliquiæ diſperſæ & collectæ ac variis locis venerationi expoſitæ; ceteraque monumenta ad Sancti gloriam ſpectantia exhibentur. Edita ſunt ſeorſim hujus Sancti Acta, cum variis diſſertationibus & inſtrumentis authenticis, ad hiſtoriam Eccleſiæ iſtius metropoliticæ, Capituli & urbis ſpectantibus.

EX STATU MONASTICO.

Apud Orientales præcipue celebratur *Pambo*, inſigne rerum humanarum contemptûs miraculum, cujus vita & apophthegmata ex variis collecta ſunt. Non minus prodigium dici debet *Symeon Salus*, cujus Acta, utut paradoxa videantur, fide ſatis integrâ tradita ſunt. Pauciora ſciuntur de *Petro Patricio* abbate; pauciſſima de *Baſilio* abbate, *Leone* anachoreta & aliis. In Italia floruit *Lidanus*, abbas Setinus, Ordinis S. Benedicti, quem Siciliæ non recte vindicavit Cajetanus. *Joannes Vicentinus*, non *Scledus*, Ord. Prædicatorum, concionibus & miraculis patriam illuſtravit, incerto vitæ exitu. In Gallia nominatiſſimi ſunt abbates ſeu eremitæ quatuor; *Domitianus* ad S. Ragneberti in Seguſianis; de cujus ætate, patria, geſtis & peregrinationibus quam facile multa narrantur, tam fuit difficile, ea ad rectam temporum rationem revocare. *Theodericus* in monte Or prope Rhemos, S. Remigii diſcipulus, Vitâ aliâ breviori, aliâ longiori laudatur: potiſſima autem Flodoardi auctoritas. Collecta ſunt inſignia multa miracula, & quæ ad Sancti tranſlationes, monaſterii ejus viciſſitudines & ad recentiorem vitam gallicam, non magni momenti, ſpectabant. *Carilefus*, Aniſolæ apud Cenomanos celebris, diſquiſitioni non uni materiam præbuit, tum ob varias commorationes Menate, Miciaci & in Pertico, tum ob familiaritatem cum Sanctis Maximino & Avito. Expenduntur ejus, & erecti miro modo cœnobii, cum Epiſcopis Cenomanenſibus controverſiæ: vita à S. Siardo ſcripta præfertur, datur tamen etiam longior cum miraculis. Horum poſtremus ætate, ſed non virtute, *Eparchius*, apud Enculiſmam; illuſtrem ſui nominis gloriam reliquit; binis locis à Gregorio Turonenſi laudatus. Acta antiqua & fide digna cum variis ſignis elucidari merebantur. His accedit *Adegrinus* monachus Balmenſis in Sequanis.

EX STATU SECULARI.

Ad eam claſſem reducendi ſunt plerique omnes ſub gentilibus Imperatoribus Martyres, quos inter clariſſimi *Proceſſus* & *Martinianus*, à Neroniano ſeculo non removendi. Adde his *Irenæum* & *Muſtiolam* cum ſociis; *Juſtum* & *Aaronem* in Anglia, cum tot aliis, quorum Acta ignorantur. Confeſſores fuerunt *Lupianus* Ratiatenſis in Armoricis, & *Guthagonus* Ooſtkercæ apud Brugas in Flandria.

EX FEMINEO SEXU.

Præter jam dictam *Muſtiolam*, ſolum occurrunt, *Monegundis* vidua recluſa Turonibus, à Gregorio celebrata, & Chimaci in Belgio etiam honorata. Iſtîc & *Regina* vidua, Dononii apud Valencenas, ut illuſtris parthenonis fundatrix culta, de qua & filiabus decem ſanctis Virginibus, cum multa circumferantur, fabulis reſperſa, eorum examen dilatum eſt ad VIII Octobris, quo colitur filia ſenior *S. Ragenfredis*.

Atque hi ſunt præcipui Sancti, quorum hoc tomo illuſtrantur Acta: quo autem die quibuſve paginis reperienda ſint ſingula, docebit ſubjunctus Tractatui præliminari Index Alphabeticus eorumdem. Soliti alii Indices operi ſubjunguntur, præmiſſo Synaxario Græco Menologii Baſiliani, ex more, quem à menſe Martio hactenus ſervavimus.

TRACTATUS PRÆLIMINARIS.

Verſatur in examine duodecim Sanctorum, uti vocant, Sociorum; qui primis à Chriſto nato ſeculis è Syria venerint in Umbriam, Italiæ provinciam, Chriſtianæ fidei propagandæ causâ: quorum nomina ſunt; *Anaſtaſius*, pater aut patruus, & ductor aliorum; *Euticius* & *Bricius*, filii ejus; *Joannes*, *Theudila*, *Iſaac*, *Abundius*, *Carpophorus*, *Laurentius*, *Proculus*, *Herculanus*, *Baractalis*, nepotes Anaſtaſii ex fratre. Multi de illis multa atque inter ſe pugnantia. *Examen noſtrum* inquirit in tempus, quo venerint in Umbriam; diſcutit Acta omnibus communia; confert cum illis acta ſingulorum ſingularia; diſtinguit alios ab aliis; indagat in veterem ſingulorum in Eccleſia cultum ex Martyrologiis antiquioribus & ſeculo nono collectis. Diſtinguit *Joannes* plures in Umbria Sanctos, uti & *Laurentios*, nec non *Herculanos* & *Proculos*. Oſtendit, *Laurentium Ep. Spoletinum*, diverſum eſſe à *Laurentio Ep. Sabinenſi*, fundatore monaſterii

rii Farfenſis. Judicat, unum tantummodo *Herculanum Ep. & Mart.* Perufinis concedendum eſſe. *Carpophorum Presb.* & *Abundium Diaconum*, nec non *Brictium*, diſcuſſis Hiſpanorum argumentis, adjudicat Umbriæ. Subnectit Acta tranſlationis Abundii prædicti, Fulginio Bercetum factæ, anno 850, ex Ms. Diſquirit multa de ſanctis *Proculis*, in Umbria confuſiſſimis, quorum tres ſibi vendicant Interamnenſes. Diſtinguit ſingulos; duos nempe tamquam proprios Sanctos, tribuens Bononienſibus; unum Interamnenſibus; alios aliis; nullum ex hiſce, Hiſpanienſibus. Producit Acta quædam S. Proculi cum Annotatis. Tum agit de duobus ſanctis *Valentinis*, Interamnenſium Epiſcopis, quorum acta oſtenduntur, magna parte, ſumpta eſſe ex Actis S. Valentini Ep. Paſſavienſis. Denique finem facit in *Iſaac*, *Baractale*, ac *Theudila*.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ,

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CUm Edictis Philippi II Hiſpaniarum Regis, deinde Sereniſſimorum Archiducum Alberti & Iſabellæ, Belgii Principum, rurſumque Philippi III, ac noviſſimè Caroli II, Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, *&* 19 *Julii* 1694, *Provincialibus Societatis Jeſu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, poteſtas facta ſit eligendi Typographos & Bibliopolas qui, ad aliorum quorumcumque excluſionem, ſoli imprimere ac reimprimere & vendere poſſint libros & opera quælibet, ritè approbata, curantibuſque ejuſdem Socictatis Patribus edita aut porrò edenda, ſub conſueto ſuæ Majeſtatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in ſcriptis obtentâ & præexhibitâ licentiâ prædicti Provincialis; idque ſub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impreſſa importantes ſtatutis, ut latius in ipſis patentibus litteris apparet: cum etiam ſua Cæſarea Majeſtas idem valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio ſubjectis;*

Ego infraſcriptus, Societatis Jeſu per Flandrobelgicam Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præpoſito Gèncrali Michaële Angelo Tamburino, concedo Jacobo du Moulin *facultatem ſic imprimendi, & per ſe alioſque vendendi infraſcriptum Opus, ex more noſtræ Societatis (quod hiſce atteſtor) recognitum & approbatum; videlicet, Tomum primum de Actis Sanctorum Julii, collectis & illuſtratis per Conradum Janningum, Joannem Bapt. Sollerium, Joannem Pinium Societatis noſtræ presbyteros Theologos. In quorum fidem haſce, manu propria ſubſcriptas, conſuetoque noſtri officii ſigillo munitas, dedi Antverpiæ* XXVIII *Junii* MDCCXIX.

JOANNES BAPTISTA ARENDTS.

SUMMA

PRIVILEGII REGII

CÆſareæ & Regiæ Catholicæ Majeſtatis diplomate ſancitum eſt, ne quis, præter voluntatem Conradi Janningi è Societate Jeſu, ejuſve ad illuſtranda Sanctorum Acta Adjutorum & Succeſſorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo, vel jam editos vel porrò edendos; aut alibi excuſos excudendoſve invehat, venaleſve habeat: qui ſecus faxit, confiſcatione exemplarium, & aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latiùs patet ex litteris, Bruxellæ datis.

Signat LOYENS.

Et ego Conradus Janningus Societatis Jeſu, permitto Jacobo du Moulin, ut Tomum primum de Actis Sanctorum Julii, meo permiſſu ab ipſo impreſſum, publicet. Datum Antverpiæ XXVIII *Junii* MDCCXIX.

AP-

APPROBATIO ORDINARII.

TOmus ſextus ſupra viceſimum de Actis Sanctorum, alterius ſemeſtris & menſis Julii primus, a PP. Conrado Jànningo, Joanne Baptiſta Sollerio & Joanne Pinio, Societatis JESU *Theologis ſtudioſe illuſtratus eſt, aque ac Tractatus Præliminaris de Sanctis duodecim Sociis, è Syria in Umbriam advenis: & ego utrumque opus dignum cenſeo, quod publica luce donetur, ad Dei & Sanctorum gloriam ac totius Eccleſiæ utilitatem. Dabam Antverpiæ* XVI *Junii* MDCCXIX.

F. G. ULLENS
Presb. Can. Schol. Offic. & Lib. Cenſor
Antverpiæ.

PROTESTATIO AUCTORUM.

QUod identidem proteſtati ſunt deceſſores noſtri, in hoc de Actis Sanctorum Opere, ſe ſervatas velle Urbani Papæ VIII Conſtitutiones; neque ſuis aliorumve huc relatis commentariis aliud pondus tribui, quam ſit hiſtoriæ, ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ: idem ante hunc Primum Tomum Julii denuo proteſtamur.

SYN-

SYNOPSIS

TRACTATUS PRÆLIMINARIS AD TOM. I JULII DE SANCTIS XII SOCIIS, E SYRIA IN UMBRIAM ADVENIS

COMM. PRÆVIUS. § I. De Claſſibus variis & nominibus Sanctorum, qui è Syriæ partibus in Italiam venerunt fidei prædicandæ causâ pag. 1.

§ II. An Sancti illi duodecim in Italiam venerint ſeculo Chriſti primo 4.

§ III. Diſtinctio & elucidatio quorumdam locorum antiquorum in Umbria, quorum mentio in ſimultaneis XII Sociorum Actis 6.

ACTA ipſa XII Sociorum ſimultanea. PARS I. De geſtis ab Anaſtaſio, Eutitio, Proculo, Brictio, Abundio & Carpophoro 9.

PARS Altera, Alia Brictii geſta & tormenta, martyrium Herculani 14.

EXAMEN præmiſſorum Actorum 16.

EXAMEN in ſingulorum Sociorum geſta 19.

CAP. I. De Anaſtaſio XII Sociorum ductore & martyre ad Aquas Salvias 19.

Cap. II. De Eutitio, Anaſtaſii filio, ex Dodecade advenarum nono 20.

CAP. III. De Brictio, altero Anaſtaſii filio 21.

CAP. IV. De Joanne, uno ex XII Sociis, Anaſtaſii nepote. Ubi diſtinguuntur plures ejuſdem nominis Sancti in Umbria 25.

CAP. V. De Laurentio, ex duodenario Sociorum numero. § I. Nulla ejus, aut aliorum ejuſdem nominis Sanctorum Umbriæ, memoria in Martyrologiis. Aliquot eorum geſta, è variis collecta 28. § II. Diſtinctio inter Laurentios Umbriæ ſanctos 31.

CAP. VI. De Herculano, Ep. & Mart. Peruſino, è numero Sociorum XII. Unuſne, an duo fuerint iſtius nominis Epiſcopi & Martyres Peruſiæ; ac tertius, Martyr Spoleti 33. ACTA S. Herculani Ep. Peruſini & Martyris ſub Rege Gothorum Totila, anno DXLVIII paſſi 37.

CAP. VII De Carpophoro Presb. & Abundio Diac. è Dodecade Sociorum, in Umbria paſſis. § I. Utrum unus an duo ſancti Carpophori, Presbyteri Martyres in Umbria 39. § II. Utrum in Umbria, an in Hiſpania vixerint mortuique ſint ſancti Carpophorus & Abundius, nec non Brictius. PARS I. De Carpophoro & Abundio 40. PARS Altera. De Brictio præcipue 42. PARS tertia. De argumentis, quæ in favorem Hiſpanorum, pro & ex pſeudo-Dextro afferuntur: deque tranſlatione S. Abundii 44. ACTA Tranſlationis S. Abundii Diaconi, Fulginio Bercetum factæ anno DCCCL. 45.

CAP. VIII. De Proculo, XII Sociorum uno, & homonymis aliquot Sanctis. § I. De tribus Proculis Interamnenſibus, qui diebus, XIV Februarii; XIV Aprilis; ac I Decembris; inſcripti Martyrologiis leguntur 47. § II. An Proculus, XIV Febr. & Proculus, XIV April. inſcripti Martyrologiis, unus idemque ſint 47. § III. Proculus, inſcriptus I Decembris, fueritne Presbyter tantum, an etiam Epiſcopus: &, ſi Epiſcopus, fueritne Narnienſis, Interamnenſis aut Bononienſis 51. § IV. De Proculo uno atque altero, Bononiæ martyrio coronatis, diſtinctiſque ab aliis homonymis 53. § V. De aliis homonymis, tum in Italia, tum in Hiſpania 57. § VI. De Actis S. Proculi 60. ACTA S. Proculi Epiſcopi & Martyris 61.

PARERGON. De duobus ſanctis Valentinis, Interamnenſium Epiſcopis & quodam Voluſiano 65.

CAP. IX. De Iſaaco, uno è XII Sociis è Syria advenis, in Umbria 68.

CAP. X. De Baractale ſeu Paractale, uno ex XII Sociis Syris, Martyre Spoleti in Umbria 69.

CAP. XI. De Theudila, ultimo Sociorum XII è Syria advenarum 71.

APPENDIX. De ſanctis, Chriſpoldo, Vincentio, Benigno & aliis 72.

Alia, de aliis antiquorum Umbriæ Sanctorum Actis, ab Umbris, atque ex illis à Deceſſoribus noſtris, vulgatis, conferri poterunt cum hoc Tractatu Præliminari; fortaſſis comperientur & ipſa in multis vacillare.

TRACTA-

TRACTATUS PRÆLIMINARIS

AD TOMUM PRIMUM JULII.

DE SANCTIS DUODECIM SOCIIS

ANASTASIO PATRE;

EUTITIO ET BRICTIO, FILIIS EJUS;

JOANNE, THEUDILA, ISAAC, ABUNDIO,

CARPOPHORO, LAURENTIO, PROCULO, HERCULANO ET BARACTALE,

NEPOTIBUS EJUSDEM EX FRATRE;

è Syria advenis, in Umbria Italiæ provincia.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. C. J.

§ I. *De Classibus variis & nominibus Sanctorum, quiè Syriæ partibus in Italiam venerint fidei prædicandæ causa.*

Historia prifcorum Umbriæ Sanctorum 12, per se obscura

Udum est ex quo Bollandus in Actis Sanctorum ad diem 111 *Februarii, ubi de S. Laurentio Illuminatore Episcopo Spoletino, pag.* 362 *n.* 5, *hunc in modum scripsit:* Magnas Umbria circa veterum suorum Sanctorum res gestas, ortum, ætatem, contraxit umbras, si non tenebras. Erunt ex ea gente, qui illas doctis lucubrationibus aliquando dimoveant, & cœperunt non infeliciter nonnulli; nemo tamen plenam adhuc lucem reduxit. Nobis tanto spatio remotis, neque omnium ecclesiarum valentibus monumenta lustrare, satis erit, si facem præferentes, etiam fumosam subinde ac minus

C claram, eminus subsequamur. *Sane fumosa fax fuit, quam præferente Ludovico Jacobillo, & per varias ambages atque angiportus circumducente, subsecutus est Bollandus in Laurentio prædicto; cum ejus Acta, à Jacobillo Italice conscripta, Latina fecit, de quibus postea pluribus agendum erit.*

an per novas Lectiones, S. Herculano concinnandas, illustranda sit.

2 *Inter illos, qui cœperint non infeliciter tenebras dimovere à Sanctis Umbriæ, reponi quoque poterit prænobilis atque eruditus vir, Carolus Balionius Philippinus, de quo mihi ante aliquot annos, multa cum laude scripsit perillustris, ecclesiæ Cathedralis Perusinæ Canonicus, Joannes Angelus Guidarellus, quod* monumentis ecclesiæ Perusinæ illustrandis apprime intentus, *etiam conatus sit*, annuente ac pene urgente Antistite suo, Felice Antonio Marsilio, Patricio Bononiensi, viro laudatissimo, *reformare Lectiones historicas, quas in officio S. Herculani, primi istius nominis, ut aiunt, Episcopi sui, legere dudum consuevit ecclesia Perusina; quasque* mirum est, *inquit Guidarellus*, tot mendis sive etiam mendaciis, quæ irrepserunt, oneratas, viris præstantissimis, ferme in hac parte cæcutientibus, probatas fuisse & apud nos tamdiu toleratas. *Mirum quidem videri nunc potest*, probatas *olim fuisse; sed potest quoque ignosci temporibus illis minus eruditis*: toleratas *vero fuisse tamdiu, non miror magnopere, tum quia tardos oportet esse Antistites in commutando publicos ecclesiarum suarum ritus libroscque; tum quia possunt cognovisse, non facile futurum, ut Lectiones illæ ad omnimodam veritatem historicam reformentur unquam. Quod si nunc urgeat mutationem Illustrissimus Antistes, recte id quidem facit pro sua eruditione, acri judicio ac veri amore, mihi abunde perspectis ex uno congressu, quem anno seculari* 1700 *inter nos habuimus Bononiæ; suaderem tamen, si sufficienter constat, duos Perusiæ Herculanos præfuisse Episcopos sanctos ac martyres, non immutari in parte Lectiones Senioris prædictas, sed omnino removeri, eisque substitui alias* F *de communi, ut vocant, unius Pontificis Martyris.*

3 *Ego considerans vota Bollandi, de gloria Sanctorum Umbriæ cum veritate quærenda, tanto abhinc tempore soliciti; comperiens quoque illos, qui videbantur Bollando, clariorem lucem rebus obscuris allaturi lucubrationibus suis, nihil minus præstitisse, quam quod ille expectabat; si non & tenebras induxerint spissiores, multiplicando singulos fere Sanctos suos (de antiquis loquor) in plures ejusdem nominis, eosque referendo ad tempora & secula diversa. Ego, inquam, his consideratis & compertis, addentibus quoque stimulum litteris Domini Guidarelli, modo indicatis; & urgente zelo Antistitis Perusiæ, quæ magna pars Umbriæ nunc est; cœpi tentare aliquid (fortassis temere) in rebus alienis, quod qui potissimum debebant, & codices Mss. de Sanctis suis, quos passim* antiquos & antiquissimos *vocant, coram inspicere possunt; tam longo post vota Bollandi tempore, nondum præstiterunt.*

Vix id præstabit externus, cum nondum præstiterint Umbri ipsi.

4 *Suaserunt id mihi viri illustres atque eruditi, quos modo nominavi; suadetque ipsa nobis necessitas, quia cum de Sanctis Umbriæ antiquis identidem agendum nobis sit (multi enim sunt, atque illi ipsi, à scriptoribus posteriorum temporum plerique duplicantur sub iisdem nominibus) &*

A *nulla certa principia in singulorum Actis illustrandis statui possint, propter recentium scriptorum opinationes diversissimas; necessitas nos cogit, ut singulorum Actis, quæ habentur, cum Actis* XII *Sociorum prædictorum collatis, tandem cognoscamus, quodnam fundamentum scriptores, ut ita dicam, hodierni habuerint, sua quique tam diversimode definiendi: quid in illis veri, quid verisimilitudinis, quid alienum à veritate sit. Egimus jam in primo semestri Sanctorum, die* III *Februarii de* S. Laurentio, *quem vocant* Illuminatorem, *faciuntque Episcopum Spoletinum, & fundatorem monasterii Farfensis. Die* I *Martii de* S. Herculano *Episcopo Perusino. Die* XIX *ejusdem mensis de* S. Joanne Panariensi *seu* Paranensi, *Abbate apud Spoletum. Die* XI *de* S. Isaac, *ibidem Abbate. Die* I *Junii de* S. Proculo. *De aliis in sequenti Sanctorum semestri, quod nunc ordimur, agendum erit. Quapropter conabimur hîc statuere fundamentum, juxta quod examinari atque*

B *emendari possint, quæ jam scripta sunt, & quæ deinceps de reliquis duodecim Sociis, è Syria advenis, scribenda erunt.*

præcipue in Sanctis è Syria advenis,

5 *Præcipua igitur lux afferenda est Sanctis illis, qui intra sex prima post Christum natum sæcula dicuntur è Syria Palæstinaque in Italiam & Umbriam diversis temporibus trajecisse; quos in tres potissimum classes distribuunt scriptores Umbri. Ad primam classem referuntur à Jacobillo in discursu, quem instituit de provincia Umbriæ, atque operi suo de Sanctis præfixit, pag.* 19 *sancti* Brictius, Crispolitus, Herculanus & Vincentius; *quibus in Actis S. Brictii tomo* I *pag.* 673 *adjunguntur* Joannes & Benignus, *qui*

in tres classes distributis;

quamvis non omnes numerentur inter duodecim Socios omnes tamen discipuli fuerunt Jacobillo S. Petri Apostoli Hierosolymis, ab eoque, post celebratum ibi Concilium Apostolicum, sacerdotio initiati, præter Benignum, qui tantummodo Diaconatum susceperit, atque ex Hierosolymis patriâ suâ cum multis aliis præcipui zeli Christianis missi fuerint anno 56 *in provinciam Italiæ Umbriam, prædicatum ibi Euangelium & fidem Christi, Duce ac Superiore Brictio. Post biennium vero, id est anno* 58 *eòdem venit, auctore Jacobillo S.*

quarum prima venit sæculo Christi I,

Petrus Apostolus ac Spoleti visitavit Brictium in car-

C *cere, quo detinebatur annuntiatæ fidei causâ, creavitque eum tunc Episcopum Metropolitanum totius Umbriæ, & liberum è carcere dimisit, abiitque ipse Petrus Romam. Brictius vero, eodem adhuc anno* 58, *Socios quoque suos ordinavit Episcopos, Crispolitum Vetonæ, additâ ei curâ civitatum Fulginii & Nuceriæ; Herculanum Perusiæ; Joannem tamquam adjutorem suum, Spoleti; Vincentium Mevaniæ. Ita Jacobillus, eodem tomo* I *pag.* 674: *similia referens pag.* 679, *in S. Herculano I. Pag.* 478, *in S. Crispolito item I. Pag.* 613, *in SS. Vincentio & Benigno; nec non tomo* 2 *à pag.* 1. *in S. Joanne Martyre & Archiepiscopo Spoletino, ut ait.*

alii minus, aliis magis numerosa.

Opinio alia Campelli.

6 *Bernardinus è Comitibus de Campello, tomo* I *Historiæ Spoletinæ, lib.* 4 *pag.* 104, *facit Brictium, non* Hierosolymitanum, *sed* Antiochenum; *putatque Antiochiâ ab Apostolo fuisse missum in Italiam, & anno* 68 *Roma Spoletum, cum patre suo Anastasio, & fratre Eutitio; patruelibusque suis Joanne, Theudila, Isaaco, Carpophoro, Abundio, Laurentio, Proculo, Herculano & Baractale; nec non tribus aliis ejusdem Apostoli discipulis, Crispolito, Vincentio & Benigno. Ait porro Campellus, Anastasium jam tum Romæ martyrio affectum fuisse, antequam reliqui inde discederent; Eutitium verò ex itinere declinasse* D *ad lacum Vulsinum, ibique solitariam vitam sancta morte clausisse: Proculum Carsolæ in antiquissima Umbriæ civitate subsitisse: reliquos denique Spoletum perrexisse. Hic Auctor strictius inhæret Actis* XII *Sociorum, quæ mox proferemus. Adjungit tamen duodecim Sociorum illorum nominibus aliâ quoque tria, videlicet* Crispoliti, Vincentii & Benigni, *quæ aliunde accepit. Notandum tamen sedulò est, quod quos Jacobillus scribit Episcopos à Brictio ordinatos fuisse anno Christi* 58, *eorum ordinationem Campellus referat ad annum* 84. *Interim uterque, quamvis diversissima scribant, iisdem nituntur antiquis aut antiquissimis monumentis ecclesiæ Spoletinæ aliisque similibus, ut aiunt; simulque ostendunt, monumenta illa, quantumvis antiquissima ipsis videantur, non esse magni pendenda, ad faciendam fidem in rebus antiquis; dum ipsi ex iisdem monumentis tam diversa ponunt principia.*

E

Classis 2, *ex Sociis* XII *composita,*

7 *Altera Classis Sanctorum è Syria & ex urbe Antiochia advenarum, componitur Jacobillo tomo* I *pag.* 35 *ex iisdem duodecim Sociorum consanguineorum, videlicet Anastasii, duorum filiorum & novem nepotum ejus, nominibus: quæ in titulo proposuimus & modò recensuimus ex Campello (tres enim alii,* Crispolytus, Vincentius & Benignus, *qui extra numerum duodenarium sunt, æque à Jacobillo, atque à Campello ad seculum primum referuntur) eorumque adventum in Italiam, consignat anno Christi* 290, *imperantibus Diocletiano & Maximiano.*

8 *Causam adventus illorum potissimum indicat idem Jacobillus fuisse, ut in Italia martyrii palmam invenirent, propterea quod Imperatores prædicti publicassent edictum, quo jubebantur Christiani, aut sacrificare idolis, aut è medio per varia tormenta tolli. At edictum illud, non ante, sed*

venit Jacobillo in Italiam sæculo 3.

decimo tertio post adventum eorum anno publicatum fuit, idque Nicomediæ primùm, ubi & persecutio illa principium habuit, & prius in Oriente per Syriam & Palæstinam grassari cœpit, quam in Occidente; ut martyrii palmam in Italia quærere non debuerint, quæ domi quotidie offerebatur. Quæ huic Classi attribuit gesta Jacobillus, desumpsit, æque ac nomina, ex actis XII *Sociorum, sanctorumque Carpophori & Abundii, mutavitque pro arbitratu suo notas temporum & nomina personarum, quæ aliam chronologiam indicabant, quam ipse induxit. Campellus de hac Classe circa hæc* F *tempora non meminit, utpote quam ad seculum primum jam retulerat, ratus supposito nomine* Domitiani *Imperatoris pro* Diocletiano; *sibi omnia salva esse. Quæ vero jam commemoravimus ex Jacobillo, apud ipsum videri possunt sub singulis duodecim Sociorum nominibus, de quorum plerisque seorsim tractat in tribus Sanctorum Umbriæ tomis, ad diem cuique natalem, vel verum & martyrologiis notum, vel aliunde assumptum.*

Classis 3, *hominum* 300 *fuisse dicitur,*

9 *Tertia Classis peregrinorum, è Syria Romam profectorum ac inde per Umbriam & reliquam Italiam dispersorum; eaque numerosior duabus prioribus, dicitur è trecentis hominibus omnis conditionis, ætatis & sexus composita fuisse, atque in Italiam appulisse initio seculi* VI, *Gothis ibi passim dominantibus. Jacobillus tomo* I *pag.* 39 *in vita S. Carpophori junioris scribit, illos convenisse, non solum è civitatibus Cæsarea & Leodicea, sed etiam è Damasco, Antiochia, Hierosolymis, Tyro & Sidone; & perveniisse in Italiam tempore Hormisdæ Pontificis Romani & Anastasii Romani Imperatoris sub annum Christi* 516, aut, *inquit,* prout alii scri-

A scriptores referunt; anno DXXXIV, Pontificatum Romanum obtinente Joanne II, Imperium Justiniano, Regnum Italiæ Theodorico. *Sed errat saltem in Theodorico, qui annis abinde octo jam desierat vivere. Ducem horum omnium ac natu maximum facit eumdem* Carpophorum: *& è Sociis nominatim exprimit*, S. Maurum *ejusque filium* Felicem; Laurentium *quoque*, *&* Herculanum *juniorem*, *Perusiæ deinde Episcopum ac Martyrem. In vita autem Laurentii jam dicti pag.* 191 *præterea nominat sanctos* Isaacum, Eleutherium, Joannem, *&* Lazarum, *in quorum vitis seorsim scriptis confirmat etiam, quæ de trecentorum Societate modo dixit. In* Isaaco *quidem, tomo* 1 *pag.* 391. *In* Joanne, *qui Paranensis cognominatur, tomo* 1 *pag.* 327. *In* Lazaro, *cui ibidem etiam socium copulat* Joannem, ejus patruelem, *pag.* 264. *In* Mauro *&* Felice *pag.* 638. *In* Eleutherio *denique, cui pariter socium jungit*

B *alium* Joannem, fratrem ejus, *tomo* 2 *pag.* 208.

10 *Determinatum in hac Classe numerum trecentorum hominum Ferrarius quoque nonnullibi exprimit in suo Sanctorum Italiæ Catalogo, eorumque adventum in Italiam collocat sub imperio Justiniani, quod is anno Christi* 527 *suscepit. Campellus lib.* 8 *pag.* 256, *satis habuit dicere*, magnam multitudinem Catholicorum *è Syria venisse in Italiam, & paucos tantum ex illis nominat*, Isaacum, Joannem Paranensem, Maurum *cum* Felice *filio, nescio an & alios. Venisse autem, ait, anno* 518, *fugientes persecutionem, quam in Oriente Severus Patriarcha Antiochenus, sectâ Acephalus, potentiâ Imperatoris Anastasii suffultus, movebat in Catholicæ fidei professores. Omnes citati Auctores appellant etiam hic, ad probandum sua dicta, codices antiquos Mss. ecclesiæ Spoletinæ. Sed cum tam diversa de tempore & causa adventus eorum etiam hic scribant, videri possunt codices ipsi nihil quidquam de illis certius hîc affirmare, quam suprà: habemus nos inde vitam* SS. Mauri *&* Felicis, *atque impressimus ad diem* XVI *Junii ex illustratione P. Henchenii, sub hoc principio*, S. Maurus..... antequam ex Syriæ civitate, nomine Cæsarea, discederet, *&c. monetque paulo post Illustrator,*

C *quod, ubi ipse puncta notavit, in Ms. legatur*, cum Sociis trecentis; *quodque illum* numerum, aliquantùm suspectum, ne in limine lector offenderetur, *prætermiserit.*

11 *In isthac vita, à nobis impressa, num.* 2. *&* 3, *nominatim leguntur, in Comitatu Mauri venisse*, Christophorus (*idem, qui Jacobillo tomo* 1 *pag.* 39, Carpophorus *&* Socius *S. Herculani Junioris*) Joannes Abbas Paranensis, Laurentius, *&* Isaac Abbas S. Juliani. *Temporis, quo advenerint, nota illic nulla reperitur. Causa adventus innuitur fuisse, desiderium martyrii: visitatis enim Romæ Apostolorum liminibus aliisque basilicis; dicuntur* per diversa Italiæ loca se segregasse; ut, postquam Christi fidelium persecutiones & martyrium desierant, populos in fide Christi perseverare aliaque pia opera facere, curare possent. *Aliam plane causam longeque diversam debent habuisse itineris sui, quam desiderium quærendi occasionem Martyrii, juxta sententiam Campelli; qui clare scribit pag.* 256, *ipsos, ne quid gravius propter fidei suæ professionem cogerentur pati in Oriente, fugisse in Italiam, ratos*, cedendum esse gravi procellæ iniquissimæ persecutionis, *quam Severus Antiochiæ Episcopus*, sceleratissimus ac perfidissimus hæreticus *annitente Anastasio Imp. excitaverat. Habemus quo-*

Tract. Præl. ad Tom. I. Julii.

& seculo 6 venisse,

Patrum nominibus expressit.

Sunt, qui numerum ipsum adstruant,

sunt, qui non ausint.

Nomina eorum apud alios alia.

que Acta Latina S. Laurentii, modo nominati, è cod. AUCTORE
2 *ecclesiæ Spoletinæ pag.* 147, *ab ipso Jacobillo* C. J.
pridem nobis donata: ex quibus & aliunde suam ipse Italicam Laurentii vitam, sic compilavit, ut nihil eorum, quæ in vita Latina ad rationem temporis spectant, sane multa, retinendum sibi putáverit. Mutavit quoque plura alia, de quibus postea; adeo ut acta ejus Italica ab originalibus Latinis mirifice discrepent. Dicitur in his Actis Latinis Laurentius venisse cum infinita turba suorum affininium, *ac nominatim cum hisce paucis*, Lazaro *&* Joanne, *qui consederunt in Ferentillo*; Isaac *in civitate Spoleto*, Eutitio, Joanne Paranensi *&* Brictio.

12 *Præmissæ tres Classes advenarum è Syria &* *Unde con-*
Palæstina, aut saltem duæ, admittuntur à plerisque recentioribus Umbriæ Scriptoribus, tamquam principia quædam historiæ suæ ecclesiasticæ, de quibus dubitare nefas sit. Scio, pauculos quosdam in S. Gregorii Dialogis referri, qui è Syria in Umbriam venerunt & sanctam ibi vixerunt vitam; puta Isaacum abbatem Spoleti, & duos tresve præterea; qui tamen non in societate duodecim aut trecentorum, sed seorsim potius singuli venerunt. Qui igitur tantum è Syria numerum in duobus tribusve classibus adducunt in Italiam & Umbriam; si id credi velint ab aliis, credibili auctoritate antiquâ commonstrare debebunt. Actis certe XII *Sociorum & similibus, illud nemo prudens credet, eóque minùs, quod ipsi scriptores Umbri, aliam auctoritatem, quam quæ in Actis illis fundata sit, non afferant; quodque de tempore adventus, inter se ipsi dissideant totis seculis; & alia atque alia, inter se contraria statuant.*

13 *Præcipuum interea monumentum, ut jam* *Acta quæ-*
dixi, ad persuadendum aliis opiniones suas illi habent, Acta XII *Sociorum, in quibus omnium duodecim nomina conjunguntur, prout illa hîc à nobis in titulo posita sunt, & suprà num.* 5 *ex Campello annumerantur & apud Mombritium in SS. Abundio, & Carpophoro, eodem modo leguntur impressa. Habemus eadem nomina in actis Mss. è Legendario bibliothecæ Barberinianæ fol.* 165, *Romæ exceptis, & in aliis, è codice Strozziano Florentiæ transcriptis; item in alio Ms. quod noster Antonius Beatillus Neapoli submisit anno* 1640. *Omnia illa Acta & singula enumerant in contextu suo nomina singulorum duodecim Sociorum & quidem eodem ordine, nisi quod apud Mombritium solus* Abundius *transpositus, &* Baractalis, *omnium* F *ultimus, ibi prætermissus sit. Interim titulus, Actis illis præfixus ubique diversus est, videlicet in Ms. Barberiniano legitur*, Passio S. Proculi, Brictii & aliorum. *In Beatilliano*, Passio S. Proculi martyris. *Apud Mombritium vero*, Passio Sanctorum Abundii & Carpofori martyrum. *Acta Barberiniana & Strozziana aliis prolixiora sunt, traduntque singularia quædam de gestis & morte* Anastasii, Brictii, Proculi, Abundii, Carpophori & Herculani. *De reliquis è duodecim Sociis*, Joanne, Teudila, Isaac, Laurentio *&* Baractale, *nihil ibi invenitur singulare præter nomen cujusque. De* Eutitio *tantum dicitur, quod ad lacum Vulsinum solitariam vitam duxerit. Acta à Beatillo submissa, similia sunt Barberinianis & Strozzianis, sed carent secunda parte, uti & Mombritiana, quæ etiam paulo contractiora sunt, eadem tamen & ipsa sunt in re; easdemque omnia & singula Acta fictionis notas præferunt, ex quibus convincuntur nullius auctoritatis esse.*

dam id ajunt,

14 *Quod ut ipsi quoque lectori meo perspicuum*

AUCTORE C. J. *ſed apocrypha.*

fiat, dabo primo loco Acta XII *Sociorum ſimultanea. Tum examinabo quorumdam ſingularia. Attamen prius ſciſcitari debeo ex eruditis Umbriæ ſcriptoribus, quid tandem fundamenti habeant dictorum ſuorum ex antiquitate, præter ſua monumenta eccleſiæ Spoletinæ, quæ quantumvis antiqua ipſis videantur; non ſatis antiqua ſunt, nec idonea, ut fidem faciant in rebus antiquioribus, de quibus proprii ſcriptores, qui Acta illa viderint, tam diverſa ſentiunt. Sciſcitabor etiam, cur unam, alteram, ac tertiam Claſſem Sanctorum advenarum è Syria ad ſe adducant. Cur primam Claſſem alii plurium, alii pauciorum Sociorum ſtatuant: ſecundam autem Claſſem ex determinato duodecim virorum conſanguineorum numero componant: tertiam vero trecentorum utriuſque ſexus hominum, definiant. Cur item unam Claſſem ſeculo Chriſti primo, aliam tertio, poſtremam ſexto, concipiant advenisſe. Si hæc certius oſtendi non poſſint è ſcriptis antiquorum idoneis, quam legantur apud ſcriptores nuperos; nullam omnino certitudinem habebunt, nec redolebunt veritatem.*

Quibus de Sanctis hîc agendum ſit. B

Dabo autem Acta ſimultanea ex codice Ms. Barberiniano, collata cum Ms. Strozziano ac Beatilliano; atque adjiciam in Annotatis ex Mombritio, ſiquid is notabiliter diverſum alicubi habeat. Sciendum porro, me non promiſcue hîc acturum de Sanctis Umbriæ antiquis omnibus, imo neque de omnibus, huc uſque nominatis in tribus claſſibus: ſed de illis præcipue duodecim ſociis, quorum nomina in titulo deſcripſi. Inquiram autem, an omnes duodecim ejuſdem claſſis eſſe potuerint; quo tempore ſinguli venerint; an plures ejuſdem nominis Sancti extiterint; quam antiquum cultum eccleſiaſticum ſinguli habuerint; & alia ejuſmodi.

§. II. *An Sancti duodecim Socii è Syria in Italiam profecti ſint ſeculo Chriſti primo.*

Socios 12

Duas præcipue tranſmigrationes virorum Chriſtianarum, quorum plurimi ſanctitatis fama claruerunt, è Syria in Italiam & Umbriæ provinciam factas olim fuiſſe, aſſeritur à ſcriptoribus poſterioris ævi, Ughello, Ferrario, Campello & aliis.

C *Jacobillus tertiam quoque illis adjungit: ac primam, quæ ei componitur ex* Brictio, Joanne, Criſpolito, Herculano, Vincentio, & Benigno, *ait factam eſſe ſeculo* I. *Secundam, quæ etiam complectitur* Brictium, Joannem, & Herculanum, *alioſque novem, in titulo Commentarii hujus recenſitos, refert ad finem ſeculi* III; *aliis hanc referentibus ad ſeculum* I. *Tertia eidem conſtat è trecenis promiſcui ſexus, ætatis & conditionis hominibus, ac venit in Italiam ſeculo* VI. *Plura de hiſce commigrationibus ſcripſimus jam ſupra. Notandum tamen, quod Jacobillus, quos in prima commigratione ſex ſociorum, nominat,* Joannem, Brictium, Herculanum; *diſtinctos velit ab aliis eorumdem nominum, qui venerunt in commigratione ſecunda, duodecim numero, ductore S. Anaſtaſio. Numerus iſte ſenarius, ſeorſim à duodenario prædicto, an, unde & quando venerint; hic non diſputo. De duodenario, nobis precipuè ſermo eſt, ut dixi.*

e Syria in Italiam veniſſe

16 *Campellus, rerum patriæ ſuæ, nimium fortaſſe ſtudioſus, omnes duodecim adſcribit ſeculo Chriſti primo. Opinatur namque lib.* 4 *pag.* 104, S. Petrum Apoſtolum anno LXVIII denuo veniſſe Romam, perſequente Chriſtianos Nerone, & è multis diſcipulis ſuis elegiſſe ſacerdotem unum probatæ vitæ & conſtantiſſimi zeli, Brictium nomine; eumque eodem anno inde miſiſſe Spoletum, ut novos ibi Chriſtianos (*ſuſtinet enim Auctor, S. Paulum Apoſtolum ibi antea Euangelium prædicaſſe*) in acerbiſſima perſecutione, quam patiebantur, confortaret; & Religionem Chriſtianam, uti bonus ac fidelis operarius, promoveret. *Et proſequitur Campellus:* Fuit Brictius patriâ Antiochenus, diſcipulus fortaſſe Apoſtoli Petri, ex quo is habuit Antiochiæ ſedem ſuam, & miſſus ab eodem S. Petro fuerat in Italiam, cum primùm perſecutio Neroniana graſſari cœpit, in comitatu Anaſtaſii patris ſui, & fratris ſui Eutichii, aliorumque novem Chriſtianorum patruelium ſuorum, Joannis, Teudilæ, Iſaaci, Carpophori, Abundii, Laurentii, Proculi, Herculani, & Baractalis, qui nepotes erant Anaſtaſii ex quodam fratre ejus. Item comitati ſunt iſtos alii tres, pariter diſcipuli S. Petri, Criſpoldus, Vincentius & Benignus. D E

repugnat Actis,

17 *Hactenus Campellus, ex Actis, ut patebit, Sociorum* XII, *præterquam quod tres ultimos prioribus adjungit, aliunde adductos, neſcio quo auctore aut fide. Deinde vero proſequitur alia, ex iiſdem Actis deſumpta: ſic ut manifeſte declaret, illa Acta, omnium, quæ ipſe circa duodenarium iſtum numerum commentatur, fundamentum eſſe. Quin & in confirmationem dictorum ſuorum pag.* 122 *litt. E. allegat primo loco, illa ipſa Acta S. Brictii & Sociorum ejus: quibus deinde ſubjungit ſilvam ingentem aliorum ſcriptorum, qui fere omnes recentiſſimi ſunt; & ſcripturarum, quæ in aliarum eccleſiarum archivis latent; ſed quæ majoris auctoritatis, quam Acta præmiſſa, aut multum ab iis diverſa eſſe non poſſunt: nec puto aliter illa loqui, quam noſtra, de adventu Petri Apoſtoli Spoletum, aut potius de apparitione ejus cum Angelo, noctu Brictio in carcere Spoletino facta. Quæ Campellus fruſtra trahit ad ſeculum Chriſti primum, & ad Petrum adhuc in carne viventem, ſine ulla neceſſitate, auctoritate, aut veriſimilitudine, niſi quam ipſi forte ſuggeſſit ſuus amor extollendi magnificas patriæ ſuæ antiquitates quam altiſſime.* F

nec probatur ab aſſertoribus,

18 *Nullum ego apicem invenio in totis Actis, qui ſapiat ſeculum primum. Quod enim ibi ait Brictius, ſe* Petri veſtigia de orienti itinere ſecutum eſſe; *id recte potuit dicere, etiam tertio, quarto, aut poſteriori quovis ſeculo. Vere enim poſt Petrum de Oriente venit Romam, ſeu brevi, ſeu longo poſt tempore. Quod vero idem Brictius dicatur ab Apoſtolo Petro viſitatus in carcere, ab eoque tunc ordinatus Epiſcopus fuiſſe; id Auctorem Actorum omnimodæ ſoliditatis argueret, ſi tunc in carne verſatum fuiſſe Apoſtolum, ſignificatum vellet. Scribit enim & ſæpe repetit, Imperatoribus Diocletiano & Maximiano à Proconſule Martiano varia tormenta & carceres ſuſtinuiſſe Brictium Spoleti. Levior Auctoris error fuerit, ſi credidit, ordinationem ſacram, à beato Apoſtolo, pridem defuncto, in corpore aſſumpto factam, eſſe validam.*

ridiculum de Martiano argumentum afferentibus,

19 *Campellus porro, ut retrahat duodecim Socios ad ſeculum primum, ſubſtituit in Actis auctoritate ſua,* Domitianum *Imperatorem pro* Diocletiano, *ſuſtinens, per ſocordiam librariorum aliter ſcriptum nunc legi: utque hoc veriſimile reddat, producit ex Tacito quemdam Martianum,*

ſeculo Chriſti I,

A *num, Galbæ Imperatori ſeculo* I *familiarem, quem ſibi imaginatur illum eſſe, qui ſanctos Carpophorum & Abundium occidit; ſanctum vero Brictium, varie tortum, carcere concluſum tenuit. Quia, inquit pag.* 113, facile potuit fieri, *ut Martianus ille* obtinuerit aliquod imperium aut præfecturam ſub Domitiano, *quando Brictium cum Angelo inviſit Apoſtolus. Diſſimulemus tantiſper, ita ſe omnia hîc habere, ut ille cupit: quid conſequetur? Non potuiſſe S. Petrum, utpote ſub Nerone cruci confixum, inviſere captivum ſub Domitiano Brictium, niſi aliquot poſt martyrium ſuum annos; atque adeo fuiſſe tunc æque expertem veri corporis humani, quam fuit tempore Diocletiani.*

neque ſibi conſtantibus.

20 *Neque ſalvare ſententiam ſuam poteſt Campellus, dicendo pag.* 305, *captivitatem illam Brictii & viſitationem Petri contigiſſe ſub Nerone, Petro adhuc vivente. Unde enim id habet? Acta dicunt, contigiſſe ſub Diocletiano & Maximiano, & quidem poſt martyrium SS. Carpophori atque Abundii. Campellus ſupra pro Diocletiano ſubſtituit Domitianum, Actis ignotum. Diſſimulavimus. Nunc iterum pro libitu ſuo ſubſtituit Domitiano Neronem, cujus pariter nulla mentio in A-*

B *ctis. Si ſubſtitutionibus iſtiuſmodi rerum veritas inveniatur, invenerit hîc illam Campellus. Sed longe abeſt à vero: quin & ſuas ipſe ſubſtitutiones everſit, dum alligat pag.* 116, *prædictorum Carpophori & Abundii martyrium anno Chriſti* 93, *qui Domitiani* XIII *eſt, non quia aliquid exploratum habet de tempore martyrii eorum; ſed quia Domitianum, ſub quo vult paſſos eſſe, anno illo maxime in Chriſtianos ſæviſſe conſtat. Ponamus tamen Martyres illos anno* 93 *cæſos eſſe, & audiamus Acta. Aſſerunt, poſt illorum cædem, Brictium, denuo captum, in carcere viſitatum fuiſſe ab Angelo & B. Petro; & ab hoc epiſcopalem conſecrationem accepiſſe; nempe eodem anno* 93, *aut poſt, quando jam ab annis* 25, *ſibi mortem intulerat Nero. Quo igitur modo, ſub Nerone viſitavit in carcere Brictium & conſecravit epiſcopum B. Petrus?*

Male conſugitur ad Martianum, Galbæ Imp. familiarem.

C 21 *Redeamus ad conjecturam Campelli, de Martiano, Galbæ familiari loquentis, exploraturi, an is poſſit obtinuiſſe præfecturam aliquam ſub Domitiano. Mirum ſane, Hiſtoricum, veri (ut debuit) amantem, auſum aliis perſuadere velle, quod ne ſibi quidem ipſe perſuadere potuit, verum eſſe. Citat Tacitum lib.* I. *Hiſt. Quid autem ille ibi? Capite quidem* 13 *ait:* Nec minor gratia Icelo, Galbæ liberto, quem annulis donatum, equeſtri nomine Martianum vocitabant. *Cap.* 37 *arguitur Martianus iſte, magnæ rapacitatis fuiſſe & exiguo tempore immenſas divitias cumulaſſe. Ac tandem cap.* 47, *occiſo poſt ſeptem imperii menſes Galba, ſub Othone illius ſucceſſore,* in Martianum Icelum, ut in libertum, palam animadverſum *fuiſſe ſupplicio capitali. Tenuit imperium Otho tribus menſibus anno Chriſti* 69, *eoque anno cæſum fuiſſe Martianum, dicit Tacitus, à Campello citatus: quo igitur ille pacto præfecturam alicubi aut imperium geſſerit aut gerere potuerit ſub Domitiano Imperatore, annos ut minimum duodecim (tunc enim primum imperare Domitianus cœpit) poſt mortem Iceli? Pone etiam, ſupervixiſſe illum uſque ad imperium Domitiani; nullam ullius præfecturæ ab eo geſtæ mentionem facit Tacitus: & ut faceret, cur illam gerere debuiſſet Spoleti? An toto Romano orbe non erat locus alius, ubi illam potuiſ-*

AUCTORE C. J.

ſet gerere? Nihil igitur Spoleto celeberrimæ civitati, nihil præfecturæ cuicumque, nihil imperio Domitiani cum Martiano illo commune eſt; & qui aliter ſcribunt, dicam, abuti otio ſuo atque imponere lectoribus, ut hiſtorici videantur, potius quam ut veritatem ſectentur.

Sociorum 12 nullus, in Martyrologiis notus eſt

22 *Quid porro? Hactenus non licuit mihi ullum invenire Martyrologum, ſaltem paulo antiquiorem (recentiſſimos enim operæ pretium non eſt examinare aut magni facere in rebus tam antiquis) qui Brictium, Carpophorum, Abundium aut alium è duodenario numero, paſſum aut mortuum ponat ante Diocletianum & Maximianum: nedum, qui referat ad ſeculum primum. Et Ado quidem genuinus apud Roſweydum, de tribus Sanctis, modo nominatim expreſſis, elogium texens, de duobus poſterioribus Carpophoro & Abundio ait, in* perſecutione Diocletiani *poſt varia tormenta gladio cæſos fuiſſe: de tempore, quo Brictius vexerit, nihil meminit.*

ante ſeculum 4,

23 *Quod ſi verum eſſet, prædictos Sanctos, Petri Apoſtoli, adhuc in carne verſantis, diſcipulos fuiſſe, ab eoque in Umbriam miſſos, & Brictium etiam epiſcopum totius Umbriæ (ut aliqui amant credere) & quidem Metropolitanum fuiſſe conſecratum; idem Ado Brictium ſaltem non ad commune Martyrologium ſuum retuliſſet, ſed inſeruiſſet libello, quem inſcripſit.* De feſtivitatibus ſanctorum Apoſtolorum, & reliquorum, qui diſcipuli, aut vicini, ſucceſſoreſque ipſorum Apoſtolorum fuerunt; *in quo meminit die* VI *Maii,* S. Euodii, qui ab Apoſtolis Antiochiæ epiſcopus *poſt B. Petrum* ordinatus eſt. *Die* 11 *Februarii,* S. Ignatii epiſcopi & martyris, qui tertius poſt Petrum Apoſtolum Antiochenam rexit Eccleſiam, *ſub Traiano affectus martyrio. Die* XXIII *Julii,* S. Apollinaris epiſcopi, qui Romæ ordinatus ab Apoſtolo Petro, Ravennam miſſus eſt.

E

aut in libello Adonis

24 *Quam recte compareret inter illos (ſi verum eſt, Apoſtoli diſcipulum fuiſſe)* S. Brictius, *hoc aut ſimili elogio celebrandus; quod ſcilicet B. Petrum Apoſtolum è Syria ſecutus Romam; ab eodem ibi Sacerdos ordinatus & miſſus in Umbriam fuit; deinde Spoleti multa tormenta pro confeſſione fidei paſſus & carcere incluſus, ibique ab eodem B. Petro, Româ accurrente, noctu viſitatus & Epiſcopus Metropolita totius Umbriæ ordinatus, tandem in civitate Martulana quievit in pace. Verum non placuit Adoni, quia non conſtiterit ei de Brictio, quod conſtitit de Euodio, de Ignatio, & Apollinare, diſcipulum Petri aut ab eo ordinatum epiſcopum, aut ad prædicandum Euangelium fuiſſe miſſum. Neque id ſciverit S. Hieronymus, qui in Martyrologiis antiquioribus, à Florentinio editis, neque Brictii, neque ullius Sociorum ejus mentionem facit, licet faciat de tribus jam nominatis, Euodio, Ignatio atque Apollinare, & de ſexcentis aliis minus illuſtribus, qui ante ætatem ejus floruerunt. Res hæc claritatem accipiet majorem è ſequentibus, ubi de ſingulis agemus.*

de diſcipulis Apoſtolorum.

F

AUCTORE C. J.

§ III. *Distinctio & elucidatio aliquot locorum antiquorum in Umbria, quorum mentio fit in Actis* XII *Sociorum.*

Tres civitates, Interamna dictæ in Italia,

VAria memorabuntur loca, oppida, urbes, in sequentibus Actis, quæ notiora sunt hodiedum, quam ut indicari debeant, quædam tamen in ipsis Actis redduntur obscuriora. In his Interamna, civitas antiqua Umbriæ, obscuratur per additamentum Tyria. Carsuli quoque, ejusdem provinciæ urbs prisca, non uno loco ponitur à scriptoribus hodiernis. Nostra S. Proculi Acta, quæ dabimus, nominato quodam Episcopatu Tyriæ in Italia, addunt, quæ hodie Interamnis vocatur. Acta ejusdem S. Proculi, quæ apud S. Antoninum leguntur, duplicem adjungunt interpretationem, quam ipsius Antonini esse reor, his verbis: Episcopus Tyriæ (rectius Tyreæ,) quæ hodie dicitur Interamnis (rectius Theramne) &c. Mallem, nos docuisset Antoninus, quis umquam, præter hæc Acta civitatem Interamnam, quod nomen antiquæ Romanorum Reipublicæ notum fuit, Tyriam seu Tyream appellaverit. Cur item, Interamna interpretetur rectius, Theramne. Tres in Italia civitates, Interamna, aliis Interamnia; Interamnum & etiam Peleſtinos. Verum nihilne significat addita vox Piceni & Picenensis? Nemo certe unus Picenum, præsertim Prætutianum, hactenus scitur in Umbria posuisse, aut Umbriam in illo Piceno. Nec vero Plinius in enumeratione oppidanorum Umbriæ Palestinos magis ad Interamnates refert, quam ad ullos alios oppidanos, contentus solos ibi indicare Interamnates Nartes. Debet igitur Interamna, quam in libro de agrorum limitibus cognominari Palestinam diximus, in Piceno quæri; nec alia potest esse, quam quæ à Ptolemæo locatur in Præguttiis seu Prætutiis, qui pars Picени sunt, atque ab Umbris tam longe recedunt Orientem versus, ut interponantur ab eodem Ptolemæo Sabini, Æquiculi & Marsi. Ex quo & consequitur, in eodem libro perperam, ut plurima alia, scriptum esse per crassam librariorum negligentiam aut ignorantiam Interamne Palestina Piceni, pro Prætutiana Piceni.

B

tertia Interamna ad Lirim fl.

28 *Tertia demum Interamna sita fuit ad fluvium Lirim, à quo cognominatur* Lirinas *& incolæ* Interamnates Lirinates, *sed non tam facile determinabitur distinctior ejus situs, quam determinatus fuit Interamnæ ad Narem atque Interamnæ Prætutianæ, abeuntibus in diversas opiniones scriptoribus. Qui Plinium pridem edidit notisque illustravit Jacobus Dalechampius, ad libri 3 caput 14 sic annotat:* Sub Sora in Samnio, ubi Liris coëunt duo capita (*imo alterum eorum, proprie* Fibrenus *fluvius*) insula est & oppidum, Interamna dictum, quod iis duobus fluminibus circumdatur. *Idem locus nunc appellatur vulgo,* L'Isola. *In eodem Liri infra Ceperanum alia formatur insula, cui vulgare nomen est,* L'Insoletta, *ubi alii putant Interamnam fuisse. Leander Alberti pag. 268 eam ponit in prædicta insula ad confluentem Fibreni & Liris. Pagina vero 269 versa, aliter loquens, eumdem reponit non procul à Casino. Alii alia comminiscuntur. Duo mihi videor posse ut certa ponere; è quibus distinctior situs deinde certius investigetur.*

E

una ad Narem fl. in Umbria,

C

altera in Prætutiis ad Turdinum fl.

29 *Primum est; quod hæc Interamna fuit in via Latina, testante & scribente Livio lib. 10 pag. mihi 261,* Samnites, Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est, occupare conatos fuisse. *Alterum vero, quod in via Latina fuit Interamna, prope Aquinum & Casinum, itidem colonias Romanas, colligitur ex Livio & Strabone.* F *Livius Decade 3 lib. 6, iter Annibalis è Campania Romam versus hoc ordine prosequitur:* Per Suessulam Allifanumque & Casinatem agrum, viâ Latinâ ducit *Annibal.* Sub Casinum biduo stativa habita. Inde præter Interamnam Aquinumque in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum; ubi interciſum pontem à Fregellanis, morandi itineris causa, invenit.

in via Latina,

ex Livio

& Strabone

30 *Strabo lib. 5 pag. 237, ejusdem via Latinæ civitates aliquot præcipuas enumerans, contrario quam Livius ordine, incipit ex parte urbis Romæ ac desinit in Campania, hoc modo:* Deinceps (*post Pictas diversorium, ubi via Lavicana Latinæ conjungitur*) in ipsa via Latina sunt nobilia oppida & urbes, Ferentium; Frusinum; quod Cosa amni alluitur; Fabrateria, quam Trerus præterfluit; Aquinum, urbs magna, juxta quam Melpis fluvius magnus decurrit. Ἐντερόμνιον, ὃν ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν κείμενον, Λέιρεώς τε καὶ ἑτέρα Κασίνη, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος, ὑσάτη τῶν Λατίνων. *Ita Strabo quidem Græce. Sed aliter interpungendum legendumque esse censet Cluverius, & recte, hoc modo:* Ἐντερόμνιον, ὃν ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν κείμενον, Λέιρεώς τε καὶ ἑτέ-

A ἔτερος. Κασινοῦ, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος, ὑστάτη τῶν Λατίνων. Interamnium, ſitum ad confluentes duorum fluminum, Liris & alterius. Caſinum, & hæc ipſa urbs memorabilis eſt, ultimaque Latinorum. *Verum quid hîc fluminis notat Strabo per τὸ* alterius? *Utique, opinor ego, notare illud, de quo proxime dixerat*, Melpim; *quod juxta Aquinum decurrit ac paulo poſt in Lirim delabitur. Hæc ſi probentur talia inveſtigantibus, facile erit; determinatum iſtius Interamnæ ſitum invenire, ad confluentes dictorum Liris atque Melpis.*

Nulla in his Interamna Tyria.

31 *His perquiſitis, nulladum nobis inventa eſt Interamna, quæ* Tyria *aut* Tyrea *ſit olim appellata: Nihilominus pleraque Martyrologia cum Vſuardo ſignant die* IX *Julii Martyrium S. Anatoliæ in* civitate Tyro; *quod in emendatione Romani mutatum eſt in* civitate Thora: *notatque ad hunc locum Baronius ſic:* Legebatur in aliis martyrologiis, Tyri ad lacum Vulſinum: ſed pro Thyro ſeu Thurio vel Thyre; Thora: & pro lacu Vulſino, Velinus eſt poſitus. In Martyrum Actis, Thurenſis, pro Thorenſis ſeu Thorana, mendoſe legitur. *Et poſtquam hujus correctionis ſuæ rationem reddidit, ſubjungunt porro:* Thora à
B Dionyſio Halicarn. lib. I, Tiora dicitur: quam à Reate Latinam viam verſus, ſtadiis XL diſtare teſtatur. *Si igitur* Thora *& Tiora idem locus eſt, non tamen recte ad lacum Velinum ponitur, ponendus potius ad* fluvium Velinum *ſtadiis* XL, *ex Halicarnaſſæo, ſupra Reate; quam ad* lacum Velinum, *in quem dictus fluvius ſeſe infundit infra Reate. Certe ab illa Thora ſeu Tiora, dici Interamna* Tyria *aut* Tyrea, *ejuſque epiſcopatus* Tyriæ *aut* Thyreæ *non poteſt, niſi per ignorantiam.*

Trei item Carſuli urbes,

32 *Tranſeo ad Carſulas ſive Carſulos, quorum pariter reperiuntur olim fuiſſe terna ſeu oppida ſeu civitates, non admodum longe à Roma; aliquando totidem apicibus, aliquando levi diſcrimine ſcriptis nominibus. Urbs una Carſuli adjacuit Anieni fluvio, tantumdem fere ſupra Tybur, quantum Tybur ipſum diſtat Româ, &* Carſeoli *ut plurimum ſcribitur, quamvis etiam* Carſioli *&* Carſulis *reperiatur: nunc vulgo* Arſuli. *Colonia fuit Romanorum, eo ducta, ut Decade* I, *lib.* 10 *teſtatur Livius*, L. Cornelio Scipione & Cn. Fulvio Conſulibus, *anno ab Urbe condita* 456. *Cluverius pag.* 784 *ſcribit, juxta oppidum* Arſuli, *ſua memoria repertum fuiſſe* in via, antiquo ſilice ſtrata, lapidem milliarium, *qui* numerum refert XXXVIII millium paſſuum: *quo intervallo cum* Arſuli *oppidum abſit quoque Româ, non tantum ſimilitudine nominis refert Carſeolos, ſed etiam ſitu. Plura de Carſeolis hiſce ſciendi cupidus adeat Cluverium, indicabit ſcriptores antiquos, & in tabula Latii geographica oculis ſubjicict ipſum locum cum circumjecta regione.*

una ad Anienem fluvium ſupra Tibur,
C

altera inter Reate & Nurciam,

33 *De altera ejuſdem fere nominis urbe, ſcribit Dionyſius Halicarnaſſæus lib.* I, *quod* LXXX ab Reate ſtadiis, euntibus viâ Juriâ, apud montem Coretum, eſt Corſula, nuper diruta. *Aliis hoc nomen ſcribitur* Carſula *per primam vocalem in prima ſyllaba. Cluverius pag.* 683, *ponit urbem illam mediâ fere viâ inter Reate & Nurſiam, ubi nunc* Civitâ di Caſſia: *quæ etiam cognoſcitur & retinere aliquid appellationis antiquæ, & circiter* LXXX *ſtadiorum intervallo à Reate remota eſſe.*

34 *Tertia urbs Carſuli, illuſtrior fuit quam ſecunda, ejuſque ſitum in Umbria & via Flaminia inter Narniam & Mevaniam accurate deſignat Strabo, uti mox videbimus. Tacitus* Carſulæ Carſularum *declinat, indicatque,* X *millibus paſſuum ſupra Narniam ſitas eſſe Mevaniam verſus, dum lib.* 3. *Hiſt. poſtquam dixerat, exercitum Veſpaſiani, ſuperato Apennino, in Umbriam deſcendiſſe, & Mevaniam proceſſiſſe, addit cap.* 60, *eumdem exercitum* veniſſe Carſulas, *ibique adhuc* X millium ſpatio *abfuiſſe à Vitellianis copiis,* Narniæ (*ut cap.* 38 *dixerat*) *ab imperatore ſuo relictis. Viſitur nunc indicato loco,* X *mill. paſſ. à Narnia Mevaniam verſus, oppidum*, Caſigliano *Italis dictum*, compluribus, *teſte Cluverio pag.* 639, inſcriptionibus aliiſque antiquitatum monumentis illuſtre. *Illud ego ut cum eodem Cluverio credam, antiquos Carſulos ſive Carſulas eſſe; ſuadent primò*, intervallum X millium ab Narnia; *tum*, ſitus in via Flaminia; *deinde*, antiqua, *quæ diximus*, monumenta; *denique*, ipſum etiam vocabulum Caſigliano.

in ipſa via Flaminia;

35 *Sed hîc vellicet mihi fortaſſe aurem aliquis, dicendo, viam Flaminiam ducere Româ, Ocriculo, Narniâ, Interamnâ, Spoleto, Fulginium, atque inde per Appenninos montes Ariminum; uti habent Itineraria; tam Antonini, quam Hieroſolymitanum apud Petrum Bertium pag.* 8 *&* 45: *& nunc viam ordinariam Româ Fulginium, illac etiam ducere. Ita eſt. Verumtamen in neutro Itinerario iſtic loci dicitur, viam illam qua parte tendit Interamnâ, Spoleto, Fulginium, eſſe* Flaminiam. *At vero idem Itinerarium Antonini pag.* 22, *præfixo hoc titulo* (Flaminia, *qua* ab urbe per Picenum, Anconam *itur*) *viam illam Româ ducit* Ocriculos, Narniam, Ad Martis, Mevaniam, Nuceriam: *& Strabo lib.* 5 *ponit in Flaminia* Narniam, Carſulos, & Mevaniam. *Tacitus quoque indicat Vitellium eodem illo urbium tractu duxiſſe exercitum ſuum Mevaniam, & inde reduxiſſe Narniam; eâdemque viâ ſecutum fuiſſe cum ſuo milite Veſpaſianum.*

quæ ad Narniam diſpertitur in tria diverſa,

36 *Ex dictis hactenus duas habemus vias, quæ Narniâ per reliquam Vmbriam ducunt Fulginium Nuceriam, aut aliorſum: quarum illa, quæ recta procurrit Carſulos, Ad Martis & Mevaniam, expreſſe appellatur auctoribus ſuis* Flaminia: *altera, quæ deflectit dextrorſum, Interamnam & Spoletum citatis Itinerariorum paganis* 8 *&* 45, *non vocatur Flaminia. Attamen præmittitur ibidem fragmentum alterius Itinerarii, quod viæ, dextrorſum flectenti, præfigit titulum* Flaminiæ; *ac tertiam quoque addit viam ſub eodem titulo, quæ ſiniſtrorſum à Narnia tendit Tuder ac Hiſpellum. Verba hujus fragmenti ſunt:* Iter Flaminium habet Caſtrum novum, Ocream & Ocriculum; Narniam, olim Nequinum; Tuder; Hiſpellum. *Tunc nulla re interpoſita, ſubjungitur alius ejuſdem Flaminiæ ductus*, A Caſtro novo (*à quo ſupra etiam inchoaverat*) Spoletum, Camerinum, Urbinum, Piſaurum, Ariminum. *Habemus nunc ternas per Vmbriam vias, quarum ſingulas auctores ſui* Flaminiam *vocant. Vna tendit rectius quam aliæ, ſeptemtrionem verſus, ad Mevaniam urbem, & montes Appenninos; altera flectit ad dextram, tertia ad ſiniſtram, & currentes utrimque per circuitum, formant fere circulum ac tandem videntur iterum coire inter ſe & conjungi cum via recta, Nuceriæ aut alibi ſub Apennino.*

quorum medium eſt proprie via Flaminia.

37 *Quæſtio hinc naſcitur, an ternæ illæ viæ, ex una Flaminia egreſſæ; recta, inquam, illa, dextra & ſiniſtra, quatenus ſeorſim currunt, verè ac propriè ſint* Flaminia; *& ſi una tantum talis eſt; quænam illa ſit. Ad primam propoſitæ quæſtio-*

tertia inter Narniam & antiquam Mevaniam;

E

F

AUCTORE C. J.

ſtionis partem reſpondendum exiſtimo, non eſſe omnes proprie Flaminiam. *Perſuaſum quippe debemus habere, viam Flaminiam primitùs unico tantum ductu ſtratam fuiſſe à Roma Ariminum uſque. Quod ſi aliæ inde poſtea eductæ, aut eò immiſſæ fuerint; illæ verè ac proprie Flaminiæ non ſunt, quantumvis Flaminiæ etiam appellentur à nonnullis, per abuſum potius, quam quod vere talis ſint. Quæ igitur illa unica, quam Flaminius conſul ſtravit? Illa, opinor, quam Strabo, & poſt ipſum, Itinerarium Antonini pag.* 22 *expreſſe* Flaminiam *vocant. Illa enim, ut rectiore tractu, ita & breviore, à Narnia ad Apenninum ac Nuceriam percurrit: brevitas autem viarum, quæ magnis impenſis parantur, ſternendæ, ceteris paribus præferri debet illis, quæ per circuitum longiori tractu perducendæ eſſent ad eumdem terminum. Ad hæc via Flaminia, atque aliæ regiæ, quæ Româ excurrebant in longinquas regiones, potiſſimum ductæ ſtrataque fuerunt militiæ cauſa, ut expeditius*

B *duci & reduci exercitus poſſent, quo neceſſitas poſtulabat. Ita Auguſtus apud Dionem lib.* 53, *videns*, vias extra Urbem, aliquamdiu neglectas, difficilia itinera exhibere; Flaminiam, quoniam eâ ducturus exercitum erat, ſtatim *curavit inſtaurari. Eâdem viâ profectus Româ cum exercitu ſuo Vitellius, inſidebat Mevaniam, uti ex Tacito ſupra docuimus, dum Miles Veſpaſiani ab aliâ Flaminiæ parte per Apenninum in Umbriam deſcendebat, ac Vitellianos cedere Mevaniâ coëgit, Narniamque progreſſos, ultra Carſulos inſecutus eſt, utique per eamdem viam Flamianam.*

38 *Strabo, qui tempore Auguſti ſcripſit, ma-*
uti oſtenditur ex Strabone, *jorique auctoritate valet apud me, quam Itineraria citata, quæ incerti ſunt temporis, ac fortaſſe multo poſterioris, duos in diverſa currentes vias, appellantia* Flaminiam *ſingulas. Strabo, inquam, tres vias prædictas, aut potius unam rectam: ac duo inde deducta viarum divortia dextrorſum & ſiniſtrorſum, accurate diſtinguit, ſolamque mediam,*

C *ſeu rectà procurrentem, appellat Flaminiam. Textus ejus hac de re ita incipit lib.* 5 *pag. mihi* 227: Πόλεις δ' (Ὀυμβρικὰς) εἰσιν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἄξιαι λόγου καὶ αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμμινίαν ὁδὸν, αἵ τε Ὀκρίκλοι πρὸς τῷ Τίβερι &c. Urbes *Vmbriæ* intra Apenninos montes (*extendit enim Strabo Vmbriam antiquorum more, etiam ultra Apenninum aduſque Adriam mare*) memorabiles ſunt, in ipſa quidem via Flaminia, Ocriculum, ad Tiberim, & Laurulum, & Narnia, quam perfluit Nar amnis; deinde Carſuli & Mevania. *Tum alia addit oppida ejuſdem viæ minus conſpicua*, Forum Flaminii, Nuceriam, Forum Sempronii: *ac pergit*, Ἐν δεξιᾷ δὲ τῇ ὁδῷ βαδίζοντι ἐκ τῶν Ὀκρίκλων εἰς Ἀρίμινον, Γυπέρμινά ἐστι, καὶ Σπόλιτον &c. Ad dextram autem via Flaminiæ, Ocriculo Ariminum tendenti occurrit Interamna, & Spoletum, & Æſium & Camerinum. κατὰ δὲ θάλερα μέρη Ἀμερία &c. Ad alteram vero partem, Ameria, & Tuder, & Hiſpellum & Itorum.

39 *Clariſſima hæc ſunt, monſtranique nolentibus*
non item alia lateralia, *excutire, viam Flaminiam uno tantum tractu duxiſſe tempore Strabonis per Vmbriam ab Ocriculo, Tiberi adjacente, Laurulum, Narniam, Carſulos, Mevaniam, Forum Flaminii, Nuceriam, ac inde poſt alia loca, Forum Sempronii. Monſtrant quoque, viam, quæ Interamnam, Spoletum, Æſium & Camerinum percurrit; atque alteram, quæ Ameriam, Tuder, Hiſpellum, ac Itorum attingit, non eſſe Flaminiam; ſed ex Flaminia deductas dextrorſum & ſiniſtrorſum. Quamobrem & appellari potuerint* Flaminia, *in fragmento Itinerarii, citato & alibi; quemadmodum & aliæ viæ, quæ ex antiquioribus altorſum derivantur, ſæpe retinent antiquarum, è quibus exeunt, nomen; præſertim quando eiſdem poſtliminio iterum junguntur in alia parte, uti denuo Flaminiæ junguntur ambæ viæ laterales, de quibus fragmentum: aut quando antiqua via incipit peſſum ire; quemadmodum Flaminia, à Flaminio conſule ſtrata, potuerit poſt aliquot ſecula, tunc cum Itinerarii fragmentum conſcriptum fuit, peſſum iviſſe, aut variis locis fracta, tam viatores quam nomen ſuum ad vias laterales tranſmiſiſſe. Certe jam fracta erat Flaminia multis locis, quando eam Auguſtus reſtauravit, uti paulo ante dictum eſt ex Dione: ac propterea poſſunt divortia lateralia, propter commodiorem vectationem paulatim magis frequentari cœpiſſe & nomen primariæ viæ ad ſe traxiſſe: quod tamen Imperante Vitellio nondum videtur habuiſſe.* E *Is etenim Imperator, Dolabellam tollere è medio cupiens, negotium commiſit Flavio Sabino Urbis Præfecto, juſſitque* (*uti apud Tacitum Hiſt. l.* 2 *cap.* 64 *legitur*) vitata Flaminiæ viæ celebritate, divertere Interamnam atque ibi *Dolabellam* interfici *curare. Quod utique indicat, Interamnam tunc extra Flaminiam fuiſſe.*

D dextroſum & ſiniſtrorſum excurrentia.

40 *His præmiſſis, erit ſuo loco oſtenſu facile,* Jacobillus Carſulas ponit loco non ſuo, *in Actis, quæ dabimus, intelligi debere* Interamnam, *quæ ad Narem fluvium ſita eſt; &* Carſulas *quæ ſitæ ſunt inter Narniam ac Mevaniam in via Flaminia: patebitque, imo ex dictis jam patet abunde, ſitum quem Jacobillus Carſulis aſſignat in vita S. Voluſiani tomo* 1 *pag.* 10, inter Ceſiam & Aquam Spartam, *non eſſe ſitum verum. Leander quippe Alberti, diligens iſtorum locorum ſcrutator, deſcribens pag.* 95 *viam, quæ Tuderti ducit Narniam, in ejus fere medio ponit* Tudinum oppidum parvum; *inde S.* Geminum, *tum* ad radicem alti montis, Ceſiam, cujus arx in præcelſo montis vertice ſpectabilis eſt. Additque, ulterius procedendo ſecundum ejuſdem montis radices, adeſſe oppidum Aquam Spartam: *ac denique, terminum ejuſdem viæ Tudertinæ eſſe* pontem Naris, *qui Narniam tranſmittit. Colligas hinc, Aquam Spartam propius abeſſe à Narnia quam Ceſiam, atque adeo intra ſextum abinde lapidem ſitam eſſe, cum ultra ſextum non recedat Ceſia, uti è tabulis geographicis colligere eſt: in quibus Ceſia quidem ſub vulgari nomine* Ceſi; *& arx Ceſiæ, ſub nomine* R (*id eſt* rocca) di Ceſi, *paſſim exprimitur.*

E

F

41 *Supereſt monſtrandum, non recte à Jacobillo*
inter Ceſiam & Aquam Spartam. *conſignari ſitum Carſularum, de quibus in Actis mox dandis,* inter Aquam Spartam ac Ceſiam. *Primum, quia pro arbitrio ſuo id facit, ſine teſte aut probatione. Deinde, quia nemo unus Geographorum illic loci Carſulas novit. Demum, quia Tacitus expreſſe aſſerit, Carſulas* x *millia paſſuum diſtare à Narnia, idque in via, quæ ducit Mevaniam: at vero Jacobillus eas ponit intra ſextum milliare, & in via, quæ ducit Tuder. Nihilo certiori loco ponit idem Jacobillus, in eadem S. Voluſiani vita oppidum* Lazanum, *de quo pariter in ſequentibus mentio fit, dum ait ſitum eſſe* ſupra ipſam civitatem Carſulas; *atque adeo ex mente illius, non procul à Ceſia aut aqua Sparta. Verum cum erraverit in ipſis Carſulis, erret quoque in Lazano neceſſe eſt. Ego in ſitum oppidi inquirere ſuperſedebo, donec apud antiquiores reperiatur appellatio ejus* Lazanum *aut* Lazana in Umbria. *Nam* Lezanum, *quod Leander habet inter Brun-*

du-

A *dusium & Tarentum, huc non spectare, quivis concesserit. Differam quoque credere, quod ibidem adstruit Jacobillus, Carsulas civitatem episcopalem fuisse, & multò magis, Volusianum ibi Episcopum sedisse; donec aliunde constiterit certius, quam ex scriptis apocryphis.*

ACTA XII SOCIORUM

A scriptore parum apto compilata.

PARS PRIMA

Ex Cod. Barberiniano Ms. collato cum Mss. Strozziano ac Beatilliano, atque editis à Mombritio.

Gesta ab Anastasio, Eutitio, Proculo, Brictio, Abundio, & Carpophoro.

B PAssio atque conversio S. Anastasii & undecim fratrum, qui cum eo de Syriæ partibus profecti sunt ad urbem Romam sub tempore Juliani Pontificis *a*; quorum nomina sunt Euticius, Bricius, Johannes, Teudila, Isaac, Habundius, Carpoforus, Laurentius, Proculus, Herculanus, & Paractalis *b*. Qui Julianus post residuum tempus ad arma bellica, imperiali sede resedit *c*, & reversus est sicut canis ad vomitum suum, & persecutor factus est Christianorum. S. Anastasius *d* applicuit in domo cujusdam S. Urbani Episcopi cum duobus filiis suis, quorum unus Euticius, alter verò Bricius dicebatur, & cum ceteris, qui cum eo venerant. E quibus S. Urbanus episcopus duos, Bricium videlicet & Capoforum, in presbyterii gradu ordinavit: Laurentium vero & Habundium sancti diaconatus ordinavit agere vicem: qui multo tempore occultè multorum corda paganorum in Christi nomine ad sanctum baptisma conC verterunt. Tunc nuntiatum est Juliano, quod de Syriæ partibus quidam vir, Anastasius nomine, venisset cum duobus filiis & nepotibus & proximis suis, & doceret populum doctrinam hominis illius, qui in Judæa crucifixus est; ordinavitque *e* sibi presbyteros & diaconos, & fecit sibi fontes & baptismata & multos Christianos; & subtraxit populum in doctrina Christi sui. Quo audito Julianus rabie & spiritu iracundiæ repletus, cum jurgio jussit, ut cum summa discussione ante vestigia sua adduceretur.

Sancti sub Juliano Imp. è Syria
a
b
c
Romam profecti,
d
Urbanum ibi Papam inveniunt.
e

2 Tunc ministri, sicut jussum fuerat eis, apprehenderunt S. Anastasium cum duobus filiis suis, & qui cum eis venerant; quorum una erat germanitas, una voluntas; & adduxerunt eos ante vestigia *f* Juliani, qui dixit ad eos; *g* Quæ est, miseri, insania vestra? Cui S. Anastasius respondit: Insania nostra Christus est. Quo audito Julianus iracundia repletus, jussit fustibus nodosis mactari eos, & in carcere retrudi, dicens, Fame periclitentur usque dum possim eorum insaniam vincere. Post

Sistuntur Juliano accusati:
f
g

multum verò temporis jussit Julianus, ut educerentur de carcere: caput vero sancti Anastasii jussit ut abscinderent in eodem loco *h*, ut ceteri metum haberent. Cumque vidissent ejus filii & nepotes tantam persecutionem Christianorum, fugâ lapsi, egressi sunt de urbe Roma, veneruntque ad locum, qui dicitur, via Cornelia *i*, quem alii homines Pacem sanctorum vocant: & confortati sunt, & invicem osculati sunt se osculo sancto.

AUCTORE C. J.
capite plectitur Anastasius;
h
i

3 Euticius vero, relicto germano suo Bricio, in partes Ticeni *k* perrexit iter, quod ducit in lacum Vulsini *l*, ubi per multos annos heremiticam duxit vitam. Bricius verò cum aliis fratribus suis venit in partes Valeriæ in urbem Spoletanam *m*. Proculum vero reliquit in colonia, quæ Narniæ dicitur, ubi superjacet castrum Carsulanum *n*, in quo erat vir sanctissimus nomine Volusianus *o*, cum quo S Proculus multis annis bonæ conversationis egit vitam: & admonitus [est] à S. Volusiano, ut curæ sacerdotalis ageret vicem. Qui *p* cum ab eo ordinatus in loco presbyterii fuisset, tantam in eo effudit Dominus gratiam; ut, cum sancti canonis verba compleret, Missam in cælo die sanctæ Resurrectionis, antequam sol surgeret super terram, audivit: & ipse sic Domino hostias immolabat, & reficiebatur *q*.

Eutitius locum Vulsinium,
k
l
m
Brictius & alii Spoletum,
n
o
Proculus Carsulas pergunt.
p
E
q

4 Quod cum nuntiatum esset Eugenio *r*, sanctæ sedis Apostolicæ, quod taliter ageret, jussit cubiculariis suis, ut loris adstrictus & acrioribus verberibus ad se cum summa festinatione deduceretur. Missi verò ferocissimi cubicularii venerunt in castrum Carsulanum occultè, & invenerunt eum sicut nuntiatum fuerat [facientem.] Tunc cum jurgio & typo superbiæ apprehenderunt eum & noluerunt accipere sanctæ Eucharistiæ communionem *s* ab eo. Cumque venissent in via Ostiensi *t*, igniferâ & validissima siti de cælesti coruscо fatigari cœpetunt, ita ut mortis culmine minaretur *u* propter typum superbiæ, & quod noluerunt corpus & sanguinem Domini accipere. Respiciens autem beatus Proculus ante vestigia sua, vidit cervam cum hinnulis suis carpere iter, cui in verbo Domini dixit: Præcipio tibi, ut nec passum quidem vestigium moveas, ut des potum sitientibus his. At illa stetit in verbo viri Dei. E Et apprehendens venerandus Vir scyphum, mulsit eam, & dedit potum sitientibus & refecerunt se. In nocte autem eadem Angelus Domini flagellavit Eugenium: & perterritus misit velocissimos cursores, ut ubicumque obviarent homini Dei, cum magno honore ad castrum Carsulanum reducerent: quia ab Angelo Domini commonitus, audisset, omnia vera esse quæ Dei famulus Proculus peregisset *x*.

r
Hic accusatus apud Eugenium Papam,
s
t
u
Romam accersitur.
x

5 Bricius verò cum Habundio & Carpoforo & aliis fratribus venit ad urbem Spoletinam & devoverunt; se ibi finire vitam: quo cum Turgius *y* & Leontius & Martianus erant constituti Proconsules, sævientes in persecutione Christianorum, & idolorum insaniam retinentes. Sanctus autem Dei famulus Bricius & Habundius diaconus, & Carpoforus presbyter occultè verbum Domini populo prædicabant, ut recederent à simulacris & cultura idolorum. Crescebat autem verbum Domini in eis, & mittentes aquam in pelvem baptizabant eos in nomine Patris & Filii & Spiritus

Abundius & Carpophorus,
y

AUCTORE C. J.

sancti. Et multæ animæ paganorum convertebantur, & destruxerunt templa idolorum & lucos eorum. Unde divulgatum est Turgio & Leontio & Martiano, quod de Syriæ partibus venissent homines, qui subtraxissent populum in doctrina hominis illius, qui in Judæa in ligno crucifixus est à principibus Sacerdotum in tempore illo. Et fecerunt, inquit, sibi fontes & sacrarium in nomine ipsius & deos nostros igni tradiderunt. Quo audito, Turgius & Leontius ira repleti & furore nimio, miserunt ministros, ut ubicumque illos invenire potuissent, vinculis ligatos adducerent ante eos.

capiuntur Spoleti,

6 Tunc euntes ministri venerunt in domum cujusdam Sincletæ Christianissimæ feminæ & invenerunt in ea Habundium diaconum & Carpoforum presbyterum, & apprehendentes eos, vinctos duxerunt ante Turgium & Leontium : qui dixerunt ; Vos estis qui destruxistis templa deorum nostrorum, & igni eos tradidistis, & replestis doctrina vestra populum ? Carpoforus respondit : Dii vestri, ut homines mortui sunt, qui nec se, nec vos salvos facere possunt, nec semetipsos ab igne liberare ; qui sunt lapides & ligna & æramentum & fictilia, qui fictos habent oculos & non vident ; aures habent, & non audiunt ; pedes habent, & non ambulant ; non clamant in gutture suo. Neque enim est in eis spiritus. Ego autem numquam audivi plures deos, nisi Patrem & Filium & Spiritum sanctum ; qui tres pueros de camino ignis liberavit : ipse est Deus vivorum & mortuorum, qui reddet unicuique secundum opera sua. Cum autem audiissent Turgius & Leontius eum talia loquentem, iracundia repleti sunt, & cum furore jusserunt ministris suis, ut fustibus nodosis omnia membra ejus dirumperent, ut à tali eloquio cessaret; & in carcere eum retrudi præceperunt, signantes annulo suo, ita ut à nullo homine nec potus nec cibus ei daretur, dicentes, fame puniatur.

B

& in carcerem mittuntur.

Brictius periculo subducitur ab Angelo,

7 Bricius autem presbyter absconitus erat ab eis : & cum audiisset, quod Turgius & Leontius taliter flagella fratribus injecissent, egressus est ad suburbana civitatis in locum, qui dicitur Apianum, ubi per tres noctes & dies cum lacrymis Dominum deprecabatur, ut ei ostenderet qualiter agere deberet. Cui Angelus Domini voce magna dixit ; Brici, famule Domini, exaudita est oratio tua : veni & ostendam tibi locum salutis, ubi salus præstatur. Tunc surrexit Bricius ab oratione, & cœpit cum Angelo per itinera viæ pergere & omnia ei narrare, qualiter illi contigisset & fratribus suis. Cumque hæc cum Angelo loqueretur, obviavit ei cæcus à nativitate sua, nomine Pisentius. Cum autem audiisset eos, talia loquentes, dixit ad eos : Forsitan vos discipuli illius estis, qui in Judæa cæcum illuminavit, & pedibus super mare ambulavit, & leprosos mundavit, & mortuos suscitavit ? Cui famulus Dei Bricius dixit : Ipsius servi sumus, quem tu nominasti.

C

cæcus per eum illuminatur,

8 Tunc Pisentius cæcus dixit : & , si ipsius servi estis, scitis de arte & medicina ipsius, ut aperiantur oculi mei & credam in filium Dei. S. Bricius dixit, si abrenuntias sathanæ & omni culturæ idolorum. Pisentius cæcus respondit : Abrenuntio. S. Bricius dixit ; qui Barthimeum cæcum illuminavit & Tobiam per Angelum illuminavit, & Job à vulneribus sanavit, ipse introducat lumen in oculos tuos, qui vivit & regnat per omnia secula seculorum. Et respondit Angelus Domini & Pisentius, Amen. Eadem hora aperti sunt oculi ejus & tamquam squamæ & albugo ovi ceciderunt ab oculis ejus ; & credidit Deo cum tota domo sua ; & baptizavit eum & omnes de domo ejus. Angelus autem Domini perduxit Dei famulum Bricium in locum Salutis, in superiorem viam in verticem collis : & dixit Angelus Domini, In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Dominmm. Ad sanctum quoque Bricium dixit, Hîc erit habitatio tua usque in diem, quo venerit Dominus judicare seculum per ignem *z*. Et benedixit eum, & ablatus est ab oculis ejus.

D

constituitur in loco Salutis,

z

a a

quem ideo Salustianum appellat.

E

9 Tunc S. Bricius prosternens se in oratione, quia cognovit quod Angelus Domini esset, & benedixit Dominum, & confortatus est, & cœpit prædicare verbum Domini omnibus regionibus sub montana *aa* Martulanæ, & crediderunt Domino Jesu Christo, & baptizavit eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti : & crevit multitudo Christianorum in eo loco, ubi Angelus Domini benedixit eum. Sanctus autem Bricius suis manibus modicum oratorium struxit, & nomen loci imposuit Salustianum, eo quod salutem animæ accepisset in eodem loco. Et cum Angelus Domini post terga reversus esset, perrexit ad carcerem, ubi Carpoforus presbyter & Habundius diaconus erant, quos Turgius & Leontius magistri militum incluserant : quos aperto carcere psallentes invenit & dicentes : Pereant dii dæmoniorum, & lætetur cor quærentium Dominum. Et dixit Angelus Domini : Pax vobis, nolite timere. Egredimini & prædicate verbum Domini in civitate. Qui eadem hora egressi sunt de civitate in suburbana civitatis in crypta ; & imposuerunt signum sanctæ Crucis in frontibus fidelium, & fecerunt sibi clericos *bb* & ministros.

b b

Oritur persecutio ;

10 Tunc pervenit decretum ad Diocletianum & Maximianum Augustos à Turgio & Leontio, Magistris militum ; & Martiano Proconsule, dicente : Orta est seditio pontificum & magistratus templorum propter Galilæos, qui colunt signaculum crucis Christi. Et dicebant ad Augustos : Piissimi Imperatores, semper Augusti, succurrite vestræ pietati ; quia in republica vestra omnium templorum sacerdotes contemnuntur propter sectam vanissimam Christianorum ; qui de Syriæ partibus venerunt, eo quod diversæ urbes, omnesque plebes & civitates, Christiana repletæ sunt doctrina : sed jubeat vestra clementia, propitiari pro vobis pectora omnipotentiæ, ut ad vestrum jussum omnis terra incendat thura, seu libamina offerat diis omnipotentibus, ut vobis propitiari non dedignentur.

F

edicta Imperatorum proponuntur ;

11 Eodem tempore decretum posuerunt Diocletianus & Maximianus Augusti, ut ubicumque Christianæ animæ inventæ fuissent, sine auditione punirentur, tam in urbibus, quam in regionibus, quamque in civitatibus propinquis, subjugatâ eorum iniquitate. Factum est autem, ut vigesimo tertio die mensis Julii *cc* propositum fuisset hoc edictum. Tunc in civitate Spoletina quidam consul in eadem regione reperit, aliquos Christianorum suggessisse sibi, eo quod in crypta, in præfata civitate Spoletina fuissent Christiani occultati. Tunc milites nocte invenerunt Christia-

c c

A *capiuntur Carpophorus, Abundius & alii.*

Christianos Carpoforum presbyterum & Habundium diaconum, & qui cum eis erant; & vinctos eos duxerunt ante Turgium & Leontium & Martianum Consules : qui dum adducti fuissent, interrogantur à Martiano consule, dicente eis : Servi, quid contemnitis offerre diis omnipotentibus hostias pacificas. Sacrificate ergo, ut clementissimi principes jusserunt ; ut intretis in amicitiam Cæsaris. Responderunt Carpoforus presbyter & Habundius diaconus : Vos sacrificetis eis cum aliis, qui vobiscum in perditionem ituri sunt : Nam nos sacrificium offerimus Deo omnipotenti & Domino Jesu Christo, filio ejus ; & Spiritui sancto, in odorem suavitatis.

Duo illi, capite truncatis aliis,

12 Tunc iratus Martianus jussit ab eis separari Carpoforum presbyterum & Habundium diaconum, & retrudi in carcerem. Illos vero, qui cum eis erant, jussit ejici foras muros civitatis Spoletinæ, & capita eorum truncari præcepit, & inhumata corpora derelinqui sub die vicesimo quinto mensis Julii : quorum corpora nocte tulit Sincleta Deo amata, & condidit in prædio suo in cœmiterio Pontiano, non

B longè ab urbe Spoletina in latere montis, in spelunca & in eadem cripta conclusit. Martianus quoque jussit tribunal parari in foro ante templum Jovis, & ibi omnes nobiles civitatis & omnium potestatum adesse, & jussit tormenta parari, quæ corpora humana dissiparent. Tunc jussit quæstionariis, ut adducerentur catenati Carpoforus presbyter & Habundius diaconus. Et omnes veniebant & audiebant in foro Sanctos psallentes & dicentes ; Via Justorum recta facta est & iter Sanctorum præparatum est. Et ceciderunt in faciem suam dicentes : Deus, mitte Angelum tuum sanctum, qui eripiat nos de ore draconis & de istis tyrannis per Christum Dominum nostrum. Tunc ante tribunal judicis statuerunt eos : & Martianus dixit ad eos : Domini nostri Imperatores præceptum dederunt, ut omnes libamina & victimas offerant diis immortalibus : & ecce, estis ante templum Jovis magni, prospicite & videte, qualis illius magnitudo sit.

stituntur Judici.

& in equuleo torti,

13 Tunc responderunt Sancti, dicentes : Sacrificant eis qui animarum suarum desperatores sunt. Nam nos, qui in Christo speramus, numquam sacrificamus dæmoniis. Eadem hora iratus Martianus jussit, ut cum lapidibus

C ora eorum tunderentur & levarentur in equleo. Illi autem nihil aliud clamabant nisi, Sancte Christe, adjuva nos servos tuos. Respiciens autem Habundius diaconus, dixit ei : Exi miser, quia vides, quod ad nos pervenit noster Dominus Jesus Christus & non permittit, ut prævaleas adversus nos. Tunc iratus Martianus jussit eum fustibus mactari, dicens : Injuriam judicum noli temerario ore garrire. Tunc depositi sunt de equleo & jussit eos retrudi in carcerem ; & jussit Leontio magistro militum, ut duceret eos juxta civitatem Fulgineam, & ibi eos capite truncari. Tunc suscepit eos Leontius & præcepit militibus suis ut præirent cum eis ad Fulgineam civitatem ; & ibi foris muros civitatis, non longè ab urbe, decapitati sunt sub die quarto Iduum Decembrium ; *dd* & relinquentes corpora abierunt.

prope Fulginium securi feriuntur

die 10 Decemb.

d d

14 Cumque reverteretur Leontius magister militum, ut gesta indicaret Martiano Consuli, quomodo Sancti sunt gladio perempti ; in

medio itinere dum venisset, obviavit ei ursus ferocissimus ante equum ejus : quem mox ut vidit, præ timore ejus non potuit divertere neque ad dextram neque ad sinistram : sed in eum irruit ursus, & nunc uneis, nunc brachiis, laceravit ; & *ee* [in fugam versus equus ejus] cecedit cum eo, & opressit eum sub se, & mortuus est. Erat autem in civitate Fulginea Eustachia matrona christianissima, & dixit ei Angelus Domini nocte in somniis : Surge & vade ad suburbana civitatis miliario uno, in loco qui dicitur Thanaritanus sub monte Rotundo, in subsidio munitæ viæ, & collige corpora Sanctorum, & conde aromatibus & dignæ sepulturæ trade, honoratéque pone in sarcophago novo. Eâdem horâ surrexit à somno & perrexit ad locum, quem ei Angelus Domini demonstraverat, invenitque corpora Sanctorum inhumata ; collegit ea & posuit in spelunca sua, ubi alii Sancti ab ea sunt conditi *ff*.

AUCTORA C. 1.

ee ibique sepelitur ab Eustachia.

ff

ANNOTATA.

a *Sic etiam legitur in Ms. Beatilli, quod ubique consonat cum nostro Barberiniano, ut alterum* E *ex altero descriptum videri possit, aut utrumque idem exemplar secutum fuisse. Codices alii habent* Imperatoris, *& quidem* Apostatæ. *Quamobrem frustra sit Jacobillus, qui hîc confugit ad nescio quem Julianum, qui sub Diocletiano præfuerit Romanæ urbi. Imperavit Apostata non toto biennio, mortuus an.* 363.

b *Aliis aliqua ex his nomina scribuntur,* Eutitius, Brictius, Abundantius, Carpophorus, Baractalis. *Ultimum horum deest Mombritio. Videntur autem hucusque dicta, per modum tituli sumenda esse.*

c *Hæc totidem verbis, sane obscuris, leguntur in Ms. Beatilliano : desunt autem in Strozz. & Mombritio. Quid si ita legas* ? Qui Julianus residuum tempus post arma bellica (*aut potius*, post arma Gallica) imperiali sede resedit. *Eatenus enim militibus in Galliis præfuerat, ab iisque proclamatus fuit Imperator : & mox in Orientem profectus, numquam rediit in Italiam.*

d *Quæ hinc sequuntur, aliquanto concinnius leguntur apud Mombritium sic :* Anastasius è Syriæ partibus.... profectus, post longam maris terræque fatigationem, cælica (ut nulli dubium est) protegente clementia, urbem tandem Romanam aggrediens, domum sanctissimi episcopi Urbani ingressus est *cum suis* : quos beatissimus Urbanus, juxta gentium Magistri vocem, dicentis ; Hilarem datorem diligit Dominus, jucundè hospitio susceptos : corporis animæque alimento replevit, secumque aliquanto tempore ut morarentur, hortatus est. Interea Brictium & Carpophorum ad presbyteri dignitatem, Abundium vero & Laurentium ad diaconi ordinem sublimavit. *Ex citatis verbis etiam intelligitur clarius, per* quemdam S. Urbanum episcopum, *ad quem Socii diverterunt, denotari Romanum Pontificem : & clarissimè, ex Cod. Strozz. ubi legitur Urbanus episcopus*, qui tunc regebat Ecclesiam Romanam. *Obiit Urbanus Papa, martyrio coronatus an.* 231.

F

e *Ita etiam Beatillus. Sed quomodo ordinavit presbyteros & diaconos Anastasius, qui nescitur ipse ullum Ordinem sacrum habuisse ? Et Jacobillus tom. 1 pag. 36 in vita S. Joannis, Pontificis Spoletini &*

AUCTORE C. J.

Martyris ait, omnibus Sociis à Pontifice Romano in clericos, diaconos, aut presbyteros adſcitis, ſolum Anaſtaſium in ſtatu laicali perſtitiſſe. Unde tamen id hauſerit Jacobillus, æquè neſcio.

f *Supponit compilator Actorum, hæc Romæ geſta eſſe coram Juliano Imp. cum tamen conſtet, illum initio imperii ſui in Orientem profectum, ibi ſemper verſatum, illatoque Perſis bello, poſt menſes circiter* 20, *ibidem in impietate ſua mortuum eſſe.*

g *Allocutio Juliani & reſponſio Anaſtaſii, quæ eadem ſunt in Beatill. & fere eadem in Strozz. ſic amplificatæ leguntur apud Mombritium.* Qui eſtis, *ait Imperator*; aut unde veniſtis, aut quare deos noſtros contemnitis; quibus nos omneſque in regione, noſtræ Majeſtati ſubjecta, thura imponentes, flectunt cervicem? Cui S. Anaſtaſius, divino fultus præſidio, ita reſpondit: Si genus inquiris, in Syria nos ortos atque inde huc adveniſſe, noveris Imperator. Diis autem tuis neque thura imponemus, neque eis cervicem flectimus; quia Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium; & Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſecula: ſed & Spiritum ſanctum Deum credimus, non in unius ſingularitate perſonæ, ſed in unius trinitate ſubſtantiæ confitemur: non idola manu facta adoramus, in quibus ſunt oculi ſine viſu, aures ſine auditu, nares ſine odoratu, manus ſine tactu, & pedes abſque greſſu. *In his multa ſunt è Symbolo Conſtantinopolitano, quod duodeviginti annis poſt mortem Juliani in Synodo approbatum eſt.*

h *Mombritius*, ad Aquas Salinas *deductum ait, ut ibi caput ei amputaretur.* Salinas *ſcribit pro* Salvias: *qui locus Româ abeſt ad tria quatuorve paſſuum millia, nobili monaſterio & eccleſia, nominibus Vincentii atque Anaſtaſii inſignita, jam olim celebris, ſupereſtque hodiedum.* Anaſtaſii, *inquam, non illius, de quo hic agimus, qui nuſquam Romæ notus eſt; ſed alterius, qui* Perſa *communiter appellatur à patria ſua, quique in Syria quidem monachum egerat, ſed alibi in Oriente martyrium complevit, anno, ut Bollandus notat* 628. *Caput ejus deinde amputatum fuit, & Romam miſſum (non ibi abſciſſum) in prædicta eccleſia ad Aquas Salvias depoſitum fuit.*

i *Via Cornelia ducebat in Tuſciam, ſeparata ab Aquis Salviis interfluente Tiberi. In ea poteſt crypta fuiſſe arenaria, in quam ſe receperint Chriſtiani tempore perſecutionum; atque inde* Pax Sanctorum *appellata fuerit; quamvis nomen illud non legerim alibi.*

k *Cod. Strozz.* in partes Ticini. *Beatill.* in partes Piceni. *Forte legendum*, in partes Tuſciæ. *Ibi enim eſt* lacus Vulſinus. *Mombritius ſimpliciter habet*: Perrexit ad locum, qui Bulſinis appellatur, ibique per multos annos heremiticam vitam duxit.

l *Beatill.* Bulſinium. *Strozz.* Vulſinium. *Lacus Vulſinus ſeu Vulſinius (nunc*, Lago di Bolſena*) ſub monte Faliſcorum, circiter quinquaginta mill. paſſ. Româ diſtat. Locus eſt, peridoneus quidem, ubi vita ſolitaria vivatur, poteſtque ibi Euticius per multos annos curſum ſuum conſummaſſe, quamvis ibi nulla uſpiam de ipſo memoria reperiatur in ſacris faſtis. Interim huic Euticio, è Syria cum Anaſtaſio advena & ſolitario ad lacum Vulſinum, applicatur in antiquiſſimis, ut ajunt, Paſſionariis eccleſiæ Spoletinæ, vita quædam, quæ propria eſt S. Eutychii abbatis apud Nurſiam, ſumptæ è Dialogis S. Gregorii. Qua de re pluribus infra.*

m *Româ Spoletum, quod tempore Longobardorum, Ducatûs Spoletini caput erat, itur viâ Flaminiâ bidui itinere, eſtque nunc ſaltem, non in Valeriæ, ſed Umbriæ provincia.*

n *De tribus antiquiſſimis civitatibus, dudum exciſis, quæ ſimilibus fere nominibus*, Carſuli, Carſeoli, Carſula *ſeu* Carſulæ *appellantur; deque ſingularum ſitu, diſquiſivimus in Commentario prævio. Hic illam deſignari, quæ jacet inter Narniam & Mevaniam, intelligitur ex adjunctis; ibique relictus fuerit Proculus, Sociis Spoletum progreſſis.*

o *Voluſianum hunc refert Jacobillus inter Sanctos Umbriæ ſuæ tom.* 1 *pag.* 10, *pro die* 2 *Januarii. Eodem die Ferrarius quoque ipſum habet in Catalogo generali. Uterque ex antiquis, ut ajunt, monumentis Interamnenſibus, & ex vita S. Proculi primi, Interamnenſis civitatis epiſcopi. Jacobillus facit Voluſianum Proculi diſcipulum: ab eoque, ait, initiatum fuiſſe Sacerdotem, & ſucceſſiſſe ei in epiſcopatu Interamnenſi. Contraria hic innuunt Acta, videlicet Proculum potius diſcipulum fuiſſe Voluſiani; quia ille advena, hunc invenit, ſanctitate conſpicuum, eique* adhæſit *(utitur illo termino Mombritius) tamquam diſcipulus magiſtro, à quo ſanctioris vitæ præcepta atque exempla acciperet.* Admonetur *quoque, quod diſcipuli eſt, à Voluſiano, ut ſacerdos fieret. Imo in apographo noſtro Strozziano expreſſè dicitur Voluſianus Carſulis epiſcopus, ab eoque Proculus presbyter conſecratus fuiſſe & cum illo multis annis ſanctam duxiſſe vitam. Alteruter igitur, id eſt, vel horum Actorum compilator, vel Jacobillus cum ſuis monumentis Interamnenſibus aberrat a vero. Imo qui Jacobillo hîc vocatur* Voluſianus, *eſt S. Antonino & Petro de Natalibus in Actis Proculi*, Valentinus. *Quod & tenendum videtur, ut nullo hîc Voluſiano opus ſit.*

p *Qui hinc ſequitur textus, apud Mombritium ſic legitur*: Tantam poſt presbyterii dignitatem, in Proculo Dominus gratiam infuderat, ut in die Dominicæ reſurrectionis ante ſolis ortum, Miſſam in cælo celebrari audiret; cum ipſe Deo Hoſtiam, qua reficeretur, immolaret. *Et clarius in Apographo Strozz.* Proculus tantam à Domino acceperat gratiam, ut in die reſurrectionis Dominicæ ante ſolis ortum, in cælo ſolennia Miſſarum audiret. Unde & ipſe hanc habebat conſuetudinem, ut eadem hora Miſſam faceret. Quod ut comperit Eugenius Papa *&c.*

q *Præmiſſa verba videntur indicare, quod S. Proculus, uti per viſionem in cælo Miſſam celebrari ante ortum ſolis ſuper terram, viderat, id ſibi quoque tali tempore licitum putarit, adeoque* & ipſe ſic *noctu* Domino hoſtias immolabat; *&* reficiebatur *cibo corporali propter ſtomachi debilitatem; ut indicant, apud S. Antoninum Acta Proculi.*

r Eugenium *quoque habent ceteri codices, uti & vita Ms. S. Proculi, quam poſtea dabimus ex Petro Calò: cujus videtur compendium eſſe, quod S. Antoninus exhibet Part.* 3. *tit.* 24 *cap.* 13 § 3; *ſed hic abſtinuit nomine proprio Pontificis; credo, quia animadvertebat, congruere tempora nullo modo poſſe. Creatus enim Eugenius fuit Papa diu poſt, ſeculo videlicet ſeptimo. Porro præceptum, quod hic ſuis dediſſe Pontifex dicitur, prorſus indignum eſt Pontifice, ut miniſtri presby-*

A *presbyterum indictâ causâ* acrioribus verberibus *exciperent. Simili præcepto Pontificio, sed mitiore, legitur Equitius abbas sanctissimus è provincia Valeriæ Romam evocatus fuisse : sed Pontifice meliora divinitus edocto, mox per alium ejus nuntium jussus fuit manere in loco suo ; uti S. Gregorius scribit lib.* 1 *Dial. cap.* 4. *An inde compilator noster similia applicaverit Proculo ?*

f *Hæc & præmissa clarius, ac decentiori modo descripsit S. Antoninus his verbis :* Fuit autem suggestum summo Pontifici, quod Proculus episcopus Interamnus *(jam enim dixerat Antoninus, illum successisse in episcopatu, Valentino mortuo)* nocte Missas celebraret, ac repente post Communionem sumptam, cibum accipiebat. Eapropter mittuntur nuntii ad Proculum, qui Pontificem de veritate ejus informent : quos ad civitatem Interamnis applicantes, gratiosè recepit, & secum tenuit usque ad crastinum diem. Noctem autem sequentem Proculus duxit insomnem & media nocte, ut solitus erat, celebravit : & Communione peracta, cibum sumpsit *(propter infirmitatem stomachi, qua laborabat, uti postea explicatur)* invitans ad idem socios, qui essent cum
B eo iter facturi : qui renuerunt, horrentes factum ejus, quod tali hora sumeret cibum. *Non igitur invitavit ad sacram Eucharistiam, uti habent Acta, sed ad cibum vulgarem secum sumendum. Notandum etiam, quod in Actis nostris Papa cubicularios suos miserit in* castrum Carsulanum, *ibique invenerint Proculum presbyterum : Antoninus vero dicit, quod miserit* Interamnam, *ibique invenerint Proculum episcopum. Quid hîc tenendum ? Certe duobus locis simul non fuerit Proculus.*

t *Imo* Hortensi, *uti rectè apud Mombritium legitur, ab urbe quæ priscis* Hortanum, *nunc* Horta *& vulgo Italice* Orta, *ad ostium Nar fluvii, in Tiberim influentis, sita ; qua Romam iri Carsulis rectius poterat, quam Interamnâ. Via* Ostiensis *totâ Româ ab Hortensi distat, ducitque in meridiem, mare versus.*

u *Si scribas*, ut mortis fulmen minaretur, *intelligi posset. Clarius loquuntur Acta Mombritii :* Ut mortis exitium coram oculis habere suspicarentur. *Strozz. Ms.* Ut vix crederent, se posse evadere.

x *Jam notavi, his similia contigisse S. Equitio abbati in Valeria ; cujus Acta, is qui post aliquot*
C *secula scribere tentavit vitam S. Proculi, huic attribuerit. Quod quam sæpissime factum esse, experientiâ didicimus. Sed notandum est, quod Ms. Strozzianum habet*, Proculum, Carsulos reductum, ibi servientem Domino noctes ac dies, quievisse in pace. *Ubi igitur episcopatus ejus ? ubi martyrium ? Quod in Actis singularibus, de quibus postea, dicitur post multas ejus ambages, contigisse Bononiæ in Æmilia.*

y Quæ tum Turgius. *Legendum potius*, Ubi tum Turgius. Turgius *apud Mombritium vocatur* Curtius. *Et novum sanè est, tres in una urbe & eodem tempore* constitutos Proconsules *fuisse.*

z *Falsum hoc esse vaticinium Angeli, patebit ex sequentibus.*

aa *Scribendum fuerit*, Submontanis Martulanæ, *videlicet civitatis ; cui deinde dicetur Bricius fuisse datus episcopus. In Actis tamen Mombritianis nihil hic aut alibi de* Martula *vel* Martulana *civitate : & hoc loco in illis tantum legitur, quod Bricius cœpit prædicare verbum Domini* omnibus circumquaque commorantibus : *Interea tamen Martulam nominant quoque Usuardus & Ado die* IX *Julii, atque hæc de eadem scribit Campellus pag.* 111 : Locus Martula, ubi Brictius vitam suam finivit, tam obscurus fuit, ut si ipse aliquot annorum commoratione (propter quod etiam episcopus Martulanus audit apud nonnullos) celebritatem ei non attulisset aliquam ; nesciretur plane extitisse umquam in mundo, quoniam, ut ego quidem existimo, alia ejus memoria non suppetit, quam quæ legitur in Actis, eaque tam est obscura, ut nunc certo non sciatur ubi fuerit ; collocantibus situm ejus aliis, in confiniis agri Tudertini, aliis prope à Spoleto ad radicem montis, qui hodiedum vocatur Martanus in illo ipso loco, ubi nunc visitur exiguum castellum, quod nomine prædicti Pontificis appellatur S. Brictii & conservare creditur etiamnum sacras ejus exuvias. *Ita Campellus citans in margine Ferrarium & Bracceſium, inter se de situ opinatos pugnantia : quorum neutri ipse videtur ausus subscribere ; tametsi, ut Spoletinus, æquè aut melius territorium suæ urbis & loca per illud sparsa, novisse potuerit, quam illi.* AUCTORE C. J.

bb *Quales autem sibi fecere Clericos, cum nenter illorum esset Episcopus ?* E

cc *Mombritius habet*, tertio die Julii *ita decretum fuisse : An prætermisso per oscitantiam librarii numero* vigesimo *? Scitur, ex Lactantio de Mortibus persecutorum, gravissimam in Christianos persecutionem ortum habuisse Nicomediæ*, agentibus consultatum senibus ambobus, *Diocletiano & Maximiano*, octavum, & septimum, *quibus notatur annus Christi* 303, ante diem VII Kal. Martias, *seu die* XXIII *Februarii ; &* postridie, *id est* XXIV *ejusdem mensis, in eadem urbe Nicomedia*, propositum est dictum *contra religionis Christianæ cultores universos. Aliis deinde atque aliis per imperium locis idem edictum publicatum fuit ; sed quo præcise tempore, fere ignoratur. Quamobrem aliquid lucis huic rei afferrent præmissa Acta, si tuto eis credi posset, die* III *aut* XXIII *Julii, ejusmodi publicationem contigisse Spoleti, aut etiam Romæ.*

dd *Hic desinunt Acta, quæ à Beatillo submissa habemus, in omnibus simillima huc usque Barberinianis, quæ edimus.*

ee *Quæ hîc uncis inclusa distinguuntur, mutuati sumus à Mombritio Noster enim intellegi nequibat Codex Strozz. sic clarius legit :* In F
media via occurrit illi (*Leontio*) ursus ferocissimus, quem cum equus illius vidisset, & neque ad dextram, neque ad lævam declinare potuisset, loco intercluſus angusto, sessorem suum ad terram dejiciens, eumque pedibus comminuens, calcibus duris infeliciter occidit.

ff *Huc usque pertingunt Acta Mombritiana, terminanturque communi hac clausula.* Ubi usque in præsentem diem restituitur cæcis visus, surdis auditus, mutis eloquium, claudis gressus ; captique à diabolo, pristinæ restituuntur sanitati. Passi sunt itaque sancti Martyres Carpophorus & Abundius x die mensis Decembris sub Maximiano & Diocletiano Imperatoribus, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. *Notandum, quod hæc clausula Mombritiana signanter attribuat martyrium Carpophori atque Abundii temporibus Maximiani & Diocletiani, quos Acta etiam ali-*

AUCTORE C. J.

quoties nominant, ubi de duobus prædictis Martyribus & de Brictio loquuntur; non item, ubi loquuntur de aliis eorum Sociis, in quibus seorsim (nam initio omnes simul venisse dicuntur sub Juliano Imp. & adivisse Urbanum Pontificem, quorum ætas nota est) vel nulla exprimitur nota temporis, vel exprimitur alia, quam sit imperium Diocletiani & Maximiani. Puta in Proculo suprà, num. 4, exprimitur ætas ejus per Eugenium Papam Romanum; & infra in Herculano, num. 18, per Totilam, Gothorum Regem. Jam vero, notum est, imperasse Diocletianum & Maximianum exeunte sæculo Christi tertio atque ineunte quarto: insinuatum quoque, est suprà, non diu post publicatum ab eis de persequendis promiscuè Christianis edictum (quod anno 303 factum esse jam docui) comprehensos enectosque fuisse Carpophorum & Abundium; igitur aut anno CCCIII adhuc currente, aut sequenti. Nunc ad alteram Actorum partem, quæ prætermissâ clausulâ Mombritianâ, in codice nostro Barberiniano, uti & in Strozziano procedit continuata serie, prout sequitur.

B

PARS ALTERA

Ex Cod. Barberiniano Ms. collato cum Strozziano.

Alia Brictii gesta & tormenta. Martyrium Herculani.

a Brictius in civitate Martulana capitur

POst hæc venerunt Magistri *a* ad Martianum, & dixerunt ei: Est de Christianis illis alius seductor absconditus in civitate Martulana, qui docet omnia submontana doctrinam Christi sui. Quo audito Martianus furore nimio repletus, jussit ministris suis, ut vinctum catenis & pœnis magnis eum adducerent ante vestigia sua. Exierunt milites & venerunt in sextum miliarium à civitate Spoletina in territorio Salustiano in superiori via in vertice collis, ubi S. Bricius in oratorio suo laudes Deo reddebat. Tunc apprehenderunt eum & fecerunt sicut jussum fuerat, & vinctum catenis adduxerunt ante vestigia ejus: qui dixit ad S. Bricium; Tu es de fatuis illis doctoribus populorum? Cui S. Bricius respondit: Fatui sunt omnes, qui credunt in idolis, manu hominum factis. Martianus dixit: Ubi sunt collegæ tui, qui talia verba locuti sunt? S. Bricius respondit illi: Illi modo sunt in requie æterna cum Domino meo Jesu Christo, cum quo regnabunt in æternum, ubi non est finis bonorum: & tu vadis in damnationem pœnæ æternæ cum patre tuo diabolo in supplicium ignis, ubi non est finis malorum.

C *& sistitur Martiano,*

torquetur & carceri traditur,

16 Cum hæc audiisset Martianus, furore nimio repletus, jussit os ejus lapidibus dirumpi & in eculeo suspendi, & virgis fortiter omnis caro ejus dissipari, ut à tali eloquio cessaret, & fecerunt sicut eis jussum fuerat: sanguis vero ejus decurrebat tamquam aqua de fonte purissimo. Præco autem clamabat: Hæc sunt gaudia de Christo vestro. Tunc Martianus jussit eum de eculeo deponi, & in carcerem recipi. Alia autem die adduci eum fecit ante tribunal, ut nimia tormenta in eum imponeret. In eadem nocte factus est terræ motus magnus in eadem urbe, & concussit à fundamento palatium, ubi Martianus erat & oppressit centum viginti animas paganorum cum ipso Martiano, & non comparuerunt corpora paganorum, neque confractiones palatii *b* usque in hodiernum diem. Eadem verò hora invenit Angelum Domini & beatum Petrum Apostolum in ingressu carceris stantem & dicentem sibi: Pax tibi, & victoria ministretur. Prosternens se S. Bricius ad pedes ejus, osculatus est plantas ipsius, & dixit: Ecce Dominus meus, cujus vestigia de Orienti itenere sum secutus *d*. Tunc erexit eum B. Petrus Apostolus in pedes suos & dixit: Esto fortis in doctrina Domini, & doce populum, qui crediturus est Domino: consecravitque eum in ordine pontificatus *e*, ut per singulas civitates episcopos ordinaret. D

b

ubi visitatus ab Angelo & S. Petro Ap.

c

d

consecratur ab hoc Episcopus,

e

17 Tunc apprehendit eum Angelus Domini, & reduxit in locum suum, ubi antea perduxerat; & dixit: Datus sum tibi custos usque in diem exitus tui; quia per te multi credituri sunt Domino; & amodo ad quadraginta & quinque annos egredieris *f* de corpore; & ego veniam & recipiam te in tabernacula æterna: & ablatus est ab oculis ejus. Sanctus autem Bricius, repletus Spiritu sancto, descendit cum populo Christianorum in loco, qui dicitur Marianum *g*, & ædificavit ibi oratorium in nomine sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ & consecravit in eo fontes, baptizavitque multitudinem populi, & docuit, ut custodirent dies festos Domini [&] Jubileum pascha Domino celebrarent submontana & planitie civitatis. Episcopos ordinavit: Metropoli civitati Spoletinæ Joannem Episcopum consecravit, qui ipse Joannes omnia templa idolorum exterminavit & in suburbana civitatis Spoletinæ in subsidio montis ecclesiam B. Petri Apostoli miræ magnitudinis ædificavit, & Libaniæ *h* civitati Vincentium Episcopum ordinavit, & Victonæ *i* urbi Scipiodotum Episcopum constituit, sicut eum B. Petrus Apostolus docuit, Perusinæ vero civitati nepotem suum Herculanum Episcopum ordinavit, qui dum episcopatus meruit tenere triumphum, Martyrii palmam invenit.

ab illo autem reducitur in locum suum:

f

E

g

ædificat oratorium in Mariana;

& Episcopos constituit varios locis.

h

i

18 Eodem *k* vero tempore perfidus Totila Rex septem *l* annis eamdem obsedit civitatem, & fame captivavit eam, & quid de Herculano Episcopo esset facturus cogitabat. Tunc jussit ei corrigiam, à capite usque ad calcaneum decoriari, caput ejus super muros civitatis abscidi, corpusque ejus, ne tumulo traderetur, foras projici. Sed occulte Christiani eum sepelierunt. Qui cum post annum integrum, ejus tumulum Christiani aperirent, cujusdam orbatæ mulieris filius mortuus fuerat, contigit, ut eum in ejus tumulo ponerent: qui dum de corpore Episcopi quod esset factum conspicerent, viderunt corpus Episcopi acsi nulla macula ferri abscissionis in ejus corpore fuisset, & evulsæ corrigiæ nullum vestigium videretur, qui humatum puerum reliquerunt. Die verò altera ejus parentes lugentes, ad sepulcrum venerunt, sicut mos est hominis lugere mortuos suos, qui aspicientes in tumulum ejus, sanum & incolumem extra sepulcrum puerum invenerunt, nec putrescere membra corpusculi pueri, juxta membra potuerunt Episcopi, pro mortuo, quem extra tumulum vivum projecit, ipsius imitatus est virtutem, cujus patibulum

k

l

Herculanus, Perusiâ capiâ à Totila,

F

capite truncatur,

quod corpori denno unitum invenitur.

Puer in tumulo ejus revivisci.

A tibulum in Calvariæ loco, ſuper feretrum impoſitum mortuum ſuſcitavit, requievit in Domino ſeptimo Idus Novembris.

19 Sanctus verò Bricius in modico oratorio ſuo, ſuis manibus ſibi tumulum ad ſepeliendum ædificavit, tantaque in eo erat gratia Spiritus ſancti, ut dæmonia expelleret de obſeſſis corporibus & leproſos ſanaret. Dum autem quadam die ſanctæ reſurrectionis, in oratorio ſuo, Domino redderet laudes, venit ad eum ille Angelus, qui ei cuſtos datus erat, & dixit ei: Veni Athleta Chriſti, requieſce à labore certaminis & martyrii, qui pro Domino multa certamina bajulare meruiſti; accipe coronam, quam tibi Dominus miſit. Sanctus autem Bricius, cum vidiſſet Angelum Domini, dixit: Benedictus Dominus, qui me non ſeparavit à congregatione juſtorum, & in me oſtendit miſericordiam ſuam. Dum hæc loqueretur cum Angelo Domini, ecce quaſi tumultus exercitus Angelorum, deorſum in pavimento oratorii deſcenderunt. Tunc B. Petrus cum aliis Apoſtolis, cœperunt pſallere B verba hujus antiphonæ; Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et ſubjungebant: Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam in æternum: ſanctus vero Bricius de ipſa antiphona impoſuit dicens: Aperite mihi portas juſtitiæ, ingreſſus in eas, confitebor Domino: & ſic inter canentia verba hujus antiphonæ ſancta illa anima à carne ſoluta eſt: quæ multis videntibus fratribus, qui ad ejus obitum venerant, in ſpecie columbæ apparuit. Viderunt namque viam ſtratam pallíis, gemmis & margaritis ſplendidis, cæleſti tramite, cum pſallentium Angelorum choro, ejus animam cælum penetrare. Ad cujus tumulum ægri veniunt & ſalvantur, dæmoniaci liberantur, & elephantioſi curantur: requievit in pace nono *m* die menſis Julii, ubi præſtantur beneficia in hodiernum diem.

Brictius iterum viſitatur ab Angelo ſuo

& ab Apoſtolis,

quibuſcum antiphonas canens, moritur,

animâ, ſpecie columbæ, in cælum avolante,

die 9 Julii.

m

ANNOTATIA.

a *Legendum potius*, Miniſtri *quam* Magiſtri.

b *Majora ſunt illa, quam ut tali ſcriptori credantur vera eſſe: atque abſunt à cod. Strozz.*

c *Utique jam corpore ſolutus, per viſionem ei apparuit Petrus, æquè ac apparuit Angelus per viſionem.*

C d *Innuit nempe, ſe æquè veniſſe ex Oriente, ac inde venerat S. Petrus. Nihil enim aliud* Veſtigia *Petri apud compilatorem Actorum ſignificant, quam perſonam ipſius Petri, quem ſerius ocius ſecutus fuerit. Sic num. 2 juſſit Julianus Imp. ut Sancti* ante veſtigia ſua *adducerentur, ibidemque, Miniſtri adduxerunt eos* ante veſtigia *Juliani.*

e *Numquam probaverit Eccleſia Romana talem conſecrationem, quæ facta fuerit à quantivis meriti Sancto, depoſito corpore in cælum recepto, pro valida, nec à tali Sancto conſecratus Epiſcopus, valide conſecrabit Epiſcopos alios. Sed neque audiendi ſunt, qui ex hoc loco, tamquam pro aris ſuis & focis contendunt, inferendum eſſe, Apoſtolum, adhuc in carne poſitum adveniſſe Româ aut aliunde ad viſitandum Brictium in carcere Spoletino, ibique eum conſecraſſe Epiſcopum. Nam omnia in Actis adjuncta clamant, id falſum eſſe, dum poſt martyrium Carpophori & Abundii ſub Diocletiano & Maximiano ajunt, Brictium in carcerem Spoleti conjectum fuiſſe. Nec verbum habent quod ſeculum Chriſti primum ſapiat.*

f Egredieris, *ſuppoſui, pro* egreſſus eris, *uti legebatur in Ms. Anni porro* 45, *quot inde, id eſt poſt martyrium SS. Carpophori atque Abundii, quod Campellus ad annum Chriſti* 93 *refert, ſupervixerit Brictius ex promiſſione Angeli, terminabuntur in anno Chriſti* 138. *Jam vero idem Campellus pag.* 104 *cupit Brictium cum ſociis ſuis facere diſcipulum & ſectatorem S. Petri, ex quo is cathedram ſuam adhuc tenebat Antiochiæ in patria illorum. Quo poſito, ſuppono ego, natu minimum ſanctæ illius Societatis circiter* 20 *annos habuiſſe ætatis, quando adhæſit Petro Antiochiæ, atque adeo vivere cœperit ſub annum Chriſti* 25: *quandoquidem Petrus Antiochiâ Romam profectus ſit ſub annum ejuſdem Chriſti* 45 *juxta Baronii calculum: ex quibus porro conficitur, Brictium ab anno Chriſti* 25 *ad uſque* 138, *annos* 113 *vivendo expleviſſe, ſi natu minimus fuerit inter ſuos, quod credi vix poteſt; quia ipſe & Carpophorus, ut habent Acta, ſoli fuerunt electi & elevati à Pontifice Romano ad Sacerdotii dignitatem; quod maturior eorum ætas, quâ ceteros præcedebant, meruiſſe poteſt. Tot igitur annos prædictis* 113 *Brictii vitæ addas licebit, quot eum natu minimo ſociorum ſuorum ſeniorem fuiſſe conceſſeris. Atque hæc ſecundum vota Campelli, Brictium Petro, Antiochiæ reſidenti, adhæſiſſe diſcipulum, credi cupientis; & juxta tenorem Actorum, ſupervixiſſe eum Carpophoro atque Abundio annos* 45, *aſſerentium, videntur rectè à nobis concluſa eſſe, ut dimoveri à propoſito non debeamus propter alium ejuſdem Campelli textum, pag.* 111 *ſcribentis,* Brictium annis ac meritis plenum, fine glorioſo vitam terminaſſe die 1x Julii, ſub initium Imperii Domitiani & annum Chriſti LXXXV. *Et, ad hoc tempus mortis ejus probandum, citat indicatam per litteras* E *&* H, *auctoritatem multam, & primo loco* Acta S. Brictii & Sociorum ejus, plene & prolixe relata in Mss. monumentis antiquiſſimis eccleſiæ Spoletinæ & Sanctorum ejus. *Sed iſthæc qualiacumque monumenta ab hiſce Actis & Mombritianis vix, aut ne vix quidem, differre putanda ſunt. In his autem Angelus Domini liquido promittit Brictio, poſt martyrium Carpophori atque Abundii, annos vitæ* 45, *uti jam diximus: & fuit idem poſt illorum martyrium etiam miſſus in carcerem, ibique viſitatus & conſecratus epiſcopus à S. Petro, ut Acta claris verbis referunt: nihilominus in citato textu Campellus obitum Brictii collocat anno Chriſti* 85, *annos octo ante martyrium prædictorum Martyrum Carpophori & Abundii, quod pag.* 116, *ipſe refert ad annum* 93, *uti ſupra etiam diximus.*

g *Locum illum proxime Spoletum ponit Campellus pag.* 106, *atque ad hæc noſtra uſque tempora, ait, vocari* Marianum: *ſed tacet, ibi ſaltem, oratorium tunc ædificatum fuiſſe* in nomine S. Mariæ Virginis & Genitricis Dei, *veritus fortaſſe & merito, ut id conveniret ſeculo primo à nativitate Chriſti, quo floruiſſe Brictium adſtruit. Neque magis illi ſeculo competunt, quæ ſequuntur,* Spoletum, Metropolis eccleſia, miræ magnitudinis B. Petro Apoſtolo ædificata. Templa idolorum ab Epiſcopo exterminata, *uti loquuntur Acta.*

h *Imo* Mevaniæ, *uti Campellus & Jacobillus rectius habent.*

i Vettoniæ *habent iidem, & recte, nominantque ejus primum Epiſcopum, non* Scipiodotum, *ſed* Chriſpolitum.

k Eodem, *inquit ſcriptor Actorum*, tempore, *quo-*

AUCTORE C. J.

E

F

AUCTORE C. J. *quo Brictius* Petusinæ civitati nepotem suum Herculanum Episcopum ordinavit, perfidus Rex Totila septem annis eamdem obsedit civitatem. *Ex quo manifeste consequitur, Brictium S. Herculani patruum aut avunculum, quem Campellus & Jacobillus seculo Christi* I *floruisse contendunt, & Jacobillus denuo refert ad seculum* IV, *etiam adscribendum esse seculo* VI *ac temporibus Totilæ Regis. Et quidem ubique adjungitur ei Herculanus. Quis autem credat tria aut saltem duo in Umbria fuisse Brictiorum & Herculanorum paria, quorum singula fuerint patrueles inter se, venerintque simul è Syria in Umbriam, tam diversis temporibus, & omnes quidem Brictios creatos fuisse Episcopos Spoletinos; Herculanos vero, Episcopos Perusinos, illos omnes in pace quievisse, hos omnes pro Christo per martyrium sanguinem fudisse. Fingi talia facilius queunt, quam fieri.*

B 1 *Septem annis obsessam à Totila Perusiam, legitur etiam in Dialogis S. Gregorii lib.* 3 *cap.* 13, *ex quo hæc & sequentia de S. Herculano mutuatus est compilator, cum aliqua tamen variatione, & majori orationis confusione. Puta quod Gregorius ait,* quadragesimo *post cædem* die *inventum in tumulo fuisse corpus Herculani cum capite unitum, id noster hic scribit factum esse* post annum integrum *: qui etiam addit, puerum mortuum in ejus sepulcro mirabiliter revixisse; de quo tacet Gregorius.*

m *Eodem die etiam adscribitur natalis Brictii Martyrologiis antiquis.*

EXAMEN
PRÆMISSORUM ACTORUM SIMULTANEORUM
DE XII SOCIIS.

Acta, monstro Horatiano similia, C *Divisimus Acta præmissa, è codice Emin. Cardinalis Barberini descripta, in partes duas; quarum prima complectitur eadem Acta, quatenus apud Mombritium etiam impressa leguntur usque ad martyrium & sepulturam SS. Carpophori atque Abundii; altera, quæ præcipue complectitur gesta S. Herculani & ultima Brictii, nescio an uspiam, prout in Mss. legitur, impressa fuerit, tam utraque pars simul sumpta, quam singulæ seorsim consideratæ, videri possunt monstrum esse Horatiani pictoris, qui humano capiti cervicem junxerit equinam & varias induxerit plumas,*

Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem, mulier formosa supernè.

Tali namque tabulæ persimilia sunt Acta illa in quibus, velut ægri somnia, tam vanæ

Finguntur species, ut nec pes, nec caput uni
Reddantur formæ;

id quod cognosci manifestè potest ex jam Annotatis in Acta, è quibus solâ temporum ratione consideratâ, hujusmodi componitur monstrum historicum.

Tribuunt Sanctis suis ætatem trium, quatuor

2 *Nam eadem Acta tot habent capita, quot habent epochas temporum diversas. In illis num.* 1, *partes suas agit Urbanus Papa, qui advenas è Syria duodecim Romæ excepit, mortuus anno* 231. *Num.* 2, *eosdem Romæ cruciavit, atque Anastasium occidit Julianus Imperator Apostata, defunctus anno* 363. *Num.* 4, *Proculus Romam evocatus fuit ab Eugenio Papa, qui obiit anno* 656. *Num.* 13, *Carpophorus atque Abundius martyrium sustinuerunt sub Diocletiano & Maximiano, qui imperium abdicarunt anno* 305. *Num.* 18, *Herculanus demum martyrizatus est sub Totila Gothorum Rege, anno* 552 *occiso. Atque adeo habentur iisdem in Actis gesta varia eorumdem duodecim Sociorum, distincte indicata, ab anno* 231 *ad annum* 656, *& quod consequitur, aliqui illorum debuerint vixisse annos* 132, *alii* 321, *imo, si seculo primo Socii Romam venerunt, aliqui debent vixisse annos plusquam quingentos. Hæc sane historici monstri capita; deformiora sunt, quam cujusvis monstri Horatiani. Imo unus Brictius, qui inter majores natu Sociorum fuerit, sub Urbano prædicto Romam venit; tortus fuit sub Juliano cum reliquis Sociis; atque iterum cum Carpophoro & Abundio sub Diocletiano & Maximiano; deinde Herculanum sacravit Episcopum Perusinum seculo* VI, *eoque sub annum* 547 *per martyrium sublato, quievit tandem ipse in pace, seculorum trium ac dimidii senex. Ejusdem fere ætatis fuerit Herculanus, quando sub Totila martyrio occubuit: cui Proculus integro adhuc seculo supervixerit, si verum est, quod ab Eugenio Papa, ut in Actis num.* 4 *dicitur, Carsulis Romam adduci jussus fuit. Hæc autem*

Spectatum admissi, risum teneatis amici.

aut etiam sex seculorum.

3 *Et hæc quidem palmaria sunt compilatoris seu imperiti, seu male pii, somnia, ne dicam deliramenta: quibus etiam turpiorem appingunt faciem nonnulli, qui nostrâ memoriâ floruerunt, adscripseruntque aliquorum, è numero duodenario Sociorum, martyrium, Domitiano Imperatori, exeunte seculo Christi primo, ecclesiam Dei persecuto; arbitrati scilicet,* Diocletianum *legi in Actis per errorem librarii, pro* Domitiano. *Verum an etiam in* Maximiano, *qui æque ac Diocletianus ibi nominatur, erraverit librarius? An Mombritius quoque, & Usuardus & Beda vulgatus, & alii Martyrologi erraverint, scribentes, Carpophorum atque Abundium, qui ambo è Sociorum numero sunt, sub* Diocletiano *passos fuisse? An suppositio Domitiani pro Diocletiano, salvet reliqua chronologiæ monstra, quæ in Actis occurrunt; & non potius addiderit novum? Certe suppositio ista, monstrorum omnium maximum est, tum quia supponit incredibilia, & cum Actis pugnantia, & aliunde nullo argumento probata, nec umquam probanda. Tum quia Sociorum aliquot vitam, puta Herculani, Brictii & Proculi, quam Acta monstrosè extendunt, & cum seculis quatuor commetiuntur; extendit eadem suppositio per secula sex, videlicet à Domitiano Imperatore, & quod præcessit tempus, usque ad Eugenium Papam, quocum adhuc vixit Proculus, id est à seculo Christi primo usque ad septimum.*

Qui Episcopi non sunt, ordinant Presbyteros.

4 *Delibemus alia. Compilator Actorum innuit num.* 1, *Anastasium & Socios Romæ* ordinasse Presbyteros & Diaconos: *cum nec Anastasius nec ullus Sociorum tunc fuerit Episcopus. Duos enim tantummodo Presbyteros ac totidem Diaconos ex eorum numero consecraverat paulo ante Urbanus Papa; nullum vero Episcopum. Ibidem supponit, Julianum Apostatam, jubentem Socios* ante vestigia suâ adduci, *adductosque alloquentem, fuisse tunc Romæ, quam tamen toto imperii sui tempore, à morte Constantii, cujus reverentia ac metu eatenus odium suum in Religionem Christianam dissimulaverat, non vidit, nisi forte initio dum transibat è Gallia per Italiam in Orientem, ibi semper versatus, & post biennium non integrum*

Julianus Romæ & in Oriente simul agit.

ibidem

A *ibidem è vulnere accepto in bello Perſico infeliciter mortuus.*

5 *Num.* 2 *deeſt quidem hiſce Actis oratio Anaſtaſii, quâ coram Juliano profitetur fidem ſuam; ſed legitur in Mombritio; ex quo à nobis relata eſt inter Annotata litt.* g. *Ibi credit Anaſtaſius* in Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, *&* in Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſecula; *depromptis verbis, ut patet, è Symbolo Conſtantinopolitano, quod à Concilio generali ſecundo conditum & probatum eſt anno* 381, *annos duodeviginti poſt mortem Juliani, quem alloquitur Anaſtaſius. Imo uſus eorumdem Symboli verborum argumento eſſe poteſt, quod Acta illa aut ſaltem Mombritiana poſt annum Chriſti* 1014, *tantummodo compilata ſint. Videtur enim ſcriptor illa verba didiciſſe frequenti recitatione vel auditione Symboli prædicti in ſacrificio Miſſæ: atque inde, ut pronum eſt, eadem ex præſenti memoria in calamum ejus fluxerint. At vero uſum recitandi Symbolum Conſtantinopolitanum in Miſſa non aſſumpſit eccleſia Romana ante annum* 1014; *uti teſtatur Berno, è monacho S. Galli, Abbas Augiæ divitis, qui ipſi inſtitutioni coram interfuit, comitatus Imperatorem Henricum ſanctum Romam, imperiali corona ibi redimendum à Benedicto Papa* VIII: *qui tunc rogatu Imperatoris aſſumpſit Symbolum prædictum. Verba Bernonis merentur hic apponi è libro* 2 *de rebus quibuſdam ad Miſſam pertinentibus.*

in Symbolo Conſtantinop.

6 Romani, *inquit*, uſque ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici Imperatoris, nullo modo cecinerunt *Symbolum in Miſſa.* Sed ab eodem, *qui probe ſciebat per Germaniam illud recitari; & recitabatur pridem per Gallias atque Hiſpanias*; ab eodem, *inquit*, interrogati Romani, cur ita agerent, me coram aſſiſtente, audivi eos hujuſmodi reſponſum reddere; videlicet quod Romana eccleſia non fuiſſet aliquando ulla hæreſeos fæce infecta; ſed ſecundum S. Petri doctrinam, in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa. Et ideo magis his neceſſarium eſſe illud Symbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæreſi potuerunt maculari. At Dominus Imperator non antea deſiit, quam omnium conſenſu id Domino Benedicto Apoſtolico perſuaſit, ut ad publicam Miſſam illud decantarent. *Hinc igitur compilator, qui veroſimiliter in Umbria ſcripſit, citata Symboli verba Anaſtaſium loqui fecit: ſcilicet octodecim annos ante, ut diximus, quam conderetur Symbolum & probaretur in Synodo CPolitana: & annos amplius ſexcentos ante quam cantaretur Romæ in Miſſa. Idem Anaſtaſius mox etiam confitetur, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Deum unum eſſe,* non in unius ſingularitate perſonæ, ſed in unius trinitate ſubſtantiæ. *Quam formulam ſeculo* IV, *ut opinor, ignotam, ſimiliter didicerit deſumpſeritque compilator è Præfatione Miſſæ de ſanctiſſima Trinitate.*

B

C

Anaſtaſius extra Acta nulli notus,

7 *Nulla eſt ad Aquas Salvias, aut umquam fuit memoria talis Anaſtaſii, qualem Acta eodem numero* 2 *dicunt, ibi capite plexum eſſe. S. Anaſtaſius, ſub cujus, & S. Vincentii nomine, illic templum hodiedum viſitur peramplum, Perſa fuit, martyrio affectus in Oriente ſub Rege Coſroë anno* 628; *tranſlatus deinde; ut Beda ſcribit, toto corpore; ut alii, capite tantum, cum ſacroſancta imagine ejus, in Occidentem, & depoſitus ad Aquas Salvias tertio ab urbe Roma milliari in eccleſia, quæ abinde appellata fuit S. Anaſtaſii, antea S. Mariæ ad Aquas Salvias nuncupata. Sed nomen Anaſtaſii illic celebre, viſum fuerit ſcriptori aptum tegumen, ſub quo ſuus Anaſtaſius conlateret, nulli hactenus, quod ſciam Martyrologo aut idoneo ſcriptori notus.*

AUCTORE C. J. *cum Anaſtaſio Perſa confuſus.*

8 *Quod gentiles Spoletini, prædicante Brictio ad fidem converſi, ut num.* 5 *memoratur,* idolorum templa & lucos eorum deſtruxerint *ſeculo primo, aut initio quarti ſæviente Diocletiano, non ſatis credibile eſt. Quis vero alibi legit, quod eodem num. dicitur, tres Proconſules, eidem civitati eodem tempore præfuiſſe? Ut non dicam, quod duo illorum deinde etiam fiant* Magiſtri militum; *& unus ex his jubeatur executioni mandare latam in Carpophorum & Abundium ſententiam capitalem.*

Tres Proconſules uni loco ſimul præfecti.

9 *Interea duxit Angelus num.* 8, *S. Brictium* in locum Salutis in ſuperiorem viam, in verticem collis; *dixitque ei*: Hic erit habitatio tua uſque in diem, quo venerit Dominus judicare ſeculum per ignem. *Pro quo apud Mombritium legitur.* Hic erit habitatio tua, hic commoraberis tutus à perſecutorum inſidiis. *Vtramque hanc falſam eſſe promiſſionem Angeli, clamant Acta ipſa. Prima fieri vere potuit Eliæ & Enoch Prophetis, non Brictio, qui in pace quievit ac pluribus ſpectantibus evolavit in cælum ſpecie columbæ, præſente Angelo eodem, ſecundum aliam promiſſionem, quam ei dederat num.* 17, *priori contrariam. Sed neque* tutus *fuit Brictius in ſuo loco Salutis* à perſecutorum inſidiis. *Numero namque* 15 *iterum inde extrahitur juſſu Martiani ejuſdem, qui antea eum torſerat, atque iterum ab eo tortus nunc fuit, poſtridie etiam morte plectendus, niſi Angelus eum denuo eduxiſſet è carcere.*

Vaticinium Angeli falſum.

D

E

10 *Initio numeri* 10 *tres Proconſules (hîc tamen duo eorum nunc vocantur* Magiſtri militum, *non item apud Mombritium) indicantur per epiſtolam accuſaſſe Chriſtianos apud* Diocletianum & Maximianum Auguſtos: *ſed Mombritio dicuntur ipſimet* veniſſe *ad eoſdem* Auguſtos, *& Auguſti referuntur* tertio (*hic legitur* vigeſimo tertio) die Julii decreviſſe, *ut* ubicumque invenirentur Chriſtiani, ſine auditione punirentur. *Verum quo loco ac tempore convenerunt Proconſules utrumque Auguſtum, ſimul commorantem? cum fere perpetuò unus in Oriente, alter in Occidente vixerint. Fuerunt quidem Diocletianus & Galerius Maximianus ſæpe unà, & unà fuerunt Nicomediæ, quando primùm decreta fuit ſæviſſima perſecutio in Chriſtianos, ut* ſine auditione, *ſive indictâ cauſâ, punirentur: ſed iſte Maximianus tunc nondum erat* Auguſtus. *Nec credi poteſt Proconſules, relicto Spoleto & provinciâ, ſuæ curæ commiſſâ, tam longo itinere profectos fuiſſe Nicomediam.*

Alia abſona.

Auguſti duo ſimul conveniuntur,

F

11 *Neque vero decreta fuit illa perſecutio die* III *aut* XXIII *Julii, ſed* XXIII Februarii, *idque, ut dixi, Nicomediæ, ſumpto ibi initio ab everſione eccleſiarum & combuſtione ſacrorum librorum, poſtridie autem illius diei publicata fuit eadem perſecutio, affixo ibidem edicto Imperatorum. Si innuerent Acta, veniſſe Proconſules* Romam *ad Diocletianum & Maximianum Auguſtos, idque* anno CCCIII *exeunte, ſalvari dicta quodammodo poſſent. Fuerunt quippe ibi tunc ſimul & vicennalia imperii ſui celebrarunt. Edictum quoque perſecutionis, quod eodem anno primùm Nicomediæ fuit publicatum die* XXIV *Februarii, poteſt poſt quinque circiter menſes fuiſſe publicatum*

quando videntur ſimul non fuiſſe.

AUCTORE C. J.

aut Spoleti die III, *aut* XXIII *Julii: id quod vellem ſcriptori Actorum tuto credi poſſe. Interea tamen, iſtis etiam admiſſis, profectio Proconſulum Spoleto Romam ad accuſandos Chriſtianos, præpoſtera fuiſſet, cum in illos perſecutionis edictum jam ante publicatum eſſet.*

Collapſi palatii ruinæ non inventæ;

12 *Num.* 16 *prodigium narratur, ut in Annotatis jam dixi, non facile credendum prudenti viro; videlicet quod collapſum terræ motu palatium Martiani Proconſulis Spoleti, ita perierit oppreſſeritque ipſum Martianum & centum viginti paganos, ut neque corpora eorum neque ruinæ palatii comparuerint. Ibidem dicitur quoque B. Petrus Apoſtolus cum Angelo noctu adſtitiſſe Brictio in ingreſſu carceris,* & conſecraſſe eum in ordine Pontificatus, *qui eatenus tantum Presbyter erat. Videlicet Petrus, dudum corpore ſolutus, conſecravit eum Epiſcopum; exemplo ab eccleſia numquam probato, nec facile probando. Et tamen id fecerit Petrus, Eccleſiæ poſt Chriſtum caput; ſi fas eſt credere. Adde, quod num.* 17 *idem Brictius ædificavit oratorium* in nomine ſanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ. *Quod Joannem Epiſcopum conſecravit* Metropoli *civitati Spoletinæ: quodque Joannes iſte ibidem* omnia templa idolorum exterminavit, *&* eccleſiam B. Petri Apoſtoli miræ magnitudinis ædificavit. *Quæ convenire non poſſunt ullo modo prioribus aliquot Chriſtianæ Reipublicæ ſeculis; nedum poſſunt ad ſeculum Chriſti primum (quod aliqui volunt) referri. Prætermitto frequentia colloquia, quæ in Actis inſeruntur, tamquam habita inter Imperatores Præſidesque & Sanctos noſtros. Item viſitationes Angelorum ad Brictium, & alios; ductiones & reductiones de loco in locum, & ſimilia dictu, quam creditu faciliora.*

S. Petrus dius poſt mortem conſecrat Epiſcopos;

B

eccleſiæ metropolitanæ, & Sanctis ædificatæ, ante tempus ſuum.

Incredibilia de Anaſtaſio.

13 *Et hæc abunde ſufficiunt ad convincendum quemvis non obſtinatiſſimum rerum ſuarum æſtimatorem, de inanitate Actorum, & minori, quam par eſt, cohærentia eorum ad faciendum fidem. Ego certe nequeo illis quidquam credere, quod aliunde magis idonea auctoritate non fulciatur. Nequeo credere, omnes duodecim Socios ſimul veniſſe in Italiam, aut veniſſe è Syria, aut conſanguineos fuiſſe. Nequeo illis credere, Anaſtaſium fuiſſe patruum (ut Jacobillus interpretatur) fratrum novem, aut vidiſſe Julianum Apoſtatam, aut cæſum ad Aquas Salvias. Similiter recenſere poſſem reliqua Actis contenta; ſed quid id attinet? Cum jam dixerim, me illis ſolis nihil omnium, quæ adſtruunt, poſſe credere; ne quidem, eccleſiaſticum cultum antiquitus habuiſſe Socios omnes.*

C

Acta à Baronio quoque reprobata.

14 *Neque ab hac incredulitate mea, mihi longe videntur abfuiſſe Cardinalis Baronius & reliqui correctores amplificatoreſque Martyrologii Romani; dum ille variis ſuarum ad illud Notarum locis Acta improbat. Puta ad diem* X *Decembris in SS. Carpophoro atque Abundio, ubi tam Spoletina Mſs. quam Mombritiana excuſa, queritur* admodum depravata *eſſe. Item ad diem* I *ejuſdem menſis in S. Proculo,* erroribus ſcatere. *Demum ad diem* IX *Julii in S. Brictio, de eiſdem Actis loquens, ait intra parentheſim* (qualiacumque *illa* ſint) *tamquam parum aut nihil fidei illis tribuens. Improbare vero eadem Acta cum Baronio noſcuntur adjutores ejus, in correctione & acceſſione Martyrologii rite facienda, dum è duodenario Sociorum numero nullum ei olim inſertum invenerunt, aut ipſi inſeruerunt, cujus ſanctitatem aliunde compertam non habuerint. Hinc locum in illo non dederunt Anaſtaſio, Eutitio, Joanni, Tendilæ, Laurentio, & Baractali; quamvis horum perinde, ac ceterorum Sociorum Brictii, Iſaaci, Abundii & Carpophori, Proculi atque Herculani; qui in Martyrologio ſunt, nomina legerunt in Actis: ſed illorum ſanctitatem & publicum in eccleſia cultum non perinde fuerunt aliunde edocti, quam horum, quos inſeruerunt, ex antiquioribus Martyrologiis acceptos.*

D

An duodecim Socii ſint omnes Sancti,

15 *Abſit tamen, nos propterea negemus, ſanctos eſſe omnes* XII Socios; *quia Actis præmiſſis fidere nequimus: poſſunt omnes, etiam qui in Martyrologio Romano prætermiſſi ſunt, vere ſancti eſſe, & ſufficientem alicubi habere venerationem, ut ſancti audiant; idque conabor, qua poſſum, in ſequentibus commonſtrare de ſingulis ſeorſim. Quod ſi vires mihi & monumenta deficiant, quo minus id præſtem, appellabo incolas Umbriæ, civitatumque imprimis Spoleti & Peruſiæ, mihi opem ut ferant ipſi, in rebus domeſticis ſuis melius verſati. At nolim magnam vim ponant in ſcriptoribus poſtremorum ſeculorum, quatenus illi tradunt pro veris, quæ ex præmiſſis* XII *Sociorum Actis tantum hauſerunt. Conſuevi quippe cum Baronio ad annum* 1125 *pag.* 146 *litt. B,* non numero hiſtoricorum veritatem hiſtoriæ æſtimare: ſed quanta fide polleat primus auctor cujuſlibet aſſertionis. Nam reliquos primum ſequi auctorem & ejus veſtigiis inhærere, frequentiori uſu in more poſitum reperimus.

E

poſtea inquirendum,

abſque præjudicio Umbrorum.

16 *Reddet me hæc ſententia & auctoritas Eminentiſſimi, religioſiſſimi, doctiſſimique Cardinalis tutum ab invidia obtrectatorum, prætenſurorum fortaſſe, ſcriptores ſuos, in rebus patriæ ſuæ enarrandis, fide dignos eſſe, præſertim cum plures idem aſſeverant. Fide dignos eſſe, non negamus; niſi quando primus Auctor, quem omnes ſequuntur, fide dignus non eſt: quia tunc, quamvis conſentiant omnes, non faciunt fidem hiſtoriæ majorem, quam primus fecerit. Unde & Auctores illi omnes, qui Acta præmiſſa ſecuti, aliquid inde depromptum narrant, aliunde non notum aut probatum, majorem non merentur fidem, quam Acta ipſa, id eſt, nullam in re præſenti.*

Duplicata nunc Sanctorum nomina,

17 *Sed neque confugiant ad multiplicata nunc ſanctorum illorum aliquot nomina, videlicet ad duos Brictios, duos Herculanos, duos Laurentios, duos Iſaacos, duos treſve Proculos; qui diverſis ſeculis è Syria in Umbriam venerint cum Sociis. Si decere mihi liceat quod ſentio, opinabor, multiplicationem illorum nominum paulatim inductam eſſe ex diverſis opinionibus diverſorum ſcriptorum, qui de Sanctis illis aliquid commentati fuerunt ex ipſis duodecim Sociorum Actis. Antiquiora enim & potiora non habuerunt. Illa autem ſecuti, cum diverſas temporum epochas ibidem obſervarent, alii Brictium (idem de aliis ſentiendum) retulerint ad ſeculum Chriſti primum, alii ad tertium aut quartum, alii ad ſextum. Et ex horum ſententiis, de tempore, quo floruerunt ſancti iſti, tam diverſis, maluerint concludere poſteri, duos potius ejuſdem nominis fuiſſe, qui diverſis iſtis ſeculis vixerint, quam unum; qui non potuiſſet tam longam quatuor aut quinque ſeculorum ætatem pervixiſſe.*

F

non ſuadent diverſitatem perſonarum.

18 *Neque vero ſcriptores illi, qui duos in Umbria Brictios Syros, duos Herculanos, duos treſve Proculos &c. adſtruunt, quidquam momenti habent, quo id jure faciant: uti videre eſt apud Jacobillum in ſingulis duorum cognominum vitis, Brictii nempe primi, tom.* 1 *pag.* 673: *Brictii ſecundi ibidem pag.* 676; *de primo iterum agit tom.* 2 *pag.* 56 *in vita S. Joannis primi, epiſcopi Spo-*

A *Spoletini, ibique Brictius ille primus, cum Joanne & aliis ſociis, ducitur Spoleti ſeculo Chriſti primo in carcerem conjectus fuiſſe ſub Præſide* Martiano: *idemque in Brictio ſecundo dicitur, factum de illo eſſe Spoleti, ſeculo quarto ineunte, ſub ejuſdem nominis Præſide. Quod nomen, aque ac Brictii ſociorumque incluſio in carcere Spoleti, leguntur in Actis* XII *Sociorum; indeque res eadem, quæ ibi cognoſcuntur contigiſſe ſub annum Chriſti* 300, *hîc etiam referuntur contigiſſe ſeculo* I. *Aliorum cognominum paria conſiderari poſſunt apud eumdem Jacobillum ſuis locis. Nihil inde concludi ſolide poteſt, quod duplicationem perſonarum perſuadeat homini non nimis credulo. Ut nihil dicam, quod triplex tranſmigratio trium claſſium Sanctorum, certo numero diſinitarum, è Syria in Umbriam (quarum una venerit ſeculo primo; altera, tertio; poſtrema, ſexto;) pro libitu ſcriptorum excogitata, nullo fundamento nitatur: eoque minus, quia diſcrepant aſſertores de anno quo venerint.* AUCTORE C. J.

EXAMEN
IN SINGULOROM SOCIORUM GESTA.
CAPUT I.
DE ANASTASIO XII SOCIORUM
DUCTORE ET MARTYRE AD AQUAS SALVIAS.

B *Singulorum Sociorum Acta confuſa.*

Mirum, quam varia varii, imo & pugnantia commentati ſint in Acta præmiſſa XII *Sociorum, ſeculi præſertim poſtremi ſcriptores Umbri, rati (credo) unuſquiſque licere ſibi ſuo pro genio antiquitatem & gloriam patriæ ſuæ ſuorumque Sanctorum extollere quocumque modo. Res confuſiſſima eſt. Evolvet ſe fortaſſe clarius, ſi ſeorſim dicamus aliquid de ſingulis Sociis, & inquiramus, quinam eorum & quando primum adſcripti ſint faſtis eccleſiaſticis ſeu Martyrologiis; unde conſtare poſſit de cultu ſingulorum antiquo; quem ſingulos olim habuiſſe, credi tuto non poteſt Actis jam datis, quæ omnibus in parte communia ſunt; in parte aliquibus ſingularia.*

Anaſtaſius hic, nulli martyrologio inſcriptus,

2 *Anaſtaſius igitur, qui dux ceterorum, è Syria Romam veniſſe dicitur, jure ſuo hîc etiam primo loco ſeorſim examinetur; idque eò magis, quod primus quoque ſtatuatur martyrio coronatus fuiſſe truncatione capitis apud Aquas Salvias, in oculis urbis Romanæ. Is nullis interea reperitur Martyrologis notus; imo nec cultum in loco, qui martyrii dicitur fuiſſe, aut alibi, habere ullum. Attamen, quid de illo Ludovicus Jacobillus in Sanctis Umbriæ tomo* I *pag.* 37 *in vita S. Joannis primi, epiſcopi Spoletini dicat, audiamus.* Martyrium, *inquit*, S. Anaſtaſius ſubiit Romæ die v Decembris ſub annum Chriſti CCXC, & ſacrum ipſius corpus fuit tumulatum in loco martyrii ad Aquas Salvias. De ipſo meminit Martyrologium Romanum illo ipſo die v Decembris ſequentibus verbis: S. Anaſtaſii Martyris, qui ardore martyrii, ſponte ſe perſecutoribus obtulit.

C

confunditur cum alio ejuſdem nominis ſancto,

3 *Si ita licet abuti auctoritate Martyrologii Romani, quoſvis homines pro libitu meo Sanctis adſcribam, dummodo eorum ſynonymi legantur alicubi in Martyrologio illo. Dic, amabo te, ſi iſthoc loci, id eſt* v *Decembris, ageret Martyrologium Romanum de Anaſtaſio, cum filiis ac nepotibus è Syria in Italiam advecto; ac Romæ, aut prope, capitis abſciſſione martyrizato; nonne locus ſupplicii aut depoſitionis, quem Romani ignorare non magis potuerunt, quam non ignoraverit Jacobillus, in Martyrologio expreſſus fuiſſet? Illa certe prima cura Martyrologis eſt, notare palæſtram martyrii, ubi quis coronam gloriæ pro confeſſione Chriſti obtinuit, ſi ſciri poteſt. Potuit autem ſciri palæſtra Anaſtaſii,* XII *Sociorum ducis, ex ipſis illorum Actis. Hic igitur non eſt Anaſtaſius ille, qui in Martyrologio memoratur die* V *Decembris abſque nota palæſtræ.* E

qui diverſiſſimus eſt,

4 *Ad hæc, undenam habetur, Anaſtaſium noſtrum* ſponte ſe perſecutoribus obtuliſſe, *uti loquitur Martyrologium de ſuo? cum noſtrum miniſtri Imperatoris* ſub veloci curſu, ſumma diligentia & ſolicitudine inquirere *juſſi, ipſum* comprehenderint cum filiis & nepotibus; *& hi omnes, caſo Anaſtaſio, fugâ ſibi conſuluerint; ut dicitur in Actis. Denique diverſitas duorum, de quibus diſceptamus, Anaſtaſiorum manifeſtiſſima eſt conſulenti Baronium (qui præcipuus Martyrologii reformati auctor fuit, ac Anaſtaſium ſuum ei primus intulit ex Menologio Sirleti) in Notationibus ad diem* V *Decembris ſic ſcribentem:* Agunt de eodem Anaſtaſio Græci in Menologio hac die, ejuſque certamen referunt. *Quale autem tertamen illud? Dicat Menologium ipſum citato die, prout latinitate donatum eſt à Sirleto Cardinale.*

atque ex Menologiis Græcorum notus.

5 Eodem die, V *Decembris*, Natalis ſancti Martyris Anaſtaſii. Hic cum ſanctos Martyres à gentilibus inquiſitos videret propter Dei confeſſionem membratim diſcerpi, & ipſe eſſet Chriſtianus? conſiderans quanta illis à Deo repoſita eſſent bona, cupienſque illa conſequi, quodam die corde accenſus, cruce totum corpus ſignavit, in ſtadium cucurrit, & ſtans in medio confeſſi, magna voce clamavit; Inventus ſum ab iis, qui me non quærebant; manifeſtus factus ſum his, qui me non interrogabant: Cum vero omnes illum intuerentur, dixit: Audite, vos omnes miniſtri diaboli, audite, inquam; Chriſtianus ego ſum, atque in Dominum meum Jeſum Chriſtum credo; & idola veſtra cum adoratoribus ſuis anathematizo atque averſor. Illi vero ita liberè predicantem audientes, obſtupuerunt, ſtatimque exuentes, flagris cæſum carnifices obtruncarunt & in mare projecerunt. *Non igitur noſter Anaſtaſius Martyrologio Romano adſcriptus hîc intelligi debet, ſed alius quiſpiam, in Græcia aut alibi in Oriente paſſus: cujus corpus non ad Aquas Salvias ſepultum, ſed in mare projectum fuit, ejuſque memoria in faſtis à Græcis ad Latinos derivata eſt.* F

AUCTORE C. J.

Confunditur item cum S. Anaſtaſio Perſa ;

6 *Ait praterea Jacobillus diſtinctis verbis , Anaſtaſium ſuum* Romæ *paſſum eſſe ; quod habuit ex Actis* XII *Sociorum. Addit , quod paſſus ſit* die quinto Decembris : *diem illum ſumpſit ex Martyrologio Romano , ſed perperam , uti jam diximus. Tandem aſſignat martyrio ſui Anaſtaſii* annum Chriſti 290 : *idque ex mera conjectura abſque fundamento ; aſſerentibus aliis Umbriæ ſcriptoribus , & nominatim Campello , Anaſtaſium cum Sociis ſeculo Chriſti primo & Romam veniſſe & paſſum eſſe. Denique confundit Anaſtaſium ſuum cum S. Anaſtaſio Perſa (qui neque die* V *Decembris , neque anno* 290 *martyrium ſuſtinuit) ex Actis* XII *Sociorum , apud Mombritium in SS. Carpophoro atque Abundio , & forte ex legendariis Spoletinis , in quibus dicatur , Anaſtaſium ſuum ad Aquas Salvias capite plexum & ſepultum , ex ipſiuſque nomine appellatam eccleſiam hodiedum ibi eſſe & caput ſervare. Quis non obſervet hic palpabilem errorem ? Cum paſſim notum ſit , S. Anaſtaſii Perſæ ſacrum caput cum imagine ejus , ex Oriente Romam olim tranſlatum , ad Aquas Salvias conditum , atque eccleſiam ibi , ejus & S. Vincentii nominibus dedicatam fuiſſe : nullâ extante ibidem , aut memoriâ , aut capite Anaſtaſii alterius.*

B

Item cum Anaſtaſio Ep. Interamnenſi.

7 *Confunditur quoque Anaſtaſius ille , dux Sociorum* XII *Syrorum , cum S. Anaſtaſio epiſcopo Interamnenſi , de quo Ughellus ſcribit , quod* natione Syrus *fuit ; atque* Interamnenſis epiſcopus ex inſtinctu divino acclamatus eſt circa annum DCVI : alii electum fuiſſe contendunt anno DXLII ; obiiſſe vero anno DLIII. *Angelonus in Hiſtoria ſua Interamnenſi , Italice ſcripta , ait , diverſos ſcriptores citans , ipſum* deſcendiſſe è Syria in Italiam circiter annum DXVI. *Eumdem Jacobillus pariter* Syrum *facit , & cum imaginario ſuo* trecentorum Sociorum *numero veniſſe dicit in Italiam , epiſcopum fuiſſe , & in pace mortuum , coli die* XVII *Auguſti. Hinc patet manifeſte , Anaſtaſium hunc non eſſe illum , qui dicitur in turba duodecim tantum Sociorum veniſſe ſeculo primo aut tertio ; & martyr obiiſſe ad Aquas Salvias ; & epiſcopus non fuit ; & colitur , uti ſuprà Jacobillus dicebat , quinta Decembris die. Omitto plures diſtinctionis notas. Minus quoque idem ſunt iſti in ſententia aliorum , qui negant , Anaſtaſium epiſcopum Interamnenſem è Syria advenisſe , ajuntque , patriâ quoque Interamnenſem fuiſſe , atque hodiedum florere ibidem nobiles familias , quæ originem ſuam à Sancto illo deducant ; quod tamen idoneis ſucceſſionum tabulis probari , facilius perſuadebitur aliis , quam mihi. Habemus quædam ejus Acta , cum inſtrumento publico de inventione corporis , ejuſque tranſlatione & miraculis exinde factis. Quod inſtrumentum quam eſt fide dignum , tam obſcura & incerta ſunt Acta vitæ. Interea nullis antiquorum Martyrologiis reperitur inſcriptus. Abeſt quoque à prima editione Romani , ſub Gregorio XIII correcti ; additus in ſecutis editionibus , ſaltem ab anno* 1608 *die* XVII *Auguſti ultimo loco , nudis hiſce verbis :* Interamnæ , S. Anaſtaſii epiſcopi & confeſſoris. *Sed hæc illuſtranda erunt ſuo tempore ad diem* XVII *Auguſti. Hic ſatis eſt monſtraſſe , hunc Anaſtaſium epiſcopum Interamnenſem neutiquam eſſe Anaſtaſium ,* XII *Sociorum ducem.*

E

CAPUT II.

DE S. EUTITIO, ANASTASII FILIO,

EX DODECADE ADVENARUM UNO.

C

Huius vita in Paſſionariis Spoletinis ,

Eutitius ſive Eutychius , Anaſtaſii filius , qui poſt martyrium patris , relictis Sociis , ad lacum Vulſinum ſeceſſiſſe , ibique ſolitariam vitam per multos annos duxiſſe narratur in Actis , nihilo magis notus eſt Martyrologis , quam pater ſuus : neque alibi ejus memoria aliquanto antiquior extat uſquam apud auctorem idoneum. Habemus vitam longiorem Ms. ſub ejus nomine , ſeorſim ab Actis XII *Sociorum , compilatam ;* ex tomo 2. Paſſionarii cathedralis Spoletinæ pag. 226 , ad verbum ; & in tomo 3 pag. 93. *Quæ citatio apud nos legitur poſt titulum , in quo* S. Eutitius *&* Abbas *fuiſſe , &* XXIII Maii *coli dicitur , Sed qualis hæc vita ? Æque ac magis apocrypha , quam Acta* XII *Sociorum communia ; dum ſuum Eutitium confundit cum celebriori S. Eutychio , olim apud Nurſiam abbate , ſocio S. Florentii monachi , quocum & inſcriptus eſt Martyrologio Romano ad diem* XXIII *Maii : quo etiam de illo egimus in Actis noſtris.*

& alterius Eutychii ſancti vita ,

2 *Syſtema vitæ , quæ typis vulgari abſque dedecore Spoletinorum non poſſet , hoc eſt. Primo loco habet ſcriptor omnia , quæ leguntur in Actis* XII *Sociorum , ex quibus deſumpta ſunt , cum ſuis etiam manifeſtis erroribus ; nec quidquam aliud de Eutitio prodit , quam quod ibi invenit. Tum tranſit compilator ad alium Eutitium ſive Eutychium ſanctum Abbatem , his verbis :* Poſt multum vero temporis placuit Domino , ut ad alium locum Eutitium tranſmitteret , quo illius lumine exhortationum amplius fructificaret in Chriſticolis. De quo B. Gregorius lib. 3 Dialog. cap. 15. . . . . Eodem namque tempore in Nurſiæ partibus , duo viri in vita atque habitu ſanctæ converſationis habitabant ; quorum unus Eutychius , alter vero Florentius dicebatur , *& reliqua , quæ deinde ex eodem Gregorio ſequuntur , & ſpectant omnia ad S. Eutychium abbatem Nurſinum.*

F

male confuta.

3 *Jacobillus , qui hanc vitam & aliquot alias ex Paſſionariis eccleſiæ Spoletinæ ſibi olim deſcribi curaverat , & poſtquam opus ſuum de Sanctis Umbriæ tribus tomis abſolverat , illas nobis donavit ; & quamvis ſolitus ſit Paſſionaria illa identidem citare toto opere ſuo , atque extollere ; ad marginem tamen Ms. ſui , nunc noſtri , notare non dubitavit :* Hic S. Eutitius (*de quo S. Gregorius*) eſt alius à ſupradicto , qui fuit Socius S. Brictii ; & floruit anno Domini CCC : hic vero ſecundus , floruit tempore S. Gregorii Papæ anno Domini DXL. *Ita Jacobillus. Atque hæc ſufficiant de Eutitio ,* XII *Sociorum uno , de quo fruſtra quæras alibi plura , niſi forte fictitia , uti hæc. Docent quoque ſufficienter , non omnes vitas , quæ*

A *in Passionariis ecclesiæ Spoletinæ collectæ sunt, tales esse, ut fidem historicam mereantur: qualis est hæc, de qua agimus; & cetera ex Actis* XII *Sociorum extracta; nisi aliunde veriora habeant.*

4 *Liceat tamen adhuc pauca addere. Dum lego in passionario Spoletino, quod Eutitio, Anastasii filio, Brictii fratri, applicantur Acta S. Eutychii abbatis Nursini: & in annotatione Jacobilli lego, id perperam factum esse; quia, ut ait; alius est Eutitius, Frater Brictii, qui floruerit anno Domini* 300; *& alius Eutychius, qui fuit abbas Nursinus & floruit anno Domini* 540. *Dum hæc, inquam, tam pugnantia lego, vix scio cui parti debeam adhærere potissimum. Comperio interim, quod Herculano, pariter commemorato in Actis* XII *Sociorum, applicata sint in iisdem Actis & Passionariis Spoletinis, Acta S. Herculani episcopi Perusini (qui & ipse floruit seculo* VI) *prout descripta sunt à S. Gregorio in Dialogis: ut nihil novi fecerint collectores Passionariorum illorum, si etiam Eutitio suo Vulsino applicuerunt Acta S. Eutychii abbatis Nursini, quæ similiter apud S. Gregorium leguntur. Nempe cum de Eutitio, uti & Herculano, inter* XII *Socios nominatis, nihil sciretur singulare, confugerunt compilatores Actorum & Passionariorum ad Synonymos Sanctos, quorum gesta ex Dialogis S. Gregorii aut aliunde nota erant, eaque suis applicuerunt totidem fere verbis. Aut sane putaverunt, suos Eutitium atque Herculanum, vere fuisse illos ipsos, quorum Acta applicuerunt: quod & mihi credibilius est.*

An Eutychii duo in Umbria

B

5 *At in Actis* XII *Sociorum dicitur Eutitius ab aliis discessisse ad lacum Vulsinum ibique eremiticam duxisse vitam. Fateor; sed non in omnibus: & in adjunctis mira est varietas lectionis in Actis Mss. Alia habent, discessisse à Sociis in partes* Ticeni *ad* lacum Vulsini. *Alia, in* partes Ticini. *Alia, in* partes Piceni: *atque addunt, ad* lacum Vullinium *vel* Bulsinium. *Mombritius simpliciter impressit, quod* perrexit ad locum, qui Bulsinis appellatur. *Est lacus Vulsinus in Tuscia hodiedum notissimus: sed qualis sit via* Ticena, Ticina *aut* Picena, *quæ eò ducat Româ, plane ignoro. Subit igitur mihi cogitare, in Actis perperam scriptum esse* lacum Vulsinum *pro* lacu Velino, *qui in finibus Sabinorum, Interamnam inter ac Reate, situs est, & non longè distat à Nursia; indeque iter est in Picenum. Scitur enim in hisce locis eremitam diu egisse S. Eutychius aliquis, donec inde evocatus, constitutus fuit Abbas monasterii, quod aliquanto antè construxerat S. Spes abbas in valle Castoriana,* VI *M. P. distans à Nursia civitate; ibique & diem extremum clausisse sub annum* 540; *atque* post mortem claruisse in virtute signorum, *uti S. Gregorius loquitur. Dum igitur Passionaria Spoletina quærunt, quis ille Eutitius è* XII *Sociis tandem sit, eique applicant Acta S. Eutychii Abbatis prædicti, sumpta è Dialogis S. Gregorii; utique putarint suum Eutitium esse illum ipsum Eutychium abbatem Nursinum: idque etiam credibilius fiet considerantibus correctionem nostram, quæ putamus, in Actis* XII *Sociorum malè scriptum esse, discessisse Eutitium Româ ad* lacum Vulsinum *via* Ticina, Ticena, *aut* Picena; *qualis via illic nulla est: & legendum, discessisse ad* lacum Velinum, *ubi & via* Picena *recte concipi potest, quia ducebat in vicinam* Piceni *provinciam.*

AUCTORE C. J.

quorum alter floruerit seculo 3,

6 *Adde, quod Jacobillus in vita S. Eutychii Abbatis Nursini tom.* I *pag.* 551, *etiam opinetur ex sententia multorum, uti ait, scriptorum; ipsum, patriâ Syrum, in partes Umbriæ venisse, atque adeo unum eumdemque esse hominem cum illo Eutychio, qui ab aliis dicitur ad lacum* Vulsinum (*nobis putatur, ad lacum* Velinum) *eremitam egisse. Inquies, duos è Syria in Umbriam adduci Eutychios à Jacobillo, alterum exunte seculo tertio, alterum seculo sexto ineunte, quorum ille venerit cum* XII *Sociis, iste cum trecentis cujusvis sexûs ac ætatis. Scio, ita distingui à Jacobillo duos Eutychios Syros, nomine tenus, non re, ex male concepta aut fictitia chronologia, quæ sibi persuaserit, omnes* XII *Socios seculo tertio advenisse è Syria, interque illos Eutitium & Herculanum. Id vero ex ipsis* XII *Sociorum Actis convincitur falsum esse. Dicamus igitur, unum tantum è Syria venisse in Umbriam Eutitium, & ipsum ex opinione etiam Jacobilli, factum esse Abbatem prope Nursiam. Si quis meliora me docuerit, gratias agam.*

alter seculo 6.

E

CAPUT III.

C

F

DE S. BRICTIO,

ALTERO ANASTASII FILIO.

IHS E

Cujus ex antiquis Martyrologiis

Cce alterum Anastasii filium, Eutitii fratrem, de quo plura, quam de ullo aliorum Sociorum in Actis communibus leguntur, hîc non repetenda. Videamus quid de ipso annuntient Martyrologia antiqua. Vetus Romanum, opera Heriberti Rosweydi editum, de illo hæc tantum notat ad VIII Idus Julias (*reliqui omnes Martyrologi ad* VII *Idus, seu diem* IX *Julii referunt*) Maralana civitate, Brictii episcopi. *Plura habet Adonianum apud eumdem Rosweydum* VII Idus Julias: In civitate Martulana, S. Brictii episcopi & confessoris, qui sub judice Martiano, os lapide contusus est, & in equuleo crudelissime excruciatus, in Domini confessione perdurans, in carcerem trusus est. Nocte autem terræ motu gravi civitas concussa, inter alios plures, etiam Martianum occidit. Et Christi Confessor ab angelo sancto & à beato Petro Apostolo visitatus, atque ad prædicandum Euangelium confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrificiens, quievit in pace. Cujus animam viderunt adstantes in specie columbæ niveæ cælo recipi. *Et hinc Usuardus eodem die* IX *Julii*; Civitate Martula, S. Brictii episcopi & confessoris, qui pro confessone Domini postquam est multa perpessus, & ab angelo sancto & beato Petro Apostolo confortatus, item magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrificaciens, quievit in pace.

2 *Notkerus suo tempore nihil habuerit his addendum, atque adeo in Martyrologio suo Ado-* *& Romano hodierno.*

AUCTORE C. J.

nem ſimpliciter deſcripſit. Romanum denique hodiernum, item IX *Julii ultimo loco :* Martulæ, S. Brictii epiſcopi, qui ſub Marciano judice multa paſſus, cum magnam populi multitudinem ad Chriſtum convertiſſet, confeſſor in pace quievit. *Hæc ſola ſunt, quæ pro certis de ſancto hoc Brictio haberi poſſunt; oſtenduntque, olim Acta ejus aliqua extitiſſe, è quibus Ado elogium ſuum concinnavit; quæ Acta deinde intercideriut, poſtquam ineptus quidam homo Acta* XII *Sociorum compilavit; quibus multa de S. Brictio vera & falſa commiſcuit; quæ tamen, quia mirabiliora narrabant, magis placuerint indoctæ poſteritati, ideoque Acta priſtina parum curaverint.*

Incerta ætas Brictii

3 *Interea in citatis Martyrologiis nulla ſit mentio patriæ S. Brictii, nulla temporis quo vixerit (ætas namque & perſona Martiani, ſeu judicis ſeu proconſulis, incertiſſima ſunt) nullus item locus nominatur ubi vixerit obieritve, præter Martulam, unde & epiſcopus* Martulanus *audit, nuſquam* Spoletinus : *quorum omnium defectus & incertitudo cauſa fuerunt poſtremis hiſce ſeculis multarum diſputationum, aliis Umbriæ, aliis Hiſpaniæ, aliis Luſitaniæ Brictium vindicantibus;* B *tempora quoque & loca, quibus & ubi vixerit, definientibus alia atque alia. Et tamen tam diverſa opinantes, ex iiſdem, quod mirabile eſt, Actis ſua probant. Videlicet ex Actis* XII *Sociorum, quæ hîc dedimus, & ſanctorum martyrum Abundii diaconi & Carpophori presbyteri, quæ ſeorſim habemus Mss. atque etiam impreſſa leguntur apud Boninum Mombritium.*

etiam inter ſcriptores Umbriæ :

4 *Imo ex iiſdem Actis ipſi quoque ſcriptores Umbri varie certant inter ſe de tempore adventûs* XII *Sociorum, adeoque & Brictii, in Italiam; aliis illud referentibus ad ſeculum vulgaris æræ primum, aliis ad tertium, imo & ad ſextum. Nec miror, tam male cohærentia atque incerta à ſingulis ſcribi; quia omnes nituntur Actis apocryphis, ſibique paſſim, præſertim in definitione temporum, tam aperte contradicentibus, ut nihil illis pro certo credi poſſit. Qualia enim ſunt, quæ de Brictio ibi leguntur? Venit è Syria Romam ſub Urbano Papa, ſeculo* III; *paſſus eſt varia cum Carpophoro atque Abundio ſub Diocletiano & Maximiano, ſeculo* IV; *iterum tortus eſt poſt quinquaginta circiter annos, cum reliquis Sociis ſub Juliano Apoſtata, eodem ſeculo; conſecravit Herculanum Perufiæ epiſcopum ſeculo* VI. *Qua-* C *lia item ſunt, quæ ibidem ſupra elogium Adonis narrantur? Ductiones & reductiones angelorum; eorumque cum Brictio varia colloquia; ordinatio ejus in Epiſcopum & quidem metropolitanum Spoletinum, facta per S. Petrum Apoſtolum, poſt mortem ejus in apparitione qualicumque. Mihi ſane hæc aliud non ſunt, quam otioſi hominis vana eloquentia aut potius ſomnia.*

quia erui certa non poteſt ex Actis.

Multiplicantur iidem Sancti,

5 *Scriptores Umbri non potuerunt non obſervare hanc diſſonantiam temporum aliorumque adjunctorum in Actis* XII *Sociorum : nihilominus non auſi Acta illa contemnere, maluerunt ad conciliauda tempora inducere plures homines eorumdem nominum, qui diverſis temporibus vixerint. Id egregie præſtitit inter alios Jacobillus in tribus Sanctorum ſuorum tomis, anno* 1647, 56 *&* 61 *ſucceſſive Italico ſermone impreſſis Fulginii. Tomo* I *duos exhibet Brictios pag.* 673 *&* 676, *ſub his titulis* : Vita S. Brictii, primi iſtius nominis, archiepiſcopi Spoletini, & metropolitæ totius provinciæ Umbriæ. Vita S. Brictii, ſecundi iſtius nominis, epiſcopi Martulæ ſeu Martanæ, atque etiam Spoleti. *Ipſe titulus primus vaniſſimus eſt, tribuens illi Brictio, pro ſeculo* D *Chriſti primo archiepiſcopatum Spoleti, ubi numquam archiepiſcopatûs dignitas fuit; & metropoliticam poteſtatem totius Umbriæ, quæ nihilo magis in Umbria umquam extitit. Conſideremus vitas ipſas utriuſque; ac primùm ſecundi, qui fuit ſub Diocletiano & Maximiano.*

& Brictius nunc ſtatuitur ſeculo 4.

6 *Tribuit illi Jacobillus, non tantum quæ in Martyrologiis jam citatis leguntur, verum etiam quæ in Actis* XII *Sociorum. Hæc tamen Acta, ut multa habent informia, ita cudit recuditque addendo, demendo, mutando, pro ſolo libitu ſuo, ut ſibi viſus fuerit aliqualem hiſtoriæ veriſimilitudinem attuliſſe. Conſtat ex Martyrologiis, Brictium ſub Diocletiano imperatore & Martiano ſeu proconſule ſeu judice Spoleti floruiſſe : habent Acta, Syrum eſſe & cum Sociis undecim veniſſe Romam ad Urbanum Papam ab eoque ordinatum fuiſſe presbyterum : addit Jacobillus, neſcio unde, patriâ fuiſſe* Antiochenum, *& veniſſe in Italiam* ſub annum 290; *hinc ordinatum, ait, presbyterum, non ab Urbano prædicto, qui obiit anno* 231, *ſed à Gajo Pontifice, qui deceſſit anno* 296: *deinde vero creatum fuiſſe epiſcopum Martulæ* circiter annum 295; *tacet autem à quo ordinatus ſit;* E *tribuentibus Actis ordinationem ejus B. Petro Apoſtolo, quando is cum Angelo in carcere apparuit. Hanc Brictii captivitatem atque angeli apparitionem ſtatuit Jacobillus contigiſſe* anno 304; *illumque ex angeli prædictione annos* 44 *adhuc ſupervicturum, tandem obiiſſe & ſpecie columbæ niveæ in cælum avolaſſe* anno circiter CCCL, tenente Romanum pontificatum Julio, & imperium Conſtantio ſecundo. *Hæc & alia præter aut contra Martyrologia & præmiſſa Acta, Jacobillus, abſque ſufficiente antiquitate aut idonto teſte.*

alter ſeculo 1 floruiſſe.

7 Alterum ſuum Brictium pag. 673 affigit Jacobillus ſeculo 1; primumque ſui nominis archiepiſcopum Spoletinum, totiuſque provinciæ Umbriæ Metropolitanum *facit. Facit quoque* S. Petri Apoſtoli diſcipulum; *ab eoque ait, poſt celebratum Hieroſolymis concilium apoſtolicum, ibidem* ordinatum fuiſſe presbyterum *cum aliis quatuor ejuſdem Petri diſcipulis,* Criſpoldo, Herculano, Joanne & Vincentio; *unoque, qui ſolum factus fuit diaconus,* Benigno : *hoſque* anno LVI è civitate Hieroſolymis patria ſua, cum aliis præcipui zeli Chriſtianis ab eodem Petro miſſos fuiſſe in Umbriam ad prædicandam ibi F fidem Chriſti, anteſignano ac duce Brictio. *Eò delati,* conſtiterunt Spoleti, tamquam in præcipua civitate provinciæ : *ibique Brictius cœpit prædicare; multiſque ad fidem converſis, comprehenſus fuit* à Martiano, *qui,* cum libertus eſſet Galbæ, ab ipſo & à Claudio imperatore (*videlicet annis* 15 *ante Galbam mortuo*) creatus fuit nobilis; creatus item Umbriæ ac Tuſciæ præſes, reſeditque Spoleti. *Apage nugas.*

Hunc viſitaverit anno 58 S. Petrus Apoſt.

8 *Neque ſubjungit certiora Jacobillus de S. Petro Apoſtolo, determinans* annum LVII, *quo is ex Oriente,* poſt abſolutum concilium Hieroſolymitanum rediit in Italiam; aſſerenſque, prius eum, quam reverteretur Romam, viſitaſſe alias provincias & eccleſias Italiæ; ac perveniſſe anno LVIII Spoletum, inquirentemque ibi in cariſſimum diſcipulum ſuum Brictium, intellexiſſe, detineri incluſum in carcere; ipſum ibi viſitaſſe, atque conſolatum eſſe (*hæc ultima,* *& metropolitam Umbriæ ordinaverit :* *& ſequentia, deſumpta ſunt ex Actis* XII *Sociorum*) & perſuaſiſſe, ut intrepide annuntiaret ſanctum Euangelium, ejuſque rei cauſa tole-

raret

A raret alacriter quæcumque adversa ac tormenta amore Christi; simulque creasse ipsum episcopum metropolitanum totius Umbriæ cum potestate creandi atque ordinandi alios episcopos in eadem provincia: Post hæc Angelum liberasse Brictium carcere; operâ S. Petri; & Petrum postea, profectum Spoleto eodem anno LVIII repetiisse Romam. *Nimis distincte hæc dicta sunt, ut sint vera.*

ex quo hic Brictius per totam provinciam episcopos constituerit,

9 *Liberatus tali modo Brictius atque animatus, circuivit (ita prosequitur Jacobillus)* cum socio Crispolito; Spoletum, Fulginium, Vettonam, Nuceriam, Interamnam atque ad alia vicina loca, prædicando Christum & convertendo multos, atque erexit ibi Deo plura altaria & templa: Quapropter aucto fidelium numero, putavit operariorum quoque augendum numerum: ususque potestate à S. Petro accepta, consecravit eodem anno LVIII, Episcopos, Vetonæ quidem S. Crispolitum prædictum; cujus curæ etiam commissæ civitates Fulginium & Nuceria; Perusiæ vero S. Herculanum; Spoleti, S. Joannem, tamquam suum Brictii
B adjutorem; Mevaniæ, S. Vincentium; jam supra nominatos gentiles suos & consanguineos. Ipse vero Brictius supremam sibi reservavit curam omnium Umbriæ ecclesiarum, maxime illorum locorum, quibus non dederat episcopos; & sedem suam tenebat ipse Spoleti, in cujus urbis vicinia, paulò post martyrium S. Petri, excitavit ecclesiam in honorem ejus, sub titulo S. Petri ad Vincula, ob memoriam suæ per ipsum sanctum Apostolum liberationis è carcere & vinculis. Hanc ecclesiam elegit Brictius pro cathedrali sua & successorum suorum; fuitque una è primis, quæ extra Romam erectæ fuerunt sub invocatione S. Petri. *Hæc omnia idem Jacobillus, quæ cuilibet, mediocriter in antiquis rebus ecclesiasticis versato, apparere possunt, pleraque non esse vera. Pergit tamen:*

atque obierit anno Christi circiter 97, die 9 Sept.

10 Transierat interea ad gloriam cælestem S. Crispolitus, martyrio coronatus anno XCIII, ex eoque tempore Brictius curavit ecclesias ei commissas; ac veluti novus Umbriæ apostolus, percurrebat omnia provinciæ loca, operam suam impendens præcipue Tudertibus & Interamnatibus, prædicando, miracula operando, animas convertendo & baptizando, cle-
C ricos sacerdotesque ordinando, altaria & oratoria consecrando. Tandem vocatus à Domino, mortem obiit die IX Septembris, anno circiter XCVII sub imperatore Domitiano. Corpus defuncti depositum fuit in prædicta S. Petri ecclesia extra muros civitatis Spoletinæ, ubi hodiedum quiescit sub ara principe. Spoleti ac per diœcesim celebratur festum ejus ritu duplicis à tempore immemorabili die IX Septembris. Civitas quoque Interamnensis ædificavit in honorem ejus ecclesiam in loco territorii sui, qui dicitur Colliculi (*Italicè*, Colline) atque ideo appellatur ecclesia illa S. Brictii Colliculorum. Similiter struxerunt ei ecclesias in territoriis suis Fulginates ac Tudertes; sed hæ jam dirutæ jacent.

Imagines hujus Brictii nihil probant.

11 *Ultima hæc, quæ de ecclesiis Brictio ædificatis memorantur, potiori ratione intelligi possunt, de Brictio II, quam de primo. At hujus archiepiscopatum Spoletinum, & sanctitatem ulterius ostensurus Jacobillus, in testes advocat imagines, quæ conspiciuntur in ædibus episcoporum tam Fulginatium quam Spoletinorum; quibus subscriptum legitur, Fulginii quidem,* S. Brictius Hierosolymitanus, succedit socio S. Crispolito in episcopatu anno XCIII: *Spoleti vero,* S. Brictius Syrus; primus archiepiscopus Spoleti. *Sed hæc opera, quæ sunt ultimi aut penultimi seculi, quid faciunt ad seculum primum? Amplius aliquid probat, quod ibidem continuo subdit Jacobillus, nempè in Kalendario* antiquo & hodierno *Spoletino legi die* IX *Septembris:* Apud Spoletum, S. Brictii episcopi & confessoris, duplex. *Sed vellem indicasset antiquitatem talis Kalendarii, quæ permagna esse non potest. Item Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, eodem die* IX *Septembris, sic habet:* Apud Spoletum, S. Brictii episcopi: *additque in Annotationibus; qui* ecclesiæ Spoletinæ episcopus fuisse traditur. *Ita legit in Ferrario Jacobillus, & recte: sed cur sequentia premit silentio? Pergit enim Ferrarius:* licet & episcopum Martanum fuisse appareat. *Hæc duplicem Brictium statuenti non favent; neque favet, quod ibidem insuper notat Ferrarius; Brictium celebrari quidem* hac die, IX *Septembris,* Spoleti; at in Martyrologio Romano die IX Julii; *insinuans, unum eumdemque esse.*

AUCTORE C. J.

E

An ab aliquibus confundantur vitæ duorum Brictiorum.

12 *Et sane, Martyrologium quoque Romanum non novit alium in Umbria Brictium, quam qui sub Diocletiano floruit episcopus Martulanus: neque alium novit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; & in Catalogo generali Sanctorum, jam citato, satis aperte indicat, alium non esse agnoscendum præter illum. Sed de his aliisque scriptoribus, imo de tota antiquitate, conqueritur Jacobillus, quod* confundant vitam Brictii primi cum vita Brictii secundi, qui sub imperatore Diocletiano vixit, facientes è duabus vitis unam, ac referentes omnia ad imperium ejusdem Diocletiani; decepti similitudine nominis & dignitatis. Verum manifeste cognoscitur, illos versari in errore; & fuisse Brictios duos. Primus quippe fuit Hierosolymitanus, discipulus S. Petri Apostoli, & ab ipso Spoleti creatus episcopus metropolita Umbriæ; mortuus imperante Domitiano die IX Septembris. At vero Brictius II non fuit Hierosolymitanus, sed Antiochenus: non Archiepiscopus aut Metropolita Spoleti, sed episcopus Martanæ & curator ecclesiæ Spoletinæ vacantis, usque dum mortuo subrogaretur alius: non decessit sub Domitiano Imperatore IX Septembris; sed vixit sub Diocletiano, atque obiit IX Julii: non fuit sepultus in ecclesia S. Petri Spoletina; sed in ecclesia ab ipsomet ædificata, appellataque, S. Maria in Salustiano, ubi nunc ecclesia & castellum S. Brictii. Secundus defunctus est annos circiter CCXLIII post primum; quo temporis spatio tam longo, nasci possunt similitudines multæ nominum, dignitatum & officiorum.

F

Potius confundit, qui ex una duas facit.

13 *Frustra sunt hæ Jacobilli querelæ adversus illos, qui vitam Brictii primi cum vita secundi confundunt. Quinam enim illi & ubi sunt? Cum una tantum vita Brictii hactenus innotuerit Baronio, Ferrario, nobis, eaque prout in Actis* XII *Sociorum, & apud Mombritium in Actis SS. Carpophori atque Abundii male compilata est: in qua nihil gestorum Brictii narratur, quod referri ad seculum primum, primumque Brictium possit; aut non possit referri ad Brictium secundum & seculum* IV. *Neque credidero, alia aut melioris notæ Acta Brictii, habuisse Jacobillum; quamvis identidem appellet lectionaria antiqua Mss. in archivo cathedralis Spoletinæ, tres tomos Complexa,*

AUCTORE C. J.

plexa. Habuit namque etiam Baronius Acta Brictii Mss. Spoleto sibi transmissa, ut indicat in notationibus suis ad diem x *Decembris, nostris similia; queriturque, in illis* omnia admodum depravata *esse; & ad diem* 1 *ejusdem Decembris, ait,* erroribus scatere. *Notandum quoque, Jacobillum ipsum ex unis iisdemque scriptis, quæ unius tantum Brictii meminerunt, duorum suorum composuisse historias. Qua de re convincitur ex suis ipse citationibus, quas è supra memoratis Lectionariis margini utriusque Legendæ suæ adscripsit, omnino easdem; videlicet* è vita S. Brictii tomo 1 pag. 100. E vita S. Herculani tomo 2 pag. 173. E tomo 3 pag. 181. *Imo in sua utriusque Brictii vita scribit, sub* Martiano proconsule, *qui in Actis memoratur, utrumque Brictium venisse Spoletum; ut Martianus debuerit plusquam duobus seculis vixisse; & utrumque morte, non violenta, obdormisse in Domino; quod pro illis temporibus de viris tam apostolicis mirum videri potest.*

Nulla Brictiorum distinctio ex metropolitica dignitate.

14 *Nihilominus sustinet Jacobillus pag. 676 Brictios duos; negans* concedi posse secundo Brictio dignitatem metropoliticam ecclesiæ Spoletinæ, quam B. Petrus Apostolus alicui Brictio, apparens ei in carcere, impertivit. Nam apparitio illa Petri sub Diocletiano, facta fuisset annos CCXXXIV post ipsius Petri mortem, quando dici non potest Brictium ab eo aut episcopum aut Metropolitam creatum fuisse; cum notum cuivis sit, per mortem cessare omnem cujusvis hominis facultatem tam ecclesiasticam quam secularem. *Nihil piaculi committam, sin negem, Actorum compilatorem scivisse, talem ordinationem esse invalidam. Melius sciverit, ut historicus, Diocletianum & Maximianum, immanes Christianorum persecutores, diu post mortem Petri Apostoli imperasse. Dum igitur scribit, sub Imperatoribus istis tortum, carcere inclusum, ubique ab Apostolo visitatum & episcopum ordinatum fuisse Brictium; utique scivit, illa omnia post obitum B. Petri Apostoli contigisse: quamvis ignorarit, talem ordinationem esse nullam. Et sane patet ex Actis, scriptorem (si non fuit impostor) non fuisse subtilissimum, qui tam multa ἀδύνατα in brevi scripto congessit. Neque majus piaculum committam, si negavero (uti multa in eodem scripto sunt falsa) ullum Brictium à S. Petro Apostolo aut Hierosolymis presbyterum, aut Spoleti episcopum metropolitam ordinatum fuisse. Aliunde enim de metropolitica Spoletinæ ecclesiæ dignitate nihil scitur.*

Argumenta alia distinctionis, nulla sunt.

15 *Argumenta, quibus Brictii duo distinguantur inter se, Jacobillo sunt ex jam relatis ejus verbis, quia primus fuit patria Hierosolymitanus, discipulus S. Petri Apostoli; ab eoque Hierosolymis ordinatus presbyter, missus inde in Umbriam, & Spoleti ab eodem adhuc mortali creatus episcopus ac Metropolita, tandem obiit sub Domitiano* IX *Septembris: quæ Brictio II competere nullatenus possunt. Ita ait Jacobillus, fateor; sed neganti omnia, nihil omnium poterit probare. Acta altùm silent de patria Brictii Hierosolymis; tantum scribunt, è Syria venisse. Asserunt autem presbyterum consecratum esse Romæ ab Urbano Papa; Româ Spoletum abiisse, ibique ab Apostolo Petro, apparente ei cum Angelo, consecratum fuisse episcopum tempore Diocletiani: quæ pugnant cum dictis Jacobilli de Brictio I; & pugnabunt, tametsi concedatur ei, duorum Brictiorum vitas in iisdem Actis confusas esse: quia etiam sic, nihil in illis invenitur, quod seculo* I *possit convenire.*

Rationes aliæ, cur duo sancti Brictii tales Spoleti non fuerint.

16 *Præter discrimina modo allata à Jacobillo ad astruendos Brictios duos, quæ nescimus unde sumpta sint, pugnantque cum Martyrologiis antiquis, & certioribus monumentis; nihil fere habet in suo Brictio I Jacobillus, quod mutuatus non sit ex Actis* XII *Sociorum; quæ, ut sæpe diximus, agunt de Brictio, tempore Diocletiani multa passo, ac deinde in pace mortuo; id est de secundo istius nominis è Jacobilli sententia. Habet enim inde (ausim dicere) ipsum nomen Brictii; habet inde adventum ejus ex Oriente Spoletum; quodque tantummodo tunc presbyter esset, ac ibi post tolerata tormenta varia, in carcere visitatus ab Angelo & S. Petro Apostolo, episcopus consecratus & è carcere eductus sit; habet inde Judicem, sub quo tortus fuit, Martianum, & episcopos, quos Spoleti, Mevaniæ, atque Perusiæ instituit, Joannem, Vincentium atque Herculanum; quos ipsos quia cum Brictio hic refert ad seculum* I, *& aliunde convincitur, vixisse multo posteriori tempore; mavult quoque ex horum singulis duos facere, quam non facere antiquissimam Umbriæ suæ Christianæ gloriam. Habet indidem Jacobillus alia multa, quæ in supra citatis videri & cum Actis Brictii II conferri possunt. Jam vero, ut spatio annorum* 243, *quot intercesserint inter utrumque Brictium, nasci potuerint multæ similitudines nominum, dignitatum & officiorum, uti argumentatur Jacobillus, in diversis personis; negamus factum fuisse umquam, quod episcopi ejusdem nominis ac loci duo, quorum alter alteri post annos* 200 *& amplius successit, ita similes fuerint in omnibus, quæ gesserunt ac passi sunt, uti duo prædicti Brictii, utque ambo plures eorumdem nominum episcopos iisdem civitatibus consecraverint, & sub Judice ejusdem quoque nominis passi, ab eodem Apostolo Petro episcopi, comitante Angelo Dei, creati sint.*

nec ullus fuerit seculo I,

17 *Sed cur hæc ego supra meritum suum tam operose tracto? Primo, ut uno in exemplo declaretur, quam parum solida scribat Jacobillus de gestis* XII *Sociorum, eosque sine ratione multiplicet. Deinde ut unà ostendatur, Campellum & Ughellum, qui Brictium quoque & reliquos* XI *Socios ad seculum Christi primum referunt, nihilo firmiore fundamento niti quam Jacobillum. Omnes quippe pro fundamento suarum opinionum, adeo discrepantium, ponunt Acta* XII *Sociorum. Et Jacobillus quidem censeri posset propiora vero opinari de tempore, quo Socii floruerint (si qua veritas ex Actis, quæ sibi ipsa passim contradicunt, erui possit.) quia in illis saltem aliquot Sanctorum nomina recensentur, quos Martyrologia proba & antiqua constituunt sub Diocletiano & Maximiano passos esse: nullius vero nomen, sive in Actis ipsis* XII *Sociorum, sive in Martyrologiis aliisve probatis monumentis refertur ad tempora Apostolorum. Et hæc quidem de tempore.*

Ubi vixerit S. Brictius, in Umbria, an Hispania

18 *Superest lis alia non levis, quam scriptores Hispani movent Spoletinis de loco, ubi S. Brictius vixerit mortuusque sit; contendentes, ipsum ad se suamque Hispaniam pertinere: quemadmodum etiam contendunt, suos esse, sanctos martyres Carpophorum presbyterum & Abundium diaconum; iisque partes suas defenderunt argumentis, ut Baronius ipse cœperit vacillare, aususque non sit contontroversiam in alterutram partem decidere. Nos, quia lis illa non tantum de Brictio, verum etiam de S. Carpophoro agitur & S. Abundio; atque argumenta, quæ afferuntur fere eadem, pro singulis militant; satius putamus, omnium examen simul instituere, ubi paulo post de SS. Carpophoro & Abundio agemus.*

CAPUT

A

AUCTORE C. J.

CAPUT IV.

DE S. JOANNE UNO EX XII SOCIIS.

Diſtinctio plurium ejuſdem nominis Sanctorum, in Umbria.

Quid de Joanne legatur in Actis XII *Sociorum.*

QUam clarè hujus nomen inter Socios XII exprimitur, tam nihil in illorum Actis de ejus geſtis ſingularibus reperitur: niſi forte ad ipſum, qui inter XII Socios numeratur, referendum ſit illud, quod in Actis noſtris Sociorum iſtorum legitur numero 17, Brictium Epiſcopos ordinaſſe; videlicet, Metropoli Spoletinæ conſecravit Joannem epiſcopum, qui ipſe Joannes omnia templa idolorum exterminavit, & in ſuburbana civitatis Spoletinæ, in ſubſidio montis eccleſiam B. Petri Apoſtoli, miræ magnitudinis ædificavit. *Ratio dubitandi, an hæc ad Joannem, unum è* XII *Sociis, referenda ſint, eſt; quia ſimul alios conſecravit epiſcopos Brictius, qui è numero duodenario non fuerunt; videlicet Mevaniæ Vincentium & Vettonæ Scipiodotum. Nec dicunt Acta, quod Brictius* nepotem ſuum *Joannem conſecravit epiſcopum; quemadmodum mox dicunt, conſecraſſe civitati Peruſinæ* nepotem ſuum *Herculanum, qui erat ex* XII *Sociis.*

B

Quatuor Joannes ſancti apud Spoletinos.

2 *Plures, nomine Joannes,* Sanctos ſuos, *aut ſaltem titulo* Sanctorum *à ſe inſignitos, qui ſex primis Chriſti ſeculis floruerint, memorant Spoletini; quos ut noſtrum Joannem ab aliis diſtinguamus, neceſſe eſt paucis indicare ſingulos. Eò nos ducet Jacobillus; qui tomo* 2 *Sanctorum Umbriæ pag.* 56 *vitam S. Joannis, quem* primum iſtius nominis epiſcopum Spoletinum *in titulo vocat, ſic ordiatur:* Joannes, primus talis nominis, fuit Hieroſolymitanus & diſcipulus S. Petri Apoſtolorum principis, & unus Sociorum ſex, quos dictus Petrus eorum magiſter, è civitate Hieroſolymorum patria ipſorum, anno Domini XVI miſit ad provinciam Umbriæ, prædicatum fidem Chriſti; poſtquam ex illis ordinaverat quinque Sacerdotes, qui fuerunt Brictius, Criſpoldus, Herculanus, hic Joannes, & Vincentius; atque unum diaconum, qui fuit Benignus, frater dicti Vincentii; quemadmodum narravimus in vita dicti Brictii tomo primo die IX Septembris, *pag.* 673.

Eorum primus, Hieroſolymit. venit in Umbriam ſec. 1.

C

ſecundus Antiochenus ſec. 3,

3 *Alterum Ioannem celebrat Iacobillus die* V *Januarii tom.* 1 *pag.* 35 *ſub hoc titulo.* Vita S. Joannis, primi iſtius nominis Epiſcopi Spoletini & martyris; & Anaſtaſii martyris, patrui ejus. *Ac incipit*: Imperantibus Diocletiano & Maximiano, fuit Antiochiæ, quæ civitas Syriæ inſignis eſt in provincia Aſiæ, vir venerabilis vitæ, progenie nobili & Chriſtiana, Anaſtaſius nomine, qui duos habebat filios Britium & Eutitium; ac novem nepotes carnales, filios cujuſdam ſui fratris, quorum nomina erant, Carpophorus, Abundius, Laurentius, Joannes, Teudilla, Iſaac, Proculus, Herculanus & Baractalus. Quodam is die, divina inſpiratione vocavit omnes ſupradictos filios & nepotes ſuos, quibus & ſuaſit deſpectum divitiarum terrenarum, *& alia quæ ibi in imaginaria ſcriptoris oratione ſequuntur: qua tamen moti omnes* iter ingreſſi ſunt Italiam verſus; idque anno Chriſti circiter CCXC.

Tract. Præl. ad Tom. 1 *Julii.*

4 Poſtquam verò feliciſſima hæc familia (quia omnes duodecim fuerunt ſancti) Romam appulerunt, ac viſitatis ſumma devotione eccleſiis, & ſacris corporibus iſtius civitatis, iverunt oſculatum pedes ſummi Pontificis, qui erat S. Gajus; qui & ex duodenario numero conſecravit ſacerdotes, Britium & Carpophorum, tamquam majores ætate; diaconos, Abundium & Laurentium; reliquos vero clericos. Qui accuſati apud Julianum idololatram; tunc ſibi uſurpantem dominium Romæ, dum Imperatores Diocletianus & Maximianus in partibus Perſiæ bellum gerebant; ad ipſum conducti fuerunt, ejuſque juſſu Anaſtaſius ad Aquas Salvias decollatus eſt anno CCXC, die V Decembris; & ejus corpus ſepultum eſt in dicto loco ad Aquas Salvias. Poſt hæc S. Gajus Papa ſub annum Chriſti CCC, conſtituit Britium Epiſcopum Martanæ; Joannem, Epiſcopum Spoleti; & Proculum, Epiſcopum Interamnæ & Carſulæ. Alii fratres omnes pro ſancta fide coronati ſunt martyrio, quemadmodum narramus in illorum vitis, *æque fictitiis atque eſt hæc S. Joannis & Anaſtaſii. De Joanne tamen ſingulariter ſequuntur apud Jacobillum alia, quæ mere loci communes ſunt.*

cum aliis undecim.

E

Ejus geſta quædam ex Jacobillo.

5 Joannes igitur, cujus vitam narramus, cum deſcendiſſet ex tam ſancta & nobili progenie, operatuſque eſſet, tum in ſeculo, tum in vita clericali, multas actiones ſanctas; atque aſcendiſſet ad dignitatem Sacerdotalem & Epiſcopalem, conſecutus eſt majorem celebritatem apud homines, & majorem caritatem apud Deum; quandoquidem curabat per diem, exemplo & prædicationibus ſuis convertere animas gentilium ad Chriſtum; quorum magnum numerum baptizavit in civitate ac diœceſi Spoletinis, & noctis multam partem impendebat orationi & contemplationi. *Quæ ſequuntur magis hiſtorica ſunt.* Adfuit Joannes anno 303 in concilio, Sinueſſæ in Campania celebrato, trecentorum epiſcoporum. Reſidebat in baſilica S. Petri extra muros Spoletinos, erecta ab alio S. Brictio ſuo prædeceſſore, & ab ipſo deinde conſecrata (*videlicet annis facile ducentis poſt obitum prioris Brictii, merè imaginarii*) ac denuo conſecrata in honorem ejuſdem Apoſtolorum principis S. Petri. Demum pro confeſſione ſanctæ Fidei fuit Joannes martyrio affectus anno Domini CCCIV, die V Januarii, idque, uti fert fama, in loco, qui dicitur Pons Sanguinarius, extra Spoletum, ubi conſueverunt Chriſtiani morte affici. Corpus ejus cum veneratione ſepultum fuit à fidelibus in prædicta eccleſia S. Petri, ubi uſque ad præſens tempus quieſcit, ſub altari principe. *Hæc ſumma Actorum hujus ſecundi Joannis apud Jacobillum citato loco.*

F

Joannes 3 *Spoletinus, ſec.* 6. *epiſcopus,*

6 *Tertius Joannes ab eodem proponitur pro die primo Julii, tomo* 2 *pag.* 1; *ſub hoc titulo*; Vita S. Joannis martyris & Archiepiſcopi Spoletini. *Principio tractatur de varia viciſſitudine civitatis*

AUCTORE C. J.

ſub diverſis principibus : tum de rebus eccleſiaſticis dicitur, quod hæc eadem civitas celebrior fuit, quia inter primos Umbriæ populos ſanctam Chriſti fidem amplexa eſt per SS. Britium & Criſpoldum epiſcopos & diſcipulos S. Petri principis Apoſtolorum ; & quia ipſa produxit plures Sanctos, quam ulla alia civitas Umbriæ. *Tum porro de hoc S. Joanne ſcribit*, natum fuiſſe Spoleti è familia nobili : à puero ſacris litteris inſtructum, ordinatum eſſe Sacerdotem & Archidiaconum cathedralis Spoletinæ : exinde mortuo S. Meletio ſucceſſiſſe epiſcopum, & à Symmacho Papa anno Domini D conſecratum fuiſſe, cum titulo Archiepiſcopi. Interfuiſſe ſynodis, à Symmacho Romæ celebratis anno DI, DII, & DIV. Apud Theodoricum, Viſigothorum regem, anno DXXII Spoleti commorantem, gratiâ valuiſſe. Denique poſt annos XLI Archiepiſcopalis cathedræ, in itenere Romano à militibus Arianis anno DXLI occiſum, & extra muros urbis Spoletinæ tumulatum eſſe noctu, ibidemque corpus ignotum hominibus manſiſſe uſque ad annum DCCCCLXXV & imperium Ottonis II.

B

ejus corpus inventum 975, & tranſlatum.

7 *Hæc ſumma geſtorum iſtius Joannis apud Jacobillum : qui continuo etiam ſubjungit*, corpus circa dictum annum DCCCCLXXV divinitus revelatum, & à Gonderada, nobili & pia abbatiſſa monaſterii S. Euphemiæ Spoleti, translatum fuiſſe ad eccleſiam monaſterii ſui die XIX Septembris prædicti anni, quo die & feſtum deinceps ſemper celebratum fuit cum conſenſu Berengarii epiſcopi Spoletini. Sed nos (*Jacobillus*) illum hîc ponimus ipſo die martyrii ſui. Contigerunt poſt tranſlationem varia miracula, & Bertha, quæ circiter annum milleſimum Gonderadæ ſucceſſit abbatiſſa ejuſdem monaſterii, curavit colligi quidquid de vita S. Joannis reſciri potuit, & deſcribi à Joanne quodam, monacho Caſinenſi, habitante in monaſterio, quod erat prope Spoletum : per cujus diligentiam accepimus, quæ ego hîc ſcripſi, additis aliunde aliis, quæ poſtea contigerunt : *qualia ſunt tranſlationes corporis poſteriores, factæ annis* 1500 *&* 1619, *officium eccleſiaſticum pro die* XIX *Septembris conceſſum, &c.*

C

Joannes 4 Syrus venit cum Sociis 300.

8 *Quartum Joannem, cognomento Paranenſem ejuſque vitam apud eumdem Jacobillum invenies tom.* I *pag.* 327, *hoc exordio :* S. Joannes fuit unus è trecentis Sociis, qui venerunt è Syria in Italiam tempore Theodorici regis Viſigothorum, qui dominabatur in Italia, fautor Arianorum. Ubi Joannes cum Sociis Romam venit, Sacerdos ordinatus eſt à ſummo Pontifice, miſſuſque cum uno è Sociis ſuis in Umbriam, ibi laboraturus in vinea Domini ; quemadmodum alii Socii, bini & bini, miſſi fuerant in alia per Italiam loca.

Tres prædictorum,

9 *Habemus modo quatuor Joannes, Jacobillo ſanctos, è quibus tres de partibus Syriæ venerunt in Umbriam diverſis temporibus, diverſis cum Sociis, eamdem ob cauſam, ut Chriſtum prædicarent ac martyres fierent. Primus Joannes ordine, hîc à me poſito, veniſſe dicitur in comitatu Sociorum ſex ſeculo Chriſti primo, & quidem anno* 56 *: ſecundus in comitatu Sociorum duodecim ſeculo tertio & anno* 290 *: quartus (tertius enim non advena, ſed Spoletinus patria fuiſſe dicitur) in comitatu Sociorum trecentorum, ſeculo ſexto, & tempore Theodorici regis, qui vivere deſiit anno* 526. *In hiſce temporibus, perſonis & numero Sociorum deſignandis felicior aliis Umbrorum ſcriptoribus videri poſſet Jacobillus fuiſſe, ſi modo ſua dicta priſcorum auctoritate in rebus tam antiquis credibilia redderet. Antiquiſſima & tota ejus auctoritas ſunt Acta* XII *Sociorum, aut ſcripta aliorum, in illis fundata, è quibus nihil veri, quod ad hiſtoriam ſpectet, erui poteſt.* D

quo tempore advenerint.

10 *Alii ex citatis Actis retulerunt Joannem, Brictium, Herculanum & alios Socios ad ſeculum* I, *quia in illis legebant, Brictium in carcere Spoletino viſitatum fuiſſe à S. petro Apoſtolo ab eoque epiſcopalem accepiſſe ordinationem, utque illud credibilius facerent, mutarunt nomen Imperatoris* Diocletiani *in* Domitiani. *Alii Socios retulerunt ad tempora Diocletiani, quia hujus nomen & Maximiani conjunctim in Actis legebant plus vice ſimplici, item quia ſub illis imperatoribus martyrio coronati fuerint ſancti Carpophorus presbyter & Abundius diaconus. Alii retulerunt ad ſeculum* VI, *quia in iiſdem Actis legebant, S. Herculanum, qui à Brictio patrueli ſuo Peruſiæ epiſcopus fuerat conſtitutus, ſub Totila Gothorum rege palmam martyrii diminutione capitis acquiſiviſſe. Alii demum tot opiniones, inter ſe pugnantes, aliâ ratione conciliaturi, excogitarunt triplicem claſſem Sociorum, qui è Syria in Umbriam venerint triplici temporum differentia, quæ in unis* XII *Sociorum Actis involvitur, & ſingulis temporibus ſingula aliquot* XII *Sociorum nomina multiplicando applicuerunt. Si dicis, claſſes ſingulas, numero Sociorum diverſas eſſe ; dicas etiam mihi velim, quis ſcriptor primus ſingularum numerum determinaverit, quis ſingulis ſua tempora tam diſtincte aſſignaverit ; quis eadem Sociorum nomina, Brictii, Joannis, Herculani, Carpophori, & Proculi in illis multiplicaverit. Non invenies antiquum ſcriptorem, qui id firmet.* E

De Joanne 2, quid mutaverit Jacobillus.

11 *Jacobillus, ex quo Joannem* II, *ejuſque apud illum Acta compendio retulimus ſupra, cognoſcitur Actis* XII *Sociorum uſus fuiſſe, eorumque omnium nomina enumerat. At vero ut ſua veroſimiliora faciat, mutavit* Julianum apoſtatam, *anno* 360 *imperatorem, ſub quo Socii dicuntur Romam veniſſe, in* Julianum neſcio quem, *qui ſibi dominium Romæ uſurpaverit pro abſentibus in Perſide Diocletiano & Maximiano. Mutavit ſimiliter* Urbanum Papam, *qui anno* 224 *creatus, dicitur in Actis, aliquot Socios ordinaſſe presbyteros, alios diaconos, alios clericos ; in* Papam Gajum, *anno* 296 *mortuum, qui & dicitur Jacobillo eoſdem Socios presbyteros, diaconos & clericos ordinaſſe, imo aliquos illorum etiam conſtituiſſe epiſcopos, Brictium Martanæ, Joannem hunc Spoleti, Proculum Interamnæ & Carſulæ ; idque circiter annum trecenteſimum ; quando ſcilicet Gajus Papa à quandriennio jam ſublatus è vivis per martyrium fuerat. Hæc quædam palmaria ſunt in Jacobillo, quæ tamen ejus mutationes, Acta non ſalvant, & ipſum temeritatis accuſant. Alia alibi jam notavimus. Ut eò tandem reducatur ſumma rei, nihil antiquius haberi de hoc Joanne* II, *quam quod in Actis* XII *Sociorum legitur, & hæc quam ſint apocrypha, ſatis ſuperque jam oſtendimus.* F

De eodem opinio Ughelli,

12 *Nihilo credibiliora, & Jacobillo in omnibus contraria, commentatur de hoc Joanne* II *& reliquis* XI *ejus Sociis Ughellus tomo* I *Italiæ ſacræ in epiſcopis Spoletinis col.* 166 *: ubi omnes nominatim & ipſe exprimit, non ut Jacobillus ad ſeculum Chriſti tertium eorum adventum referens, ſed*

A *ſed ad primum, & quidem ad ejus annum* 45, *quo cum S. Petro Apoſtolo, ſub Claudio Imperatore, omnes è Syria in Italiam deduxit; ibique, ait, Brictium & reliquos Socios ab eodem Apoſtolo ſacris initiatos eſſe. Addit multa alia ad nauſeam lectoris, ex Actis* XII *Sociorum variè interpolata, quæ me tædet proſequi, citato loco apud ipſum videnda. De Joanne autem noſtro, è* XII *Sociis uno (de turma quippe Sociorum ſex Jacobilliana, quæ è Syria venerit, nihil meminit Ughellus) continuo ſubjungit, ipſum memorati Brictii* germanum fratrem, ab eoque in ſede Spoletina ſubrogatum fuiſſe: cum Brictius ipſe Martanam ſibi ſedem conſtituiſſet; ut referunt Acta S. Brictii: adduntque, Joannem, martyrem occubuiſſe. *Neſcio quæ Acta hîc citet Ughellus; nos alia, quæ de Brictio & Socio ejus Joanne agant, hactenus non vidimus, quam quæ ſub nomine* XII *Sociorum jam dedimus, & quæ ſub nomine ſanctorum Carpophori atque Abundii, extant apud Mombritium, aut quæ inde extracta non ſint. In illis autem neque Brictius eſt epiſcopus Spoletinus; neque Joannes ejus ſucceſſor in illa ſede; neque Brictii germanus frater, ſed tantum patruelis; neque de*

B *martyrio ejuſdem Joannis fit mentio.*

13 *Sed neque confunditur in illis Actis, ut queritur Ughellus, Joannes iſte, qui unus tantum ibi nominatur, cum alio Joanne epiſcopo Spoletino, qui diu poſt vixit: ſed confundunt illi, qui cum Jacobillo eumdem hominem, in Actis memoratum, diſtrahunt in duos, & ſeculo primo atque iterum tertio epiſcopum Spoleti faciunt. Quem enim Ughellus, tantum ſeculo* I *collocat; alii, tantum ſeculo* III *ponunt, alii utrique adſcribunt. Hinc naſcitur confuſio. Et fortaſſe idem ipſe Joannes inter* XII *Socios numeratus, non eſt alius, quam qui ſeculo* VI *præſedit Spoleti epiſcopus, quemadmodum inter eoſdem Socios nominatus Herculanus, qui in ipſis Actis legitur ſub Totila Gothorum rege paſſus, eodem ſeculo* VI *epiſcopus Peruſinus fuit, quamvis à multis referatur ad ſeculum* I.

ipſum ad ſec. I *referentis.*

14 *Campellus, qui in hiſtoria ſua Spoletina Socios* XII, *interque illos Joannem floruiſſe ſeculo* I, *aſſerit cum Ughello; ſeculo* III *de illis altum ſilet; quin & alium Joannem, quem ipſe ſub annum* 300 *epiſcopum Spoleti, & ſucceſſorem S. Savini facit; negat è numero* XII *Sociorum fuiſſe, refutatque illos, qui ita ſentiunt. Hunc porro Joannem ſuum Campellus, eo præcipue titulo inducit, quod Joannes quidam comperiatur anno* 303 *in ſynodum Sinueſſanam, in cauſa Marcellini Papæ habitam, interveniſſe. Sed titulus ille mihi non videtur ſufficiens ad concludendum, Joannem iſtum Campelli fuiſſe epiſcopum Spoletinum. Quia nulli epiſcoporum, qui Synodo illi interfuere, adnotatur nomen civitatis ſuæ epiſcopalis. Cur igitur Joannes ille referatur potius ad epiſcopatum Spoletinum, quam ad quemlibet alium? aut cur cujuſvis alterius ſubſcriptorum epiſcoporum nomen non æque referatur ad eumdem epiſcopatum Spoletinum?*

Campelli ſententia,

C

15 *Reſpondebit Campellus pag.* 194, *id conſtare* ex Actis S. Felicis Hiſpellenſis, recitatis à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, die XVIII Maii. *Verum nulla Acta S. Felicis Hiſpellenſis exſtant, quæ ei certò ſint propria, uti videre eſt tomo* 4 *Maii noſtri ad dictum diem: & quæ ibi dantur, nullam faciunt mentionem Synodi Sinueſſanæ, nedum Felicis, qui illic interfuerit. Scribit quidem Ferrarius citato die, Felicem* una cum Joanne Epiſcopo Spoletino, Synodo illi adfuiſſe, *citatque præter Martyrologia & Petrum de Natalibus in Catalogo l.* 5, *c.* 13, *Annales & Tract. Præl. ad Tom.* I *Julii.*

non probatur.

monumenta eccleſiæ Hiſpellenſis. Aſt quid è ſingulis hauſerit, & in quibus mentio fiat dicta Synodi, non annotavit. Martyrologia ſaltem & Petrus Synodi non meminere. In noſtro quoque commentario & vita S. Felicis, nihil de illa reperitur. Quid habeant Annales & monumenta à Ferrario allegata, & quam antiqua ſint, cupio doceri. Auctoritas quippe Ferrarii ſola, niſi ex antiquitate confirmetur; nihil hic obtinet. Ut non dicam, Acta citata Synodi nunc merito haberi pro figmento, ſeu Donatiſtarum ſeu aliorum hæreticorum, Sedis Apoſtolicæ Romanæ gloriam commaculare conatorum. Nihil quoque de Joanne iſto habet Ughellus in Epiſcopis Spoletinis. AUCTORE C. J.

16 *Intera dum de Joanne è* XII *Sociis Syris, quem & epiſcopum putant Spoletinum fuiſſe, diſputant ſcriptores, qui ajunt, ſe monumenta Spoletina, & vicinarum eccleſiarum luſtraſſe: ipſi nihilominus de tempore, quo in Italiam venerit aut epiſcopatum geſſerit, tam diverſa & contraria ſentiunt, ut alii illa contigiſſe velint ſeculo primo, alii tertio & quarto. Nihil quoque de Joanne illo, aut alio ejuſdem nominis epiſcopo Spoletino tradunt Martyrologia, unde ipſorum ſanctitas & veneratio antiqua probetur, niſi forte ſint recentiorum ſcriptorum, qualis eſt Ferrarius, qui tamen ſolum Joannem epiſcopum, ſub Theodorico rege ſeculo* VI *notum, in utroque Catalogo ſuo repoſuit annos abhinc centum: adeo ut nihil ſubſidii inveniam ad illum, qui inter* XII *Socios numeratur, ſeu ſeculo primo ſeu tertio dicatur vixiſſe, inter Sanctos reponendum.* *An Joannes noſter Sanctis adſcribi debeat.*

E

17 *De Joanne porro, quem quarto loco poſuimus, abbate Paranenſi ejuſque ſanctitate & cultu dubitari non poteſt; quia ubique notus eſt in Martyrologiis. Sufficiat huc attuliſſe locum Uſuardi die* XIV. *Kal. Apriles;* Natalis B. Joannis, magnæ ſanctitatis viri, qui de Syria oriundus, pervenit in Italiam: ibique apud Penarenſem urbem conſtructo monaſterio, multorum ſervorum Dei per quadraginta annos Pater exiſtens, multis clarus virtutibus, quievit in pace. *Plura vide ſis tomo* 2 *Martii noſtri, die* XIX, *pag.* 30; *ubi & Acta ejus illuſtrata invenies. Citatum Uſuardi elogium, totidem pene verbis diſcriptum, legitur etiam in Martyrologio Romano; ſed pro* Penarenſis urbs, *hîc ſubſtitutum eſt,* Pinnenſis civitas. *Et Baronio in Notis* magis germana lectio probatur, Pennenſis. Eſt enim, *inquit*, Pennenſis civitas apud Veſtinos. *Joannes Paranenſis abbas, vere ſanctus.*

F

18 *Id quidem verum eſt; ſed obvia paſſim lectio in Mss. Martyrologiorum & vitæ codicibus, habet* Penarenſis, *ut in Adone & Uſuardo;* Pinarenſis, *Notkero;* Pinacenſis, *Petro de Natalibus;* Penarienſis, *Joanni Calo;* Panarienſis, *Mombritio;* Panacenſis, *Maurolico;* Panarenſis *Ferrario;* Paranenſis, *aliis; quæ à* Penna *ſeu* Pinna *civitate Veſtinorum aut Aprutiorum derivata non ſunt. Videtur Galeſinius primus ſcripſiſſe* Pinnenſis, *& poſt illum, Martyrologium Romanum. Audiamus & Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi ait,* Joannem ſe recepiſſe in abditiſſimum locum, ab urbe Spoletina tribus M. P. (*Jacobillus habet*, quinque) diſtantem, cui Parana nomen erat, nunc vero, vicus Perchii nominatur: ubi erecto tuguriolo ad pyri *arboris* radicem (unde & Pyrenſis dictus eſt) *vitam egit.* *ubi monaſterium ſuum condiderit?*

19 *Quid porro illi, qui* Pinnenſem *faciunt S. Joannem, reſpondebunt ad Acta ejus? In illis legitur Joannes* veniſſe in Italiam circa civitatem metropolim. *Paſſim ſcribunt Spoletini, ci-* *non apud Pinnam civitatem, ſed apud Spoletum.*

AUCTORE C. J. *vitatem ſuam à primis Chriſti temporibus metropolim Umbriæ inſtitutam fuiſſe ; idque credunt ex Actis* XII *Sociorum, in quibus ejus rei mentio fit. De Pinnenſi vero civitate nemo unquam ſomniavit, metropoliticam fuiſſe. Quid ? quod ibidem legatur* Joannes epiſcopus Spoletanæ civitatis, *intellecto, Joannem è Syria advenam in vicinia commorari, ipſum convenisſe ? Scimus ex Synodis incunte ſeculo* VI, *ſub Symmacho Papa Romæ celebratis*, Joannem epiſcopum Spoletinum *illis interfuiſſe & ſubſcripſiſſe ; Pinnenſis vero eccleſiæ uſque ad ſeculum* IX *duo tantum inveniuntur epiſcopi apud Ughellum, quorum unus floruerit ſub Symmacho, nomine* Romanus, *non* Joannes. *Quid denique reſpondebunt ad Martyrologia Bedæ impreſſi & Rabani Mauri ? Apud utrumque legitur*, In Spolitana (*alia lectio apud Rabanum habet*, Spoletana) civitate, natale beati Joannis.... (*& proſequitur Beda*) qui in ſuburbano ejus ædificavit monaſterium, *&c.*

B *Nec probatur, ipſum veniſſe in comitatu Sociorum ;*

20 *Probari quoque poteſt ex citatis Actis, perperam dici à Jacobillo ſcriptoribuſque Spoletinis, Joannem iſtum abbatem è Syria in Umbriam veniſſe* in comitatu trecentorum Sociorum. *Deſcribitur enim initio Actorum iter ejus è Syria, & oratio, quam ad Deum fudit ; ubi omnia ſingularem hominem ſonant, nulla uſpiam facta mentione Sociorum, nedum trecentorum : pro quorum felici itinere utique oraſſet Deum, æque ac pro ſuo, ſi Socios habuiſſet, & quidem conſanguineos omnes, quales finguntur fuiſſe. Inter alia autem ſic orat :* Domine Deus cæli & terræ,... illumina ſperantem in te, proſperumque facias iter meum, in quo nunc dirigor.

ejus de re nihil in ejus Actis.

21 *Nihil quoque in Actis memoratur de adventu Joannis Romam ; nihil de ordinatione ejus ſacerdotali, à ſummo Pontifice collata ; nihil de uno Socio, quocum ab eodem Pontifice miſſus fuerit in Umbriam : quæ omnia Actis propriis & probatioribus, quam ſint Acta duodecim aut trecentorum (ſi qua horum uſpiam ſunt) Sociorum, ignota ; apud Jacobillum leguntur. Denique S. Gregorius, qui in Dialogis ſuis unum alterumve ac forte tertium, Sanctos variis locis habet, qui è Syria in Umbriam advenerunt, nuſquam tamen meminit,* D *illos in aliorum Societate adveniſſe. Quapropter, ut quid credam opinionibus hodiernorum, debent ipſi afferre teſtimonia aliorum auctorum idoneorum, ex quibus docear, ſeculo Chriſti* I *è Syria adveniſſe in Umbriam Socios ſex ; ſeculo* III, *Socios* XII ; *ſeculo* VI, *Socios* CCC *& amplius, ut ajunt, eoſque conſanguineos.*

Quis tandem ex quatuor præmiſſis.

22 *Sed quis nunc tandem Joannes ex quatuor propoſitis, cenſebitur* XII *Sociis annumeratus fuiſſe ? Non Primus, quod res ipſa loquitur. Non ſecundus, quantumvis illum Jacobillus inter Socios* XII *collocet, qui ſub annum* 290 *cum Anaſtaſio advenerit : quia hæc ex Actis* XII *Sociorum ad illa tempora referri non poſſunt. Non etiam tertius, quia is patria Spoletinus fuiſſe dicitur. Supereſt igitur quartus, cujus extat ſeorſim vita, in qua legitur quidem adveniſſe advenam è Syria, ſed pariter innuitur, adveniſſe ſine aliorum Societate ; quemadmodum ſcribit quoque S. Gregorius de Iſaaco abbate Spoletino, qui ab aliis putatur turmæ* XII *Sociorum, inter quos nomen ejus le-* E *gitur ; ab aliis turmæ trecentorum, adſcribi debere : cum tamen Gregorius tantum innuat, ipſum ſeculo* VI *Spoleti floruiſſe, ejuſque ibi geſta aliqua deſcribat ex fideli relatione. Sic & S. Herculanus inter eoſdem* XII *Socios nominatus, in ipſis eorum Actis aperte dicitur fuiſſe epiſcopus Perusinus, à Totila cæſus, quod ſeculo* VI *contigit. Sic etiam Joannes, inter* XII *Socios & ipſe nominatus, cogitari alius non debet, quam qui paſſim cognominatur* Penarenſis, *& monaſterio extructo prope Spoletum, abbas ibidem fuit per annos* 44, *uti habent Acta apud Mombritium tomo* 2. *Et de hoc Joanne inter quatuor nominatos aliquid certioris fidei habetur quam de aliis, ideoque ipſum, uti & Iſaacum Abbatem & Herculanum epiſcopum Perusinum è S. Gregorio notos ; aptiores putaverit is, qui Acta* XII *Sociorum undeunde compilavit, quos in ſuum cenſum referret, parum ſolicitus de tempore, quo ſinguli vixerunt : dum congeſſit in unis Actis, qui ſeculo tertio aut quarto ſub Diocletiano & Maximiano, & qui ſeculo ſexto ſub Totila rege floruiſſe noſcuntur aliunde.*

debeat inter XII *Socios adſcriptus fuiſſe.*

CAPUT V.

C F

DE S. LAURENTIO, EX DUODECIM SOCIIS UNO.

§ I. Nulla ejus aut aliorum ejuſdem nominis Sanctorum Umbriæ in Martyrologiis memoria. Aliquot eorum geſta è variis collecta.

Nullus S. Laurentius in Umbria

DE Laurentio hoc, qui inter duodecim Socios annumeratur nominatim, nihil quidquam in actis illorum ſingulare memoratur : tantum legitur, in aliquibus ſaltem exemplaribus, quod ab Urbano Papa ordinatus ſit clericus, quod ſub Juliano imperatore apoſtata tortus, martyrio Anaſtaſii ad Aquas Salvias præſens fuerit ; atque inde fugerit in Umbriam. Quæ omnibus fere Sociis communia ſunt. Nihil de tali Laurentio, aut ullo alio ejuſdem nominis in Umbria Sancto, ſeu epiſcopo Spoletino, ſeu Sabinenſi, lego in Martyrologiis antiquioribus ; ſed neque in Romano hodierno. Maurolycus & Belinus habent quidem S. Laurentium (*qui aliis eſt* Laurentinus) die III Februarii ; *quo etiam die ſuum Laurentium epiſcopum Spoletinum obiiſſe dicit Jacobillus : verum ille ad Umbriam non ſpectat, utpote martyr, in Africa paſſus cum Ignatio & Celerina. Poteſt tamen inde* dies tertius Februarii *Laurentio Spoletino applicatus fuiſſe.*

martyrologis ante ſeculum 17 notus.

2 *Ferrarius, qui forte primus, illum Catalogis ſuis inſeruit, in univerſali, eumdem diem tertium Februarii ſic orditur* ; Spoleti in Umbria, S. Laurentii epiſcopi. *Notatque ſequentia :* Ex Tab. [illegible]ſiæ Spoletanæ. Claruit ſub Juſtino

A Juſtino Imp. & Vigilio Papa, prout Acta ejus, quæ Spoleti legimus; habent. *Idem in Sanctis Italiæ eodem die pluſcula refert*, ex monumentis eccleſiæ Spoletinæ atque ex Lectionibus, quæ in ejus Officio recitari ſolebant. *An tum, cum ſcribebat Ferrarius, non amplius recitabantur? Quare autem? An tum minus fortaſſe probabantur? Incipit porro elogium ſuum:* Laurentius unus ex trecentis viris, qui Juſtiniano Imp. Romam venêre; cum adoleſcens probis moribus & doctrinis eſſet excultus, à Vigilio Pont. Max. in clericorum numerum adſcribitur. *Tum*, S. Joanni archiepiſcopo Spoletano, qui diem ſuum obierat, ſubrogatus fuit. *Deinde*, cum annos XI eccleſiæ ſuæ ſanctè præfuiſſet, curarum humanarum pertæſus, epiſcopatui ſponte cedens, in ſolitudinem, ab urbe Spoletina ad LX ſtadia diſtantem, ſe recepit. *Ubi monaſterio extructo*, multorum monachorum pater extitit; ac tandem annis ac meritis onuſtus, tertio Nonas Februarii migravit ad Chriſtum. Cujus corpus Spoletium delatum in baſilica cathedrali conditum fuit.

Laurentium Ep. Spoleti, habet Ferrarius die 3 Febr.

B *Nihil hîc de epiſcopatu Sabinenſi, quem Laurentius ille geſſerit. Nihil de monaſterio Farfenſi, quod extruxerit. Nihil, ex quo colligas, ipſum inter Socios* XII *cum Anaſtaſio, Carpophoro atque Abundio in Umbriam veniſſe ſub finem ſeculi tertii; quæ tamen adſtruit Jacobillus.*

3 *Idem Jacobillus, facundior Ferrario, plura confundit. Narrat tomo* 1 *de Sanctis Umbriæ, à pag.* 191, *Laurentium epiſcopum Spoletinum in Italiam veniſſe, adhuc juvenem ætate, & in Penolaco (Leander vocat* Pedelupum urbem*) ad lacum Velinum, octo mill. paſſ. Spoleto diſtante, monaſterium conſtruxiſſe ope cujuſdam divitis, ſub inſtituto Canonicorum regularium, exemplo S. Auguſtini, circiter annum* 521; *illudque rexiſſe ad annos viginti. Tunc, Joanni archiepiſcopo Spoletino, per martyrium ſublato, ſucceſſiſſe, & à Vigilio PP. confirmatum fuiſſe anno* 541. *Præfuiſſe iſti eccleſiæ annos* XI, *menſes* IV, *dies* VIII; *ac renuntiaſſe anno Domini* 552, *ſeque denuo recepiſſe in ſolitudinem, ac Monaſterium condidiſſe in fundo Acutiano diœceſis Sabinenſis, à vicino fluvio* Farfa *dictum; ibique vitam clauſiſſe anno circiter* 576, *die tertiæ Februarii. Corpus à monachis ejus ſepultum fuiſſe in eccleſia ſui monaſterii, deinde tranſlatum ibidem ad altare majus. Hæc ſumma geſtorum Laurentii Spoletini & chronologiæ ejus apud Jacobillum.*

ejus geſta ex Jacobillo,

C

4 *Hiſce narratis, citat idem Jacobillus chronicon Farfenſis monaſterii anno* 1098 *ſcriptum à Gregorio, de familia Dominorum de Catina in Sabinis, monacho ejuſdem monaſterii, in quo hæc dicit referri; quod S. Laurentius è Syria venit in Italiam cum ſorore ſua Suſanna ſanctiſque Iſaac & Joanne cognatis ſuis, monachis apud Spoletum, atque aliis ſociis, primis temporibus regni Gothorum. Quod poſtea, dictus S. Laurentius creatus fuit epiſcopus Sabinenſis; quodque, depoſito epiſcopatu, ædificavit monaſterium Fartenſe in fundo Acutiano territorii Sabinenſis; ubi & primus abbas creatus & ſancte mortuus eſt; quodque poſt mortem ejus idem monaſterium, à Longobardis deſtructum, non fuit reſtauratum niſi tempore Ioannis PP. V, à S. Thoma abbate, operam conferente Faroaldo duce Spoletino. Hæc ex dicto Chronico Farfenſi Jacobillus, qui & ſubjungit opinionem de dictis in chronico ſuam, quod ſcriptor æquivocatione laboraverit, pro* Spoletano *epiſcopo, ponens* Sabinenſem. *Additque*; Acta omnia Laurentii faciunt ipſum epiſcopum Spoletanum, atque pro tali ſemper eſt habitus & cultus in ſua diœceſi; corpuſque ipſius conſervatur in eccleſia S. Petri Spoletana, & quotannis ibi celebrant feſtivitatem ejus incolæ civitatis. *Cujus hîc auctoritas præferenda? Chronicine tam antiqui in Sabinis ſcripti, quod Laurentium epiſcopum Sabinenſem & fundatorem monaſterii Farfenſis in fundo Acutiano territorii Sabinenſis facit? An Jacobilli, nuperi ſcriptoris?*

alia ex chronico monaſterii Farfenſis antiquo;

AUCTORE C. J.

5 *Meminit ejuſdem chronici Bollandus in appendice ad Acta S. Laurentii tomo* 1 *Februarii pag.* 958, *ubi profert excerpta quædam ex Annalibus monaſterii Farfenſis, quos ſub medium ſeculi elapſi ſcribebat Gregorius Romanus, abbas S. Matthæi, profitens, ſe præ oculis habere duo chronica antiqua ejuſdem monaſterii, à duobus aliis Gregoriis monachis poſteritati relicta, quorum alter ſcripſit* anno 860; *alter, cognomento* Catinenſis (*eſt is, quem modo citabat Jacobillus*) anno 1090. *Excerpta dicunt*, Laurentium è Syria in Italiam veniſſe anno ultimo Juliani apoſtatæ, cum Suſanna ſorore, Joanne & Iſaaco diſcipulis; & circa annum CDXXX Farfenſe monaſterium ædificaſſe, atque annis XXV adminiſtraſſe. *Non inquiro, cur hæc Excerpta ex Annalibus Farfenſibus tam fœdè diſcrepent à Chronico ejuſdem loci citato; dum Excerpta advcntum Laurentii cum ſorore Suſanna, ſanctiſque Iſaac & Joanne diſcipulis cognatiſque ſuis, referunt* ad annum ultimum Juliani apoſtatæ: *Chronicon vero*, ad prima regni Gothorum tempora. *Tantum inde reflecto, in ipſo monaſterio Farfenſi de adventu primi fundatoris ſui nihil olim certum ſcitum fuiſſe. Certiora habet, non quidem de adventu, ſed de epiſcopatu Laurentii & fundatione monaſterii Farfenſis S. Petrus Damiani in epiſtola ſua nona, ad Nicolaum PP. II, anno* 1049 *electum, data; ubi de Laurentio, qui epiſcopatum ſuum dimiſit, ita ſcribit:* Epiſcopus ille Sabinenſis, qui ſolium pontificale deſeruit, & Farfenſe monaſterium, contempta ſacerdotali dignitate, conſtruxit, quam nobilis in Chriſto vir fuerit, teſtis eſt antiqua traditio, quæ ſanctitatis ejus inſignia celebrat; teſtis moderna devotio, quæ piam ejus memoriam in benedictione frequentat.

alia apud Bollandum

E

& S. Petrum Damiani.

F

6 *Habemus quoque ſeorſim Acta quædam Laurentii Latina, extracta ex archivo eccleſiæ cathedralis Spoletinæ; quibus uſus eſt Jacobillus in ſua Italica Laurentii vita, tomo* 2 *pag.* 147: *quam Bollandus denuo Latinam fecit atque impreſſit tomo* 1 *Februarii, deficientibus tunc ei certioribus monumentis, è quibus errata Jacobilli emendaret. Nos ſecutis temporibus Acta ipſa Latina Laurentii & aliquot aliorum eccleſiæ Spoletinæ, accepimus dono ipſius Jacobilli, poſtquam ſuos tres tomos de Sanctis Umbriæ abſolverat; ex quorum collatione cum verſione Italica, facile cognoſcimus, quatenus quid mutatum, prætermiſſum, additumve à Jacobillo ſit. Simul cognoſcimus, tam textum Latinum, quam Italicum, nihilo meliora docere, quam Acta* XII *Sociorum.*

alia ex vita ejus latina,

7 *Acta illa Laurentiana Latina, quantumcumque lævigata & polita à Jacobillo in lingua Italica, non merentur imprimi. Dabo quædam excerpta, ut cognoſcatur ex ungue leo. En initium.* Igitur dominicæ Incarnationis anno CCXC, regnante Diocletiano ſacrilego: Conſulibus vero, Caro & Carino, cum prædictus Laurentius, claro genere partium Syriæ ortus, collectâ infinitâ turbâ ſuorum affinium; pro

ex qua hîc datur compendium,

AUCTORE C. J.

Chriſto animas ponere per martyrium decreverunt ... & agreſſi Italiam, Apoſtolorum limina devotiſſimè flexis genibus adoraverunt. Deinde Urbem egreſſi, ſedato paganorum martyrio, pro quo venerant, cogente Apoſtolico ſancto Cajo; Laurentium, primum illorum, ſecum diutiſſime tenuit. Ceteri vero vitam eremiticam eligentes, bini vel ſinguli, pene totam repleverunt Italiam.

quod non concordat cum opinione Jacobilli,

8 *Hinc primum reflectere oportet, quod ſcriptor ille ponat Laurentium anno* 290 *è Syria Romam advenisſe & præcipuum ducem fuisſe* infinitæ turbæ ſuorum affinium, *qui cum ipſo tunc venerint: Jacobillus adventum hujus turbæ paſſim collocat ſeculo ſexto. Præterea ponit ipſe eodem anno* 290 *adventum* XII *Sociorum duce Anaſtaſio, inter quos Laurentius quoque nominatur aliquis, ſed de quo in Actis* XII *Sociorum nihil ſingulare memoratur, nedum fuisſe ducem turbæ duodenæ. Velim igitur cognoſcere, quo argumento ſcriptor ille Latinus fundet opinionem ſuam de adventu Laurentii ducis cum infinita ſuorum affinium turba anno* 290; *& eodem anno fundet Jacobillus adventum* XII *Sociorum duce Anaſtaſio. Paradoxa hæc ſunt.*

B

habetque æque ac ille, monſtra hiſtorica.

9 *Præterea recurrunt hîc monſtra hiſtorica, in* Examine Actorum XII Sociorum *jam indicata. Ut nihil dicam de termino,* anni Dominicæ Incarnationis, *quæ formula ſcribendi ſeculo demum* VIII *aut* VIIII *cœpit uſurpari. Verum quidem eſt anno* 290 *Diocletianum imperaſſe: at vero conſulatus Cari & Carini illo anno nuſquam fuit. Conſulatus illorum ſimultaneus incidit in annum Chriſti* 283, *antequam Diocletianus imperare cœpiſſet. Tum dicuntur Socii,* ſedato paganorum martyrio, *ſeu perſecutione in Chriſtianos, Româ profecti eſſe alìo, ac* pene totam repleviſſe Italiam: *ſed,* Cajum Papam, *qui obiit martyr anno* 296, Laurentium ſecum diutiſſime tenuiſſe. *Cum tamen uſque ad extrema Diocletiani tempora tam gravis Eccleſiam perſecutio preſſerit, ut nulla crudelior umquam extiterit, aut plures martyrio affecti fuerint; in qua nec ipſi Cajo Pontifici, tametſi conſanguineo Diocletiani, parcitum fuit. Quo igitur pacto dici poteſt, tunc* ſedatum fuiſſe paganorum martyrium *ſeu perſecutionem?*

C

Laurentio Socii itineris,

Lazarus & Joannes,

Iſaac,

10 *Hactenus dicta ex Actis Latinis, manifeſte indicant, Laurentium tempore Diocletiani Imp. & Caji Pontificis Romam veniſſe, ibique diu commoratum eſſe. Quid porro? Ex* infinita turba, *quam collegiſſe è ſuis affinibus, & in Italiam duxiſſe Laurentius ſcribitur, aliquot nominatim enumerat compilator, videlicet* Lazarum & Joannem, *qui* in Ferentillo *latitaverint; eorumque* meritis & prodigiis à Faroaldo duce *ibi monaſterium fuiſſe conſtructum. Faroaldus ille Dux fuit ſeculo Chriſti* VIII. *Confer hæc cum ſeculo* III *& temporibus Diocletiani. Pergit autem:* Iſaac, qui etiam longe lateque prophetiâ claruit, in Spoletana urbe ejecto dæmonio venerandus extitit *: ac ejus ibi* amore & veneratione mirifice fundatum cœnobium permanet *: atque ipſe ibidem* poſt innumera ſigna & mirabilia in pace quievit, *videlicet ſeculo* VI, *ipſius Gregorii Papæ Magni tempore, uti ipſe ſcribit in Dialogis. Confer hæc iterum, tum, cum ſeculo* III *Diocletiani; tum, cum* VIII *Faroaldi Ducis Spoletini. Pergamus.* Eutitii *quoque* amore, in loco valde apto & glorioſo, ubi *is* deguit, decenter ædificatum monaſterium permanet. *Hæc videtur ſcriptor referre ad Eutitium, fratrem Briſtii & filium Anaſtaſii, unum ex* XII *Sociis, qui dicitur in illorum Actis, apud lacum Vulſinum*

Eutitius,

eremitam egiſſe. Ego autem potius refero ad S. Eutychium abbatem prope Nurſiam, quocum ille à ſcriptoribus plerumque confunditur. Monaſterium quippe Eutychio Nurſino fuit prope Nurſiam, uti conſtat ex Dialogis S. Gregorii: Eutitius vero Vulſinus, eremita ſolitarius, monaſterio non indiguit. Floruit autem Nurſinus ſeculo VI. D

Joannes Penarienſis, & Briſtius.

11 *Proſequitur compilator:* Joannes vero Panarienſis, eorum conſors meritis atque virtutibus, fratrum multorum Pater extitit monachorum; & ibi quievit, ubi nunc fundata eſt honore illius eccleſia. *Denique* Briſtius nec minori labore in ipſo comitatu viguit: qui & ipſe, ſicut geſta illius manifeſtant, ſigna & mirabilia multa operatus eſt. *Illa, puto, mirabilia, quæ in Actis* XII *Sociorum de Briſtio referuntur, vix aut ne vix quidem credibilia. Et hæc quidem monſtra in exordio Actorum Latinorum auctor conjungit. Tum ad geſta Laurentii propius accedens, alium è tanto Sociorum numero, præter jam dictos, nullum nominat. Sed neque de Laurentio ipſo quidquam, quod ei proprium ſit, deinde refert præter ſequentia, quæ compendio extraho.* E

Alia inde geſta Laurentii

12 *Ait nempe, mortuo epiſcopo Spoletino, quem non nominat, ſucceſſiſſe* Laurentium, *&* undequaque conveniſſe Romanorum epiſcopos *ad electionem ejus,* Gajo ſummo Pontifice; *ab eoque, propterea* lætificato *conſecratum fuiſſe. Novo autem epiſcopo* honorifice Spoletum directo, *cum* cives illius urbis venientem ſenſiſſent, muniverunt portas, quærentes ab illo pretium, ſi intrare voluiſſet. At ille cum talia renuiſſet, quia erat contra auctoritatem divinam & ſanctorum Patrum, ſubito in hac contemptione, ſponte patefactæ ſunt portæ, & ita cum gaudio & lætitia ſuſceptus eſt pontifex. Quantum vero qualemque ſe exhibere in honore certaverit, non eſt in me facultas evolvere. *Ita compilator; de cetero locos communes pro geſtis Laurentii congerit, aliud de epiſcopatu ejus neſciens proferre, quam, quod ſcitu difficillimum ſolet eſſe in epiſcopis primorum ſeculorum,* cathedram epiſcopalem feliciter gubernaſſe annis XI, menſibus IV & dies VIII.

F

13 *Tum addit,* depoſito paſtorali ordine, in ætate florida eremum *petiiſſe, in eaque locum,* Peniolatim nomine, diſtantem ab urbe *Spoletina* milliario octavo *inhabitaſſe:* eratque locus ipſe cujuſdam viri locupletis valde, qui etiam pro vitæ ſuæ remedio & ſalvatione animæ, cuncta quæ poſſederat, Laurentio commiſit; qui etiam ſe ipſum ſancto Viro inſeruit converſus, & finem perfectum conſummavit in Domino. *Laurentius vero, poſſeſſione innumera & turba clericorum multa auctus,* ordinatâ eccleſiâ in ordine Canonico, dum vixit, pater almificus, rector & paſtor multorum extitit, faciens ſigna & mirabilia, & ſic quievit in pace ſub die III intrante Februario. Appoſitus eſt autem à ſuis diſcipulis honorifice cum hymnis & laudibus.

in Pedelucæ monaſterio,

14 *Ultima hac verba innuere videntur, ſepultum fuiſſe in ipſo loco ſeu monaſterio, ubi obiit,* Peniolatim, *uti hic vocatur: Jacobillus vocat ſua lingua* Penolaco, quaſi à piedi il lago Velino, ove era ſituato. *Leander Alberti nominat* Piè di Luco, *&* caſtellum *facit, ſitum* ad ſiniſtram ripam lacûs Velini *: Latine nunc* Pedelucum *paſſim dicitur; & in mappis geographicis locatur ad partem borealem lacus Velini, quæ dextra ripa eſt, ſecundum deſcenſum fluminum, qua*

A *quæ in lacum influunt, atque iterum inde effluunt. Leander neſcio quo reſpectu ſitum loci poſuerit ad ripam ſiniſtram : Jacobillus autem, dum ſuum* Penolaco *interpretatur*, quaſi ad pedes lacus Velini, *à lacu illo abſorptus fuerit ; cum non à* lacu. *ſed à* luco, *in quo dea Velinia, ad aquilonem dicti lacus, priſcis temporibus culta fuit ; loco nomen* Pedelucum, *non* Pedelacum *adhæſerit.*

15 *Hic porro locus, ad quem ſe Laurentius, abdicato epiſcopatu Spoletino, recepiſſe dicitur in vita Latina, longe diſtat Septemtrionem verſus, à fluvio Farfa, olim* Farfarus, *qui in Sabinis oritur & meridiem verſus decurrit ac monaſterio Farfenſi ſuum nomen communicavit. Ex dictis deprehenditur quoque confuſio, quam Jacobillus induxit in ſuam Laurentii Spoletini vitam ; dum ait, ipſum ante epiſcopatum in Penolaco monaſterium, ope divitis cujuſdam viri, conſtruxiſſe, ibique annos viginti habitaſſe : cum vita Latina, quam Jacobillus præ oculis habuit, dicat, illa poſt epiſcopatum facta eſſe, & Laurentium tunc* in ætate florida *adhuc fuiſſe. Qualis ætas ipſi poſt epiſcopatum tribui non poteſt, ſi verum eſt,* B *quod trajiciens è Syria in Italiam, jam filios genuerat ex uxore ſua ; & Sociorum pater atque rector fuerat omnium, Romæ cum Cajo Papa diu ſubſtiterat, deinde per annos* XX *in monaſterio habitaverat ; tandem annis* XI *epiſcopatui Spoletino præfuerat. Quandoquidem ex computatione jam facta conſequitur, annos ipſum plus quam ſexaginta ætatis ſuæ tunc numeraſſe. Vel igitur monachatus Laurentii annorum* XX *ante epiſcopatum admitti non poteſt, quem induxit Jacobillus ; vel poſt epiſcopatum, non poteſt Laurentius in florida fuiſſe ætate, quam affirmat vita Latina.*

16 *Verum enimvero cur hæc pluribus proſequar ; cum neque vita Latina, neque Jacobilli Italica fidem apud me inveniant ; & ipſæ ſibi paſſim contradicant ? Unum tantummodo adhuc ſubnotabo monſtrum. Dixi jam num.* 10, *ex vita Latina, Lazaro Laurentii Socio monaſterium* in Ferentillo *conſtructum fuiſſe* à Faroaldo Duce. *Duo fuerunt iſtius nominis Duces Spoleti, de quibus mox. De monaſterio in Ferentillo ſic ſcribit in Brevi Notitia Abbatiarum Italiæ Auguſtinus Lubin pag.* 141 : Abbatia titulo S. Petri de Florentillo, alias de Firentillo, Ordinis S. Bene-
C dicti in Umbria ..... non diverſa videtur ab ea, quæ S. Petri de Ferentillo in territorio Spoleti ; quam Dux Faroaldus initio octavi ſeculi fundavit aut reparavit ; ut refert Paulus Diaconus lib. 3 cap. 13 ; cujus primus Abbas fuit quidam Lazarus. Extat adhuc : ut conſtat ex codice taxarum Cameræ Apoſtolicæ, ubi aſſeritur diœceſi Spoletinæ.

17 *Ex Actis Laurentii jam didicimus, Faroaldum Ducem, non reparatorem, ſed primum fundatorem fuiſſe prædictæ abbatiæ. Duo autem, ut jam dixi, fuere Duces Spoletinorum Faroaldi, tam in Chronico Farfenſi apud Duchenium tomo* 3 *Scriptorum Galliæ, quam in Geſtis Longobardorum Pauli Diaconi : ſed neuter apud illos legitur monaſterium fundaſſe de Ferentillo. Et locus quidem, quem è Paulo citat Lubinus, aliud non habet, quam quod Gregorio Magno deinde Papa, legationem obeunte apud Tiberium Imperatorem, anno* 582 *defunctum* ; Faroald, primus Spoletanorum Dux cum Longobardorum exercitu Claſſem, opulentam urbem, invadens, ſpoliatam cunctis divitiis, nudam reliquit. *Apud eumdem vero Paulum lib. 6 cap.* 30 *Faroaldus Junior Traſemundo patri ſuccedit in ducatu Spoletino ; & cap.* 44, contra hunc Faroaldum Ducem filius ſuus Traſemundus inſurrexit, eumque clericum faciens, locum ejus invaſit. *De monaſterio autem in Ferentillo, ut dixi, aut ejus fundatione, aut de Lazaro, Abbate illic primo, ne verbum quidem apud Paulum reperio.* AUCTORE C. J.

18 *Jam vero fundatio monaſterii facta non fuerit à Faroaldo primo. Is enim aut gentilis adhuc erat, aut certe non erat Catholicus, nec ſui Longobardi ; quandoquidem ſucceſſor ejus Ariulfus, gentis ſuæ Spoleti Dux ſecundus, primus fuit, qui, divinitus obtentâ contra Romanos victoriâ per apparationem S. Sabini, Spoletinorum ſingularis patroni, fidem Catholico-Romanam amplexus ſit, ut pluribus refert citatus Paulus lib.* 4 *cap.* 17. *Quid enim Faroaldum iſtum ſeniorem potuiſſet movere, ut Monachis Romanis, quos cum ejuſdem religionis hominibus perſequebatur, ædificaret monaſterium ? Debet igitur concludi, juniorem Faroaldum* initio ſeculi octavi, *ut ait Lubinus (tunc enim is vixit) fundaſſe monaſterium de Ferentillo ; in quo, uti aliunde ſcitur, etiam ipſe monachus deinde fuit ; ac pie obiit : atque* E *adeo Lazarum, qui primus ibi Abbas præfuit, eodem tempore floruiſſe. Ex quo ſequitur concluſio, quod Lazarus ille, atque adeo Laurentius ipſe quoque, dum in Italiam veniſſe temporibus Diocletiani dicitur ; vixerint ſecula quatuor integra in ſola Italia,*

quando adhuc vixerit Laurentius, ſeculo 3 Italiam ingreſſus.

§ II. Diſtinctio prædictorum Laurentiorum.

Sententiæ ſcriptorum de SS. Laurentiis.

C *Onſideranda nunc propius ſunt, quæ in utramque partem attulimus de S. Laurentio, ſeu uno, ſeu pluribus. In primis, nullum de alterutro aliquid ſtatuendi præſidium habemus ex martyrologiis, ubi nomina illorum ignorantur. Laurentius, unus è Sociis* XII, *cujus nomine hæc tractare cœpimus, non poteſt eſſe aut epiſcopus Spoletinus, de quo Jacobillus ; aut epiſcopus Sabinenſis, de quo chronicon Farfenſe & Petrus Damiani. Nam ille in Actis* XII *Sociorum in Italiam veniſſe dicitur ſeculo* IV *cum Sociis* XII, *ſub Juliano Imp., hic autem ſeculo* VI *eum Sociis* 300 *aut turbâ infinitâ affinium (quantumvis hunc ſcriptor Latinus cum ſua turba referat, ad annum* 290 *adveniſſe) ſub imperatore Juſtino aut Juſtiniano. Ille dicitur* F *Clericus tantum fuiſſe factus ab Vrbano PP. I ; hic creatus Epiſcopus à Gajo Papa. De Laurentiis Spoletinæ & Sabinenſis eccleſiarum, uti nominantur, epiſcopis ; aliquanto intricatior quæſtio eſt. Mihi quidem videntur ſcripta, quæ de illis citavimus, potiſſimum deſignare epiſcopum Sabinenſem ; videlicet nomen, adventus è Syria in Italiam, ordo epiſcopalis, abdicatio epiſcopatûs ; fundatio monaſterii Farfenſis ; vita ibidem monachalis & præfectura & mors & ſepultura ; adde auctoritatem S. Petri Damiani & Chronographi Farfenſis, quæ præſtat reliquorum ſcriptis, Petrus quippe & Chronographus citati, loquuntur de ſolo epiſcopo Sabinenſi, eodemque fundatore monaſterii Farfenſis. At Ferrarius, de ſolo Spoletino. Jacobillus, utut poteſt, unum tantummodo ex illis epiſcopum conatur formare Spoletinum. Dubitat tamen, an ab epiſcopatu Spoletino non tranſierit ad Sabinenſem.*

20 *Quid*

Monaſterium à Faroaldo Duce fundatum

non in Farfenſi.

initio ſeculi 7,

AUCTORE C. J. Jacobillus annum tan-tum epocha-rum addit-icium

20 *Quid dicam ? Illis temporibus non erat obvium , epiſcopum ab eccleſia , ſua ſponſa , transferri ad aliam. Quod multo minus cogitari poteſt factum eſſe in epiſcopo , qui amore ſolitudinis aut monaſticæ vitæ , obtinuerit facultatem deſerendi ſponſam ſuam. Imo Jacobillus in ſuo ipſius de Laurentio epiſcopo Spoleti commentario , monſtratur duos diverſos agnoſcere ; dum priori loco ſcribit de Laurentio , monaſterii Farfenſis conditore ; quod ibi in eccleſia ſua poſt mortem à monachis ſepultus , ac deinde ad altare ejuſdem princeps tranſlatus fuit ; utique quando ſanctitatem ejus per miracula aut aliter Deus manifeſtavit. Nec facile creditu eſt , eoſdem monachos primi patris ſui atque inſtitutoris ſacrum corpus à ſe dimiſiſſe aliò ; quamdiu illa de re nullum afferetur argumentum , ad faciendam fidem idoneum. Quin imo corpus ibidem ſeculo* XI *& ſuo tempore adhuc fuiſſe , innuit Petrus Damiani , dum ſanctitatis Laurenti teſtem appellat* , modernam *populi* devotionem , quæ piam ejus memoriam , *id eſt reliquias* , in benedictione frequentat , *impetrando ſcilicet vota ſua , quæ Sancto deferebat. Deinde idem Jacobillus verſus finem commentarii ſui de Laurentio*
B *Spoleti epiſcopo ait , illius corpus ſervari in eccleſia Spoletina S. Petri , atque annuatim magna ſolennitate ibidem coli. Ex quibus concludas , duo corpora , diverſis locis , inter ſe longè diſtantibus , condita ſervataque , diverſorum quoque hominum eſſe.*

21 *Præterea ſcribit Jacobillus , ſuum Laurentium , antequam crearetur Epiſcopus Spoletinus ,* ve ipſa admittat dicos. *annos viginti tranſegiſſe in monaſterio , quod condiderat prope lacum Velinum. Qua de re nihil in ſuo Laurentio Sabinenſi chronologus Farfenſis, nihil Petrus Damiani, imo nec Ferrarius in ſuo Laurentio Spoletino. Ut adeo prior ille monachatus Laurentii perquam incertus ſit. Attamen opinio Jacobilli per illum priorem monachatum viginti annorum , alium deſignat epiſcopum Spoletinum ab epiſcopo Sabinenſi. Certum quoque eſt ex præmiſſis , epiſcopum Sabinenſem ſe abdicaſſe eccleſia ſua : non ita certum , id etiam feciſſe Spoletinum , deficientibus illa de re teſtimoniis aptis. Ut tamen id factum eſſe concedatur , nihilominus manebunt duo epiſcopi diverſi ; dum duo , in illa ſententia , oſtenduntur epiſcopatum ſuum abdicaſſe.*

Ætas Laurentii parum certa ,

22 *Ætas utriuſque epiſcopi, ac tempus, quo præſederint eccleſiis ſuis , æque incerta ſunt , atque eſt tempus , quo primum fundata eſt eccleſia Farfenſis cum ſuo monaſterio. Fundata quidem eſt ab epi-*
C *ſcopo Sabinenſi , videlicet Laurentio , & aliquot ſeculis ante tempora Petri Damiani , ut hic indicat* male ſignata ſeculo X , *ſcribens* , antiquam traditionem *ſuo tempore ſanctitatem fundatoris celebraſſe. Ughellus inter epiſcopos Sabinenſes Laurentium , qui* Farfenſe monaſterium condidit ibique monachus effectus , diem obiit , *refert ad finem ſeculi* X , *quod manifeſte erratum deprehenditur , tum , quod inde ad tempora Damiani non poſſit cenſeri* antiqua *traditio eſſe ; tum , quod certò ſciatur , tribus ante ſeculis abbates in Farfa fuiſſe continuata ſerie , à beato Thoma , qui monaſterium poſt mortem Laurentii deſtructum , din poſt reparavit , & plusquam triginta annos illud gubernavit ſeculo* VII *& initio ſequentis. Citat quoque Jacobillus ex archivo Farfenſi breve Joannis PP.* V (*dicere debuit* , VI) *qui* anno 702 *eccleſiam monaſterii Farfenſis conſecravit , atque Thomæ abbati ac reſtauratori omnia ejus bona confirmavit , eodemque in Brevi vocat* S. Laurentium epiſcopum , fundatorem monaſterii S. Mariæ Farfenſis in fundo Acu- D
tiano *&c.*

23 *Edidit Mabilio tomo* I *Muſei Italici, parte altera pag. 65 Catalogum omnium abbatum Farfenſium , cum ſuis temporibus , quibus præfuerunt , ſic ordientem :* Laurentius beatus , fundator hujus monaſterii primus , presbyter & abbas , temporibus Gothorum prioribus. Poſt cujus obitum monaſterium iſtud à Longobardis deſtruitur. *Et mox ſequitur :* Thomas autem venerabilis , poſt deſtructionem reſtaurator hujus monaſterii primus , presbyter & abbas temporibus domni Adeodati Papæ ; & Conſtantini ac Tyberii Auguſtorum ; atque Joannis VI Papæ , nec non & Giſulfi Beneventani ducis ; ſive Tranſmundi , & filii illius Faroaldi , ducum ducatus Spoletani. Præfuit vero annis XXXV & menſibus VII ac diebus V. Obiit autem IV Idus Decembris in pace. *Nominati hîc Papæ cœperunt eccleſiam regere , Adeodatus quidem anno 672 ; Joannes vero* VI , *anno 702 ; & Faroaldus dux , patri Tranſmundo ſucceſſit in* E *ducatu Spoletino anno 703.* *referenda autem ad priora Gothorum tempora*

24 *Ex hiſce diſcimus ſub Adeodato Papa cœpiſſe Thomam abbatem Farfenſe monaſterium reſtaurare, & abbates ſequentes accurate in Catalogo eodem recenſentur. Sed de initio primi fundatoris Laurentii ejuſque obitu , de tempore item quo deſtructum fuerit monaſterium , nihil diſtinctè memoratur. Tantum dicitur , fundatorem vixiſſe* prioribus Gothorum temporibus. *Cœperunt Gothi ſub Theodorico , poſt cædem Odoacris , ab anno 493 in Italia regnare , extinctique ſunt cum rege ſuo Totila per Narſetem anno 552. Pone igitur , Laurentium fundaſſe monaſterium ſuum , anno circiter 500 , ibidemque ſeu monachum ſeu abbatem egiſſe , ex opinione Jacobilli annos* XX ; *tum præfuiſſe epiſcopatui annos* XI ; *ſuperaddit deinde idem Iacobillus pro reliqua vita monaſtica Laurentii annos* XXIV : *ſicque conſurgeret ſumma annorum* LV , *ex quo primum monaſterium ad lacum Velinum à Laurentio conditum fuerit ; ac terminaretur vita ejus in anno Chriſti 555 , ſuppoſito , quod fundatio primi monaſterii facta ſit anno 500. Verum hanc vitæ Laurentianæ chronologiam ego non aliter accipio , quam meras Jacobilli conjecturas , ratus , nihil hic certi eſſe , quam quod prioribus regni Gothici temporibus, aut monaſterium condidit, aut in Umbriam venit Laurentius. Atque hactenus dictorum pleraque ego quidem exiſtimo potiſſimum intelligenda eſſe de Laurentio Sabinenſi epiſcopo ; quamvis nonnulla referat Jacobillus* F
ad ſuum Spoletinum : de quo etiam pauca dicamus. *& annum Chriſti circiter 500.*

25 *Adventum hujus Laurentii epiſcopi Spoletini è Syria in Italiam , in comitatu trecentorum hominum utriuſque ſexus , conſignat Jacobillus anno ſalutis 516 ; initium vitæ monaſtica , 521 ; epiſcopatus Spoletini, 541 ; reſumptæ vitæ monaſticæ, 552 ; mortem , 576 : denique epiſcopatus tempus definit annos* XI , *menſes* IV , *dies* VIII. *Diſtincte hæc quidem omnia : ſed vellem auctoritate idoneâ videre confirmata. Undeunde hæc habeat Jacobillus , Ughellus eumdem obitûs annum 576 notat in epiſcopis Spoletinis. Ferrarius , in Sanctis Italiæ , nullum adſcribit annum obitûs. Uterque abſtinet prædictâ Jacobilli chronologiâ vitæ , utique quam non invenerint in lectis à ſe monumentis Spoletinis antiquioribus ; nec auſi fuerint recentiorum ſcriptis in re tam vetuſta fidere. Uterque interim adventum* *Tempora Laurentii Epiſcopi Spoleti , magis incerta ,*

A *tum Laurentii in Italiam collocant ſub Juſtiniano, qui ab anno 527 uſque ad 566 imperavit, ajunt à Vigilio Papa, anno 537 creato, clericum fuiſſe factum. At Jacobillus adveniſſe Laurentium ſcribit anno 516, atque ab Horſmida Pontifice in ordinem clericorum fuiſſe relatum. Cui hîc parti credas? Diverſitas opinionum plane innuit nihil certi illis de rebus inveniri in ſcriptis Spoletinis.*

Nec Laurentius è 12 Sociis,

26 *Si nunc interrogem aquos rerum & hiſtoriarum æſtimatores, quid tandem ſentiant de tribus huc uſque memoratis Laurentiis ſanctis; certus ſum, judicaturos eſſe, Laurentium, qui in comitatu duodecim Sociorum dicitur è Syria Romam veniſſe, imperante Juliano apoſtata, neque epiſcopum Sabinæ, neque Spoleti fuiſſe ſeculo Chriſti ſexto. Si porrò interrogem; quis fuerit Laurentius ille, qui epiſcopatum ſuum deſerens, fundavit in fundo Acutiano diœceſis Sabinenſis monaſterium Farfenſe, in quo & mortuus & ſepultus, & corpus deinde ex loco humiliore ad altare majus tranſlatum eſt; reſpondebunt S. Petrus Damiani & Auctor Chronici Farfenſis, à Jacobillo citatus, epiſcopum fuiſſe Sabinenſem.*

nec Laurentius Sabinenſis,

B 27 *Si denique interrogem, quis fuerit ille Laurentius, qui paſſim apud ſcriptores poſteriorum temporum, epiſcopus urbis Spoletinæ audit; neſcio quid ſolidæ reſponſionis daturi ſint Spoletini. Jacobillus certè nihil affert, præterquam quod* Acta S. Laurentii omnia ipſum faciant epiſcopum Spoletinum; *quod* pro tali ſemper habitus fuerit & cultus in diœceſi Spoletina; *quodque* corpus ejus conſervetur Spoleti in eccleſia S. Petri, celebreturque ibi annua feſtivitate. *Ut hæc omnia concedam ita eſſe, nihilominus idem Jacobillus aſſerit quoque, Laurentium ſuum fuiſſe primum fundatorem monaſterii Farfenſis, ſed non probat; ac hiſtorice certum probatumque eſt, illud fundatum fuiſſe à S. Laurentio Sabinenſi epiſcopo. Quod vero Acta S. Laurentii Spoletini, de hujus epiſcopatu dicant, nihil penſi habeo. Jacobillus ipſe in ſua Laurentii vita; nulla iſtiuſmodi Acta profert; quod tamen maxime oportebat: ſi qua ſunt proba. Nos quoque nulla, paulo antiquiora ſeorſim ſcripta, huc uſque invenimus. Quod pro epiſcopo Spoletino ſemper habitus fuerit, Laurentius: facile credam, pro tali habitum fuiſſe à Spoletinis; vellem tamen ſcire certius, quo uſque ſe illud* ſemper *extendat.* AUCTORE C. J.

fuerunt epiſcopi Spoletini

28 *Validius argumentum videri poſſit, quod corpus S. Laurentii hodiedum Spoleti conſervetur & colatur: ac validius foret, ſi monſtraretur Laurentius Spoleti diem ſupremum obiiſſe. Ferrarius ſcribit, ejus corpus aliunde tranſlatum fuiſſe Spoletum; atque adeo, in ſententia Jacobilli, ex monaſterio Farfenſi, ubi ait, ipſum obiiſſe & tumulum accepiſſe; quod convenit cum chronico Farfenſi, loquente de S. Laurentio Sabinenſi epiſcopo, monaſterii fundatore. Ut meam conjecturam ſuper his ego prodam; quid ni poſſit dici, S. Laurentium, epiſcopum Sabinum, fundatorem monaſterii Farfenſis, ibidem mortuum, ac tumulatum, & non* E *multo poſt ob ſanctitatis famam ibidem ſub altari reconditum manſiſſe uſque ſaltem ad tempora S. Petri Damiani: & forte nunc ſupereſt, quod tamen nequeo affirmare. Laurentium vero Spoletinum poſt abdicationem epiſcopatus ſui (ſi tamen abdicavit epiſcopatum illum) mortuum fuiſſe in monaſterio Pedelucano, à ſe condito, ſeu ante ſeu poſt epiſcopatum: corpus autem ejus, tamquam epiſcopi ſui, inde ad ſe tranſtulerint cives Spoletini, illud ipſum, quod hodiedum dicit Jacobillus ſervari in eccleſia S. Petri Spoletina, ibique celebrari annua feſtivitate.*

CAPUT VI.

DE SANCTO HERCULANO

EPISCOPO AC MARTYRE PERUSINO, UNO E XII SOCIIS.

Unuſne an duo fuerint iſtius nominis Epiſcopi ac Martyres Peruſiæ, ac tertius Martyr Spoleti.

C *IN Actis apocryphis Sanctorum Anaſtaſii & undecim Sociorum, è Syria in Italiam & Umbriam advectorum, legimus de Herculano num.* 18, *quod, cum à Brictio, Anaſtaſii filio, Peruſiæ epiſcopus fuiſſet ordinatus,* eodem tempore perfidus Totila rex ſeptem annis eamdem obſedit civitatem & fame captivavit eam, & quid de Herculano epiſcopo eſſet facturus, cogitabat. Tunc juſſit ei corrigiam à capite uſque ad calcaneum decoriari, caput ejus ſuper muros civitatis abſcindi, corpuſque ejus, ne tumulo traderetur, foras projici. Sed occultè Chriſtiani eum ſepelierunt. Cum *verò* poſt annum integrum ejus tumulum Chriſtiani aperirent, cujuſdam orbatæ mulieris filius mortuus fuerat; contigitque ut eum in ejus tumulo ponerent: qui dum de corpore Epiſcopi quid eſſet factum conſpicerent, viderunt corpus epiſcopi acſi nulla macula ferri abſciſſionis in ejus corpore fuiſſet, & evulſæ corrigiæ nullum veſtigium videretur: qui *etiam* humatum puerum reliquerunt.

Notitia S. Herculani ex Actis XII *Sociorum,*

F 2 Die vero altera ejus parentes lugentes ad ſepulcrum venerunt, ſicut mos eſt hominis, lugere mortuos ſuos. Qui aſpicientes in tumulum ejus, ſanum & incolumem extra ſepulcrum puerum invenerunt, nec putreſcere membra corpuſculi pueri juxta membra potuerunt epiſcopi, *qui* pro mortuo, quem extra tumulum, vivum projecit, ipſius imitatus eſt virtutem, cujus patibulum in Calvariæ loco ſuper feretrum impoſitum, mortuum ſuſcitavit. Requievit in Domino ſeptimo Idus Novembris. *Hæc ineptè è S. Gregorii Dialogis, pro majori parte, deſumpta eſſe cognoſcuntur; & ineptiora ſunt, quæ ſuperadduntur Gregorio; ineptiſſima vero, dum referuntur in Actis præmiſſis duodecim Sociorum, qui aliis ſeculo Chriſti primo, aliis tertio exeunte, dicuntur è Syria in Umbriam veniſſe; cum illiſque conjunguntur, quæ ſub Totila Gothorum rege in S. Herculano contigerunt ſeculo* VI.

ineptè illis in ſeriâ.

3 *Codex Strozzianus in ſimilibus Actis ſic habet:*

AUCTORE C. J. *Natalis ejus signatur ab omnibus 7 Novembr.*

ber: Brictius in Perusina civitate socium suum, qui secum venerat de Syria, Herculanum, Pontificem statuit. Herculanus autem, sicut S. Gregorius in libro Dial. scribit, temporibus Totilæ *cæsus est*, *ejusque* intemeratum omne corpus inventum est, acsi nulla hoc incisio ferri tetigisset. Decollatus est autem septimo Idus Novembris, & requievit in pace. *Eumdem martyrii diem notant Acta S. Herculani, seorsim à Mombritio impressa tom.* 2. *Item martyrologia fere omnia, tam vetera quam recentia, tam Mss. quam typis edita; quæ videri possunt nominatim indicata ab Henschenio, tomo ac die primo Martii, ubi de S. Herculano tractans, Acta quoque ejus profert, quæ quatenus de Natali seu martyrii die loquuntur, ad* VII *Idus Novemb. referri debent; quatenus vero de translatione corporis, isto relinqui loco possunt; taciteque per enumerationem martyrologiorum ostendit, antiquiorem S. Herculanum Perusii episcopum & martyrem agnosci nullum debere.*

B 4 *Quasdam è dictis martyrologiis annuntiationes huc adfero. Romanum vetus, à Rosweydo editum, sic legit:* VII Idus Novemb. Apud Perusinam (*intellige* civitatem) Herculani episcopi & martyris. *Ado, tam Ms. quam etiam editus à Rosweydo ac aliis, ad eumdem diem* VII *Idus:* Apud Perusinam Italiæ urbem, Natalis S. Herculani episcopi & martyris. Natalis, *inquit. Ut autem scias, cujus Herculani Natalis ille sit, audi Usuardum, eodem die:* Apud Perusinam Italiæ urbem, Natalis sancti Herculani episcopi, cujus corpus post abscissionem capitis, ita unitum & sanum die quadragesimo (ut scribit beatus Gregorius Papa) repertum est, acsi nulla hoc incisio ferri tetigisset.

5 *Sed quid attineat plurium Martyrologiorum verba recensere? Omnia loquuntur de S. Herculano episcopo Perusino & martyre, & eumdem servant martyrii ejus diem* VII *Novembris: neque ullo die alio, de episcopo Perusino & Martyre Herculano meminerunt; præter pauncula recentiora, quæ seculum* XV *vix superant: hæc ipsa tamen commemorant etiam eodem die* VII *Novembris Herculanum prædictum; sed & alium diem, nempe Kalendas Martias, superaddunt, quo sanctum denuo Herculanum martyrem & episcopum Perusinum celebrant aliis atque aliis terminis. Martyrologium Florentiæ anno* 1486 *impressum & Ms. ibi Strozzianum, quod non multo vetustius est, consignant Kalendis Martiis* translationem S. Herculani episcopi Perusini & martyris. *Belini Martyrologium*, secundum morem Romanæ curiæ, *Venetiis impressum anno* 1498, *& recusum Parisiis* 1521, *habet die septimo Novembris de Herculano idem fere elogium, quod supra ex Usuardo dedimus; & primo Martii hæc pauca:* Eodem die apud Perusiam, S. Herculani episcopi & martyris.

C 6 *Clarius loquitur Cartusia Colon. die* 1 *Martii in Usuardo auctо:* Item apud Perusiam, secundum aliquos, passio S. Herculani episcopi & martyris, qui VII Idus Novembris ponitur: *atque porro ad hunc ipsum diem*: Apud Perusinam Italiæ urbem, Natalis S. Herculani episcopi, cujus corpus post abscissionem capitis *&c. uti Usuardus, excepta parenthesi. Molanus in tribus Martyrologii sui editionibus ad diem* VII *Novembris habet quoque* Natalem *Herculani cum elogio Usuardino: ad diem vero primum Martii, in editione prima anni* 1568, *posuit verba Belini, paulo ante citata. At in editione secunda anni* 1573, *ab ipsomet correcta, atque in tertiâ anni* 1583, *tamquam meliora doctus, prætermisit totum, quod die* 1 *Martii impresserat de Herculano. Maurolycus* 1 *Martii,* Apud Perusiam sub rege Gothorum Totila, S. Herculani episcopi & martyris; *ostendens per illud*, sub rege Gothorum Totila, *se hic alium non agnoscere Herculanum quam illum, cujus ipse elogium habet* VII *Novembris, dicitque ibi, ejus meminisse S. Gregorium, qui utique est Herculanus sub Totila passus.* D

à nonnullis etiam 1 *Martii,*

quo die facta est translatio corporis,

hi tamen non eodem modo loquuntur,

7 *Galesinius quoque bis enuntiat S. Herculanum nostrum. Kalendis quidem Martii majori cum elogio, quale alii fere habent* VII *Idus Novembris, videlicet hoc:* Perusiæ, S. Herculani episcopi & martyris, cui caput præcisum est, idque quadragesimo post necem die inventum est ita conjunctum, ut præcisionis signum nullum appareret. *Septimo autem Nonas Novembris hæc pauca tantum notat:* Perusiæ S. Herculani episcopi & martyris, de quo Kalendis Martii scriptum est. *Quibus clarissimè indicat, se utroque die eumdem intelligere Herculanum, episcopum ac martyrem Perusinum, eumdemque, qui sub Totila capitis abscissione martyr factus est. Citat enim in Notis suis ad Kalendas Martii S. Gregorium libro* 3, *cap.* 13 *Dialogorum. Post Galesinii Martyrologium, anno* 1498 *Venetiis impressum, videamus & Romanum.* *aliis translationem exprimentibus, aliis non item.* E

Variatio in Martyrologio Rom.

8 *Qui correctioni istius Martyrologii operam dederunt, videntur nusquam magis hæsitasse & variasse, quam in Herculano nostro. Habemus editiones ejus Latinas omnino septem, variis temporibus Antverpiæ in officina Plantiniana cusas & recusas Editio anni* 1586, *Kalendis Martii, altum silet de Herculano. Septimo autem Idus Novembris ita loquitur ex Usuardo:* Perusiæ, S. Herculani episcopi & martyris, qui jussu Totilæ Gothorum regis, capite obtruncatus est: cujus corpus ita capiti unitum atque sanum quadragesimo die (ut scribit sanctus Gregorius Papa) repertum est, acsi nulla hoc incisio ferri tetigisset. *Editio anni* 1608 *Kalendis Martii, ultimo loco, subjungit:* Perusiæ, Translatio S. Herculani episcopi & martyris. *Et* VII *Idus Novemb. eadem habet, quæ supra, nisi quod finis elogii sic mutetur:* acsi nulla ferri incisio illud tetigisset. *Eamdem editionem secutus est Rosweydus, recudens anno* 1613 *Martyrologium illud cum annotationibus Card. Baronii, qui ibidem die* 1 *Martii, ad hæc verba,* Translatio S. Herculani, *notat sequentia:* Plura de ipso vide inferius, septima Novembris, qua die natalis ipsius celebritas agitur. *Hactenus igitur Baronius, historiæ scientissimus, censuit, natalem S. Herculani celebrari die* VII *Novembris, translationem vero, primâ Martii.* F

juxta varias ejus editiones.

9 *Sequitur editio anni* 1625 *sub Urbano PP. VIII. Hæc Kalendis Martii, etiam loco ultimo, legit:* Perusiæ, translatio S. Herculani episcopi & martyris, qui jussu Totilæ Gothorum regis, *&c prout in editione anni* 1608 *ad diem* VII *Novembris; quæ inde huc translata sunt; & relicta ibi tantummodo sunt hæc pauca:* Perusiæ, S. Herculani episcopi & martyris. *Ubi non determinatur nunc, quis ille Herculanus sit. Constat tamen, eumdem esse, cujus Translatio Kalendis Martii ibidem signatur. Editiones porro annorum* 1657, 1678 *&* 1701 *postremæ, anni* 1625 *tenorem sequuntur utroque die. Variatio hæc, quæ transtulit elogium S. Herculani à Natali ejus* VII *Novembris, ad diem translationis* 1 *Martii,*

A *tii, videri poteſt facta eſſe ex Annotationibus Baronii, de quibus mox; accedentibus aliorum opinionibus, qui non ita pridem obtinuerant à Sacra Rituum Congregatione, ut ſibi liceret de duobus ſanctis Herculanis, Peruſinus epiſcopis & martyribus, majore ac minore, ſeu ſeniore ac juniore, ſeorſim officia ſua Peruſiæ celebrare.*

Prædicta unum tantummodo notant S. Herculanum,

10 *Videtur mihi, ex præmiſſis omnibus colligi poſſe, primò, S. Herculanum, epiſcopum Peruſinum & martyrem ſub Totila paſſum, atque à S. Grogorio Papa in libris Dialogorum commemoratum, martyrio coronatum fuiſſe die* VII *Novembris. In id enim conſentiunt tam adducta ejus Acta, quam citata Martyrologia omnia. Colligi poteſt ſecundò, Herculanum, qui à recentioribus aliquot celebratur die primo Martii, eumdem eſſe cum prædicto, cujus Natalis eſt* VII *Novembris: ac die primo Martii nihil celebrari, niſi tranſlationem corporis ejus. Colligitur tertio, nullum alium S. Herculanum Peruſiæ epiſcopum & martyrem Martyrologis aut antiquis aut recentioribus notum eſſe.*

B *ati & Baronius in Annal. & alibi:*

11 *Baronius, qui unum tantùm Herculanum Peruſinum epiſcopum ſanctum agnoſcit in Martyrologio Romano, in quo tranſlatio S. Herculani in editione anni* 1608 *primum cœpit adſcribi Kalendis Martii; Natalis vero ſemper adſcriptus fuit* VII *Idus Novembris; in Notis ſuis ad eumdem* VII *Idus Nov. ita narrat*: Qui præeſt hodie Peruſinæ eccleſiæ Reverendiſſ. D. Vincentius Herculanus, in eam ſententiam videtur eſſe proclivior, ut ejuſdem nominis duo fuerint ejuſdem civitatis epiſcopi; eo quod (ut ait) in Actis ſanctorum Carpophori & Abundantii martyrum, qui paſſi ſunt temporibus gentilium imperatorum, habeatur mentio de S. Herculano epiſcopo Peruſino. Hæc mihi coram, dum nuper Romæ eſſet. Hoc ipſum profitetur R. P. Joannes Bapt. Bracheſcus, Florentinus, Ordinis Prædicatorum, in rebus geſtis dictorum ſanctorum martyrum, quas una cum actis aliorum Sanctorum ejuſdem regionis conſcripſit. *Hæc Baronius ibi. Et continuo pergit, quaſi aliquid ſibi perſuaſum eſſet de duobus Herculanis, auctoritate epiſcopi Peruſini & P. Bracheſci, inquiens*, poſt S. Herculanum

C juniorem (ſic enim hunc, de quo agimus, appellare libet) Joannes eam rexit eccleſiam. *Interim non ex libitu alicujus, ſed ex propria ſententia tenet, tam in Annalibus, quam in Martyrologio, unum Herculanum Peruſinum ſanctum. Unum ſimiliter tenuit Ferrarius in Sanctis Italiæ cum Martyrologio Romano, cui deinde alterum, qui in Romano non ſit, uti putat, adjecit ex Officio eccleſiæ Peruſinæ pro* VII *Novembris. Verum hunc cum priori eumdem eſſe, oſtenſum jam eſt.*

quod & tenendum.

12 *Mihi interim auctoritas illa, tam recens, tanti non eſt, ut contra ſilentium & auctoritatem totius antiquitatis, alterum Herculanum, Peruſii epiſcopum & martyrem ſanctum, admittendum putem. Nihil enim hactenus inveni quidquam in antiquitate, quod alterum Peruſii Herculanum ſanctum aſſerere poſſit. Recentiores quidem Umbriæ ſcriptores, alii ex aliis, citant legendaria antiqua eccleſiæ Spoletinæ, aliaſque ſanctorum Umbrorum vitas. Sed qualia ſunt iſta? Omnia pro fundamento habent Acta ſanctorum duodecim Sociorum, è Syria in Umbriam advectorum, Anaſtaſii patris; Eutitii atque Bructii filiorum ejus; ac novem nepotum, quos inter etiam nominatur* Herculanus. *Quæ Acta quam apocrypha ſint nullaque fide digna, oſtendimus initio hujus Commenta-*

rii. Quæ vero inde extracta ſunt, duodecim Sociorum vitæ ſingulares, majoris nequeunt eſſe fidei. Imo dum alia quoque, quæ aliorum temporum ſunt, illis miſcent ſcriptores ſui, majorem induxerunt confuſionem. AUCTORE C. J.

Compendium vitæ S. Herculani.

13 *Exemplum ſit ipſius S. Herculani vita, quam Henſchenius noſter die prima Martii pag.* 51 *à num.* 18 *impreſſit ex aliquo legendario Ms. eccleſiæ S. Petri prope Peruſiam, ubi olim corpus Sancti depoſitum, diu quievit. Iſtius vitæ initium toto num.* 18, *deſumptum eſt ex prædictis* XII *Sociorum Actis. Quæ ſequuntur num.* 19, *fere ſunt loci communes & applicari poſſunt cuivis Sancto epiſcopo: inſpergit tamen aliqua compilator, quæ conciliari inter ſe vix poterunt; dum ait, Herculanum* cultum idololatriæ conatum extirpare pro viribus; *& paulo ante dixerat, ipſum* de monaſtica converſatione ad pontificalem cathedram ſublimatum fuiſſe. *Primum indicat tempus imperatorum gentilium, aut ſeculum proxime ſequens; quo vixdum invenias in Italia vitam monaſticam profeſſos. Alterum, deſumptum eſt ex Gregorio, qui de Herculano ſub Totila paſſo* E *circiter medium ſeculi* VI, *ait, quod* ex converſatione monaſterii ad ſacerdotalis ordinis gratiam ſit deductus. *Num.* 20 *tranſit idem compilator ad tempora Totilæ & obſidionem Peruſinæ urbis, moxque citato S. Gregorio, adducit ejus verba de Herculano, initio quidem prout apud Gregorium leguntur, deinde vero variè interpolata: admiſcetque hiſtoriam de puero mortuo, cum corpore S. Herculani conſepulto, & mirabiliter poſt dies quadraginta reſuſcitato, quam Gregorius non habet, & niſi auctoritate potiori, quam ſit compilatoris noſtri, aliorumque ei ſimilium fulciatur, factum eſſe, prudens lector vix aut ne vix quidem credat.*

In qua notatur tranſlatio corporis ejus, 1 Martii.

14 *Numero denique* 23 *agit collector vitæ de tranſlatione corporis S. Herculani, factâ per Rogerium epiſcopum Peruſinum, ab Ughello creditum, ſeculo* X *præfuiſſe eccleſiæ illi; additque*; Et licet dies tranſlationis ſuæ pluribus temporibus ignotus fuerit, poſtea tamen per multa miracula, tali die exhibita, B. Herculanus apertiſſime revelavit; & in Kalendis Martii ſolenniter & honorifice celebratur. *Hinc verò colligas, compilatorem Actorum, poſt ſeculum* X, *&* plurimis F temporibus *poſt (adeo ut dies tranſlationis ignoraretur) ſua ſcripſiſſe. Ex quo conjicias porro, quid fidei auctoritate ſua mereatur ille in rebus antiquiſſimis, qui vicinioribus geſta ſolenniter temporibus reſcire non potuit. Obſerves quoque, quam aberrent à vero qui poſterioribus in Martyrologiis atque etiam in officiis eccleſiaſticis celebrant* Natalem *S. Herculani* Kalendis Martii, *quæ tranſlationis feſtum ſunt; quando, ut compilator ſcripſit; tali die* Tranſlatio *celebrabatur: Natalis autem ſemper celebratus fuit, uti ex Martyrologiis oſtendimus*, VII Idus Novembris.

Unus tantùm S. Herculanus Ep. Peruſ.

15 *Interea conſiderabis, quod initium iſtius vitæ tractet de Sociis duodecim duce Anaſtaſio in Italiam appulſis, ſeu ſeculo primo, ſeu tertio; inter quos etiam nominatur aliquis Herculanus, utique idem, ex opinione ſcriptoris, qui inde poſt ducentos & quinquaginta annos ſub Totila Gothorum rege martyrium pro Chriſto ſuſtinuiſſe ſcitur. Concilia hæc tempora ſi potes, ut vitam fide dignam facias. Nec te auctoritas illuſtriſſimi viri Vincentii Herculani, Peruſini epiſcopi, tam facile abducat, atque videtur Baronium inclinaſſe. Proclivior is fuit in duos eccleſiæ ſuæ Peruſinæ ſanctos epiſcopos Herculanos*, eo quod in Actis Sancto-

AUCTORE C.J.

rum Carpophori & Abundantii (*alias* Abundii) martyrum, qui passi sunt temporibus gentilium imperatorum, habeatur mentio de S. Herculano, episcopo Perusino. *Fateor, mentio illic habetur* Herculani, *nudo nomine inter* XII *Socios expressa: sed nulla habetur* episcopatus Perusini, *ab ipso gesti. Similis occurrit Herculani mentio nomine tenus, in Actis* XII *Sociorum, initio: sub finem vero explicatur, qualis ille Herculanus, initio nominatus, fuerit; videlicet episcopus Perusinus, sub Totila Gothorum rege passus seculo Christi sexto.*

non alio seculo passus, quam sexto, sub Totila,

16 *Quapropter male infertur ex Actis Sanctorum Carpophori atque Abundii, quæ dimidia tantum pars sunt Actorum* XII *Sociorum; Herculanum ibi nominatum inter alios, qui temporibus gentilium imperatorum passi sunt, diversum esse ab Herculano episcopo Perusino, qui sub Totila seculo* VI *passus est. Ineptissima illa Acta, quæ tam disparata & temporibus diversa conjungunt, mera fabula & fide indigna sunt. Imo ego quidem, nihil certi, quod idonea auctoritate conscriptum sit, de ullo S. Herculano Perusino episcopo martyre, ejusque gestis proprius hactenus quidquam comperi, quam*

B

quod obiter annuntiant Martyrologia, & plusculis describit S. Gregorius in Dialogis, qui primus illa scripto consignavit ex relatione sancti episcopi ecclesiæ Tifernatis (non Tudertinæ, uti perperam alii scribunt) qui ipsius S. Herculani, episcopi Perusini, alumnus, ab ipsoque sacerdos ordinatus fuerat.

anno belli Gothici 14,

17 *Satis jam ostensum est, unicum tantum Herculanum sanctum, episcopum & martyrem Perusii præsedisse, eumque sub Totila floruisse & occubuisse. Non ita certum est, quo anno martyr factus sit. Jacobillus ex Baronio annum Christi designat* 546; *Nostri die* 1 *Martii, annum* 547; *mallem ego ex Procopio tenere annum* 548 *aut initium sequentis; quando & capta sit Perusia per Gothos, & Herculanus occisus. Procopius namque, qui annum belli Gothici, quod describit, primum connectit cum anno Christi* 535 (*quamvis Baronius minus rectè connectat cum anno* 536) *docet, anno* XIV *ejusdem belli, qui denotat annum Christi* 548 *aut initium sequentis, Perusiam à Gothis expugnatam fuisse; uti mox videbimus.* Quod autem apud S. Gregorium legitur, Gothorum exercitum Perusiam annis septem continuis obsedisse, & anno septimo, nondum finito, obsessam urbem intrasse; *cum Procopii historia conciliari non potest: scribit enim hic, anno belli* XI, *qui est Christi* 545, *Totilam regem, postquam Spoletum & Asisium occupaverat, frustra tentasse Perusiam, quam miles præsidiarius, etiam post occisum dolo Totilæ Præfectum suum Cyprianum, in fide Imperatoris conservavit: coactique sunt Gothi inde abscedere. Hæc lib.* 3 *cap.* 12.

C

qui est Christi 548

18 *Tum anno sequenti in eodem libro, cap.* 23, *Oldegando, qui in præfectura Perusiæ Cypriano substitutus erat, ex urbe illa militem eduxit ad recuperandum, quod anno præcedente occupaverant Gothi, Spoletum; & recuperavit. Hæc manifeste docent, illo anno, belli Gothici* XII, *Christi* 546, *obsessam non fuisse Perusiam à Gothis. Annum sequentem, Gothici belli* XIII, *sic ordiatur Procopius cap.* 25: A Totila missæ pridem (*post expeditionem tamen Oldegandonis, qui eductis Perusia militibus suis Spoletum recuperavit, ut modo dicebat idem Procopius*) Perusiam copiæ, castris circum urbis mœnia positis, Romanos, qui illic erant, premebant obsidione. Ubi vero jam ipsos victûs penuriâ laborare intellexerunt, ad Totilam destinarunt, qui rogarent, ut eò ipse universum exercitum duceret, existimantes, faciliorem hanc esse & expeditiorem viam potiendi Perusia. *Idem vero caput* 25 *sic clauditur:* Totilas Perusiam copias duxit: quò cum perveniissent, proxime muros castra locarunt, & sede fixâ, obsidioni se adhibuerunt. D

aut initium sequentis.

19 *Denique anno* XIV *belli Gothici, Belisarius Byzantium rediturus,* Perusiam, urbem Tusciæ principem, dira obsidione cinctam reliquit: quæ, dum ille esset in via, vi capta est. *Hæc initio cap.* 35 *Procopius, qui incipit annos suos Belli Gothici in vere, quando solent exercitus in campum educi. Itaque annus dicti belli* XIV *complectitur majorem partem anni* 548 *Christi, & duos treve menses anni* 549, *quo tempore & Belisarius ex Italia Byzantium rediit; & Perusia, dum ille erat in via, vi capta fuit; & mox Herculanus occisus. An vero hæc facta sint currente adhuc anno Christi* 548, *aut sequenti inchoato, nondum mihi satis constat. Moveor tamen, ut potius credam, facta esse anno Christi* 549, *quia Belisarius, qui anno* 544 *in Italiam secundo venerat, utique initio ejus; ibidem* quinquennio, *ut habet Procopius cap.* 35, *moratus est, ac rediit Constantinopolim. Quod quinquennium plane denotat, rediisse anno* 549 *inchoato.* E

An septennio obsessa fuerit Perusia.

20 *Quod autem obsessa non fuerit Perusia à Gothis* septennio, *colligitur ex citatis Procopii textibus. Quomodo enim obsessa tanto tempore civitas fuerit ab hoste, ex qua triennio ante, quam caperetur, liberum fuit Præfecto urbis educere præsidium suum atque aggredi & capere civitatem Spoletinam, quæ tunc erat in potestate Gothorum? Credibilius igitur sit, septimo, ex quo obsessa civitas fuit,* mense, *non* anno, *interceptam fuisse; atque errorem irrepsisse in textum Gregorii.*

Acta, à majoribus nostris edita 1 Martii,

21 *Multa commentati sunt Majores nostri de S. Herculano, ad diem primum Martii, secuti in nonnullis opinionem hodiernam Perusinorum de duobus suæ civitatis episcopis & martyribus ejusdem nominis: quos serio probari argumentis idoneis opto. Interea subtimide tunc locuti sunt, non habentes ad manum, unde veriora docerentur. Hinc dabuntur Acta S. Herculani sic præloquuntur:* Reperimus in antiquo legendario Ms. *monasterii S. Petri Perusiæ,* vitam S. Herculani, quam hîc damus. Sed lectorem monemus, quæ de Juliano apostata sub initium narrantur, plane F
fabulosa esse: & quæ de Sociis adduntur (*illis nempe duodecim, de quibus hîc nobis præcipue sermo est*) passim jam à recentioribus referri ad Herculanum primum, quem dicunt sub Domitiano passum; quæ simul, *initio sequentis vitæ,* comprehenduntur: reliqua ad S. Herculanum, sub Totila passum, securius referri possunt. Præterea præscribebatur lectio prioris partis, pro die translationis; at posterioris, pro die decollationis S. Herculani.

ut ipsi censent, & vere, sunt initio fabulosa,

22 *Incipit illa vita (& initio sui se prodit, ex Actis* XII *Sociorum desumptam esse)* Temporibus Juliani apostatæ sævissimi imperatoris, S. Herculanus natione Syrus, cum undecim suis consanguineis divina dispositione de Syriæ partibus Romam venit. *Tum nomina Sociorum undecim eadem, quæ in citatis* XII *Sociorum Actis leguntur, annumerat: gestaque Anastasii, Eutychii, Brictii & Proculi, ut ibidem, & iisdem sæpe verbis, prosequitur. Deinde ad Herculanum deflectens, quem ait,* à S. Brictio metropolitano Spoletanæ Sedis, Perusinæ civitatis episcopum fuisse consecratum, *alia quædam ejus gesta, quæ*

de

A *de quovis episcopo prædicari possunt, subjungit; & continuo adducit quæ de Herculano scripsit S. Gregorius in Dialogis, præterquam quod adjiciatur miraculum in puero, qui Herculano consepultus fuerat & vermibus scatebat, post dies quadraginta (alii tempus illud multo longius extendunt) à mortuis resuscitato; de quo tacet Gregorius, & silentio suo facit, ut factum non credibile videatur.*

De translatione corporis. 23 *Denique mentio fit in iisdem Actis de translatione S. Herculani, è priori sepultura in civitatem Perusinam facta sub episcopo Rogerio, qui apud Ughellum creditur seculo decimo præfuisse. Ex quo tantum observo, post illud tempus Acta ista fuisse consarcinata; & fortasse diu post, quia is qui Acta scripsit, fatetur*, diem translationis, *quæ tamen solennissime cum consensu & concursu* cleri & populi universi *facta fuerat*, multis temporibus ignotum fuisse: *& ex revelatione*, Kalendas Martii *assumptas esse ad celebrandum solenniter quotannis dictam translationem. Longius quoque tempus indicant verba quæ sequuntur, Sanctum nempe*, non solum in die suæ translationis, ut dictum est, sed etiam usque ad hodiernum diem, multa & magna miracula suis sanB ctis meritis, evidenter ostendere. *Illud*, usque ad hodiernum diem, *potest valde longum tempus à translatione denotare.*

Acta alia S. Herculani ex codice Spoletino 24 *Atque hæc satis hîc de Actis istis S. Herculani, quæ impressa sunt quidem à prædecessoribus nostris die prima Martii, ubi integra legi possunt; sed ipsis non probata, nec satis tamen improbata; quia tunc ipsis defuerunt scripta, quæ hîc in Actis* XII *Sociorum & alibi produximus. Alia ejusdem S. Herculani Acta nunc habeo, ex Passionario ecclesiæ Spoletinæ tomo 2 pag. 173 descripta, quæ incipiunt:* Undecim fratribus, qui de partibus Syriæ venerunt ad urbem Romam sub Juliano imperatore, *& cetera fere ut in Actis* XII *Sociorum, quod ad substantiam spectat, quorum etiam nomina enumerantur. De Herculano deinde vix aliud refertur singulare, quam quod habet S. Gregorius; atque adeo à temporibus Juliani apostatæ & seculo quarto, statim transmittit S. Herculanum suum scriptor ad Totilam & seculum sextum.*

cum duobus miraculis. 25 *Adjungunt eadem Acta ecclesiæ Spoletinæ duo miracula per intercessionem S. Herculani patrata, quorum primum dicitur contigisse* anno millesimo centesimo nono. *Ut & hinc discas, post annum illum ista fuisse conscripta. Primum hoc miraculum, cum oratoria præfatione jam habes impressum totidem verbis sæpe citato die primo Martii ex Legendario Ms. ecclesiæ Urbevetanæ. Secundum hîc dabimus ex indicato Passionario Spoletino (quod tamen moneo, nobis inde satis vitiosè descriptum esse, ut siquid hîc aliter quam in codice scriptum comperiatur, id librario condonetur.) postquam præmiserimus Acta, quæ extant apud S. Gregorium & sola fidem merentur. Dabo autem hæc Acta ex editione operum S. Gregorii anno 1586 Parisiis curata, quam ad manum habeo.*

Tres apud Jacobillum Herculani, 26 *Sed antequam manum hac tollam de tabula, monere debeo lectorem, quid Jacobillus commentetur de S. Herculano, è Syria in Umbriam advena. Ex uno tres facit, & ex illis duos facit episcopos Perusinos ac martyres; idque ex unis* XII *Sanctorum Actis, in quæ varii scriptores non antiqui varia & maxime diversa commentati sunt; aliis Herculanum, in Actis nominatum, referentibus ad seculum Christi primum, aliis ad tertium, aliis ad sextum. Quæ tempora cum uni homini convenire non possint, satius visum est Jacobillo, unum Herculanum distrahere in tres, & singulos singulis seculis jam indicatis attribuere. Itaque tomo suo* 1 *pag.* 679 *ponit* S. Herculanum martyrem, primum *istius nominis* Perusiæ episcopum seculo I; *martyrio affectum* die VII Novembris. *At hunc alium non agnoscunt Ughellus & Campellus, quam qui cum Anastasio & Bricllo inter* XII *Socios numeratur: & dies martyrii* VII Novembris, *ex consensu Martyrologiorum proprius est S. Herculano episcopo Perusino sub Totila rege Gothorum.*

AUCTORE C. J.

27 *Tomo 2 pag.* 49 *ponit alterum* S. Herculanum, cum sociis Laurentio, Teudilla & Isaac, *& quales.* è Syria, martyrem Spoleti: qui ductu Anastasii *venerunt* Romam *tempore* Gaii Papæ, *sub finem seculi* III. *Tum gesta illorum describit ex Actis* XII *Sociorum. At in Actis illis nullus notus est Herculanus, quam qui ibidem legitur vixisse & passus esse sub Totila, episcopus Perusinus, de quo & Gregorius in Dialogis. Igitur, ut Acta Sociorum* XII *proba essent, necdum ex illis probari posset, exstitisse in rerum natura Herculanum hunc Spoleti martyrem. De tertio suo Herculano* E *sancto ait Jacobillus tomo* I, *pag.* 294, *ipsum fuisse*, secundum istius nominis episcopum & martyrem Perusiæ, *itidem* è Syria *advectum*, *sed* tempore Anastasii imperatoris, *qui seculo* VI *incunte imperavit. Et hic verè episcopus ac martyr Perusiæ fuit, ejusque Acta sunt, quæ majores nostri die* I *Martii ediderunt, partim sumpta ex Actis* XII *Sociorum cum eorumdem absona chronologia & multiplicibus erratis; partim è Dialogis S. Gregorii; in quibus nihil chronologicè verum est, quam quod consentiant, martyrium contigisse sub Totila rege. Acta dicunt, Herculanum hunc venisse è Syria in comitatu* XII *Sociorum: Jacobillus ipsum adducit in comitatu imaginario Sociorum trecentorum. Ait idem, martyrium subiisse die* I *Martii. Omitto alia, quæ monstrare possint, quam parum verosimilia, si non & contraria, subinde in chartam mittat scriptor ille, oblitus sui.*

ACTA

S. Herculani Episcopi Perusini & Martyris, sub Rege Gothorum Totila anno DXLIX passi. F

Acta quidem è S. Gregorii Dialogis: miraculum vero, à coævo descriptum, è Passionario Spoletino Ms.

Herculanus è monasterio assumptus episcopus NUper Floridus venerabilis vir vitæ, episcopus, narravit quoddam memorabile valde miraculum, dicens: Vir sanctissimus Herculanus, nutritor meus, Perusinæ civitatis episcopus fuit, ex conversatione monasterii ad sacerdotalis ordinis gratiam deductus. Totilæ autem perfidi regis temporibus eamdem urbem annis septem continuis Gothorum exercitus obsedit; ex qua multi civium fugerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo, nondum finito, obsessam urbem Gothorum exercitus intravit. Tunc

AUCTORE C. J.

comes qui eidem exercitui præerat, ad regem Totilam nuntios misit, exquirens, quid de

fit martyr abscisso capite,

episcopo vel populo fieri juberet: cui ille præcepit, dicens; Episcopo prius à vertice capitis usque ad calcaneum, corrigiam tolle, & tunc caput ejus amputa: omnem vero populum, qui illic inventus est, gladio extingue. Tunc idem comes venerabilem virum Herculanum episcopum, super urbis murum deductum, capite truncavit, ejusque cutem, jam mortui, à vertice usque ad calcaneum incidit, ut ex ejus corpore corrigia sublata videretur: moxque corpus illius extra murum projecit.

quod post dies 40 corpori restitutum,

2 Tunc quidam, humanitatis pietate compulsi, abscissum caput cervici apponentes, cum uno parvulo infante, qui illic extinctus inventus est, juxta murum corpus episcopi sepulturæ tradiderunt. Cumque post eamdem cædem die quadragesimo rex Totila jussisset, ut cives urbis illius, qui quolibet dispersi essent, ad eam sine aliqua trepidatione remearent; hi qui prius fame fugerant, vivendi licentiâ acceptâ, reversi sunt. Sed cives [qui] vitæ eorum episcopi fuerant memores, ubi sepultum esset corpus

B

illius quæsiverunt, ut hoc juxta honorem debitum in ecclesia beati Petri Apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulcrum, effossâ terrâ, invenerunt corpus pueri pariter humati, utpote jam die quadragesimo, tabe corruptum & vermibus plenum; corpus vero epi-

sine læsione inventum.

scopi, acsi die eodem esse sepulsum: & quod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita caput ejus unitum fuerat corpori, acsi nequaquam fuerat abscissum, sic videlicet, ut nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc & in terga verterent, exquirentes, si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset; ita sanum atque intemeratum omne corpus inventum est, acsi nulla hoc incisio ferri tetigisset. *Hæc Gregorius. Sequitur miraculum, quod promisimus ex codice Mſs. Spoletino.*

Mulier surda, cæca, muta

3 Quod B. Herculanus mamillam, ut dictum est, sanavit mulieris, satis fuit mirabile: sed longe fuit mirabilius, cum cuidam mulieri alteri reddidit visum, auditum, loquelam & gressum alio tempore, quæ ipsa ore suo mihi retulit; quomodo quantoque tempore membrorum officia perdiderat; & qualiter per virtutem S. Herculani auditum, visum, loque-

C

lam & gressum recuperaverat. Ait enim, se fuisse ægrotam unum annum continuum, antequam cæca, surda, muta, attracta fieret. Sed dum ipsa matre absente, ægrota quadam die, sole occidente, maneret in domo sola, quædam mulier terribilis, cum specie cana, ad eam venit, atque perterrens, in ignem semivivam projecit: quæ dum in igne jaceret, mater rediens deforis, intro advenit.

& toto corpore contracta,

4 Inveniens vero sic filiam jacêre, materno affectu cœpit stridere: sed postquam pannos tantum, non carnem filiæ læsam vidit ab igne, aliquantulum consolata, comprehensis extimis pannis, portavit eam quasi exanimem ad lectum; sicque à phantasmate percussa & exterrita, perdidit auditum, visum, & est facta muta, atque ita est curvata & contracta, ut pectus non valeret erigere, nec caput versus cælum levare; sed glomerata, inter crura deferebat caput, & terratenus ora. . . submitti vas, ubi bibebat & comedebat tamquam fera. Quod monstrum nemini credibile, nisi his qui videre eam. D

monita adire S. Herculanum Perusiæ,

5 Quia visi sunt alii homines cum distortis & diminutis ac superfluis contractisque membris, nullus tamen meminit aut audivit in hoc tale monstrum, quale erat factum de illa femina: quæ non expectans ullius medicamentis hominis medicinam, cœpit implorare Sanctorum præsidia per quatuor annos, sancti Claudii aliorumque Sanctorum, quos audiverat fecisse miracula, expectans merita; nulla tamen consequebatur salutis remedia. Tandem per vigilem edocta, ut ad memoriam S. Herculani venire laboraret, & ab eo salutem flagitaret, Perusiam ad corpus S. Herculani venire cœpit, & per annum unum faciens iter, quod tribus diebus ab alio posset perfici, vix pervenit.

E

post moram hebdomadum 4, ibi actam,

6 O beate Herculane! Ecce monstrum servatum ad honorem tuum, in quo alii Sancti non sunt operati, ut sic ostendas virtutem tuam; & illos, qui prius erant increduli, virtutum tuarum viso miraculo, de eo tandem pudeat dubitationum suarum. O Herculane, præsul dignissime & martyr Christi sanctissime! Non statim cum venit mulier ad tuam sanctitatem, eam extendisti, sed ipsam ire per civitatem, ut videretur & cognosceretur ab hominibus, per quatuor hebdomadas voluisti; quatenus Perusini te tantæ virtutis patronum cognoscentes, tuique sanctissimi corporis thesaurum in sua patria habentes, postquam indubitanter viderent te tanti meriti, ut, quod erat incredibile, sanare monstruosam mulierem esset tibi possibile, te venerarentur, & à malis moribus emendarentur.

integre curatur.

7 Post quatuor igitur hebdomadas, quibus monstruose contracta femina eundo, quod non poterat, per civitatem, morata fuerat; die Mercurii valde [mane] dum erat ante ostium . . . . Tunc cœpit oscitare & extendere aliquantulum compressa membra more febricitantium. Tunc virtus S. Herculani fecit suum

F

miraculum. Tanta enim vi membra extendebantur, quod nervi frangi videbantur mulieri: & tamquam frangerentur, stridebat mulier: etiam quasi fractura ossium longe audiebatur. Statim itaque femina in pristinum restituta statum, recta cælum vidit; & quæ prius erat surda, audivit; & membris extensis laudans Dominum, sana cœpit abire. O increduli! qui hoc esse futurum diffidebatis, nec posse fieri credebatis; & quia videbatur impossibile, multa pro Deo vos facturos, vovebatis, si hoc fieret.

NOTA, *quod duobus hîc locis, ubi signata sunt puncta . . . . monebat Librarius, primo loco deesse* versum unum, *altero autem*, duos.

CAPUT

A

AUCTORE C. J.

CAPUT VII.

DE SS. CARPOPHORO PRESBYTERO ET ABUNDIO DIACONO, E NUMERO XII SOCIORUM,

MARTYRIBUS SPOLETI IN UMBRIA.

§ I. *Utrum unus, an duo SS. Carpophori presbyteri martyres in Umbria.*

DE hiſce duobus ſanctis Carpophoro & Abundio multa memorantur in præmiſſis XII Sociorum Actis, & ex illis apud Mombritium. Inter alia, quod ſub Diocletiano Imp. à Judice Martiano Spoleti in Umbria propter prædicationem fidei detenti fuerint; quod ora eorum lapidibus contuſa; quod corpora in equuleo ſuſpenſa & laniata; quod capita gladio amputata: quæ in vetuſtis Martyrologiis fundata ſunt & eatenus credibilia. Vetus quippe Romanum, ſeculo VIII ſcriptum atque à Roſweydo editum, ſic annuntiat die X Decembris: Spoleti, Carpophori presbyteri & Abundii diaconi. *Nota, in hoc vetuſtiore ceteris Martyrologio, Sanctos adſcribi* Spoleto.

B *Memoria in Faſtis antiquis,*

2 *Ado, qui proximus tempore ſecutus eſt citati Martyrologii auctorem, amplum texuit elogium ad eumdem diem X Decembris, ſed minus diſtinctè expreſſit palæſtram martyrii, his verbis:* Apud Hiſpolitanam civitatem, ſanctorum martyrum Carpophori presbyteri & Abundii diaconi, qui perſecutione Diocletiani ſub Judice Martiano in confeſſione Chriſti, primo fuſtibus crudeliſſimè cæſi, deinde in carcerem, negato cibo & potu, retruſi; unde per angelum educti, & verbum Dei prædicantes, iterum tenti, & ora ipſorum lapidibus contuſa ſunt, rurſumque equuleo torti, & poſt hæc carcere diu macerati, noviſſimè gladio percuſſi ſunt. *in Adone*

C *& Uſuardo.*

3 *Uſuardus Adonem contraxit, & palæſtram eodem modo expreſſit:* Apud civitatem Hiſpolitanam, ſanctorum martyrum Carpophori presbyteri & Abundii diaconi, qui perſecutione Diocletiani primo fuſtibus crudeliſſimè cæſi, deinde in carcerem negato cibo & potu retruſi, rurſum equuleo torti, & poſt hæc diu in carcere macerati, noviſſimè ſunt gladio percuſſi. *Rabanus, qui palæſtram prætermiſit, hæc tantum habet, ſcriptis corruptè nominibus:* Sancti Habundi & Carpofoli martyrum. *Notkerus nihil habet: nihil quoque Beda in genuino Martyrologio ſuo; quamvis in edito typis Plantinianis anno 1564 & nonnullis Mss. recentioribus legatur X Decembris:* Apud Hiſpalim civitatem, ſanctorum Carpophori presbyteri & Abundii diaconi, *cum reliquo Adonis elogio. Et hæc omnia antiquiora Martyrologia, præter unum Carpophorum, Abundii Socium, non noverunt alium ſanctum ejuſdem nominis in Umbria.*

Alter Carpophorus

4 *Alium invenerunt Jacobillus & aliquot ſcriptores ſeculi proxime elapſi, qui magis intenderunt augere numerum Sanctorum ſuorum, quam probare illorum cultum antiquum & veram originis geſtorumque hiſtoriam. Agimus hîc de S. Carpophoro presbytero martyre, qui fuit ſocius S. Abundii, tempore Diocletiani Imp. paſſo Spoleti, & cultum ejus antiquum jam probavimus ex Martyrologiis. Alius illi nunc additur Carpophorus ſanctus, qui non ſit Socius S. Abundii; quique non vixerit ſub Diocletiano, ſed ſeculo demum ſexto martyrium ſuſtinuerit ſub rege Gothorum Totila Peruſii in eadem Umbria. Requiro ego Martyrologia, que de illo meminerint; nulla reperio. Conſulamus igitur Jacobillum, qui inter poſtremos ſcriptores ex inſtituto de ſanctis Umbriæ tractat, num quod argumentum ſanctitatis ejus atque diſtinctionis habeat.* martyr Peruſiæ;

E

5 *Is de noſtro S. Carpophoro presbytero & S. Abundio diacono martyribus, antiquitus notis & cultis, agit tomo 3, pro die X Decembris. At tomo 1, pro die VI Januarii, proponit alium S. Carpophorum, ſub hoc titulo:* Vita S. Carpophori, ſecundi iſtius nominis, martyris Peruſiæ. *Scribit porro in vita iſta, hunc Carpophorum ſuum ſimiliter è Syria, ſed in comitatu hominum trecentorum, è civitatibus Cæſarea & Laodicea, veniſſe Romam atque inde in Umbriam Euangelii prædicandi cauſa, ſub Hormiſda pontifice Romano & Anaſtaſio imperatore, circiter annum ſalutis humanæ 516; ſive ut alii (pergit Jacobillus) ſcriptores tradunt, tempore Joannis Papæ II, Juſtiniani imperatoris, ac Theodorici Oſtrogothorum regis. Ita quidem hæc definit ille: attamen Theodoricum nominat loco non ſuo, utpote ante annum aſſignatum jam octennio defunctum.* ejus geſta à Jacobillo

E

6 *Aſſerit deinde, Carpophorum ſuum inter Socios natu maximum & patris loco fuiſſe, cujus præcipue hortatu Maurus quidam cum filiolo ſuo Felice ſe ipſis adjunxit: omnes autem ſimul mare ingreſſi, ortam tempeſtatem orationibus ſuis ſedantes, nautarum turbam gentilium Chriſto lucrati ſunt. Tum in horum & aliorum factorum, quæ omnibus fere communia ſunt Sociis, confirmationem citat Jacobillus in margine vitam jam dictorum Mauri & Felicis; vitam & lectiones impreſſas S. Herculani ſecundi, epiſcopi Peruſini; vitam quoque S. Laurentii epiſcopi Spoletini; ac tandem aliquid, quod Carpophoro ſuo proprium ſit, nulla tamen auctoritate allegatâ, ſubjungit, in eo conſiſtens; quod Carpophorus, à Pontifice Romano initiatus presbyter ſit, quod cum Herculano II ſe Peruſiam contulerit, ibique operam dederit concionibus: Herculano autem monaſterium S. Petri prope Peruſiam ingreſſo, ut ibi Deo liberius vacaret; ipſe Carpophorus, in inſtituto ſuo perſeverans;* ex aliis, parum fidis ſcriptis, collecta;

AUCTORE C. J.

rans, ab hæreticis occisus est die VI *Januarii anno* 546. *Multa hic auctoritates quidem, sed exiguæ fidei in rebus antiquis, tam distincte narratis à Jacobillo.*

nempe ex vita S. Mauri,

7 *Vita sanctorum Mauri & Felicis edita quidem est ab Henschenio ad diem* XVI *Junii, subsimidò tamen de veritate Historiæ. Hinc initium ejus sic impressum dedit* (Sanctus Maurus.... antequam ex Syriæ civitate, nomine Cæsarea, discederet.) *monetque paulo pòst, quod ubi puncta notata sunt, legebatur*, cum Sociis trecentis, *videlicet è Syria venisse Maurum.* Quem numerum, *inquit*, aliquantum suspectum, ne in limine lector offenderetur, omisimus. *Idem alibi similiter monuit Bollandus, in S. Laurentio Illuminatore, ad diem* III *Februarii. Utinam aliquis certiora doceat, tam de numero hoc trecentorum, quam de alio, duodecim Sociorum, ac de tempore determinato, quo è Syria advenerint! Idem Henschenius totam narrationem de contagioso dracone, à S. Mauro mirabiliter quæsito & occiso, cujus* pedum fere nonaginta erat mensura, *suspectam habuit: sed & habuit Ferrarius, & Jacobillus ipse, dum non ausi, tantam serpentis mensuram; quam in monumentis Mss. ecclesiæ Spoletinæ legebant, credere; illam in suis scriptis, hic quidem contraxit ad pedes* novem, *iste vero ad* quinque.

B

quæ est exiguæ auctoritatis,

8 *Stultum quoque est exordium vitæ pro seculo Christi sexto, quando dicuntur trecenti Socii navigationem è Syria in Italiam suscepisse, ut ibi pro Christo martyres fierent, tribus fere seculis postquam persecutiones gentilium in Italia cessaverant. Et magis stultum foret, si, quod de iisdem Sociis scribit Jacobillus in suo S. Laurentio Illuminatore, tomo* I *pag.* 191, *verum est, ipsos è Syria fugisse propter crudelem persecutionem, quam ibi Severus metropolita Antiochenus, hæreseos Arianæ sectator, & Anastasius Imperator, movebant in veros Christianos. Nempe fugiebant martyrium, quod desiderabant, atque in patria offerebatur, ut martyrium quærerent in Italia, ubi ejus occasio, vix poterat tunc inveniri. Plura non dico de Vita S. Mauri, ex qua putavit Jacobillus, suum Carpophorum secundum posse confirmari: quod tantum abest, ut in ipsis S. Mauri Actis ne quidem nominetur* Carpophorus, *sed* Christophorus, *qui Maurum hortatus sit ad comitandum Socios in Italiam.*

C

uti & aliæ, quæ citantur vitæ.

9 *Vita & lectiones impressæ S. Herculani* II, *episcopi Perusini, à Jacobillo in subsidium citatæ, nihil habent, cui magis fidi possit: nihil item vita S. Laurentii episcopi Spoletini? Uterque Sanctus narratur in comitatu trecentorum è Syria venisse propter causas, quas supra de S. Mauro indicavi, atque adeo non majoris hîc efficacitatis, quam illic. Neque opus est illas pluribus hoc loco examinare, cum de Actis singulorum hoc ipso tractatu seorsim agamus. Quæ porro per se superaddidit Jacobillus absque auctoritate prisca, quod Carpophorus suus à Pontifice Romano (nomen Pontificis nullum indicat) presbyter ordinatus fuerit; quod S. Herculanum comitatus sit Perusiam; quod ibidem ab hæreticis die* VI *Januarii anno* 546 (*quando nulli Perusiæ hæretici prævalebant*) *occisus fuerit; non credam, nisi antiquior factorum veritas afferatur.*

Non potest Perusiæ ab Arianis an. 546 cæsus fuisse:

10 *Anno quoque* 546, *quo statuit Jacobillus Carpophorum suum Perusiæ ab hæreticis, utique Arianis, occisum esse, non potest ab illis occisus fuisse.* Ariani (*ait*) favente Theodorico rege, constituerant sibi in multis Italiæ civitatibus episcopos sectæ suæ: unde in illis existebant episcopi duo, alter Catholicus, alter Arianus. *Pace Jacobilli; ut id ostendi forte possit factum alicubi in Italia, quod valde dubito (Ariani enim primùm ibi sæviebant in episcopos Catholicos ac plures occiderunt) certe factum non fuit Perusiæ, ubi anno* 546 *nullus episcopus Arianus fuit, nec fortasse ullus homo istius sectæ. Illo quippe anno Perusia adhuc sub Imperatoribus Romanis, Præfecto urbis Cypriano, constituta, eatenus à Gothis Arianis numquam fuerat expugnata.* D

nec in ullo martyrologio notus est.

11 *Nulla quoque hujus Carpophori meminerunt martyrologia, seu antiqua, seu nova: nullus Ferrarius tam in Catalogo Sanctorum Italiæ, quam in Generali, imo nec ipse Jacobillus ullam distincte profert auctoritatem, qua doceat, hunc Carpophorum suum, à Carpophoro, Abundii Socio, diversum esse; aut venisse è Syria in Umbriam; aut ibi vixisse, aut martyrio coronatum fuisse.*

§ II. Utrum in Umbria, an in Hispania, vixerint mortuique sint, sancti Carpophorus & Abundius, nec non Brictius. E

PARS PRIMA.

Dubitatio Baronii, utrum hi sancti Italiæ an Hispaniæ adscribi debeant.

HOsce tres Sanctos, *qui inter* XII *Socios Syros numerantur, & gesta sua singularia in eorum Actis habent, toto nisi vendicant patriæ suæ scriptores Hispani: atque ita sibi vendicare duos priores, Carpophorum atque Abundium, visi sunt Baronio, ut in Martyrologio Romano locus certaminis eorum, qui in editione ejus Antverpiensi anni* 1586 *notatur* Spoletum, *deinde omissus sit; atque ipse in notis postea superadditis, pronuntiet, suum non esse, expensis scriptorum utriusque partis (nempe Spoletinorum ac Hispanorum) momentis definire*, quorum potiora sint jura, & quibus causa sit adjudicanda. *Multo minus id meum est, hæc scribentis, decidere. Tentabo nihilominus (quid enim tentasse nocebit?) an è thesauro supellectilis nostræ litterariæ, & studio singulari, aliquid momenti majoris alterutri parti possim adjicere.*

F

Decisio eruitur è martyrologiis.

13 *Decisio litis fere pendebit à Martyrologiis vetustioribus, eorumque vera, quod ad palæstram spectat, lectione. Illorum textus, quatenus de Brictio agunt, jam dedimus cap.* 3; *quatenus vero de Carpophoro & Abundio,* § 1 *hujus ipsius capitis. Nonnulla tamen distinctius hîc repetenda sunt. Vetus Martyrologium Romanum, à Rosweydo editum, primum est antiquitate temporis, quod prædictorum trium Sanctorum, & loci depositionis aut martyrii eorum, meminit; Brictii quidem* VIII *Idus Julii sic:* Meralana civitate, Brictii episcopi. *Aliorum vero duorum,* IV *Idus Decembris his verbis*: Spoleti, Carpophori Presbyteri & Abundii Diaconi. Spoleti, *inquit. Nec dubitari potest, quin totidem apicibus vox illa legatur in codice Ms. antiquo, unde suam editionem curavit Rosweidus; præfatus, se* operam dedisse, ut quam maxima fide *ederentur* omnia.

Beda genuinus de illis nihil habet.

14 *Beda, quamvis citetur à Baronio è Martyrologio ejus impresso, & citari quoque possit ex aliquot Mss. codicibus minus antiquis; in genuino tamen suo non habet Carpophorum atque Abundium, neque*

A *neque etiam Brictium. Desunt quoque illi in Auctario Bedæ, tum quod Florus Martyrologio ejus primus addidit, tum quod post Florum addidere alii. Quamobrem impressa Bedæ Martyrologia pro determinanda palæstra martyrii SS. Carpophori & Abundii, nihil obtinent. Usuardi vero Martyrologium, excusum Coloniæ anno* 1515 *&* 1521; *item editum à Molano Lovanii* 1573, *& Antverpiæ* 1583; *nec non Adonis à Rosweydo publicatum*, x *Decembris, legunt*; Apud civitatem Hispolitanam, sanctorum martyrum Carpophori presbyteri & Abundii diaconi.

Hispolitana civitas Usuardi,

15 *Verum quæ illa civitas* Hispolitana? *Utriusque Martyrologii editores, Molanus, inquam, & Rosweydus, additâ ad τὸ* Hispolitanam *notulâ, corrigunt in margine, scribuntque* Spoletanam; *indicantes, vel alibi ita legi, vel hîc ita legendum esse. Quemadmodum etiam legitur in Usuardo Francofurtensi Ms. qui nunc apud Carmelitas Coloniæ Agrippinæ servatur, perantiquo:* Apud Spoletum, Natale sanctorum martyrum, Carpophori presbyteri *&c. Galesinius quoque, quamvis recentior, in suo Martyrologio scribit,* Spoleti *passos esse: & in Notationibus observat, ambiguum esse ex Martyrologiorum scriptione, Spoletine an Hispali martyrium consummaverint. Tum ita loquitur*; Usuardus habet, apud civitatem Hispolitanam. Beda vero, apud Hispalim civitatem. Nos, Spoleti, scripsimus; ut plane legimus in Martyrologio Cremonensi, recte scripto, & in aliis manu exaratis codicibus. *Ita Galesinius.*

quæ aliis est Spoletana,

B

in omnibus Mss. passim codicibus legitur,

16 *Lubuit mihi hic etiam consulere sigillatim omnia, quæ penes nos sunt, Martyrologia Usuardi Mss. diversorum locorum; interque ea* Hispolitanam *habent civitatem codices Mss. plerique; primò Danico-Franciscanus*; 2 *Ultrajectinus*; 3 *Antverpiensis*; 4 *Remensis*; 5 *Hagenoyensis*; 6 *Pulsanensis*; 7 *Leidensis*; 8 *Albergensis*; *quibus accedat codex typis excusus Lubecæ anno* 1490, *& alius Parisiis impressus in folio anno* 1535, *nec non Martyrologium vetus Ms. Ordinis Prædicatorum. Unum tantum habemus codicem, estque Lovaniensis, in quo legitur* Hispalitanam *cum vocali prima loco tertiæ in secunda syllaba: quod quivis facile concedet in concursu tot Martyrologiorum aliter scriptorum, factum esse aut per incuriam librarii, aut ex ingenio scioli cujusdam, qui opinatus, Hispalensem civitatem hic intelligi debere, mutaverit* o *in* a. *Qui* Hispaniæ *aut* Hispali *Sanctos hosce expressius adscribendos putarint, pauciſſimi, & fere recentiores sunt; puta, Usuardus Bruxellensis & Centulensis, item Maurolycus & Beda impressus.*

C

aliquibus male sumpta pro Hispali.

17 *Quæri nunc potest, quæ civitas hic intelligenda sit per* Hispolitanam *Usuardi & Adonis. Certum, quod pauci posterioris ævi Martyrologi intellexerint civitatem* Hispalim, *in Hispania notissimam ad Bætim fluvium. At vero illam non intellexerunt ipsi Usuardus aut Ado: quia illi, quando de aliis istius civitatis sanctis agunt, simpliciter dicunt,* Hispali, *aut* civitate Hispali; *nusquam vero* Hispolitana. *Tum etiam observa (& observatione dignum est) quod quotiescumque civitatem nominant, in Hispania sitam, consueverint addere*, in Hispania, *vel* apud Hispaniam. *Exempla paulo post plura dabimus. Nunc pauca accipe. Ado die* XXVII *Februarii*; Apud Hispaniam civitate Hispali, S. Leandri episcopi: *Et* XIX *Julii*; Hispali apud Hispaniam, natalis SS. Justæ & Rufinæ. *Usuardus autem utroque die citato habet*; In Hispaniis civitate Hispali. *Et die* IV *Julii scribit, caput S. Lauriani è Biturigibus* Hispalim ad Hispanias deportatum fuisse. AUCTORE C. J.

Etymologia ejus incerta:

18 *De etymologia τῦ* Hispolitanum, *nolim disputare. Certum namque est, neque à* Spoleto, *neque ab* Hispali *civitatibus, rectâ formâ derivari.* Spolitanum *tamen à Spoleto Umbriæ, scribi à S. Gregorio, æque certum est. Nam in Dialogis ex editione Parisiensi anni* 1586, *lib.* 3 *cap.* 14, *iterato legitur de Spoleto*, urbs Spoletana. *In codice autem nostro Ms. satis antiquo, utroque cap. citato legitur pariformiter*, Spolitana. *Et hæc lectio in Actis quoque* XII *Sociorum & aliis singularibus inde desumptis, ubi de civitate Spoleto Umbriæ loquuntur, passim occurrit. Utrum eadem vox, etiam alteri civitati, puta Hispalensi, æque possit tribui, aliis elucidandum relinquo. Scio quidem, in ejusdem Gregorii Dialogis lib.* 3 *cap.* 31, *ubi sermo est de S. Leandro episcopo Hispalensi, impressum esse*, Spolitanus epifcopus. *Sed lectionem talem probare nequeo, quia caret idoneæ auctoritate. Nec probaverit editor ipse, dum in margine apponit*, al. Hispalitanus. *Et ne hoc quidem probo, quia in Cod. nostro Ms. ibi legitur* Hispolitanus. *Ut facile videas, tam* Spolitanus, *quam* Hispolitanus, *nomina Spoleto Umbriæ propria, male à librariis Hispali Hispaniæ tributa esse.*

certior est dictio, Spolitana.

E

Conjectura de priori voce.

19 *Cur* Hispolitanum *pro* Spolitanum, *scripserint Martyrologi Ado & Usuardus, equidem non assequor: nisi forte jam tum, seculo* IX, *cœperint Itali nominibus à duplici consonante inchoatis, euphoniæ causa, præfigere litteram* i (*de aspiratione* h *laborandum non est*) *quemadmodum in sua lingua pridem facere consueverunt, scribentes, pro* Scherno, iscberno; *pro* Schifare, Ischifare; *pro* Spiegare, Ispiegare, *ita etiam scripserunt, pro* Spoleto *aut* Spolito, Ispoleto *&* Ispolito, *ac similiter pro* Spolitano, Ispolitano. *Quod & Martyrologi, latine scribentes, imitati sint.*

Carpophorus non fuit Episcopus.

20 *Citat Baronius in notis ad diem* x *Decembris, in favorem Hispalentium ex Vasæo, Breviarium Eborense. Sed Breviarium illud, hic nos morari non magis debet, quam lectiones ecclesiæ Spoletinæ. Antiquiora requirimus. Citat quoque Catalogum episcoporum Hispalensium, qui* Carpophorum habet episcopum & martyrem. *Quam auctoritatem putat*, omnibus aliis præstare. *Ita putaverit etiam Bivarius, dum hanc Baronii sententiam avide arripuit descripsitque, & continuo subjungit*, Quasi non purus presbyter, sed etiam episcopus. *Quis? Carpophorus Hispalensis? Ergo non fuit iste Carpophorus martyr Spoletinus; qui, testantibus Actis & Martyrologiis antiquis, nunquam episcopus fuit. Redeo ad Catalogum episcoporum Hispalensium. Qualis ille & quam antiquus est? & unde ei insertus S. Carpophorus martyr atque episcopus?*

F

sed tantum Presbyter,

21 *Paulus de Espinoza parte* 1 *Historiæ &c. 4. tiquitatum Hispalis, ibidem impressâ anno* 1627, *lib.* 2 *cap.* 8 *sic memorat:* Franciscus Pacheco, canonicus ecclesiæ Hispalensis concinnavit Catalogum Archiepiscoporum, qui huic civitati, patriæ ipsius ac meæ, præfuerunt, collectum è multis historiis ac n. numentis antiquis, multisque conciliis. *Hic fortasse idem Catalogus est, de quo Baronius; quia hunc ipsum in auctore suo, qui seculo* XVI *floruit, sæpenumero citant, tam Gonzales de Avila, quam hic Paulus de Espinoza in suis episcor. Hispalensibus, nec citant antiquiorem, quod sa... Quod autem*

AUCTORE C. J.

ex Martyrologio Bedæ vulgato (quæ non antiqua auctoritas est) desumptus & Catalogo insertus sit S. Carpophorus, docet idem Paulus loco citato, idque, ut opinor, ex eodem Catalogo. Continuans quippe sermonem jam citatum, ita porro loquitur: Successit *Joanni in episcopatu*, ordine temporis, Carpophorus, qui martyrium subiit Hispali tempore Diocletiani & Maximiani (secundum Bedam) cum suo Diacono S. Abundio... Agit quoque de his Usuardus.

etiam à Beda.

22 *Verum enim vero neuter illorum facit Carpophorum suum*, episcopum: *ambo vocant martyrem & presbyterum tantum. Appellassent vero more suo episcopum, ac debuissent, exprimendo dignitatem præcipuam, si vere episcopus fuisset. Sed neque verum est (uti jam diximus) quod Beda Carpophorum faciat martyrem Hispalensem, qui nihil de ipso meminit in Martyrologio suo genuino, sed alii, qui longo post tempore Martyrologium ejus auxerunt, male interpretati* Hispolitanum *Usuardi, pro* Hispalense; *atque ideo scripserunt,* Apud Hispalim civitatem. *Quod pridem animadvertens Roswеydus, contra fidem antiquorum ita scriptum esse in Bedæ Martyrologio, anno* 1564 *impresso, quo ipse utebatur, & nos servamus, cancellatâ voce* Hispalim, *reposuit in margine manu propria,* Hispolitanam, *uti legerat, atque ipse ediderat in contextu sui Adonis, & in margine ibi interpretatus fuerat,* Spoletum.

B

Carpophorus sit Hispalensis, è recentibus tantum scriptis,

23 *Ex hoc igitur, sub nomine Bedæ impresso, aut alio simili Ms. exiguæ antiquitatis Martyrologio, male intellecto, prodiit Carpophorus Hispalensis; & præter horum ipsorum Martyrologorum nec non & Adonis, & Usuardi, & antiquorum omnium, fidem, factus est recenter episcopus; quod suo tempore nondum scivit Petrus de Natalibus in Catalogo, tam anno* 1493, *quam* 1514 *impresso; quamvis alioquin faveat Hispanis in assignando martyrii palæstram Hispalim, vel primus, vel ex aliquo Martyrologio Ms. Bedæ, ab aliis auctо. Ceterum quidquid de Carpophoro Hispalensi commentantur Hispani, & Beda vulgatus, & Petrus modo dictus, & Maurolycus & siqui sunt alii, fundatur in Actis Carpophori Spolitani seu Hispolitani, sive ut nunc usitatius Spoletini aut Spoletani; atque inde extraxerunt compendia sua æque ac Ado & Usuardus; nisi Adonem, tamquam primum compendiatorem, reliquis prototypi fuisse loco, malis dicere.*

C

ejusque gesta sumuntur.

24 *Utut id est; quem supra citavi & præ manibus habeo, Paulus de Espinoza ex Beda vulgato, & Usuardo & suis Hispanis istiusmodi texuit Synopsin cap.* 8 *allegato:* Dicunt *Auctores illi, ait, SS. Carpophorum atque Abundium* comprehensos fuisse (*temporibus Diocletiani & Maximiani, ut præmiserat*) à judice Martiano; qui jussit illos crudelissime virgis cædi & in carcerem compingi, addito præcepto, ne quid eis cibi aut potus præberetur, ut inedia perirent. Sed per Angelum divinitus educti fuerunt è carcere, atque postridie comparuerunt in foro, denuo prædicantes fidem Jesu Christi, exemplo sanctorum Apostolorum, qui suo tempore idem fecerunt Hierosolimis. Re intellectâ, exarsit gravissimâ irâ Martianus judex: & cupidus sumendi pro suo libitu vindictam in illa corporum parte, qua videbantur eum offendisse, videlicet ore, prædicando Christum; mandavit ora illorum ac dentes lapidibus contundi; tum in equuleo, quod gravissimum tormenti genus est, suspensos torqueri; ac postea gladio percuti die x Decembris.

D

PARS SECUNDA

DE BRICTIO PRÆCIPUE.

ex Actis 12 *Sociorum,*

EX *præmissis manifestissimum est, Acta non haberi alia pro Carpophoro Hispalensi, quam quæ dedimus supra, de Spoletino. Quod etiam aperte fatetur Bivarius in Commentario suo Dextrino, ad annum* 308 *pag.* 359. *sic scribens:* Multa de S. Britio, *seu Brictio*, reperies in Actis sanctorum Martyrum Hispalensium Carpophori & Abundii apud Mombritium tomo 1. *Antea quoque scripserat pag.* 319 : Aufert denique omnem dubitationem (*an videlicet Carpophorus & Abundius Hispali martyrio coronati sint*) quod in Actis eorumdem dicitur idem Judex Martianus multis plagis affeciisse eo tempore S. Bricium, Martulæ episcopum. Constat vero Martulam (quæ nunc Mertola dicitur) in Hispania esse, xxx leucas ab Hispali distantem, ut ad annum CCCVIII monstrabimus.

E

ex quibus constat Spoletinum esse, uti & Brictium;

26 *Primo igitur hinc certum sit, eadem esse Acta, quæ ab aliis Carpophoro & Abundio, Spoletinis; ab aliis, Hispalensibus tribuuntur. Deinde eadem Acta continent quoque gesta S. Brictii, deque eo agunt pluribus. Tertio constat Commentatori, Martulam, sedem Brictii episcopalem, in Hispania esse leucis triginta ab Hispali: ex quo concludi certò, putat; etiam Carpophorum in Hispania & Hispali vixisse ac casum esse: quia de utroque in eisdem agitur Actis. Ego vero contrariam inde facio conclusionem. Monstravimus, quod Carpophorus Spoletinus ad Hispaniam referri non possit: unde sequitur, neque posse eò referri Brictium, cum Carpophoro in eisdem Actis conjunctum; neque sedem ejus episcopalem in Hispania quæri debere, sed prope Spoletum in Italia. Concludo item, nisi commonstrent Hispani, alios quoque novem Socios duodenariæ turbæ, in iisdem Actis commemoratos, apud se vixisse & pro sanctis coli (quod hactenus non præstiterunt) non posse ipsos ad se referre aut Brictium, aut Carpophorum, aut Abundium. Omnes quippe dicuntur simul venisse è Syria, simul appulisse Romam, simul concessisse in Umbriam Euangelii prædicandi causa, ibique mortuos esse. De nullo autem fit mentio, quod in Hispaniam, nedum Hispalim profectus fuerit.*

F

quamvis hic quoque adscribatur Hispaniæ,

27 *Videamus tamen, quid de Brictio commentetur Scholiastes Bivarius in gratiam sui Flavii Lucii Dextri, supposititii dicam scriptoris, an impostoris? Argumentum addicendi eum Hispaniæ, vel unicum, vel præcipuum, sumit ex civitate Martula, cujus episcopum facit Brictium, quamvis eum Dexter appellet* episcopum Eborensem. *Sed ubi terrarum sita est Martula?* In Hispania, *inquit pag.* 359. Et non longe ab Hispali esse, satis ex Actis SS. Carpophori & Abundii deducitur, qui sub eodem Martiano judice apud Hispalim passi sunt. *Id jam negavimus ac refutavimus. Pergit vero*: Martula, quæ nunc Mertula (*supra dixit* Mertola) in Lusitaniæ finibus, ad confluentem Annæ fluminis sita est.... olim à Plinio & Ptolemæo, Myrtilis, seu Julia Myrtilis, dicta.

quia Martulam, ubi vixit, in Hispania esse, scribit Dexter.

28 *Quæro, quando Myrtilis, seu Julia Myrtilis, antiqua appellatio mutari cœperit in Martula aut Mertola, uti nunc appellari dicitur. An seculo Christi quarto ineunte? Quando floruit Eusebius Cæsariensis episcopus, ex quo innuit aut fingit*

A *git Pseudodexter, se sua, quæ de S. Brictio & Martula civitate scribit, sumpsisse: an illo seculo excunte? Quando verus Flavius Lucius Dexter, Prætorii Præfectus, floruit cum S. Hieronymo, qui suum illi de scriptoribus Ecclesiasticis librum dedicavit anno 392. Neutrum credo. Tunc enim Romani adhuc in Bætica Hispaniæ dominabantur, inde non nisi anno 420 aut 422 à Vandalis expulsi. Uti autem ab his provincia Bætica*, Vandalitia, *& paulatim* Andaluzia, *nominari cœpit: ita diu post, antiquum nomen* Myrtilis *seu* Julia Myrtilis *in* Mertula *seu* Mertola *transierit. Quid hinc concludas? Id primùm, quod neque Eusebius, neque verus Dexter potuerint noviſſe, nedum scribere* Martulam *ſive* Mertolam. *Secundum, quod homo ille, qui scripsit in suo Flavii Lucii Dextri chronico, videlicet Pseudo-dexter; S. Brictium* civitate Martula in Lusitania *diem suum obiisse, impostorem esse, qui recenter mentitus est, verum & antiquum Dextrum, Prætorii Præfectum, in scriptis suis nominasse civitatem Martulam in Lusitania, quæ vivente illo, in Lusitania & totis Hispaniis nulla tunc fuit sub tali nomine.*

B 29 Martulæ *aut* civitatis Martulanæ *primam reperio mentionem fieri apud Martyrologos, qui seculo* VIII *&* IX *scripsere; & sitam fuisse in Italia, vel ex apocryphis* XII *Sociorum Actis colligere est consideranti, omnes illic Socios Italiæ adscribi, atque alios Spoleti, alios Perusiæ, alios Martulæ, alios Carsulis consedisse, utique in Italia & fere in Umbria. Nullus certe Martyrologus civitates illas in Lusitania aut Hispania collocat. Id quod etiam inde concluditur, quia nullus in annuntiatione S. Brictii dicit, Martulam* in Hispania *sitam esse. Illud enim uti jam notare cœpimus in more positum habent Martyrologi, imprimis Ado & Usuardus, ut palæstris Sanctorum & locis, ubi vixerunt aut mortui sunt, in* Hispania *sitis, id ipsum claris verbis exprimant, dicendo:* Hispali apud Hispaniam. In Hispaniis civitate Hispali.

Martula à Martyrologis non ponitur in Hispania,

30 *Sic Ado, die* XXV *Julii.* In Hispaniis civitate Barcinona. VI *Augusti*, In Hispaniis civitate Compluto. I *ejusdem*, In Hispaniis civitate Gerunda. XV *Aprilis*, In Hispaniis civitate Cæsarauguſta. XXI *Januarii*, In Hispaniis civitate Tarracona. XXVII *Octobris*, In Hispaniis Abela civitate. *Item* XXIV *Julii, atque iterum* X *Decembris*, Apud Emeritam Hispaniæ civitatem. XIX *Aprilis*, Caucoliberi Hispaniæ. XXVII *Junii*, Cordubæ in Hispaniis. XVII *Novembris*, civitate Corduba in Hispaniis. *Quibus exemplis abunde declaratur modus loquendi Martyrologorum, ubi agunt de civitatibus Hispaniæ. Quidni igitur etiam scripsissent*, Matulæ apud Hispaniam; *aut*, In Hispaniis civitate Martula, *aut quid simile; si putassent, civitatem illam in Hispania esse?*

quia non addunt, more suo, in Hispaniis:

C

31 *Ex eodem argumento conficias, palæstram prædictorum martyrum Carpophori presbyteri & Abundii diaconi*, apud civitatem Hispolitanam *passorum, in Hispania quarendam non esse; quia non additur à Martyrologis*, in Hispania. *Neque etiam potest civitas Hispolitana accipi pro* civitas Hispali *aut* Hispalensis. *Patet ex Martyrologio Usuardi die* X *Decembris, ubi primam annuntiationem de SS. Carpophoro & Abundio sic orditur*; Apud civitatem Hispolitanam . . . *& continuo secundam de S. Eulalia virgine martyre, sic*; In Hispania civitate Emerita . . . . *tertiam vero de S. Julia convirginali S. Eulaliæ, hoc modo*; Eodem die apud præfatam urbem (*videlicet* Emeritam in Hispania) S. Juliæ *&c. Si Usuardus hîc, per*

uti nec addunt, ad civitatem Hispolitanam.

civitatem Hispolitanam *intelligeret* Hispalenſem in Hispania; *utique non distinxisset ab illa, in sequenti annuntiatione, civitatem* Cordubam *per* in Hispania: *sed potius in prima scripsisset*, Apud civitatem Hispolitanam in Hispania: *& sequentem annuntiationem orsus fuisset per* Ibidem, *aut* in eodem regno, civitate Emerita, *passio S. Eulaliæ: quemadmodum in tertia annuntiatione dicit*; Eodem die *&* apud præfatam urbem. *Hæc mihi quidem manifeste significant, Usuardum de situ civitatis Hispolitanæ in Hispania ne cogitasse quidem.* AUCTORE C. J.

32 *Observaverit quoque illam Martyrologorum consuetudinem addendi civitatibus Hispaniæ expressionem istam* In Hispaniis, *Pseudodexter, dum, ut videretur antiquior esse, quam est, illorum loquendi modum studiosius affectat, quam par est, identidem addens civitatum Hispaniæ nominibus propriis nomen* Hispaniæ; *imo, sed minus prudenter, etiam nomen* Lusitaniæ; *qua tamen voce Usuardus & Ado abstinent, provinciam Lusitaniæ sub generali appellatione* Hispania *complexi. Exemplum affectationis nimiæ Dextri, habemus ad manum in elogio, quod texuit S. Brictio, ponens Martulam* in Lusitania; *præterquam quod ibidem affectet, plura Hispaniæ loca, antiquis Latinorum nominibus expressa, congerere. Adscribamus elogium ipsum:* *Dexter eumdem scribendi modum malè affectat.*

E

33 Civitate Martula in Lusitania (ut ex Martyrologio constat Eusebii Cæsariensis, quod jussu Constantini Imperatoris ille composuit) S. Brictius (ut creditur) episcopus Eborensis: qui comprehensus à Marciano Lusitaniæ Præside, pro fidei confessione multa perpessus est: qui prædicavit etiam ad Castulonem prope fluvium Tagum, qui illam urbem præterfluit. Deinde rediens Segisamonem, Vaccæorum urbem, ubi prædicaverat prius & postmodum prædicavit; peragrataque tota ferme Hispania, Martulam reversus, à præfato judice comprehenditur. Deinde in equuleo torquetur: post in carcerem conjicitur: ac deinde suborto gravi per urbem terræ motu, pariete corruente Martianus deprimitur. Deinde S. Brictius à Petro (quidam putant) episcopo Bracarensi, & ab Angelo exhilaratus, à custodia publica educitur; longeque ac late per Bæticam, Lusitaniam & Terraconensem prædicans, ad suam urbem reversus, VII Idus Julii plenus dierum & sanctorum operum ad cælum victor commigrat: adstantesque confirmant, ejus animam, instar candidissimæ columbæ, pulcherrimis meritis locupletatam, evolasse. *Ecce totum Dextri de Brictio elogium, amplius sane & distinctius, quam ullus habeat Martyrologorum, discrepansque plurimum à Brictii Actis apud Mombritium in SS. Carpophoro & Abundio. Pars ejus dimidia concordat cum Actis & Martyrologiis. Pars altera (quatenus Hispanica tangit) omnino discrepat; & ignota semper fuit omnibus, antequam Dextri Chronicon prodiit in publicum annis ab hinc circiter centum.* *Elogium ejus de Brictio,*

F

34 *Finem imponamus commentario huic, repetendo hîc textum Adonis (quamvis ejus, & reliquorum Martyrologia jam retulerimus supra in S. Brictio) ut propius ad manum sit & cognoscatur clarius, in quo elogium istius Martyrologi antiqui, discrepet à Dextrino. Sic habet Ado.* In civitate Martulana, S. Brictii episcopi & confessoris, qui sub Judice Marciano, os lapide contusus est, & in equuleo crudelissime excruciatus, in Domini confessione perdurans, in carcerem trusus est. Nocte autem terræ motu

cum Adonis no collatum;

AUCTORE C. J. gravi civitas concussa, inter alios plures etiam Martianum occidit. Et Christi confessor ab Angelo sancto & à beato Petro Apostolo visitatus, atque ad prædicandum Euangelium confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrifaciens, quievit in pace. Cujus animam viderunt adstantes in specie columbæ niveæ cælo recipi. *Hæc ipsa sic etiam leguntur apud Notkerum.*

asseri in multis,

35 *Ex hoc Adonis elogio, cum Dextrino collato, facile observatu est, quid Pseudodexter in rem suam addiderit elogio suo, supra Martyrologia & Acta ipsa. Solus ille, collocat Martulam* in Lusitania. *Solus facit Brictium episcopum* Eborensem; *& Martianum* Lusitaniæ *Præsidem*; *& S. Petrum Apostolum interpretatur*, S. Petrum episcopum Bracarensem esse. *Addit quoque nominatim civitates & provincias Lusitaniæ Hispaniæque, ubi Brictius prædicaverit Euangelium*, Castulonem prope fluvium Tagum; Segisamonem Vaccæorum; Bæticam, Lusitaniam, Terraconensem provinciam. *Hæc si prius*

B *quam Martyrologia, & seculo* V *ineunte, conscripta fuerunt tam distincte; putatne Martyrologos antiquos, qui unam elogii Dextrini partem compendio complexi sunt; alteram, quæ ad Hispaniam & distinctam locorum notitiam, Martyrologis maxime necessariam, spectat, prætermissuros fuisse?*

& non est antiquum,

36 *Si dexeris, illos non habuisse elogium hoc Dextri, sed aliud quodpiam scriptum, in quo res Hispanicæ desiderabantur: bona dabis verba. Sed, quodnam illud scriptum à Dextrino diversum, si Dextrinum tam est antiquum? Neque enim prætendis, elogium Dextri & totum ejus Chronicon, eodem tempore, quo consarcinatum fuisse fingitur, latêre cœpisse, & latuisse secula fere* XII *integra, sic ut nulli Martyrologorum, qui grandi Sanctorum numero inde Fastos suos augere potuissent, fuerit cognitum. Ego sane imaginor mihi, Chronicum Dextri, antiquius non esse, quam à tempore, quo prodiit per typos in lucem. Quod probare multis possem, sed non est hujus loci; quamvis tamen elogium, quo de loquimur, eò conferre aliquid argumenti possit. Qui hoc pluribus ostensum videre cupit, adeat Concilia Hispaniæ, à Cardinali d'Aguirre non ita pridem*

C *illustrata & edita Romæ: nec non Bibliothecam Hispanam Nicolai Antonii; legatque invectivas, quas illi in Dextrum torquent; & facile cognoscet, quam subdolus impostor Dexter ille fuerit. Qui tamen posterioribus Hispanorum scriptoribus multis pro oraculo habetur, ad ludibrium nationis suæ.*

PARS TERTIA

De argumentis in favorem Hispanorum, pro & ex Pseudodextro allatis: deque translatione S. Abundii.

Argumenta Tamayi pro Hispalensibus,

V *Arii varia scriptores Hispani conferunt, quibus sibi vendicent, tum sanctos Carpophorum presbyterum & Abundium diaconum, martyres; tum sanctum Brictium, episcopum confessorem: quos jam diximus, & probavimus ex Martyrologiis antiquis, spectare ad provinciam Italiæ Umbriam; atque inter* XII *Socios, è Syria advenas, numerari. Plerorumque, aliter scribentium, antesignanus est, Flavius Lucius Dexter, in Chronico suo omnimodæ historiæ, à Francisco Bivario Lugduni anno* 1627 *edito, atque amplis commentariis illustrato. Hunc Dextrum & Commentatorem ejus passim secutus, Joannes Tamayus Salazar, colligit inde & aliunde, quidquid potest; ad ostendendum, Carpophorum, Abundium & Brictium supradictos, Hispanorum Sanctos esse, & sua dicta veluti ex oraculo pronuntiat. Audiamus.* D

sumpta perperam à voce, Hispalitana,

38 *Tomo 6 Martyrologii Hispanici die* x *Decembris pag.* 450, *sic incipit:* Valde controversum est inter Hispalenses Hispaniæ & Spoletanos Umbriæ scriptores, circa verum locum palæstræ SS. Carpophori & Abundii martyrum: cui controversiæ ansam præbuit lectio varians in codicibus vetustis Martyrologiorum; quibus aliquando Hispalitani martyres, aliquando Spoletani nuncupantur. *Diximus jam nos, in Martyrologiis antiquis non vocari* Hispalitanos, *sed* Hispolitanos: *& scriptoribus aliis ecclesiasticis illorum temporum potius* Spolitanos *quam* Spoletanos *fuisse nuncupatos: & utrâque voce* Spoletum *Umbriæ significari.* E

ex Beda & Dextro,

39 *Prosequitur Tamayus: Pro nostris Hispanis stant venerabilis Beda, hac clausula;* Apud Hispalim civitatem, sanctorum martyrum Carpophori presbyteri & Abundii diaconi, qui *&c. Jam negavimus, Bedam ipsum id scripsisse. Tum producit, præter Dextrum suum ejusque sequaces, qui nullius hîc fidei sunt, silvam scriptorum aliorum, qui proximis hisce duobus seculis floruerunt; quorum antiquissimus, seculum Christi* XIV *non excedit. Quid hinc expectes, absque auctoritate probati auctoris, de veritate historiæ primorum Christi seculorum?*

ex Actis & Baronio,

40 *Tum inquit:* Acta *Carpophori & Abundii*, ex nostris scriptoribus *Hispanis* dabimus. Nam quæ Mombritius & Ferrarius referunt, multâ correctione digna; & apocrypha continere videntur. Ideo ea, & merito, respuit Cæsar Baronius, qui illis omissis, Hispalensium opinioni detulit. *Non fida hæc interpretatio verborum Baronii, qui tantum concludit; suum non esse, expensis utriusque partis rationibus, definire*; quorum potiora sint jura, & quibus causa adjudicanda sit, *Umbrisne, an Hispanis: neutris quidquam deferens præ alteris.*

ex Actis item, à Tamayo collectis,

41 *Post hæc proponit Acta ex suis scriptoribus Hispanis, contemptis Actis, quæ apud Mombritium extant & conveniunt cum Actis* XII *Sociorum Syrorum; quia nempe nimis manifeste constituunt Sanctorum palæstram in Umbria & locum* F *supplicii ibidem prope Fulginium. Qualia vero sunt quæ proponit? Collecta ex variis scriptoribus. Et hi scriptores, unde sua hauserunt? Ex ipsis Actis, quæ contemnit Tamayus, Mombritianis; prætermittentes nonnulla, quæ Italiæ tantum conveniunt, ac transferentes martyrii palæstram ex Umbria Hispalim. Gesta alia utrobique sunt eadem; iidem imperatores, Diocletianus & Maximianus; idem judex Martianus; eadem tormenta sæpe iterata; eadem mors, per abscissionem capitis.*

ex loco depositionis

42 *Post mortem porro, quid corporibus factum? Acta apud Mombritium dicunt:* Erat in civitate Fulginea matrona quædam christianissima, Eustachia nomine; cui apparuit in somnis Angelus & dixit: Surge & vade in suburbana civitatis milliario uno, ad locum qui dicitur, Thanaritanum; & collige corpora Sanctorum, quæ ibidem inveneris; & condiens corpora aromatibus, dignè ea sepulturæ trade. Quæ continuò somno surgens, ad locum, quem ei Angelus Domini demonstraverat, properavit; invenitque corpora sanctorum Carpophori sacerdotis & Abundii levitæ inhumata: collegitque

quæ ea & magna cum reverentia ſepulturæ tradidit. Ubi uſque in præſentem diem reſtituitur cæcis viſus, ſurdis auditus *&c.*

ſacrorum corporum,

43 *Hæc Hiſpaniæ non favebant, nec habuerunt ſcriptores ejus alia de ſuo Carpophoro quæ ſubſtituerent. Quapropter Tamayus ſua generalibus terminis ſic abſolvit:* Sanctorum corpora, à fidelibus collecta & humili loco ſepulta ſunt, donec ad honoratiorem tranſlata, quieverunt ad uſque Hiſpanicum excidium; quo à Chriſtianis abſcondita, ne in Saracenorum manus devenirent; adhuc latent. *Lateant quoque Tamayi de ſuo Carpophoro ſcripta, donec corpora ejus & Abundii inveniantur Hiſpali, tunc forte aliquam habitura fidem. Atque altius lateat epitaphium utriuſque, quod in codice ſuo Ms. Carminum, ait, inveniri; conditumque credit à Sabino, Carpophori in epiſcopatu ſucceſſore. Mihi vero illud nihil antiquitatis ſapit, & antiquum non eſſe, vel ſola vox* Divus, *quæ bis ibi repetitur, commonſtrat; ſonabat illa iſtis temporibus aut deum gentilium aut imperatorem; numquam ſanctum Martyrem Chriſtianorum. Imo uſus Eccleſiæ illâ diu abſtinuit in poſteriore ſignificatione; & Breviarium Romanum Sanctos ſuos numquam vocat* B Divos, *niſi forte in uno alterove Officio recens ei additorum. Nempe poſtquam à duobus tribuſve ſeculis reſuſcitari cœpit Latinitas, ejuſque cultores vocem* Divus *à priſca ſignificatione tranſtulerunt, minus recte, ad Sanctos noſtros. Credidero igitur ego, totum Tamayi carminum codicem Ms. (alibi enim ſæpe alia, veluti antiqua epitaphia, indidem promit æque inſulſa) alterius Pſeudodextri partum eſſe potius, quam epitaphium illud eſſe tam antiquum. Ipſum, tute lector, hîc accipe, lege & judica de antiquitate ejus.*

44 Carpophorus jacet iſto almus ſub marmore Præſul;

ex epitaphio, Nec non & Abundi pignora ſacra jacent.
Hiſpalis ipſa duos nutrivit Romula Divos,
Ipſaque martyrio hos coronare vidit.
Præſidis angores ſic ſuſtulit Almus uterque,
Omnia quod prorſus deſpicit ultro flagra:
Carceris hautquaquam potuit mœſtitia, Divos
Conturbare diu, cum Deus adſtet eis.
Tandem, poſtque truces cruciatus, colla dederunt
Mucroni, excelſus martyr uterque ſimul.
Corpora Chriſticolûm cœtus ſublata recondens
In tumulo; tandem poſt venerata cluunt.

C

in Actis S. Brictii.

45 *Hactenus ſua de Carpophoro & Abundio, quæ probatiſſima judicat, Tamayus; & ſubjungit eâdem fiduciâ, quæ ſequuntur:* Quatenus ad oppoſitiones, ab Italis ſcriptoribus factas, circà locum palæſtræ, jam ad amuſſim fecimus ſatis, cum de S. Brictio Eborenſi, ad Myrtilim Luſitaniæ confeſſoris titulo venerato, egimus ſupra tom. 4 die IX Julii, pag. 100 & 101: ubi eruditus multa ſcitu digna ediſcere poterit. *Modeſtius quæſo. Et ego ediſcere cupio, ſed veritatem, non nugas. Adeo locum citatum de Brictio; quia & is ad propoſitum hoc noſtrum ſpectat. Lego ſcripta & probationes, quæ* ſuadentur, *inquit*, ex receptiſſima ſententia Hiſpanorum & pro ſe habent auctoritatem Flavii Dextri in Chronico. *Sat legi. Dextri auctoritas, cui ceteri fere innituntur, nulla eſt, niſi mendax: & reliqua ibi dicta, ſatis jam refutata hîc ſunt. Pergamus ad potiora.*

46 *De ſepultura ſacrorum corporum Carpophori & Abundii apud Fulginium in Italia, diſtinctior eſt relatio in Actis Mombritianis, quam ſit ulla in ſcriptoribus Hiſpanis de ſepultura Hiſpali in Hiſpania. Legitur quoque in illis,* uſque in præſentem diem, *quo conſcripta fuerint Acta, ad ſepulcrum illorum prope Fulginium patrari miracula: corpora vero, quæ Hiſpali condita fuiſſe dicuntur abſque tam priſca auctoritate, quam ſunt Acta Mombritiana; jam ab annis mille latent, omnibus ignota; uti fatetur Tamayus. Adde quod conſtet ex probis monumentis, corpus S. Abundii anno 850, aut forte ſequente, Fulginio tranſlatum fuiſſe ad monaſterium Bercetanum in monte Bardone diœceſis Parmenſis in Italia. Utri igitur loco Sancti iſti potiſſimum adſcribendi ſunt, Hiſpanienne an Italiæ? Atque ut ne dubites de veritate tranſlationis memoratæ, juvabit ipſam ejus hiſtoriam ex duobus noſtris Mss. ſubnectere. Alterum depromptum eſt ex Legendario membraneo Ms. D. Caroli Strozzi Senatoris Florentini n. 5, fol. 229 Alterum neſcio, quo ex loco allatum. Ambo, inter ſe collata, comperio plane ſimilia eſſe, niſi quod in poſteriori paucula legantur, quæ deſunt in priori; eaque his ſignis [ ] diſtinguam.*

AUCTORE C. J.

Sepultura apud Fulginium, certior

& probata ex tranſlatione S. Abundii, inde factâ.

ACTA

Tranſlationis S. Abundii Diac. Fulginio Bercetum facta an. DCCCL.

Ex Legendario Ms. Strozziano.

E

TEmporibus invectiſſimorum Imperatorum Ludovici & Lotharii fuit quidam venerabilis Abbas, Tyberius nomine, monaſterii *b* Berceti, quod eſt ſitum in cacumine montis, cui nomen eſt Bardo *c*. Hic cum ſui cœnobii eccleſiam, juxta quod neceſſitas commiſſæ ſibi congregationis exigebat, aliquantulum in longum porrexiſſet, quæ prius erat modica, vel vix capiens fratrum collectam; placuit, ut ſub altari ejuſdem baſilicæ, pararet congruum locum, quo poneretur corpus S. Moderanni *d* quod iſtîc ad lævam altaris jacet humatum. Sed non prius viri oſſa mutanda prædictus Abbas dignum ſtatuit, quam hoc precibus à Domino peteret, utrum fieri deberet an non.

a Tiberio Abbati Bercetano

b

c

d

2 Aſſumptis ergo ſecum religioſis fratribus, jejuniis & obſecrationibus cœperunt voluntatem Dei & prædicti famuli Chriſti Moderanni quærere. Tertia autem nocte jam fatigato patre monaſterii, & ex jejunio laſſo, cum ad oſtia eccleſiæ propter rem, quam quærebat, excubaret; apparuit ei, niveis indutus veſtibus, ab eccleſia egrediens vir ſenex; qui cum egrederetur, Abbatem ita cœpit increpare; Quid eſt quod me tanto labore quæris? Cur me non ſinis? Abbas reſpondit. Quis es Domine, qui mihi talia triſtibus verbis loqueris? Ego ſum, inquit, Moderannus, quem tu quæris. Et Abbas reſpondit ei: Volebam, Domine, corpus tuum in locum, quem tibi paravi, transferre; [& debito ibi honore obſequium præbere;] ut apud Dominum pro meis erratibus pius interceſſor exiſteres. Tunc ait illi S. Moderannus: Bona quidem eſt in te, ô Frater, voluntas: ſed mihi, ſcito, illum locum non eſſe conceſſum. Abundio autem martyri dabitur ſarcophagus, quem pio amore paraſti. Nam me urna propria dormientem ſervabit.

apparens S. Moderannus,

F

negat ſuum corpus loco movendum,

AUCTORE C. J.

3 His dictis evanuit; & Abbas à somno surrexit, vocatisque illico, quos petitionis suæ socios fecerat, fratres: rem visam retulit, atque mœrens ait: Scio modo, quia non sumus accipere digni, quod quæsivimus indigni. Nam S. Abundium, de quo responsum accepi, apud urbem Romam cognovi esse humatum: nobis ergo Sergius Papa *e* Romanus nequaquam super hoc assensum præbebit. Tunc venerabilis pater cum fratribus, spe sua frustratus, desiderium habitum pene in oblivionem duxit [& monasterii sui solito more quotidianam cœpit agere curam.] Sed omnipotens Deus famulum suum nolens contristare, eique quod diu quæsierat, petitionis ejus effectum misericorditer volens largiri, licet non statim, postea tamen concessit.

sed promittit corpus S. Abundii.

4 Igitur evoluto multo tempore contigit, eumdem Abbatem ad sedem regiam ire, quæ est urbis Papiæ; ubi tunc piissimus Imperator Lotharius jusserat Episcoporum Comitumque magnum venire conventum *f*, inter quos & Fulgineæ civitatis Dominicus *g* Episcopus affuit, qui reverendissimo Tyberio idem ante familiaritate conjunctus erat. Igitur cum in unum venerabilium virorum venisset congregatio; illi, sicut moris est, alterutrum cœperunt interrogare, qualiter circa unumquemque res ageretur officii sui. Nam & cum præfatus Abbas venerabilem jam dictum Episcopum fraterno amore alloqueretur, inter cetera studuit interrogare, dicens: Rogo te, pater; narres mihi, si in tua diœcesi est alicujus sancti corpus humatum. Cui Episcopus ait: Etiam, plurima. Ad quam vocem Abbas, velut à somno surgens, vultu hilari dixit ad eum: Et qui sunt illi, quorum sancta membra habetis? Tunc memoratus Episcopus cœpit dicere; Habemus corpus S. Abundii, S. Carpophori *h* & aliorum, qui cum eis passi sunt. Quod audiens prædictus Abbas, gratias egit Deo in corde suo: quoniam quem per revelationem audierat sibi promissum, per Episcopum, loco quo esset, agnovit ostensum.

Illud ei in concilio Papiensi

f

g

B *donatur ab Ep. Fulginate anno 850,*

h

5 Statim ergo cum multis precibus venerabilis Abbas cœpit rogare Episcopum, ut sancti martyris Abundii ossa veneranda sibi donaret, dicens ea se velle in monasterium suum transferre. Cui sine mora Episcopus assensit & postulata concessit. Ut autem sacer ille conventus disjunctus est, & vir Dei Tyberius ad monasterium rediit suum, sine mora parans, quæ in via erat necessaria, ad venerabilem Episcopum perrexit, & corpus prædicti martyris, ab eo tulit, atque ad monasterium honorifice, velut qui invenit spolia multa, exultans reportavit; recondens illud cum hymnis & laudibus sub altari Dei, in loco quem olim paraverat.

paulo post traditur ac transfertur.

C

6 Sed rem miram dicam, quod cum adducerentur reliquiæ sacri corporis, illic accidit. Igitur cum prædictus Abbas ab urbe, in qua sacrum corpus accepit, inciperet proficisci, adhuc venerabili Dominico Episcopo secum posito, ecce subito illic quidam, ejusdem patris diaconus, in sindone munda sancta ossa in ulnis gestans, videt repente aforis in eadem sindone cincinnos sanguinis pendêre, acsi eâdem horâ sanctus ille martyr gladio percussus fuisset: nullam tamen ad terram defluere vel modicam guttam. Servatur quoque hodie sindon illa, sacro cruore perfusa, velut tincta in sanguine, in eodem monasterio.

Miracula tunc facta

D

7 Cum deinde idem Pater egressus, monasterium attenderet, venit ad mœnia Lucæ, per quam urbem ei transitus erat: ubi cum aliquantulum quiesceret cum suis, ut vires reciperet, repente dæmoniaca sanctimonialis quædam adducta est, & appropiatis ad eam reliquiis Martyris, ab ea dæmon est expulsus; & gratias agens Deo, quo venerat vincta, rediit mente soluta. Quidam etiam cæcus, fide plenus, accessit in via ad sancti Martyris corpus, & mox visu recepto, reversus est in domum suam, magnificans Deum. Illud vero non sileam, quoniam unus ex hominibus Patris ejusdem, cum in via febribus vexaretur, accessit ad vas, quo sancti Martyris membra ferebantur, sub quo paululum dormiens, ita sanus à somno surrexit, ac si hunc febres numquam tetigissent.

in energumena,

in cæco,

in febricitante.

8 Decreverat autem idem Pater, ut usque ad monasterium, sacrum Sancti corpus in humeris fratres deportare cum hymnis debuissent: quod cum facerent, rogavit eumdem Patrem quidam, qui obviam eis occurrerat, ut sibi aliquantulum liceret ossa Martyris ferre: cui dum concessum fuisset, & jam ad quoddam flumen, cui nomen est *i* Ansar, pervenissent, illic ingressus vestitus, usque ad ilia alvei aquam habens, ita vestimenta ejus, qui undas per medias transierat, sicca & absque ullo humore apparuerunt, velut si aqua non tetigisset.

Transiens aquam, non madefit.

E

i

9 Aliud refertur signum, quod factum est juxta monasterium Patris Tyberii, cum, sicut dixi, idem Pater studeret sanctum Dei Martyrem solennius transferre, transmisit nuntium ad fratres in cœnobio, per quem mandavit, ut nihil operis eo die agerent in agris, quo ipse ad monasterium erat venturus cum corpore sancto; sed neque ullus de hominibus illorum, quibus erat servitium impositum, ut labores fratrum colligerent & in monasterium reconderent. Nuntius igitur ad monasterium venit; impleta est jussio magistri; cui omnes fratres obviam cum vexillis & cereis exierunt, & ab eo Martyrem Domini susceperunt. Sed quædam femina rustica despexit patris fratrumque imperium. Hæc nec obviam sancto properavit corpori, nec ab opere agri manum retraxit: imo subsannans dixit. Quis est iste Sanctus, quem huc deferunt, ut propter eum opera mea relinquam? Hæc mihi veniant, si fecero.

Femina, in Sanctum injuria, punitur;

F

10 Necdum verbum compleverat, & jam articuli manus, in mediam palmam defixi, ita obriguerunt, ut territa clamaret, heu misera illa! Nec valeret amplius operari, nec valeret extendere manum. Adducta est tunc ad sanctum Martyrem & ad venerabilem Patrem; quæ dum diu prostrata humo hærens, flens, & pectus pugnis percutiens, misera jaceret, promittens jurejurando Martyri, numquam se ultra violaturam dies solennes; tandem aliquando misertus est ejus venerabilis Pater, precepitque fratribus, ut pro ejus stultitia Deum precarentur, quatenus & ei daretur salus, quam perdiderat; & deinceps vitaret esse, quod fuerat. Fecerunt fratres quod jusserat Pater, & deinceps pristinæ reddita est sanitati.

& pœnitens curatur:

11 Ventum est igitur cum corpore sacro ad monasterium, sed prius quam portam illius intrassent, epilepticus quidam sancto Martyri obviam

item epilepticus.

A obviam inter cæteros, qui advenerant, occurrit, & ſtatim ſanus factus, choro Dominum laudavit junctus, & pro ſanitate ſua immenſas cœpit reddere grates. Sit igitur Patri & Filio & Spiritui Sancto laus, gloria & jubilatio, per infinita ſecula ſeculorum. Amen. AUCTORE C. J.

ANNOTATA.

a *Ludovicus pater & Lotharius filius, ſimul imperarunt uſque ad annum* 840; *quo pater obiit die* 20 *Junii. Igitur jam antea Tiberius fuit abbas Berceti.*

b *Situs loci hîc ſatis indicatur in* monte Bardone, *eſtque in diœceſi Parmenſi verſus Orientem.*

c *Tractus Apennini inter Galliam Ciſpadanam & Tuſciam in ducatu Parmenſi.*

d *Hujus Sancti memoriam aut nomen alibi nondum inveni. Siquis ſuppeditare poſſit, rem gratam nobis præſtabit.*

e *Eſt hic Sergius ſecundus, electus anno* 844; *præſedit annos tres & paulo amplius.*

f *Habitus fuit conventus ille, ſive, ut alii vocant, Concilium anno* 850.

g *Hunc ſcribit Ughellus in Epiſcopis Fulginatibus à Leone Papa quarto confirmatum fuiſſe anno* 850. *Quod ſi factum eſt, ut debuit, initio dicti anni; potuit concilio Papienſi interfuiſſe Epiſcopus.*

h *Hinc innoteſcit, Abundium illum, de quo hîc agimus, eſſe Diaconum & fuiſſe ſocium S. Carpophori presbyteri.*

i Anſar, *aliis*, Anſer, Auſer *&c. ex Apennino monte, meridiem verſus defluens, poſtquam Lucanam ditionem percurrit, in mare infunditur. Vulgo nunc dicitur* Cerchio.

CAPUT VIII.

DE S. PROCULO DUODECIM SOCIORUM UNO, B EJUSQUE HOMONYMIS ALIQUOT SANCTIS, *AC DUOBUS VALENTINIS INTERAMNÆ EPISCOPIS.*

§ I. De tribus Proculis Interamnenſibus, qui diebus XIV Februarii; XIV Aprilis, & I Decembris, inſcripti Martyrologiis leguntur.

Interamna tres numerat Proculos ſanctos,

Proculi per Umbriam reliquamque Italiam plures recenſentur ſancti; & civitas Interamnenſis ſola, ternarium ſibi eorumdem numerum vendicat apud Franciſcum Angelonium in Hiſtoria Interamnate; Ludovicum Jacobillum tomo I *Sanctorum Umbriæ; Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ: meminitque eorumdem etiam Martyrologium Romanum. Res admodum implicata eſt, ejuſque tractatio multis expoſita obtrectationibus; proſequenda tamen ſtudio veritatis.*

Martyrologio Romano notos, C 2 *Tres Proculos prædictos, claritatis ſimul & brevitatis cauſa, diſtinguemus inter ſe per tria Alphabeti elementa,* A, B, C: *per Proculum* A, *ſignificaturi illum, qui in Martyrologio Romano ad diem* XIV *Februarii, cum ſociis ſuis Ephebo atque Apollonio, ſubjungitur S. Valentino Interamnenſium epiſcopo, cujus corpus, Romæ paſſi, ille cum prædictis Sociis, inde Interamnam detulit, ibique ſepelivit. Per Proculum* B, *intelligam illum, cujus memoria in eodem Martyrologio Recolitur* XIV *Aprilis; & in aliis Martyrologiis antiquiſſimis etiam Socios habet Ephebum atque Apollonium & alios. Per proculum* C, *deſignabo illum, qui pariter in Romano aliiſque reperitur, Kalendis Decembribus, tamquam epiſcopus & martyr, gladio Totilæ regis, abſciſſo capite coronatus.*

quorum inde elogia proferuntur. 3 *Poſſunt his addi adhuc Proculi duo, Bononiæ martyres; alter miles, tempore gentilium: alter epiſcopus, tempore Arianorum Italiæ regum, paſſi: quorum ſacra corpora gloriatur ſe habere civitas iſta; unoque & eodem die, primo Junii, annuum utriuſque feſtum agit. Sed de his poſtea ſeorſim; nunc de Interamnenſibus. Martyrologium Romanum de Proculo* A *ſic loquitur* XIV *Februarii:* Interamnæ, S. Valentini epiſcopi & martyris, qui .... decollatus eſt *Romæ* juſſu Placidi Urbis Præfecti. Ibidem ſanctorum Proculi, Ephebi & Apollonii martyrum, qui cum ad corpus S. Valentini vigilias agerent, juſſu Leontii conſularis comprehenſi, gladio cæſi ſunt. *De Proculo* B *die* XIV *Aprilis*: Interamnæ S. Proculi epiſcopi & martyris. Item S. Domninæ, virginis & martyris, cum Sociis virginibus coronatæ. *His alibi etiam alii junguntur Socii cum* Ephebo *atque* Apollonio. *De Proculo* C, *Kalendis Decembribus in editione Antverpienſi anni* 1613 *cum Notationibus Baronii, legitur*: Interamnæ (*in aliis editionibus, ante & poſt prædictum annum Antverpiæ curatis, conſtanter legitur*, Narniæ) ſancti Proculi epiſcopi & martyris, qui poſt multa egregia opera à Totila Gothorum rege juſſus eſt decollari. D

§ II. An Proculus *A* & Proculus *B*, una eademque, an diverſæ perſonæ ſint: & hic etiam epiſcopus.

Proculus A martyr Interamnæ cum Ephebo & Apollonio

DE *Proculo* A *& condiſcipulis ejus Ephebo atque Apollonio, unà cum ipſo, à S. Valentino Interamnenſi epiſcopo, Romæ converſis, veteres quoque Martyrologi paſſim agunt; ſuntque in duplici claſſe. Alii, eorum meminerunt ad diem* XIV *Februarii, occaſione S. Valentini epiſcopi Interamnenſis, à quo converſi Romæ fuerunt, ejuſque, ibidem paulo poſt martyrium paſſi, venerandum corpus*

AUCTORE C. J. in antiquis Martyrologiis recolitur

corpus inde transtulerunt Interamnam & ibi sepeliverunt. Iidem iterum die XIV *Aprilis meminerunt saltem* Proculi & Domninæ *cum Sociis Interamnæ passorum. Hujus classis sunt, Beda vulgatus, Ado, Notkerus & multi recentiores. Alii, die* XIV *Februarii de S. Valentino prædicto egisse contenti, de discipulis ejus Proculo, Ephebo atque Apollonio, ibi tacent: sed die tantùm* XIV *Aprilis eos referunt; & multi quidem Proculum solum cum nominata jam Domnina & Sociis: quidam ei præterea adjungunt condiscipulos* Ephebum *atque* Apollonium: *aliqui etiam alios addunt martyrii Socios. Atque hujus secundæ classis sunt S. Hieronymus, Usuardus, & sexcenta Usuardi variis in ecclesiis descripta auctaque Martyrologia, Atrebatense, Antverpiense domus professæ nostræ, Remense, Danico-Franciscanum, Lovaniense, Ultrajectinum, Albergense, aliud Centulense S. Richarii, aliud in Aljatia auctum, duo item Parisiensia monasterii S. Germani; omnia Mss. & vetusta: in quibus die* XIV *Februarii nihil de Proculo aut Sociis ejus ullis.*

die 14 Februarii, B

5 *Auctores primæ classis, quatenus* XIV *Februarii de Proculo agunt, præ oculis habuerunt Acta S. Valentini, magistri ejus; ex quibus huic amplum elogium texentes, multa de tribus discipulis admiscent. Elogium illud opportune huc adducetur ex Beda atque Adone, eâdem sententiâ & iisdem propemodum verbis, ita scribentibus:* Natale S. Valentini Interamnensis episcopi. Qui tentus à paganis, ac virgis cæsus, & post diuturnam cædem custodia mancipatus, cum superari non posset, mediæ noctis silentio ejectus de carcere, decollatus est jussu furiosi Placidi, Urbis Præfecti. Tunc (*Ita continuant cœptum sermonem, tam Beda, quam Ado, prædicti ex antiquis ipsius Valentini Actis*) Tunc Proculus, Ephybus, & Apollonius, discipuli ejus, transferentes corpus ejus ad suam ecclesiam Interamnæ urbis, noctu sepelierunt. Ubi cùm quotidianis vigiliis incubarent, tenti à gentilibus, custodiæ sunt traditi, Consulare Leontio. Quos ille jussit noctis medio suis tribunalibus præsentari; & cum à fide revocari, nec blandimentis, nec minis, possent, jussit capite cædi. Qui non longe sunt à corpore S. Valentini sepulti.

item 14 Aprilis. C

6 *Iidem primæ classis Auctores, quatenus* XIV *Aprilis de Proculo agunt, æque ac tota classis secunda videntur antesignanum sequi S. Hieronymum; qui* XIV *Februarii, ubi de S. Valentino, Proculum & condiscipulos ejus non memorans;* XIV *Aprilis illos cum plurimis aliis sociis in vetustissimo Martyrologii sui apographo Epternacensi, cujus exemplum penes nos fuit Ms., atque inde impressum legi potest apud Florentinium pag.* 435, *sic enumerat:* Interamnæ, Apolloni, Fevi, Optati, Saturnini, Macariæ, Corneliæ, Conditoris, Tituli, Proculi, Valentini, Producti, Livini, Domninæ virginis cum suis virginibus. *Hæc, inquam, videntur fons esse, unde posteri utriusque classis scriptores, alii plura, alii pauciora nomina derivarunt in Martyrologia sua.*

cum aliis Sociis,

7 *Beda vulgatus, Ado, & multa Usuardi ecgrapha passim legunt* XIV *Aprilis:* Interamnæ, S. Proculi martyris. Item S. Domnæ (*aliis* Domninæ) virginis, cum sociis virginibus coronatæ. *Martyrologium Ms. Rhinovience habet tantum* Apollonium. *Richenovience;* Apollonium, Proculum, Valentinum, Marciam. *Augustanum S. Udalrici, & Parisiense Labbei;* Proculum, Optatum, Corneliam. *Barberinianum;* Proculum, & Valentinum. *Tamlachtense pervetus, ex Hibernia allatum, habet omnia fere nomina, quæ Hieronymus. Usuardus, Coloniæ anno* 1490 *aliquanto auctior impressus, ita legit:* Interamnis, Beati Proculi, & Mephebii, & Apollonii martyrum, discipulorum S. Valentini episcopi & martyris, sub Consulari Hennutio decapitatorum. Item S. Domninæ virginis, cum virginibus coronatæ. *Aliæ duæ Usuardi editiones, ibidem curatæ anno* 1515 *&* 1522, *postquam communem formulam,* Interamnis, B. Proculi martyris. Item S. Domninæ cum suis virginibus coronatæ, *recitarunt; continuò subjungunt:* Item cum S. Proculo præfato, discipulo S. Valentini episcopi & martyris passi sunt Mephibius & Apollonius condiscipuli ejus, sub Consulari Hennucio. *Mephibius Adoni ac Bedæ suprà, est* Ephybus; *Baronio,* Ephebus; *aliis,* Febus *&* Fevus. *Hennutius, alibi* Lucinius; *Ferrario,* Leonicus; *plerumque, ex vita S. Valentini scribitur* Leontius.

atque iterum die 18 ejusdem: E

8 *Habemus ex præmissis binos Proculos, Ephebos atque Apollonios martyres Interamnæ, unos quidem* XIV *Februarii, alteros* XIV *Aprilis, de quibus mox videbimus, an fuerint utrique etiam discipuli S. Valentini. Interim citatus Hieronymus tertios quoque commemorat eorumdem nominum martyres die* XVIII *Aprilis veluti Romæ passos, his verbis;* Romæ, Eleuterii & Antiæ matris ejus; Parteni, Caloceri, Fevi, Proculi, Apollonii, Fortunati, Crispini, Expediti, Mappalici, Gagi. *An hi quoque discipuli S. Valentini? In istum Hieronymi locum jam pridem commentati decessores nostri ad dictum diem* XVIII *Aprilis, subtimide rem agunt, non ausi affirmare, martyres, qui SS. Eleutherio atque Anthiæ matri ejus, ibi subjunguntur, unà cum ipsis, aut eodem etiam loco ac die passos esse: quia* de nonnullis, maxime de Apollonio & Calocero, merito, *inquiunt,* veremur, ne hic sit Brixiensis martyr; iste Romanus quidem, sed passus sub Commodo: de quibus hoc ipso die propriam venerationem habentibus, seorsim agitur. *Quidni eodem merito non vereamur nos quoque,* Febum, Proculum *&* Apollonium *Eleutherio & Antiæ Socios dare; & eodem loco, id est Romæ, passos asserere? Cum nulla illorum memoria in horum Actis reperiatur; sciaturque, tres, eorumdem saltem nominum, martyres Interamnæ passos esse. Quid igitur ni possit putari, excidisse in textu nomina civitatum, & sic plerosque martyres perperam adscribi Romæ? Intellectu facilior res erit, si ante Calocerum ponatur,* Brixiæ, *& ante Febum,* Interamnæ; *sic ut saltem tres proxime sequentes,* Febus, Proculus *&* Apollonius, *ad illam civitatem referantur, si non & ceteri, qui sequuntur: &* Calocerus *referatur ad Brixiam, ubi revera illo die colitur talis nominis martyr. Per* Apollonium *ibi intelligere malunt Decessores nostri Senatorem Romanum & egregium Christianæ Religionis defensorem, eodem die Romæ quidem, sed alio anno, sub Commodo imperatore passum; quam adscribere eum societati Eleutherii ac Antiæ. Recte quidem illi: verumtamen id non impedit, quominus per idem nomen intelligi etiam possit Apollonius, Proculi & Ephebi condiscipulus; quandoquidem proxime cum iisdem ibi conjungitur.*

F

9 *Mirum quidem videri possit ac mihi videtur; Proculum, Ephebum & Apollonium,* XIV *Aprilis*

A *quia in martyrol. Hieronymiano ſæpe reperiuntur bis iidem Sancti.*

lis Martyrologio Hieronymiano adſcriptos, iterum eidem adſcribi XVIII *ejuſdem menſis, ſi iidem ſunt. Verum minuit admirationem Bollandus, dum in Præfatione generali pag.* 47 *col.* 1 *ſub medium, examinans prædictum Hieronymi Martyrologium*, vehementer dubitat, num, qui diverſis diebus *ibi* referuntur, ſemper diverſi ſint Sancti: an non, qui cognomines videntur, præſertim ſimul plures, iidem fortaſſe ſint, vel oſcitante librario, vel variantibus in dierum ſerie codicibus, bis deſcripti; niſi quando aliis juncti Sociis ſunt. *Quod hoc ipſo, quo de agimus, loco, poteſt accidiſſe, eoque facilius, quod plures cognomines, videlicet tres, ſimul repetantur; quodque alii, qui junguntur Socii, poſſint nihil cum illis commune habere, ſed aliò ſpectare. Putari quoque poteſt, quod ſicut alii Sancti ſæpenumero bis referuntur in iiſdem Martyrologiis, etiam Romano; & Proculus, ab auctoribus primæ claſſis* XIV *Februarii notatus, repetitur* XIV *Aprilis, propter diverſas cauſas; ita poteſt diverſas habuiſſe cauſas Hieronymus, cur eumdem Proculum cum duobus condiſcipulis,* XIV *Aprilis, atque iterum* XVIII *recoluerit. Puta, quod tres illi, cum aliquot aliis ſociis ex multitudine Scholaſticorum,*

B *per ipſos converſorum ad Chriſtum; uti dicunt Acta S. Valentini, die* XIV *Aprilis vere paſſi fuerunt, quodque alii ex eadem multitudine fortaſſis quatriduo pòſt martyrio ſimiliter affecti ſint; quibus die* XVIII, *ut Natali ſuo relatis, præfixerit denuo Hieronymus Proculum, Ephebum & Apollonium, tamquam illorum duces. Utut eſt, ſufficit nobis in rem præſentem, nominatos modo tres Condiſcipulos etiam Hieronymo in antiquiſſimo Martyrologio celebrari die* XIV *Aprilis.*

Proculi A *&* B *videntur eadem eſſe perſona.*

10 *Ex præmiſſis facilis fit diciſio quæſtionis propoſitæ, an Proculus* A, XIV *Februarii, & Proculus* B, XIV *Aprilis relati in Martyrologio Romano & aliis, eadem perſona ſint, nec ne. Eſſe enim, ſatis clare loquuntur Martyrologia producta, dum utroque die Proculum appellant, ſaltem aliqua, diſcipulum S. Valentini epiſcopi Interamnenſis ac martyris; & condiſcipulum SS. Ephebi atque Apollonii; cum iiſque una martyrium ſuſtinuiſſe dicunt Interamnæ, & quidem ſub eodem Conſulari, ſive illum Leontium, ſive Hennutium voces. Patet quoque ex iiſdem Martyrologiis & ex Actis S. Valentini, Proculum illum, non fuiſſe epiſcopum, quia utrobique altum de epiſcopatu*

C *ſilentium. Neque vero ejus ætas, conditio, ac temporis à converſione uſque ad martyrium brevitas, videntur tuliſſe; ut epiſcopus creari potuerit. Utpote qui juvenis, adhuc operam dabat Rhetoricæ aut Philoſophiæ, quando Romæ converſus fuit ad Chriſtum à S. Valentino; cujus corpus, non diu pòſt martyrio defuncti, tulit Interamnam ac ſepelivit; ibique ad ejus tumulum à medio fere Februario (ut nos putamus) uſque ad medium Aprilem quotidie excubans, & ipſe martyrio corronari meruit. Porro cur Proculus inter diſcipulos Valentini potius epiſcopus fuerit, quam Ephebus aut Apollonius? Et ſi fuit, cur per id non diſtinguitur ab ipſis?*

Alii ter opinantur Baronius,

11 *Interea diverſos faciunt prædictos Proculos* A *&* B, *Jacobillus, Angelonius, Ferrarius, Ughellus. Dubitat Baronius, in hunc diei* XIV *Aprilis textum*, Interamnæ, S. Proculi epiſcopi & martyris, *ita commentatus:* Diverſus hic videtur ab illo Proculo, de quo ſupra XVI Kal. Martii, de quo in rebus geſtis S. Valentini, Mart. epiſcopi Interamnenſis. Extant apud Surium tomo I, XIV Februarii. De hoc autem vide Petrum in Catalogo lib. I cap. 15, ubi ponitur paſſus ſub Totila. Quod ſi verum eſt; duos Valentinos epiſcopos Interamnenſes, duos itidem Proculos dare oportet. Nam alter Valentinus paſſus reperitur temporibus gentilium Imperatorum, ut ex ejus Actis conſtat; in quibus de Proculo & ſociis mentio habetur.

AUCTORE C. J. *& Proculum* B *epiſcopum facit*

12 *Certius affirmare potuiſſet Baronius, diverſos eſſe Proculos* A *&* B *prædictos, ſi animum advertiſſet ad dignitatem epiſcopalem, qua alterum ornat Martyrologium Romanum in citato ejus textu; alterum non item. Et ſane conſtat è S. Valentini Vita, & iis, quæ modo diſputavimus, Proculum* A, *Valentini diſcipulum, non fuiſſe epiſcopum. Si igitur Proculus* B *monſtretur epiſcopus fuiſſe; fuerunt utique diverſi.*

ex male applicatis ei Actis alterius Proculi,

13 *Verum auctoritas Petri, à Baronio allegata, ad probandum Proculi* B *epiſcopatum, & utriuſque diverſitatem; fruſtranea eſt. Loco namque citato non agit Petrus de Proculo alterutro prædictorum, qui leguntur in Martyrologio diebus* XIV *Februarii &* XIV *Aprilis; ſed de tertio quodam, ab illis diverſiſſimo, cujus* paſſio agitur E die Kalendarum Decembris, *ut ipſe Petrus notat; cujuſque natalis etiam recenſetur iiſdem Kalendis in Martyrologio Romano, tamquam ſub Totila Arianorum rege paſſi. Hunc à nobis Proculum* C *nominandum diximus, putamuſque eumdem eſſe, de quo ſupra in Actis Sociorum* XII. *De Proculi* B *epiſcopatu nihil ſe noviſſe fatetur Petrus; dum ait, nihil ſe de Sancto illo uſpiam reperiſſe præter hæc:* Proculus martyr & Donina virgo, cum ſociis virginibus, die XVIII Kalendas Maii Interamnis paſſi ſunt. *Ita cap. ultimo Catalogi, quod eſt* de Sanctis pluribus, quorum ſola nomina & dies feſtivi inveniuntur, *num.* 121. *Nulla ibi mentio de epiſcopatu hujus Proculi* B, *nec illius meminerunt ulla Martyrologia, niſi forte poſt Romanum ex correctione Gregoriana impreſſum Antverpiæ anno* 1586, *in quo nondum notus fuit epiſcopatus Proculi* B. *Vetuſtiora omnia Martyrologia clamant, epiſcopum non fuiſſe, dum de epiſcopatu ejus omnino ſilent, ac tantummodo martyrii meminerunt. Sic & Beda vulgatus, & Ado, & Notkerus, aliud de ipſo non habent, quam*, Interamnæ S. Proculi martyris.

qui Epiſcopus fuit, non ille,

F

& utrumque inde confundit.

14 *Alium ab hoc Proculum, nempe* C, *Interamnæ coli die* 1 *Decembris, jam diximus, qui & Martyr fuit & epiſcopus appellatur à multis, cujus geſta apud Petrum in Catalogo lib.* 1 *cap.* 15 *leguntur; quæ uti Baronium in Notationibus ad diem* XIV *Aprilis induxerunt in errorem, ſic ut eadem geſta, quæ ſunt propria Proculo* C, *applicuerit ibi Proculo* B; *ita poteſt ibidem errore conſimili in textum Martyrologii illatus fuiſſe ex iiſdem geſtis, titulus epiſcopi, jam olim attributus Proculo* C, *non item Proculo* B. *Supra deſcriptam dedimus Notationem Baronii, quâ Proculum* B *diſtinguit à Proculo* A, *S. Valentini, quem primum nominis iſtius epiſcopum ſuum nunc Interamnenſes, diſcipulo: quia item illum confundit cum Proculo* C; *dum ad eorem ad diem* XIV *Aprilis jubet* videre Petrum in Catalogo lib. 1 cap. 15, *qui ibi proponit Acta Proculi* C, *uti dictum eſt, ſub Totila paſſi; è quibus nihil derivari ad Proculum* B *poteſt præter novam confuſionem; qualis neceſſario inducenda eſt, quando res geſtæ ſingulares unius Sancti, inconſ[illegible]tè applicantur alteri, qui nihil ſimile aliunde ſcitur operatus eſſe. Sic enim Proculus* B, *qui nobis*

AUCTORE C. J.

idem eſt cum Proculo A, *quique temporibus gentilium Imperatorum* XIV *Aprilis Interamnæ martyr obiit; dicendus erit veniſſe è Syria Romam tempore Juſtini Imperatoris; ordinationem epiſcopalem accepiſſe à S. Valentino* II, *quem nunc vocant; martyrium conſummaſſe ſub Totila Rege, idque Bononiæ die* I *Decembris. Hæc enim omnia & plura alia leguntur in Actis Proculi* C *apud Petrum in Catalogo, uti videbimus infra.*

Non ſunt diverſi, quamvis diverſis diebus legantur in martyrol.

15 *Jam vero illi, qui eumdem Proculum* B, XIV *Aprilis in Martyrologio Romano relatum, non ſolum faciunt epiſcopum, verum etiam omnino diverſum hominem à Proculo* A, *qui* XIV *Februarii memoratur ſepeliviſſe magiſtrum ſuum Valentinum; dicant mihi velim, quo argumento diverſum faciant. Quia leguntur diverſis diebus in Martyrologiis pleriſque? Id quoque multoties fit de uno eodemque Sancto in Martyrologio Romano: nec poteſt diſtinctionem perſonæ inferre iterata nominis repetitio, quando illa ſit alias ob cauſas, puta ob natalem diem, ob ordinationem epiſcopalem, ob tranſlationem corporis, ob connexionem*

B *quoque, quam habent cum aliis Sanctis. Sic Proculus quoque ab omnibus, ſupra allatis, inſeritur Martyrologiis die* XIV *Aprilis, tamquam natali ejus, hauſto, ut opinor, ex S. Hieronymo. In vita enim S. Valentini, natalis ejus ſeu martyrii dies, non exprimitur, quamvis martyrii modus & locus indicetur. In paucioribus vero Martyrologiis idem Proculus refertur etiam die* XIV *Februarii, non tamen ut natali ejus; ſed occaſione S. Valentini, eò quod corpus ejus Româ tranſtulit Interamnam; ibique depoſuit.*

nec dies 14 Febr. eſt alterius Proculi natalis.

16 *Quod in Martyrologii Romani poſterioribus aliquot editionibus Proculus* B *nominetur epiſcopus, quod non fuit Proculus* A, *inſinuavi jam ex alienis ab ipſo Actis profectum eſſe; atque adeo ut cum Baronio ad annum* 303 *num.* 122, *loquar,* in Martyrologium illud, errore *alicujus,* irrepſit nomen epiſcopi. *Certe à vetuſtioribus omnibus etiam Romanis abeſt. Simili errore, eódem irrepſerit ad diem* XIV *Februarii in S. Valentino epiſcopo, particula,* Ibidem; *hoc modo.* Ibidem, Sanctorum Proculi, Ephebi & Apollonii martyrum *&c. quod planiſſimè ſignificat, ibidem loci,* Interamnæ, *& veluti eodem*

C *die* XIV *Februarii ſanctos Valentini diſcipulos martyrio defunctos eſſe; quo magiſter ſuus. Quod fieri non potuit, cum ipſimet illum ſepelierint, & ſepultum quotidianis vigiliis honoraverint. Abeſt quoque particula* Ibidem *ab omnibus aliis Martyrologiis antiquioribus; quæ* XIV *Februarii in eodem Valentino vel non meminerunt Proculi & condiſcipulorum ejus, vel ad illos tranſeunt per particulam* tunc; *ut non otioſè animadverſum volui ſupra in adducto ex Beda & Adone elogio. Particula autem illa non ſignificat ibi,* tunc, *id eſt* XIV *Februarii paſſum aut coli Proculum cum condiſcipulis ſuis; ſed corpus magiſtri ſui* tunc, *ſive paulo poſt martyrium ejus, tranſtuliſſe Interamnam, ibique ſepeliviſſe; deinceps quotidianis ad ſepulcrum vigiliis excubuiſſe; denique captum poſt aliquod tempus ac cæſum, prope à magiſtro ſepulturam obtinuiſſe.*

Proculus B *habet etiam Socios,*

17 *Dices porro, in pleriſque Martyrologiis non adjungi Proculo* B XIV *Aprilis condiſcipulos Ephebum & Apollonium, uti adjunguntur* XIV *Februarii. Attamen etiam* XIV *Aprilis adjunguntur in aliquibus, atque in ipſo etiam Hieronymiano, omnium primario, de quo iterum ſcribit in Præfatione citata Bollandus pag.* 46 *col.* 2, *quod* plurima *in eo invenit,* ignorata aliis, Sanctorum nomina; *quodque* obſervavit, ubi vulgata martyrologia, uno alterove commemorato martyre, addunt, CUM SOCIIS (*imo etiam ubi id non addunt*) Socios ſæpenumero recenſeri in Hieromymiano. *Quod ibi allatis exemptis confirmat Bollandus, & in caſu quoque præſenti factum fuerit; dum ex turba martyrum, quos Hieronymus* XIV *Aprilis nominatim recenſet, ſequaces ejus major pars, unius tantum viri,* Proculi; *& unius feminæ,* Domninæ, *nomina producunt; reliquos Socios ſub addita hac clauſula,* cum Sociis virginibus, *quæ etiam viros deſignare poteſt, complexi. Sed iterum dices, quod tres tantum diſcipuli S. Valentini nominentur* XIV *Februarii,* XIV *vero Aprilis plures quoque alii utriuſque ſexus annumerentur apud Hieronymum.* *& plures, quam Proculus* A; *Recte illa quidem: verumtamen non officiunt, quo minus Proculi, utroque die nominati (idem puta de Ephebis & Apolloniis) eadem perſona ſint. Nominantur* XIV *Februarii tantum tres illi in Martyrologiis, quia etiam in Actis S. Valentini, è quibus elogium, quod habent Martyrologia, deſumptum diximus, iidem tres tantum leguntur cum corpore magiſtri ſui Interamnam veniſſe, ibique mortem ſimul oppetiiſſe. Interea poſſunt & alii* E *adfuiſſe Socii, quorum nomina in Actis S. Valentini ſilentur, quia tantopere ad Valentinum non ſpectabant, ſed potius fuerint diſcipuli ipſorum trium diſcipulorum ejus, quia per illos ad fidem converſi.*

non tamen ideo ab hoc diverſus,

18 *Lego enim in Actis ſæpe citatis S. Valentini num.* 10, *quod* per Proculum, Ephebum atque Apollonium, *qui Cratonis oratoris Romæ auditores fuerant ante converſionem ſuam, converſa* multitudo *aliorum* Scholaſticorum confluxit ad Chriſtum, *interque illos* Abundius Præfecti Urbis filius; *qui debet tres condiſcipulos, quando magiſtri ſui corpus Interamnam tulerunt, aut comitatus aut ſecutus fuiſſe; utpote qui eoſdem, non diu poſt, martyrio Interamnæ perfunctos,* non longe à corpore S. Valentini *tumulaſſe, ibidem legitur. Hujus autem exemplo, aut etiam in comitatu, veroſimile eſt, alios quoque è multitudine Scholaſticorum, cum Abundio converſorum, Interamnam veniſſe, ac tribus Condiſcipulis ibi adhærentes, cum iiſdem captos cæſoſque pro Chriſto*

F *fuiſſe, licet eorum nomina nec in Actis Valentini atque ideo nec in elogio Bedæ & Adonis exprimantur. Poſſunt etiam Interamnæ ab iiſdem Condiſcipulis, aut antea à S. Valentino epiſcopo plures converſi fuiſſe tam feminæ quam viri, è quibus aliqui cum Condiſcipulis aut ſub idem tempus martyrium ſubierint. Certo jam tum* multos è populo *Interamnenſi* amatores habebant *tres Condiſcipuli, ut teſtantur Acta S. Valentini. Quid nî & fuerint in illis, qui parati fuerint cum his & in carcerem & in mortem ire pro Chriſto, ac reipſa iverint?*

nec etiam ideo,

19 *Si quis præterea ad arguendam diverſitatem inter Proculum* A *& Proculum* B, *provocet ad ſcripta Henſchenii, qui de SS. Proculo, Ephebo, atque Apollonio tractat duobus diverſis locis, videlicet* XVI *Februarii &* XIV *Aprilis, & primo loco nullum eis dat Socium martyrii, ſecundo autem dat plures; & utrobique res plane diverſas de iis commemorat: quæ diverſitatem quoque perſonarum videntur innuere. Ita eſt, niſi aliter declaret ipſe ſcriptor, aut ratio indicetur, cur hic de iiſdem agatur.*

quod Henſchenius diverſis diebus

20 *Tractat Henſchenius ſeorſim de tribus prædictis Sanctis die* XVI *Februarii, quo præcipua celebritate coluntur Interamnæ, eodemque die commemorantur à Ferrario in Catalogo Sanctorum*

A *rum generali, & Acta eorum deſcribuntur in Catalogo Sanctorum Italiæ, nec non à Jacobillo tomo* I *pag.* 256. *Qui dies ideo aſſignatus fuit eorum cultui ab Interamnenſibus, & in civitate totaque diœceſi celebratur ritu Officii duplicis, propterea quod dies* XIV *Februarii ob ſolennitatem S. Valentini, præcipui Interamnæ Patroni, quo alioquin & ipſi in Martyrologio Romano nominantur, impeditus ſit. Ita innuunt citati Ferrarius & Jacobillus. Ob ſimile impedimentum opinor, nec die* XV *illos coli: quia tunc, ut ſcribit idem Jacobillus, Clerus civitatis ac diœceſis Interamnenſis feſtum ritu duplicis agit* Sanctæ Agapes (*ſive ut Ferrarius ſcrupuloſe mavult legi* Agapis, *per tertiam declinandi formam*) *virginis & martyris, quam populus, ut ſuam protectricem veneratur.*

diverſa de illis ſcribat,

21 *Hiſce Henſchenio cognitis, lectiſque SS. Proculi, Ephebi atque Apollonii nominibus in Romano aliiſque Martyrologiis antiquis die* XIV *Februarii, cum nondum progreſſus eſſet in opere ſuo ad illuſtrandum Aprilem, ex quo verum martyrii*

B *natalem didiciſſet, ac poſtea didicit; quid potuit circumſpectius facere, quam illo die legenda proponere prædictorum trium Sanctorum martyrum geſta, quo ſciebat, illos ſolenniter coli, & ab aliis quoque ſcriptoribus celebrari. Propoſuit igitur illa, die* XVI *Februarii, ex Actis S. Valentini, eorumdem magiſtri, collecta; additis nonnullis ex Jacobillo de inventione corporum, quæ contigit anno* 1605, *in duabus plumbeis arcis, quarum altera alteri ſuperpoſita erat, & ſuperior quidem continebat S. Valentini; inferior vero, trium diſcipulorum corpora, primùm ad Cathedralem intra urbem eccleſiam, deinde ad novam S. Valentini, quæ Patribus Carmelitis excalceatis ædificabatur, tranſlata; ut ibi legi poteſt.*

ſupplens ſecundo loco;

22 *Cum vero poſt aliquot annos ad illuſtrandum Aprilem acceſſit, comperitque in pluribus Martyrologiis Mss. & impreſſis ad diem* XIV *iſtius menſis agi de S. Proculo, Interamnenſi Martyre, & in multis etiam antiquiſſimis, ei adjungi Ephebum & Apollonium, alioſque martyrii Socios, in aliis plures, in aliis pauciores, ut apud ipſum illic videre eſt, debuit ibi neceſſario tractare ſaltem de Sociis, quorum eatenus mentio non erat facta; nec potuit, quin ſimul de tribus prædictis condiſcipulis,*

C *per quos reliqua multitudo putatur ad Chriſtum converſa fuiſſe, denuo ageret; ac omnium nomina, etiam in titulo, conjuncta proponeret. Atque ideo, prætermiſſis trium geſtis, quæ ad diem* XVI *Februarii jam dederat; reliqua, quæ deſiderari adhuc poterant & pleraque toti turbæ communia ſunt, hic expoſuit; recte memor; ſe ex Actis S. Valentini* à quo Apollonius, Ephebus & Proculus converſi fuerunt, horum Acta dediſſe XVI Februarii; quando ſolenni Officio in eccleſia Interamnenſi coluntur.

quod priori deerat.

23 *Arbitratur quoque* (*quod mihi certum videtur*) duobus, *non amplius*, poſt martyrium S. Valentini menſibus, *die* XIV *Aprilis occiſos fuiſſe, eodem quo ipſe anno, ſive is fuerit* 272, *ſive* 273, *ſive alius: utpote qui adhuc ad ſepulcrum ejus* quotidianis vigiliis in Dei laudibus permanebant (*uti docent Acta S. Valentini*) *quando* tenti à gentilibus, & cuſtodiæ traditi fuerunt. *Ex hoc tantillo ſpatio, quod inter martyrium magiſtri & diſcipulorum, paulo ante mortem illius, veram fidem amplexorum interceſſit, & ex ſilentio citatorum Actorum confirmatur etiam, Proculum non fuiſſe epiſcopum, nedum Valentino in Sede Interamnenſi ſucceſſiſſe, ut ſupra jam diximus. Hunc igitur Proculum, diebus* XIV *Februarii &*

XIV Aprilis Martyrologiis inſcriptum, S. Valentini diſcipulum, Ephebi & Apollonii condiſcipulum, unum, non duos; martyrem, non epiſcopum; ſibi certo vendicare poſſunt Interamnenſes. AUCTORE C. J.

§ III. De Proculo, C, fueritne presbyter tantum, an etiam epiſcopus: &, ſi epiſcopus, fueritne Narnienſis, Interamnenſis, aut Bononienſis.

Martyrologia Proculum C, die 1 Dec. inſcriptum.

S*Uperiori paragrapho deduximus, quis & qualis ſit, & quo aut quibus diebus referatur, Proculus Interamnenſis in Martyrologiis. Nunc tranſeundum eſt ad Proculum* C, *qui Kalendis Decembribus inſcribitur; videndumque, quis & qualis ille ſit Proculus* C, *qui cum è Syria in Italiam veniſſe dicatur, ad hunc tractatum de* XII *Sociis Syris in Umbriam advenis, propius ſpectat, quam Proculus* A *& Proculus* B. *Diximus jam inſcribi Martyrologio Romano* Kalendis Decembribus *his verbis*; Narniæ S. Proculi epiſcopi & martyris, qui poſt multa egregia opera, à Totila Gothorum rege juſſus eſt decollari. *Notavimus quoque, in omnibus ejus editionibus, Antverpiæ in Officina Plantiniana curatis, legi,* Narniæ; *præterquam in editione anni* 1613; *quæ eſt in grandi follio, curata ab Heriberto Roſweydo, in qua pro* Narniæ, *legitur in textu:* Interamnæ: *& Roſweydus in margine annotavit,* al. Narniæ, *prout in prioribus editionibus legebatur in textu: atque iterum lectum eſt in aliis editionibus poſtea ſecutis.* B

alia vocant presbyterum tantùm,

25 *Martyrologi antiqui, alii hunc Proculum faciunt presbyterum, alii martyrem, alii etiam epiſcopum. Rurſum ſunt qui eum adſcribunt Narniæ, ſunt qui Interamnæ, ſunt qui Bononiæ. Hinc mira confuſio. Quæ ut minuatur, propono codices Uſuardinos triplici in claſſe, adſcriptis ſingulorum verbis ex Kalendis Decembribus. Uſuardus noſter, nuper à variorum additamentis purgatus, atque ad primævam ejus lectionem, quantum fieri potuit, reductus; ſic die citato habet:* Civitate Narnia, ſancti Proculi presbyteri. *Hæc ipſa totidem verbis leguntur in aliis Uſuardi codicibus Mss. Puta, in vetuſtiſſimo, qui Pariſiis ſervatur in monaſterio S. Germani de Pratis, exiſtimatus à Mabilione ſcriptus fuiſſe vivente adhuc Carolo Calvo, ſub quo & Uſuardum vixiſſe & ſcripſiſſe conſtat. Alter codex eſt Altempſianus, Romæ inventus, in Anglia conſcriptus. Tertius, veteris Cartuſiæ Montis Dei in Belgio. Quartus, eccleſiæ Tornacenſis. Quintus, Ultrajectinæ. Et hi codices aliis fere vetuſtiores ſunt. Eumdem tenorem ſervant vetuſtiores, typis editi; Pariſiis, anno* 1496 *&* 1536; *Coloniæ anno* 1515 *&* 1521; *præter tres Molani editiones, eodem ſeculo factas. Et hæc quidem omnia Martyrologia Proculum die* 1 *Decembris adſcribunt* Narniæ, *ac tantum appellant* presbyterum. F

alia tantùm martyrem,

26 *Altera claſſis eadem recitat verba, præterquam quod non presbyterum, ſed ſimpliciter* martyrem *vocet Proculum, hoc modo*: Civitate Narnia, ſancti Proculi martytis. *In hac ſunt codices noſtri Mss. unus eccleſiæ Ultrajectinæ, à ſupra nominato diverſus: alter Bruxellenſis S. Gudilæ; tertius Lovanienſis: quartus Danico-Franciſcanus: item Leidenſis; Albergenſis, & vetus Prædicatorum: nec non impreſſi alii, Coloniæ & Lubecæ an-*

AUCTORE C. J.

no 1490 ; versus Coloniæ 1498 ; Parisiis 1521.

alia episcopum & martyrem ;

27 *Tertiæ classis pauciores sunt codices Mss. qui diem quidem natalem Proculi similiter celebrant Kalendis Decembribus, sed de natali loco dubitare videntur, sitne* Narnia, *an vero* Interamna ; *dum utramque civitatem nominant, interpositâ particulâ* sive *: in iisque & hoc notari meretur, quod ipsi soli inter omnes Martyrologiorum codices Mss. quos vidi, Proculum vocent* episcopum & martyrem. *Sic habet codex Vaticanus S. Petri :* Kal. Dec. Interamnæ sive Narniis, sancti Proculi episcopi & martyris. *Sic codex S. Cyriaci, quem Baronius in suis ad* 1 *Decembris notationibus reputat pro omnium vetustissimo ; nisi quod* Narnis *scribat, pro* Narniis. *Sic & codex Casinensis, litteris Longobardicis antiquis conscriptus, quem habemus collatum cum alio minus antiquo Altempsiano ejusdem fere tenoris. Initium tamen annuntiationis ibi corruptè legitur hoc modo :* Kal. Dec. Interamnæ severannis, natalis sancti Proculi episcopi & martyris. *Ubi* tò Severannis *corrigendum per* sive Narnis *: uti & corrigendum in Actis nostris die* 1 *Junii pag.* 50 *litt.* A, *ubi de S. Proculo milite, Majoribus nostris eadem vox* Severannis *obrepsit.*

B

uti & Romanum aliquando ipsum appellavit.

28 *Horum tertiæ classis codicum, aut saltem unius, S Cyriaci, quo Baronium crebro usum fuisse dixi, auctoritate, accesserit Proculo* C *etiam in Martyrologio Romano, sub Gregorio XIII reformato, titulus* episcopi ; *quem paulo antè ei dederant quoque Felicius & Galesinius anno* 1577 *& sequente impressi. Martyrologium vero Germanicâ linguâ, Petro Canisio cooperante, editum Dilingæ anno* 1573, *titulum istum nondum habuit ; at in nova editione anni* 1599 *illum pariter accepit, verosimiliter ex Romano tunc correcto. Neque tantum episcopalem dignitatem cum palma martyrii tribuunt Proculo huic Martyrologia impressa, proximè citata ; sed elogium quoque, alia brevius, alia prolixius, subnectunt ; in eoque exprimunt tempus martyrii (quo codices Mss. abstinent) sub Totila Gothorum rege : atque uni tantum civitati tribuunt Natalem ejus, videlicet* Narniæ, *nulla mentione facta* Interamnæ ; *præter Romanum, quod in variis editionibus subinde variavit, uti jam notavi : ejusque verba allegavi supra.*

C

Nihilo certiora possunt erui ex Actis.

29 *Duo jam de Proculo hoc, ex unanimi Martyrologiorum consensu, asserta habemus, videlicet ; diem ejus natalem celebrari* Kalendis Decembribus, *locum vero natalem* Narniam *esse. Non idem consensus est de presbyteratu, de episcopatu, de martyrio. Ex Actis omnibus, quæ circumferuntur nihilo certius definiri quid potest. Ex Actis enim* XII *Sociorum tantummodo habetur, quod fuerit* presbyter. *Acta apud Petrum de Natalibus faciunt* episcopum *&* martyrem *: episcopum quidem, non* Interamnensem *sed* Lazanensem ; *martyrem vero* Bononiæ *coronatum sub rege Gothorum Totila. Acta apud S. Antoninum, Tit.* 24. *Cap.* 13 § 3, *sic legunt :* Interea B. Valentino, *qui Proculum antea presbyterum ordinaverat*, martyrio coronato ; sanctus Proculus in antistitem Iterannis (rectius Theramnes) consecratur. *Quæ in Actis apud Petrum Calo leguntur :* Interea B. Valentinus præfatus, apud Urbem martyrio coronatus est ; cujus loco beatus Proculus succedens, signa multa & prodigia faciebat. *Acta ejusdem Proculi apud Mombritium in SS. Carpophoro & Abundio ; majorem* sacerdotali *dignitatem ei non tribuunt ; ac de genere mortis nihil habent. Neque igitur ex Actis illis quidquam certi potest erui de Proculi* episcopatu, *nedum de* Interamnensi *determinatè. Ut non dicam, Acta illa omnia & singula esse talia, ut iis neque in his, neque in aliis, credi per se quidquam possit.* D

Sedes episcopalis Proculi hujus,

30 *Baronius de hujus Proculi* C *dignitate episcopali minus dubitare videtur, quam de episcopatûs loco, codici suo S. Cyriaci præfisus. Productis namque in Notationibus ad Kal. Decembres ex illo codice verbis, nuper à nobis quoque allatis,* Interamne, sive Narnis, natalis S. Proculi episcopi & martyris, *subdit* : quæ quidem duplex lectio, *Interamne, sive Narnis*, ambiguitatem de ea re tunc fuisse, significat. Si etenim assentimur Petro in Catalogo lib. 1 cap. 15 ; Interamnensem fuisse episcopum, affirmare oportet : sed cum miscet eum cum S. Valentino episcopo & martyre, cum alio Proculo Interamnensi eum confundere videtur, de quo suprà XVIII Kalend. Maii. De Proculo Narniensi mentio habetur in Actis Abundii & Carpophori apud Mombritium tomo 1. Sed ea erroribus scatent.

aliquibus dubia,

E

non potest definiri

31 *Ita quidem Baronius, sed ambiguitatem de loco episcopatus Proculi non minuit ; neque auctoritas Actorum ejus apud Petrum loco Catalogi indicato, tanta est, ut propterea episcopus Interamnensis appellari debeat, aut etiam possit. Quin imo ex iisdem Actis, si quid habent auctoritatis, disci poterit, episcopum non fuisse* Interamnensem, *sed* Lazanensem, *uti jam diximus : utque id oculis videas propriis, Acta ista, quia prolixa non sunt, & paucis Catalogus Petri ad manum est, hic accipe ex lib.* 1 *cap.* 15.

ex Catalogo Petri de Natalibus,

32 Proculus episcopus & martyr, de Syria veniens Romam tempore Justini Imperatoris ; totamque Romanam provinciam discurrens, Christum prædicabat, miraculis & vita refulgens : quem S. Valentinus episcopus Interamnensis constituit sacerdotem. Et dum die quadam celebraret, præsente prædicto episcopo, Angelus Domini acceptum de altari calicem, in aëra, videntibus omnibus, sublevavit, & deinde in altari reposuit, sanguine consecrato. Sanctus autem presbyter de mandato Angeli, sanguinem consecratum libavit. Deinde propter persecutionem paganorum fugit de Tyro sive Interamno cum episcopo Valentino : & veniens ad civitatem Nequinam, à gentilibus Gothis tentus & verberibus afflictus atque in carcerem missus est : sed per Angelum eductus, venit Lazanum ; ubi à S. Valentino, per martyrium assumpto, constitutus episcopus, totam civitatem, *utique Lazanensem*, per multa miracula convertit ad Christum. F

qui ipsum non facit episcopum Interamnensem.

33 Deinde veniens Spoletum, Christum prædicavit : inde, à Deo monitus, persecutionem fugiens, venit Bononiam ; ubi Theodori filiam, quæ manum habebat aridam, sanavit ; & patrem cum filia convertit ad fidem ; & filium Heroniani à dæmonio liberavit. Et post multorum conversionem, à Totila rege Gothorum captus, ablatis sibi binis loris à tergo, decollatus est, & juxta civitatem humatus : ubi processu temporis puer mortuus, juxta ipsum sepultus, revixit. Tuncque corpus ipsius integrum repertum, honorifice levatum est. Hujus passio agitur die Kalendarum Decembris. *Nullus hic apex est, qui, prout Acta jacent, suadeat, Proculum à Valentino creatum fuisse episcopum Interamnensem.*

34 *Jam vero Acta ipsa quantam mereantur fidem,*

A *Neque vero Baronius facit talem abſolute,*

fidem, monſtrabunt paulo poſt Annotationes noſtræ in alia ejuſdem Proculi prolixiora Acta, quorum illa compendium ſunt. Baronius Acta iſta citat ad XIV *Aprilis, ubi de Proculo* B; *atque iterum ad* I *Decembris, ubi de Proculo* C; *opinatus, utrobique de eodem agi: quod tamen à vero alienum eſt; eſſetque, tametſi non monſtraſſemus, Proculum B eumdem eſſe cum Proculo* A, *diſcipulo S. Valentini epiſcopi, ſeculo tertio martyrium paſſi. Interim ex illis ad* XIV *Aprilis concludit*, duos Valentinos epiſcopos Interamnenſes, duos itidem Proculos dari oportere: *ad primum vero Decembris indidem infert, Proculum* C, Interamnenſem fuiſſe epiſcopum: *neutro tamen loco auſus eſt abſolute loqui, ſed ſub conditione tantum, quæ huic utrobique æquivalet propoſitioni*, ſi vera ſunt Acta, à Petro relata; *& ſic ipſo loquendi modo ſubindicat, non multum ſe iis tribuere fidei.*

ſed tantum ſub conditione.

35 *Idem mox etiam apertius oſtendit Baronius, dum arguit Acta, quod Proculum* C, *ut ipſe putat* Interamnenſem; *ut ego modo monſtravi*, Lazanenſem, *confundant* cum alio Proculo Interamnenſi, de quo, *ait, actum eſt* ſuprà, XVIII Kal. Maii; *qui nobis eſt Proculus* B, *quamvis revera id Acta non faciant, ſoli convenientia, ut patet, Proculo* C. *Quod enim* miſceant *Proculum hunc* cum S. Valentino epiſcopo & martyre, *de quo leguntur apud nos Acta propria, die* XIV *Februarii, non probat, quod confundat Proculum* C *cum Proculo* B, *ſed potius cum Proculo* A, *de quo in Actis Valentini jam dicti, memoria habetur; non de Proculo* B, *in ſententia Baronii, Proculum* A *&* B *inter ſe diverſos eſſe opinantis, illo ipſo loco, videlicet in Notatione ad* XIV *Aprilis, ubi Acta Proculi* C, *applicando Proculo* B, *ipſe potius videtur utrumque confundere. Ibidem quoque intulit ex his ipſis Actis*, duos Valentinos epiſcopos Interamnenſes, duos ibidem Proculos *admittendos eſſe. Quod ſi verum eſt, nullam Acta Proculi* C *confuſionem inducent ſui Proculi cum Actis Proculi* B; *quia alter cum uno Valentino, alter cum altero vixerint, atque ideo ſinguli cum ſuo Valentino in ſeparatis Actis propter ſimultanea eorum geſta mixti fuerint.*

Duo tantum Proculi ſancti in Umbria.

36 *Sed cur in his hæreamus diutius, dum monſtratum eſt, ut puto; & monſtrabitur adhuc; Acta, quæ citat Baronius & alii paſſim, nullam habere auctoritatem? Non ſeducemur verbis inanibus, nec ſcripturis, inter ſe & ſecum ipſis aperte pugnantibus. Oſtendimus è certioribus monumentis, videlicet Martyrologiis antiquis, Proculum* C, *è Syria oriundum, faſtis ſacris adſcribi antiquitus Kalendis Decembribus & civitati Narniæ. Quemadmodum* § 1 *oſtenſum eſt, Proculum, ſancti Valentini Interamnenſis epiſcopi, ſeculo tertio Romæ paſſi, diſcipulum fuiſſe cum Ephebo atque Apollonio; cum iiſque bimeſtri poſt magiſtri martyrium, & ipſum martyrem factum eſſe Interamnis, non epiſcopum. Nec alios invenio Proculos ſanctos, quos ego quidem auſim Umbriæ adſcribere. Siquis alius id putet ſe poſſe merito; idque præſtiterit; gratùlabor ei ex animo; unum tantummodo rogans, ut ne adducat in probationem dictorum ſuorum, aut Acta* XII *Sociorum, aut Mombritiana in Carpophoro & Abundio; aut illa, quæ leguntur in Catalogo Petri de Natalibus, in S. Antonino, in Petro Calo, aut in aliis quibuſvis ſcriptoribus, qui ſua ex prædictis Actis ſumpſiſſe dignoſcuntur. Simul edicat nobis ſenſum ſuum de dignitate Proculi hujus* C. *Ego tantiſper opinabor tum ex potiori parte Martyrologiorum, tum ex Actis* XII *Sociorum atque Mombritianis, presbyterum fuiſſe.*

AUCTORE C. J.

§ IV. De Proculo uno & altero, Bononiæ martyrio coronatis, diſtinctiſque ab aliis homonymis.

Proculus miles & martyr Bononiæ,

Deduximus jam ex Martyrologiis vetuſtis atque Umbriæ vindicavimus duos ſanctos Proculos, unum martyrem Interamnenſem, S. Valentini epiſcopi diſcipulum; alterum, presbyterum Narnienſem, è Syria advenam. Acta illorum, jam ſatis reprobata & porro reprobanda, alterutrum deducunt ex Umbria in Æmiliam & Bononiam, ibique martyrio affectum conſtituunt: ſed non ſunt convenientia teſtimonia eorum. Certum eſt, Bononiam ſibi proprium habere ſanctum Proculum martyrem ſaltem unum, docente id S. Paulino epiſcopo Nolano in Natali 9 S. Felicis verſu 432:

à S. Paulino

Vitalem, Agricolam, Proculumque Bononia condit,

Quos jurata fides pietatis in arma vocavit. E

Horum trium martyrum, Bononiæ paſſorum, ſacras reliquias gloriatur Paulinus, ſe habere reconditas in ſua S. Felicis eccleſia: eaſque ipſe debuit tunc recenter accepiſſe Bononiâ (ubi corpora SS. Vitalis & Agricolæ ſub annum 393 inventa primum fuerunt) & forte per S. Ambroſium, ſingularem amicum ſuum, qui inventionis atque elevationis corporum ſolennitati interfuit, ſacraſque ex illis reliquias ſecum aſportaſſe ſcitur. Proculum porrò eâdem perſecutione, quæ putatur Diocletianea fuiſſe, cum Vitale & Agricola paſſum eſſe, videtur Paulinus indicatum velle per illud; Quos jurata fides *&c.*

& à Ferrario memoratur,

38 *Et hic ſanctus Proculus Bononienſis martyr, à Ferrario in Catalogo generali Kalendis Junii ſic proponitur*: Bononiæ in Æmilia, ſancti Proculi militis & martyris ſub Maximiano. *Citat* tabulas eccleſiæ Bononienſis hac die, qua etiam in Martyrol. Rom. de Proculo epiſcopo agitur. *Ita ibi Ferrarius, qui in Catalogo Sanctorum Italiæ apertius loquitur hac annotatione*: Martyrologium Rom. hac die (*primâ Junii*) Proculum epiſcopum ſub Maximiano imperatore paſſum commemorat. Sed eccleſia Bononienſis, illum militem, non epiſcopum fuiſſe, affirmat: qui vero epiſcopus fuit, non ſub Maximiano, ſed ſub Totila paſſus eſt. F *Perrexit Proculus iſte in Martyrologio Romano* Epiſcopus *appellari uſque ad editionem ejus, curatam typis Plantinianis anno* 1613, *ſub hoc elogio*; Bononiæ, S. Proculi epiſcopi & martyris, qui ſub Maximiano imperatore paſſus eſt. *Attamen Baronius in Annalibus ad annum* 303, *num.* 122 *monet*, nomen epiſcopi in Martyrologium errore irrepſiſſe. *Item in Notis ſuis ad prædictum Martyrologii locum, damnat vulgatam S. Antonini, & aliorum opinionem, quaſi Theodorico Gothorum rege (pro quo alii ſubſtituunt Totilam) in Italia dominante, ejus Bononiæ Præfecto violentas manus intulerit zelo Religionis; atque ideo martyr factus fuerit, gladio percuſſus. Verba Baronii ſunt.*

paſſus ſub Diocl. & Maximiano:

39 Percrebuit huc uſque de S. Proculo martyre ea opinio, quod paſſus ſit temporibus Theodorici Arianorum regis, ea de cauſa, quod zelo fidei in Arianum præfectum, Catholicis

AUCTORE C. J.

tholicis infeſtiſſimum, inſiliens, eum occidiſſet; ut habent quædam Acta, quæ tomo 7 Surius recitat. Sed hæc omnia redduntur irrita ex his, quæ ſcribit *in ſupra citatis duobus verſiculis* S. Paulinus Nolanus epiſcopus, qui longe præceſſit tempora Theodorici regis. *Tum addit Baronius, Eminentiſſimum Cardinalem Gabrielem Paleottum, Archiepiſcopum Bononienſem, citati S. Paulini auctoritate, emendaſſe tabulas priſtinas iſtius eccleſiæ, retrahendo martyrium S. Proculi à tempore Theodorici regis ad Diocletiani & Maximiani imperatorum perſecutiones. Recte quidem in ſententia, quæ unum dumtaxat Proculum admittit Bononiæ martyrem: eâque admiſſâ, nihil ſane habent Interamnenſes aut Narnienſes, quod ſomnient de ſuo Proculo ſeu epiſcopo ſeu presbytero, Bononiæ paſſo.*

item alter ibidem Proculus epiſcopus & martyr,

40 *Verum, quid ſi duo fuerunt Proculi Bononiæ martyres diverſis temporibus? Duos certè ſibi vendicat Proculos urbs Bononienſis, & quidem potioribus argumentis, quam ſibi Interamnenſes vindicent Proculos tres. Argumenta Bononienſium ſunt; quod S. Paulinus agnoſcat Proculum Bononiæ martyrem, ante ſua tempora paſſum, quem poſteri diſtinguunt ab aliis homonymis per titulum* Miles. *Adhæc, ſacra duorum Proculorum martyrum corpora Bononiæ hodiedum in veneratione ſunt, ac olim fuerunt: videlicet* Militis *jam dicti, & alterius Proculi* Epiſcopi martyris. *Docent namque monumenta authentica Bononienſium, corpora duorum Proculorum, apud ſe paſſorum, una in arca marmorea pragrandi, ſimul compoſita fuiſſe in eccleſia ſua S. Proculi, Ordinis S. Benedicti, anno* 1390, *à* Joanne abbate, *cognomento (uti ſcribit Maſinus)* Di Michele; *appoſitâ tabulâ, quæ teſtificatur, utriuſque ſancti Proculi corpus ibidem loci à ſeculo nono jam quieviſſe.*

B

utrique ſimul una in arca compoſiti

41 *Inſcriptio, antiquâ ſuâ characterum formâ, ut marmori inſculpta olim fuit, repræſentatur tomo noſtro primo Junii pag.* 81; *atque ita legitur;* MCCCLXXXX die XXVII Februarii fuerunt poſita in iſta arca, ipſa (*Eſt qui pro* ipſa, *hîc legat,* integra) corpora beatiſſimorum Proculi epiſcopi & martyris, & Proculi militis & martyris de Bononia; quæ latuerunt in iſto loco circa quingentos annos, & in iſto monaſterio fuerunt reperta tempore reverendi Patris Domini Fratris Joannis, Abbatis dicti monaſterii, & ſic per eum collocata; ut videtur. *Loca quoque, ubi primitus martyrium ſuſtinuerunt, hodiedum oſtendunt ſcriptores Bononienſes, ac inter illos Antonius Pauli Maſini, in Bononia perluſtrata ad diem primum Junii, deſignans paleſtram S. Proculi militis extra portam S. Mammoli prope S. Mariam Vallis viridis & S. Proculi epiſcopi in media via,* Maraſol grande *dicta, poſt palatium Rovinorum. Utriuſque etiam ſacrum caput hodiedum ſervatur ſeorſim à corporibus in eccleſia S. Proculi Benedictionorum & ſtatis temporibus exponitur publicæ veneration.*

C

Proculus epiſcopus cujus loci fuerit.

42 *De Proculo milite nemo dubitat quin fuerit paſſus Bononiæ. De Proculo epiſcopo idem ſentiunt Acta varia: ſed dubitatur, cujus civitatis epiſcopus fuerit. Plerique, qui poſtremis temporibus ſcripſerunt, tam Umbri, quam Bononienſes ipſi aſſerunt, epiſcopum fuiſſe Interamnenſem, Bononiæ martyrio affectum; ita opinati, quia id ajunt Acta S. Proculi, quæ apud Petrum de Natalibus & S. Antoninum Florentinum impreſſa leguntur, quaque nos etiam ampliora habemus Mss. & mox impreſſa dabimus. Verum id credere illis nequeo, quia omni ex parte apocrypha ſunt & fide indigna, etiam in hoc, quod Proculum nominent* epiſcopum Interamnenſem; *qualis Martyrologiis paulo antiquioribus nullis eſt notus Interamnæ, uti jam vidimus. Acta quoque ejuſdem Proculi, quæ vocabo* breviora, *prout leguntur in Actis* XII *Sociorum è Syria advenarum, nullam faciunt mentionem* Interamnæ, *imo ne quidem* epiſcopalis dignitatis: *tantum vocant* presbyterum. *Et hæc ipſa Acta breviora videntur fundamentum præbuiſſe aliis, eadem interpolandi & amplificandi, prout leguntur apud modo citatos Petrum & Antoninum. Hæc enim imprimis omnia fere habent, quæ habentur in brevioribus, & ſuperaddunt alia, vel ex ingenio compilatoris concepta, vel ex aliorum Sanctorum Actis ad Proculum male tranſlata.*

D

Geſta ejus in Actis brevibus narrata,

43 *Quæ in brevioribus narrantur, hæc fere præcipua ſunt. Primum, quod inter* XII *Socios, fratres ſuos ac patrueles, duce Anaſtaſio patruo, è Syria in Italiam tempore Urbani Papæ & Juliani imperatoris (ille mortuus eſt anno* 231; *hic imperare cœpit anno* 360 *vel* 361) *delatus, occiſo ibi ad Aquas Salvias patruo, cum aliis ſociis fugit in partes Valeriæ, & Narniæ ab illis relictus, mox conceſſit in vicinum caſtrum Carſulanum, adhæſitque cuidam ſanctiſſimo Voluſiano, à quo & presbyter ordinatus eſt. Secundum, quod Miſſam in cælo celebrari, ante ſolis ortum ſuper terram, vidit; quodque ipſe ſimiliter ante ortum ſolis celebrare conſuevit: quamobrem accitus ab Eugenio Papa (primus iſtius nominis creatus fuit anno* 654) *Romam è caſtro Carſulano; ſitibundis in via ſociis lac cervæ occurentis, à ſe mulctæ, potum dedit. Denique, quod Papa Eugenius eâdem nocte ab angelo Domini flagellatus, innocentiam Proculi cognovit, ipſumque continuò ad caſtrum Carſulanum cum magno honore reduci juſſit.*

E

male compilata ſunt;

44 *Hæc autem ipſa Proculi Acta breviora, quam male coagmentata ſibique contraria ſint, abunde notatur per duas, quas interjeci, parentheſes; ex quibus concludi debet, ipſum, poſtquam Romam venit ſub Urbano Papa I, uſque ad Eugenium Papam, ſupervixiſſe annos plus quam quadringentos. Interea nihil in illis de epiſcopatu Proculi, nihil de civitate Interamnenſi, nihil de ulterioris habitationis loco, nihil de martyrio; nihil de morte ejus; nedum, ubi aut quo modo, illam obierit. Præterea, tota hiſtoria geſtorum inter Eugenium Papam & Proculum, deſumpta eſt ex Actis S. Equitii abbatis, à S. Gregorio lib.* 1 *cap.* 4 *Dialogorum deſcriptis; ubi ſimilia Equitio per Pontificem Romanum accidiſſe narrantur, atque hîc referuntur, accidiſſe S. Proculo per Papam Eugenium, anno* 50 *poſt obitum Gregorii creatum Pontificem. Quæ deinde per interpolatores Actis iſtis ſuperaddita fuerunt, uti extant apud Petrum in Catalogo & Antoninum & in Ms. noſtro, melioris notæ cenſeri non poſſunt. Propono illa, uti leguntur apud Petrum, quibus alia fere conſonant.*

F

uti & alia, ab interpolatoribus addita.

45 *Primum,* Voluſianus, *qui ſupra dicitur ordinaſſe Proculum presbyterum, hîc mutatur in* Valentinum; *additurque, ab illo etiam ordinatum fuiſſe* epiſcopum, *apud Petrum quidem,* Lazanenſem; *apud Antoninum vero legitur, poſt martyrium S. Valentini,* in Antiſtitem Interannis (rectius, Therannes) conſecratus fuiſſe. *Deinde ait Petrus, Gothos titulo* paganorum *&* gentilium *honorans, quod Proculus* propter perſecutionem paganorum fugit de Tyro ſive Interamno, cum epiſcopo Valentino; & veniens ad civitatem Nequinam à gentilibus Gothis tentus

A tentus & verberibus afflictus atque in carcerem missus est; sed per angelum eductus, venit Lazanum, ubi à S. Valentino per martyrium assumpto, constitutus episcopus, totam civitatem per multa miracula convertit ad Christum. *Denique superadditur, quod* à Deo monitus, venit Bononiam, *ibique* à Totila rege Gothorum captus, ablatis sibi binis loris à tergo, decollatus est & juxta civitatem humatus: ubi processu temporis puer mortuus, juxta ipsum sepultus, revixit: tuncque corpus ipsius integrum repertum, honorifice levatum est. *Postremum quidem hoc additamentum, huc translatum est ex Actis S. Herculani episcopi Perusini, sub eodem Totila rege & eodem martyrii modo passi: alia autem nescio unde sint sumpta. Certe Gothi fuere* Christiani, *licet secta Ariana; non* pagani *aut* gentiles.

Proculus ille apud Antoninum distrahitur in duos,

46 *Acta apud S. Antoninum titulo* 24, *cap.* 13, § 3 *eumdem Proculum, non quidem episcopum* Lazanensem, *uti Petrus in Catalogo, sed* Interamnensem *vocant & successisse ajunt*, S. Valentino, *illi nempe, qui (uti clarius intelligitur ex Actis nostris prolixioribus Mss. quorum illa, quæ Antoninus habet, compendium sunt)* apud Urbem, *videlicet Romanam, martyrio coronatus est; & sic inducunt confusionem majorem & manifestam falsitatem; quandoquidem Proculum, è Syria in Italiam advectum atque sub Theodorico aut Totila Gothorum rege Bononiæ passum seculo sexto, retrahunt ad seculum tertium, quo Valentinus, Interamnæ episcopus, Romæ martyrium sustinuit; eumdemque confundunt cum alio Proculo, qui adhuc gentilis, Athenis Romam venit studiorum causa, ibique à Valentino jam dicto, ad Christum conversus, corpus magistri sui post martyrium tulit Interamnam cum Ephebo atque Apollonio, cum iisque non multo pòst etiam ipse, ad sepulcrum magistri in oratione perseverans, martyr factus est; sed ille Proculus non fuit* episcopus, *& ne* presbyter *quidem: quidquid aliter sentiant nonnulli, Acta apocrypha secuti. Hæc distinctius cognosci possunt ex propriis veri Valentini martyris & Interamnæ episcopi, Actis, quæ ad diem* XIV *Februarii illustrata sunt, multò sane certioribus, quam quæ apud Antoninum & alios de alio Proculo, alioque Valentino, qui Interrmnæ fuerint, leguntur.*

B

C *non sine contradictione.*

47 *Et hac una annotatione sufficiat indicasse difformitatem Actorum istius Proculi, quæ dum ipsum faciunt episcopum Interamnensem, simul docent, episcopum non fuisse: & quem ajunt sub Totila passum Bononiæ seculo sexto, dum admittunt successorem fuisse S. Valentini Interamnensis episcopi, Romæ martyrio coronati, fateri quoque debent, seculo tertio martyrium subiisse, & quidem Interamnæ. Sed & alia alterius S. Proculi martyris Acta, supra relatis continuo subjungit idem Antoninus* § 4, *qui Proculus similiter Bononiæ passus dicitur, eodem seculo sexto, imperante Justino seniore; quando, ut habent Acta illa,* feritas gentilium adhuc sæviebat in Christianos. *Quæ verba pro illo tempore absona sunt. Tum sequitur non minus absonum, quod eodem tempore Bononiam missus fuit Marinus Prætorii Præfectus, quem Proculus* auditâ contra se sæva principis sententiâ, securim, quam valde diligenter exacuerat, sumpsit, cervicemque Marini prætoris, in templo orantis, penitus obtruncavit: *quam ob rem quæsitus & inventus, ipse quoque à ministris Marini decapitatus est. Quæ si vera sunt; per juste meritam sententiam, propter eadem injustè commissam, non propter confessionem fidei Christianæ, dici debet punitus fuisse. Sed credamus, illa potius vera non esse, quam non fuisse Christi martyrem Proculum istum, quem aliunde constat, Bononiæ martyrium pro Christo subiisse; licet tempore longe alio, quam designant hæc Acta; quo intelligi debent agere de illo Proculo, quem* militem *diximus, Bononiæ sub Maximiano passum.*

Alterius Proculi, Bononiæ etiam passi, apud Antoninum Acta,

in quibus dicitur caput suum, jam decollatus, alibi portasse.

48 *Prætermitto prodigium vulgare, ex his ipsis Actis sumptum à nonnullis, quod Proculus jam decapitatus,* surgens constitit, & apprehendens caput suum juxta genua, usque ad locum pervenit, ubi hodie etiam requiescit: ecclesiaque ipsa, quæ primo S. Xisti nomen habebat, ab eo nomen sumpsit. *Certe quando tempore S. Ambrosii, ipsoque præsente, corpora sanctorum Vitalis & Agricolæ, ipsiusque verosimiliter Proculi quoque elevata Bononiæ fuerunt; & quando S. Paulinus omnium trium reliquias accepit, diu ante quam ecclesia S. Proculi ædificata fuit, nondum requiescebat Proculus in ecclesia nominis sui, quò caput suum post mortem detulisse narratur: neque vero in antiquitate de tali portatu capitis quidquam invenitur.*

E *Duo Proculi martyres Bononiæ,*

49 *Ex his duorum Proculorum Actis apud Antoninum apocryphis, nihil possum derivare veri, quam quod tunc opinio fuerit, duos Proculos martyres Bononiæ passos esse. Tempora autem, quibus ibidem dicuntur ambo passi esse seculo sexto, sub Justino Imperatore, ac Totila Gothorum rege, vera esse non possunt; cum alter ante ætatem S. Paulini Nolani, qui exeunte seculo quarto floruit, ejusque sacras reliquias se habere dixit, debeat mortem oppetiisse. Quin & Acta ipsa apud Antoninum secundo loco, sibi contradicunt; dum ajunt, tempore Justini Imperatoris,* feritatem gentilium adhuc sæviisse in Christianos Bononiæ, *eóque missum fuisse publica auctoritate Præfectum Prætorii Marinum (is debet Bononiæ fuisse initio seculi quarti, quando Proculus miles censetur ibi passus fuisse) ut Christianos necaret: quando tota Italia dudum amplexa erat Christianam religionem, & vix amplius ibi invenire erat hominem privatum, qui gentilismum sequeretur, nedum qui publicam persecutionem in Christianos moveret. Redolet igitur illa feritas gentilium in Christianos potius tempora Diocletiani & Maximiani, sub quibus æque Proculus, nempe miles, quam Vitalis & Agricola creduntur passi fuisse.*

F *confusi ab aliquibus cum Interamnensi martyre,*

50 *Ut clarius loquamur, prima S. Proculi apud Antoninum Acta ajunt in principio, Proculum è Syria cum Sociis advenisse; successisse S. Valentino martyri in episcopatu Interamnensi (quod seculo Christi tertio debet factum esse) citatum fuisse Romam à summo Pontifice, quem Acta* XII *Sociorum & Petrus in Catalogo vocant* Eugenium, *seculi septimi Papam; quamquam Antoninus nomen proprium Papæ subticeat. Denique sub finem illorum Actorum, idem Proculus Bononiæ sub Totila seculo* VI *decollatur. Pluribus opus non est ad ostendendum, fictitia esse Acta illa, quæ tempora tam disparata ad vitam unius personæ referunt. Credi facilius potest, scriptorem Actorum per crassam ignorantiam gesta Proculi presbyteri Narniensis & Proculi militis Bononiensis; atque iterum hujus Proculi militis & Proculi episcopi Bononiensis, in uno Narniensi Proculo confudisse. Certe in Actis apud S. Antoninum primo loco, Proculus Narniensis (præterquam quod is episcopus Interamnensis & S. Valentini episcopi, Romæ passi successor, perperam vocetur) confunditur cum Proculo episcopo Bononiensi: in Actis vero quæ habe-*

AUCTORE C. J.

habentur ſecundo loco, confunditur cum Proculo milite Bononienſi.

ab aliis cum Narnienſi,

51 *Dicet aliquis, ſi Proculus ille Syrus, non fuit epiſcopus Interamnenſis, fuit ſaltem Narnienſis epiſcopus, uti nominatur in Martyrologiis quibuſdam antiquis ad Kalendas Decembres. Revocanda hîc in memoriam ſunt dicta Baronii in Annalibus ad annum 303 num. 122; ubi de Proculo,* tunc Bononiæ inſignito coronâ martyrii, *addit: Verum quod ejus* martyrii Acta (*ſi tamen ſcripta nmquam primitus fuerunt*) deperdita ſint, alia commentandi occaſio data eſt *poſteris. Id ipſe de uno Bononienſi martyre Proculo, quem ſub Maximiano paſſum ponit, corrigens illâ in re vulgarem multorum errorem, qui ipſius paſſionem referebant ad ſeculum ſextum, confundebantque ipſum, qui Proculus miles eſt, cum altero Proculo epiſcopo Bononienſi martyre, nec non cum tertio Proculo ſeu Narnienſi ſeu Interamnenſi; quemadmodum ex duplicibus apud S. Antoninum Actis jam obſervavimus.*

utriſque ſua confundentibus

B

52 *Eadem porro Baronii dicta referri quoque poſſunt ad Proculum epiſcopum Bononiæ martyrem, cujus Acta vel non ſcripta primitus, vel deperdita fuerint: quam ob rem poſteri alia, tam monſtroſa ut vidimus, commentandi occaſionem ſumpſerunt. Id vero, opinor, factum eſſe tunc, quando Bononiæ vix aliquid certæ memoriæ ſuperfuerit de Proculo epiſcopo, quam nomen ejus, dignitas epiſcopalis, locus martyrii & ſepulturæ. Opinor quoque, illos, qui in gratiam Narnienſium (his enim tribuitur Proculus in Martyrologiis die 1 Decembris) nova Acta commentati, aut potius commenti ſunt, habuiſſe præ oculis quædam Acta S. Proculi Narnienſis, ſimilia illis, quæ in Actis* XII *Sociorum* (*videntur enim hæc magis priſca eſſe*) *leguntur, nullam mentionem loci, ubi obierit, ac ne mortis quidem, facientia: quæ proinde viſa fuerint compilatoribus novorum Actorum, defectiva eſſe, & à ſe complenda. Compleverint vero ex confuſa memoria Proculi alicujus, Bononiæ paſſi; quem eumdem eſſe, opinati, cum ſuo Narnienſi, inde palæſtram martyrii, quæ in Actis prioribus defectivis deerat, ſuo Proculo fecerint* Bononiam.

ex ignorantia duorum martyrum,

C

53 *Porro ignorantes, duos Bononiæ ejuſdem nominis martyres fuiſſe, alterum epiſcopum, alterum non item; alii interpolatorum Narnienſem, ſuum fecerunt epiſcopum, qui fuerat Bononienſis: alii tantum presbyterum, qualis notatur fuiſſe in Actis* XII *Sociorum. Sic in primis Actis Antoninianis audit* epiſcopus, *& quidem* Interamnenſis, *qualis non fuit: in ſecundis vero neque epiſcopus neque presbyter vocatur, & Bononiæ paſſus dicitur; ut adeo Acta illa ſecunda reſpicere debeant martyrium Proculi militis, Bononiæ ſub Maximiano coronati; quamvis in Actis iſtis dicatur imperante Juſtino ſeculo* VI *martyrium ſubiiſſe, tum quia tunc ignorabatur verum tempus, quo Proculus miles paſſus fuerat; tum, quia alioquin ille ad Narnienſem, qui eodem ſeculo* VI *floruiſſe credebatur, referri non potuiſſet. Acta Antonini prima rectè Proculum faciunt epiſcopum, ſi intelligas Bononienſem; ſecus, ſi Interamnenſem, ut jam dixi. Hinc porro affulget lux moduſque ſolvendi nodum, quem ſtrinxerunt Martyrologi etiam antiqui, dum alii Proculum, Narniæ Kalendis Decembribus adſcriptum, celebrant, ut presbyterum tantum; alii, ut epiſcopum; alii tantum ut martyrem. Inciderint illi in Acta diverſa, qualia jam indicavimus: & qui tantum vocant presbyteram, ſecuti fuerunt Acta* XII *Sociorum: qui epiſcopum; habuerint Acta ſimilia Antoninianis primo loco; qui martyrem tantum; viderint ſimilia Antoninianis loco ſecundo.*

D

qui Bononienſibus proprii ſunt,

54 *Redeo ad Proculum martyrem & epiſcopum urbis Bononienſis proprium, cujus memoriam non ita abolere potuerunt interpolatores Actorum, quin ſeculo* XVI *illa apud multos adhuc viguerit; teſtante Conſtantio Felice in ſuo Kalendario hiſtorico, anno 1577 Urbini, quod non admodum procul Bononiâ diſſitum eſt, impreſſo; ubi ad Kalendas Decembres ſic legitur:* Proculus epiſcopus & martyr Narnienſis ſub Totila rege Gothorum; aut Bononienſis, ut alii dicunt; qui Bononiæ martyrium ſubiit. *Nec fruſtra eſt, quod Martyrologium Romanum à correctione, ſub Gregorio XIII factâ, ſemel, iterum ac tertium variet Kalendis Junii in Proculo Bononienſi martyre, quem dum tantummodo admittit unum, duos tamen videtur denotare, ſcribendo in editione anni 1586, illum ſub* Theodorico Rege Ariano; *in editione vero anni 1608 ac 1613, ſub* Maximiano imperatore *paſſum fuiſſe: quæ tempora uni eidemque convenire non poſſunt.*

alter miles ſub Maximiano imp.

E

55 *Rurſum in duabus ultimo nominatis editionibus tribuitur ei titulus* epiſcopi, *qui in editione anni 1636 ei denuo ablatus fuit; manifeſto indicio, & fuiſſe argumenta, cur epiſcopus crederetur Bononienſis; & fuiſſe, cur non crederetur epiſcopus: fuiſſe itidem rationes, cur ſub Theodorico rege Gothorum aut Totila crederetur martyrio perfunctus eſſe* (*& hæc* percrebuit opinio *uſque ad Baronii tempora, ipſomet teſte, uti ſupra vidimus*) *atque rurſum fuiſſe rationes, cur putatus ſit obiiſſe martyr ſub Maximiano imperatore; quod idem Baronius demum concludit ex ſupra citatis S. Paulini epiſcopi Nolani verſiculis; & rectè.*

alter epiſcopus ſub Theodorico rege,

56 *Interim ex illa Baronii concluſione non conficitur, non fuiſſe alium quoque Proculum martyrem Bononiæ ſub Theodorico aut Totila regibus Gothorum. Imo fuiſſe, plus quam probabile redditur, tum ex hactenus diſputatis; tum ex eo, quod opinio vulgatior olim fuit, Bononiæ epiſcopum Proculum ſub alterutro prædictorum Regum vitam martyrio finiviſſe. Adde quod ſic concilientur Martyrologia Romana diverſarum editionum & correctionum, habituxa in duobus Proculis Bononienſibus, quod in uno fruſtra quærebant, alterum martyrem tantum, ſub Maximiano imperatore; alterum martyrem & epiſcopum, ſub Theodorico aut Totila regibus.*

F

uti oſtenditur.

57 *Locutus ſum hactenus de Proculo, tempore Arianorum Bononiæ paſſo, ſub disjunctione; paſſuſne fuerit ſub Thoedorico, aut ſub Totila, Gothorum regibus: propterea quod Acta diverſa diverſis iſtis Regibus tribuant martyrium ejus. Sub Theodorico namque paſſum fuiſſe, legitur in Actis, quæ extant apud Surium tomo 7 die 1 Junii; eamque opinionem ad ſua uſque tempora percrebuiſſe, notavit ſuprà Baronius; opinatus tamen ipſe, martyrium illud ab Theodorico ad perſecutionem Maximiani retrahendum eſſe. Paſſum vero ſub Totila rege, habent Acta apud Petrum de Natalibus & Antoninum. Ex aſſignata autem diverſitate temporum, quibus dicitur Proculus Bononiæ paſſus eſſe; facile colligitur, non unum Bononiæ Proculum fuiſſe martyrem, ſed plures. Baronius rectè ſtatuit, unum illic martyrium conſummaſſe ſub Maximiano: ſed is non fuit epiſcopus, & Acta apud Surium citato tomo 7, & apud Antoninum ſecundo loco, ad ipſum quoque referenda ſunt, quamvis non ſignent idem tempus martyrii; quod in Suria-*

A *Surianis notatur contigisse sub Theodorico rege, in Antoninianis vero sub Justino imperatore; qui duo aliquot annos in Italia simul dominati sunt. Acta igitur illa agnoscunt sub Theodorico & Justino Proculum, Bononiæ martyrem, sed ejus gesta confundunt cum gestis Proculi, duobus circiter seculis prius ibidem passi. Et hi duo vere Bononienses fuere, alter miles, alter episcopus; quorum corpora simul, & capita seorsim, hodiedum in ecclesia, S. Proculi nomine olim magnifice ædificata, servantur & honorantur.*

Est & tertius, passus sub Totila,

58 *Acta porro, quæ extant apud Petrum in Catalogo, & apud Antoninum primo loco, & in codice Ms. Petri Calo, referunt sui Proculi martyrium ad tempora Totilæ regis. Item, faciunt illum Socium advenarum Syrorum. Ajunt, presbyterum ordinatum; &, quod Missam ante auroram celebraret, Romam fuisse citatum à Papa. Addunt miraculum de cerva, quam in via jussit stare ac mulsit ad resocillandos sitibundos comites, aliaque quæ ex Actis* XII *Sociorum sumpta sunt, & nihil faciunt ad alterutrum Proculorum, Bononiensibus propriorum. Hinc concludi potest, Proculum Syrum; quatenus ipsum Acta statuunt sub Totila passum esse, & gesta ejus ex Actis* XII *Sociorum referunt; alium esse à duobus proprie Bononiensibus, qui aliis temporibus passi sunt, atque è Syria non advenerunt, & in reliquis gestis jam relatis partem non habuerunt. Si dicas in iisdem Proculi Syri Actis etiam legi, ipsum tandem concessisse Bononiam, ibique martyrium toleravisse, & episcopum vocari; fatebor. At unde illa habent Acta ista? Non ex Actis* XII *Sociorum, quæ in aliis gestis fundamentum interpolatoribus præbuerunt, sed nihil de Proculi Syri morte, martyrio aut episcopatu meminerunt. Unde igitur?*

cujus Acta turpiter consarcinata sunt,

59 *Mihi quidem occurrit hæc cogitatio, quod volentes Acta Proculi Syri, quæ in Actis* XII *Sociorum manca sunt, dilatare & complere; ex aliis Sanctorum Vitis, aut fama obscura, sumpserint, suoque Proculo applicaverint, illorum gesta. Certe sic illi applicavere ex Actis S. Herculani episcopi Perusini, sub eodem Totila passi, à Gregorio Papa Magno descriptis, totam historiam martyrii ejus, ubi duobus loris, è tergo abscissis; de puero, ad sepulcrum resuscitato: & alia; mutato tantum palæstræ loco* Perusiâ, *in* Bononiam. *Sic etiam audiverint, Proculum quemdam Bononiæ pro Christi fide occisum esse & episcopum fuisse; id ipsum suo Proculo Syro applicaverint, & episcopum* Narniensem *fecerint, qui fuerat* Bononiensis, *sub Theodorico rege, non sub Totila passus.*

B

uti & Acta Eutychii, qui pariter est è numero XII *Sociorum.*

60 *Similiter de S. Euticio sive Eutychio in Actis* XII *Sociorum pauca leguntur, videlicet, quod* relicto germano suo Brictio, perrexit iter, quod ducit in lacum Vulsini, ubi per multos annos eremiticam duxit vitam; *nec plus ibi de illo habetur. Posteri vero ejus nominis propagandi studio, applicaverunt illi Acta S. Eutychii abbatis Nursiæ, qui cum multis annis prope civitatem Nursiam cum socio S. Florentio vitam solitariam egerat, electus fuit abbas monasterii, quod in dicta civitate à monachis incolebatur, ibique reliquam vitam sancte traduxit atque post mortem multorum gloria miraculorum coruscavit; plurimum diversus ab Eutychio Syro, qui cum Brictio & aliis Sociis dicitur in Italiam venisse, & apud lacum Vulsinum multos annos eremitam egisse.*

Distinguuntur quoque Proculi tres, jam dicti,

61 *Atque hæc sufficiant modo ad distinguendum duos Proculos, Bononiensibus proprios, à Narniensi è Syria advecto. Quod & confirmari potest ex diversis, quibus coluntur diebus. Proculus Nar-*

nienſis ab omnibus Martyrologis antiquis, tam qui ipsum vocant presbyterum, *quam qui* martyrem, *atque etiam qui* episcopum martyrem, *uti supra* § III *vidimus; ab omnibus, inquam, adscribitur* Narniæ & Kalendis Decembribus. *At Proculus miles Bononiensis, colitur Bononiæ* Kalendis Juniis, *eodemque die legitur inscriptus Martyrologio Romano. Alter etiam Proculus, Bononiensis episcopus, iisdem* Kalendis Juniis *Bononiæ cultum habet.* AUCTORE C. J.

ex diebus diversis, quibus coluntur.

62 *De utroque Bononiensi martyre, tam milite, quam episcopo, agit quoque Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad easdem Junii Kalendas: quamquam in tanta rerum confusione cum aliis aberrans, nominet episcopum* Interamnensem, Bononiæ passum. *Ex hoc igitur capite etiam distinguitur Proculus Narniensis à duobus Bononiensibus. Nolim tamen sustinere, utrumque Bononiensem eodem die Kalendarum Junii martyrio defunctos esse, sed alterutrum potius; eumdemque diem alterius quoque cultui (quia forte natalis proprius ignorabatur) consecrasse, quando utriusque corpora uno loco collocata olim fuere. Imo tametsi neuter die primo Junii passus fuisset, fuissetque dies ille assumptus pro simultaneo cultu, propter simultaneam translationem; nihilominus constat ex antiquis Martyrologiis, Proculum Narniensem* E *Kalendis Decembribus natalem suum habere; atque adeo per hoc à Bononiensibus (ut horum dies natalis non habeatur certus) sufficienter distingui.*

§ V. De aliis homonymis, tum in Italia, tum in Hispania.

Proculi alii in Italia.

Superstunt & alii in Italia Proculi sancti & coluntur; Proculus diaconus & martyr Puteolis cum S. Januario, XIX *Septembris. Proculus cum Nicea matre ibidem,* XIX *Octobris. Proculus episcopus Ravennas,* I *Decembris. Proculus episcopus Veronensis,* IX *ejusdem. Verum hi ad præsens argumentum de Proculo ex* XII *Sociis Syris, non spectant, suisque diebus illustrandi erunt. Eò spectare possit Proculus martyr, de quo meminit S. Gregorius lib.* I *Dial. cap.* 9 *in S. Bonifacio episcopo, & apud nos tom.* 3 *Maii, pag.* 372 *num.* 2; *ubi legitur, quod, cum* beati Proculi martyris natalitius propinquaret dies, *S. Bonifacius episcopus Ferentinus in Etruria,* apud beatum Martyrem Missarum solennia egit. *Nihil additur, ex quo cognosci possit, qualis ille Proculus sit, aut quis dies sit ejus natalitius. Baronius die* I *Junii in notis ad Proculum Bononiensem militem, opinatur, hujus natalem illic designari, dum ait;* De illo etenim, & non alio, ut de martyre celeberrimo, cunctis notissimo; ibi agi persuademur. *Non ausim id ei assentiri. Neque enim tam celeber fuit Proculus miles Boninienſis martyr; utpote cujus martyrii tempus, usque ad ætatem Baronii credidit vulgus, fuisse regnum Theodorici aut Totilæ, regum Gothorum in Italia. Celebrior fuit Proculus, Puteolis cum S. Januario passus. Nec tamen ad alterutrum illorum videtur Proculus, de quo Gregorius, referri debere; quia utriusque palæstra martyrii longiuscule distabat à Ferento Etruriæ, quod prope hodiernum Viterbium situm fuit, & ecclesia S. Proculi, in qua Bonifacius episcopus Ferentinus Missarum solemnia natalitio ejus die celebravit, verosimiliter in sua diœcesi; videtur à propiore S. Proculo martyre denominata fuisse.*

Quis fuerit ille, quem S. Gregorius nominat in Dialogis; F

64 *Sed neque denominata fuerit à Proculo Nar-*

AUCTORE C. I. verosimiliter, Interamnensis.

nienſi, qui paſſim creditur ſub Totila paſſus eſſe; quo tempore Bonifacius quoque epiſcopus vixerit. Vixit certe Gothorum tempore, qui deſierunt ſub medium ſeculi ſexti in Italia dominari, à Narſete devicti, ſuccedentibus in eorum locum Longobardis; & Gregorius, dum deſcribit Bonifacii geſta ex ore Gaudentii, ejus alumni; ſatis declarat, alumni nutritorem & magiſtrum Bonifacium, ad tempora Gothorum ſpectare. Non igitur poteſt Bonifaciana S. Proculi eccleſia à S. Proculo Narnienſi denominata fuiſſe; eoque minus, quod videatur dicta eccleſia jam ante epiſcopatum Bonifacii extitiſſe. Quamobrem dicendum potius eccleſiam illam dedicatam fuiſſe S. Proculo Martyri Interamnenſi, S. Valentini ejuſdem civitatis epiſcopi diſcipulo; tum quod paleſtra martyrii ejus Interamna, propius aberat ab eccleſia Proculi Bonifaciana; tum quod memoria ejus illis in partibus vicinis celebrior fuerit, quam aliorum, Bononiæ aut Puteolis paſſorum; tum etiam, quod is ſimpliciter martyr fuit, uti & vocatur apud Gregorium; & ſeculo tertio martyrium ſubiit, ut diu ante epiſcopatum Bonifacii in diœceſi Ferentina ejus eccleſia poſſit extitiſſe.

B Proculus Interamnensis, die 14 Aprilis inscriptus Martyrologiis,

65 *Supereſt aliquid dicendum de S. Proculo jam dicto martyre Interamnenſi, Martyrologiis paſſim inſcripto ad diem* XIV *Aprilis; an is poſſit ad Hiſpaniam referri. Refertur ſane nunc à nonnullis, poſtquam male prodiit in lucem, æternis tenebris ſepeliendum chronicon Fl. Lucii Dextri impoſtoris, qui, uti ſupra ſanctos Carpophorum atque Abundium & Briſtium, ex Italia in Hiſpaniam tranſtulit, ita hic idem tentat in Proculo. Scribit enim ad ſuum Chriſti annum* 175 : Interamni Flavii in Hiſpania S. Proculus martyr. *Diem cultûs non addit. Commentator Dextri Franciſcus Bivarius mox diem invenit* XIV Aprilis : *& pag. ſua* 250 *in ſitum Interamnii Flavii in Hiſpania inquirens, tam infeliciter illum invenit, ut in alio ſuo commentario, inter Additiones Braulii pag.* 66, *alium loci ſitum debuerit quærere. Ibidem, quoque, ad confirmanda Pſeudodextri verba, producit Acta quædam* Proculi *ſui & ſororum ejus*, Domninæ, Domitillæ ac Theodoræ. *Citat pro illorum martyrii paleſtra Martyrologos, qui ſcribunt*: Interamnii, S. Proculi martyris & Domninæ virginis, cum ſociis virginibus coronatæ: *& nominatim citat Petrum epiſcopum Equilinum*: Proculus martyr; & Domnina virgo cum ſociis virginibus, ipſo die Interamnii paſſi ſunt, *nempe* XIV *Aprilis. Sed illi non habent*, Interamnii Flavii in Hiſpania, *quod caput rei eſt. Tum addit, quod Dexter ſuus martyrium Proculi referat ad annum Chriſti* 175; *Domninæ vero & ſororum annum Chriſti* 160. *Denique ait*: Reddam quæ brevi compendio in codicibus Mss. habeo de eorumdem Interamnenſium martyrum Natalibus & Martyrio. *En Acta, quæ profert, plane ludicra.*

num in Hiſpania paſſus ſit,

C idque probent hæc Bivarii

66 Sancti martyres Chriſti, Proculus & Domnina ac ipſorum ſorores, Domitilla & Theodora, Interamnii nati ſunt; patre quidem Interamnenſi & matre Flavienſi, civibus chriſtianis ac locupletibus: à quibus filii quatuor, ſupra nominati, timore Dei & lege Chriſti educati fuerunt. Prior omnium Domnina in lucem prodiit. Poſt eam Proculus. Hunc ſecuta eſt Domitilla. Ac tandem omnium poſtrema, nata eſt Theodora. Contigit autem, ut parentibus orbati, Domnina & Proculus, patris hereditate contenti, Interamnii remanſerint: Domitilla vero & Theodora ad Flavienſem urbem ſecederent, materna prædia adepturæ. Erant utrobique vitæ & morum laude præclari. Cum vero Præfectus quidam Interamnium accederet, ad idolorum culturam ampliandam & Chriſtianorum fidem abolendam, Proculum & Domninam, ex fama notiſſimos, ad ſe accerſiri jubet: quos de fide, quam colerent, interrogatos; ſed conſtantes Chriſti confeſſores compertos, in vincula & carcerem conjecit. Iidem variè torti; ſed tandem Domnina capite plexa; Proculus vero ad palum ligatus & ſagittis confoſſus, in cælum evolarunt, XVIII Kal. Maii. Cognito autem à Præſide, quod duas adhuc uxores (*lege*, ſorores) *virgines haberent*; acceſſit ad oppidum, & eis pro fide Chriſti, quam virilirer fatebantur, pari immanitate capita amputari fecit, poſt dies XV à fratrum ſuorum martyrio, imperante Antonino Pio. D

ac Tamayi ſcripta.

67 *Alter chronici dextrini adorator ac defenſor perpetuus, Joannes Tamayus Salazar in ſuo Martyrologio Sanctorum Hiſpanorum, ad diem* XIV *Aprilis ita annuntiat:* Interamnii Flavii in Hiſpania, Paſſio SS. Proculi, Domninæ virginis, cum aliquibus etiam virginibus, quæ martyrium, pro fide acerrime defenſa, complexæ ſunt. *Tum in notis ſuis tamquam ex tripode loquens, multa confundit ex recentiſſimis ſcriptoribus Equilino epiſcopo, Galeſinio, Ferrario, Baronio & Bivario: &* Bivarium *quidem, ait*, in Notis ad Fl. Dextrum, anno 175 n. 2, fol. 257, tres Proculos martyres conſignare, alium die XIV Februarii, alium XIV Aprilis, ac tertium I Decembris; illicque Baronii impoſturam indigitare, & manifeſte de errore convincere illius notationem. *Modeſtius, quæſo, de Baronio. Poſt hæc & alia, æque vana, audacter pronuntiat:* Acta Proculi & Domninæ ſic formanda veniunt: *quo, quæſo, ex codice, auctore, qua veriſimilitudine? Non tam audacter Bivarius, qui ſaltem dicit, Acta ſua illorum Sanctorum* ſe compendio habere in codicibus Mss. *Audiamus oracula Tamayi; & ſimul memineri-mus, ipſum loqui de martyribus, qui ſeculo Chriſti ſecundo paſſi ſint.* E

68 Proculus ex antiqua Aſturicorum in Hiſpania ortus proſapia, apud Interamnium Flavium, catholicas amplexatus eſt voces, & ad fidem Chriſti converſus, illam totis viribus defendebat. At per Gallias & Hiſpanias excitata penitus Antoniniana perſecutione, ſanctiſſimus pugil unà cum Domnina, & ſororibus etiam Interamnenſibus accolis & virginibus, ad coronam properavit intrepidus, quam per varia tormentorum certamina abſque turbatione ſuſcepit XVIII Kalendas Maii, anno CLXXV; S. Sothero Eccleſiam, & Antonio Vero imperium moderantibus. *Malum omen hujus oraculi, quod tam non eſt verum, ut ſeipſum falſitatis arguat, dum imperatorem* Antonium Verum, *qui nuſquam fuit, pro* Lucio Vero (*qui aliquando etiam* Lucius Antoninus Verus, *ſed raro, à probatis ſcriptoribus appellatur*) *producit; ejuſque ætatem copulat cum anno Chriſti* CLXXV (*is modus conſignandi* annos Chriſti, *ante ſeculum Chriſti octavum, vix aut ne vix quidem uſurpatus fuit*) *qui jam à ſexennio apoplexiâ mortuus fuerat.* F

Solet Dexter natales ſanctorum

69 *Redeamus ad fontem, ex quo tam copioſa & diverſa interque ſe contraria oracula paulatim profluxerunt de Proculo & Domnina martyribus in Hiſpania. Scaturigo eſt in Martyrologiis antiquis, in quibus die* XIV *Aprilis paſſim legitur:* Interamnis, beati Proculi martyris. Item, ſanctæ Domninæ

A Domninæ virginis, cum ſociis virginibus coronatæ. *Ita Uſuardus genuinus. Alii his plures adjungunt ſocios, alii pauciores. Romanum Martyrologium, anno 1586 impreſſum, citata Uſuardi verba ſervavit, addit ſolum, poſt Domninæ virginis* τὸ & martyris. *In poſterioribus vero editionibus Proculum quoque facit* epiſcopum *& martyrem: contra quod debacchantur Bivarius ac Tamayus. Ex hiſce Martyrologiis Pſeudodexter, uti paſſim, loca natalitia Sanctorum, qui ab antiquis temporibus in aliis regionibus à Martyrologis conſignati fuerunt, ſi conſimile nomen loci apud veteres geographos aut invênit in Hiſpania aut inveniſſe finxit; ad Hiſpaniam ſuam trahere miris modis & fraudulentis conſuevit: ita Proculus quoque & Domnina, Interamnis ſeu Interamnii ad fluvium Nar in Italia certo paſſi, idonei ei ſunt viſi, quos ad Hiſpaniam pariter traduceret, addendo elogio Uſuardino de Proculo,* Interamnii Flavii in Hiſpania. *Et hæc conſignavit ad annum Chriſti 175: antea vero de Domnina, ad annum* 160, *ſic ſcripſerat:* Interamnii, Domnina virgo cum ſororibus, egregiis Chriſti martyribus. *Hîc nondum cogitabat Pſeudodexter de*

ex aliis locis in Hiſpaniam traducere,

B *Interamnio* Flavio in Hiſpania: *& Bivarius in ſuo commentario fatetur, ſe* Flavium *appoſuiſſe, ratus mutilum eſſe textum; aut, uti ego ſuſpicor, ut Proculum, Domninæ & ſororibus ejus facilius facere poſſet* germanum fratrem: *de qua re nihil Martylogia, nihil ipſe Pſeudodexter.*

70 *Prima igitur fontis derivatio, qua deducitur Proculus ex Italia & Interamnio in Hiſpaniam & Interamnium Flavium, aperta eſt à Pſeudodextro: cujus mox aquas, ſequaces ejus deduxere in varios euripos. De Proculo, Interamnæ* XIV *Aprilis in Martyrologiis adſcripto, quem omnino ſuum eſſe contendunt Hiſpani & non alium ejuſdem nominis, nihil certo ſcitur præter pauca, quæ in Martyrologiis leguntur illo die, niſi in noſtra ſententia, qua putavimus ſuprà, Proculum iſtum, eumdem eſſe cum Proculo, S. Valentini, Interamnenſis epiſcopi & martyris diſcipulo, qui cum Ephebo & Apollonio ſcitur ex Actis S. Valentini, Interamnæ coronatus fuiſſe, & Martyrologio etiam Romano ad diem* XIV *Februarii inſertus eſt. Loquamur clarius.* Proculum & Domninam, *qui cum aliis pluribus leguntur in variis Martyrologiis Interamnæ* XIV *Aprilis paſſi, ſolos in Hiſpaniam tranſtulit Pſeudodexter: non tamen fratres germanos facit, nec ſimul paſſos dicit, referens martyrium* Domninæ cum ſororibus *(Uſuardus tantum habet,* cum ſociis virginibus*) ad annum Chriſti* 160; Proculi *vero ad annum* 175. *Bivarius ſocias virgines, eatenus anonymas, baptizat* Domitillam *&* Theodoram, *illis quoque Martyrologis, qui plures Proculo ſocios nominatim addunt, ignotas; & non tantum Domninæ, ſed etiam Proculi ſorores fuiſſe fingit. Unde autem? Ipſe viderit. Saltem non habet ex Martyrologiis, neque è Pſeudodextro ſuo; nec citat auctorem antiquiorem ſe.*

uti & traduxit Proculum;

71 *Tamayus Salazar addit, Proculum* ex antiqua Aſturicorum in Hiſpania ortum fuiſſe proſapia; *&* ad fidem Chriſti converſum, unà cum Domnina & ſororibus, etiam Interamnenſibus accolis & virginibus, *martyrium ſubiiſſe; non auſus Domninam Proculi ſororem appellare, nec ſorores Domninæ nominatim exprimere. Nempe qui commentarios Bivarii in chronicon Dextri, anno* 1627 *editos, paſſim ſequitur; non legeret commentarios ejuſdem in Marcum Maximum & ſimilis farinæ ſcriptores, anno demum*

ei affingentibus multa Bivario ac Tamayo,

1651 *(illo quippe tempore ſuum quoque Martyrologium Hiſpanicum imprimere cœperat Tamayus) in poſtumo opere editos, in quibus ſua commenta Bivarius de fraterna conſanguinitate Proculi, Domninæ, Domitillæ ac Theodoræ, eorumque ſimultaneo martyrio, ſub eodem Præfecto (cujus tamen ſilet nomen) tolerato, indubitanter pro veris venditat.* AUCTORE C. J.

72 *Quid de Proculi hujus ac Sociorum martyrii tempore ſentiendum ſit, indicat Henſchenius ad eorum Acta die* XIV *Aprilis, nempe cæſos fuiſſe anno* 272, *quo etiam S. Valentinus Interamnenſis epiſcopus, martyr factus eſt, ſed menſibus duobus ante. Pſeudodexter annos diverſos conſignat, & Domninam quidem cum ſociabus, ait, paſſam eſſe anno* 160; *Proculum vero anno* 175. *Bivarius, his Dextri ſui opinationibus rejectis, omnium quatuor martyrium ponit accidiſſe anno* 160, *ſub imperatore Antonino Pio, qui ab anno* 138 *ad uſque* 161 *imperium tenuit, mortuus die* VII *Martii iſtius anni. Tamayus pariter, ſimul paſſos opinatus, aſſignat martyrio annum* 175. *Ita hi, contra doctrinam magiſtri ſui, ſimul omnes martyrio coronatos ponunt, atque inter ſe de tempore martyrii multum diſcrepant; nec rationem reddunt ſententiæ ſuæ.* Αὐτοὶ ἔφαν. *Hæc de anno martyrii: de die nova fictio apud Bivarium. Martyrologia Proculo, Domninæ & ſociabus aſſignant diem* XIV *Aprilis; uti & Tamayus. Pſeudodexter diem nullum exprimit. Bivarius martyria dividit, inquiens, Domninam quidem & Proculum paſſos eſſe* XIV Aprilis; *Domitillam vero ac Theodoram* poſt dies XV. *Unde autem id illi innotuit? Ex Actis ſuis; quæ ſcilicet hinc quoque fictitia comprobantur, dum contra unanimem Martyrologorum veterum conſenſum martyria Sociorum ad alios atque alios dies novitèr referunt.* alioſque & alios martyrio annos ac dies ſubſtituentibus.

73 *Quid porro Acta, tam illa, quæ Bivarius, quam quæ Tamayus procuderunt, inter ſe comparata, veri docebunt? Cum ipſa, nulla fide antiquiore ſint nixa; & paſſim contraria in præcipuis hiſtoriæ punctis tradant? Bivarius dicit;* Sancti martyres Chriſti, Proculus & Domnina, ac ipſorum ſorores Domitilla & Theodora, Interamnii nati ſunt. *Jam dixi ego,* Domitillam *&* Theodoram *à Bivario recens baptizatas eſſe; eaque nomina ſuſpicor ab ipſo deſumpta ex Actis famoſiſſimæ virginis Flaviæ Domitillæ, quæ in Breviario Romano legitur* una cum Theodora & Euphroſyna virginibus & collactaneis ſuis, glorioſi martyrii curſum confeciſſe. *Ut Domitillam ad ſuos referret, poteſt ipſi aptum fuiſſe viſum nomen* Flavia, *quod cum* Flavio Interamnio *quamdam nomine tenus habet ſimilitudinem. Cur* Theodoram *ſolam adjunxerit, non* Euphroſynam; *puta factum eſſe, quia tres tantum ſocias ſorores voluit Proculo dare: ideoque ſolas Domitillam ac Theodoram, loco anonymarum, Domninæ adjunxerit. Tamayus, nullâ Domitillâ, nullâ Theodorâ inventis, utramque reliquit anonymam.* Diſſonantia ab utroque ſcriptore relata, de nominibus ſororum.

74 *Bivarius patrem illorum facit* Interamnenſem, *matrem vero* Flavienſem, cives Chriſtianos *&* locupletes, *à quibus quatuor filii* in timore Dei & lege Chriſti educati fuerunt. *Tamayus nihil de patre aut matre, nedum de chriſtiana eorum fide aut pietate prodens, ait,* Proculum catholicas amplexum voces, & ad fidem Chriſti converſum eſſe; *ut illam à parentibus non acceperit. Apud Bivarium præter nomina omnium quatuor liberorum, etiam exprimitur, ordo natalium ſingulorum, quis primo, quis ſecundo, quis tertio, quis quarto demum loco, editi in lucem fuerunt. Hæc tam accuratè recenſita, ſi à* ac de parentibus.

AUCTORE C. J.

contemporaneo ſcriptore prodita fuiſſent, utique poſſent invenire fidem. Sed tum miraretur, talem ſcriptorem ignoraſſe nomina parentum, quorum loca natalia indicat; & ignoraſſe nomen Præſidis, ſub quo filii martyrio affecti ſunt; quod utique notius publicè tunc fuit, quam privatorum hominum ad necem damnatorum ordo natalium, ac debuiſſet exprimi nomen tyranni, ut paſſim conſuevit in antiquis martyrum Actis, ad faciendam fidem hiſtoriæ & declarandum tempus, quo martyrium ſubierunt. At Acta Bivariana tantum abeſt, ut à contemporaneo ſcripta fuerint, ut ante hæc duo ſecula, non extiterint: quod ſtylus ipſe atque adjuncta manifeſte produnt, & paulo poſt monſtrabitur pluribus. Tamayus, qui unam tantam ſororum habet nominatim, de ordine naſcendi ne ſomniavit quidem.

Acta illorum qualia ſint.

75 *Ut de tempore martyrii ſub Antonino Pio, quod poſuit Bivarius; aut ſub Antonio Vero, quod poſuit Tamayus, nihil amplius dicam, videamus, unde ſcriptor uterque ſua Acta habeat. Tamayus declarat, ſe ſua habere è ſuo ipſius genio, dum ait,* eorum *quatuor Sociorum* Acta ſic formanda veniunt, *nullum ſcriptorem, nullum teſtem citans. Bivarius eâdem confidentiâ præfatur:* Reddam ego, quæ brevi compendio in Mss. codicibus habeo, de eorumdem Interamnenſium martyrum natalibus & martyrio; ut habeant *Interamnenſes* unde in illorum amorem excreſcant & concivium tantorum coronis glorientur. *Pia quidem hæc ultima vota Bivarii: non item hiſtorice vera (in veritate autem vera pietas fundari debet) quæ citat Acta. Paſſos dicit Sanctos ſuos ſeculo Chriſti ſecundo; Acta illorum producit ſeculo demum* XVII, *eatenus ignota omnibus. Unde autem producit? Ex quo auctore, quo codice, qua bibliotheca?* Habeo *illa, inquit,* in Mss. codicibus. *Qualibus, quæſo? Antiquiſne? An recenter excogitatis? Primum, de antiquitate, certò indicaſſet, ſi forent codices antiqui: quod fuerint recentiores, maluerit ſilentio diſſimulare, quam Actis ſuis præjudicium afferre apud lectores.*

B

Invectivæ eruditorum in Auctores.

76 *Habeo ego ex propria lectione ſcriptorum Bivarii hiſtoricorum notitiam aliquam, ex eaque judicare cogor, ipſum paſſim non eſſe tam bonum hiſtoricum, quam laudatur eſſe bonus theologus. Et ante me idem ſenſerunt viri perquam eruditi, tum alii, tum nominatim Nicolaus Antonius, & Eminentiſſ. D. de Aguirre, S. R. E. Cardinalis, qui me ſuo, illa ſuper re colloquio, non ſemel dignatus eſt Romæ anno* 1698; *uterque Hiſpanus. Illi in ſuis ſcriptis paſſim invehuntur in ſequaces ac defenſores Pſeudodextri, æque ac in ipſum, tamquam corruptores Hiſtoriæ nationis Hiſpanæ; nequid notæ pejoris dicam. Opera illorum publicè extant, ut inſpici poſſint à quolibet, qui plura de genio ac fide talium hiſtoricorum noviſſe cupit. Inter alia convincuntur Pſeudodexter & aſſeclæ ejus, plurima, tam ſacra quam profana, hiſtoricè finxiſſe, etiam libellos integros; eaque per emiſſarios ſuos ſub falſis nominibus antiquorum ſcriptorum, modo unum, modo aliud, veluti antiqua, & recenter à ſe, è parietinis eruderata, per manus dediſſe: eaque plures, ceteroquin etiam docti, ſed minus cauti & ſcientia theologica magis inſtructi, quam hiſtorica, mox avide amplexati fuerunt; & tamquam pro aris ſociſque ſuis, defendenda ſuſceperunt quacumque via. Inter tam præclara monumenta numeres quoque velim codices Mss. è quibus Acta ſua quatuor fratrum Bivarius, non auſus antiquos dicere, ſeu cantus, ſive incantus produxit.*

C

77 *Idem concludi poterit ex iiſdem Actis in fine, ubi dicuntur* Domnina capite plexa; Proculus vero ad palum ligatus & ſagittis confoſſus, in cælum evolaſſe XVIII Kal. Maii. *Unde hæc tam diſtincta habuit Bivarius. Martyrologia antiqua, ad diem prædictum* XVIII *Kal. Maii, nihil habent de modo ſupplicii, quo aut Domnina aut Proculus martyrium ſuum compleverint. Et in noſtra ſententia, quod hic Proculus idem ſit cum illo, qui poſt magiſtrum ſuum S. Valentinum epiſcopum, paſſus Interamnii legitur ad diem* XIV *Februarii in Martyrologio Romano; conſtat, gladio cum ſociis ſuis percuſſum fuiſſe. Unde igitur habuit Bivarius (iterum dico) Proculum ſuum, qui* XVIII *Kal. Maii Martyrologiis inſcriptus eſt,* ad palum ligatum & ſagittis confoſſum, *in cælum evolaſſe? Niſi certiora, quam hactenus, proferantur teſtimonia, non credam. Sed nec ipſe Dexter id credidit, quia nihil habet de tali martyrio Proculi: neque etiam Tamayus, qui tantum innuit, Proculum cum ſuis* ad martyrii coronam properaſſe intrepidum, quam per varia tormentorum certamina ablque turbatione ſuſcepit.

D

Alia, quæ oſtendunt, Acta eſſe fictitia.

E

78 *Tædet me hac ſuper re plura proferre. Maneat igitur Interamnæ ad Nar in Italia ſuus Proculus & Domnina. Maneat Martyrologiis antiquis ſua fides, quamdiu veroſimilioribus argumentis oppugnari non poſſunt, quam quæ hîc prolata ſunt ex chronico Pſeudodextri, ex commentariis in illud Bivarii, & ex Martyrologio Tamayi.*

§ VI. De Actis S. Proculi, quæ hîc dantur.

De auctore ſequentium Actorum.

Diximus jam multa de S. Proculo non uno, & Acta quæ ſunt in Catalogo epiſcopi Equilini protulimus num. 32; *duplicia quoque Proculorum Acta, quæ habet S. Antoninus, quantum ſatis eſt, inſpeximus. Habemus præterea Acta Mss. ex Legenda Sanctorum Fratris Petri Calo, patriâ Clugienſis, ditionis Venetæ, religione Dominicani; in qua tractat præter Sanctos, quorum feſta celebrantur in Eccleſia, de illis quoque,* quorum vix habetur memoria, & Jacobus de Voragine prætermiſerat, *uti loquitur Altamura in Bibliotheca ſua Dominicana, S. Antoninus Parte 3 Hiſtoriarum tit.* 23, *cap.* 11, § 2, *eum vocat* Petrum de Clauſia, qui dicitur Scalo; *additque fere ut ſupra, quod* compilavit Legendas Sanctorum multum diffuſè, de multis ſanctis referens, de quibus Jacobus de Voragine non facit mentionem. *Ex illo ſuam Proculi vitam contraxit Antoninus, & varie, ſed non ſatis, caſtigatam, aut potius multimodis mutatam, edidit loco citato. Eamdem adhuc contractiorem publicavit Epiſcopus Equilinus in ſuo Catalogo lib.* 1 *cap.* 15, *quam crebro citat Baronius, quamque nos ex Catalogo illo impreſſimus denuo, ut jam dixi. Hîc damus ipſam vitam, uti à Petro Calo deſcripta eſt; addituri annotationes aliquot, ex quibus judicium formari poſſit de auctoritate hujus vitæ, atque adeo de compendiis inde extractis; quæ ſane perexigua apparebit. Simul etiam indicabimus, quid in illa præcipue mutatum aut prætermiſſum ſit apud Antoninum. In tribus hiſce vitis aut vitæ compendiis Proculus vocatur* Epiſcopus; *ex quibus opinionem ſuam de epiſcopatu Proculi etiam hauſit Baronius, de qua ſupra ſatis dictum eſt.*

F

ACTA

A

ACTA
SANCTI PROCULI EPISCOPI ET MARTYRIS.

Ex Mss. Petri Calo, Dominicani, parte 1 *fol.* 13.

E Syria Justino Imp. venions in Italiam,

PRoculus de Syriæ partibus Romam venit, cum gloriosa societate & vera fraternitate *a*, tempore Justini *b* imperatoris & Romanam provinciam suâ prædicatione ac miraculis illustravit, sicut sol fugans nebulas. Interamnensem vero civitatem, ordine & pastorali cura; Bononia autem, sui pro Christo sanguinis effusione sacravit. Hic à ventre matris consecratus Deo, & inter vasa gloriæ deputatus, tempore præfato in crypta Neroniana *c* se conferens, pœnitentiæ opera peragebat, bis tantum in hebdomada sumens cibum; & signa & prodigia multa faciens. Quadam die præsentato sibi à quodam viro, proprio filio, Hereciano nomine, catenis constricto, quia pro suis sceleribus à dæmonio vexabatur; pro eo fundens orationem Domino, comminatus est dæmoni, dicens; Exi ab eo, damna te, & plasma Dei relinque, moxque dæmon ad ejus imperium foras egressus, dimisit hominem sanum. Mulier, quæ ab infantia propter infirmitatem scabrorum *d*, lumen amiserat oculorum, audiens, sanctum Dei pollere signis, venit ad eum, & lacrymosa voce humi prostrata, ait: Miserere mei, serve Dei, tribue mihi tuis precibus lumen amissum. Sanctus vero renuens, ait; Recede mulier, non est in me ista virtus. Cumque illa eum adjurans, in precibus perduraret; vir sanctus rogavit fideles, qui aderant, ut secum pariter misericordiam Domini implorarent, & ait: Domine Deus meus, rex cæli & terræ, qui propter nos in mundum venisti & humanam carnem de beata Maria virgine suscepisti, qui dixisti discipulis tuis: Quodcumque petieritis credite, quia accipietis & fiet vobis, illumina hanc mulierem, de tua misericordia confidentem. Et his dictis, signavit oculos ejus, & statim vidit.

a
b
c pœnitentiæ operibus se dat,
patratque miracula;
d
B
C

2 Tunc relatum est Justino Imperatori, quod à beato Proculo idolorum cultura *e* exterminaretur; qui mox jussit satellitibus, ut eum inquirerent & constrictum catenis suo conspectui præsentarent. Quod cum audissent Christiani, timentes amittere servum Dei. venerunt ad eum, & aierunt ei: Serve Dei, salva animam tuam hoc tempore, & pro salute fidelium te reserva. Cumque Sanctus magis fateretur, se pro Christo velle pati, quam furorem vitare inimici; vim facientes ei fratres, duxerunt eum usque Nequinam *f*, de cælestibus loquentes semper. Tunc Valentinus *g* episcopus Tyriæ *h*, quæ hodie Interamnis *i* vocatur, ut audivit famam beati Proculi, venit ad eum & secum duxit ad episcopatum, & licet se clamaret indignum, tandem beato episcopo acquievit, ut sacerdotii gradum reciperet: quo suscepto, dum sacrificaret quadam die hostiam immaculatam Deo, assistente ei Valentino episcopo, ecce Angelus Domini veniens tulit calicem, ac videntibus omnibus qui aderant, deportavit in aëra, & post spatium duarum horarum rediens, super altare posuit, dicens beato viro; Dominus benedixit, tu liba eum *k*. Quo facto, magnas Deo Valentinus episcopus cum universis qui aderant, gratias retulit, qui magnificat servos suos. Sed & in die resurrectionis, hora Missarum, Angelos audivit in cælo gloriose cantantes, ac ab eis accepit horam Domino sacrificandi hostiam laudis illibatam *l*.

accusatus apud Justinum fidei Christianæ,
e
f
à fidelibus ducitur Nequinam,
g
h
i
à Valentino initiatur Presbyter,
k
l

3 Tunc pagani, videntes Christi cultum per B. Proculum ampliari, miserunt speculatores, ac in præfatam Tyriam venientes, perquirentes B. Proculum, invenerunt eum, cum S. Valentino episcopo, & cum multis aliis Christianis orantem, quos comprehendentes perduxerunt ad Adrianum præfectum civitatis Nequinæ *m*, qui sanctos interrogat, utrum servi an ingenui essent, cui ait B. Proculus, servi sumus Domini nostri Jesu Christi, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Præfectus dixit; juro per deos quod si non sacrificaveris diis, diversis pœnis te interficiam, & non liberabit te Deus tuus, quem Judæi *n* crucifixerunt. Respondit S. Proculus: Miser, dii tui quos colis, nec aliis prosunt nec sibi, sed in inferno detinentur, igne perpetuo cruciandi. Tunc Præfectus jussit eum diu cædi & catenis constrictum in carcerem mitti cum aliis Christianis, & ante carcerem poni custodes. Beatus vero Proculus pernoctans, oravit ad Dominum, dicens: Domine non erubescant qui te expectant, & non revereantur qui quærunt te, Deus Israel. Circa mediam autem noctem ecce Angelus Domini cum nimio splendore, apertis foribus, ingressus est ad eos, & exhortans eos & benedicens, duxit extra civitatem, dimisitque eos: qui reversi sunt ad loca sua, magnificantes Dominum.

à paganis comprehenditur,
m
caditur,
n
E
in carcerem mittitur,
ab Angelo educitur,

4 Sanctus vero Proculus venit in oppidum, quod vocatur Lazanum *o*, invenitque ibi venerabilem virum Volusianum *p*, cum quo diu permanens, ægrotis multa beneficia conferebat, inter quos quædam puella ad Virum Dei adducta est, per decem annos paralysi laborans & carens membrorum officio: quæ à medicis numquam curari potuit; beatus autem Proculus pro ea orans, dixit, Domine Jesu Christe, qui incurvatam mulierem per decem & octo annos, ab infirmitate curasti, respice ad preces meas & hanc puellam pristinæ sanitati restitue. Mox puella sana surrexit; magnificantibus, qui aderant, Dominum, qui mirificat sanctos suos. Neromanus quidam nomine, febribus laborans, audita fama beati viri, ad eum veniens, postulabat humiliter, se ab eo pristinæ sanitati restitui; sanctus vero Proculus & Volusianus pro eo Dominum oraverunt, dicentes: Domine, qui sanasti socrum Petri & puerum Centurionis, sana hunc per preces servorum tuorum, ut cognoscant omnes, quia tu es Dominus Deus noster: cumque qui aderant respondissent, Amen; erexit se febricitans sanus & à beato Proculo baptizatus est.

o
& Lazanum veniens, curat infirmos:
p
F

5 Interea beatus Valentinus præfatus, apud Urbem martyrio *q* coronatus est, cujus loco beatus Proculus succedens *r*, signa multa & prodigia faciebat, & multi baptizabantur, eratque in ecclesia magna lætitia de tanto pontifice: sed antiquus hostis ei invidens, ejus fi-

succedit Valentino in episcopatu:
q
r

AUCTORE C. J. I

mam extinguere eſt conatus, mittens inhoneſtos quoſdam Chriſtianos, qui Papæ Eugenio ſ ſuggeſſerunt, quod Proculus epiſcopus Interamnenſis, ante ſolis ortum Miſſam celebrans, repente poſt euchariſtiam ſumit cibum, infirmitatem ac ſtomachi debilitatem, quam Sanctus ex longe ante habitis afflictionibus patiebatur, omnino tacentes. His auditis, Papa commotus animo, juſſit cubiculariis ſuis, ut celerius euntes, eum ad ſe ligatis poſt tergum manibus ducerent; ſed cubicularii cum perveniſſent ad eum, remiſſius eum affati ſunt, dicentes: Cariſſime Procule, Domnus Papa mittit, ut nobiſcum venias, & ante conſpectum ejus aſſiſtens, ad interrogata reſpondeas. Sed cum jam eſſet ſero, iter diſtulerunt ad mane. Dei autem famulus ſurrexit media nocte, & Miſſas celebravit, & ſumpta Euchariſtia, rogavit Papæ nuntios, ut ſecum ederent: cui aſſentire noluerunt. Cum verò iter agerent, contigit ut ſodales ejus ex calore ſolis ſitibundo pectore anhelarent; quibus cum multum epiſcopus condoleret, vidit cervam cum hinnulo ſuo iter carpere; cui in nomine Domini imperavit, ut ſtaret; quæ mox ſtetit ad ejus imperium: quam vir Dei mulgens, ſociis potum dedit. Nuntii vero Papæ intuentes prodigium, humo tenus ſe proſtraverunt ad ejus veſtigia, veniam poſtulantes.

ab Eugenio Papa citatur Romam

male accuſatus,

B

6 Dominus autem volens magnificare Sanctum ſuum, miſit Angelum ſuum in viſu noctis, dicentem Papæ: Dimitte ſervum meum Proculum epiſcopum Interamnenſem, & quæ ab eo facta ſunt, recte & non ſine cauſa, cum Domino intellige operata. Tunc præſul, ex viſione perterritus, miſit ex latere ſuo honorabiles nuntios, ut ubicumque obviarent Sancto, cum magno honore dimitterent eum, pro ſe veniam poſtulantes. Cumque intuentes eum vellent cum honore dimittere, & veniam poſtulare, noluit beatus Proculus, dicens, ſe velle videre tanti Pontificis vultum. Tunc aſcendentes equos cum gaudio, abeuntes Romam, ſe Pontifici præſentarunt: qui videns ſecum Proculum, cecidit ad pedes ejus, dicens: Sancte Dei, ſume culpabilem, & veniam da poſcenti, pro te ab Angelo flagellato. Cui Sanctus: Noli, Pater, ſic humiliando te, decus Catholicorum minuere, ſed me tranſgreſſorem pro merito tuæ argue voluntatis. Tunc complectentes ſe, ac diebus pluribus commanentes, ſe divinis eloquiis refecerunt. Beatus vero Proculus, à Papa benedictione accepta, reverſus eſt in locum ſuum, in quo multi ab eo ab obſeſſis corporibus dæmones ſunt fugati, cæci illuminati, manchi reſtituti, ſurdi & ab aliis languoribus, per invocationem Chriſti nominis, priſtinæ redditi ſanitati.

coque venit

declaratâ Pontifici divinitus innocentiâ ſuâ,

C

ac honorifice remittitur;

7 Eo tempore *t* Britius epiſcopus, Carporus & multi alii, qui cum eo de Syriæ partibus venerant, miſerunt ad eum, ut ad eos Spoletum quam citius properaret: qui ad eos Spoletum cum Voluſiano veniens, ſalutaverunt ſe in oſculo pacis. In jejuniis vero & orationibus Sancti Domini perſiſtentes, idolorum culturam ſua prædicatione evacuabant, infirmis ſanitates plurimas impendentes: inter quos paralyticus, membrorum omnium officio deſtitutus erat: ſed pro eo rogantibus Sanctis, elevatis oculis in cælum rogavit beatus Proculus Chriſtum, ut eum incolumem reſtitueret, à peccatis pariter liberando. Tunc homo ple-

t venit Spoletum ad alios ſocios,

narie eſt ſanatus, & qui aderant, gratias Domino retulerunt. Eo tempore præſidebant Spoleti Turgius & Leontius præfecti nequiſſimi, qui videntes ſigna & prodigia, quæ Dominus per ſuum famulum faciebat, zelo iniquitatis repleti, miſerunt ſpiculatores, ut ubicumque invenirent ſanctos, ducerent ante conſpectum eorum compeditos. Nocte vero eâdem apparuit Dominus per viſum beato Proculo, dicens; Dilecte mi, ſurge cum fratribus tuis, & ad partes alteras euntes, hoc tempore vos ſalvate. Tu autem vade Bononiam, & prædica nomen meum populo terræ, & multis per te converſis & ab errore viæ ſuæ ad veritatis ſemitam revocatis, venies ad me triumphator cum palma martyrii *u*. Completa viſione Proculus ſurgens, ait fratribus: Fratres, ſurgite eamus, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus hac hora apparuit mihi dicens, quia mane perimendi eſtis, niſi vos ſalvaveritis: mihi autem præcepit, ut eam Bononiam. Tunc exierunt nocte illa à Spoleto, & dantes ſibi oſculum pacis, ab invicem receſſerunt.

D

& jubetur migrare Bononiam:

u

8 Beatus vero Proculus cum venerabili Voluſiano Bononiam veniens in domo cujuſdam, qui Theodonus vocabatur, hoſpitati ſunt. In cujus domum ingrediens beatus Proculus, ait; Pax omnibus, qui unitatem veramque Trinitatem fatentur. Cui Theodonus ait, Video te prudentem virum inania verba formare, tamen cujus ſectæ ſit hæc doctrina, mihi cupio pandi. Cui Sanctus reſpondit, Si ad hanc veritatem attingere velles, carere te oportet dæmoniacis pompis, ut credere valeas Verbum vitæ Deum & hominem, Dominum Jeſum Chriſtum, qui de utero Mariæ virginis natus, & paſſus ſub Pontio Pilato &c. ut in Symbolo continentur. Reſpondit Theodonus, Credam hunc, quem prædicas Deum eſſe, ſi per ejus invocationem manum aridam filii mei unici potueris reſtaurare. Beatus autem Proculus mox tulit prolem illius, & invocato nomine Domini Jeſu Chriſti, reſtituta eſt manus filii ejus, acſi nihil mali habuiſſet. Tunc credidit Theodonus, & baptizatus eſt & tota domus ejus. Erronianus autem quidam, ut audivit ſigna, quæ faciebat Dominus per hominem ſanctum, tollens filium ſuum, qui à dæmonio vexabatur, conſtrictum catenis duxit ad Sanctum Dei; qui pro eo oravit ad Dominum, dicens; Domine Deus omnipotens, expelle hunc nequiſſimum ſpiritum ab homine iſto, ut cognoſcant omnes, quia tu ſolus es verus Deus. Et hæc dicens, apprehendit manum dæmoniaci, & comminatus eſt dæmoni dicens: Da honorem Deo vivo & vero, recede ab hac creatura Dei. Ad cujus vocem mox ut fumus teterrimus de corpore pueri egrediens, dimiſit hominem ſanum. Tunc Erronianus cum omni domo ſua baptizatus eſt, & alii LXXIX, & facta eſt lætitia magna in plebe Chriſtianorum.

ubi unum alterumque ſanat,

E

ac multos baptizat:

F

9 Totila *x* igitur rex Longobardorum *y* atque Gothorum, ut audivit, quod per beatum Proculum idolorum minueretur cultura, ac Chriſti creſceret nomen, quaſi leo ſæviens Bononiam venit, & fecit beatum Proculum perquiri, & vinctum catenis ante ſe duci: quem intuens, ait: Omnium malorum auctor, cur viperino toxico regnum meum taliter deſtruxiſti, ut ipſi dii noſtri reſponſum dare non velint? Beatus Proculus reſpondit: Magnas

x
y

propterea capitis damnatus à Totila rege,

A age gratias, miſer, quia regnum tuum, comptum & politum, beatâ ſanctâque doctrinâ Dei & electorum repletum, auro obrizo poteſt non immerito comparari. Tunc Totila iratus, præcepit ſpatario, ac didaſcalo Judæorum z, ut binas auferrent loras à tergo ejus prius, & poſtea caput ejus amputarent. Beatus autem Proculus antequam decollaretur, oravit dicens: Domine Jeſu Chriſte, accipe in pace Spiritum meum: completaque oratione, genua flexit & ſpiculator accedens, evulſis loris binis, bis enſe collo percuſſo, caput ejus amputavit *aa*. Et tunc lux magna ſuper Sancti corpus per ſpatium duarum horarum emicuit. Venerunt autem ſancti viri, quos ipſe baptizaverat, & corpus ejus tollentes, extra muros in optimo loco cum aromatibus condiderunt. Beatus autem Voluſianus, colligens Sanguinem ejus in vaſe argenteo, in civitate, quæ dicitur Caſtellum, de eo oculos cæci liniens, lumini reſtituit. Item per dictum ſanguinem mulier eſt à fluxu ſanguinis liberata. Tempore procedente puer mortuus, juxta ſepulcrum ejus poſitus, vitæ eſt reſtitutus. Corpus vero Sancti inventum eſt cum capite nulla læſionis ſigna habens *bb*, & multa alia miracula ibi eſt Dominus per ipſum mirabiliter operatus.

gladio percutitur,

a a

& extra muros urbis ſepultus,

puerum mortuum reſuſcitat.

B *b b*

ANNOTATA.

a *Hinc patet, ac patebit in decurſu apertius, Proculum hunc, unum eſſe è fratribus novem, qui cum Anaſtaſio patruo ac patruelibus duobus è Syria in Italiam veniſſe dicuntur ſupra, in Actis eorum, tempore* Juliani Apoſtatæ. *Hic vero ponitur adventus ejus ſub Juſtino Imperatore, qui annis* 155 *poſt Julianum imperare cœpit. Malum omen in principio orationis! eóque pejus, quod paulò pòſt Juſtino, qui bene Catholicus princeps fuit, attribuatur perſecutio, in Chriſtianos & Proculum hunc ejuſque ſocios mota, quæ ſuprà Juliano tributa fuit. Quamobrem maluit S. Antoninus prætermittere nomen Imperatoris, ſub quo venerit Proculus: non tamen omiſit Petrus in Catalogo ſuo, ſed pariter* Juſtinum *exprimit.*

b *Jam dixi, in Actis* XII *Sociorum, adventum ejus conſignari tempore Juliani Apoſtatæ.*

C c *S. Antoninus*, Veroniana.

d *Qualis hæc infirmitas ſit, explicabunt fortaſſe medici; ego tantiſper hîc accipio pro infirmitate* Variorum *ſeu* Variolorum, *qui pueros præcipue & paſſim infeſtant, cutemque ſcabram reddunt, ac ſæpe iis laborantes privant oculorum uſu. Quod & mulieri huic ab infantia acciderit.*

e *Nempe, quæ imperante Juſtino pridem extincta erat in Italia. Loquitur quoque auctor hic de Juſtino, uti ſupra de Juliano, quaſi Romæ aut in Italia commoratus fuiſſet Imperator, quando ſatellitibus ſuis juſſit, ut Proculum comprehenderent; quod nihilo facilius monſtrabitur, quam ibi fuiſſe Julianum, cum ſimile quid juſſiſſe dicitur in Actis* XII *Sociorum.*

f Nequina, *& ſcriptoribus notæ melioris* Nequinum *&* Narnia, *à fluvio Nar, qui illac delabitur, appellata fuit, aliquanto propior Hortam, ubi Nar in Tiberim influit; quam Interamnam. Epiſcopalis eſt. De civitate illa mox pluſcula dabo ex Plinio, ac Livio Annot.* m. *Hactenus videtur Proculus manſiſſe in crypta ſua Neroniana, uſque dum Nequinum deductus fuit.*

g Valentinus *hic, quem ſecundum vocant, ac Proculum conſecraſſe presbyterum & epiſcopum, ajunt; utique à S. Valentino I, epiſcopo & martyre Interamnenſi, ſub Imperatoribus gentilibus paſſo, diverſus eſt, ſi qua fides hiſce Actis. Verum ille, qui Proculum conſecravit presbyterum, in Actis* XII *Sociorum vocatur* Voluſianus; *cum quo Proculus, antequam conſecraretur,* multis annis bonæ converſationis egiſſe vitam, *ibi legitur.* A UCTORE C. J.

h *Hinc* Tyriam *ſuam, pro* Interamna, *hauſerit S. Antoninus, dum ſcribit:* Valentinus epiſcopus Tyriæ (rectius Tyreæ) quæ hodie dicitur Interamnis (rectius Theramne) audita fama ſancti viri, cum ad illas partes *circa cryptam Veronianam (aliam enim habitationem Proculi catenus non nominavit Antoninus)* acceſſiſſet, eum . . . . . Presbyterum ordinavit. *Neſcio, cur civitatem Valentini epiſcopalem, potius* Tyream *quam* Tyriam *appellet Antoninus: ego alibi apud probatos ſcriptores neutram vocem hactenus pro* Interamna *legi.*

i *Cur autem alteram quoque correctionem addat Antoninus, malens ſcribi* Theramne, *quam* Interamnis, *æque neſcio. An, ut diſtinguat inter tres urbes homonymas,* Interamna *dictas, & ſedem Valentini epiſcopalem rectius exprimendam putaverit per* Theramne? *Verum vox illa ſeu Itala fuerit tempore Antonini, ſeu Latina manſerit, per apharesim breviata, non ſecus ac Interamnis convenire ſingulis dictarum urbium poteſt; ac non ſemel uſurpatur ab Oſtienſi in Chronico pro illa Interamna quæ Liri amni adjacet, & epiſcopalis non fuit. Qua de re vide plura in Commentario prævio ad hunc tractatum.* E

k *Hactenus narrata, incipiendo ab,* Ecce Angelus Domini veniens, *totidem verbis leguntur etiam apud S. Antoninum, exceptis apicibus paucis, ut facile hinc colligas, ipſum hæc præ oculis habuiſſe.*

l *Hæc quoque ab,* glorioſæ, *iiſdem verbis refert Antoninus: ſed quæ præmittit aliquantum diverſa, nonnihil claritatis majoris afferre huic textui poterunt; ſunt autem hæc:* Cum celebraret *Proculus* in Reſurrectione Domini de nocte, qua hora Chriſtus reſurrexit, audivit Angelos glorioſe cantantes *&c. Afferent hæc etiam aliquid lucis ſimili narrationi, quæ de Proculo legitur ſupra in Actis* XII *Sociorum.* F

m Nequina civitas *&* Nequinum *olim appellata fuit urbs, quæ deinde* Narnia. *Unde Plinius lib.* 3 *cap.* 14: Narnienſes, quod oppidum, Nequinum antea vocatum fuit. *Et Livius lib.* 10: Apuleius Conſul, in Umbria Nequinum oppidum circumſedit. Locus erat arduus, in parte una præceps; ubi nunc Narnia ſita eſt; nec vi, nec munitione capi poterat.

n *Hunc loquendi modum habent quoque Acta* XII *Sociorum, quibus ibi etiam exprobratur à tyranno, quod Deum colant à Judæis crucifixum. Verba ſunt,* docent populum doctrinam hominis illius, qui in Judæa crucifixus eſt.

o Lazanum. *Aſſumunt hinc vocem illam recentiores, & Jacobillus oppidum illâ ſignificatum ponit tom.* 1 *pag.* 10 ſupra Carſulos. *Verum cum ipſos Carſulos ponat loco non ſuo, in poſitione Lazani nihil auctoritatis obtinebit majoris abſque teſtimonio antiquo. Ego in Actis* XII *Sociorum lego, Proculum, progredientibus Sociis Spoletum, ſubſtitiſſe* in Colonia, quæ Narniæ dicitur, ubi

ſuper-

AUCTORE C.J.

superjacet castrum Carsulanum, in quo erat vir sanctissimus, nomine Volusianus. *Nulla ibi mentio oppidi, quod appellatur* Lazanum; *nulla hîc* castri Carsulani.

p Volusianus *in citatis modo* XII *Sociorum Actis, dicitur Proculum post diutinam commorationem consecrasse Sacerdotem: in his vero, nullam in consecratione ejus partem habet. Idem Volusianus Ughello numeratur inter Episcopos Narnienses; Jacobillo autem inter Umbriæ Sanctos; desumptus verosimiliter aut ex alterutris aut ex utrisque, de quibus loquimur, inter se non consentientibus Actis.*

q Valentinus *hic, qui Interamnensibus secundus est, & à Valentino I distinguitur, & confessor in pace putatur quievisse, uti apud Ferrarium, Jacobillum, & Ughellum videre est; in his Actis, atque eorum compendiis apud Antoninum & Petrum de Natalibus, dicitur* martyrio coronatus *fuisse, & quidem, uti hæc Acta habent,* apud Urbem, *utique Romanam: apud quam, cum sciatur martyrium subiisse Valentinus I; pronum est suspicari, in his Actis utrumque Valentinum confundi, aut potius ex uno duos fieri. Qua de re plura* § *seq.*

B r Proculus *hic, non potest Valentino, apud urbem Romam martyrium passo, successisse in episcopatu Interamnensi, nisi post aliquot secula. Successisse autem Valentino illi aliquem Proculum immediate; aut Proculum hunc habuisse decessorem immediatum in episcopatu Valentinum, quem secundum appellant, ex his saltem Actis probari non potest.*

s *Jam supra in Actis* XII *Sociorum hæc eadem narrata sunt, sed minus perspicue quam hic; ibidemque annotavi litt.* r, *Eugenium nullum sedisse Romanum Pontificem ante annum Christi* DCLIII, *integro post Totilæ necem seculo & diutius post Proculi martyrium, sub vivente adhuc Totila ei illatum. Incongruentiam hanc viderit S. Antoninus, abstinens in sua ejusdem rei narratione, nomine Pontificis proprio.*

t Eo tempore, *quo Proculus ab Eugenio Pontifice, accepta benedictione ejus, regressus fuit in locum suum, evocatus inde, venit Spoletum; ibique reperit* Brictium episcopum, Carpophorum *& alios, quibuscum* de Syriæ partibus venerat. *reperit ibidem quoque* Turgium *ac* Leontium, præfectos nequissimos: *Quos omnes, diximus jam ad Acta* XII *Sociorum & ex Martyrologiis antiquis, vixisse sub imperio Diocletiani & Maximiani, tribus ac dimidio ante pontificatum Eugenii seculis. Ex his etiam dignoscitur auctor horum Proculi Actorum præ oculis habuisse Acta* XII *Sociorum, aut vice versa: cum eadem nomina propria & personæ utrobique legantur.*

C u *Similia fere atque hîc, de Proculo referuntur in Actis* XII *Sociorum, de Brictio; cui ibi non quidem Dominus ipse, sed Domini Angelus apparet nocte per visum, ipsum alloquitur & animat; multos per eum convertendos ad fidem, prædicit; ac gloriam ei sempiternam promittit.*

x Totila *casus fuit à Narsete anno* 552, *annos centum ante pontificatum Eugenii, & amplius quam ducentos post mortem Brictii atque Carpophori; quibuscum tamen, uti hæc Acta, non minus quam Acta* XII *Sociorum, memorant, in vivis egit. Quæ si vera sunt, uti Baronium loquentem audivimus de Actis Proculi apud Petrum in Catalogo, non tantum duos Proculos Interamnensium episcopos sanctos, ut Baronius concludit, admitti oportet, sed tres. Neque enim ætas duorum hominum, quantumvis longa, multo minus episcopatus eorum, attingere potuit ætatem* D *Carpophori aut Brictii, regnum Totilæ, & pontificatum Eugenii.*

y *Rex Gothorum scitur fuisse Totila, Longobardorum scitur non fuisse. Scitur quoque non coluisse idola; sed Christianus fuit, Ariana hæresi infectus, suoque perverso zelo, recte credentes crudeliter persecutus est, maxime ecclesiasticos. Longobardi, atterente Italiam Totilâ, adhuc confidebant in Pannonia; indeque invitati à Narsete, copias ei auxiliares è suis miserunt contra ipsum Totilam extremis ejus annis, & pars non exigua fuerunt victoriæ, quam cum interitu Totilæ de Gothis reportavit Narses anno* 552.

z Spatarius, *aut potius* Spatharius *quid sit, quid item* didascalus, *scio. Illud passim accipitur pro armigero, qui Principi ensem præfert; hoc vero magistrum & Doctorem significat. Verum quid sit* Didascalus Judæorum *hoc loco, non æque scio. Legi quidem apud Rigordum in gestis Philippi Augusti regis tomo* 5 *Historiæ Franciæ Scriptorum, pag.* 8; Majores Judæorum & sapientiores in Lege Moysi, ab ipsis Judæis Didascalos vocari, *videlicet à doctrina & scientia legum, qua præstabant aliis. Sed hîc illud accipi taliter non potest. Quid enim Totilæ, Christiano, ut dixi, licet hæretico, cum tali Judæorum didascalo? Quid etiam ad eum facit præceptum, quod ibi Rex dedit,* ut binas auferret loras à tergo *Martyris,* & postea caput ejus amputaret? *Hæc ministrorum potius justitiæ & carnificum sunt, quam didascalorum. Hoc porro præceptum, quod à Totila datum fuisse legitur contra S. Herculanum episcopum, male hîc transfertur ad S. Proculum.*

aa *Dies martyrii hîc desideratur: Antoninus notat* Kalendas Januarias: *Petrus in Catalogo scribit passionem ejus agi* die Kalendarum Decembris; *quo die etiam inscribitur Martyrologiis penè omnibus, ut ostensum est, ac hodiedum celebrant Interamnenses festum Proculi sub Totilæ passi eodem die: die vero Kalendarum Junii colunt Bononienses, duos Proculos martyres suos, alterum militem, alterum episcopum; quos inter se, & ab interamnensi diversos putamus. Hinc per errorem descripta sit apud Antoninum passio Proculi Kalendis* Januarii *pro Kalendis* Junii; *in quo errari facillime potuit propter similitudinem initialium litterarum Junii & Januarii, præsertim* E *si dimidiata tantum vox* Jun., *uti sæpe fit, scripta fuerit, quam librarius acceperit pro* Jan. *Kalendis enim Januarii non invenitur alibi ante Antoninum memoria S. Proculi alicujus: post Antoninum vero soli fortasse Galesinius & Ferrarius ejus meminerunt prædictis Januarii Kalendis. Et Galesinius quidem his ibi verbis utitur:* Bononiæ S. Proculi episcopi, cui pro fidei Catholicæ propagatione caput jussu Totilæ, Gothorum Regis, præcisum est. *Hæc in Martyrologii sui contextu; & in Notationibus fatetur, se sequi S. Antoninum in Actis Proculi, primo loco apud ipsum relatis. Iterum vero ex iisdem Actis, uti ex verbis ejusdem Galesinii patet, Proculum adscribit Kalendis Decembribus & civitati Narniæ, hoc modo:* Narniæ S. Proculi episcopi & martyris; qui, Totila Gothorum rege, ob Catholicam fidem varie exagitatus, demum admiranda virtute martyrii certamen confecit. *Ferrarius quoque in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Kalendis Januariis ita incipit:* Interamnæ S. Proculi episcopi & martyris. Ex tabulis, *uti subdit in Notis,* ecclesiæ

In-

A Interamnatis, quæ illum primo die Decembris, quando corpus primò tranſlatum eſt colit. De eo agitur in codice antiquo ejuſdem eccleſiæ. In quo tamen aliqua eſſent corrigenda. *Vellem ſcire, unde & quò, corpus tranſlatum ſit die* I *Decembris; cum Martyrologia antiqua illo die colant* Natalem *ejus: quem quiſquis celebrandum eſſe putaverit die* I *Januarii; mirabor, ſi antiquiorem producat talis rei teſtem S. Antonino; apud quem, ut modo diximus, opinamur legi primum diem* Januarii, *pro* Junii.

b b *Hæc, & quæ paulo ante dicta ſunt, de duobus toris, juſſu Totilæ è tergo martyris exciſis, & amputatione capitis ejus; de ſepulturæ loco extra muros dato; de mortuo puero ad illud reſuſcitato; de redintegratione corporis cum capite; leguntur eodem fere ſenſu de S. Herculano, ſub memorato Totila epiſcopo Peruſino, in vita ejus.*

Quid talibus Proculi *Actis credas magis, quam Actis* XII *Sociorum? Omnia ejuſdem farinæ ſunt.*

PARERGON

B

De duobus ſanctis Valentinis Interamnenſium epiſcopis; & quodam Voluſiano.

Valentini primi memoria,

QUanto S. Valentinus, *nominis ſui* primus, *Interamnenſis epiſcopus, & martyr, Romæ paſſus, celebrior eſt Martyrologiis antiquis, natalem ejus die* XIV *Februarii referentibus: tanto minus eis notus eſt* S. Valentinus ſecundus, *& ipſe, ut ajunt, epiſcopus Interamnenſis; qui recentioribus aliis,* Martyr; *aliis* Confeſſor *creditus. Roſweydi Martyrologium vetus Romanum annuntiat* XVI *Kal. Martii duos Valentinos martyres, his verbis*: Romæ, Valentini presbyteri: & S. Valentini Interamnenſis epiſcopi.

celebris apud Martyrologos.

2 *Martyrologium Adonis, quod ſupra ex parte deſcripſimus, notavimuſque, in Valentino epiſcopo concordare cum genuino Bedæ Martyrologio, ſic habet:* Romæ, natalis S. Valentini Presbyteri . . . . Eodem die, natalis S. Valentini Interamnenſis epiſcopi; qui tentus à paganis ac virgis cæſus, & poſt diuturnam cædem, cuſtodiæ mancipatus, cum ſuperari non poſſet, mediæ noctis ſilentio ejectus de carcere, decollatus eſt juſſu furioſi Placidi, Urbis Præfecti. Tunc Proculus, Ephybus & Apollonius diſcipuli ejus, transferentes corpus ejus ad ſuam eccleſiam Interamnæ urbis, noctu ſepelierunt. *Similia his, & totidem fere verbis, habent alia pleraque Martyrologia, tum impreſſa, tum Mss. quæ videri poſſunt ad diem* XIV *Februarii noſtri, in Commentario ad hujus Valentini Interamnenſis Acta, num.* 5.

C

De exiſtentia ſecundi dubitat Baronius:

3 *De* S. Valentino ſecundo, *uti vocant, epiſcopo Interamnenſi, nulla, ut dixi, apud Martyrologos antiquos memoria, imo neque apud recentiores. Quidquid de illo meminit in Notationibus ad Martyrologium Romanum Baronius, die* XIV *Februarii litt.* c, *&* XIV *Aprilis litt.* b, *nititur Actis S. Proculi epiſcopi & Martyris, à Petro de Natalibus compendio relatis lib.* I *cap.* 15: *quæ fidei ſubleſtæ ſunt: uti & Acta apud S. Antoninum, & ampliora, quæ* § *præcedenti dedimus ex Ms. Fr. Petri Calo. Ferrarius, Baronio audentior, primus illum videtur intuliſſe in Faſtos Sanctorum ſeu Catalogos ſuos, tam generalem illorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt; quam in Catalogum Sanctorum Italiæ, anno* 1613 *excuſum: poſtquam ſcilicet legerat indicatam ſupra Baronii dubitationem, de exiſtentia iſtius Valentini, ſub conditione (quæ nondum veriſimilis reddita eſt) propoſitam. Inſuper & diem ei natalem tribuit* VII *Januarii: quo item die colitur* Valentinus epiſcopus Pataviæ, *aut potius Paſſaviæ,* in Norico, *ab eodem Ferrario etiam memoratus in Catalogo generali.*

AUCTORE C. J.

affirmat Ferrarius 5

4 *In hoc Catalogo de Interamnenſi Valentino II ſic ſcribit:* Interamnæ in Umbria S. Valentini, epiſcopi & confeſſoris. *Et in notis mox ſubjicit:* Ex Tab. Interamnenſis eccleſiæ. Claruit ſub Gelaſio Papa I, à quo epiſcopus Interamnenſis creatus eſt; prout antiqua ejus eccleſiæ monumenta habent: in quibus quædam corrigenda videntur. Qua de re in noſtro Catalogo Sanctorum Italiæ. *Qualiter autem ibi ſcribit? Poſt elogium, in quo annos* 39 *eccleſiæ Interamnenſi præfuiſſe, ac die* VII *Idus Januarii obiiſſe, & in eccleſia S. Zenonis extra urbem conditus, multis miraculis claruiſſe Valentinus legitur; notat prædictus Ferrarius ſe illa accepiſſe ex* quodam Martyrologio Ms. eccleſiæ Interamnenſis: in quo præterea corpus Valentini à Longobardis Tridentum, indeque à Thaſſilone Bavariæ duce Pataviam (licet perperam Dux & civitas hæc in eo Martyrologio nominentur) tranſlatum, ibique honorificè conditum, narratur. Quod tamen à vero maxime diſtat. Valentinus enim, qui Pataviæ in Bavaria colitur, non Interamnenſis, ſed Patavienſis epiſcopus fuit; uti apud Surium, qui vitam illius affert tomo 4, & in Metropoli Salisburgenſi habetur; obiitque anno ſalutis MCXX: hic vero, de quo agimus, anno DXXXIII. *Annus mortis* MCXX, *S. Valentino Paſſavienſi hic adſcriptus à Ferrario, multos poſt ipſum induxit in errorem, Ughellum, Angelonum & aliòs, clauſis oculis Ferrarium ſecutos. Eſt is annus potius inventionis, non mortis; quam conſtat obiiſſe Valentinum Paſſavienſem ſeculis fere ſeptem integris antè. Et ipſe Ferrarius in Catalogo generali epiſcopatum ejus alligat* anno 400, *parum ſibi conſtans.*

E

Acta eum confundunt

F

cum S. Valentino Ep. Paſſavienſi,

5 *Colligitur ex præmiſſa Ferrarii Annotatione, auctorem Martyrologii Ms. Interamnenſis, ab ipſo citati, illiteratum fuiſſe; utpote qui ab ipſo Ferrario arguitur in præcipuis hiſtoriæ ſuæ partibus (quales ſunt nomina ducis Bavariæ & civitatis Paſſavienſis) aberraſſe,* perperam *utrumque* nominando. *Colligitur quoque, idem Martyrologium (uti & alia Interamnenſia Mss. ad Valentinum II ſpectantia) ſaltem poſt annum Chriſti* 1120, *& veroſimiliter longe tardius, conſcriptum fuiſſe. Nam corpus S. Valentini, Paſſavienſis epiſcopi, illo circiter anno inventum Paſſaviæ, tribus ibi & amplius ſeculis latuerat omnibus ignotum: adeo ut illius notitiam vix potuerit habere Martyrologii Interamnenſis Auctor, niſi poſt dictum annum* 1120, *quando talis inventionis, & ſecutorum illam miraculorum fama, uti fit, late dilata, pulſaverit quoque aures Interamnenſium, narraveritque ſimul res quasdam præcipuas à Sancto geſtas, tum ex Actis ejus, quæ laminæ plumbeæ per compendium inſculpta, una cum corpore tunc inventa fuerunt; tum ex Actis S. Corbiniani Friſingenſis epiſcopi, quæ ejuſdem Valentini meminerunt.*

6 *Nam quæ in illis leguntur de S. Valentino Paſſavienſi epiſcopo & confeſſore; videntur Valentino II Interamnenſi ab Auctore Martyrologii, rerum patriæ ſuæ ſatagente, accomodata fuiſſe. Puta,*

AUCTORE C. J.

quod Romam adiverit, ibique à Romano Pontifice ordinatus episcopus fuerit: quod multos gentilium atque Arianorum ad fidem catholicam converterit: quod varia ab Arianis passus, atque urbe sua episcopali extorris, obierit die VII *Idus Januarii: quod sacrum corpus ejus Longobardi Tridentum, atque inde Thassilo, Bojoariæ Dux, Passaviam transtulerint. Hæc, inquam, & alia S. Valentino Passavienſi propria, Interamnenſi Valentino II accommodata fuerunt in Martyrologio Ms. uti ex Ferrario de Sanctis Italiæ ſub die* VII *Januarii colligere eſt. Ex iiſdem Valentini Passavienſis rebus geſtis fecerit Martyrologii Auctor Valentinum ſuum,* Confeſſorem; *quem Acta S. Proculi* C *apud S. Antoninum, apud Petrum de Natalibus & apud nos, dicunt martyrio coronatum fuiſſe. Conſtat quoque ex Actis S. Severini Noricorum apoſtoli ac aliunde, Valentinum Passavienſem, ſupremum diem obiiſſe* ſeptimo Januarii. *Quamobrem, niſi aliunde monſtretur apto argumento, eodem die etiam obiiſſe Valentinum II Interamnenſem, ſuſpicabor, Auctorem Martyrologii diem illum à Valentino Passavienſi mutuatum eſſe, æque ac alia prædicta.*

uti patet ex iiſdem rebus, utrique tribuitis,

B

7 *Sciverit idem Auctor ex vita S. Corbiniani, Valentinum quemdam Tridentum atque inde Passaviam tranſlatum fuiſſe; nec potuerit ignorare, quod ibidem legitur, obiiſſe ac primitus tumulatum fuiſſe* in Caſtro Magienſi, *quod eſt in Alpibus prope ab Atheſi fluvio. Interim diſſimulato ſepulturæ loco, unde tranſlatio ducta fuit; tantummodo meminit locorum, ad quæ corpus fuit perlatum; fortaſſis, ut, relictâ in obſcuro S. Valentini ſepulturâ primâ; Valentino Interamnenſi tranſlatio Tridentum, minori cum contradictione, accommodari poſſet. Eſt enim Tridentum in via ordinaria, quæ Interamnâ Passaviam ducit. Adde etiam, quod, corpore S. Valentini in Caſtro Magienſi adhuc quieſcente, non procul inde extiterit eccleſia ſub invocatione ac patrocinio ejuſdem S. Valentini & S. Zenonis ædificata; uti legitur in citata S. Corbiniani Vita apud Surium num.* 20. *Cum vero Interamnenſes habeant quoque eccleſiam S. Zenonis extra urbem ſuam, & celebrem ſanctitate Valentinum I epiſcopum, cujus etiam memoria fortaſſe aliqua fuit in ipſa S. Zenonis eccleſia; poteſt homonymia perſonarum & eccleſiarum Martyrologo Interamnenſi occaſionem dediſſe, omnia prædicta ad ſe referendi, ac dicendi è ſua S. Zenonis eccleſia corpus S. Valentini tranſlatum fuiſſe.*

& ex homonymia locorum ac perſonarum.

C

8 *Certe, ſive hæc ita ſe habuerint, ſive aliter, Auctor Martyrologii tam multa ſcripſit perperam, ſaltem in Valentino ſuo II, ut fides ei hîc haberi non poſſit prudenter. Quod manifeſtius etiam commonſtrari atque ipſis oculis videri poſſet, ſi Ferrarius aut alius ipſum Martyrologii textum nobis exhibuiſſet, non excerpta tantum aliqua dediſſet. Nunc autem, cum inſpicere Martyrologium illud ipſi non peſſimus; audiamus altos, qui inſpexerunt, legerunt ac citarunt illud in ſuis, quas S. Valentino II texuerunt, Legendis; ac diſcemus ex diverſis temporum characteribus, rerumque geſtarum circumſtantiis, quas ſinguli adſtruunt; quam nihil certo credi poſſit illi ſcripto, ex quo tam diverſa conſequantur.*

Valentini 2 Acta dubiæ fidei eſſe,

9 *Ferrarius ſcribit, Valentinum II diu Romæ commoratum & à Gelaſio Papa ad epiſcopatum Interamnenſem promotum fuiſſe. Jacobillus, de commoratione ejus Romana ne verbum quidem proferens, ait, à clero Interamnenſi electum & ab Hormiſda Pontifice ſummo confirmatum fuiſſe. Initium epiſcopatus Valentini II Ferrarius refert ad pontificatum Gelaſii, anno* 496 *demortui; Jacobillus ad pontificatum Hormiſdæ, atque annum Chriſti* 520. *Ille, epiſcopatui attribuit, annos* 39; *hic, non amplius* 13. *Quæ ſane, & quæ mox dicentur, commonſtrant, nihil certi his de rebus haberi poſſe ex Martyrologio citato. Quod etiam probabit Ughellus, ſic ſcribens in epiſcopis Interamnenſibus de Valentino II: Publicæ,* eccleſiæ *Interamnenſis* tabulæ narrant, exceſſiſſe *Valentinum* anno DXXVI (*Ferrarius & Jacobillus ponunt mortuum anno* DXXIII) illamque eccleſiam rexiſſe ipſos XXXIX annos. *Quod negat idem Ughellus cohærere poſſe:* cum (*ut inquit*) ejus anteceſſor Felix vixerit anno DXVI, Proculus autem ſucceſſor, anno DXXXIII. *Addo ego, quod eædem tabulæ publicæ, ſi non aberrant ipſæ, evertant quoque ſententias Ferrarii & Jacobilli de initio epiſcopatus Valentini, modo indicatas. Detractis namque annis* 39 *epiſcopatus, ab anno Chriſti* 526, *quo tabulæ conſignant obitum Valentini; debet is epiſcopatum iniiſſe anno* 487, *Gelaſio nondum Pontifice Romano; ſub quo iniiſſe dicit Ferrarius; & iniiſſe annis* 33, *ante annum Chriſti* 520, *quo initium epiſcopatus ejus conſtituit Jacobillus. Et Ughellus ipſe, qui epiſcopatum intra annum* 516 *&* 533 *concludere videtur ex citatis ejus verbis, nihilo propius ſequitur auctoritatem tabularum, quam prædicti Auctores: factoque ſuo omnes commonſtrant, earum auctoritatem parvi faciendam eſſe.*

quas inde deducunt

D

indicant ſententiæ diverſiſſimæ,

10 *Ecce quot capita, tot ſententiæ; ex iiſdem tamen monumentis, deſumptæ. Ut nihil dicam de Franciſco Angelono, qui in Hiſtoria ſua Interamnenſi, anno* 1646 *Romæ edita, referens à pag.* 261 *geſta S. Valentini II, eum contra ſententiam trium prædictorum; ait,* martyrio coronatum *deceſſiſſe. In quo ſequi maluit Acta S. Proculi* C, *apud Petrum de Natalibus, & S. Antoninum impreſſa; quam alia ſua Interamnenſis eccleſiæ monumenta & Martyrologia Mss. Quin imo hæc tantillo ille habet in pretio, ac tam parum antiqua reputat, ut quæ illic legi de S. Valentini ſui tranſlatione per Longobardos Tridentum, ac per Thaſſilonem deinde Passaviam, ſupra notavit Ferrarius; ipſe dicat,* à quibuſdam modernis *ſcripta eſſe. Ecce quo deveniant antiqua de Valentino II monumenta, & tabulæ publicæ, & Martyrologia Mss.*

ſcriptores hodierni,

E

11 *Nihilo majoris antiquitatis ſit opinio, qua Dynaſtæ Caſtelli Arronenſis in Umbria, dicuntur apud Jacobillum, erexiſſe in ſuo Caſtello,* del Lago, *vulgariter appellato, eccleſiam in honorem S. Valentini ſecundi, eumque ibi colere ut Patronum. Quod enim illi præſtiterint olim in honorem* S. Valentini, *à vetuſtis temporibus Interamnæ & circùm celebris ſanctitate, id ultimis hiſce ſeculis, quando Valentini duo prodierunt Interamnenſes epiſcopi è ſcriptis apocryphis, maluerint aliqui credere, in honorem* S. Valentini ſecundi *factum fuiſſe. Cujus rei firmior probatio requiritur.*

debetque antiquus ejus cultus

12 *De utroque Valentino Interamnenſi epiſcopo jam egerunt in ſuis Actis Sanctorum Deceſſores noſtri; de primo quidem, die* XIV *Februarii, probato ex antiquis Martyrologiis cultu, & prolatis veteribus Actis ejus; de ſecundo autem,* VII *Januarii, ſatis obiter, ex Ferrario, qui primus hunc inſeruit Catalogis ſuis Sanctorum & ſequaces mox habuit recentiores alios. Verum cum ipſemet fateatur ac moneat, Martyrologium Ms. & monumenta Interamnenſia, ex quibus ſua depromit, vacillare & ſuum Valentinum II confundere, cum Va-*

melioribus argumentis probari.

A *Valentino Paſſavienſi, pateatque pugnare cum illis, quæ de eodem Valentino II narrantur in ſupra datis S. Proculi Actis, dum una, martyrio coronatum Valentinum II aſſerunt; altera, mortuum in pace dicunt; neutra ſatis idonea videntur, quæ Valentini II Interamnenſis epiſcopatum ac vetuſtam veneration em faciant indubitatam; ideoque velim, quæ de eodem Valentino leguntur in Actis noſtris die* VII *Januarii, non aliter accipiat Lector, quam ex Ferrario deſumpta, donec antiquum ejus cultum probaverint Interamnenſes certioribus argumentis.*

13 *Quid porro? Videtur Valentinus iſte ſecundus, Interamnenſis epiſcopus dictus, nomen ſuum mutuatus eſſe à* Voluſiano *quodam, ad quem Proculus, inter* XII *Socios è Syria in Italiam advectus, acceſſit; uti leguntur in Actis eorumdem Sociorum num.* 3, *his verbis:* Proculus, *à Sociis relictus* Narniæ, ubi ſuperjacet caſtrum Carſulanum, in quo erat vir ſanctiſſimus nomine Voluſianus, cum quo S. Proculus multis annis bonæ converſationis egit vitam; & admonitus à S. Voluſiano, ut curæ ſacerdotalis ageret vicem, ab eo ordinatus eſt in loco, *ſeu ordine*, presbyteri. *De Voluſiano, qui hîc innuitur epiſcopus fuiſſe, dum dicitur Proculum ordinaſſe presbyterum; clarius loquitur codex Ms. Strozzianus in iiſdem* XII *Sociorum Actis, videlicet: quod* Proculus adhæſit S. Voluſiano, caſtri Carſulani epiſcopo... & ab eo presbyter conſecratus eſt.

Qui Proculum ordinavit presbyterum

aliis vocatur Voluſianus,

B

14 *De hoc eodem Proculo ejuſque conſecratore aliter ſcribunt in Proculi Actis Petrus Calo, Petrus epiſcopus Equilinus & S. Antoninus; quod nempe* Valentinus, epiſcopus Tyriæ, quæ hodie Interamnis vocatur, ut audivit famam beati Proculi, venit ad eum, & ſecum duxit ad epiſcopatum; & licet ſe clamaret indignum, tandem beato epiſcopo acquievit, ut ſacerdotii gradum reciperet. *Verba hæc ſunt Petri Calo. Jacobillus compilavit quædam Acta* ſancti, *ut vocat,* Voluſiani epiſcopi Carſularum ac Interamnæ, *tomo* I, *pag.* 10, *pro die* 2 *Januarii, ejuſque Acta ſic orditur:* S. Voluſianus natus Carſulis (quæ civitas olim celebris, ſita inter Ceſiam & Aquamſpartam in Umbria, deinde deſtructa à Gothis) diu vitam egit ſolitariam & perfectam in quadam eremo prope caſtellum Lazzanum, ſupra ipſam civitatem Carſulanam, atque per aliquot annos habitavit eodem in loco ſocius S. Proculi è Syria advenæ, qui ſucceſſu temporis creatus epiſcopus Carſulanus atque Interamnenſis, conſecravit ipſum Voluſianum presbyterum, ſecumque duxit Spoletum ac Interamnam; ad propagandam Chriſti fidem *&c.*

aliis Valentinus,

Alii contrà dicunt, Voluſianum non ordinaſſe,

ſed ab ipſo Proculo ordinatum fuiſſe presbyterum.

C

15 *Obſervandum hic venit, quod antiquiores ſcriptores faciunt Proculum, qui cum Sociis è Syria venit, diſcipulum* Voluſiani, *& ab illo, ajunt, ordinatum eſſe presbyterum: mediæ ætatis ſcriptores, nulla mentione Voluſiani facta, dicunt, Proculum illum conſecratum fuiſſe presbyterum à* S. Valentino *Interamnenſi epiſcopo, eique in epiſcopatu ſucceſſiſſe. Jacobillus denique ſcribit, Voluſianum non conſecraſſe presbyterum Proculum, ſed ipſum à Proculo, jam epiſcopo Carſulano atque Interamnenſi, ordinem presbyteratûs accepiſſe. Quis expediat nos ex hoc labyrintho? Adducit pro ſe Jacobillus ſui temporis ſcriptores Ughellum & Angelonum. Sed illi in eodem labyrintho oberrant, dum duos Valentinos, duoſque ſingulorum ſucceſſores, Proculos, Interamnæ epiſcopos faciunt.*

Ex tam contrariis opinionibus

16 *Qui evadere è labytintho cupiunt, ſequantur filum, quod tetendimus* § 1 *&* 2 *hujus capitis; forſitan ejus ductu viam invenient; certe non incurrent in ſcopulum, in quem recentiores, minus oculati, paſſim impegerunt, dum Proculum primum, uti vocant, conſtituunt epiſcopum & S. Valentini I ſucceſſorem. Habuit quidem Valentinus iſte diſcipulum, nomine Proculum, quem admodum in Actis ejus legitur* XIV *Februarii; ſed is Proculus neque Syrus natione, neque presbyter, nedum epiſcopus fuit; ut alibi diximus. Nec minus impegerunt, qui Proculum Syrum, faciunt epiſcopum Interamnenſem; dum alii ipſum dicunt ſucceſſiſſe Valentino I; alii, ſucceſſiſſe Valentino II. Turpius quoque impingunt; qui duos inducunt Proculos Syros, & ſingulos ſingulis Valentinis dant ſucceſſores in epiſcopatu Interamnenſi. Quod ut potuerit fieri; non facile tamen perſuadebitur viro prudenti, factum eſſe, ut duo ſancti Valentini epiſcopi Interamnæ, habuerint ſinguli ſingulos ſanctos Proculos, utrumque è Syria cum aliis Sociis in Umbriam advectos, in epiſcopatu ſuo Interamnenſi ſibi proximos ſucceſſores. Ut id perſuadeas, antiquiore & magis ſolida opus eſt auctoritate, quam quæ ab errantibus in labyrintho tenebrarum,* hactenus palpitando inventa *eſt.*

AUCTORI C. J. nihil concludi certò poteſt.

E

17 *Unum ego ex Actis* XII *Sociorum, agnoſco Proculum, è Syria advenam, in Umbria: qui, ut ibi narratur, ſubſtiterit in colonia Narniæ, porro tendentibus Spoletum Sociis; & mox conceſſerit in caſtrum Carſulanum, ubi diu adhæſerit S. Voluſiano, ab eoque presbyter ſit ordinatus; ac deinde citatus ſit Romam ab Eugenio Papa, propter neſcio quem abuſum. Illum unum, inquam, Proculum agnoſco è Syria in Umbriam veniſſe ex fide illorum Actorum. At qui poſtea ejus Acta ſingularia compilarunt, non una, exiſtimo omnes è labyrintho in labyrinthum imprudentes ſe immiſiſſe, dum unius Proculi, è Syria advenæ, Actis immiſcuerunt, quæ ad alios Proculos, puta Bononienſes, ſpectant, tempora & loca & perſonas ubique confundentes, uti & genus martyrii, quod manifeſte furati ſunt ex Actis S. Herculani epiſcopi Peruſini, ſub Totila Gothorum rege paſſi. Quæ ſatis ſuperque elucidavi ſupra. De Voluſiano, qui aliis dicitur conſecraſſe Proculum presbyterum, aliis vero dicitur ipſe à Proculo conſecratus presbyter fuiſſe; ac de ſanctitate ejus, quid dicam? Aliqua de illo memini in Annotatis ad Acta* XII *Sociorum litt.* O, *& alibi. Sanctitatem ejus celebrat Jacobillus Tom.* 1, *pag.* 10; *feſtum ponit die* 2 *Januarii, miracula addit; omnia, nullo probato auctore. Citat Ferrarium in Catalogo generali. Hic citat monumenta eccleſiæ Interamnenſis, quæ in hac parte nihil obtinere, jam diximus. Geſta ejus nulla habentur fundamentaliter, quam quæ in Actis* XII *Sociorum, occaſione Proculi, narrantur: & hæc ipſa nihil habent chronologicè veri.*

Unus tantum Proculus ſcitur è Syria in Umbriam veniſſe

F

18 *Nam ajunt, Proculum, à Voluſiano initiatum presbyterum (uterque dicitur vixiſſe tempore Gothorum in Italia ante dimidium ſeculi ſexti) citatum Romam* ab Eugenio Papa, *qui poſt medium ſeculi ſeptimi primum creatus fuiſſe ſcitur. Imo Jacobillus in ſui Proculi primi, Interamnenſis epiſcopi, Vita, tom.* I *pag.* 402, *revocat ætatem Voluſiani, uti & ipſius Proculi iſtius, ad initium ſeculi* IV (*quantum hoc diſtat à ſeculo* VII!) *ut Proculum iſtum facere poſſit ex falſa opinione, ſucceſſorem S. Valentini I Interamnæ epiſcopi atque martyris. Et tamen iterum errat in ætate iſtius Valentini, quem ponit initio ſeculi* IV *vixiſſe, cum anno circiter* 273 *obierit, martyrio coronatus. Ex his erroribus, aliiſque argumentis jam*

tempore Gothorum cum S. Herculano Ep Peruſino & aliis.

AUCTORE C. J.

allatis, facile concludet prudens lector, unum tantummodo Proculum Syrum in Umbria fuisse episcopum, seu Interamnæ seu alio in loco. Indidem quoque poterit judicare, an duo Interamnæ fuerint sancti Valentini episcopi, qui singuli post se S. Proculum in episcopatu suo successorem habuerint. Si enim non fuerunt ibi duo Proculi episcopi, natione Syri; neque fuerint duo episcopi Valentini.

& cum Volusiano vixisse, non seculo 4.

19 *Adhuc verbum de Volusiano, de quo tam varia & non cohærentia jam vidimus. Ughellus ipsum æque ac Jacobillus, inter episcopos Interamnenses numerat, successorem Proculi, quocum prius vitam solitariam vixerat in castro Carsulano per multos annos temporibus Gothorum, in Italia dominantium. Citemus textum Ughelli è tomo* 1 *col.* 811 : S. Volusianus sancto Proculo successit *in episcopatu Interamnensi*, circa annum 310; suoque antecessori, pietatis ergo, sacellum construxit; cujus memoria die VIII mensis Januarii, ut colligitur ex quadam antiqua tabula Interamnensis ecclesiæ : tametsi apud nullum omnino auctorem reperire potuerim res præclare gestas, quas ad posteritatis exemplum jacerem in commentarios. *Unde igitur innotuit Ughello, viri sanctitas? Unde ætas indicata? Unde successio in episcopatu Interamnensi post Proculum? Hæc omnia erronea sunt, uti & antiqua tabula, de qua meminit: cum Volusianus iste & iste Proculus, è Syria advectus, atque contubernalis Volusiani in Castro Carsulano; aliunde noscantur seculo* VI *sub Gothis vixisse; si tamen Volusianus sanctus ibi umquam fuerit, & nomen ejus non sit suppositum pro nomine S. Valentini primi Interamnensium episcopi, qui scitur fuisse.*

D

sed sec. 6 tempore Gothorum,

CAPUT IX.

DE SANCTO ISAAC

B

UNO EX XII SOCIIS E SYRIA ADVENIS IN UMBRIA.

E

Hic Isaac alius non est, quam Isaac abbas Spoletinus,

de quo S. Gregorius,

C

inscriptus demum Martyrologio Grevenii

& Romano.

Isaac *seu* Isaacum, *in Actis* XII *Sociorum Syrorum nomine tenus commemoratum, quem & qualem esse dicemus? In Martyrologiis paulo antiquioribus nullus Isaac, qui huc spectare possit, invenitur: nisi ille sit (ac esse debet,) de quo S. Gregorius in Dialogis lib.* 3 *cap.* 14, *ejus Acta describens, à Nostris inde etiam producta & impressa die* XI *Februarii pag.* 25, *in quibus legitur Isaac* è Syriæ partibus (*indidem &* XII *Socii dicuntur advecti*) ad Spoletanam urbem venisse, & usque ad extrema Gothorum tempora perveniisse. *Et hoc tempus non potest discriminare Isaacum hunc ab illo, qui inter* XII *Socios è Syria in Umbriam venit : quia illorum Acta miscent quadrata rotundis, colliguntque in unum Sanctos, qui aliunde noscuntur diversis seculis vixisse : ipsaque met Acta id contestantur, dum suos sanctos Carpophorum presbyterum & Abundium Diaconum narrant sub Diocletiano & Maximiano seculi* IV *initio Spoleti passos esse; atque iterum suum sanctum Herculanum, creatum episcopum Perusinum, sub Totila Gothorum rege seculo* VI *martyrium consumasse. Alii quoque è* XII *Sociis ad hæc Gothorum tempora referendi sunt, Joannes, Gregorius, Proculus, & potiori ratione hic Isaacus.*

2 *Qui de hoc, post S. Gregorium, inter Martyrologos meminit, primus est Grevenus in additionibus ad Usuardum, à Cartusianis impressus Coloniæ* 1515 *atque iterum* 1521 ; *ubi ita celebratur die* XI *Aprilis :* Isaac monachi & confessoris, qui ut refert S. Gregorius 3 Dialog. cap. 14, de Syria veniens, apud Spoletanam urbem humili constructo habitaculo, virtute abstinentiæ, contemptu rerum transeuntium, prophetiæ spiritu, orationis intentione incomparabiliter præditus fuit. Unum erat quod in eo reprehensibile videbatur, quod nonnumquam tanta ei lætitia inerat, ut illis tot virtutibus, nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. *Eodem die ex eodem S. Gregorio sic loquitur Martyrologium Romanum :* Spoleti, sancti Isaac monachi & confessoris, cujus præclaras virtutes & miracula S. Gregorius Papa commemorat. *Notatque Baronius ad illum locum*, Vigere adhuc Spoleti, ubi claruit sanctitate, ejus illustrem memoriam. *Videlicet in ecclesia, quæ ejus nomini illic dicata, hodiedum supereſt.*

Acta ejus, die 11 *Aprilis nostri illustrata,*

3 *Prætermitto alia, quæ de hoc sancto Isaaco, Syro natione, & Spoleti abbate, afferri possent; quia ejus Acta sufficienter illustrata sunt ad diem* XI *Aprilis nostri; adductis quæ de ipso scripta reliquit S. Gregorius auctor primus, ex quo reliqui omnes sua hauserunt; & nonnulli scriptores Umbri alia quoque superaddiderunt auctoritate sua, quæ fidem historiæ potius dubiam reddant, quam illustrent. Gregorius sic orditur :* Prioribus Gothorum temporibus fuit juxta Spoletanam urbem vir vitæ venerabilis, Isaac nomine, qui usque ad extrema Gothorum tempora pervenit; quem nostrorum multi noverunt. . . . . Hic itaque venerabilis vir Isaac, ortus ex Italia non fuit; sed ea illius narro miracula, quæ conversatus in Italia fecit. Cum primùm è Syriæ partibus ad Spoletanam urbem veniisset, ingressus templum, *percussorem suum damone liberat; recusat oblatas possessiones; prophetico spiritu edoctus, venturos fures, eis operam & mercedem parat; nuditatem simulantibus vestes suas reddit; furtum occultum revelat. Hæc compendium vitæ apud Gregorium.*

F

mutavit in multis Jacobillus,

4 *Jacobillus abbatis hujus Isaaci vitam, majori parte ex citato Gregorio, Italice texuit tomo* 1 *pag.* 391, *quam sic orditur :* Hic Sanctus fuit unus è trecentis Sociis, qui è Syria venerunt in Italiam, natus Antiochiæ; fuitque sacerdos & monachus. *Hæc singularia, quod Isaac è Syria venit* in comitatu trecentorum sociorum, *quodque* Antiochiæ natus fuit, *ignoravit Gregorius : nec citat Jacobillus vadem dictorum suorum. Quidni ego, eodem ac potiori jure dicam, venisse* in comitatu duodecim Sociorum? *Credibilius sane est, venisse ex tam longinquis Syriæ partibus per vastum mare, martyrii aut prædicationis euangelicæ causa, in Umbriam Socios* XII *simul, quam trecentos. Præterea venisse* XII *Socios*

A *cios ſimul dicunt expreſſe illorum Acta : veniſſe trecentos ſimul, nulla antiquitas prodit ; eſtque, id nunc dicere, confugium ignorantiæ : quemadmodum ſunt etiam aliæ Sociorum turmæ, quæ ſeculo Chriſti primo, quæque ſeculo tertio indidem, & eâdem de cauſa, dicuntur in Umbriam veniſſe.*

male ſupponens, tres Sociorum claſſes

5 *Turmam ego aliam non agnoſco, quam duodenariam, quæ in Actis* XII *Sociorum, expreſſis ſingulorum nominibus, invenitur : quæ Acta ab homine aut ignorantiſſimo, aut ſtolidiſſimo aut fallaciſſimo olim compilata deprehenduntur, dum ſuis in Actis pro eodem tempore congerit Sanctos* XII, *eoſque patrem, filios ac nepotes fingit, qui diverſiſſimis temporibus, imo ſeculis, in Umbria fuerunt ;*

diverſis temporibus

alii quidem aliunde noti, alii non item. Et hæc ipſa Acta, quia pro eodem tempore ſalvari non poſſunt, occaſionem dederint poſteris excogitandi alia atque alia tempora, & inducendi alias atque alias Sociorum turmas. Sunt enim ſcriptores aliqui, inducentes ſeculo Chriſti primo aliquot nominatim Socios è numero duodenario mutuatos, tamquam à S. Petro Apoſtolo è Syria miſſos : &

B *hi negant ſeculo tertio ullum veniſſe. Alii ajunt, ſeculo tertio veniſſe omnes. Alii denique adſtruunt, aliquot ex illis nominatim adveniſſe in comitatu trecentorum Sociorum ſeculo ſexto, regnantibus in Umbria Gothis.*

è Syria in briam adveniſſe,

6 *Cum igitur inter Socios* XII, *è Syria profectos in Umbriam, nominetur* Iſaac, *& nihil illic ſingulare de eo referatur præter nomen : Gregorius vero dicat, Iſaacum ſuum & natione Syrum fuiſſe & temporibus Gothorum floruiſſe Spoleti ; quis dubitabit, quin illi eadem perſona ſint ? Nullo quidquam rationabiliter in contrarium afferente. Nam quod opponere videtur Jacobillus, nullius momenti eſt. Duplicat more ſuo hunc Iſaacum, uti duplicat ſingulas fere perſonas, inter Socios* XII *nominatas, puta* Brictium, Joannem, Laurentium, Herculanum, Proculum ; *eo quod ſibi videatur perſuaſiſſe, omnes ſanctos in iiſdem Actis* XII *Sociorum nominatim expreſſos, ad idem tempus ſive ſeculum tertium pertinere ; quod diximus paulo antè, falſum eſſe. Sic* Brictium *unum refert ad ſeculum tertium ad tempora Diocletiani Imperatoris, uti debuit, quia eodem ipſum referunt quoque Martyrologia antiqua. Alium vero, Martyrologiis ignotum, refert ad ſeculum primum, tamquam diverſum à priore. Quod tamen ex ipſius Jacobilli de utroque Brictio ſcriptis cognoſci poteſt falſum eſſe : quia præcipua utriuſque geſta deſcripſit ex unis iiſdemque* XII *Sociorum Actis de Brictio : utrumque, ait, Spoleti in carcere incluſum & poſt varia tormenta tolerata, inde per angelum Domini eductum fuiſſe : utrumque ibidem ſub præſide* Martiano (*quod nomen etiam, uti alia prædicta, in Actis* XII *Sociorum legitur*) *multa paſſum ; in pace tamen utrumque tandem quieviſſe. Hæc uni convenire poſſunt Brictio, non duobus. Quamvis nec uni convenire, putem, omnia : quia omnia deſumpta ſunt ex Actis quam maxime fabuloſis, & præpoſtere compilatis.*

ut ſic duplicare poſſet plerosque Socios.

E

7 *Ut autem Brictium hunc ex Actis* XII *Sociorum duplicando, refert Jacobillus ad ſeculum* III *& ad ſeculum* I ; *ſic alios, quos nominavi,* Joannem, Laurentium, Proculum, *pariter duplicando, refert ad ſeculum* III *& ſeculum* VI. Herculanum *vero triplicando refert ad ſeculum* I, III, *&* VI. *Et hæc ſatis oſtenſa ſunt ſuprà ſuis locis, cap.* 4, 5, 6, *&* 8, *& quædam adhuc dicentur cap.* 11. *Id ipſum quoque præſtitit Jacobillus in hoc, de quo agimus, Iſaaco, ipſum conatus alium facere ab Iſaaco, in* XII *Sociis nominato.*

CAPUT X.

DE S. BARACTALE SEU PARACTALE

UNO E XII SOCIIS SYRIS

Martyre Spoleti in Umbria.

C

Acta ejus vetuſta, nulla ſunt ;

Nihilo plus ſcitur, imo minus, de hoc Baractale, quam de Abbate Iſaac, de quo, capite ſuperiori diximus. Iſte enim notus eſt apud S. Gregorium & Acta ſua habet certiſſima ; ſi tamen unus ſunt, uti putamus, ille Iſaac, de quo Gregorius, & ille, cujus nomen memoratur inter Socios XII. *De Baractale vero agitur quidem inter eoſdem Socios nomine tenus, ſed nulla habentur ſeorſim Acta niſi apocrypha, in Actis* XII *Sociorum fundata. Habemus illa, è Paſſionariis Spoletinis deſcripta ſub hoc titulo :* Vita S. Baractalis martyris, cujus corpus prope Spoletum conſervatur. Die IX Octobris. *Tum ſequitur :* Relicto Proëmio, quod incipit, poſtquam protaplaſtorum inobedientia immortalis perdidimus *&c. An hæc notatio ſic etiam legatur in Paſſionariis citatis, an à librario, qui ipſe Proëmium, quod ibi forte habetur, prætermiſerit, addita ſit ; equidem dicere nequeo. Habemus certe alias ejuſmodi Sanctorum vitas, quibus præfigitur ſimile Proëmium. Sed parva hujus omiſſionis jactura eſt. Vita nobis ſic incipit :*

F

uti fatetur panegyriſta recentior,

2 Multorum religione, ſimulque ſacrarum ſcripturarum lectione comperimus, temporibus Juliani Apoſtatæ undecim viros religioſos ac chriſtianiſſimos, ex Syria provincia, Romam veniſſe, liminaque Apoſtolorum ſedula prece acceſſiſſe. Nomina ergo eorum hæc ſunt ; Anaſtaſius, Euticius, Britius, Joannes, Theudela, Iſaac, Abundius, Carpophorus, Laurentius, Proculus, Herculanus, & Baractalis. Hi ergo carnis propagine conſanguinei ex oriente, ubi Syria ditiſſima conſiſtit provincia, egredientes, proprioſque lares divino amore deſerentes, velut undecim ſolis radii emicantes, occidentalem plagam, infidelitatis caligine demerſam, penetrarunt. E quibus unus, valde Deo devotus, Chriſtique cooperator probus, nomine Paractalis, cujus hodie in nobis colitur Natalis, Spoletanam Valeriæ provinciæ urbem, tunc in agonizandis martyribus ſæviſſimam, adit ; ibique multos à pernicie infidelitatis ſanavit, cælorumque civibus ſociavit. Cijus quidem acta multimoda obituſque inſignia, priorum incuria ad noſtram non pervenerunt notitiam. Sed quid illius dicta vel facta requirimus,

AUCTORE C. J.

rimus, cum ad ejus ſacratiſſimum corpus diverſa miraculorum beneficia coruſcare videmus? nam dæmones fugatos, variiſque infirmitatibus feſſos, illius juvamine videmus ſanatos. Inviſibilia enim ejus ſuprema dona, per viſibilia ipſius ſigna intellectu conſpiciuntur.

qui nihil rerum ab ipſo geſtarum invenire potuit:

3 *Hoc initio comprehenditur totum, quod in Actis illis hiſtoricum eſt. Reliqua profluxerunt ex ingenio oratoris (dignoſcitur enim ille, hæc ſua pro concione dixiſſe) comparantis Baractalem cum Abraham patriarcha, quia uterque è domo & patria ſua exierunt; exhortantiſque auditores ſuos exemplo hujus Baractalis ad deſpectum mundi & imitationem Chriſti. Interea apparet ex præmiſſis, primo, hiſtorica, hîc oratoriè ornata, in Actis* XII *Sociorum fundari. Deinde, falli oratorem, dum ait, tempora Juliani Apoſtatæ occidentalem plagam infidelitatis caligine demerſam, & Spoletanam urbem in torquendis martyribus ſæviſſimam fuiſſe. Neſciverit, Julianum Apoſtatam poſt Conſtantinum magnum imperaſſe. Tertio, orationem hanc dictam eſſe in Natali S. Baractalis, qui ponitur, nunc ſaltem, die* IX *Octobris. Quarto,* B *non innotuiſſe oratori acta alia vitæ aut obitus, quia priorum incuria ad ſuam non pervenerant notitiam; quod interpretor, eatenus nulla extitiſſe, quæ aliquid de vita & morte ejus docerent. Atque adeo illius dicta vel facta negat requirenda eſſe. Denique, ad ſua tempora converſus, diverſa miraculorum beneficia ad ſacratiſſimum ejus corpus coruſcare, inquit,* videmus. *Hoc ultimum, ex viſu cognitum, credi fas eſt, quamvis nullum ſingulare beneficium proferatur: dicendumque, ſanctum quemdam ſub nomine* Baractalis (*cujuſcumque demum nationis ille fuerit*) *tunc Spoleti in corpore quieviſſe & cultum annuum habuiſſe.*

nec invenit vera Jacobillus

4 *Plura ſingularia, quam citatus Orator reperire potuit; refert Jacobillus de patria Baractalis, aliiſque ejus geſtis; ſed quæ credi Jacobillo in rebus tam antiquis non debent, abſque auctoritate antiquorum, quam non habet. Ait, Baractalem,* Antiochiæ *in Syria natum, unum ex undecim fratribus, veniſſe in Italiam ſub* annum Domini CCXC; *factum fuiſſe clericum Romæ à* S. Gajo Papa: *electum Spoleti à fratribus (quia omnibus* ætate junior *erat) in* procuratorem rerum temporalium, *fratribus neceſſariarum. Tum alia jungit Jacobillus, de forma ejus eleganti, aſpectu lato,* D *optimis moribus, ſermonis eloquio, converſationis ſuavitate æque cum gentilibus atque Chriſtianis, tam bene excogitata omnia, acſi oculis ſuis ipſe conſpexiſſet. Denique dicit, capite plexum eſſe die* IX *Octobris* anno 303. *Omitto alia æque ignota antiquis. Examinemus modo, quid in hiſce Jacobilli, antiquitatis ſit. In Actis* XII *Sociorum nulla mentio* Antiochiæ, *nulla* anni CCXC, *nulla* Caji Papæ, *nulla* junioris ætatis, *nulla* procuratoris rerum temporalium, *nulla* martyrii, *nedum* loci, diei *aut* anni, *quando vel ubi illud ſubierit Baractalis. Et horum nihil reperire potuit Orator prædictus, qui forte à tribus ſeculis vixerit.*

niſi quæ recentioris memoriæ ſunt.

5 *Credibiliora ſunt, quæ idem Jacobillus ſub finem annectit, videlicet, quod corpus S. Baractalis aliquando tranſlatum fuerit in eccleſiam S. Gregorii; ibique celebretur ejus feſtum ſolenniter die* IX *Octobris, atque etiam in civitate ac diœceſi Spoletina ſub ritu Officii duplicis. Quodque* Deus per illius merita variis temporibus operatus ſit non pauca miracula, ſanando multos infirmos & liberando obſeſſos à ſpiritibus malignis, ad ejus E ſepulcrum. *Nihilo plus hîc dicit Jacobillus de miraculis, quam dixerat Orator; ut credi poſſit, nihilo plus miraculorum poſt dictam pro concione orationem illam, in particulari annotatum fuiſſe, quam antea. Tum ſequitur:* Monualdus, epiſcopus Spoletinus, unà cum Benedicto, Fulginate; Dodone, Reatino; atque tribus aliis Umbriæ epiſcopis, die VI Auguſti anno MCXXXVI conſecravit ſolenniter dictam S. Gregorii eccleſiam, in ejuſdem S. Gregorii & S. Baractalis martyris honorem, concedens multas indulgentias in anniverſario dictæ conſecrationis, omnibus, qui debita cum devotione viſitatum venient eamdem eccleſiam: extra quam collocandas curarunt ſtatuas binas prægrandes è petra, alteram S. Gregorii prædicti, habitu ſacerdotali, à dextris; alteram hujus S. Baractalis, à ſiniſtris. *Quod tamen hîc ait generaliter Jacobillus, in ſolenni conſecratione iſtius eccleſiæ anno* 1146 *conceſſas fuiſſe* multas Indulgentias, *vellem ſpecialius indicaſſet, quæ & quales illæ fuerint; probaſſetque, datas fuiſſe. Plura forte de hoc S.* Baractale *dici poterunt ad diem* IX *Octobris, quo colitur. Hæc modo ſatis hoc loco.*

C F

CAPUT XI.

DE THEUDILA

ULTIMO XII SOCIORUM E SYRIA ADVENARUM.

Vita unde collecta,

Pervenimus tandem, Deo auſpice, ad ultimum XII *Sociorum* Teudillam *ſive* Theudilam; *de quo nihil omnino legitur in ullis Martyrologiis: & ipſe Jacobillus nihil de illo ſeorſim à reliquis Sociis tractat. Tantummodo ipſum nominat inter aliquot alios tomo ſuo 2 pag. 49, ſub hoc titulo:* Vita ſanctorum fratrum martyrum, Laurentii, Herculani, Teudillæ & Iſaac è Syria; ac ſeptem Sociorum Spoletinorum: qui omnes, undecim numero, martyrium ſuſtinuerunt Spoleti. *Sequitur Vita, ex Italico Latine facta; quæ priori ſua parte ex Actis* XII *Sociorum collecta eſt; poſterior fortaſſis ex Legendis eccleſiæ Spoletinæ apocryphis, aut ex recentiorum ſcriptorum opinionibus, inter ſe diſſonis.*

& pluribus applicata,

2 Sancti, Laurentius, Herculanus, Theudila & Iſaac, fuerunt fratres carnales, progeniti ex fratre S. Anaſtaſii martyris; cujus vitam narravimus die V Januarii. Illorum patria fuit Antiochia, civitas in Syria celebris. Cupientes autem animarum ſaluti operam dare & martyrii coronam conſequi amore Chriſti, venerunt circiter annum Chriſti CCXC in Italiam in ſocietate aliorum quinque fratrum ſuorum & duorum conſobrinorum, duce Anaſtaſio ſuo patruo; & appulſi Romam, poſtquam devote viſitaſſent ecclaſias ſacraſque reliquias iſtius urbis, ſtiterunt ſe ſummo Pontifici, qui tunc

erat

A erat Cajus, & expoſuerunt ei cauſam adventus ſui. Pontifex autem, conſiderata eorum optima diſpoſitione, omnes novem fratres & duos conſobrinos adſcripſit militiæ eccleſiaſticæ, relicto in ſtatu laicali Anaſtaſio. Et hunc quidem Laurentium ordinavit ſacerdotem; Theudilam vero, Herculanum, & Iſaac, clericos; reliquos vero, tum ſacerdotes, tum clericos fecit, cohortans omnes, ut promulgarent Euangelium Romæ atque in aliis provinciis. Poſtquam aliquot menſibus commorati Romæ fuerant, ibique prædicantes, multas animas converterant ad Chriſtum, viderantque etiam martyrio affici prædictum S. Anaſtaſium; clam inde profecti ſunt, diviſique alii ab aliis in via, variis locis laborarunt in vinea Domini: & hi quatuor ſancti fratres, duce S. Brictio, iſtius nominis ſecundo, conſobrino ſuo, ſanctiſque ſuis fratribus Carpophoro & Abundio; venerunt in civitatem Spoletinam; cum iiſque & aliis quatuor, uti narramus in illorum vita, incubuerunt in converſionem infidelium, & converterunt eorum numerum prægrandem.

B *qui capti à præſide Martiano,* 3 Quantum hi fratres ſancti operarentur in damnum paganiſmi, denuntiatum fuit Martiano præſidi Umbriæ, qui tunc reſidebat Spoleti, juſſitque continuò miniſtros ſuos, illos, ubiubi invenirentur, capere ligatoſque ſibi ſiſtere. Inventi autem ſunt in domo Syncletæ, viduæ nobilis & multæ pietatis, ex urbe Spoletina; quæ ipſos clam hoſpitabatur atque alebat in domo ſua. Illic igitur capti à lictoribus, & crudeliter ligati, ad præſidem *ac liberati,* adducti ſunt; qui, poſtquam multis, tum blanditiis tum minis, ſanctos à fide abducere & ad idolorum cultum traducere, fruſtra conatus fuerat, mandavit ſanctos Brictium, Carpophorum & Abundium in carcerem trudi: hiſce vero fratribus conceſſit tempus deliberandi. Poſt hæc Brictius cum ſociis ſuis è carcere per angelum Domini eductus fuit, ac deinde, circiter annum ccxcv à dicto Pontifice S. Cajo epiſcopus Martulæ ſeu Martanæ, quæ civitas Umbriæ eſt, creatus, anno autem cccIII eccleſiam quoque Spoletinam adminiſtravit.

C *dum pergunt fidem annunciare,* 4 Hi porro Sancti, Laurentius, Herculanus, Theudila & Iſaac, in ſocietate aliorum ſeptem fidelium Chriſtianorum Spoletinorum, nec non ſanctorum jam dictorum Carpophori atque Abundii, & S. Baractalis, fratrum ſuorum; impenderunt ſe, juxta dicti angeli mandatum, prædicationi verbi Dei in Spoleto & circùm: ac veſperi redibant omnes quatuordecim, tot enim erant, ad quamdam catacumbam ſeu caveam, quæ erat ad radicem cujuſdam collis extra muros civitatis, ubi erat parvum prædium dictæ Syncletæ; ubi & S. Brictius jam dictus, poſtea conſtruxit parvam eccleſiam in honorem S. Pontiani martyris Spoletini: & jam etiam dictum S. Baractalem, qui erat illorum frater natu minor, elegerunt miniſtrum & procuratorem victûs & veſtitûs ſui: qui deinde dum ſatagebat etiam convertere infideles, captus fuit à dicto Præſide & capite minutus; uti narratur à nobis (Jacobillo) die IX Octobris in ejus vita. Loco hujus S. Baractalis elegerunt hunc S. Laurentium ad idem munus obeundum: alii vero, abſque timore ullo, egrediebantur mane, per campos atque per civitatem lucraturi Deo animas; veſperi vero recipiebant ſe ad conſuetum hoſpitium ſuum in dicta cavea, ubi vacabant orationi, confortabant animas converſorum ad fidem, & capiebant quietem aliaque neceſſaria. AUCTORE C. J.

iterum ca piuntur 5 Cum vero crudeliſſimi Imperatores Diocletianus & Maximianus publicaſſent ſeveriora edicta contra Chriſtianos, jam dictus Martianus præſes mandavit capi hoſce ſanctos fratres; cumque inventi eſſent à lictoribus nocte in prædicta cavea, omnes tredecim, injectis vinculis, conducti fuerunt cum mille vilipendiis & contumeliis ad Præſidem, qui denuo illos hortatus eſt, ut colerent idola; inventos autem in fide Chriſti conſtantes præcepit, Carpophorum quidem & Abundium cuſtodiæ ſeorſim mancipari; ſanctos vero Laurentium, Herculanum, Theudilam & Iſaac, alioſque *& gladio ca.* ſeptem Chriſtianos Spoletinos, qui cum illis *duntur* 20 erant, decollari, ac dein corpora illorum pro- *Julii an.* jici extra muros civitatis, ibique relinqui in- 303. ſepulta in cibum animalium ad majorem contumeliam ac terrorem aliorum. Atque hæc ita executioni mandata ſunt die XX Julii anno Chriſti cccIII; factique ſunt omnes undecim, martyres glorioſi. Corpora eorum clam collecta E ſunt à prædicta matrona Syncleta aliiſque Deo devotis perſonis, quas ſecum ad tam ſanctum opus conduxerat, depoſitaque fuerunt tribus in loculis lapideis eâdem in cavea, ubi viventes conſtanter Deo ſervierant. Poſtea ibidem ſupra prædictam caveam conſtructa fuit eccleſia S. Pontiani, & fuit eccleſia parva ſubterranea. Populus eò ire conſuevit venerationis causâ, referebatque inde multa divina beneficia. At noſtris (Jacobilli) temporibus eccleſiola illa ſubterranea, incluſa fuit intra monaſterium monacharum S. Claræ, quod contiguum eſt dictæ S. Pontiani eccleſiæ; & in loculis lapideis nullum ibi corpus inventum eſt; fortaſſis quia tempore belli tranſlata fuerunt alium in locum magis tutum: qua de re hactenus digni non ſumus habere notitiam.

Jacobilli oſcitantia, 6 *Lubuit hæc deſcribere omnia latine, uti à Jacobillo relata ſunt Italice, ut pateat, pleraque, ſi non omnia, hoc tractatu diſputata de* XII *Sociis; ab eorum aſſertoribus ſumpta eſſe ex eorumdem Sociorum Actis ſimultaneis, ab initio uſque ad finem; additis ſubinde recentiorum conceptibus. De hac autem Jacobilliana narratione, quod ad primam ejus partem attinet, nihil habeo quod dicam, niſi quod toto tractatu jam dixi, Acta illa* XII *Sociorum à capite ad calcem, per ſe nullam mereri fidem Ut non dicam, quod pluria in ſuis mutaverit Jacobillus, alia prætermiſerit, & alia ſubſtituerit, quæ in Actis illis non habentur. Sic prætermiſit* Urbanum Papam & Julianum imperatorem apoſtatam, *ſub quibus legitur in Actis, Theudilam & ſocios Romam veniſſe; ac ſubſtituit* Cajum Papam, Diocletianumque & Maximianum imperatores, *quorum temporibus Romam venerint, atque in urbe Spoletina martyres obierint: quæ nullo modo probari magis poſſunt, quam quæ in ipſis Actis habentur.* F

gratis dicta, 7 *Quæ in parte ſecunda narrat idem Jacobillus, æque male fundata ſunt. Etenim gratis ab eo dicitur, quod Baractalis* natu minor fratrum *fuerit; quod illis de victu & veſtitu providerit, remque familiarem adminiſtraverit; quod demum ipſi, anno* 303 *die* IX *Octobris (uti legitur etiam in ſingulari ejus vita pag.* 325, *apud Jacobillum) martyrium*

AUCTORE C. J.

tyrium passo, in eadem cura successerit frater Laurentius: dum pariter dicit, Laurentium cum aliis martyrio coronatum fuisse anno 303 die XX Julii; *Baractalem vero eodem anno*, die IX Octobris. *Quo igitur modo potest Laurentius, tribus fere mensibus ante Baractalem pro Christo occisus, post Baractalis mortem rei familiaris curam habuisse; ac fratribus, secum occisis, necessaria victûs & vestitûs procurasse?*

& leves conjecturæ.

8 *Denique addit Jacobillus, corpora quatuor fratrum & septem Sociorum Spoletinorum, simul passorum, recondita in tribus urnis lapideis, deposita fuisse in eadem crypta subterranea, ubi viventes Deo servierant; supra quam & ecclesia fuit ædificata S. Pontiano, quæ tempore nostro (Jacobilli,) vicino monasterio monacharum S. Claræ annexa fuit*; & in urnis lapideis non fuit inventum corpus illum: fortassis quia tempore bellorum translata fuerunt alium in locum magis tutum: qua de re hactenus digni non sumus habere notitiam. *Ita Jacobillus; qui si alia auctoritate, quam à se allata, non sciverit, corpora in tribus urnis lapideis illic sepulta fuisse, mirari non debet, illic inventa non fuisse. Uti enim hîc duplicat ex Actis* XII *Sociorum, nomina SS. Laurentii, Herculani & Isaac, quorum alibi deposita fuere corpora; ita præter nuda nomina hîc inveniri nil potuisset, si quid inventum fuisset.*

B

Unde nomen Teutilla sumptum sit.

9 *Redeamus ad Theudilam, de quo hîc præcipuus sermo nobis est. De adjunctis enim ei hîc à Jacobillo Sociis, Laurentio, Herculano atque Isaac, jam satis dictum est suprà. Putavit Jacobillus, omnes, qui inter* XII *Socios nominantur in iisdem eorum Actis, ad tempora Diocletiani referendos esse, uti eò refertur martyrium SS. Carpophori presbyteri atque Abundii diaconi, qui inter eosdem* XII *Socios nominantur, atque nominatim dicuntur sub dicto Diocletiano (quod etiam ex Martyrologiis constat) martyrii palmam obtinuisse. Sic & pro* S. Herculano, *qui in iisdem Actis nominatur* episcopus & martyr Perusinus, sub Totila passus, *alium hîc substituit* Herculanum, *qui passus sit sub Diocletiano. Similiter hîc alium somniavit* Laurentium *& alium* Isaac, *loco illorum, de quibus egimus jam in præmissis; & egit ipse Jacobillus seorsim aliis in locis. At de* Theudila *nihil alibi meminit Jacobillus; hîc vero tantum habet, quæ omnibus communia sunt ex Actis* XII *Sociorum; & quæ ipsi libuit adjungere, male cohærentia. Ego mihi imaginor, compilatorem Actorum, uti plures Sanctos, qui diversissimis temporibus vixerunt, in una contulit Acta, atque omnes fratres ac patrueles finxit, ita & alterius quoque sexûs hominem inter fratres adoptasse. Lego enim in Actis S. Chrispolyti episcopi & martyris Vettonæ in Umbria, apud nos editis die* XII *Maii, sororem ipsi fuisse, pariter martyrem, nomine* Teutilam, *alibi Teutillam. Legitur idem quoque nomen, leviter variatum, in Actis* XII *Sociorum. Cum autem in comperto sit, stolidum illorum Actorum compilatorem omnia illic nomina sua mutuatum esse ex aliorum scriptis, & nullus seu nulla Teudila sive Teutela in sanctis Umbriæ reperiatur uspiam, quam in dictis S. Chrispolyti Actis, debet illud nomen inde, ut aliunde alia, assumpsisse; & quod femina erat, viro applicuisse; sororemque Chrispolyti fecisse fratrem Laurentii, Herculani atque Isaac, hîc prænominatorum.*

C

D

10 *Tadet me hisce & similibus neotericorum conceptibus, nulla vera antiquitate fundatis, inhærere diutius. Indicavi toto hoc tractatu, quæ mihi veriora sunt visa, absque odio aut amore, absque discrimine nationum. Quæ sua cujusque sunt libenter cuique cedam, si veriora protulerint ex antiquitate idonea. Recentiores namque scriptores, quorum quot capita, tot sententiæ sunt, in hisce rebus antiquis non moror.*

APPENDIX

DE SS. CRISPOLYTO, VINCENTIO, BENIGNO, ALIIS.

Actum est de S. Crispolyto

D*Iximus initio hujus Commentarii nostri num.* 6, *Bernardinum è Comitibus de Campello, in sua historia Spoletina, omnium* XII *Sociorum, de quibus huc usque egimus, ætatem referre ad seculum Christi primum; eodemque tempore cum illis venisse è Syria in Umbriam alios, nominatim Socios,* Chrispolytum, Vincentium *&* Benignum. *Adjungit illis Jacobillus etiam* Joannem *quemdam & alios innominatos magno numero. Campellus, omnes* Hierosolymis; *Jacobillus, omnes* Antiochiâ, *autumant missos fuisse à S. Petro apostolo. Quid de hac missione pro seculo primo, sentiendum nobis videatur, diximus tum alibi, tum præcipue* § III *Commentarii prævii. Jacobillus* S. Chrispolytum *etiam duplicat more suo, alterum tribuens seculo primo, alterum tertio, utrumque* episcopum Vettonensem *in Umbria. Primum colit die* XII; *secundum* XIX *Maii. Decessores nostri non nisi unum noverunt Crispolytum episcopum Vettonensem; nec nisi pro anno* 303 *ac die* XII *Maii, quibus dicitur in Actis suis coronatus martyrio fuisse cum sorore sua Teutela & aliis. Qui plura de hisce cupit novisse, adeat citatum diem* XII *Maii nostri.*

E

die 12 Maii;

de S. Vincentio

2 Vincentius episcopus Mevanienſis, *& frater ejus* Benignus diaconus, *referuntur item à Nostris ad diem* VI *Junii, tamquam martyrium passi* anno CCCIII; *neque in Actis eorum, quæ ibi è quatuor codicibus Mss. dantur, quidquam reperitur, quod indicet, eos è Syria advenisse, nedum advenisse seculo Christi primo, aut à S. Petro apostolo missos fuisse. Dubitari quoque potest de altero* Vincentio (*quem inter Socios trecentos è Syria venisse in Umbriam, & episcopum Fulginii fuisse, opinantur Ughellus & Jacobillus*) *an is diversus sit à Vincentio episcopo Mevanienſi. Ego quidem nolim negare diversum esse, optarem tamen id certius probari, quam probetur ab Ughello & Jacobillo hodiernis scriptoribus; quia semper mihi suspecta est turba trecentorum è Syria in Umbriam advenarum, è quibus hic Vincentius dicitur unus fuisse. Plura de S. Vincentio Ep. & Benigno Diacono videri possunt die* VI *Junii. Nos, quod instituimus præsenti Tractatu, de Sociis* XII, *duce Anastasio, è Syria in Umbriam advectis, agere; hîc absolvimus.*

F

die 6 Junii.

FINIS.

INDEX SANCTORUM
AD TOMUM I JULII.

A

1 AAron, primus Legis Mosaicæ ſacerdos, in monte Hor. COMM. § 1. De cultu Sanctorum veteris Teſtamenti *pag.* 7. § 11 De peculiari cultu S. Aaronis 9
1 Aaron Martyr in Britannia, cum S. Julio & aliis 17
3 Acacius Mart. CPoli. *Ex Mroll.* 637
2 Adegrinus monachus Balmæ apud Sequanos. COMM. De ſanctitatis titulo, Actis ac ætate 338. VITA *ex Ms. Balmenſi* 339
2 Adeodatus Presb. Galliani in agro Mediolanenſi. *Ex Ferrario & Caſtellionæo* 308
3 Amedinus M. CPolitan. *Ex Mroll.* 637
2 Amida Mart. *Ex Mrol. S. Hieronym.* 307
2 Amigradinus *Ex Mrol. Hieronym.* 307
3 Ammonius M. CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Ammus Mart. CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Anatolius Ep. ejuſque deceſſor Euſebius, Laodiceæ in Syria. COMM. De cultu, conjunctione cum Euſebio, geſtis, ſcriptis ac ætate 642
3 Anatolius Ep. Conf. CPoli. COMM. § 1. Cultus ſacer, elogia, miracula, tempus vitæ ac mortis, Acta. § 11. Inquiſitio critica, in qua præcipuæ adverſus Anatolium accuſationes expenduntur 652. § 111. Accuſatio tertia & quarta diluuntur 655. § IV. Expediuntur accuſationes reliquæ 657. VITA Græco Latina. CAP. 1. Anatolii natales, acta in ſynodo Epheſina, patriarchatus CPolitanus, acta contra Eutychianos in concilio Chalcedonenſi 659. CAP. 11. Anatolius perſtringit Dioſcorum, miraculum pro auctoritate ſynodi Chalcedon. & veritate fidei orthodoxæ 663. CAP. 111. Defendit famam S. Danielis Stylitæ, à quo ipſe æger decumbens, uti prædixerat, ſanatur. Virtutes, obitus, publica reliquiarum veneratio 665
1 Antonius ſeu Antoninus Mart. Romæ cum ſociis. *Vide* Iſicius.
3 Apricus Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronymiano* 636
2 Ariſto Mart. in Campania Felice. Ex Actis S. Sebaſtiani 307
2 Arixus Mart. *Ex Mrol. Hieronym.* 307
3 Aſclepiodotus Martyr cum ſociis. *Ex Menoll. Græcis* 634
3 Atranus M. Tarſen. *Ex Mrol. Hieron.* 636

B C

1 BArtholomæus Ep. Vicentinus, Ordinis Prædicatorum. COMM. § 1. Recentiora de eo ſcripta, cultus, miracula, tranſlatio, epitaphium, columna, in ejus honorem erecta 277. § 11. Vita, per Leandrum Albertum compendio deducta, ex aliis illuſtratur uſque ad epiſcopatum Vicentinum 280. § 111. Reliquum vitæ ab anno 1260 ad obitum 284
1 Baſilius Abbas, fundator monaſterii, dicti ad Profundum rivum. *Ex Menæis Græcorum impreſſis* 31
1 Carileſus Presb. Conf. Aniſolæ apud Cenomanos in Gallia. COMM. § 1. Ejus patria, ætas & prima inſtitutio monaſtica 85. § 11. Monaſterium Aniſolenſe: S. Carileſi Acta, à ſubæquali ſcripta, quæ non extant 87. § 111. Alia Carileſi Acta, cultus & tranſlatio 88. VITA *è Mss. collatis cum editione Mabilionis* 90. CAP. 1. Sancti ætas & patria: inſtitutio apud monachos Menatenſes; deinde apud S. Maximinum Miciacenſem, uſque ad ſacerdotium 91. CAP. 11. Carileſi cum S. Avito ad ſolitudinem receſſus; ubi à Rege Childeberto fundum cœnobio ædificando obtinet 92. CAP. 111. Theſaurus repertus: monaſterium conditum, à quo feminæ arcentur: Sancti virtutes & miracula 96. Miracula poſt mortem 99
1 Caſtus & Secundinus, Epp. & Martt. Sinueſſæ & Cajetæ in Campania. COMM. § 1. De ſynonymia SS. Caſti, Secundini & Caſſii in Campania & Apulia 19. § 11. De Caſti & Caſſii: item Caſti & Secundini, exornatis Actis & male confuſis 20. Vita & mors, *ex Actis eccleſiæ Cajetanæ.* Caput 1. Varia ſtupenda à Sanctis patrata & perpeſſa 23. CAP. 11. Similium prodigiorum proſecutio 26. De tranſlatione brachii S. Caſti Ep. & Mart. Cajetâ Calvum, *Ex Actis Eccleſiæ Calvenſis.* 28
3 Cerealis M. CPolitanus. *Ex Mroll* 637
3 Chuſtus Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronym.* 636
3 Chreſtus Ep. Syracuſis in Sicilia. *Ex Octavio Cajetano* 632
3 Cionia Martyr CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Cionius Mart. CPolitanus. *Ex Mroll.* 637
2 Creſcentianus Martyr cum ſociis in Camp. Felice 307
3 Cyrianus Mart. CPolitan. *Ex Mroll.* 637
3 Cyrillus Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronym.* 636
3 Cyrion Mart. Alexandriæ. *Ex Mroll.* 636
3 Cyrion alter Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieron.* 636

D E

3 DAthus Ep. Ravennæ in Italia. Commentarius 635
3 Demetrius M. CPolitanus. *Ex Mroll.* 637

3 Diomedes Mart. cum ſociis. *Ex Menoll. Græcorum* 634
Domitianus Abb. apud Seguſianos, in monaſterio S. Ragneberti Jurenſis. COMM. Memoria in faſtis; monaſterium, à S. Ragneberto Mart. appellatum; ætas Sancti; Acta non ſatis ſincera 46. VITA *ex antiquis codicibus monaſterii S. Ragneberti Jurenſis.* CAP. 1. Domitianus, parentibus orbus, Româ in Galliam ſecedit; à S. Hilario Arelatenſi ſacerdos ordinatus, ductu S. Eucherii ſolitudinem petit, ibique habitationem ſibi & ſociis ædificat 49. CAP. 11. Tempore famis, ſociis & cæmentariis de pane miraculoſè proſpicit: Latinum ab Arianiſmo convertit; à quo & uxore ejus Syagria fundis donatus, ſanctè, uti vixerat, moritur 51
3 Emerion Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronym.* 636
1 Eparchius Conf. Monachus Presbyter, apud Engoliſmenſes Recluſus, in Gallia. COMM. § 1. Ejus gloria ab antiquo monaſterio & ſolenni cultu 109. § 11. Gloria ex Gregorio Turonenſi & Actis ſinceris 111. VITA Auctore coævo, *ex Paſſionali Ms. Bodecenſi.* CAP. 1. Patria, parentes, monachatus: alia geſta uſque ad ſacerdotium & recluſionem. 112. CAP. 2. Miracula & aſperrima vivendi ratio uſque ad obitum & ſepulturam 113. Gloria poſtuma in miraculis ex variis 115.
1 Epaſus Mart. Antiochenus. v Severianus.
3 Eradius Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronym.* 636
1 Eſicius Martyr Romanus. Vide Iſicius.
1 Eſther Regina, Aſſueri Regis conjux, Suſis in Perſide 12
3 Eulampius Mart. cum aliis. *Ex Menoll. Græcorum* 634
3 Eulogius Conſtantinopolitanus. *Ex Mrol. Romano parvo* 638
3 Eulogius Mart. Alexandriæ. *Ex Mroll.* 636
3 Eulogius M. CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Eulogius alter Martyr CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Euphemia M. CPolitana. *Ex Mroll.* 637
3 Euſebius Ep. Laodiceæ, cum Anatolio ibidem Epiſcopo 643
3 Euſucius M. Tarſen. *Ex Mrol. Hier.* 636
2 Euticius Mart. Romanus. *Ex Mrol. Hieronym.* 306
2 Eutychianus Mart. cum ſociis in Campania Felice 307

F G

2 FEliciſſimus Mart. cum ſociis in Campania Felice 307
2 Felix Mart. cum ſociis in Camp. Felice 307
1 Floregius Ep. Conf. Stagni apud Ruthenos, In Gallia. COMM. § 1. Expenduntur dubia circa Lectiones Stagnenſes 42. § 11. Notitiæ aliquæ, Stagno acceptæ 43. ACTA *ex Breviario Stagnenſi* 45
1 Gallus Ep. Claromonte Arvernorum in Gallia. COMM. De cultu, ætate, obitu, ſepultura: Vita à S. Gregorio Turon. ſcripta 103. VITA *ex Gregorio Turon.* CAP. 1. De illuſtribus ejus natalibus; inſtitutione monaſtica; ceteriſque geſtis uſque ad epiſcopatum 15. CAP. 11. De geſtis in epiſcopatu, virtutibus, miraculis, obitu, ſepultura.
3 Germanus Ep. in Mannia ſeu Mona, maris Hibernici inſula, Notitia ex vita S. Patricii 667
3 Golinduchus Mart. cum ſociis. *Ex Menolog. Græcorum* 634
1 Golvenus Ep. Leonenſis in Britannia Armorica. COMM. S. Golveni patria, Acta, ætas, cultus 126. VITA *ex Renato Benedicto apud Goncnum* 127
3 Guthagonus Conf. Ooſtkercæ apud Belgas in Flandria. COMM. De ætate ac gente ejus, ſepultura, elevatione corporis, tranſlatione & reliquiis 668. ACTA qualiacumque è Lectionibus breviarii 670

H

1 HEchardus Presb. fundator monaſterii Scheidenſis Ordinis Præmonſtratenſis in Weſtphalia. COMM. de prima hujus beati Viri notitia & cultu 272. VITA à Gelenio concinnata. Patria, familia, monaſterium fundatum, obitus 274. Inventio corporis an. 1628, notarialiter deſcripta 276
3 Heliodorus Ep. Altinenſis, Torcelli prope Venetias. COMM. Sedes epiſcopalis; memoria in Martyrol. Laus vera apud S. Hieronymum. Acta Mss. non magnæ fidei 645. VITA *ex Cod. Ms. Sacræ Eremi Camaldulenſis.* CAP. 1. Primi ejus labores in converſione Altinenſium. Conſuetudo cum S. Chromatio. Ordinatur Epiſcopus. Confert ſe in Palæſtinam ad S. Hieronymum 647. CAP. 11 Obtinet brachium S. Jacobi. Litteræ de Martyrologio ad S. Hieronymum & hujus Reſponſio. Receſſus ad Marcellianum, & obitus 649. CAP. 111. Sedis epiſcopalis & ſacri corporis cum aliis tranſlatio 650
3 Heliodorus M. CPolitanus. *Ex Mroll.* 637
3 Helion Martyr Tarſenſis. *Ex Mrol. Hieronymiano* 636
3 Heraclius M. CPolitanus. *Ex Mroll.* 637
2 Hicicius Mart. *Ex Mrol. Hieronym.* 307
1 Hilarius Aviciacenſis, Presb. Conf. apud Cenomanos in Gallia. COMM. De Sancti ſepultura, tranſlatione, ætate & dubiis geſtis 39. Lectiones de Hilario Aviciacenſi 41
3 Horeſtes M. CPolitanus *Ex Mroll.* 637
2 Hyacinthus Mart. *Ex Menologio Baſilii* 306
3 Hyacinthus, Cubicularius, Martyr; & alius Synonymus. Sylloge hiſtorica. *E Synaxariis Græcorum* 633

I

1 IDoneus cum aliis. v. Primus
2 Joannes Vicentinus Ord. Prædicatorum. COMM. De cultu, patria, ætate & Actis 465. VITA Auctore Valerio Muſcheta Ord. ejuſdem 467. CAP. 1. Ingreſſus Joannis in Ordinem. Fundationes & fundatores monaſteriorum Venetiis ac Patavii 469. CAP. 11. Ejus converſatio & prædicatio Bononiæ: præfectura cœnobii Patavini: Inquiſitio in vitam Antonii Patavini, eidem commiſſa: ingens concionum fructus, ſignis & miraculis confirmatus 471. CAP. 111. A Gregorio Papa IX miſſus, pacem ſuadet. Dedicatur ibidem primum Prædicatorum templum; cujus occaſione de altero agitur, à Benedicto XI conſecrato, deque illius Pontificis vera origine 473. CAP. IV. Firmata per Beatum pace Patavii; inſtituitur illîc ſolennis feſtivitas B. Petri martyris. Bononiæ effoditur corpus S. Dominici in comitiis Ordinis; ibidemque miranda multa patrantur à beato

beato Joanne. 476. Cap. v. Veronæ ad innumerabilem concionem prædicans, ſublatis diſſidiis, ſummam pacem inducit 477. Cap. vi. Obitus B. Joannis. Perſecutio Acciolini de Romano : ſub ejus tyrannide multi fratres Prædicatores in carceribus dies ſuos compleverunt, fame & pædore conſumpti 479. Teſtimonia variorum de Beato 481
3 Jocundus M. CPolitan. *Ex Mroll.* 637
3 Irenæus Diaconus Mart. cum Muſtiola & aliis, Cluſii in Etruria. Comm. De Actis, ætate, memoria in faſtis & cultu 638. Passio *ex Mss. collatis cum editione Surii* 640
1 Iſicius vel Eſicius, Proceſſus, Marina, Antonius vel Antoninus, Serenus & Victor; Martt. Romani. *Ex Mrol. Hieron.* 29
2 Jucundionilla Mart. *Ex Mrol. Hieron.* 307
3 Julianus Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronym.* 636
3 Julianus M. CPolitanus. *Ex Mroll* 637
3 Julius Martyr Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronymian.* 636
1 Julius, Aaron & ſocii, Martyres in Britannia. De hodierno cultu & martyrii tempore 17
2 Juſtus Mart. cum ſociis in Camp. Felice 307

L

1 Leo Anachoreta. *Ex Synaxariis Mss.* 31
1 Leonorius Ep. in Britannia Armorica. Comm. § 1. Patria, cultus, tranſlatio Pariſios & Bellum montem 118. § 11. Acta non ſincera: Alberti halucinatio 120. Vita *ex Ms.* Cap. 1. Natales; prodigioſus in litteris progreſſus; tranſitus in Galliam; perpetua fere miracula; acceſſus in aulam Francicam 121. Cap. 11. Alia miracula; Regis in ipſum liberalitas; Judualum furenti tyranno eripit 123. Lectiones *ex breviario impreſſo* 1517 124
1 Leontius Ep. Auguſtodun. *Ex Mrol. Hieron.* 54
2 Lidanus Abbas Setiæ in Latio. Comm. De patria Sancti; ſcriptoribus vitæ eorumque ætate; Epiſcopis Setinenſibus & præſenti ſtatu corporis 340. Vita & miracula. *Ex Cod. Ms. Collegii Societ. Jeſu Setiæ.* Pars 1. Parentes, patria, monachatus, monaſterium novum, exercitationes religioſæ, mors, tranſlatio 343. Pars 11. Miracula à vivente patrata 344. Pars 111. Miracula poſt mortem ac tranſlationem, Setiæ facta 347
1 Lupianus Confeſſor. *Ex Greg. Turonenſi* 32

M

2 Marcia Mart. cum ſociis in Campania Felice 307
3 Marcus & Mocianus, Mart. Cultus *ex Menologiis* 641
1 Maria Prophetiſſa, Moyſis & Aaronis ſoror; Eleaſarus ſacerdos, Aaronis filius; Phinees, Eleaſari filius; Aaronis nepos; utriuſque ſucceſſor 11
1 Martinus Ep. Viennæ in Gallia. De ejus ætate, cultu antiquo, & recentiorum Martyrologorum elogiis 14
1 Marina Mart. Romæ cum ſociis. Vide Iſicius.
2 Martianus Mart. Romæ cum Proceſſo, quem vide.
2 Martyres ter mille, cum S. Paulo Apoſtolo paſſi. *Ex Mroll.*
3 Martyres Alexandrini xv. *Ex Mrol. Hieronymiano* 636
3 Martyres Conſtantinopolitani xxiv. *Ex Mroll.* 637
1 Martyres xxv Nicomediæ. *E Synaxariis Mss.* 32
3 Martyres Tarſenſes ix. *Ex Mrol. Hier.* 636
1 Martyres cclxxviii, cum S. Zelo & S. Orione. *Ex Mrol. Hieronym.* 30
3 Martyrius Martyr CPoli. *Ex Mroll.* 637
1 Martt. bis mille. *Ex Menæis Mazarinianis* 32
1 Mauritius M. *E Synaxariis Mss.* 32
3 Menelaus Mart. Alexandriæ. *Ex Mroll.* 636
3 Menelaus M. CPoli. *Ex Mroll.* 637
1 Moderatus & Felix, Martyres Autiſſiodori in Gallia. Comm. de antiquo cultu; de ſitu corporum hodierno, per revelationem inventorum; atque antiquitate eccleſiæ S. Moderati 288
2 Monegundis vidua Recluſa Turonibus in Gallia. Comm. § 1. Vita, à S. Gregorio Turon. ſcripta; reliquiæ Turonibus, antiquus cultus 309 § 11. Reliquiæ & cultus Chimaci in Belgio 311. Vita auctore S. Gregorio Turonenſi 313. Officium in eccleſia Chimacenſi 316
3 Montanus M. Tarſen. *Ex Mrol. Hier.* 636
3 Muſtiola matrona Mart. cum Irenæo Diac. Cluſii in Etruria. Comm. De Actis, ætate, memoria in faſtis & cultu 638. Passio *ex Mss. collatis cum editione Surii* 640

O

3 Oreſtus Martyr Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieronymiano* 636
2 Otto Ep. Bambergenſis & Apoſtolus Pomeranorum, Bambergæ in Franconia. Comm. § 1. De ſcriptoribus Actorum 349. § 11. De Sefrido & Ebbone ſcriptoribus 351. § 111. De Andrea, aliorum ſcriptorum compilatore 352. § 1v. Brevis notitia civitatis epiſcopalis; nominis Sancti; ejuſque illuſtris originis 354 § v. Variis argumentis oſtenditur, Ottonem è familia Andechſiana non fuiſſe 357. § vi. Prima Ottonis ætas ante adeptum epiſcopatum Bambergenſem 359. § vii. Geſta à principio epiſcopatus ad annum uſque mcxxiv chronologice ordinata 361. § viii. Percurritur vitæ reliquum à dicto anno uſque ad obitum 364. § ix. Canonizatio, memoria in faſtis recentioribus & elogia 367. § x. Perpetuus cultus, ex officiis eccleſiaſticis 369 § xi. Idem cultus, ex reliquiis & monumentis Sancto erectis 372. § xii. Vinum ad depellendas febres benedictum; & beneficia per illud obtenta 375. § xiii. Item, contra morſus rabidorum canum 377. § xiv. Ottonis Homiliæ Mss. quæ ſuperſunt 378
Vita Prima. Auctore ſynchrono, *ex editione Caniſii* Prologus Auctoris 378. Liber 1. Cap. 1. Ortus, ſtudia, legationes, gratia apud Cæſarem, promotio ad epiſcopatum Bambergenſem 379. Cap. 11. Ingreſſus in eccleſiam ſuam; conſecratio & commendatio per Paſchalem PP. à quo donatus pallio, regimen ſanctè orditur 382. Cap. 111 Monaſteriorum multorum fundationes qua intentione aggreſſus ſit, & quomodo eas à ſummis Pontificibus confirmari curaverit 384. Cap. 1v. Cura reſtaurandæ Cathedralis, augendique Epiſcopii : ipſiuſmet frugalitas,

litas, morbus, misericordia tempore famis 387. LIBER II. CAP. I. Litteris Boleslai, Pomeranorum domitoris invitatus, suscipit auctoritate Apostolica missionem ad conversionem istius gentis; eóque proficiscitur 391. CAP. II. Piritsæ admissus, ingenti fructu populum catechisat, baptizat ac fidei mysteriis & Sacramentis instituit 394. CAP. III. Caminæ felix conversio, ubi Dux polygamiam deserit. Punitio matronæ, die Dominica metentis. Julinenses barbari, repulso Euangelio, Viro Dei necem intentant 398. CAP. IV. Stetinenses obdurati mitescunt; verbum Dei recipiunt; idola frangunt 400. CAP. V. Exemplo Stetini, Julina fidem suscipit, & binas struit ecclesias. Convertitur Dodona, Colobrega & Belgradia. Otto redit ad suam ecclesiam 404. LIBER III. CAP. I. Denuo ad missionem illam profectus per Saxoniam, fructuose laborat apud Timinam, Usnoym & Hologastam 407. CAP. II. Golgangiæ fano destructo, ecclesia dedicatur. Mizlai mira ad misericordiam mutatio. Bolesiaus, Pomeranis infensus, placatur. Tentata insulæ Veraniæ conversio 410. CAP. III. Solus Otto ad Stetinenses Apostatatas properans, socios adsciscere cogitur. Mira Witslaci per eum è carcere liberatio. Furibundi, instigante sacrificulo, hastas vibraturi, obrigescunt 413. CAP. IV. Sincera Stetinensium resipiscentia, non absque gravibus Ottonis periculis. Miracula varia. Ruthenorum conversione tentatâ, redit Otto Bambergam 416. CAP. V. Curat leprosum: ad Pomeranos dona mittit: ejus cum Bela, Hungarorum Rege amicitia; cujus filiæ Sophiæ heroica in servando virginitatis proposito constantia 419. CAP. VI. Æger, ad ecclesiam dedicandam divinitus convalescit. Operibus misericordiæ immoritur. Oratio funebris 423

VITA ALTERA. Auctore Ebbone monacho. *Ex Ms. bibliothecæ Paulinæ Lipsiæ*, nunc primum edita. Prologus 425. LIBER I. CAP. I. Otto origine nobilis; ab Henrico IV Imp. è fororis capellano, creatur Cancellarius & Episcopus Bambergen. atque ad ecclesiam illam deducitur 425. CAP. II. Dilatum munus consecrationis suscipit à Paschale PP. donatusque usu pallii; Moguntino metropolitæ & ecclesiæ Bambergensi commendatur. Mirabilis ejus in fundandis restaurandisque cœnobiis munificentia 428. LIBER II. CAP. I. Irrita Bernardi in Pomerania missio Ottonem accendit ad aliam nova ratione instituendam. Caminæ cum fructu prædicat: sed à Julinensibus barbare repellitur 432. CAP. II. Conversis Stetinensibus, Julinam invitatur. Quæsitum Triglai idolum. A suis revocatus, revertitur Bambergam 436. LIBER III. CAP. I. Apostasia Stetinensium & Julinensium. Prodigia varia. Redit Otto in Pomeraniam, ac duce cum suis converso, inter multa periricula fidem restituit 439. CAP. II. Mira Mizlai in captivos misericordia. Bolesiai cum Duce reconciliatio. Stetinensium perfidia correcta 443. CAP. III. Confirmatis Stetinensibus Julinam accedit. Plura ibidem miracula. Tentata Ruthenorum conversio. Ottonis reditus, morbus, obitus, sepultura 446. LIBER IV. Ebboni superadditus. CAP. I. De signis, ad sepulcrum ejus factis 449. CAP. II. De gestis ad procurandam canonizationem 451. CAP. III. De ipsa canonizatione & miraculis 452. SUPPL. ad vitas præmissas 456. Dissolutio veteris monasterii S. Michaëlis: novi ædificatio & consecratio 459. Præcipua quædam miracula 461. SERMO in translatione S. Ottonis 464

2 Oudoceus Ep. Landavæ in Anglia. COMM. Natales, cultus sacer, sanctimonia, tempus vitæ ac mortis 318. VITA incerto Auctore 320

P

1 PAmbo Abbas & Conf. in Nitria. COMM. § I. Sancti celebritas, memoria in fastis recentior, efformatio nominis varia 33. § II. Ætas, unus an geminus fuerit: an sacerdos, an bis exul. 34. VITA. *Ex Palladio* 36. Alia de S. Pambone *ex variis collecta* 38

3 Parthenus Martyr Tarsen. *Ex Mrol. Hieronymiano* 636

3 Paulus Mart. Tarsensis. *Ex Mrol. Hieronymiano* 636

2 Petrus de Luxemburgo Ep. Metensis, S. R. E. Cardinalis Avenione in Gallia. COMM. § I. Natales; prima ætas; præmaturus parentum obitus; educatio sub proxima consanguinea, votum virginitatis; fratres & sorores 386. § II. Beneficia ecclesiastica, ad quæ certatim promotus est usque ad Cardinalatum 488. § III. Obitus, testamentum, sepultura, primus Avenione cultus, processus pro cultu universali 489. § IV. Cultus instantissime petitus, diu retardatus, tandem concessus & in recentiores fastos relatus 491. § V. Reliquiæ & innumera miracula 494. § VI. Antiqua Acta, inter se collata; quando & à quo edita; unde & à quo submissa; officium, orationes propriæ, hymnus 495. § VII. Vita recentior, à P. Henrico Albio S. J. edita, ad trutinam revocata 497. § VIII. Vitæ recentioris, à Martino Boureyo, monacho Cælestino editæ, analysis & crysis 499. § IX. Historia Ms. eorum, quæ post mortem Beati gesta sunt, collecta à Maleto monacho Cælestino 504. § X. Insigniora quædam Beati elogia *ibid.* § XI. Pia quædam scripta, Beato attributa, eorumque analysis 507. § XII. Vindiciæ adversus obtrectatores 508

VITA. Auctore Anonymo coævo. CAP. I. Beati patria, natales, morum innocentia, studia litterarum Parisiis, ibidem canonicatus, & Drocensis archidiaconatus 509. CAP. II. Episcopatus Metensis, in eoque gesta 510. CAP. III. Cardinalatus, iter Avenionem & virtutes 511. CAP. IV. Humilitas, jejunia, macerationes corporis, vigiliæ, orationis studium, amor erga Crucifixum, ejusque apparitio, donum lacrymarum 512. CAP. 5. Præcipua alia, quibus excelluit, ornamenta virtutum 514. CAP. VI. Mors, corporis fragrantia, sepultura 515

VITA ALTERA Auctore Henrico Albio S. J. CAP. I. Beati natales; misericordia erga pauperes; studia inchoata & interrupta 516. CAP. II. Redintegratio studiorum, austeritas vitæ, canonicatus Parisiensis, archidia-

diaconatus Drocenſis, humilitas, epiſcopatus Metenſis 518. Cap. III. Cardinalatus, aſperitas vitæ, ſuaveolens odor corporis, miſericordia, amor erga Crucifixum, ejuſque apparitio duplex 520. Cap. IV. Tabe corripitur, ad mortem ſe comparat, teſtamentum condit, ſacro oleo inungitur, à famulis cædi ſe imperat, ſanctarum Theclæ & Agnetis martyrio ſibi prælegi juſſo, piè moritur 521. Cap. V. Concurſus ad corpus, miracula innumera 523

Processus de vita & miraculis. Præambulum I. Nomina, patria, ætas, conditio Teſtium; examinum loca & tempora 524. Præamb. II. Initium Proceſſûs, factum Avenione 18 Januarii 1390, 526. Pars I Proceſſûs, quæ eſt de vita, moribus ac virtutibus B. Petri. Cap. I. Illuſtriſſimi parentes, genere & virtutibus conſpicui 527. Cap. II. Educatio, canonicatus Pariſienſis, virginitas 530. Cap. III. Solida & ſincera humilitas 533. Cap. IV. Vitæ auſteritas & maceratio corporis 534. Cap. V Eximius orationis ſpiritus 540. Cap. VI. Eximia item erga pauperes miſericordia 543. Cap. VII. Nitor conſcientiæ, quotidiana defectuum annotatio, crebra eorumdem confeſſio 546 Cap. VIII. Colloquia aſcetica, deſiderium adeundi loca ſacra, faſtidium aulæ. 549. Cap. IX. Cura domeſticorum, zelus animarum 550. Cap. X. Patrimonium ſuum obſtrictum fratri mavult, quam gravare bona eccleſiæ ſuæ Metenſis 553. Cap. XI. Crucifixi apparitio, ſupremus morbus, teſtamentum, virtutes morti præviæ, & alia adjuncta 556. Cap. XII. De iis, quæ mortem ejus ſubſecuta ſunt 562

Pars II. Proceſſûs, quæ eſt de miraculis poſt mortem. Cap. I. Teſtium nomina, patria, ætas, conditio; depoſitionum tempora 565. Cap. II. Mortui reſuſcitati; alii à morte præſervati 567. Cap. III. Muti, cæci, ſurdi, febricitantes; ſanati 571. Cap. IV. Contractio, impotentia manuum & brachiorum, rabies & dementia; curata 574. Cap. V. Lepra, fiſtula, gutta, fluxus ſanguinis, periculum partûs, ſublata 577. Cap. VI. Liberati, captivi; ſpoliati à prædonibus, naufragi, laborantes morbo caduco: bona recuperata; detractores puniti 579. Cap. VII. Adjuti; laborantes impotentia tibiarum, dolore capitis, gravella, fluxu & dolore ventris 582. Cap. VIII. Incendia extincta, morbi multi ac diverſi propulſati 584. Cap. IX. Prædictorum concluſio ex miraculorum fide, Principum votis & donariis & fama publica 587. Cap. X. Depoſitiones teſtium ſuper nonnullis prægreſſis articulis, aliiſque miraculis 579. Cap. XI. Reliquæ Teſtium depoſitiones ſuper miraculis 595. Cap. XII. Proceſſûs de miraculis apographum, juridicè confectum, ac Martino PP. V oblatum 605

Historia, à P. Nicolao Malet Cæleſtino Avenionenſi collecta. Cap. I. Teſtamentum B. Petri, & miracula, fundatio monaſterii Cæleſtinorum Avenione; canonizatio à multis petita 607. Cap II. Aliæ aliorum pro canonizatione ſupplicationes, ejuſdemque retardationes 610. Cap. III. Item aliæ illuſtrium perſonarum 613. Cap. IV. Deputatio Cæleſtinorum Avenionenſium ad Martinum V: anniſus Caroli V Regis Francorum: canonizatio cur retardata: Acta concilii Baſileenſis in ejus favorem 618. Cap. V. Sedula variorum opera apud Concilium: ſacellum Beato extructum: Bulla beatificationis 621. Cap. VI. Exhumatio corporis, tranſlatio, reliquiæ, miracula recentiora, templum inſtauratum, confraternitas inſtituta, feſtum 624

1 Petrus Patricius Conf. Conſtantinopolit. Comm. De cultu, occaſione melioris vitæ, ætate 289. Vita *ex Menæis* 290

3 Porphorius Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieron.* 636

1 Primus, Idoneus & Alii. *Ex Mrol. Hier.* 31

1 Proceſſus Mart. Romanus cum ſociis. Vide Iſicius.

2 Proceſſus & Martinianus Martyres Romæ. Comm. § 1, Antiquiſſimus eorum cultus è Sacramentariis, Kalendariis & Martyrologiis, 300. § II. Illuſtris ſepultura, templa, tranſlationes & perpetua celebritas 301. § III. Acta non ſatis ſincera 303. Martyrium *ex Codd. Mss. & S. Gregorio PP.* 303, 305

Q R

1 Quintianus. *Ex Martyrologiis.* 55

2 Quintus Mart. in Phrygia. *Ex Menæis Bibliotb. Ambroſianæ* 307

3 Raymundus Conf. Toloſæ in Gallia. Comm. § 1. De cultu ſeculo 17 inſtaurato 670. § II. Ætas Sancti 672. § III. De inſignioribus quibuſdam ejus operibus ac ſtatu vitæ 674. § IV. De antiquis ac recentioribus Actis ac miraculis 676. § V. Notitiæ Toloſâ ſubmiſſæ 677. Vita in Lectiones novem diſtributa. *Ex Ms. Toloſano.* 680. Vita altera *ex editione Anonymi Toloſani* 683. Miracula recentiora 686

1 Regina, Oſtrovandiæ ſive Auſtrobandiæ comes, Dononii prope Valencenas in Belgio. Comm. De Dononio; S. Reginæ cultu ejuſque & filiæ Ragenfredis Actis incertis 266. De utriuſque geſtis *ex officio Dononienſi* 268. Officium ipſum 269

1 Rumoldus Ep. Mart. Mechliniæ in Belgio. Comm. § 1. De primis Actorum ſcriptoribus, & difficultatibus, in iis occurrentibus 169 § II. De ſcriptoribus Actorum; ac primùm de Theodorico Abbate Trudonopolitano 171. § III. De Legenda, ab anonymo Belgicè ſcripta, & ab Joanne Domyns latinitate donata 173. § IV. Quo tempore ſcripſerit Anonymus Belga; & quâ linguâ primùm ſcripta ſit vulgatiſſima Legenda 176. § V. De aliis Rumoldi Legendarum ſcriptoribus 179. § VI. De Rumoldi patria, ætate, parentibus 181. § VII. De ejus dignitate pontificia 184. § VIII. De ejuſdem cultu, ex Theodorico & Martyrologiis 187. § IX. De cultu, ex antiquis officiis eccleſiaſticis apud Leodienſes 190. § X. De cultu, ex breviariis, Aberdonenſi & canonicorum Regularium Congr. Windeſemenſis 193. § XI. De cultu, ex recentiori Leodienſium breviario: item ex breviario & picturis Mechlinienſibus 193. § XII De ſepultura Sancti & prima corporis elevatione ac tranſlatione 198 § XIII. De tranſlatione in Steynockeſeel 201. § XIV. De tranſlationibus & oſtenſionibus reliquiarum an. 1369 & 1480. 204. Reſcriptum Epiſcopi Camera-

censis, quo Sancti reliquias visitari & populo ostendi præcipit &c. 205. § XV. De prima pretiosissima Sancti lipsanotheca deaurata, anno 1369 perfecta 208. § XVI. De augustæ lipsanothecæ interitu; sacrorum lipsanorum dispersione & recollectione 211. § XVII. De nova theca argentea, sacri corporis in ea depositione, deque ultima Visitatione & ostensione anni 1680. 213. § XVIII. De antiquo S. Rumoldi sacello 217. § XIX. De magnificentiore Sancti templo, quod hodiedum extat 219. § XX. Pars altera, quâ proferuntur instrumenta, prioris probationi servientia 222. § XXI. Nonnulla, ad Sancti honorem spectantia, & confraternitas 226. § XXII. De sacris ejus reliquiis aliò translatis ac venerationi expositis 229. Reliquiæ, Humbecam solenniter translatæ 230. Aliæ in Regiscuria & Sondereygen 233. § XXIII. De anno, quo obsessa Mechlinia, S. Rumoldi patrocinio, illustrem victoriam obtinuit; eaque de causa ex voto instituta supplicatio annua 235. § XXIV. De dicta supplicatione singularia quædam 237. § XXV. Ad totum commentarium appendix, de progenitis ab Urso 239

VITA Auctore Theodorico Abbate S. Trudonis. CAP. I. Discessus Rumoldi ex Hibernia; peregrinatio Romana; adventus Mechliniam; viventis miracula & martyrium 241. CAP. II. Depopulatio Normannica. Post mortem miracula & cultus 245. Ad sequentem S. Rumoldi vitam, per D. Joannem Domyns scriptam, præmonitio 249

VITA ALTERA ex editione Vardæi, collata cum antiquiore. CAP. I. S. Rumoldi nativitas & vita ante episcopatum 253. CAP. II. Archiepiscopatus in Hibernia 255. CAP. III. Peregrinatio Romam suscepta 256. CAP. IV. Româ Mechliniam venit, ubi ab Adone comite benignè suscipitur 258. CAP. V. S. Liberti resuscitatio & martyrium. Sanctorum Rumoldi & Gummari colloquium 260. CAP. VI. Acta S. Rumoldi reliqua, martyrium & cultus 262. Additamentum ex editione Domynsii, collata cum Ms. Belgico 264

S

1 SEcundinus Ep. Martyr Sinuessæ cum S. Casto, quem vide.
1 Serenus M. Romanus cum sociis. Vid. Isicius.
1 Servanus Ep. Conf. & Orcadum insularum Apostolus. Ejus ætas; apostolatus; nomen, in varia distractum; gesta, miracula 55. VITA *ex Breviario Aberdonensi* 57
1 Severianus, Zoëlus, Epasus, Martt. Antiocheni. *Ex Mrol. Hieron.* 30
3 Severus Martyr Tarsensis. *Ex Mrol. Hier.* 636
1 Simeon Salus Conf. apud Emesam in Syria. COMM. § I. Unde ei nomen *Salus*: cultus alio atque alio die apud Græcos & Latinos 129 § II. Ætas, 130. § III. Auctor vitæ linguâ Græcâ conscriptæ 131. § IV. Auctoris stylus, & divisio: nostra interpretatio: monitio ad lectorem 133. § V. Compendium vitæ ex scriptoribus Græcis collectum 134. VITA Auctore Leontio Ep. Neapoleos in Cypro, Sancti coævo. *Ex Ms. Vaticano* Prologus Auctoris 136. CAP. I. Symeonis & Joannis peregrinatio ad Terram sanctam, occasio melioris vitæ 138. CAP. II. Vita monastica; apparitiones 142. CAP. III. Secessus in solitudinem; machinatio satanæ 145. CAP. IV. Apparitiones; egressus ex eremo ad lucrandum animas Deo 149. CAP. V. Stultitiam simulat Emesæ: ejus ibi famulatus, verbera, jejunia, mira gesta 152. CAP. VI. Miracula & prædictiones: hæreticorum, Judæorum & meretricum conversiones: dæmon fugatus: donum castitatis 156. Cap. VII. Scientia arcanorum; diuturna jejunia; oculos affectos curat; cibos divinitus accipit; amicum ab injusta morte liberat 160. CAP. VIII. Reliqua miracula 163. CAP. IX. Virtutes, prædictio obitûs, mors sancta, cantus angelorum, sepultura, corpus ablatum divinitus 166. Epilogus 168
3 Strategus Mart. CPolitanus. *Ex Mroll.* 637
3 Sustratus Mart. CPoli. *Ex Mroll.* 637
2 Swithunus Ep. Wintoniæ in Anglia. COMM. § I. Cultus, translatio corporis, miracula, reliquiæ, orationes propriæ 321. § II. De scriptoribus vitæ, miraculorum & translationis 323. § III. Respondetur nonnullis quæsitis, ad vitam ac mortem ejus spectantibus 325. VITA auctore Gotzelino, collata cum aliis 327. Historia translationis. CAP. I. Corpus divinitus ostensum. Miracula 328. CAP. II. Translatio corporis; alia miracula 330. Item alia ex antiquis membranis. CAP. I. Miraculorum pars prima 331. CAP. II. Pars secunda 334
2 Symphorosa Mart. cum sociis in Campania Felice 307

T

3 THeodota Martyr cum sociis. *Ex Menoll. Græcorum.* 634
1 Theodericus Presbyter, discipulus S. Remigii, in monte Or, prope Remos. COMM. § I. Discipulatus sub S. Remigio, cœnobium, cultus & ætas 59. § II. Vita à variis scripta, miracula, rhythmus, elevationes corporis 60. VITA *ex cod. Remigiano* 62. Alia *ex Ms. Codice S. Mariæ Bonifontis &c.* 64. CAP. I. De ortu ejus; institutione sub S. Remigio; servata cum conjuge virginitate, & constructo ab ipso monasterio 65. CAP. II. De gestis post susceptum Sacerdotium in conversione patris; ejectione meretricum; variisque in vita & post mortem miraculis 67. Miracula alia, *ex editione Mabilonis* 70. Item alia, ab Adalgiso, S. Theoderici monacho sec. XII scripta; *ex eodem Mabilione* 72. Aliud miraculum; item hymni, *ex Ms. Reginæ Suecie* 81. Elevatio corporis & alia, *ex Mabilione* 32
3 Theodotus Martyr cum sociis. *Ex Menoll. Græcorum.* 634
3 Thomas M. CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Timotheus Mart CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Trategus M. Tarsensis. *Ex Mrol. Hieron.* 636
3 Triphon M. CPoli. *Ex Mroll.* 637
3 Tryphon Martyr Alexandriæ. *Ex Mroll.* 636
3 Tryphon alter Mart. Alexandriæ. *Ex Mrol. Hieron.* 636

V

1 VIctor M. Romæ cum sociis. V. Isicius.
2 Visitatio B. Mariæ Virginis ad Elisabeth. § I De primæva hujus festi institutione

ne 295. § 11. Propagatio festi in variis ecclesiis & locis 298. APPENDIX. De S. Maria, Consolatrice afflictorum, Protectrice & Patrona præcipua ducatus Luxemburgensis & Chiniacensis 299
2 Vitalis Mart. cum sociis in Camp. Felice. 307
2 Urbanus Martyr, item cum sociis in Campania Felice 307

Z

1 ZElus Mart. in Mesopotamia, & Socii VI : Item Orion cum Sociis VIII : Item Alii CCLXIV. *Ex Mrol. Hieron.* 30
1 Zoëlus Mart. Antiochiæ. V. Severianus.
1 Zoilus Mart. Nicomediæ. *Ex Martyrologio S. Hieron.* 29

INDEX CHRONOLOGICUS

ANTE CHRISTUM NATUM.

AAron, primus Mosaicæ Legis sacerdos 7
Maria Prophetissa, soror Moysis & Aaronis 11
Esther Regina, uxor Regis Assueri 12
Visitatio B. Mariæ Virg. ad Elisabeth 295

SECULO CHRISTI PRIMO.

SS. Processus & Martinianus Martyres Romani 300
S. Chrestus Ep. Syracusanus in Sicilia 632
Sub Nerone. Martyres ter mille, cum S. Paulo Ap. 305

SECULO II.

S. Hyacinthus Martyr. 306
S. Hyacinthus Cubicularius, Mart. & alius Synonymus 633
SS. Theodotus, Theodota & socii Martyres 634
S. Dathus Ep. Ravennæ in Italia 635
S. Petrus Patricius Conf. Constantinopoli 289
S. Martinus Ep. Viennæ in Gallia 14

SECULO III.

S. Anatolius Ep. ejusque decessor S. Eusebius Laodiceæ 642
S. Quintus Mart. in Phrygia 307
Bruchium Alexandriæ evertitur 644
An. 275 SS. Irenæus Diaconus & Mustiola Matrona, aliique Martyres 638
Sub Dioclet. SS. Ariston & Socii in Camp. Felice 307

SECULO IV.

S. Lupianus Confessor 32
S. Heliodorus Ep. Altinensis Conf. 645
Anno 303 SS. Julius, Aaron & Socii, MM. Britanni 17
Circa 317 Natus S. Pambo anachoreta 35
Sec. IV *fine* S. Pambo Abbas & Confessor 33
Sec. IV. *ant* V. S. Domitianus Abb. apud Segusianos 46

SECULO V.

S. Leontius Ep. Augustodun. 54
SS. Moderatus & Felix Autisiodori 287
S. Servanus Ep. Apostolus Orcadum 55
An. 458 S. Anatolius Ep. CPolitanus 651
489 Nascitur S. Gallus, postea Arvernorum Episcopus 103

SECULO VI.

S. Leonorius Ep. in Britannia Armorica 118
S. Golvenus Ep. Leonensis in eadem Britannia 136
S. Symeon Salus Confessor in Syria 129
Circa 522 Nascitur Symeon Salus 131
Anno 533 S. Theodericus Presbyter discipulus S. Remigii 59
Circa an. 540 S. Carilefus Presb. Conf. apud Cenomanos 85
545 Lues inguinaria Galliam miserè vastat 108
Circa an. 554 S. Gallus Ep. Claromonte in Gallia 103
560 Perit Crannus, rebellis Clotarii filius 120
An. 564 S. Oudoceus Ep. Landavæ in Anglia 318
Circa an. 570 S. Monegundis vidua Recluſa Turonibus 309
An. 581 S. Eparchius Conf. monachus presbyter, apud Engolismenses Recluſus 109
Circa 697 Transfertur corpus S. Heliodori 651

SECULO VIII.

S. Rumoldus Ep. Mart. Mechliniæ 169
S. Regina, Ostrovandiæ Comes, Dononii in Belgio. 266
Seculo forte VIII. S. Guthagonus Conf. Oostkercæ in Flandria 668

SECULO IX.

841 S. Aldricus Cenoman. transfert reliquias S. Hilarii Aviciacensis 39
Circa 820 Transferuntur corpora SS. Processi & Martiniani in S. Petri in Vaticano 301
An. 862 S. Swithunus Ep. Wintoniæ in Anglia. 321
876 Desolatum à Normannis S. Eparchii monasterium 109

SECULO X.

S. Adegrinus, monachus Benedictinus, Balmæ apud Sequanos 338
Circa 965 Ex Britannia transfertur corpus S. Leonorii in Franciam 119
971 Detegitur & veneration exponitur corpus S. Swithuni 321
976 Levatur corpus S. Theoderici Remensis, adminiculante Rege Lothario 83

INDEX CHRONOLOGICUS.

SECULO XI.

S. Raymundus Conf. Toloſæ in Gallia 670
Circa 1062 Naſcitur S. Otto Bambergenſis 360
An. 1071 Transfertur corpus S. Theoderici in monte Or prope Rhemos 62
1090 Adela, Roberti I Comitis Flandr. filia, mater B. Caroli Boni, dat S. Theodorico Remenſi ſilvam in Harlebeca 80
1097 Abſolvitur celeberrimum templum Spirenſe, curâ S. Ottonis 360

SECULO XII.

1106 Anagniæ à Paſchale Papa conſecratur Epiſcopus S. Otto 361
An. 1118 S. Lidanus, Abbas Setiæ in Latio 340
1124 Suſcipitur à S. Ottone Pomeranica miſſio, poſtea denuo reſumpta 364
An. 1139 S. Otto Ep. Bambergenſis, Apoſtolus Pomeranorum moritur 349
1152 Dublinenſis Cathedra in archiepiſcopalem evecta 184
Circa an. 1170 B. Hechardus Presb. monaſterii Scheidenſis Ord. Præmonſtraten. fundator 272
1173 Conſecratur eccleſia cœnobii Scheidenſis, à B. Hechardo fundati 272
1189 Declarata Herbipoli S. Ottonis canonizatio 367

SECULO XIII.

An. 1233 Fit altera Tranſlatio corporis S. Theoderici 62
B. Joannes Vicentinus Ordinis Prædic. 465
1235 Mirabiles prædicationes B. Joannis Vicentini 473
1260 Defertur Vicentiam ſacra Spina, à S. Ludovico Rege accepta, per B. Bartholomæum Vicentinum 283
An. 1271 B. Bartholomæus, Ep. Vicentinus, Ord. Prædicatorum moritur 277

SECULO XIV.

1303 Obſeſſa Mechlinia, ope S. Rumoldi liberatur 235
1312 Conſecratur templum S. Rumoldi Mechliniæ 223
1348 Elevatur corpus B. Bartholomæi Vicentini 278
1369 Naſcitur B. Petrus de Luxemburgo 486
1369 Reliquiæ S. Rumoldi transferuntur in pretioſam thecam argenteam deauratam 204
1371 Celebris pugna Beſwileriana, in qua cæſus Guido de Luxemb., B. Petri parens 486
1383 Ad Epiſcopatum Metenſem promovetur B. Petrus de Luxemb. 488
1387 Moritur B. Petrus de Luxemburgo Avenione 486
1389 Inſtituitur feſtum Viſitationis B. Mariæ Virginis 295
1390 Inſtituuntur proceſſus ad canonizationem B. Petri de Luxemb. 490
Circa 1400 Elevatum corpus integrum S. Reginæ Dononii 267

SECULO XV.

1435 Agitur in Concilio Baſileenſi de canonizatione B. Petri de Luxemb. 491
1480 Viſitantur reliquiæ S. Rumoldi 205

SECULO XVI.

1527 A Clemente VII Beatis adſcribitur B. Petrus de Luxemb. 491
1562 Diripiuntur à Calvinianis reliquiæ S. Monegundis Turonibus 309
1568 S. Eparchii reliquias diripiunt Hugonotti 110
1578 Surrepta ab hæreticis pretioſa lipſanotheca S. Rumoldi 211
1580 Direptâ ab Anglis hæreticis Mechliniâ, reliquiæ S. Rumoldi fœdè diſperſæ 211
1585 Reliquiæ S. Rumoldi colliguntur & approbantur 212

SECULO XVII & XVIII.

1606 Solenniter transfertur corpus S. Lidani in eccleſia Setinenſi 343
1631 Novas S. Monegundis reliquias accipiunt Chimacenſes 311
1632 Anna Auſtriaca, Regina Franciæ, intereſt depoſitioni in thecam argenteam corporis S. Theoderici 62
1640 Eymericus Marcus de la Ferté recognoſcit Cenomanis reliquias S. Hilarii Aviciacen. 39
1652 Toloſates dirâ peſte liberat S. Raymundus, civis olim ſuus 671
1653 In novam capſam Bleſis transferuntur reliquiæ S. Carileſi Aniſolenſis 102
1657 Levantur ſuperſtites reliquiæ S. Monegundis Turonibus 309
1665 Inſignis ara S. Rumoldo erecta 216
1715 Inſtituitur proceſſus verbalis ſuper cultu S. Floregii Stagnenſis 43

NOTITIA FIGURARUM.

Ornantium hunc Tomum.

SIgillum *Capituli S. Rumoldi Mechl. ſec.* XIV 168
S. Rumoldi *prætenſa inſignia* 189, 252
Sigillum *Capituli S. Rumoldi Mechl. ſec.* XVI 190
Lipſanotheca *argentea deaurata S. Rumoldi* 210
Sigillum *Joan. Hauchini Archiep. Mechlinien.* 211
Lipſanotheca *nova argentea S. Rumoldi* 215
Inſignia *Nicolai V, Calliſti III, Pii II & Pauli II* 221
Templum *S. Rumoldi Mechliniæ* 222
Sigillum *eccl. S. Rumoldi in Steynockzeel* 229
Scutum gentilitium *Cardinalis Granvellani* 250
S. Rumoldus *cum S. Liberto conjunctus* 250
S. Ottonis *mauſoleum, ad S. Michaëlis prope Bambergam* 373
Ejuſdem Sancti *ſtatua lapidea ibidem* 374

ACTA SANCTORUM
JULII.
TOMUS PRIMUS.
PRIMA DIES.
SANCTI QUI KALENDIS JULII COLUNTUR.

S. Aaron primus Moſaicæ Legis ſacerdos, in monte Hor.
S. Maria, ſoror Moyſi & Aaron.
S. Eleazarus, filius Aaron.
S. Phinees, nepos Aaron.
S. Eſther Regina.
S. Martinus, Epiſcopus Viennenſis, Apoſtolorum diſcipulus.
SS. Julius, Aaron & ſocii Martyres in Britannia.
SS. Caſtus & Secundinus, Epiſcopi & Martyres, Sinueſſæ & Caëtæ, in Campania.
S. Zoilus vel Zoëlus Martyr Nicomediæ.
S. Eſicus. } Martt. Romæ.
S. Proceſſus.
S. Marina.
S. Antonius vel Antoninus
S. Serenus.
S. Victor.
S. Zelus vel Zoëlus, cum aliis VI Martyribus in Meſopotamia.
S. Orion cum aliis VIII.
Sancti CCLXIV vel CCLXVIII Martyres.
S. Severianus. } Martyres Antiochiæ.
S. Zoëlus.
S. Epaſus.
S. Primus Martyr. } Martyres.
S. Idoneus & alii, fortaſſe filii.
S. Baſilius Abbas, fundator monaſterii ad profundum Rivum.
S. Leo Anachoreta.
SS. Martyres Anonymi.

S. Mauricius Martyr.
SS. Martyres XXV Nicomediæ.
S. Lupianus Confeſſor in territorio Ratiatenſi, apud Armoricos.
S. Pambo Abbas & Confeſſor in Nitria.
S. Hilarius Confeſſor, Aviciaci in Cenomanis.
S. Floregius Epiſcopus Confeſſor, Stagni apud Ruthenos in Gallia.
S. Domitianus Abbas Confeſſor, apud Seguſianos, in monaſterio S. Ragneberti Jurenſis.
S. Leontius Epiſcopus Auguſtodunenſis, Confeſſor.
S Quintianus.
S. Servanus Epiſcopus Confeſſor, Orcadum inſularum Apoſtolus, in Scotia.
S. Theodericus Abbas Confeſſor, in monte Or, prope Rhemos.
S. Carilefus presbyter Confeſſor, Aniſolæ apud Cenomanos in Gallia.
S. Gallus Epiſcopus, Claromonte Arvernorum in Gallia.
S. Eparchius Confeſſor, monachus presbyter, apud Engoliſmam in Gallia.
S. Leonorius Epiſcopus & Confeſſor, in Britannia Armorica.
S. Golvenus, Leonenſis Epiſcopus, in Britannia Armorica.
S. Symeon Salus, prope Emeſam in Syria.

A S. Rumoldus Episcopus & Martyr, Mechliniæ in Belgio.

S. Regina vidua, Dononii in Belgio.

S. Petrus Patricius Abbas Confessor, Constantinopoli. 289

B. Hechardus presbyter Confessor, Scheidæ in confiniis Westphaliæ. 272 D

B. Bartholomæus Episcopus Confessor, Ordinis Prædicatorum, Vicentiæ in Italia. 277

PRÆTERMISSI ET AD ALIOS DIES REJECTI.

A Lellus *seu* Alildus Archiepiscopus Ardmachanus II, *à Colgano ad diem* XIII *Januarii, alteri* Alello *seu* Alildo *conjungitur, qui primus ejus nominis Ardmachanus Archiepiscopus fuit. Sic habet num.* 7. *pag.* 62. In episcopatu successit Alillus secundus, vir itidem Sanctus, ex eadem etiam oriundus prosapia; quem nonnulli non miro, licet mero errore, cum ipso confundunt &c. *Nec primum, nec* B *secundum* Alildum *inter Sanctos noverunt Majores nostri; neque ego satis capio, unde Sancti titulo eos donet Colganus. Ut majori notitiæ acquirendæ tempus superfit, omnia rejicimus ad Supplementum* XIII Januarii.

S. Albini Episcopi & Confessoris Andegavis civitate, translatio corporis *ponitur in Martyrologio S. Savini de Levitania, à Saussayo pro aliqua parte edito. Colitur & de eo actum pridem est* I Martii.

Martinus militaris *refertur primo loco in Viola Sanctorum, sed is certo est* Marinus *Martyr Cæsareæ Palæstinæ, ut evincit positum ibidem elogium. Vide Usuardum, quo die in Acta etiam relatus est* III Martii.

Cajus Papa *in Hieronymianis & aliis refertur. Florarium legit* Gaii Papæ translatio. *Colitur & de eo actum est* XXII Aprilis.

Item Theodulphi Confessoris *scribit Ado Ms. S. Laurentii Leodii, ultimo loco, nulla addita ulteriori notitia. In Florario conjungitur cum Lupiano, de quo hoc die agimus: sed quis hic* C *Theodulphus indicetur, incertum est. Si est Abbas prope Remos in monte Or, aut Theodulphus presbyter apud Trevirenses, uterque Sanctus colitur* I Maii.

Theodaldi Episcopi & Confessoris translatio *memoratur in Ms. Florario: verum in indice scribitur* Theobaldi, *& ejus depositio refertur* XVI Maii, *qui est S. Ubaldus, uti diximus ad dictum diem* XVI Maii.

Martialis Archiepiscopus Ravennas & Confessor *refertur hoc die in Usuardinis codicibus, quos Florentinos appellamus: verum istius nominis nullus apud Ravennates Episcopus fuisse scitur. Vix dubito, quin sermo sit de* Marciano, *qui in prædictis codicibus & in Romano rectè ponitur eo die quo de ipso actum est* XXII Maii.

S. Theobaldus Ordinis Camaldulensis *indicatur à Wione, Dorganio, Bucelino. Et iterum quando de eo egimus inter prætermissos & in alios dies rejectos* I Junii.

Conradus Episcopus & Martyr *refertur à Matricula Cartusiæ Ultrajectinæ. Idem est, qui* Cuno, *de quo actum est* I Junii.

Justi & Clementis *translationem alicubi notatam reperi. De ipsis actum est* V Junii.

Tarnanus Episcopus Lismorensis. *Catalogus Ferrarii & Dempsterus. Vide* XII Junii.

Isfridus *in officiis Hispanicis memoratur hoc die. Castellanus die* III *Julii, ait, coli à Præmonstratensibus. De ipso actum est* XV Junii.

Ramuoldus Abbas *signatur in Catalogo Ferrarii. Vide Acta* XVII Junii.

S. Theobaldus Episcopus Viennensis *refertur à Genebrardo, Ferrario, Saussayo & aliis. De eo egimus* XXI Junii.

De Eberardo, *ex Abbate Archiepiscopo Salisburgensi, fuse agit Bucelinus* XXX *Junii, & rursus* E *hoc die. Vita ejus data est* XXII Junii.

Martyres DCCC Verolamii *notantur in Usuardo, Pulsanensi. Vide* XXII Junii.

Joannis presbyteri & Martyris decollati Romæ sub Juliano, *ultimo loco meminit Felicius. Haud dubium est, quin indicetur Joannes ille, de quo actum est* XXIII Junii.

S. Joannis Baptistæ octava *signatur in pluribus Martyrologiis. Nihil addendum iis quæ dicta sunt ad diem* XXIV Junii.

Eadem die Romæ, octava Luceiæ virginis sanctimonialis cum Anceia Rege sponso suo, *scribit hoc die Rabanus. In Hieronymianis cum* VIII *aut* IX *sociis ponitur. De iis jam abunde actum est, cum magna cohorte* I *Junii, & rursus ex professo* XXV Junii.

S. Salvium in portu Valentianas *hoc die collocat Usuardus, ad quem videri potest nostra observatio. Acta ejus illustrata sunt* XXVI Junii.

Haymeradus presbyter in Hasslia, *ex Catalogo Ferrarii. De eo actum* XXVIII Junii.

Martialis Apostolus, *vel ut Felicius ponit,* Epi- F scopus & Apostolus, unus de 72 Christi discipulis. *Acta illustravimus* XXX Junii.

S. Theobaldus Eremita in territorio Vicentino *est in Maurolyco, Molano, Galesinio, Saussayo & in variis Breviariis, uti diximus ad diem ejus natalem* XXX Junii.

Corsicus & Leo *notantur in Usuardo Hagenoyensi, spectant ad* XXX Junii.

Ostianus presbyter Vivariensis *in eodem Hagenoyensi. Nos de illo* XXX Junii.

Arlef, qui bonis actibus & miraculorum signis effulsit, *refertur in citato supra Martyrologio S. Savini de Levitania, sed hîc certò intelligitur* Carilefus, *cujus Acta hoc die illustrantur.*

Felix & Moderatus *signantur in novo Catalogo Ms. Sanctorum Autissiodorensium pag.* 64, *antiquioribus Kalendariis prætermissi; Castellanus* Moderatum *hoc die admittit, tacens de Felice. In citato Catalogo breve elogium additur, sed satis confusum. Quærimus monumenta, acturi de ipsis alio die, cum martyrii tempus incertum videatur.*

Raynaldum Decanum Martyrem *in Catalogo Sanctorum Autissiodorensium memorat Ludovicus*

A *cus Natalis d'Amy, de quo in nullis aliis catalogis quidquam reperio.*

Savinum *adducit catalogus novus, uti* clericum ecclesiæ Autisiodorensis S. Germani discipulum, *apud aliquos martyrem. Hic porro à Ludovico Natale d'Amy refertur* XI *Julii, & sanctus aliquis* Favinus *martyr,* 11 *Julii. Alius catalogus Sanctorum* CXV, *de his omnibus nec verbum habet. Conveniant ipsi prius inter se, nos de singulis agemus suo tempore.*

Liberiæ imperatricis & Agrippinæ *legitur in additionibus Greveni. Quis hoc satis explicet? Invenit aliquid Canisiani Martyrologii auctor Walasserus, quo tenebras dispelleret, utinam luce veritatis. Sic habet Germanicè* : Item imperatricis Liberiæ, quæ Neronis tyranni uxor erat, & Agrippinæ, uxoris Agrippæ ducis, quæ à sanctis Petro & Paulo conversæ sunt ad fidem. *Hæc in catalogum retulit Ferrarius, notans se ex Canisio accepisse:* de qua re, *inquit*, nihil apud alios hactenus legimus. *Neque nos reperimus quidquam; frustra exspectaturi, qui hæc cum Romanæ historiæ veritate conciliet. Interim dignæ visæ sunt Liberia & Agrippina, quæ in Arturi Gynecæo locum occuparent.*

B Berlanni episcopi Bituricensis & confessoris *scribit ad marginem Florarium, nescio qua auctoritate, cum alibi inter Sanctos locum non habeat, nec tali titulo donetur à Sammarthanis, qui ordine* 38 *vocant* Bertolenum, *aliàs* Bertellanum, mendosè Berlanum dictum. *Apud Claudium Robertum Episcopus* 41 *est* Berlamus, *apud Chenu* Beolamnus. *Nusquam de ejus cultu vel verbum.*

B. Ezzi sive Izzi episcopi Salisburgensis, ex monacho & abbate S. Petri ibidem, viri magnis virtutibus conspicui, meritis glorioſi: *sic ultimo loco legit Bucelinus. Admitto elogium, de sanctitate aut cultu doceri cupio.*

Sabinus *notatur in Kalendario Benedictino ut* episcopus Albigensis, *martyr, & prius abbas ejusdem monasterii. Hæreo, fateor; nec nodum solvunt Sammarthani, dum episcopum Albiensem suggerunt; Sabinum nomine*, qui canones concilii Agathensis, cui interfuit anno 506, nominis charactere insignivit. *Nec Sabinum Benedictinum, nec sanctum episcopum Albiensem hactenus satis agnoscimus.*

C Abba Synoda *apud Æthiopes in Ludolfo.* Festum P. Synodæ *habet Calcasendius. Coptita vocant* Patrem *&* abbatem; *nisi forte* magnus *dici debeat, quia magna de eo prædicantur miracula. Fides sit penes ipsos.*

B. Davidem Cirburum, ex Anglo Carmelita doctissimo factum Drombrensem episcopum, talibus sanctimoniæ radiis clarum, ut obiens anno 1446, passim Beatus appellatus sit, Ludloæ in Hibernia inter Carmelitas sepultus, *ita hoc die profert Acies Carmelitana bene ordinata. Verum non recte temporibus ea aptavit auctor Aciei P. Philippus, ut videre licet in Warei commentario de Præsulibus Hiberniæ. Certior item habenda esset sanctitatis & cultûs notitia. Satis sit hæc obiter notasse.*

Daumuerum *memorat Saussayus in appendice pag.* 1235, Germanum S. Carilefi, ejusque in eremo, cum Gallo, ejusdem voti sectatore, socium. *Ita ille, sed ejus vadimonio stare non licet.*

Dedicatio ecclesiæ Gemeticensis, *ponitur in proprio loci Kalendario pro anno* 1067, *item apud Saussayum hoc die.*

Primitivus *aliquis* martyr *colitur Brunæ, ubi corpus est in collegio Societatis Jesu, primâ Dominicâ Julii, eò, opinor, ex Romanis Catacumbis delatus.* D

Bartholomæus abbas & S. P. Bernardi frater, *cum titulo* bonæ memoriæ *& longiori elogio, hoc die laudatur à Chalemoto.*

Joannes à S. Dionysio, *Congregationis Fullienſis, ut* pius pater *honoratur apud eumdem Chalemotum. Obiit anno* 1627, *solitus dignam viro religioso sententiam sæpe proferre:* Facere & pati, silentium & solitudo. *Est etiam in Menologio Henriquez.*

Jacobus, Dunensis in Flandria monachus, *titulum* Beati *habet apud Henriquez, ut qui inter gravissimos morbos*, insolita patientia omnibus exemplum præbuerit, *& morti proximus*, D. Bernardum cælesti fulgore coruscum, & eum ad æterna præmia vocantem, conspexerit. *Obiisse dicitur an.* 1478. *Bucelinus* Beatum *appellare non dubitat; Saussayus omni titulo abstinet, & recte: comperi enim Brugis, in ipsa Dunensi abbatia vix de nomine notum esse, tantum abest, ut cultu aliquo publico honoretur.*

E Lugidius filius Lugei. *Gorman.* Lugidius fil. Lugei, episcopus de Cluain-camaint. *Maguir.* Episcopus fil. Lugaidi. *Ubi sit Cluain-camaint non comperio, nisi eadem sit, quæ Cluaid-cambain, cujus in annalibus Dungallensibus sit hæc mentio ad annum* 1089: Marchertacus ô Brien & cum eo classis Momonensium, per Sinanum fluvium venerunt ad locum Rivensem, & deprædati sunt Cluain-cambain, *quæ proinde in ipso illo lacu, aut eidem vicina sit. Hæc sunt verba P. Sirini, editoris dissertationis Vardæanæ de S. Rumoldi patria, in indice Ms. Sanctorum Hibernorum hujus diei; sed quam hæc probata sint, facilè intelligitur.*

Ultanos *binos*, Barninum *seu* Barindum, Sillinum *aliàs* Sinellum, Connanum *&* Erninum *addit præfatus Sirinus in citato SS. Hibernorum indice, nudis ferme nominibus, quæ hîc commemorari forte non merebantur.*

Eugenius II Episcopus Toletanus, *sic hoc die refertur à Joanne Tamayo Salazar in suo Martyrologio Hispanico:* Toleti in Carpetania, natalis S. Eugenii, hujus nominis II, episcopi ejusdem urbis; qui litteris, doctrina & moribus sanctissimis imbutus, ad opus ministerii felici pietate cucurrit, & meritis plenus, in gaudium Domini sui fidelis servus intravit. *Citat deinde catalogum bene longum scriptorum, qui de eo meminerunt, subditque Acta ex S. Ildefonso & variis à se collecta, quæ ut repudianda nunc quidem non existimem; sic antiquiores Fastos vellem, ex quibus constet Eugenium illum II pro Sancto umquam in Hispania, saltem Toleti, cultum fuisse. Habeo præ oculis Sanctos Toletanos nostri Quintanaduenas, inter quos I & III Eugenios reperio, II non item. Observo autem in ipso operis indice magnum poni discrimen inter Sanctos cultos, & alios, qui aliquâ sanctitatis famâ à scriptoribus celebrantur. Primos vocat* San *aut præfigit S. Aliis verò nomen Sancti postponit, ut de Audentio*, Arçobispo Santo: *de Aurasio*, Arçobispo Santo; *& sic de Celso, Cixila, Euphemio, Eugenio II & tot aliis, quos constat numquam Sanctorum honoribus fruitos esse. Pridem didicimus, non temere fidendum Tamayi elogiis. Siquid tamen aliunde reperiri possit, quo de cul-*

A *tu, Eugenio II exhibito conſtet, poterit de eo agi, ubi primi & tertii Eugenii Acta illuſtrabuntur menſe Novembri.*

Concordius Epiſcopus Toletanus, *elogio non multum diſſimili, ab eodem Tamayo refertur ſecundo loco. Acta verò profert ex* Juliano & aliis, *forte Luitprando, Dextro &c. Sed ſuſpecta nobis merito ſunt hujuſmodi merces. Mallem, Tamayus ſigna produceret exhibiti olim cultus. Quintanadueñas eum nequidem poſuit inter Sanctos ſecundi generis.*

S. Simeonis Agricolæ, qui clarus miraculis obdormivit in Domino, depoſitio in diœceſi Calagurritana. *Eſt hæc tertia annuntiatio Tamayi, huc adferentis verba Ægidii Gonzalvi Davila, regii chronographi, quæ ex Hiſpanico ita Latinè vertit:* In eccleſia parochiali S. Georgii, oppidi Acuelenſis, in ejus majori capella, corpus S. Simeonis Agricolæ veneratur, ex oppido Cabredenſi oriundi. Sanctus hic agricolarum tutela eſt, ut à Deo pluviam pro eorum ſegetibus efflagitet, de quo plura quotidie mirabilia viſuntur. Co-
B litur ejus feſtivitas Kalendis Julii, ad quam novem circumjacentium oppidorum accolæ conveniunt, qui ſolenni ritu feſtum concelebrant. *Quis fuerit* S. *Agricola, ſubdit Tamayus; quæ ejus Acta, quove ritu colatur, nondum didici: fides ſit penes Chronographum regium. Fidimus quidem Chronographo, ſed certi aliquid de ejus ætate aut geſtis optaremus, ut ei locus in Actis daretur; quæ ſi alicunde ſuggerantur, cum de die obitus non conſtet, poterit facilè alibi collocari. In nullo hactenus Martyrologio inſcriptum eſt ejus nomen, præterquam in Univerſali Caſtellani.*

Clariſſia Leonardi, virgo devotiſſima & Mechliniæ Beghina, ex ſecunda parte Novalis Sanctorum Brabantiæ *ponitur hoc die à Raiſſio. Arturus in Gynæceo*, vitæ perfectione & virtutum amore ſpectabilem *prædicat. Habemus vitam bene longam, ex præfato Novali deſcriptam, in qua dicitur obiiſſe circa annum* 1460: *at ita apud Beghinas Mechlinienſes, ex ſuburbiis in urbem tranſlatas*, Clariſſiæ *memoria interiit, ut poſt omnes conatus meos adverterim, vel ipſum nomen ignorari; procul abeſt ut cultu aliquo celebris ſit.*

C Petrus à Mechlinia, *ſeu* Mechlinienſis, *Ord. Minorum, ut ſignis & virtutibus illuſtris memoratur ab Arturo. Raiſſius ex Gonzaga elogium deſcribit, in quo id ſingulariſſimum, quod* poſt mortem ad ejus ſepulcrum, quod è regione venerabilis Sacramenti erat, tam crebra fiebant miracula, ut dum propter populi concurſum nimium interturbaretur divinum officium, neceſſum fuerit, ut Guardianus (ſicut fertur) ſuper ejus ſepulcrum accedens, præciperet per obedientiam, ut ceſſaret, & ita deinceps ceſſarunt miracula. *Nihil à nobis prætermiſſum eſt, quo de immemorabili olim cultu doceri poſſemus, ut teſtis eſt R. P. Bonaventura Schuyvers, provinciæ PP. Franciſcanorum inferioris Germaniæ chronographus: verum poſt litteras ultro citroque datas & amicam collationem, fateri coactus eſt, de publico cultu, Petro umquam delato, non conſtare, quemadmodum nec hodie ulla ejus in eo cœnobio memoria.*

Suſanna, virgo abbatiſſa, mirâ Dei ſapientiâ & virtute caſtimoniæ inſignis, *refertur etiam ab Arturo in Gynæceo, ſed ſolita ſua auctoritate, cum nuſquam ſciatur cultum habuiſſe. Vide quæ de ea dicuntur in Vita S. Theodorici abbatis* D *hoc die.*

Joannes Capito ex Petri Opmeeri Martyrum Hollandicorum decade ſecunda, lib. 8. *hoc die memoratur à Raiſſio, ut* presbyter & Martyr *atque* honeſtæ vitæ teſtimonio ornatus, *quique* docendis pueris operam dans, ex furca extinctus ſit Sacerdos innocentiſſimus, *hoc die, ſed annus non apponitur.*

Theodoricus Loet *Ord. Minorum Guardianus Embricenſis, in Zutphaniæ comitatu anno* 1572 *cum ſex ex eadem ſacra familia, immanibus tormentis per impios hæreticos excruciatus, memoratur à Raiſſio & Arturo ex hiſtoria Gonzagæ.*

Electi ac Sociorum ejus Martyrum, *in Morea à Mauris coronatorum, meminit Arturus. Doceri cupimus de probato ab Eccleſia martyrio, aut ſaltem de eorum alicubi cultu.*

Petrus à S. Martino *Conf. Ord. Minorum, refertur ab Arturo his verbis:* Hujus ſanctitas tanta exſtitit, ut plurimis integram ſoſpitatem ab Altiſſimo impetraverit. Beatum *ipſe vocat, ſed ritu eccleſiaſtico coli nuſquam docet.* E

Franciſca à Peralta virgo, religione, vitæ candore, ac virtutibus celebris. *Refertur ab eodem Arturo, & iterum in Gynæceo.*

Cumineus, *aliàs* Comanus *vel* Cumenus, *tamquam Sanctus &* epiſcopus Aendromenſis *vel* Ændrumienſis, *nominatur ab Hugone Vardæo in diſſertatione de patria S. Rumoldi pag.* 159, *pro hoc die* 1 *Julii. Quærimus alia monumenta ex quibus de geſtis ejus & cultu certiores reddamur.*

S. Martini de Ulmis, epiſcopi Tricaſtrinenſis, *nomen nobis ſuggeſſit R. P. F. Auguſtinus Lantois, doctor theologus & Guardianus conventûs Valreacenſis, diœceſis Tricaſtrinenſis, in finibus Delphinatûs & Provinciæ, datâ copiâ authenticâ, die* 5 *menſis Novembris* 1662, *à duobus notariis ſubſignatâ, inſtrumenti vetuſtioris, nempe anni* 1398, *quo refertur revelatio corporis prædicti S. Martini, facta* 1 *die menſis Julii à R. A. D. Vicario Vaſionenſi, coram multis teſtibus, quando etiam* fuit repertus unus tilletus (*an non* billetus?) pargaminius, fere F in ſummitate dictæ capſæ attachiatus, & in dicta capſa cum clavo ligatus, ab una parte deſcriptus .... *in quo deſcripta erant hæc verba:* Sacrum corpus, ſive ſacra oſſa B. Martini de Ulmis, quondam epiſcopi Tricaſtrinenſis hîc ſunt; MCCCXCVIII, die XXIII Junii. *Fuit hæc tranſlatio prima, facta à Guillelmo Gaudeberti, vicario eccleſiæ de Alenſono, Dienſis Diœceſis, qui ſacrum corpus* in eccleſia nova FF. Minorum Valreaci, & in majori capella dictæ eccleſiæ reponi fecit..... ne alibi reportaretur per ſatellites ſive armigeros, qui hodiernis temporibus vigent: & viguerunt dicti Turonenſes, ſub D. Raymundo de Turone (*forte* Turene,) *qui quam plurimas eccleſias deſtruxerunt. Hæc quidem, quod ad duas haſce tranſlationes attinet, ſatis diſtincta ſunt, verùm quo tempore vixerit ſanctus ille Martinus de Ulmis, quandonam Epiſcopus Tricaſtrinenſis fuerit (cùm apud Sammarthanos non reperiatur) quid demum egerit, quo tempore mortuus ſit, nec veſtigium hactenus eruere licuit. Plures Martinos in ſuo Martyrologio univerſali enumerat Caſtellanus, de hoc altum ſilet. Proferant ſaltem aliquid Tricaſtrinenſes aut Valreacenſes, quo de Sancti ætate, dignitate & geſtis*

A *geſtis doceamur ; poterit de ipſo agi in alterius hujus ſemeſtris decurſu, cum non magis ad hunc* 1 *diem Julii, quam ad alium quemlibet reducendus videatur.*

Arnoldum archiepiſcopum Moguntinum, *anno* 1160 *à furentibus civibus immani prorſus cæde trucidatum*; Sancti *titulo, hoc die donavit Caſtellanus. Fuit is Epiſcopus ordine* LXIX, *laudatarque apud Serrarium, quod* tempore ingruentis inopiæ, quæ totam Germaniam premebat, trecentos pauperes nutriverit, *quod* religionem arctius complectens, illius profeſſionis viros, quorum jugiter fruebatur contubernio, tamquam patres & fratres foverit; manum ſoliciti tutaminis ipſis impertiens; eccleſias beneficiis multis dotaverit, diruta earum reſarcire, dilapſa atque diſperſa congregare, & ne religio penes eos tepeſceret vel remitteretur, ſolicitus fuerit. *Hæc quidem boni paſtoris argumenta; at de ejus ſanctitate vel cultu, nihil hactenus nobis innotuit. Longum & verboſum de ejus vita ac martyrio commentarium Ms legi, in quo de ejus virtutibus multa traduntur, ut ferme tantum non ſanctus Martyr appelletur. Cadis cauſa apud alios longe abeſt à martyrio : ipſius verò cum Frederico Ænobardo & Victore antipapa communio, non arguit magnam cum Eccleſia catholica, ejuſque capite Alexandro III conjunctionem, ut vide apud Baronium ad dictum annum* 1160 *num.* 32. *Neque verò ad hunc* 1 *Julii diem referendus eſt, quandoquidem ex Dodechino aliiſque conſtet, in nativitate S. Joannis Baptiſtæ, ſeu* XXIV *Junii, interemptum fuiſſe.*

B

Monegundis *eſt in Adone, in aliquibus Uſuardi auctariis, & in proprio Tungrenſi hoc die, ab aliis melius* 11 Julii

SS. Proceſſus & Martinianus, *videntur immixti eſſe Hieronymiano Lucenſi, & eorum alter apographis aliis. An quod poſt Apoſtolos quaſi immediatè martyrii coronam adepti ſint? Ita ſpeculatur hypercriticus Gallus. Ab iiſdem Hieronymianis & aliis referri etiam* XXX *&* XXXI *Maii, notavit iis diebus Henſchenius; at certum eſt, natalem ipſorum ſemper in Eccleſia habitum die* 11 Julii.

C

Vigilia Viſitationis, *eſt in nonnullis Kalendariis recentioribus, de feſto agetur* 11 Julii.

Udalricus epiſcopus Auguſtanus *eſt in Uſuardo Reginæ Sueciæ, ſed ſpectat ad* IV Julii.

Nicolaus & Hieronymus *fratres Martyres memorantur in Catalogo Ferrarii, & diſtinctius in Martyrologio Brixiano Bernardini Fayni, tamquam* ex priſca & nobili Pedroccha familia nati, *ſuntque de numero magni illius elenchi Martyrum S. Afræ, quos caute admittendos putamus. De his duobus nominatim agit Papebrochius, in Propylæo antiquario ante tomum* 2 *Aprilis pag.* XLVII. *Habentur etiam in Martyrologio aliquo Brixienſi, quod ad nos miſit Ughellus, cujus ætatem ignoramus. Siquid magis ſolidi de eorum Actis habent Brixiani, ultro & lubenter amplectemur, referemuſque ad diem, quo Brixiæ ritu duplici coluntur* VI Julii.

B. Libertum Martyrem *faſti Colonienſes apud Gelenium hoc die celebrant cum elogio, non ſatis rectè diſpoſito : de eo pluribus agetur* XVI Julii.

Fidei, Spei & Charitatis *elogium Floro adſcribitur in editione Bedæ ante tomum* 2 *Martii; de quibus etiam inter Auctaria Uſuardi & in Kalendario S. Maximini. Gelenius in faſtis Colonienſibus ſic habet :* Ad Tumbas, ſive in pago Tumb prope Nidecam, in diœceſi Colonienſi, trium ſanctarum virginum Fidei, Spei & Charitatis, quarum etiam reliquiæ habentur in Gundelsfeſcheim, prope abbatiam Prumienſem, *quæ aliis verbis leguntur apud noſtrum Theodorum Rhay, de illuſtribus animabus Juliæ, Cliviæ &c. Signantur item in Sanctuario Paderbornenſi Ms. Græci recolunt* XVII *Septembris*; *Æthiopes apud Ludolfum,* XXV *Julii. Nos cum Romano de iis agemus die* 1 Auguſti.

D

Sanctorum Martyrum, Servani militis & Viriani cum ſociis ſuis, *ſcribit hoc die Florarium Sanctorum Ms., ſed qua auctoritate id faciat, necdum intelligo.* De Servano, *ſeu melius* Sernano, *Orcadum epiſcopo agemus infra; quis ille ſit* Servanus miles, *plane ignoro. Non magis capio, unde is conjungatur cum* Viriano, *aque mihi hactenus ignoto, quamquam apud Grevenum legam :* Viriani martyris & ſociorum ejus; *fuſiuſque apud Caniſium :* Viriani *aut* Viviani & ſociorum ejus Marcelliani & Fauſti, qui ſub Decio decollati ſunt. *De pluribus* Virianis, Viventiis, Juventiis, Vincentiis *aliiſque hujuſmodi luxatis & corruptis nominibus, locuti ſumus in auctariis Uſuardinis,* 1 *Junii; quo etiam die in Actis plura circa* Virianos *diſcutiuntur. Mirè nos torquet, ea Sanctorum nomina transformandi tranſponendique licentia. Grevenus* Virianum martyrem *habet* 1 *Junii; eâdem qua hîc claritate; ex qua nempe vix divinare queas, quid velit. In iiſdem auctariis* 1 *Junii, ex Florentinis codicibus eſt* Virianus miles cum Secundario ſub Decio; *ex quo æque quidquam intelligas. Caniſius, quantumvis confuſus, id lucis addit, ut conjiciam, eoſdem hic appellari, qui in Uſuardo ponuntur* IX *Auguſti; ſuntque* Secundianus, Marcellianus & Verianus, *eo die clarius à Caniſio ſignati, quo hîc eos remittimus.* IX Auguſti.

E

S. Ermentrudis virginis apud Coloniam elevatio *in Florario Sanctorum ſuggeritur, ſed de ea alibi hoc die nihil, nequidem in Faſtis Gelenii. Additiones Greveni memorant* Ermendrudem XIII *Auguſti ſolo nomine, quo die cetera inquiremus* XIII Auguſti.

F

S. Cathfadius *ponitur apud Colganum nota* 59 *in ſextam S. Patricii vitam pag.* III. *Ipſum coli aſſerit in patriis ſuis Martyrologiis hoc* 1 *die Julii, vel* XVI *Septembris. Ego in tot noſtris Sanctorum Hiberniæ catalogis, nullum hactenus Cathfadium reperi. Sirinus ſuggeſſit* Cathbadium. *Si certiora pro alterutro, cultûs indicia ſubminiſtrentur, uti & rerum geſtarum monumenta, poterit res examinari* XVI Septembris.

Joannes epiſcopus Spoletanus *à Jacobillo refertur hoc die, tamquam martyrii ab Arianis paſſi proprio; fatetur tamen feſtum ejus recoli* XIX *Septembris, quod etiam teſtatur Ughellus tom.* 1 *col.* 172. *Remittitur itaque etiam à nobis ad eumdem diem* XIX Septembris.

Certamen Sanctorum martyrum Coſmæ & Damiani, qui Romæ [*paſſi*] ſunt ſub Carino imperatore. Hi cum medicinæ artis eſſent periti &c. *Quæ vulgo notiſſima ſunt, refert hoc die menologium Sirleti. Pluribus ea proſequuntur Synaxarium Cryptæ Ferratæ aliique Græcorum Faſti. Alibi lego* dedicationem eccleſiæ S. Coſmæ; *& expreſſius apud Cajetanum in martyrolio Siculo :* Cephalœdi, dedicatio eccleſiæ S. Coſmæ. *Hæc & quæ ad Sanctos fratres ſpectant illuſtranda erunt* XXVII *Septembris, ubi interim*

A *interim videri poſſunt obſervationes noſtræ ad Uſuardum* XXVII Septembris.

Sophia mater Fidei, Spei & Charitatis, *ab iis ferme ſignatur, qui de filiabus hoc die agunt. Mirum ſane Sophiam iſtam apud Ægyptios tam celebrem fuiſſe, quemadmodum in Patriarchis Alexandrinis ante tomum* V *Junii annotavimus. Faſti Æthiopici Ludolphi legunt* II *Septembris*; Sophia cum filiabus duabus Barnaba & Axoſia, *ubi notat editor, vocari ab encomiaſte* gemmam urbis Romæ. *Rurſus in iiſdem faſtis* IV *Septembris*, Eliſabetha Sophiæ filia, *&* Maria ſoror ejus. *Sophia ſpectat ad* XXX Septembris.

SS. Ragenfredis, Cæleſtina, Roſa, Ambroſia, Ava, Euphroſyna, Helena, Neptalina, Paulina *&* Carola, *ut SS. Aldeberti & Reginæ filiæ Sanctæ, omnes celebrantur à Raiſſio & aliis, quarum quinque in terram ſanctam profectæ, ibidem; quatuor aliæ Romæ mortuæ & ſepultæ ſint, ſolâ primogenitâ Ragenfrede Dononium reversâ. De hac & ceteris agetur* VIII Octob.

Eliſabetha de Vans (*aliàs Wans*) ordinis Ciſtercienſis, in Aquitania monaſterio, dioeceſis, *non* Antverpienſis, *ut errat Arturus, ſed* B Namurcenſis, genere & vita & ſpiritu prophetico nobilis *laudatur à Chryſoſtomo Henriquez hoc die, ex Cantipratano lib.* 2 *de Apibus cap.* 50. *De ipſa ſermo eſt tomo* 3 *Junii pag.* 232, *num.* 5, *& rurſus ibidem in ipſa S. Lutgardis vita pag.* 262, *num.* 21. *Ex quibus patet, dicta S. Lutgardi ſatis familiarem fuiſſe, & ſingularibus virtutibus illuſtrem. Kalendarium ordinis Ciſtercienſis, excuſum Divione* 1617, *ad* VII *Januarii ſimpliciter notat:* Elizabeth de Wans, virgo monialis in Aquiria, *quod imitatus eſt Chalemotus, ſed longum ex Cantipratano vel ex Ms. Rubeæ vallis, cujus ecgraphum apud nos eſt, elogium texens. Raiſſius ipſam cum B.* Sybilla de Gagis, *in Aquiria quoque ſanctimoniali, tranſfert ad* IX *Octobris. Arturus, Sauſſayus & alii, Henricum ſecuti ſunt: at plerique titulo* Beatæ *abſtinent, contenti appellatione* Piæ *vel* Venerabilis, *quemadmodum & Piſen in Floribus eccleſiæ Leodienſis pag.* 449. *His preſſus ambagibus, ac de vero cultu potiſſimum dubitans, nequid temere ſtatuerem, germanum fratrem Livinum, tunc Lovanii Theologicis operam dantem, iis commentariis fuſe & late inſtruxi, quibus rem totam coram accuratius poſſet diſquirere. Præſtitit ipſe rem non ſegniter, &* I *Julii* 1715 *ad propoſita, in hæc verba reſpondit:* Iſtîc vidimus effigiem Eliſabethæ, adſcripta hac epigraphe B. ELISABETHA DE WANS: radiis illi, uti nec S. Lutgardi, erat ornatum caput, cum hunc depingendi modum negent uſitatum. Quæſitum eſt aliquid ad ſingula puncta, ad ſingula fere reſponderunt infelici verbo, neſcio. Cultum apud eas, non publicum, ſed privatum dumtaxat obtinet, cujus cultus teſtem dederunt ſcriptam orationem, quam in choro aſſervant, & quam partim deſcriptam hiſce inſerui. Et ſane ex modo quo ſcripta eſt, videtur perantiqua, eamque ab antiquioribus, vel ipſæ jam ſeniores accepiſſe ſe teſtantur. Quoad beneficia, ſeniores rurſus ajunt, beata intercedente, obtenta eſſe plurima, nihil probant; ſancta eſt traditio. Locum ſepulturæ ignorant, ſed angulum cœmeterii quemdam oſtendunt, in quo ſepultam putant: an verò de corporis elevatione quondam fuerit cogitatum, utrum à D nomine parentis, an à nativitatis loco, dicatur de Wans: an fuerit olim abbatiſſa in Campania, aut alibi; an primâ Julii colatur, an alio quopiam die; ipſæ neſciunt. Monumenta aut acta quærit R. V. antiqua; negant vel ſchedulam habere ſe: promiſit confeſſarius, rem curaturum ſe ſtrenuè, & ſiquid caſu reperiri poſſit, quamprimum tranſmiſſurum. *Fruſtra exſpectatum eſt hactenus: cum verò ex adducta epiſtola plane conſtet, nec certo die, nec cultu publico in ipſomet Aquirienſi parthenone Eliſabetham honorari, mihi integrum non eſt, ei quid amplius adſcribere. Porro oratio eſt hujuſmodi, ex gallico latine reddita:* Benedictus ſis Deus meus, creator meus, in æternum, pro gratiis huc uſque receptis, quas pro immenſa tua bonitate & charitate mihi æternùm collatum iri confido: & vos Domina S. Lutgardis, domina S. Sybilla, domina S. Eliſabetha de Wans, meæ honoratiſſimæ majores & cariſſimæ conſorores, eſtote benedictæ in ſecula &c. *Siquid præterea ſuggeſſerit R. A. D. Confeſſarius, quandoquidem prædicta Eliſabetha, non magis ad hunc diem quam ad alium* E *pertineat, poterit de ea agi cum B. Sybilla de Gagis, cujus corpus, approbante illuſtriſſimo Franciſco Buiſſeret, Namurcenſium Epiſcopo, elevatum eſt anno* 1611, permiſſumque, ut ab omnibus tamquam Beata colatur; *poterit, inquam, Eliſabetha cum Sybilla conjungi ad dictum diem* IX Octobris.

Capraſius *Prior Carmeli inter Prætermiſſos poſitus eſt* 11 *Junii, huc remiſſus, non ſatis rectè; ſi cum Lerinenſi Capraſio confundendus eſt: nam hujus Acta ad* 1 *Junii illuſtrata ſunt. Verum aliter depingitur Capraſius hoc die in Acie bene ordinata Philippi à Viſitatione, utpote qui* in monte Carmelo cum ſanctis Joanne Hieroſolymitano, Cyrillo Alexandrino, Liberato, Felice, Timotheo & aliis habitaverit & præfuerit, *&* Concilio Epheſino adfuerit. Chriſto & Deiparæ devotiſſimus, obiit, *inquit*, anno 450, die 15 Octobris, licet 1 die Julii memoretur in Kalendariis. *Non magnæ auctoritatis eſt Acies illa, Boſtius & Palæonydorus Octobrem ſervant: ſi operæ pretium fuerit,* F *poterit res tota diſcuti* XV vel XX Octobris.

Simon & Judas paſſi in Perſida *ſignantur in Hieronymianis, remittendi ad diem, quo colluntur* XXVIII Octobris.

Walaferus archiepiſcopus Duffelenſis, aliàs Dunelmienſis (*vel Dumblanenſis*) in Scotia, qui Rumoldum inſtruxit in ſcientiis, *in Prætermiſſis poſitum eſt* XXVIII *Martii, ex additionibus Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, additurque, de eo agi poſſe ad vitam S. Rumoldi. Nos quæ de eo in vita S. Rumoldi tradita ſunt, paulo pòſt dabimus. Vocatur ab aliis* Gualaferus, *diciturque Rumoldi ſocius. Dempſterus de eo agit inter certo die carentes. Camerarius* XXIX *Octobris inſcripſit. Notabo hîc, quod apud Waræum ad Præſules Lageniæ, propria ejus manu adſcriptum habemus, quod Molanus, Lippelous & alii, in vita Rumoldi* agant de quodam Gualafero archiepiſcopo Dublinenſi, cujus nulla inter ſequentes Dublinenſes mentio fit. *Si vere ut Sanctus colendus eſt, poterit ex Camerario collocari* XX Octobris.

Martinus epiſcopus Lugdunenſis *in ſolo Ghinio à nobis repertus eſt hoc die:* Lugduni S. Martini

A tini ejuſdem urbis Epiſcopi XV, qui S. Alpino ſucceſſit, & virtutes optime imitatus, pari habetur honore. *Citantur Tabulæ Democharis, ut etiam notat Raynaudus in Indiculo pag.* 333, *ſic ſubjiciens :* Sunt qui ſcribant Abbatem prius egiſſe in inſula Barbara & S. Martini diſcipulum fuiſſe. An S. Martinum in Santonibus Abbatem, ſanctique Martini diſcipulum, cum hoc noſtro confuderint, alii pronuncient. Certe in prædicta inſula altiſſimum de eo ſilentium. Nam eccleſia, inibi S. Martino ſacra, patronum habet S. Martinum Turonenſem Epiſcopum. *Fatetur Severtius pro hujus S. Martini* feſto nihil deprehendi in Breviario Lugdunenſi. *Putat vero potius cum S. Martino Lemovicenſi, quam cum Santonenſi confundendum. Caſtellanus in ſuo Martyrologio Univerſali, inter tot Martinos, nullum Lugdunenſem annumeravit. Lemovicenſis colitur* IX *Auguſti, Santonenſis* VII *Decembris : ad alterutrum diem res accuratius diſcuti poterit. Vide interim Caſtellani notam citata die* VII *Decembris, ad quam potiſſimum Martinum Lugdunenſem remittimus* VII Decemb. S. Theobaldus Abbas *in Vallibus Sernarii, non eſt notus pro hoc die, præterquam in Kalendario Ord. Ciſtercienſis. Chalemotus eum memorat* VIII Decembris. D

DE S. AARONE

PRIMO LEGIS MOSAICÆ SACERDOTE, IN MONTE HOR.

COMMENTARIUS.

J. B. S.

§ 1. De cultu Sanctorum veteris Teſtamenti.

B 1 JULII. E



Enſem hunc ordimur ab aliquo antiquæ Legis Principe, ſicuti Maium incepit Henſchenius, ibi à Jeremia propheta, hîc ab Aarone, primo ſummoque Levitici generis ordiniſque Sacerdote. Cavit illic ſapienter Henſchenius, ne moles hujus operis in immenſum excreſceret, atque adeo quæ de S. Jeremia præclariſſima ſcribuntur, peti juſſit ex quamplurimis ejus prophetiæ interpretibus ; paucis ea complexus, quæ ad probandum, cum in orientali ; tum in occidentali Eccleſia aliqualem Propheta cultum pertinebant. Certum nobis eſt, ei methodo ſemper inſiſtere, nec alia de veteribus illis antiqui Fœderis Sanctis proferre, quam quæ in Martyrologiis noſtris Sanctorumque Catalogis, jam paſſim admiſſis, tradita inveniemus. Siqui forte adhuc ſuperſunt, qui viros ſanctos utriuſque Teſtamenti, ab Eccleſia in ſacris ſuis Faſtis commixtos, mirentur, adeant illi tractatum de Jobi aliorumque veteris Legis Sanctorum publico cultu, tomo VII *Maii, ex præclara doctiſſimaque diſſertatione Romana fuſe deductum à pag.* 665 *: nos hîc aliam quæſtiunculam, quæ ad forum noſtrum propriè ſpectat, occaſione Aaronis, quam breviſſimè poterit, in principio diſcutiemus.*

Inter Sanctos veteris Teſtamenti

C

2 *Ad diem* X *Aprilis, quo in pleriſque Faſtis refertur Ezechiel propheta, compendioſum de more commentarium texens Papebrochius, ſic auſpicatur :* Qui memoriam & nomen Ezechiel prophetæ hoc die notarit in Martyrologio, ante Bedam quidem invenitur nemo ; id tamen abſque antiquiori veterum Faſtorum exemplo ab ipſo factum non fuiſſe, argumento eſt ipſa, qua utitur, brevitas. *Multa ibidem ingenioſe & veroſimiliter conjicit noſter laudatus Magiſter, quæ hîc ad examen novum revocanda non ſunt. Vellem equidem alicunde eruere conati fuiſſent Majores noſtri, quis primus inter Martyrologos, veteris Teſtamenti Patriarchas, Prophetas & id genus alios Chriſtianis Faſtis noſtris inſeruerit. Quod hîc de Beda aſſerit Papebrochius, utut probabile ſit, in ea quam de Bedæ Martyrologio à ſe & Henſchenio edito, conceperat opinione, cogor aliter ſentire, ex argumentis in præfatione ad Uſuardum cap.* 1 *art.* 2, *à pag.* 13, *à me propoſitis, quæ evincere videntur, majorem iſtius Martyrologii partem Floro, in cujus ſtudio Bedæ labor accreverat, adſcribendum eſſe. Quod ſi verum eſt ; conſequenter ſtatuendum erit, nullum veteris Teſtamenti Sanctum à Beda in ſuo Martyrologio productum fuiſſe, exceptis ſolis Machabæis, quos in metrico ſuo genuino, fortaſſe ex Hieronymiano ſignavit* 1 *Auguſti :* Machabæi Auguſti coronantur menſis in ortu, *ubi exacta metri ratio poſtulanda non eſt.*

primi Chriſtianis Faſtis inſcripti Machabæi,

3 *Verumtamen ſive à Beda ipſo, ſive ab ejus augmentatore Floro, veteris Teſtamenti Sancti in Martyrologio illo conſignati ſint, lubet hîc paulo accuratius indagare, quæ prima origo fuerit, Sanctos utriuſque Fœderis commiſcendi. In citata præfatione Uſuardina cap.* 2 *art.* 4 *num.* 144 *inter proprias Romani parvi notas characteriſticas, unam eſſe cenſuimus, quod multi veteris Teſtamenti Patriarchæ & Prophetæ apud Hieronymianos codices prætermiſſi, in eo Martyrilogio, quod ibi ut* vetus *& ut* Romanum *vindicavimus, collecti reperiantur. Verum an iſtius Martyrologii auctor, & primus ; & ſine exemplo id aggredi auſus eſt ? An in Hieronymianis nulli Patriarchæ & Prophetæ memorantur, nulli veteris illius Teſtamenti Sancti ? Jam dixi, in genuino Bedæ metrico Machabæos celebrari, eoſque ſatis veroſimiliter ex Hieronymianis acceptos, utpote qui etiam in Epternacenſi, quin & in vetuſtiſſimo Polemei Silvii laterculo, in tomo* VII *noſtri Junii edito diſertiſſime annuntiantur. Atque hos ego, qui verum & plenum, ut ita loquar, in Eccleſia, à primis uſque ſeculis cultum obtineant, ut pluribus dixi in obſervatione ad Uſuardum, citata die* 1 *Auguſti, atque hos, inquam, primos puto Sanctos, qui ex veteri Lege ad novam traducti ſint ; indeque exemplum cepiſſe recentiores Martyrographos (ita volente, aut ſaltem permittente Eccleſia) ut alios quoque eccleſiaſtico cultu donarent.*

etiam in *Marlio Hieronym. ubi & Babylonici,*

4 *In alia Uſuardina obſervatione ad* X *Maii dubitare viſus ſum, utrum ad Hieronymiana vere pertineat patientiæ ſpeculum* Job Propheta. *Dubitandi ratio fuit, quod in præfato codice Epternacenſi nullos hujuſmodi Sanctos reperiſſem in textu expreſſos, præter jam dictos Machabæos & tres pueros*

F

tum & alii ſenſim adjecti

AUCTORE J. B. S.

pueros Babyloniços, etiam tamquam Martyres XXIV *Aprilis notatos, Job vero, citata die* X *Maii ad textûs calcem frigidè adjiceretur his verbis :* Alibi depositio Job Prophetæ, *quem sane mirùm esset à Beda, Floro & Rabano præteritum, si in antiquioribus Martyrologii Hieronymiani apographis locum habuisset. Utcumque tamen id fuerit, nempe ad Hieronymiana Jobus pertineat, an adjectitius censeatur ; habeo quod quærebam exemplum in Machabæis & Babylonicis, ibi certissimè notatis, unde, nisi vehementer fallar, secutis subinde martyrologis ansa præbita fuerit, aliquid supra antiquissimum Martyrologium addendi, qua ratione in nonnulla Hieronymiana apographa irrepsit* Aaron, *de quo hîc ex professo tractandum : atque ita* Abbacuc *&* Michæas XV *Januarii &c.*

ex antiquioribus tabulis,

5 *Prima hîc vides Sanctorum istorum veterum in Fastis Christianis lineamenta ; primum in Martyribus, deinde in Jobo & Aaron, qui paulatim in auctioribus Hieronymianis accesserint ; at quem in ampliscandis majorem in modum Martyrologiis atque in inserendis tot priscorum Patriarcharum & Prophetarum nominibus verum antesignanum statuam, ut operosè jam pridem disquisiverim, necdum ausim tuto determinare, nisi cum Papebrochio ad ignotos aliquos antiquiores Fastos confugiam, ex*

B

quibus auctor Romani parvi, Florus & Martyrogus metricus Wandelbertus plerosque suos Patriarchas & Prophetas decerpserint, ac alios porro ex proprio penu acceperint. Atque eo pacto modus aperitur, quo illustrari possit quæstio in præfatione Usuardina proposita cap. I. *art.* 3, § 1, *num.* 63, *utrum nempe in exornandis istiusmodi Sanctis Wandelbertus Romanum parvum, tamquam auctorem secutus fuerit ?*

quas viderit Florus, inde aliquos accipiens ;

6 *Iterum moneo, præscindi hîc à jam dicta hypothesi, quam in Usuardina præfatione stabilire conatus sum, de annuntiationibus, quarum in Bedæ metrico nulla exstat memoria, Flori auctario tribuendis, tametsi in Papebrochiana editione Bedæ ipsi adscribantur. Etenim quamcumque hîc viam ingressus fueris, supererit assignandus martyrologus ille priscorum Sanctorum collector, ex quo Beda vel Florus innotuerint, atque in eorum Martyrologium fuerint translati. Solvendo huic nodo nullus aptior hactenus occurrit cuneus, quam si cum Papebrochio asseramus, exstitisse pridem vetustiores aliquos Fastos breviores, à quocumque demum compositos, in quibus pauci, ut Jeremias*

C

I *Maii, Elizæus* XVI *Junii, Isaias* VI *&* *Daniel* XXI *Julii, Samuel* XX *Augusti, Zacharias* VI *Septembris signati fuerint, eosque Fastos ad Bedam vel Florum pervenisse, indeque tales Sanctos in Martyrologium sub Bedæ nomine transisse ; at vero auctorem Romani parvi ampliorem messem aut collegisse, aut reperisse, unde Martyrologium suum locupletaret, ut præter citatos dies, videre est* XV *Januarii,* X *Maii,* I, IV, VI *&* XIII *Julii,* I *&* IV *Septembris,* IX *&* X *Octobris,* V *Novembris,* XI *&* XXIX *Decembris.*

uti & auctor Romani parvi,

7 *Sunt igitur in Romano parvo annuntiationes Patriarcharum & Prophetarum antiquorum tredecim, supra eas quæ in Martyrologio Bedæ & Flori inveniuntur, ex quibus abunde confirmatur character ipsi proprius de priscis illis Patribus majori numero Martyrologio insertis : sed frustra plane quæsieris, qui aut quales Fasti auctori Romani illius parvi præluxerint. Ceterum quod vere exstiterint sæpe dicti Fasti qualescumque, & Beda & Romano parvo antiquiores, hinc apertissime suadetur, quod citati superius ex Beda* Jeremias, Elizæus, Isaias, Daniel, Samuel *&* Zacharias *iisdem planè diebus, eodem modo, eadem phrasi* D *ab utroque constanter & concorditer referantur. Rursus vero, nec Romani parvi auctorem, Martyrologium Bedæ, nec vice versâ Bedam aut Florum, Romanum parvum consuluisse, manifestè, ni fallor, colligis ex eo, quod vetus istud Romanum tanto annuntiationum numero alterum superet. Hæc pro duorum istorum Martyrologiorum inter se collatione.*

& Wandelbertus.

8 *Redit difficultas superius tacta, & in Usuardina præfatione proposita, unde priscos Patres accersiverit metricus martyrologus Wandelbertus ; quem certum est, Fastos etiam aliquos antiquiores vidisse, in quibus plures Sanctos hujusmodi reperierit, quam habeat nostrum Bedæ Martyrologium ; pauciores, quam in Romano parvo recensentur, cum* IV *&* XIII *Julii Prophetis careat,* VI *vero ejusdem mensis solum Isaiam canat, præterito Joële, qui in Romano parvo Isaiæ conjungitur. Contra vero* XIV *Junii præfatus Metricus Romanum parvum excedit, dum præter Elizæum, etiam Abdiam celebrat, eodem hoc versiculo :* Vates Helizæus simul Abdiasque refulgent. *Hîc disquisitionem, tametsi non satis explanatam, sistere cogimur, cum nihil ultra lucis affulgeat, quâ certiùs* E *aliquid in his tenebris eruamus. Sperare ausim, conatus nostros stimulum addituros curiosis harum rerum indagatoribus, ut altius rimando, alia fortasse monumenta resodiant, quæ nostra ex dubiis in apertiorem veritatem deducant.*

Sic via aperta ad commiscendos Sanctos,

9 *Interim ex dictis non obscure concluditur, quod supra innuebam, videlicet, primum Hieronymiani Martyrologii compilatorem, una sua alterave commemoratione solorum veteris Testamenti Martyrum, viam aperuisse, quam ingressi recentiores Martyrologiorum compositores vel ampliatores, licitum sibi putaverint, plures alios ex eodem Fœdere colligere, quos Sanctis Christianis admiscerent. Potest præter hanc & alia elici conclusio, qua religiosioribus Martyrologiorum admiratoribus & propugnatoribus insitum scrupulum evellat, circa fixos dies, variorum Sanctorum festivitatibus consecratos. Illos hîc appello rigidos dierum observatores, qui nefas arbitrantur, revocare in dubium, utrum martyrium, obitus, depositio, verè tali die acciderint, dum ita in Martyrologiis consignata Sanctorum nomina reperiunt ; cum tamen nihil magis obvium sit (ut in laudatis supra Patriarchis & Prophetis liquet) quam hujusmodi dies, pro mero Martyrographorum arbitrio selectos esse, quemadmodum de Romano parvo nimis quam sæpe ostendimus in nostris ad Usuardum observationibus.*

F

quâ multi hodie abutuntur.

10 *Monendum restat, disquisitionem hanc nostram ad eos solos Patriarchas & Prophetas extendi, quibus ea ab Ecclesia prærogativa concessa est, ut saltem in Martyrologiis inter Sanctos computentur, quales ii sunt, qui ex laudato Romano parvo in Adonem, ex hoc in Usuardum aliosque alicujus notæ Fastos Latinos aut Græcos derivati sunt ; nam verosimile prorsus non est, probatam umquam fuisse aut probatum iri ab Ecclesia, eam nonnullorum temeritatem, qui Patriarchas prope omnes, Judices, Reges, Sacerdotes antiquos, etiam illos, quos sacer textus vituperat, pseudokalendariis suis aut Sanctorum nostrorum Catalogis adoptandos putaverint. Eò solum dirigitur nostra hæc observatio, ut curiosis Martyrologiorum exploratoribus perspicuum sit, ex quam parvis initiis paulatim invaluerit nimia compilatorum libertas, in adscifcendis undequaque, sine delectu, virorum celebrium nominibus, quibus Fasti Christiani præter modum excrescerent ; pessimo sane exemplo, quod utinam*

recen-

A *recentioribus aliquibus non placuiſſet, qui talia veſtigia ſecuti, Martyrologia ſua, Menologia, Gynacea & id genus libres ita ampliſicant, ut veros Sanctos ab aliis diſtingnere difficillimum ſit, ſaltem invidiæ aut obtrectationi valde obnoxium.*

11 *Liceat hic & alteram non inutilem obſervationem adnectere, circa Kalendariorum Martyrologiorumque genuinam diſtinctionem, de qua tametſi abunde egerint Majores noſtri aliique, non omnes ad omnia attendiſſe videntur. Id ferme proprium veris omnibus Chriſtianis Kalendariis (non hic etymologicè ſed eccleſiaſticè loquor) id, inquam, Kalendariis proprium deprehendi, quos eos ſolos Sanctos referant, qui in Eccleſia, ad cujus uſum compilata ſunt, verum & propriè dictum cultum obtinent, ſive de quibus in Officiis eccleſiaſticis ipſoque etiam Miſſæ ſacrificio aliqua ſit commemoratio. In talibus autem Kalendariis ſtrictiſſime ſumptis, vel ſeculo nono vel citius ad eccleſiaſticum ritum ordinatis, nullum Patriarcham aut Prophetam veteris Teſtamenti reperire eſt, ut proinde facile appareat longe major libertas in Martyrologis,* B *Sanctos omnes & qualeſcumque corradentibus. Conſuli poteſt Kalendarium ab Acherio, Specilegii tomo 10, Bedæ metrico ſubjunctum, in quo Sancti nulli non Chriſtiani celebrantur, exceptis ſolis Machabæis, qui vel in ipſo Carthaginenſi, toties à nobis in Uſuardi editione laudato, eodem die 1 Auguſti expreſſiſſimè commemorantur, atque adeo vero & proprie dicto cultu, ab ipſo Eccleſiæ exordio honorati ſunt, ut dictis in eorum laudem orationibus Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus aliique Patres teſtatum reliquerint.*

Diſtinctio inter Kalendaria

12 *Non eadem eſt ratio de Sanctis illis, magno numero in Martyrologiis relatis, quorum ſola nomina in Officio eccleſiaſtico ad Primam recitabantur, vel ut inſinuat magnus Gregorius ad Eulogium*: Nos pæne omnium Martyrum, diſtinctis per ſingulos dies paſſionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolennia agimus. *Quæ poſtrema verba non video alio ſenſu intelligi poſſe, quam de ſola illa nominum enumeratione vel lectione, non in Miſſa proprie dicta, ad quam certe Martyrologium non ſpectabat, ſed in ſolo officio, quemadmodum ex ipſiuſmet Gregorii Sacramentario ad oculum demonſtrari poſſit,* C *norunt eruditi omnes, qui antiqua Sacramentaria & Kalendaria eccleſiaſtica non perfunctorie luſtraverunt; niſi quis malit, Gregorium hic ſignificare, generalem aliquam Sanctorum in Miſſis memoriam fieri. Certe Sancti prope innumeri in antiquis Martyrologiis locum habuerunt, & modo habent, quorum in Miſſa ſacrificio nulla umquam commemoratio exſtitit. His præmiſſis, quæ ad Aaronem pertinent jam paucis pro more noſtro expediemus.*

& Martyrologia.

§ II. De peculiari cultu S. Aaronis.

In quibus Martiis notus ſit Aaron.

DIctum *eſt ſuperius*, Aaronis *nomen in Hieronymiano apographo vetuſtiſſimo Epternacenſi non exſtare; eſt in aliis à Florentinio editis, ſub eadem fere formula*: In monte Or, depoſitio Aaron Sacerdotis, *vel* Aaron Pontificis, *de quo nihil habuit quod obſervaret vir eruditiſſimus, niſi ut ex notatione, ni fallor, Baronii, remitteret ad Joſephum lib. 4 cap. 4, quò & nos curioſum lectorem remittimus, contenti Martyrologia & catalogos percurriſſe. Neque opus eſt cetera Hieronymiana, quæ breviora appellamus, ſigillatim deſcribere, cum eorum textus pro hac die abunde enumerati ſint in præcitata præfatione Uſuardina cap. 1, art. 1, §. 2, a num. 27. Beda auctaria eamdem ſervant phraſim, ſed ex Uſuardo acceptam, qui ex Adone ſcripſit*: In monte Hor, depoſitio Aaron Sacerdotis primi. *Collecta in Uſuardo noſtro exhibetur tota ejus ſoboles, præter elogium codicis Hagenoyenſis, quod in curioſorum gratiam infra ſubjiciam. Eſt etiam apud Uſuardum, totum metricum Wandelberti encomium. Rabani verba Hieronymiana ſunt, Notkeri Adoniana, vel certe talia, ut Adonis cenſeri poſſint, cum ita legat perpetuus Adonis manuductor Romanum parvum*: In monte Or, depoſitio Aaron, primi Sacerdotis in Lege. *Ceteris horum Martyrologiorum exemplaribus recenſendis ſupersedeo.*

AUCTORE J. B. S.

14 *At prætermittendum non eſt elogium grandioris Adonis, monaſterii ſancti Laurentii Leodii, quod cum ex libro de vita & obitu utriuſque Teſtamenti Sanctorum, ſub nomine Iſidori Hiſpalenſis vulgato, deſcriptum ſit, purius ex ipſo fonte, ſive vero, ſive ſuppoſititio, hic proponetur. Sic in citato opere legitur*: Aaron frater Moſi, & inſignis miraculorum ſocius, atque in Lege Sacerdos Domini primus, thuribulum in dextera geſtans furenti ſe flammæ oppoſuit, atque ſtans inter vivos & mortuos, objectu ſui corporis, tranſire ignem ad agmen viventium non permiſit. Hic per hiſtoriam victimarum & ſacrificium ſanguinis, futuram Chriſti paſſionem expreſſit. Anno autem egreſſionis filiorum Iſraël quadrageſimo de terra Ægypti, cum eſſet annorum centum viginti trium, mortuus eſt juxta Petram, inſignem Arabiæ urbem, ubi & ſepulta jacet ſoror ejus Maria, ubi etiam & nunc uſque oſtenditur rupes, qua percuſſa, Moſes aquam ſitienti populo tribuit. Eſt autem hic locus in extremis finibus Idumæorum.

Antiquum ejus elogium.

E

15 *Non eſt hujus inſtituti id genus elogia pluribus illuſtrare; ſatis deſcripta ſunt in ſacris Litteris Aaronis geſta, de quibus conſuli poſſunt interpretes in lib. Exod. Levitic. & Numer.; unde hiſtoriam chronologice locis ſuis diſpoſuit Salianus noſter ab anno mundi* MMCCCCLXI *ad annum* MMDLXXXIII. *Sequatur modo elogium aliud, de quo dicere cœpimus, ex codice Uſuardino Hagenoyenſi, quod pro auctoris ſtylo, ita ſonat*: In monte Or, depoſitio Aaron Sacerdotis primi in Lege Moyſi. Qui Aaron erat filius Aram [*Amram*] & Yocabeth de tribu Levi, & frater Moyſi, ducis populi Iſrahelitici, qui unctus eſt in Sacerdotem ex præcepto Domini cum filiis ſuis. Hic cum Moyſe ſtetit coram Pharaone in Ægypto, oſtendens ſigna quæ præcepit Dominus. Poſtea cum in deſerto Moyſes in monte Synai legem Domini de manu Domini recipere debuit, populo ydolum fecit, pro quo redargutus à fratre ſuo, ſe excuſavit & populo crimen impoſuit. Qui tamen poſtea populum Domini optime rexit cum Moyſe. Ejus etiam virga floruit [Numer. cap. 17.] in ſignum ſacerdotii ſempiterni, & in monte Or ex præcepto Domini obiit & ſepultus eſt.

Item aliud ex cod. Hagenoyenſi,

F

16 *Juverit audire verba ſacri Textus Num. cap.* 20: Cumque caſtra moviſſent ad Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Edom; ubi locutus eſt Dominus ad Moyſen: Pergat, inquit, Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Iſraël, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium ejus cum

tum ex ſacris Litteris.

AUCTORE J.B.S.

eo, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaveris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filium ejus: Aaron colligetur & morietur ibi. Fecit Moyſes ut præceperat Dominus: & aſcenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium ejus. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, flevit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas. *Vide hæc fuſius explicata à laudato Saliano ad annum ſupradictum* MMDLXXXIII. *Non deſunt alii, qui de Aarone ceteriſque vetuſtis illis Patribus, varia methodo, ſtylo & lingua ſcripſerint; at ne præſcriptos jam limites egrediamur, ſatis erit, hiſtoricam periocham ex Petri Equilini catalogo hîc attexere, in eorum præcipue gratiam, quibus, ex aliis libris plura colligere non vacat. En ejus Aaronicæ vitæ compendium.*

Longior hiſtoria ex Petro Equilino

17 Aaron Sacerdos primus & Pontifex ſecundum Legem, frater Moyſi, filius Amram de tribu Levi & Jochabel ejus conjugis, qui inter Patres ſanctos veteris Teſtamenti, Eccleſiaſtici 45, plurimum commendatur, populum Iſraël de terra Ægypti unà cum germano eduxit, & coadjutor ducatus Moyſi, per quadraginta annos, in eremo fuit. Ipſe enim uti eloquentiſſimus, à Domino datus eſt Moyſi, qui erat impeditus in lingua, ut eſſet os ejus ad populum: Dominus enim Moyſi præcipiebat, & ipſe Aaron verba Dei narrabat, atque populo vel Pharaoni, ex ore Moyſi cuncta quaſi internuncius referebat, ſicut habetur Exodi 4 cap. Ipſe etiam cum Moyſe Pharaoni aſtitit, & ſigna Dei oſtendit. Nam & tria prima ſigna plagarum, quibus Ægyptus percuſſa eſt, per manum Aaron Dominus fecit. Poſtquam autem populus Iſraël mare Rubrum tranſivit, ut hæc omnia copioſius in geſtis Moyſi tractabuntur, pridie Nonas Septembris; & Moyſes in montem Sinai juſſu Domini Legem acceſturus aſcendit, ubi & diebus quadraginta ſine cibo corporeo permanſit, cum Moyſes in monte moram faceret redeundi, populus impatiens, deos itineris duces ab Aaron & Hur, quos ille ſui loco reliquerat, inſtanter poſtulavit. *Hactenus ſatis rectè, verum in ſequentibus nonnulla adjiciuntur, quæ melius omitti poterant.*

B

commentis mixta;

18 Quibus Hur reſiſtens, ſputis ab ipſis, ut dicitur, ſuffocatus eſt: unde Aaron timore coactus eſt, [&] aurum & argentum eorum petiit, quod in ignem projecit, & egreſſus eſt vitulus conflatilis inſtar bovis, quem in Ægypto adoraverant, dæmone opere [*opus*] hoc agente, quem & populus ſolemnizans, & hoſtias offerens, adoravit. Quod cum Dominus Moyſi revelaſſet, & populi diſperſionem comminatus eſſet, Moyſes pro populo interceſſit, & placato Domino, de monte deſcendit, viſoque tanto ſcelere, tabulas Legis, ſibi à Domino

C

datas, indignatus confregit: vitulum quoque combuſſit, pulveremque in aquam conſperſit, & ex ea populo potum dedit. Cumque, ut tradit Joſephus, auctores ſceleris cognoviſſet ex colore auri potati, qui miraculoſe apparuit in barbis eorum, filios Levi ſibi ad ultionem adjunxit, & ex illis quaſi viginti tria millia occidit. Cumque accuſaret Aaron, quod populum exaudierat, ille ſe excuſavit, pertimuiſſe populum, quia pronus erat ad malum. Hoc Exodi 32 cap. *Sed exceptis Joſephi aut aliorum commentis, quæ hic hiſtoriæ ſacræ imperitè aſſuuntur, ut vide apud interpretes. Pergit Equilinus.* D

19 Poſt hoc, ut habetur Levit. 9, Moyſes de mandato Domini, Aaron & quatuor filios ejus Nadab, Abiu, Eleazar & Itamar, prius aqua lotos, oleo ſanctificationis perunxit & Sacerdotes ad miniſteria ſacrificiorum conſtituit; quorum omnium Aaron ſummus & primus fuit; cui ſolo [*ſoli*] ſemel in anno tantum in Sancta Sanctorum ingredi licuit. Dies autem conſecrationis Aaron & filiorum ejus fuit dies octavus anni ſecundi egreſſionis filiorum Iſraël ex Ægypto. Et cum Aaron præcepto Domini hoſtiam in altari poſuiſſet, ignis divinitus à Deo egreſſus ſacrificium primitus inflammavit. Et ſervatus eſt ignis iſte perpetuus per generationes uſque ad tranſmigrationem Babylonis. Eadem die Nadab & Abiu filii Aaron jam Sacerdotes conſecrati, quia igne alieno thus obtulerunt, igne divino conſumpti ſunt: quos Aaron & alii duo filii ejus lugere prohibiti ſunt, propter unctionis ſanctitatem, & divini judicii reverentiam, tamen ſepelierunt eos cognati eorum.

quæ ex ſac. Scriptura

20 Poſt hæc autem, ut ſcribitur Numeror. 16 cap. & 17, cum Chore filius Iſuar, fratris Amram, videns fratrueles ſuos honoratos, alterum ſacerdotio, alterum ducatu populi, invidit; & murmurans contra Moyſen & Aaron, CCL de Levitis ſecum habuit, & Dathan, & Abiron potiores Rubenitarum ſibi adjunxit, & ſeditionem in populo excitavit. Quos omnes miraculoſe cum uxoribus & filiis & familiis ac omni eorum ſupellectile terra ſe aperiens abſorbuit, propter quod populus in furorem excitatus, Moyſen & Aaron, uti multitudinis interfectores, lapidare voluit; eiſque ad tabernaculum fugientibus, ignis à Domino egreſſus populum devorare cœpit, & quatuordecim millia ac ſeptuaginta de populo interfecit. Tunc Aaron, ad ſuggeſtionem Moyſi, tollens thuribulum, hauſit ex altari ignem divinum; & poſito thymiamate, cucurrit cito ad populum, ſeque inter vivos & mortuos incendio oppoſuit, & pro eis oravit, confeſtimque plaga ceſſavit.

& interpretibus

E

facile corriguntur.

21 Adhuc autem non ceſſante tumultu ſuper ſacerdotio Aaron, eo quod dicerent filii Iſraël, etiam ex aliis tribubus dignos reperiri, qui ſacerdotio fungerentur, tulit Moyſes ex mandato Domini duodecim virgas à principibus duodecim tribuum, & in unaquaque ſcripſit nomen principis & tribûs ſuæ; nomen autem Aaron ſcripſit in virga Levi, quas cum poſuiſſet in tabernaculo coram Domino, ſequenti die invenit virgam Aaron germinaſſe & amigdala cum foliis produxiſſe. Quo ſigno, ordinante Deo, Aaron ſacerdotium firmiſſime poſſedit; quæ etiam virga in teſtimonium in tabernaculo repoſita fuit. Cum autem populus per annos XL in deſerto fuiſſet, & Dominus Moyſen & Aaron, ne terram promiſſam ingrederentur decreviſſet, eo quod ipſum ad aquas contradictionis non ſanctificaſſent, ut habetur Numer. 20, & dicetur in geſtis Moyſi, mandavit Deus, ut Aaron pergeret ad populum ſuum. Qui aſcendit in montem Or cum Moyſe fratre ſuo & Eleazar filio ſuo; ubi Moyſes Pontificem Aaron omni ſacerdotali cultu indutum exuit, & Eleazar induit.

F

22 Quo facto confeſtim Aaron in ipſo monte occu-

Neque obitus dies rectè ſignatus,

occubuit Kalendis Julii, ubi ſepulturæ ejus adhuc locus oſtenditur. Et fleverunt eum filii Iſraël xxx diebus. Hæc unde ſupra, *nempe ex allegatis ſacri Textus locis*, & ex dictis Joſephi & Hieronymi, ex hiſtoria quoque Scholaſtica, nec non ex Chronicis Guilelmi. *Undecumque accepta ſint, quæ Scripturæ ſacræ narrationi ſuperadduntur, melius, ex noſtra quidem ſententia, prætermiſſa fuiſſent. Ne vero hic criſim ſacram aggrediamur, unum eſt, quod neſcio, in quo ex citatis ſcriptoribus, hujus elogii compilator invenerit, Aaron ſcilicet* occubuiſſe Kalendis Julii; *cum ut ſummum dici poſſe videatur, ſub menſis Julii finem obiiſſe. Satis veroſimile eſt, diem illum ex ſupra citatis Martyrologiis Latinis Petrum didiciſſe, quandoquidem apud Græcos & Orientales aliis plane diebus, æque pro arbitrio delectis, recolatur; ut jam ex iſtorum Faſtis curſim dicendum ſupereſt.*

Græcis eum aliter

23 *Inveni qui ſcribant, nullam apud Græcos Aaronis, Moyſis aliorumque antiquorum prophetarum memoriam fieri, præterquam generalem aliquam Dominica prima Quadrageſimæ; ſed quid ni Dominicam notant præcedentem feſtum Nativitatis Chriſti, quemadmodum legimus in Ephemeridibus Græco-Moſcis* XVII *Decembris pag.* LVIII, *ubi videri meretur Magiſtri mei Papebrochii obſervatio, atque ex mox dicendis corrigi diſtichorum ibi citatorum numerus. Fateor equidem, non eam apud Græcos dierum diſtinctionem fieri, quibus determinatè illigentur præfati Sancti veteres, quo modo in Martyrologiis noſtris, accreſcente ſenſim majori licentia, facilitatum oſtendimus; ac certe præter confuſam illam generalemque omnium ſimul memoriam, qualiſcumque iſta ſit, invenio in Menæis ad* XIX *Decembris diſticha nonaginta quinque, non centum ſedecim, ut in Ephemeridibus ſcribitur, quibus priſci illi aboliti Fœderis Patres ab Adamo, nullo tamen ſervato chronologiæ ordine, ad Suſannam deducuntur.*

cum Moyſe colentibus,

24 *Quod autem in ea diſtichorum ſerie eſt ſextum numero & ſeptuageſimum, videtur prima fronte montem* Or *vel* Hor *connectere cum duobus fratribus, populi Iſraelitici ductoribus, atque ex loco Aaronicæ ſepulturæ Prophetam aliquem effingere. En titulum:* Μνήμη τῶν προφητῶν Μωσέως, Ὼρ καὶ Ἀαρὼν ἱερέων. Commemoratio Prophetarum Moyſis, Or & Aaron ſacerdotum. *Diſtichon vero eſt hujuſmodi:* AUCTORE J. B. S.

Σὺν Ὼρ Ἀαρὼν προγεφύρει χερσὶ πάθον.
Ὑψοῦντες ἄμφω σταυρικῶς τὸν Μωσέα.

Quod ita latinè redditur:

Ante expreſſerunt pœnas Chriſti Or & Aaron,
Ambo exaltantes præſignata cruce Moyſen.

Scriptoris imperitia vel oſcitantia nomen Or *ſuppoſuit pro* Hur, *quem nuperrimè furentis populi Iſraelitici ſputis, ſi credere fas eſt, ſuffocatum vidimus. Vera ejus laus exſtat Exodi* 24, 14; Habetis Aaron & Hur vobiſcum, ſiquid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. *Hinc, procul dubio, factum eſt, ut in ſuperiori diſticho cum duobus aliis Prophetis collocatus ſit. Ita de Aarone Menæa citato die* XIX *Decembris.*

aliter Coptis, aliiſque.

25 *Kalendarium Copticum à Ludolfo vulgatum, à Græcorum Faſtis longe recedit, in eo Latinorum ſtylo conformius, quod Patriarchas, Prophetas, alioſque ex veteri Teſtamento larga manu Chriſtianis Sanctis inſpergat, vel ipſo Pilato ſuperaddito, cui cum uxore Procla conceſſus eſt locus* XIX *Junii. Abraham, Iſaac & Jacob* XXVIII *cujuſque menſis diem ſibi perpetuo curſu dicatum habent, parique tenore Michaël archangelus diem* XII, *Maria Virgo* XXI, *Chriſti nativitas* XXIX, *præter id genus alia nobis valde peregrina. Porro ſeu priſci illi, ſeu Sancti alii, non ſemel recurrunt; quos inter* Aaron *noſter geminam feſtivitatem adeptus eſt, alteram* XXVII *Martii plenâ rubricâ,* Aaron ſummus Sacerdos; *rurſus* XXXI *Julii alteram, ſub hac ſed minus ſolenni formula,* Aaron frater Moyſis. *Kalendarium Arabo Ægyptium non melius conſarcinatum. à Gratia Simonio Latine verſum, legit* XX *Julii:* Memoria Moyſis, Aaron & Elizæi. *Non divinabo, quænam tot variationum, repetitionumque cauſa eſſe potuerit; ſatis ſit, digito monſtraſſe, Græcos æque ac Latinos, imo Orientales reliquos, non magnopere olim ſolicitos fuiſſe, ut veros obitus aut depoſitionis dies inquirerent, ad quos, ſaltem hujuſmodi Sanctorum feſtivitates revocarent. Hæc de Aarone. Sequitur in catalogo Petri de Natalibus*

DE MARIA PROPHETISSA,

MOYSIS ET AARONIS SORORE,

J. B. S.

DE ELEAZARO SACERDOTE, AARONIS FILIO, ET PHINEES, ILLIUS FILIO, HUJUS NEPOTE, UTRIUSQUE SUCCESSORE.

1 JULII.

Res iſtos Aaroni ſubjungimus, ex ſerie, qua in citato catalogo ordinatos reperimus, inde, niſi vehementer fallor, à Greveno, ex hoc à Caniſio inter acceſſiones Uſuardinas connumeratos, his verbis: Ma-

Variè à Latinis & Græcis memorantur.

riæ, ſororis Moyſi & Aaron. Eleazari filii Aaron. Et Phinees, nepotis ejus. *Sunt hi ex eorum Sanctorum numero, quos invaleſcente paulatim recentiorum Martyrographorum liberiore licentia, Faſtis noſtris inſertos diximus. Sane apud nullos antiquos ſeu claſſicos, imo nec in ullis, quæ viderim, Uſuardi auctariis eorum memoria recolitur, præterquam in ſolis jam citatis Greveni & Caniſii. De ipſis nihil in Faſtis Copticis, niſi* Phinehas, *qui ibi ponitur* XII *Julii, pro* Phinees *accipiatur. In Menæis de Maria non agitur: Eleazarus autem & Phinees* II *Septembris abſque ullo elogio ſimul memorantur. At Phinees, is idem, opinor, de quo hîc ſermo eſt, ſingulari juſti titulo decoratus, hoc diſticho honoratur* XII *Martii:*

Ἔ"ση Φινεὲς ἀΐσσει τῷ θεῷ πελας
Ἡμῖν ἱλασμὸς ψυχικὴν θραῦσιν λύων.

Quaſi diceret, cælo receptum Phinees, ut ſit propitiatio curandis animæ vulneribus. *Tomo* II *Martii pag.* 104 *remittitur cum patre ad* II *Septembris: Maria ab aliis Moyſi connectitur* IV *Septembris, ſed nos hîc Petri Catalogum ſecuti, trium prætitulatorum elogia ordine ſubjiciemus.*

Singulis ſeorſim

2 Maria prophetiſſa ſoror Aaron & Moyſi, intra numerum ſanctarum matrum veteris Le-

AUCTORE J. B. S.

gis à Joſepho non immerito computatur, quia ut ſacra Scriptura Exodi 15 innuere videtur, ſicut Moyſes inter mares Iſraël filios, ſic & Maria inter feminas, pro ſuo modulo ducatum obtinuit, ex quo ſolo ſanctificata fuiſſe videtur. Nec enim decens fuit, ut tanto populo quis in utroque ſexu niſi ſanctus præeſſet. Unde & poſtquam ſubmerſo Pharaone in rubrum mare cum omni exercitu ſuo Moyſes canticum exametrorum carminum, ſcilicet Cantemus Domino, compoſuiſſet, ipſumque primo cum viris decantaſſet, Maria deinde chorum mulierum ducens, ſumpto muſicali tympano, canticum ipſum repetivit, & Domino pro victoria laudes egit. Sed cum poſt annos aliquot, ut habetur Num. 12, dum eſſent filii Iſraël in deſerto, in loco qui dicitur Aſtaroth, & Aaron & Maria contra Moyſen murmuraſſent, & ſe ei de ſanctitate pari jactaſſent; jubente Domino, ipſi tres ad oſtium tabernaculi acceſſerunt: quibus Deus in nube majeſtatis apparuit, & Mariam lepra percuſſit. Quæ tamen poſt dies ſeptem, Moyſe pro ipſa orante atque pœnitentiam agente, ſanata fuit, & Aaron à Domino
B veniam de contumelia poſtulavit. Anno vero XL egreſſionis filiorum Iſraël de Ægypto, populo adhuc per deſertum agente, mortua eſt Maria in Cades, & ſepulta in monte Sin. Quo autem die dormierit, expreſſum non habetur, idcirco Aaron fratri ſuo ejus memoria copulatur. Hæc Num. 20, & aliis locis quibus ſupra.

elogium aptavit

3 Eleazar ſacerdos, filius Aaron, patri in ſacerdotium ſucceſſit, ut ſuperius dictum eſt. Hic enim, ut habetur in libro Joſue in pluribus locis, cum Joſue duce populi Jordanem tranſivit, terram promiſſam acquiſivit, & eam per ſortes duodecim Tribubus filiorum Iſraël, mandato Dei diviſit; ſacrificia pro populo ſecundum legem à Deo datam obtulit, & in tabernaculo Domini cum filiis ſuis jugiter miniſtravit; & poſt obitum Moyſi modico tempore populum rexit. Et poſthæc ſanctitate plenus in pace quievit, & ſepultus eſt in Gabaa, quæ data fuerat ſibi & filiis ejus in monte Effraim. *Videat curioſus lector, quid de hoc ſepulcro memoret S. Hieronymus in vita S. Paulæ* XXVI *Januarii num.* 17, *pag.* 716. *Pergit elogium*: Hic, etſi non expreſſe, tamen ſatis tacite inter ſanctos Patres, Eccleſiaſtici 45, numeratur, ubi patris præmiſſis laudibus, Phinees filius ejus, tertius in gloria nominatur, ut ſic inter Sacerdotes glorioſos, primus & tertius expreſſe, ſecundus vero tacite numeratus intelligatur. *Verba Eccleſiaſtici Moyſen primùm celebrant*; Dilectus Deo & hominibus.... *Deinde*; Excelſum fecit Aaron, fratrem ejus, & ſimilem ſibi de tribu Levi .... Phinees filius Eleazari tertius in gloria eſt, imitando eum in timore Domini *&c. An hæc cum elogii verbis ſatis conſonent, viderint alii*; *jam de ipſo Phinees agendum.*

D

4 Phinees ſacerdos, Eleazar ſucceſſor & filius, Eccleſiaſtici 45 cap. & 1 Machabæorum 2, inter ſanctos Patres veteris Teſtamenti commemoratus eſt. De quo illud memorabile habetur Numer. 25, quod cum populus Iſraël moraretur in Sethim, & multi ex ipſis, cum filiabus Moab fornicati eſſent, & ad ſuggeſtionem earum Beelphegor Deo ipſarum, ſacrificia obtuliſſet, eoſque Moyſes de culpa redargueret, Zarabri princeps tribus Symeon, qui filiam cujuſdam Madianitæ in conjugem acceperat nomine Chorbi, coram omnibus profeſſus, ſe alienigenam cognoviſſe, & idola coluiſſe, nec legi, quam Moyſes populo impoſuerat, obnoxium eſſe, & ſpectante omni populo ac flente, ingreſſus eſt tabernaculum mulieris, ſurgenſque Phinees, arreptoque pugione, ingreſſus eſt poſt illum in lupanar, & perfodit ambos inſimul coeuntes in locis genitalibus; & ceſſavit plaga, quæ in populo proceſſerat, & XXIV millia extinxerat. Et quia Phinees, zelo Legis nimio vindictam Dei in peccatorem virum exegit; idcirco Dominus eidem & ſemini ejus Sacerdotium æternum conſtituit; qui & cum patre Eleazar promiſſionis terram intravit, & ei in ſacerdotium ſucceſſit, & glorioſus meritis & fama laudabilis, in pace quievit, in ſepulcro paterno tumulatus.

Petrus in Catalogo.

F

C DE ESTHER REGINA; E

J. B. S. ASSUERI CONJUGE, SUSIS IN PERSIDE.

1 JULII.

Qui V. T. Sanctos plurimos colligit Equilinus,

Raſul Equilinus de Natalibus, ſupra toties à nobis laudatus, Martyrologos noſtros omnes in coacervandis Sanctis, qui Chriſtum Servatorem præceſſerunt, longiſſime ſuperat, utpote qui per omnes priores mundi ætates ſtudioſe decurrens, lib. 3 à cap. 2 ad 12, poſt Dominicam Septuageſimæ, alludens ad tempus, quo in Officio eccleſiaſtico inchoatur lectio libri Geneſis, primæ ætatis Patriarchas collocat. Deinde à cap. 46 ad 56, poſt Dominicam Sexageſimæ, enumerantur Patriarchæ alii à Noë uſque ad Abram, Abrahami fratrem, quem ferme Martyribus adſcribit, dubitantibus interim aliis, utrum idola ſua umquam deſeruerit. Poſt Dominicam Quinquageſimæ, per alia undecim capita ſequitur Abraham, cujus progenies deducitur uſque ad Effraim & Manaſſe. Ut autem ceteros hinc inde ſparſos prætermittam, ſolis Kalendis Septembris, ſeu menſis iſtius principio, lib. 8 à cap. 1 ad 16, manipulum reperias Judicum ferme ſedecim, Joſue Prophetæ anteſignano, Sampſone decimum quartum lolum tenente, uſque ad Annam prophetiſſam. Quæ Petrum ratio aut convenientia moverit ad claſſes illas ita diſpeſcendas, in citatorum librorum prologis inveniet curioſus lector. Hæc eo ſolum hìc dicta ſunt, ut clarius innoteſcat, unde tanta Sanctorum illorum veterum multiplicatio, vel in ipſis noſtris Martyrologiis facta ſit: recte an perperam, non eſt noſtrum definire. Sanctos omnes colligimus, ſic tamen, ut eorum qualicumque cultui nihil inde accedat, quod in hoc noſtro opere locum obtineant.

2 *Apud prædictum Petrum pridie Nonas Septembris, ex recepto in antiquis quoque Martyrologiis uſu, reponitur legiſlator Moyſes, atque inde circa medium menſem ſubſequuntur Tobias, Judith & Eſther. De prioribus erit alibi dicendi locus, at vero* Eſtherem *hoc die celebrandam putavimus, quia ſignatum reperimus in auctariis Uſuardinis apud Grevenum & Molanum, his ſimpliciter verbis:*

hoc die Eſtherem ſignat.

A *verbis*, Hester reginæ: *cur hoc potius quam alio die, fugio quærere, cum id plane arbitrarium esse, jam supra abunde dixerim. Florarium Sanctorum Ms. scribit etiam eadem die*, Item Hester reginæ; *sed Canisius breve elogium Germanicè addidit reginæ* pulchræ & fidæ, quæ univerſum populum Judaicum, ope Mardochæi, præſentiſſimo periculo eripuerit liberaveritque. *Hactenus Martyrologia noſtra, quæ quidem Eſtheris meminerint. Quæret aliquis, cur & Mardochæo honos ſuus ſervatus non ſit? Ad hoc & ſimilia interrogata, ſemel repono, quod jam non ſemel adduxi reſponſum; hæc à ſolo primi talium Sanctorum collectoris beneplacito, tum pro cultu ipſo, tum pro cultûs die determinando, unicè pependiſſe.*

3 *Faſtorum Copticorum compilatores non minus fidenter, pro genio ſuo omnia diſponentes, ad* XX *Decembris* Eſtherem *rejiciunt, ſcribentes*, Eſther reginæ Perſarum; *nulla facta mentione Mardochæi, qui nec in toto eo Kalendario uſquam notatus eſt. In aliis noſtris Orientalibus neuter comparet. Ad Græcos quod attinet, idem, ni fallor, dicendum erit, quod ſupra de Aarone; recoli nimirum Eſtherem, atque haud dubie Mardochæum, ſub generali illa commemoratione omnium veteris* B *Teſtamenti antiquorum Patrum. Inter diſticha vero quinque & nonaginta, ibi etiam allegata, quod eſt, ordine antepenultimum ad Eſtherem refertur:* Μιμήμη τῆς δικαίας Ἐσθὴρ, τῆς λυτρωσαμένης τὸν Ἰσραὴλ ἐκ θανάτου. Commemoratio Eſtheris juſtæ, quæ populum Iſraël à morte redemit. *Eadem prorſus eſt totius diſtichi ſententia:*

Ἔσωσεν Ἐσθὴρ ἄνδρας Ἰσραηλίτας,
Ἃ δὲ κυνὶ μέλοντας ἐνδύναι πάλαι.

Habes, quæ Eſtheris memoriam in aliquibus Faſtis relatam exhibent, ad hunc diem à Latinis recentioribus retractam: ſupereſt longius Petri elogium ex citato lib. 8, *cap.* 81, de ſancta Hester regina *deſcribendum.*

4 Hester regina claruit in civitate Suſa, quæ *Longior apud Petrum* poſtmodum Edeſſa dicta eſt, tempore Aſſueri, ſive Artaxerxis regis Perſarum: qui regnavit ab India uſque ad Ethiopiam ſupra 127 provincias. Qui tertio anno imperii ſui fecit grande convivium cunctis principibus & magnatibus provinciarum, quod duravit 180 diebus in C domo ſua mirabili: cujus columnæ erant argenteæ, tectum verò inſtar firmamenti, habens gemmas diverſi coloris, in figura ſiderum & ſignorum diſpoſitas. Poſt hos dies convivii invitavit omnem populum, qui erat in Suſis & diſcubuerunt extra domum VII diebus in veſtibulo horti deliciarum, quod mira pulchritudine decoratum erat. Vaſti quoque regina fecit convivium feminarum in palatio, ubi rex manere conſueverat. Die autem VII præcepit rex VII eunuchis, ut introducerent reginam in apparatu ſuo, ut oſtenderet omnibus pulchritudinem ejus. Quæ ad imperium regis venire contempſit. Et iratus rex de conſilio VII ſapientum, qui ſibi ſemper adſtabant, imperavit, ut ultra Vaſti non ingrederetur ad regem: ſed altera melior regnaret pro ea: ut per hoc diſcerent mulieres omnes, non parvi pendere mandata maritorum ſuorum. Igitur ad ſuggeſtionem procerum regis, cœperunt inquiri virgines in omni regno ejus & tradi Aggeo eunucho ad cuſtodiam: & acceperunt cultum & ornamenta ad libitum ſuum, ut quæcumque oculis regis placeret, ipſa ragnaret pro Vaſti.

5 Erat tunc in Suſis Judæus nomine Mardocheus de tribu Gemini: qui deſcenderat de AUCTORE transmigratione Jechoniæ. Hic erat nutritius J. B. S. filiæ fratris Edeſſæ, quæ alio nomine dicebatur Hester, quam orbatam utroque parente Mardocheus adoptaverat in filiam. Hæc inter ceteras puellas tradita eſt eunucho: quæ non indicavit populum ſuum, ſicut ei mandaverat Mardocheus: invenitque Hester gratiam in oculis eunuchi, & tradidit ei ornamenta pulchriora & VII puellas, quæ excolerent eam. Porro virgines per ordinem ingrediebantur ad regem, & quæ ab eo egreſſa fuerat, non poterat ad eum redire, niſi ex nomine eam vocaret. Mardocheus autem verſabatur circa domum regis curas habens ſalutis filiæ. Tandem ex ordine venit dies, quo Hester ad regem ingreſſa eſt in ornatu ſpecioſo, & invenit gratiam apud regem, & fecit eam regnare pro Vaſti, VII anno regni ſui; & celebravit nuptias integro menſe, donaque largitus eſt occaſione nuptiarum juxta ejus magnificentiam regalem.

6 Eodem tempore irati ſunt duo eunuchi, *hiſtoria ex ſacro Textu* regis janitores, & machinati ſunt in mortem ejus, quod Mardocheum non latuit. Qui indicavit Hester & illa regi ex nomine Mardochei: quæſitumque eſt & inventum, & appenſus eſt uterque in patibulo. Et traditum eſt E Scripturæ in Annalibus regis, in quibus reges accidentia ſui temporis regiſtrabant. Poſt hæc Aſſuerus exaltavit Aman Amalechitem de ſtirpe Agag, fecitque eum poſt ſe primum in omni regno ſuo & adorabant eum omnes ſervi regis præter Mardocheum, qui propter patrias leges coram eo genua non flectebat. Quod attendens Aman indignatus eſt. Et accipiens, eum eſſe Hebræum, cogitavit omnes Hebræos perdere; qui erant in regno Aſſueri, veteri motus odio, quia Judæi perdiderant Amalechitas. Duodecimo igitur anno Aſſueri miſſa eſt ſors in urnam coram Aman; quo die & quo menſe gens Judæorum interfici deberet: & exivit ſors decimâ quartâ die menſis duodecimi. Aman autem ſuggerente regi, quod gens Judæorum novis legibus uteretur & regis juſſa contemneret, pacemque regni turbaret; decrevit rex, ut gens illa omnino periret. Cumque Aman promiſiſſet impendere decem millia talentorum argenti in gazophilacio regis ex bonis Judæorum, conceſſit rex omne illud argentum Aman, & quod de populo illo ageret, ut ſibi placeret. Tulitque rex annulum quo utebatur, & dedit Aman, ut ſcriptas litteras ex nomine regis annulo ſuo ſignaret.

7 Tunc ſcripſit Aman nomine regis litteras *ſatis nota.* annulo regis ſignans, ut occiderentur Judæi à parvulo uſque ad ſenem & bona eorum diriperentur XIV die, XII menſis: ſtatimque in Suſis pependit edictum. Quod cum audiſſent Judæi, fleverunt. Hester quoque hoc audiens, accerſivit Mardocheum, qui omnia ei per eunuchum ſignificavit, & exemplum edicti ei miſit, mandans ut ad regem intraret & ei pro ſuo populo ſupplicaret. Et quamvis Hester, juxta legem regis, non auderet ad eum ingredi, niſi vocata, ſub pœna mortis; tamen in Domino confiſa expoſuit ſe periculo, & mandavit Mardocheo, ut omnes Judæi pro ea orarent & triduo jejunarent. Die autem tertio, præmiſsâ oratione, induta regalibus ſtetit in atrio contra baſilicam regis cum duabus puellis. Qui cum reſpexiſſet eam torvo vultu, timens Hester collapſa eſt. Quod cernens rex & ei compatiens, quia ip-

AUCTORE J.B.S.

ſam præ omnibus diligebat, ſurgens venit ad eam, & cœpit hortari, ne timeret, eo quod tali legi, quæ pro ſubditis facta erat, ipſa, utpote regina, non tenebatur. Illa vero ſurgens de anguſtia, regem oſculata, invitavit eum & Aman ea die ſecum ad prandium. Et cum ſecum ambo comediſſent, obtulit rex Heſter, ut peteret quidquid ab eo vellet. Quæ iterum eos duos, videlicet regem & Aman tantum, pro die ſequenti ad convivium invitavit, & tunc ab eo peteret quod optabat.

8 Egreſſus eſt itaque Aman lætus: & videns Mardocheum ſibi non aſſurrexiſſe, indignatus eſt, & vocatis amicis, indicavit eis omnem gloriam ſuam, addens, quod ipſum ſolum cum rege Heſter ad convivium invitaſſet. Verumtamen nihil ſe habere putabat, dum viveret Mardocheus. Sed amicis conſulentibus, juſſit trabem excelſam parari, ut regi ſuggereret, quatenus Mardocheum in ipſa appenderet, & ſic lætus ad convivium intraret. Noctem illam rex duxit inſomnem, juſſitque ſibi deferri Annales & legi. Et ventum eſt ad locum, ubi erat
B ſcriptum, quod Mardocheus nunciaſſet ei facinus eunuchorum. Cumque rex interrogans audiſſet, quod ex hoc Mardocheus nihil præmii conſecutus fuerat, quæſivit quis eſſet in atrio; & reſponderunt ei, quod Aman. Ipſe enim intraverat, ut regi ſuggereret de morte Mardochei. Cumque vocatus intraſſet, inrerrogavit eum Rex, quid fieri deberet viro, quem rex deſiderabat honorare. Qui cogitans pro ſe dictum, reſpondit, quod indutus regalibus & coronatus, ſupra equum regis per totam civitatem deberet circumduci, tenente habenas primo de principibus regis. Statimque juſſit rex, ut quidquid Aman dixerat, mane faceret Mardocheo, nihil omnino prætermittens. Quod cum feciſſet, conſternatus rediit domum. Et ecce nuncii regis compulerunt eum ad convivium reginæ venire.

9 Finitoque convivio, dixit rex Heſter, D ut peteret quidquid vellet, quæ petiit ſibi donari vitam & omni populo ſuo, cum per omnes provincias ab Aman mandati fuiſſent occidi. Quod Aman audiens, timuit. Rexque iratus ſurrexit & hortum intravit: & cum poſt horam rediſſet, invenit Aman ſuper lectum reginæ corruiſſe, in quo ipſa jacebat, ut ei pro anima ſua ſupplicaret, putanſque quod eam opprimere vellet, exclamavit; & cum ab eunuchis audiſſet, quod trabem ad ſuſpendium Mardochei paraſſet, juſſit eum in ipſa immediatè appendi, & dedit Heſter donum Aman. Auditoque ab ea, quod Mardocheus patruus ſuus eſſet, dedit ei annulum ſuum, quem receperat ab Aman. Qui de mandato regis ſcripſit novas litteras, regis annulo ſignatas, prioribus contrarias, ad principes provinciarum, ne occiderentur Judæi, immo illos, qui parati erant ad interfectionem ipſorum, Judæi interficerent, & manus principum eſſet cum eis; & factum eſt nomen Judæorum celebre.

10 Igitur præcedenti die ante diem quâ Judæi occidi debebant, videlicet decimâ tertiâ die E menſis duodecimi, percuſſerunt Judæi hoſtes ſuos plagâ magnâ per omnes provincias ad ſeptuaginta quinque millia. In Suſis vero interfecerunt ſexcentos viros. Die vero decimâ quartâ ſolennitatem Domini celebrantes, convivia magna fecerunt. Deinde regis mandato ſuſpenſi ſunt decem filii Aman, & omnis ejus progenies deleta eſt: & conſtitutus eſt Mardocheus loco Aman princeps primus poſt regem. Heſter quoque regina ſervivit Domino omnibus diebus & genuit regi filium nomine Artaxerxem, qui poſt regem Aſſuerum in regno ſucceſſit. Mortuo quoque Aſſuero regina Heſter cum filio ſuo annis pluribus imperium tenuit, & poſt hæc in pace dormivit; ſepulta in Suſis in ſepulchro regali. Hæc ex libro Heſter & aliis voluminibus quibus ſupra.

DE S. MARTINO EPISCOPO

VIENNÆ IN GALLIA. F

J. B. S.

SYLLOGE HISTORICA

C

De ejus ætate, cultu antiquo, & recentiorum Martyrologorum elogiis.

SECULO II.

Quemadmodum de primis nonnullis Galliarum Apoſtolis multa pridem fuit diſceptatio, ſic critici aliqui, de omnibus ferme dubitare ſoliti, primos Viennenſes Epiſcopos vix audent admittere. Hos inter

Primorum Viennenſium Epp. ſeries.

Tillemontius tomo 3, nota 3, in S. Irenæum à pag. 621, non pauca erudite colligit, quæ priorum iſtorum Epiſcoporum ætatem & geſta, ut minimùm, non ſatis exacta oſtendunt. Dubitationes eas omnes fortaſſe diſpelleret, ſaltem comprimeret Adonis auctoritas, ſi ejus Chronicon purum & integrum ſupereſſet; nam quod vulgatum habemus, tam parum chronologicum eſt, ut nemo hactenus Viennenſium Epiſcoporum ſeriem recte ex ipſo ordinare potuerit. Fatendum præterea, celeberrimum Antiſtitem, ſeculi dumtaxat noni ſcriptorem, teſtem irrefragabilem non eſſe in iis, quæ tempora ejus tam longe antecedunt; quamquam credibile ſit, Viennenſis eccleſia vetuſtiores tabulas præluxiſſe, in quibus tam probata monumenta repererit, ut iis tuto innitendum exiſtimarit. Ita cenſuiſſe videntur Majores noſtri, qui in primis duobus Epiſcopis, Creſcente, XXVII *Junii, atque* Zacharia, XXVII *Maii, ſi non tempora, ſaltem Epiſcopos ipſos tamquam primos Viennenſes & Apoſtolorum temporibus proximos adoptarunt: quorum ego non infundatam credulitatem æmulari exopto potius, quam neocriticorum nimis quandoque ſcrupuloſam religionem, tametſi de cetero plurima offendam, valde imperite digeſta.*

2 *Hic ſucceſſionis ordo ab Adone in Chronico ſtatuitur. Poſtquam ſub Nerone retulit:* Quo tempore creditur Paulus in Hiſpanias perveniſſe, & Arelate Trophimum, Viennæ Creſcentem di-

in Adonis Chronico non ſatis exacta

A discipulos suos ad prædicandum reliquisse ; *de temporibus Trajani loquens, sic habet*: Sub quo etiam Imperatore glorioſissimus senex Zacharias, Viennensis ecclesiæ Episcopus, martyrio coronatur. Nam primus Crescens, discipulus Apostolorum, Viennæ aliquot annos resedit ; quo ad Galatiam reverso, tertius Martinus Episcopus & discipulus Apostolorum Viennæ resedit. *Turbata hæc esse nemo non videt, nec lucem adferunt, quæ paulo post subdit*: Verus Viennensis Episcopus, qui unus fuit de discipulis & auditoribus Apostolorum, Trajani temporibus doctrina & confessione fidei floruit: *quæ si ad litteram intelliguntur, dicendum erit*, Zachariam *&* Verum, *ac proinde intermedium* Martinum *Trajani tempore floruisse aut passos fuisse, in quo vel interpolatum vel truncatum Adonis Chronicon mihi quidem videtur, aliquatenus restituendum, si pro* Trajani *legere liceat* Adriani. *Sic series ipsa utcumque conciliabitur, atque una ex Elencho pontificali historico apud Boscium in Bibliotheca Floriacensi, sic tempora dividi poterunt, ut Crescenti subrogatus Zacharias, post multos annos martyrii coronam consecutus sit, quem deinde excepe-*

B *rit is, de quo agimus*, S. Martinus, *itidem Apostolorum vel virorum apostolicorum discipulus, sic in præfato Elencho apud Boscium depictus*:

3 Post beatum Zachariam (*hujus martyrii annum non definit*) sancti Apostoli (*vellem indicarent scriptores illi, quinam per id tempus Apostoli in iis partibus superstites fuerint*) tertium Episcopum ad hanc tunc temporis in Galliis florentissimam civitatem direxerunt Martinum nomine, qui propriis Christum in cruce pendentem ac patientem viderat oculis, quique post demandatum sibi euangelicæ prædicationis strenuè decursum munus, tandem sub Vespasiano, placido fine obdormivit (alii Martyrem faciunt) annua à successoribus memoria Kalendis Julii honoratus ; *sic tamen ut & officio & rituali commemoratione prorsus careat, solo nomine notus in Breviario anni* MDXXII. *Sequitur in citato Elencho* Verus *episcopus*, qui postea Kalendis Augusti sub Nerva Imperatore, sanguine suo Viennensem ecclesiam purpuravit :

C ad quem etiam Pius I Romanus Pontifex apostolicum rescriptum transmisit. *Immanis parachronismus, quo Nervæ anno* XCVIII *defuncti, imperium cum Pio Papa, qui totis quinquaginta & amplius annis, posterior est, ineptissime connectitur. Ceterum Boscii Elenchum ferme descripsit Chenu : Claudius Robertus & Sammarthani in nominum ordine concordes* (*quamquam hi dicant* Verum *restituendum loco* XII, *anno* CCCXIV) *tempora distinctius notare caute evitant* ; *estque ea tutissima ratio, quamdiu certiora non suppetunt documenta, unde implexa probabilius evolvantur.*

uti neque apud Boscium,

4 *Interim Bosquetus & Labbeus malunt Veri martyrium ad Pii I tempora differre, unde consequens esset, aut diu vixisse priores Episcopos, aut certe paulo tardius incepisse, quam ferat Viennensium traditio, ex qua etiam Adonis Chronicon, non ipsius, opinor, sed interpolatorum culpâ, tam in prioribus præcipitatum est, quam in* Justo *Episcopo quinto extensum, dum anno* CXX *scribit:* Hoc itidem tempore & Justus Viennensis ecclesiæ Episcopus illustrissimus in confessione extitit : *tum vero sub annum* CLXIII : Justus Viennensis Episcopus, longo tempore exilio maceratus, Martyr glorioſus efficitur ; *quæ omnia in Boscii Elencho accuratiora non sunt. Sed Justum abunde illustravit Henschenius die* VI *Maii, de salvanda*

neque apud alios,

primorum jam memoratorum Episcoporum chronologica serie nihil magnopere solicitus, quamvis eam æque ac Sammarthani perturbatissimam facile agnosceret. Nobis etiam satis erit ea proferre, quæ ad Sancti nostri antiquum cultum spectantia, in Fastis ecclesiasticis tradita invenimus. Quod si paucula in Adonis Chronico mutare liceat, obscurissimæ chronologiæ lucem aliquam affundere non desperamus.

minus etiam apud Lievræum :

5 *At locum hîc etiam suum prius postulare videtur Joannes Lievræus in opere Gallico de antiquitatibus Viennensium, à Majoribus nostris non semel appellato & refutato, cujus imperitissima distribuendorum temporum ratio satis evidenter ostendit, quam apud Viennenses incertus sit primorum istorum Episcoporum calculus. Statuit itaque, pro suo patriæ nobilitatis antiquitatisque vindicandæ zelo præfatus Lievræus cap.* 7 *pag.* 55 ; *ipsum* Apostolum Paulum primum fuisse Viennensis ecclesiæ Pastorem. *Quo pacto Arelatensibus omnem præripit de S. Trophimo gloriandi materiam, olim tantopere agitatam. Tam illustri principio posito,* Crescens *secundus*, Zacharias *tertius*, Martinus *vero noster quartus ordine Episcopus numerandus erit. Zachariæ tribuit annos regiminis duos & quadraginta ; post quem viduatam illam ecclesiam asserit, usque ad pontificatum Alexandri I,* E *(sedit hic tempore Adriani Imperatoris ab anno circiter* CXIX *ad* CXXX) *qui* S. Martinum *nostrum* natione Romanum, Christi Redemptoris *&c. Viennam destinavit. Sedit porro Martinus annis tribus, mense uno, martyrio coronatus* sub Vespasiano anno CXII. *Ita Lievræus, qui an hæc somnians scripserit nescio, dum Alexandrum I Papam æqualem facit Vespasiano, hunc vero superstitem facit an.* CXII, *quem constat ultra* XXIV *Junii anni* LXXIX (*Baronio* LXXXI) *vitam non protraxisse.*

ex cujus Viennensi Martyrologio

6 *Est inter varia nostra Martyrologia Mss. quæ solos particularium ecclesiarum Sanctos complectuntur*, Ordo & series Sanctorum sanctæ & antiquæ Viennensis ecclesiæ, metropolis Allobrogum in Gallia, prout in Martyrologio digeruntur, *cura R. P. Petri Francisci Chiffletii extractus, quem anno* MDCLXII *Viennæ existens Papebrochius totum descripsit sub hoc titulo :* Martyrologium Viennensis ecclesiæ, nuper reformatum, & maxime à S. Adone Archiepiscopo F ejusdem ecclesiæ dispositum, labore & studio Joannis le Lievre, Theologiæ doctoris, ejusdem ecclesiæ canonici, abbatisque S. Ferreoli instauratum. *Utriusque eadem est oratio, eadem sententia ; cumque ab eodem Lievræo antiquitatum Viennensium historiæ auctore compilata sint, nihil profecto mirum, si & Martyrologium & historia, paria utrobique comminiscantur, paucissimis exceptis, quæ curiosus lector per se facile observabit. Juvat hic totum prædicti Martyrologii textum transcribere, acceptum, ni fallor, ex legenda aliqua, qualem refert codex Bodecensis, ab Henschenio in Zacharia citatus tomo* VI *Maii pag.* 659 *num.* 6. *Audiamus Lievræum die* I *Julii :*

datur elogium male dispositum.

7 Natale S. Martini Martyris, qui tertius à B. Crescente Viennensis Episcopus, Domini Salvatoris discipulus extitit, quem patientem in cruce propriis ipse oculis vidit, lumen solis obscuratum super terram, mortuosque suscitatos admirando, cum aliis multis exclamasse fertur ; Vere filius Dei erat iste. Is itaque lapidato ab infidelibus B. Zacharia, Viennam AB ALEXANDRO PAPA I missus & consecratus, postquam illa pluribus annis pastore destituta

AUCTORE J. B. S.

ſtituta foret, cœpit circa ſepulcrum S. Zachariæ domunculam ædificare ad honorem D. Salvatoris, B. Petri & SS. Apoſtolorum; ubi Miſſam celebrabat, verbumque Dei prædicabat. At verò poſtquam Viennæ ſediſſet annis tribus & menſe, ipſe martyrio eſt coronatus SUB VESPASIANO Imperatore, ANNO à CHRISTO CXII, & in eadem domuncula conditus. Stat in urbe Vienna eccleſia ejus nomine à ſancto Nicetio ejuſdem urbis Archiepiſcopo conſtructa & à canonicis regularibus S. Rufi diverſata. Ejus dies feſtus Kalendis Julii agitur.

Verior S. Martini laus

8 *Hæc Lievræus, ſeu potius Martyrologium ab ipſo inſtauratum dicam, an depravatum, cujus ineptiis refellendis, cum patentiſſimæ ſint, ulteriorem operam ſumere non vacat. Ad veriorem, certe præclariorem S. Martini Viennenſis laudem plurimum confert probatiſſimum Adonis Martyrologium, prout ab ipſo ſecundis curis auctum eſt, dum Viennenſem cathedram occuparet, ut variis locis monui in noviſſima Martyrologii Uſuardini recenſione. Nimirum cum præfatum Martyrologium ſuum ex Romano parvo, ex Beda à Floro aucto, atque ex collectis Sanctorum Actis Lugduni concinnaſſet, quale in Uſuardi manus anonymum perveniſſe præf. cap. 3 art. 3 à num. 160 oſtendimus,*

B *poſteaquam ad inſulas Viennenſes evectus eſt, deceſſores ſuos Epiſcopos ſanctos, antea prætermiſſos, propriis quoſque locis ſubinde adjunxit; quæ cauſa fuit, cur eorum pleroſque Uſuardus ignoraverit, imo nonnulla Adonis exempla ſuperſint, à quibus Epiſcopi illi Viennenſes abſunt. Exemplo ſint codices noſtri Miſſ. Morinenſis & Reginæ Suec. qui hoc die de S. Martino non meminerunt. At editiones integræ Moſandri & Roſweydi, nec non codices alii Miſſ. omnes ſic diſerte pronuntiant:* Viennæ, B. Martini, tertii ejuſdem urbis Epiſcopi, ab Apoſtolis ad præfatam urbem miſſi.

apud Adonem qui Epiſcopus, Martyrologium auxit.

9 *In vero Adoniano textu hæc annuntiatio ultimo loco refertur, ut facile intelligas additamentum eſſe, ſed ab ipſo Adone factum. Qui autem Adonem ſub nomine Bedæ edidit, quem alii Bedam ſpurium ſeu ſuppoſititium, nos Plantinianum appellamus, eadem ipſa Adonis verba medio textui inſeruit. Quid Notkerus velit* XI *Maii, non equidem ſatis perſpicio; audi ejus textum:* Vien-

C næ, beatorum Epiſcoporum Martini & Materni. Quem Maternum, ob clades imminentes, ſolenni ante Aſcenſionem Domini [*triduo*] Letanias inſtituiſſe retulimus. *Vehementer fallor, niſi Mamertum voluerit dicere, qui eo die colitur: ſed quid ea connexio duorum Sanctorum tot ſeculis disjunctorum? Cur Martinus* XI *Maii refertur, quem omnes conſtantiſſime* I *Julii collocant? Ceterum S. Martini noſtri antiquam venerationem abunde probant bina hæc Martyrologia claſſica, quibus codices Uſuardinos auctiores cum aliis recentioribus Martyrologiis ſubnectemus, quos inter Bruxellenſis, editio Lubeco-Colonienſis, Grevenus & ex eo Caniſius ipſa ferme Adonis verba immutata referunt: ut & Florarium Miſſ. in quo adjectus annus nec legi poteſt, nec ſi poſſet, quidquam ſignificaret.*

Quid Galeſinius & Sauſſayus.

10 *Paulo uberior eſt phraſis Galeſinii ita ſecundo loco ſcribentis:* Viennæ, S. Marini Epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli, qui beato Zachariæ Martyri in epiſcopatu ſuccedens, cæleſti doctrina & præclara fidei confeſſione eluxit. *In notatione recte monet legendum* Martini; *ſed unde* annum Chriſti XCIV ſub Nerva Trajano *eruerit, plane ignoro. Satis veroſimile eſt, ex Galeſinio in Romanum tranſiſſe, ſed compendioſa periodo:* Viennæ, S. Martini Epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli. *Nemo plura verba dedit quam Sauſſayus ſolita ſua elegantia:* Viennæ Allobrogum, tranſitus S. Martini Apoſtolorum diſcipuli, civitatis hujus Epiſcopi ſecundi. Is quem ferunt Chriſtum in Cruce pendentem & patientem pro ſalute noſtra, oculis propriis conſpexiſſe. Ex Oriente in Occidentem progreſſus, cum Paulo gentium doctore Romam venit; Petri jam præconio euangelico illuſtratam; ubi ſuſcepta ab ipſis fidei principibus, prædicandi in Gallia auctoritate, cum Vero, ſibi dato ſancti muneris ſubſidiario, variis in locis Viennenſi & Celticæ Galliæ, ſalutis verbum diſſeminavit. Deinde Zacharia, Viennenſis eccleſiæ Pontifice, qui prima fuit in Gallia fidei victima, ob pietatis aſſertionem, nobili agone laureato, Viennam, ut diſperſas oves ſolaretur, profectus, epiſcopatum ibidem iniit glorioſum, tamdiuque ibi hæſit, Chriſti gloriam gregiſque ſalutem provehens, qua verbo, qua ſignis & apoſtolica converſatione, donec decurſo ſtrenue euangelicæ prædicationis officio, tandem ſub Trajano principe, placido fine obdormivit; atque Chriſti primariis præconibus in cælis ſociatus, perfuncti ſanctiſſime muneris per-

D

E

cepit, ſacrâ bene exactâ militiâ, æternum donativum. Cujus nomen in benedictione permanens, ſacris ex tunc diptychis aſcriptum, condigneque honoratum cultu, tanti herois memoriam perennavit glorioſam.

Qua ratione Viennenſes Epiſcopi

11 *In hujuſmodi locis communibus reliquos omnes Martyrologos longe antecellit Sauſſayus: ſed de priſco* S. Martini *cultu, jam ſatis diximus; liceat poſtremum conjectura ſaltem aliqua non omnino inveriſimili, ita primos Viennenſes Antiſtites diſponere, ut inepta & abſurda omnia prorſus eliminentur. Dent nobis hodierni dubitantes,* Creſcentem *in Gallia atque adeo Vienna fuiſſe, ut illuſtriſſimus de Marca, in celebri ſua ad Henricum Valeſium epiſtola, aliique viri doctiſſimi ſatis probabiliter evincere conantur, quidquid obluctentur alii: non continuo ſequitur, Zachariam in Viennenſi cathedra ipſi immediate ſucceſſiſſe, quemadmodum hodie de vacantibus ſedibus diſponitur: nemo tam ſcrupuloſe primorum Epiſcoporum aut exitus aut ſucceſſiones uſpiam diſcuſſit. Fuerit porro à Creſcente, in Galatiam profecto, ſecundus* Zacharias, *extremis Trajani temporibus (quod cum Adonis Chronico nequaquam pugnat) circa annum* CXV *martyrio affectus, cui ſi cum Lievræo annos totos* XLII *epiſcopatus tribuere fas ſit, ordine retrogrado ad annum Chriſti* LXXIII, *facile cum Creſcentis diſceſſu combinandum aſcendemus. Jam vero S. Zachariam ſecutus poſtea* Martinus *noſter, annis aliquot regnante Adriano ſederit, pertigeritque ad tempora S. Alexandri Papæ I, ſub quo aut in pace depoſitus, aut forte martyrio coronatus, locum ceſſerit Vero, qui* Adriani (*non* Trajani *ut diximus*) temporibus doctrina & confeſſione fidei florens (*ſic enim Adonis Chronicon reſtituendum putamus*) *rectiſſime dici poſſit ad S. Pii I pontificatum ſupervixiſſe, atque adeo reſcriptum illud accepiſſe, de quo inter eruditos controvertitur.*

F

ordinari poſſe videantur.

12 *Sic equidem exiſtimo, ſcabritiem omnem, quæ in ſcriptis Viennenſibus lectores offendit, aliquantulum lævigari & explanari poſſe. Si ea non placent, accuratius aliquid reperi, quod ſubſtituas. At verò eo pacto non tam commode poterit Martinus dici Apoſtolorum diſcipulus, aut Chriſtum vidiſſe in Cruce pendentem &c. Apage minutias fortaſſe heri excoguatas. Audiant me, obſecro, Vienneſes*

A *nenſes, nec patriæ fumo abrepti de iſtis circumſtantiis litigent, ſed opportuno munere contenti, quæ recentius inventa ſunt, ultro deferant, idque adeo facilius, quod ſatis vulgata acceptione Apoſtolorum diſcipuli intelligantur, qui cum primis apoſtolicis viris converſati ſunt. Si paradoxis nimium delectentur, doceant ipſi, à quibus Apoſtolis, poſt SS. Petri & Pauli martyrium, Martinus & Verus Viennam deſtinati ſint: multum profecto in eorum gratiam eviciſſe videbor, ſi ipſorum Præſulum ſeriem ad Apoſtolorum tempora non adeo incongrue perduci poſſe oſtendero. Sequentium ætatem & ordinem elucidare ac ſtabilire, hujus loci non eſt; viam ſternimus, quam ſi Viennenſes ingredi voluerint, ſecuriori methodo ſuorum Paſtorum catalogum digerent, quam Boſcius, Lievræus & alii hactenus fecerint, vix uſquam ſibi coherentes. Hæc occaſione S. Martini dicta ſint ſatis.* AUCTORE J. B. S.

DE SANCTIS MARTYRIBUS BRITANNIS
JULIO, AARON ET SOCIIS. J. B. S.

COMMENTARIUS HISTORICUS
De hodierno cultu & martyrii tempore.

CIRCA AN. CCCIII.

DE *Lichfeldienſibus Martyribus agens* 11 *Januarii* Bollandus, *eos inter, etiam duos hos noſtros complexi viſus eſt, qui utut antiqui ſint, ab ipſo Venerabili Beda in Anglorum hiſtoria celebrati, in nullo tamen claſſico Martyrologio, ſeorſim à S. protomartyre Albano, multo minus hoc die recoluntur; quodque magis mirere, nec Beda ipſe in ſuo Martyrologio, etiam ut à Floro aut à quibuſcumque aliis auctum eſt, Julii noſtri aut Aaronis meminit. Eſt igitur Ado unus unicus inter antiquos, qui ipſos nominaverit* XXII *Junii, ſub finem elogii ſancti Albani, hiſce verbis:* Quo in tempore perſecutio crudelis, Oceani limbum tranſgreſſa, etiam Aaron & Julium Britanniæ, cum aliis pluribus viris ac feminis felici cruore damnavit. *Atque hæc prima & ſola duorum Martyrum noſtrorum memoria eſt, eaque mere adjectitia, quæ in ullis vetuſtis Faſtis uſquam recurrat. Quid quod nec in ullis Hieronymianorum, Adonis aut Uſuardi auctariis notati ſint? Quæro unde hac* 1 *Julii Martyrologio Romano inſerti fuerint? In Baronii notatione citantur* vetera manuſcripta, *ſed quæ aut qualia ea ſint, nuſquam dicitur. Ego ſincere fateor, me in ingenti noſtra plurium voluminum collectione nullum invenisse, in quo Julii aut Aaronis nomina appareant.*

B *Ab Adone laudati ſunt 22 Junii,*

C *ſed qui primus ipſos hoc die retulerit,*

2 *Inter omnes auctariorum Uſuardinorum compilatores principem locum tenet is, quem Hermannum Grevenum Cartuſianum appellare conſuevimus, quique hoc die ita legit:* Aaron & Julii Martyrum, cum aliis pluribus. *Eum ſecutus Molanus, in prima ſua editione addidit typis minoribus:* Aaron & Julii Martyrum, cum aliis pluribus, quorum Beda meminit lib. 1 hiſtoriæ ſuæ. *Cur in poſterioribus editionibus eam annuntiationem abeſſe voluerit, non divino. At ex his auctariis non videtur accepiſſe Baronius; neque inducor ut credam, Galeſinium ei præluxiſſe, cujus hoc eſt elogium:* In Legione Auguſta, ſanctorum Julii & Aaron, qui rerum, quas Albanus Martyr divinè fortiterque geſſerat, admirabilitate obſtupefacti, falſis diis repudiatis, Chriſtianæ fidei adhæſerunt, in cujus confeſſione, virtute admirabili conſtantes, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, martyrium ſtrenue ſubierunt. *Hæc à Baronii phraſi, qui Bedam ferme deſcribere maluit, nimium diſtant. Ab utroque differt brevius Caniſii elogium, uti & longius Anglicanum in Martyrologio proprio, annis* MDCVIII *&* MDCXL *impreſſo, & alia, quæ iiſdem vel ſimilibus terminis concepta, fruſtra hîc ſæpius repeterentur.*

3 *Peregrinum eſt, quod in codice Uſuardino Pulſanenſi hoc die legitur:* Paſſio ſanctorum DCCC Martyrum, qui tempore Diocletiani, in Verolanio civitate paſſi ſunt: *Nam hi certe ad* XXII *Junii pertinent, ubi videndus commentarius ad Acta ſancti Albani, & noſtra ad Uſuardum obſervatio. Quiſquis vero primus in Kalendas Julii duos noſtros Martyres intulerit, puto Caſtellani obſervationem non multum à vero abludere, dum ait, Aaronem hunc Anglum cum ſocio & ſociis, ex ſynonymia nominis cum Aarone ſacerdote Leviticо, hoc* 1 *Julii relatum eſſe, quemadmodum alibi factum, non ſemel in Actis noſtris demonſtratum eſt. De cetero non verebor aſſerere, Equilinum Præſulem, liberalem alias dierum diſtributorem, cum alterum Aaronem hoc die collocatum reperiſſet, abſque longa tergiverſatione, juniori quoque Anglico & ſociis cultum determinaſſe, rotunde ſcribens;* triumphatorum cæleſtium numero ſociatos CAL. JULII. *Atque ex hoc fonte hauſiſſe reliquos, jam citatos recentiores Martyrologos, & Baronium ipſum, pluſquam veroſimile exiſtimo. Verum de his dicta ſufficiant.* videtur fuiſſe Petrus Equilinus. E

4 *Antiquior eſt horum Sanctorum certa & ſolida laus apud Bedam libro* 1 *hiſtoriæ cap.* 7, *dum ad calcem paſſionis ſancti Albani Anglorum protomartyris adjungit:* Paſſi ſunt ea tempeſtate Aaron & Julius, Legionum urbis cives, aliique utriuſque ſexûs diverſis in locis perplures; qui diverſis cruciatibus torti, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati, animas ad ſupernæ civitatis gaudia, perfecto agone, miſerunt. *Hæc tota & vera, quæ quidem à Gildæ ſapientis tempore ad nos pervenerit, Julii & Aaronis hiſtorica laudatio, ex qua mox patebit, contractum eſſe Romani moderni encomium, quod ſupra dicebam à Baronio, Petrum Equilinum ſecuto, phraſi Galeſinianæ antepoſitum, his verbis:* In Britannia, ſanctorum Martyrum Julii & Aaron, qui poſt ſanctum Albanum, in perſecutione Diocletiani paſſi ſunt: quo tempore ibidem quamplurimi diverſis cruciatibus torti, & ſæviſſime lacerati, ad ſupernæ civitatis gaudia, conſummato agone, pervenerunt. *Videtur Baronius à paleſtra nominanda quaſi conſulto abſtinuiſſe, quamvis eam Beda expreſſerit. Martyrologium Anglicum editionis* MDCVIII *vocat* Carleon *ad Oſcam fluvium, in Cambriæ provincia, vulgo* Soutwales: *poſterior anni* MDCXL, Caerline *vel* Caer-legion; *quæ ſatis eſt verbo notaſſe. Plura vide apud Camdenum pag.* 489 *circa finem.* De iis Beda in hiſtoria, ex quo Baronii elogium: F

5 *Legenda Capgravii ſolam de noſtris Martyribus Bedæ epitomen tranſumpſit fol.* 8 *verſo, col.* 2; *Equilini alii rem paraphraſtice reddiderunt, veluti landa-* alind in dicto Equilini catalogo

AUCTORE J. B. S.

tus Equilinus lib. 6 cap. 35 : Aaron & Julius urbis Legionum, quæ eſt civitas in Britannia, cives, & alii plures Martyres utriuſque ſexus, in eadem civitate paſſi ſunt ſub perſecutione Diocletiani & Maximiani; qui propter multa & inſignia miracula, quæ in paſſione beati Albani Martyris oſtenſa ſunt, ut ſupra in ejus paſſione actum eſt XI Kal. Julii, converſi ſunt ad Chriſtum, & pro ejuſdem fidei ac confeſſionis gloria, & ipſi ab infidelibus martyrium paſſi, triumphatorum cæleſtium numero ſociati Cal. Julii. *Simile ferme corollarium ex Floribus hiſtoriarum refert Uſſerius pag. 167, ſed multis id genus laciniis deſcribendis hîc non immorabor diutius, omnia complecti videtur Alfordus noſter in Annalibus ad annum* CCLXXXVII *à num. 28, ubi præmiſſo Albani ſociiſque Heraclii militis martyrio, poſt longam de Amphibalo ejuſque anonymis comitibus inſtitutam quæſtionem, tandem de noſtris ita proſequitur :*

Sed melius adducitur Alfordus,

6 Illa vero Britanniæ pars unde Amphibalus oriundus, ſervavit paulo melius concivium ſuorum Martyrum memoriam : nam ibi Julius & Aaron, ut hac Diocletiani & Maximiani perſecutione, paſſi memorantur. Olim illi, cum domi litteris & rerum divinarum meditationi vacaviſſent ; ipſum Chriſtianæ religionis

B

fontem Romam (quod ſæpe antea à Britannis factum) petiverunt. Teſtatur hoc Balæus, cognomento Apoſtata, Romani nominis & Eccleſiæ hoſtis, qui ita de illis ſcripſit : [Julius & Aaron famigeratæ Legionum urbis (ita Iſca Silurum appellatur, ubi Legio ſecunda) civeſ præclari, & Amphibali Martyris in Chriſto diſcipuli, pietatis ornamenta plane illuſtria in Britannia fuerunt : non ſolum in ſua patria litteris obnixe invigilabant, ſed & exteras nationes, pro bonis artibus addiſcendis petebant, Romæque potiſſimum ſtuduiſſe leguntur. Inde inſigniter eruditos fuiſſe illos, Britannica paſſim narrat hiſtoria] Ita ille. Jam vero ſi eorum fidem excutias ; cum Romæ potiſſimum ſtuduerint, & Martyris Amphibali diſcipuli fuerint ; crucem enimvero, Sanctos, Sanctorumque reliquias, & principem

C

urbem in omni religionis ritu illos coluiſſe, atque ita non minus Romanæ fidei, quam Britanniæ noſtræ illuſtria fuiſſe ornamenta, certum eſt.

alios refutans

7 *Sic recte Alfordus, argumento, ut ajunt, ad hominem, Balæum apoſtatam ſuomet gladio jugulat ; mallem ego, ipſam ejus narrationem accuratius diſcuſſiſſet, aut ſaltem docuiſſet, qua ſit illa* Britannica hiſtoria, *ex qua Balæus periocham ſuam adornavit. Sane Gildâ & Bedâ antiquiorem non ſomniaverit ; atqui ipſi de tota ea peregrinatione ad exteras nationes, ipſamque urbem Ramanam, deque Amphibali diſcipulatu, nec verbo meminerunt, quanam igitur auctoritate niti poteſt ſpecioſa Apoſtatæ commentatio ? Subjungit Alfordus*, laudari etiam hoſce Martyres à Joanne Fox, *ſed qui in eo fallatur*, quod vocet eos cives Verolamienſes, quos Gildas & Beda Legionum urbis cives appellant. *Sic alii ſcriptores Angli alia comminiſcuntur, quos cum Balæo & Foxio ad Bedæ textum remittimus, qui in citatis Annalibus ſequitur, à nobis ſupra relatus. Hic ſolus eſt, qui verus & genuinus dici poſſit ; cui adde verba Gildæ, quod* ſumma magnanimitate in acie Chriſti perſtiterint. *Hinc vero ſtatue, ſub numeri* 28 *finem rectiſſime obſervaſſe laudatum Alfordum, nihil* aliud exſtare de genere mortis aut geſtis eorumdem.

D

8 Ceterum (*ſic pergit Alfordus*) antiqui Britanni, non minus hos duos, quam Albanum & Amphibalum erectis aris templiſque coluerunt. Et imprimis Legionum urbs, ubi nati & defuncti vita ſunt, eorum ſacra corpora, ſtructa deſuper eccleſia, honoravit, ut teſtis eſt Giraldus Cambrenſis in itinerario, ubi de Legionum urbe agens ; [Jacent hîc, inquit, duo nobiles, & poſt Albanum & Amphibalum præcipui Britanniæ majoris proto-martyres, & ibidem martyrio coronati ; Julius ſcilicet & Aaron, quorum uterque eccleſiam in urbe inſignem habebat, ſuo nomine decoratam. Tres enim egregiæ in hac urbe Legionum antiquis temporibus fuerunt eccleſiæ. Una Julii Martyris, virgineo Deo dicata, regularium choro venuſtata. Altera vero beati Aaron ſocii, ejuſdem nomine fundata, & canonicorum ordine præclaro nobilitata. Tertia vero metropolitana ſede Cambriæ totius inſignita.] *Hæc apud Alfordum Giraldus, in quo ex Galfrido Monemuthenſi paucula carpit Uſſerius pag.* 168, *verum, cum ad Sanctos noſtros eorumve cultum non ſpectent, neque ad nos pertinet ea examinare Verba ex Giraldo Cambrenſi accepta, aliter à Camdeno pag.* 490 *referuntur, eadem tamen ſententiâ, quouſque ad Sanctos noſtros ſpectat. Fontem conſulat, qui alia quærit.*

& rem explicans.

E

Quæritur quo anno paſſi ſint.

9 *Opportunius hîc quæreretur, quo anno martyrium paſſi ſint glorioſi noſtri pugiles, ſiquidem aliquid affulgeret, quo id certo & indubitate determinari poſſet. Ad annum* CCCIV *ſub initium magnæ perſecutionis Diocletianæ, Lichfeldienſes ſuos* 11 *Januarii revocavit Bollandus, Henſchenius autem Albani ſociorumque paſſionem ſignavit anno* CCCIII. *Repugnat Alfordus, cum receptiori à tanto tempore Anglorum traditione pro anno* CCLXXXVII *decertans. At enim Majorum noſtrorum opinionem præferendam cenſemus ; cum enim Beda illam perſecutionem clariſſimè denotet,* quæ omnibus fere anteactis diuturnior atque immanior fuit, *utpote quæ* per decem annos (*ut ibi ex Oroſio Beda deſcribit.*) incendiis eccleſiarum, proſcriptionibus innocentum, cædibus Martyrum inceſſabiliter acta eſt, *dubitandum non eſt, quin ad ultimam reſpiciat, anno* CCCIII, *menſe Februario Nicomediæ inchoatam ; hæc autem cum in Britannia brevi ſopita fuerit ; Albani, Amphibali ac proinde Julii, Aaron ſociorumque martyrum anno illi* CCCIII *veroſimillime adſcripſit Henſchenius, eſtque etiam Baronii ſententia, ab Uſſerio contra populares aſſerta pag.* 147. *Tillemontius rem dubiam facit tomo* 4. *pag.* 738, *ſed de his pluribus diſputare ſupervacaneum eſt.*

F

DIE PRIMA JULII
DE SANCTIS
CASTO ET SECUNDINO,
EPISCOPIS ET MARTYRIBUS
SINUESSÆ ET CAJETÆ IN CAMPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. B. S.

§. I. De Synonymia Sanctorum Casti, Secundini & Cassii in Campania & Apulia.

1 JULII. B

Henschenii dubitatio de Synonymis Sanctis

Odefridus Henschenius ad XXII *Maii agens de* Casto & Cassio Episcopis Martyribus in Campania, *nonnulla refert ex Michaëlis Monachi Sanctuario Capuano, quæ abunde probent, duos illos Sanctos magis ad urbem Soranam, quam ad Capuanam pertinere. Lectiones autem* ex Breviariis Capuanis antiquis *de sanctis Casto & Cassio, ibi producere noluit Henschenius*, quia manifestum est, *inquit*, eas esse verbotenus contractas ex prolixioribus Actis, nobis Cajeta transmissis, Sanctorum Casti & Secundini, Sinuessæ passorum, proferendis ad primum Julii, quo coluntur. *Hoc à nobis infra examinandum erit. Pergit Henschenius :* Hos igitur relinquentes Cajetanis, damus Soranis, eos, qui nunc (XXII *Maji*) coluntur, ut diversos, quamvis non sine scrupulo, non quidem quoad Sanctos SECUNDINUM ET CASSIUM, quos satis sua distinguunt nomina, sed quoad CASTUM, metuentes ne sit unus idemque, & divisis in plures urbes reliquiis, in uno loco junctus sit Cassio, in altero additus S. Secundino, communi utrobique festo, cum hoc & cum illo colatur. *Sic tum prudentissime censuit Henschenius, mentem apertius expressurus, si ad* 1 *Julii* pervenisset, *collatisque Actis deprehendisset, quæ hîc paulo fusius ex professo nunc expendenda sunt.*

magis exponitur.

2 *Ut Majorum vestigiis insistens, rem omnem à fundamentis excutiam, primùm propono obscura fontium capita, ex quibus multa confusionum seges promanavit. Disquisitionis principium sit, quot* Casti, *quot* Secundini, *quot* Cassii *in Campania felici lociſque finitimis colantur, ut Capuani, Sorani, Beneventani, Cajetani, Trojani, aliique, quorum interest, sereno & pacato animo secum ipsi dispiciant, singuline synonymum Sanctum, ut proprium, corpusque ejus integrum habeant, atque adeo, pro variarum urbium cultu, Sancti ipsi diversi statuendi sint; an potius pacificè inter se transigere velint, ut unius ejusdemque Sancti notabilem partem possideant, sicque tam variè distracti in illis partibus* Casti, Secundini & Cassii *fortasse ad tres dumtaxat reducantur, saltem ex iis unicus* Secundinus *ut summum geminetur. Nolim ego inter ipsos arbitrum agere, sed cum eruendæ veritatis, ad Dei Sanctorumque gloriam partes susceperim, monumenta eorum examinando, sic litis totius momenta librabo, ut eam ipsi, aut qui inter ipsos intelligentiores sunt, harumque rerum periti, haud difficulter queant dirimere.*

C

3 *A* Casto *sumamus exordium, cujus nominis multiplicandi, si uspiam ratio afferri possit, ea certe ex Hieronymiani Martyrologii apographis accersenda esset, ex quorum densissima Martyrum silva, plures synonymi Casti Campaniæ vindicari possent, si ulli ad Campaniam pertinere reperirentur. Invenio illic post accuratum examen, sub* Casti *nomine diversos Martyres ferme viginti, variis diebus relatos, sic tamen, ut ex iis omnibus nec unus unicus sit, quem in Campania passum ausim asserere. Occurrunt* XXII *Maii* Castus & Æmilius, *qui in aliis item Martyrologiis, ut in Usuardo nostro videre est, tamquam à Cypriano laudati memorantur. Eadem ipsa nomina cum Marcello & Saturnino Capuæ adscribuntur* VI *Octobris, quo die probabilissimè opinatur Baronius, eos Sanctos non Capuæ passos, sed ex Africa sub Wandalis eorum corpora eò translata, ut etiam in observationibus Usuardinis cursim insinuavi, nisi magis placeat conjectura Florentinii, ex vetustissimo Epternacensi, Castum & Æmilium in Apulia recensente, qui forte eo pacto, tamquam ab Africanis diversi, regno Neapolitano asseri possent.*

Inter varios Castos Martll. Hieron.

E

4 *At enim, sive* in Africa, *sive* in Apulia, *sive* in Capua *passus dicatur sanctus* Castus, *qui regni Neapolitani proprius sit; id prorsus indubitatum est, eum unum, solum & unicum esse, cujus memoria in ullis antiquis ecclesiasticis Tabulis consignata sit. Atque hinc egregie confirmatur Henschenii opinatio*, metuentis ne sit unus idemque, & divisis in plures urbes reliquiis, in uno loco junctus sit Cassio, in altero additus S. Secundino. *Etenim recentioris ævi esse conjunctiones illas, nunc Casti cum Cassio, nunc Casti cum Secundino, luce meridiana clarius ostendunt, quæ diligentissime evolvi Martyrologia antiqua omnia, quæ excussi eorum auctaria, quæ consului recentiora quantumvis aucta & Sanctis referta; in quibus nusquam occurrit vestigium hujusmodi sociationis, sive Casti & Cassii, sive Casti & Secundini, nec sub Martyrum, nec sub Episcoporum, nec sub Confessorum titulis. Sola Kalendaria Capuana, nescio cujus ætatis, auctoritatis aut fidei, retulit Michaël Monachus, in quorum tertio legitur* XXII *Maii :* Castii & Cassi, *in quarto & quinto :* Casti & Cassii : *quidquid autem operosissime quæsiverim, nullum Martyrologium reperi, Romano moderno antiquius, in quo* Castus & Secundinus *simul combinentur, non solum non* 1 *Julii, sed nec ullo totius anni die. Hæc de Casto.*

unicus in regno Neapolitano.

F

5 *Porro nomen* Secundini (*ut taceam* Secundos & Secundianos) *frequens etiam est in vetustis classicisque Martyrologiis, imo in Hieronymianis* Secundini *Martyres in Africa passi memorantur* XIX & XXI *Februarii ac* XVI *Novembris : aliis locis* XXX *Aprilis,* V *Julii,* VIII *Augusti*

Quid de Secundinis.

AUCTORE J. B. S.

& XIII *Septembris : inter quos ſolus ultimus cum Feliciſſimo* in Apulia *ponitur, quique proinde ſolus ut popularis Martyr, regno Neapolitano tribui queat : ſalvo ſemper effugio de* Secundinorum *corporibus ex Africa eo quoque delatis, quæ multiplicandis* Secundinis *occaſionem præbuerint ; præterquam quod è ſancti Priſci ſociis, cum eo ex Africa pulſis, Secundinus aliquis fuiſſe dicatur apud Monachum pag.* 68, *de quo pagina ſequenti ita ſcribitur :* Secundinus habet etiam hodie plures eccleſias parochiales : unam in pago ejuſdem nominis ; alteram in pago Bellonæ ; tertiam in Sabiniano ; & olim aliam in territorio Caſtelli ad mare. *In Commentario prævio de ſancto Caſtrenſe ad* XI *Febr. pag.* 524, *dubitatur, an Priſci ſocii Epiſcopi fuerint, & pag.* 530, *videtur Secundinus, Priſci & Caſtrenſis ſocius, Troiæ ut Epiſcopus præfuiſſe, non Martyr ſed Confeſſor.*

6 *Si itaque Secundinus prior cum Feliciſſimo compoſitus, Martyr dicendus ſit, habeo Secundinos ſaltem binos, quos nemo Campaniæ vel Apuliæ merito recuſare queat, Martyrem unum, alterum Epiſcopum Confeſſorem. Quæro, an ab iis diverſi ſint, quos refert Monachi Kalendarium quartum, ſic legens* XXI *Maii :* S. Secundini Martyris *l.* 3 ; *item* XXVIII *Maii :* S. Secundini Epiſcopi *l.* 3. *Quæro præterea, quos Secundinos nobis proferat*

B *Uſuardus Vaticanus ſub num.* 5949, *qui fuit eccleſiæ Beneventanæ ; ſic ſcribens primo loco* VI *Maii :* Natalis S. Secundini Epiſcopi & Confeſſoris, in S. Sophia. Eodem die, S. Secundini Martyris. *Fallor, ni hîc mecum ſentiant regni Neapolitani indigenæ, ſaltem eruditi, eoſdem prorſus eſſe qui in iſtis duobus codicibus, Kalendario Michaëlis & Uſuardo Vaticano, quamquam diverſis diebus, ob varias cauſas, recenſentur ; idque adeo tanto pronius, quod in Monacho locus non apponatur, ubi aut cultum peculiarem habeant, aut corpora ſerventur. Jam vero & in aliam partem facile conſenſuros opinor, nempe Secundinos numero præcedenti relatos, cum Beneventanis confundendos eſſe. De Secundino noſtro hodierno, cum Caſto copulato, id ſolum reſtat, Cajetanos, Beneventanos, Trojanos Capuanoſque amicè rogem, patiantur me hîc cum Henſchenio ad diviſionem reliquiarum recurrere, quæ cauſa fuerit, Sanctum unum aut duos, in plures alios ſynonymos partiendi.*

ſentiendum ſit,

7 *De* Caſſio *non eſt quod hîc operoſius diſputem, niſi ut totam hanc de trium Sanctorum multiplicatione aut confuſione controverſiam una opera elucidem. Eſt in Hieronymianis* Caſſii *nomen, ſex ferme locis, ſed ubique, quemadmodum ſupramemorati* Caſtus & Secundinus, *ita aliorum Martyrum turmis, loci plerumque ſatis incerti, immixtum, ut ſaltem in Campaniam vel Apuliam pertrahi omnino nequeat. Uſuardus inter Damaſcenos* Caſſium *aliquem habet* XX *Julii, eumque ex Hieronymianis per Adonem acceptum. Alium recitat cum Florentio* X *Octobris : ſed hic æque quidquam cum Campania aut Apulia commune habet. In auctariis ſolus denuo Vaticanus ſub num.* 5949, *de aliquo Caſſio in Campania ſic loquitur* XXII *Octobris :* Beneventi, natale S. Caſſii E-

quid de Caſſio.

C piſcopi, in ſancta Sophia. *Qui ab Henſchenio alicubi refertur* Caſſius *ex Martyrologio Caſinenſi* XXI *Junii, non eſt* Caſſius, *ſed* Caſtus, *cum aliis Martyribus conjunctus. Habes igitur Caſſium unicum ex mero Beneventano auctario, de quo, vel ſolo, vel cum Caſto conjuncto ; vel de parte, vel de toto, velim inter ſe conveniant citati ſupra Capuani, Sorani, Beneventani aut alii, apud quos ſingularem venerationem obtinuit. Jam eò progredimur, quò nos vocant* Caſtus & Secundinus, *in titulo propoſiti.* D

§. II. De Caſti & Caſſii ; item Caſti & Secundini exornatis Actis, male confuſis.

Sanctos noſtros primus Baronius

Jam dicere cœpi par illud Sanctorum, Caſti & Secundini, *quantavis diligentia, quantovis ſtudio adhibito, nuſquam ita combinatum inveniri à me potuiſſe in ullo Martyrologio, præterquam in ſolo Romano moderno, à Baronio præcipue recognito, ex quo in Ferrarii Catalogum Sanctorum Italiæ adoptati ſunt. Plane ſuſpicor, nonneminem Cajeta oriundum, tumque alicujus forte in Curia Romana auctoritatis, monumenta eccleſiæ ſuæ, quæ infra dabimus, & forte alia momenti non majoris, Baronio exhibuiſſe, unde incognitis antea Sanctis locus in Martyrologio datus ſit. Quid igitur magis obvium erat, quam ex ipſius notatione lucem quærere, quæ confuſionis inter Caſtum & Caſſium, Caſtum & Secundinum tenebras diſpelleret. Verum ecce novas nebulas, ſpinas & ſcopulos offendo, quæ me vel invitum cum illuſtri Annalium eccleſiaſticorum parente committant. Cogor, quæ vera ſunt dicere, ſed dicam, quam potero modeſtiſſime, videri mihi, ipſam ejus notationem manifeſte probare, virum eminentiſſimum, non ſatis diſtincte perſpexiſſe, quos demum Sanctos primus ipſe & abſque exemplo, Martyrologio Romano ſupperadderet.* E

Martyrologio inſeruit,

9 *Liceat mihi Baroniana notationis verba hîc deſcribere, & cum erudito lectore ad ſinceram veritatis lancem appendere. Sic de Caſto & Secundino obſervat :* Petrus Diaconus biblioth. monaſterii Caſſinenſis in lib. de vir. illuſt. cap. 29 hæc ait : Benedictus, qui & Guaipherus, ſanctitate & religione conſpicuus, ſuavis eloquio, ingenio magnus, & ſermone facundus, ſcripſit ad Trojanum Epiſcopum, vitam ſancti Secundini, & cantum ejus & ſermonem & hymnos de eodem. *Citationem admitto, ſed quam accuratiorem legi malim ex Leone Oſtienſi in Actis noſtris Tomo* 2 *Februarii pag.* 530. *Utcumque ſit, non vitam Secundini ſcripſit Guaiferius, ſed hiſtoriam inventionis, ut citato Actorum loco videre eſt. At quidquid ſcripſiſſe dicatur, prorſus non video, quorſum iſta hoc loco à Baronio adducantur ; neque enim de Caſto & Secundino Sinueſſanis vel Cajetanis Martyribus egit Guaiferius, ſed de Secundino Epiſcopo Trojano, eoque Confeſſore, quem ex mente Cajetanorum à ſuo illo Secundino, Caſti ſocio, oportet eſſe diverſiſſimum. Auſimne divinare, ſuboluiſſe Baronio identitatem aliquam utriuſque Secundini, quam expreſſius declarare ſubterfugerit?* F

in notationibus

10 *Pergit Baronius :* Rurſum etiam (*Petrus Diaconus*) cap. 32, hæc ait : Gregorius Taracinenſis Epiſcopus, parvulus & ipſe in Caſſino oblatus, memoriâ tenax, ingenio vivax, tantæ fuit gravitatis, ſuavitatis & eloquentiæ, ut à nonnullis columna diceretur Eccleſiæ : ſcripſit paſſionem Sanctorum Caſti & Caſſii *&c. Nempe ſanctorum, qui qualeſcumque fuerint, octingentis minimum annis ipſum præceſſerant. Acta illa ſunt, niſi vehementiſſime fallor, quæ à Majoribus noſtris* XXII *Maii rejecta, tamquam ex paſſione ſanctorum Caſti & Secundini verbotenus deſumpta, quæque Gregorio magnam laudem non peperere, niſi inde excuſetur, quod potius laudationem encomiaſticam ex locis Martyrum*

A *rum communibus & pervulgatis contextam, quam Acta aliqua ad veritatem exacta prædicare voluerit. Sed quid hæc iterum à Baronio recitantur? Quid* Casto & Cassio, *qui Capuæ, Soræ & alibi coluntur, cum* Casto & Secundino, *quos ipse in Martyrologio Sinuessæ adscribit? Dices, Castos in unum conflasse Baronium; id quidem satis verosimile est, sed cur non apertius pronunciatum? Certe aut nihil dicit ejus notatio, aut hoc dicit, & ut adæquata sit, debet Secundinus pro Cassio ab ipso fuisse suppositus.*

non satis accuratus.

11 *Ad Castum & Secundinum propius spectat quod in citata notatione sequitur:* Habemus, *inquit Baronius*, Acta eorumdem Martyrum, incerto auctore, quæ recepimus ab ecclesia Cajetana. Est illorum exordium: Postquam beatissimi *&c. Imo incipiunt:* Igitur postquam beatissimi *&c. Et in his quidem nomina Casti & Secundini reperiuntur. Subdit:* Et sermonem de iisdem, cujus est exordium; Hodierna die solennitatem *&c. Nova & apertissima confusio. Habemus & nos manuscriptum utrumque, primum ab ecclesia Cajetana; secundum Capuâ per P. Antonium Beatillum accepta, quod postremum etiam*

B *apud Monachum exstat, in Capuano Sanctuario à pag. 504: utrumque infra dabimus. Ad postremum quod attinet, requirat hic rursus aliquis Baronii diligentiam, quod sermonem de Casto & Cassio, in horum laudem à Gregorio Tarracinensi compositum, Casto & Secundino, aut inadvertenter, aut studiose tribuendum censuerit: nisi fortasse, ut suspicionem meam denuo aperiam, sub obscurioribus involucris, id insinuare voluerit, quod apertius explicare temporum ratio, aut nescio quæ alia causa non patiebatur.*

Unde acta coaluerint,

12 *Fatendum certè omnino est, idque pridem vidit Henschenius, totum illum qualemcumque sermonem*, ex antiquis Breviarii Capuani lectionibus, *in festivitate Casti & Cassii alicubi à Gregorio pro concione dictum, Actis cajetanis Casti & Secundini plane consonum esse, solaque brevitate ab iis distinctum, & ea propter à laudato Henschenio ad hunc diem rejectum. Recte quidem, cum utriusque orationis eadem sit sententia; verumtamen in eo Henschenium falli existimo, quod* antiquas Breviarii Capuani lectiones *ex prolixioribus Actis Cajetanis excerptas putaverit, ut passim usuvenit, dum longiores historiæ cum brevioribus*

C *comparantur. Hic ego oppositum deprehendi, nam Actorum Casti & Secundini compilator, Gregorii Tarracinensis sermonem de Casto & Cassio præ oculis habens, nihil aliud operæ contulit, quam ut eumdem longioribus dialogis, miraculorum narrationibus, tormentis prodigiisque, pro ævi sui ingenio licentiaque exornatis, mere amplificaret, ut brevi pluribus edocebimus.*

à Ferrario contracta,

13 *Aliam præfatorum Casti & Secundini Actorum, sed genuinam epitomen ex Cajetanis monumentis, proprio marte contraxit Ferrarius, inseruitque ad hunc* 1 *diem Julii Catalogo Sanctorum Italiæ*; ex quibus, *inquit*, plura, ut minus verisimilia, resecata sunt. *Debuit sane adhuc multo plura resecare, ut encomium suum ad aliquam verisimilitudinem reduceret. Ad hæc, historiam satis implexam, magis involvit Ferrarius, dum* VII *Novembris agens de* Casto Episcopo & Martyre Beneventi, Castum & Cassium *Episcopos Africanos facit*, quorum reliquiæ, *sub Wandalis*, in Campaniam delatæ, & in diversis urbibus conditæ *fuerint.* Casti & Cassii *reliquias Capuæ collocat, multis miraculis coruscantes. Tum:* Exstant etiam Casti reliquiæ aliquot Beneventi, ob quas ibi hac die, VII *Novembris*, is colitur; cum Capuæ & alibi XI Kal. Junii Castus & Cassius celebrentur. *Hæc Ferrarius* ex Brev. Capuan, Annot. Baron. ad diem 1 Julii, & Tab. eccl. Benevent. *Quasi ignoraverit*, Castum & Cassium *ita Soræ honorari, ut existiment Sorani, utriusque corpus apud se quiescere. Utut se torqueat Ferrarius ad hæc componenda, nec Soranis, nec Beneventanis, nec Cajetanis, nec aliis satisfacit.* AUCTORE J. B. S.

qui res obscuras

14 *Sic porro observat:* Horum Martyrum (*Casti & Cassii*) Acta in eccl. Cajetana asservari & à Gregorio Episcopo Tarracinensi, cum esset monachus Cassinen. etiam scripta fuisse, testatur Baron. loco citato. Ex quo apparet, Castum hunc, eumdem esse cum Casto, qui cum Secundino Sinuessæ Kal. Julii in Martyrologio Romano passus memoratur, cum tamen ex Actis valde diversus sit. *Nescio an hic obscuritatem studio sectetur Ferrarius, ut ferme supra de Baronio suspicabar. Perpetua æquivocatione implicamur; si rem examinasset, diceret rotunde, Acta quæ sub Gregorii Tarracinensis nomine circumferuntur, sermonem esse, qui quarto loco* E *citatur à Baronio, eumque de* Casto & Cassio, *compendio memorare, quod in Actis Cajetanis de* Casto & Secundino *verbosius deducitur. Ut hoc denuo & semel & satis inculcem; sermo iste à Gregorio Tarracinensi, qui floruit seculo* XII, *in honorem* Casti & Cassii *alicubi dictus fuerit; alius verò, non minus liberalis amplificator, fusius deduxerit, quæ* Casto & Secundino *Sinuessanis, tamquam diversis Episcopis Martyribus applicaret.*

pluribus involvit.

15 *Ferrarium implexa proloqui, patet ex ejus indice, in quo ita habet:* Castus & Cassius Ep. Mart. Capuæ XXII Maii. Suessæ. Alibi 1 Julii. Corpus Cajetæ. *Deinde:* Castus & Secundinus mart. Sinuessæ, seu Suessæ nunc Cajetæ 1 Julii. Corpus in ecclesia Cathedrali. *Ergo uterque* Castus *Cajetæ, ergo unicus* Castus, *cujus corpus, jam non Soræ aut Capuæ, sed Cajetæ dumtaxat depositum sit. Non quæro ubi sit corpus* Cassii, *qui huc non spectat, nec in præfato indice proprium locum habet. Si rem explanare voluisset Ferrarius, quemadmodum* Castos *satis recte in unum confundit, sic &* Secundinum *aliquem quærere debuerat, quem cum Cajetano identificaret. Eum opportune suggessisset Michaël Monachus, supra à nobis laudatus, nempè Secundinum illum Africanum,* F *Prisci Capuani socium, quem Trojanum Episcopum fuisse, & Beneventi atque alibi coli, sine scrupulo dicere poterat. Quin imo aptior erat* Secundinus *alter, quem supra ut Martyrem, forte Felicissimi socium, etiam Beneventi coli ostendimus ex Usuardo Vaticano, qui fuit ecclesiæ Beneventanæ. Præter hos duos* Secundinos, *quos diversos dicere possis, alium ego non novi, quem Sinuessanis aut Cajetanis ut proprium adscribam, nec eum Boronius aut Ferrarius hactenus commonstrarunt.*

Tota res exornata est

16 *Ad Acta provocas; ultro & lubens sequor. At illa* Castum & Secundinum *celebrant, ut glorioſissimos Episcopos, thaumaturgos, omnia fere tormentorum genera prodigiosè superantes, gladio demum in Aquavivensi, vel, si ita vis, in Sinuessana urbe coronatos & quidem* prima die mensis Julii *&c. Lego hæc omnia, miror & obstupesco; sed verisimilitudinem quæro, quam in iis non reperit Ferrarius: quæro, qui Acta* Casti & Cassii *ab Actis* Casti & Secundini *satis distinguat: quæro auctoritatem, quæ saltem alterutram passionem credibilem faciat, quamque frustra à Gregorio Tarracinensi*

AUCTORE J. B. S.

racinenſi repetas, ſeculi XII *ſcriptore. Atque ut demus*, Secundinum *aliquem, aut ex toto, aut ex parte Cajetæ quieſcere; ipſorum erit evincere, diverſum à Secundinis ceteris eum eſſe. Ignoſcant Cajetani veritatem prodere nolenti; ſi Sorani, Capuani, Beneventani, aut alii ex Actis* Caſti & Secundini *extrahant, quod ſuum vel Gregorianum eſt de* Caſto & Caſſio; *ſupererit informis & male contexta dialogorum mirandorumque farrago, quam de quibuſcumque ignotis Martyribus, æque ac de* Caſto & Secundino, *eodem prorſus paſto valeas prædicare. Ex talibus autem documentis diverſitatem aut Caſtorum aut Secundinorum erui poſſe, quis facile perſuaſerit? Falli cupio; ſi Cajetani melius me edocuerint, promptiſſime amplectar, quidquid cum aliqua veriſimilitudine ſuppeditare dignati fuerint. En modo explicatiorem utriuſque paſſionis analyſim.*

& ex aliis Actis acceptâ,

17 Caſti & Caſſii, *Africanorum Martyrum corpora, probabiliſſime ex Africa in Campaniam delata, cum Ferrario exiſtimo; quorum reliquiæ cum in varias eccleſias diſtributæ eſſent, rogaverit earum aliqua Gregorium Tarracinenſem, ut in eorum laudem encomium aliquod concinnaret, quale infra ſubjiciam, terminis generalibus ita digeſtum, ut ſuppoſitis aliis nominibus, peræquè quadret quibuſvis Epiſcopis Martyribus. Placuit, haud dubie, Sinueſſanis & Cajetanis tam opportuna ſubſtructio, ut* Caſto *ſuo &* Secundino *oratoriè amplificata & interpolata adaptaretur, quod nimis quam ſæpe accidiſſe norunt deplorantque, qui in Actis noſtris vel mediocriter verſati ſunt. Recens exemplum, quo iſtiusmodi ingenioſam decorationem contexere rogati ſumus, afferrem in medium, niſi honori parcerem viri cetera inſignis, cui mirum eſt, talem, hoc præſertim tempore, cogitationem in mentem venire potuiſſe. Ego panegyrim voco, totum Gregorii opuſculum, vel, ſi mavis, ſermonem oratorium, ex notis Martyrum paſſionibus coagmentatum, ſex fortaſſe aut amplius ſeculis poſt reliquiarum in Campaniam adventum, vel, ſi in Campania paſſos cupis, certe annis pluſquam octingentis à Martyrum ipſorum glorioſo certamine; ſermonem, inquam, omni prorſus nota hiſtorica deſtitutum, quo eodem vitio plane laborat, amplior illa & interpolationibus diffuſior de* Caſti & Secundini *paſſione enarratio.*

carens omni nota hiſtorica.

18 Notas Hiſtoricas *nomino, quæ de martyrii tempore, loco, altiſque circumſtantiis diſtincte edoceant; ut ſunt Cæſarum, Conſulum aut præfectorum Chriſtianos vexantium nomina; aut ſaltem indicata perſecutio, vel qualiſcumque epocha; item Sanctorum patria, natalis, incolatus, urbs epiſcopalis, ſignaque id genus alia, quæ veritatis inquirendæ materiam ex re nata ſubminiſtrent, quorum certi nihil in toto encomiaſtico præconio, nec in ejus ampliori deductione reperias. Audi porro Gregoriani ſermonis principium* ex antiquis lectionibus Breviarii Capuani, *cum Ms. noſtro collatis.* Hodierna die ſolennitatem beatorum Martyrum, fratres cariſſimi, Caſti & Caſſii celebrantes, debemus potius imitari, quos colimus. Hi ſunt namque viri triumphatores, qui terrena cordis deſideria reſpuentes, ad æterna præmia pervenire meruere gaudentes. Sufficiant ergo nobis ad profectum noſtræ ſalutis, exempla SS. Caſti & Caſſii, qui propter adipiſcendum cæleſte regnum, omnibus ſe dominicis mandatis ſponte reddiderunt, & ita cunctis ſe legibus devinxerunt Redemptoris, ut propter almificam vitam, quam ante vixerant, meruerint ad martyrii gloriam pervenire.

19 Non enim tantum in illo tempore percenſerunt præceptum dominicum, quo pertulerunt confeſſionis ſupplicium, ſed optimum illis viſum eſt, ſecundum Chriſti Euangelium vivere, ut Chriſti paſſionibus potirentur. Valde quippe eſt congruum, ut initia bona fuiſſent, quorum finis eſt optimus inſecutus. Caſtus namque à caſtitate nomen accepit, vere etiam caſtus, quia caſtitatem dilexit & pudicitiam amavit. Caſſius verò, qui odoriferum continet nomen, bene conjunctus eſt caſtitati. Caſſia enim nomen eſt odoriferum, & ſicut caſſiæ radix proficua eſt medicaminibus corporum, ex qua Caſſius eſt vocatus: ita odoriferum nomen, cum caſtitate conjunctum, proficiant languoribus animarum. *Ex hoc ſolo principio, de reliqua declamatione conjecturam faciet, qui germana & authentica Sanctorum Martyrum Acta primis, ut ajunt, labris deguſtavit. Caſtus à caſtitate, Caſſius à caſſia deductus, ſallor ni ævum ſuum ſapiant. Si* Caſti & Caſſii *Actorum ad* Caſtum & Secundinum *tranſlator, tam belle in* Secundini *nomine ludere potuiſſet, forte & ſuos talibus floſculis exornaſſet.*

D *Gregorii Tarracinenſis ſermo de Caſto & Caſſio*

E

hîc expenditur

20 *Poſt tam elegans exordium, ſic de Sanctis ſuis loqui pergit orator Gregorius:* Igitur poſtquam beatiſſimi Martyres Caſtus & Caſſius ad honorem epiſcopatûs ſunt nobiliter ſublimati, totis viribus in Dei opere perſeverantes, ſicut luminaria in cælo, ita fulgebant in mundo, ut etiam dæmonibus imperarent, & omnes ægritudines curarent, & ſalutem animabus corporibuſque præberent. *Et hæc quidem ſatis juſta oratio eſt, exordium cum reliquo contextu nitide connectens, quod certe Actorum* Caſti & Secundini *interpolator longe melius ſervaſſet, non tam clare plagium revelaturus, quam dum abrupte & inepte, contra rectæ conſtructionis modum ita incipit*: Igitur poſtquam beatiſſimi Martyres Caſtus & Secundinus ad honorem epiſcopatûs *&c. Quæ ſane inconcinna ſcribendi ratio eſt, nullo prægreſſo, ad quod particula* igitur *referri ullatenus poſſit. A particula illa* igitur, *uſque ad* præberent, *verbotenus conveniunt Acta utraque, ſed Cajetanus amplificator, quæ generatim in elogio dicuntur, quòd* dæmonibus imperarent, ægritudines curarent *&c. compoſito exemplo confirmare aggreditur, aliaque ad eamdem normam extendit, ut lector ipſe ex amborum ſcriptorum ad invicem comparatione & annotationibus noſtris evidenter perſpiciet. Sic proſequuntur* lectiones Capuanæ.

F

& cum Actis noſtris conferitur,

21 Videntes autem pontifices templorum vel idolorum, quod multi populi crederent per eos in Dominum, fecerunt ſuggeſtionem Imperatori de Sanctis viris Caſto & Caſſio, continentem hæc verba: Piiſſimo Imperatori, pontifices idolorum ſalutem. Si citius verba vel veſtra poteſtas non ſubvenit civitatibus Campaniæ, omnes dii noſtri ad nihilum redacti ſunt à doctrina impoſtorum Caſti & Caſſii, qui ſub nomine religionis deos noſtros derident, & neſcimus quam ſectam volunt introducere de nomine Jeſu, quem Judæi crucifixerunt. Tunc Imperator hæc audiens, exurgens de tribunali ſubſellio, miſit quemdam crudeliſſimum præſidem Campaniæ civitatibus, qui veniens in Aquæviventem civitatem cœpit quærere beatiſſimos Dei famulos Caſtum & Caſſium. *Hæc omnia nec temporibus, nec rebus, nec perſonis recte diviſa ſunt. Epiſtola familiaris pontificum idolorum ad Imperatorem innominatum, qui Chriſtianos necdum noverit: hic vero ad tanti mo-*

A *momenti litteras, de tribunali ſubſellio exurgens, & præſidem ſine mora in Campaniam mittens, ut duos viros inſequatur. Quid hîc, obſecro, non prorſus redolet, piam quidem, ſed male conceptam fictionem? Audiamus reliqua.*

in quibus ampliora omnia.

22 Cum autem præſentati ſunt ſanctiſſimi Caſtus & Caſſius ante conſpectum crudeliſſimi præſidis, intuens eos torvo aſpectu præſes, dixit ad eos: Cujus vos jactatis eſſe poteſtatis, ut contra deos noſtros tam perfide peregiſtis? Per virtutem deorum, niſi conſenſeritis, & piiſſimis diis debita exhibeatis, diverſis pœnis & cruciatibus vos vitam finire faciam. Ad hæc verba reſpondentes, dixerunt: Tormenta tua in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti non timemus, ſed valde ea deſpicimus: deos autem tuos nec colimus, nec adoramus. Præſes verò juſſit eos duci ad templum Apollinis, dicens: Si non adorant deum Apollinem, gladio interficiantur. *Hæc quidem non magnopere offendunt; ſed nimium jejuna & brevis viſa hujusmodi paſſio compilatori Actorum* Caſti & Secundini, *qui proinde prolixam tormentorum, ſibi continuo ſuccedentium, interlocutionum, miraculorum, punitionum præſidis aliorumque catenam texit, quæ rem aliunde omnibus veriſimilitudinis circumſtantiis denudatam, non poſſunt non extra hiſtoricæ credibilitatis limites exponere. Sequitur Caſti & Caſſii martyrium.*

B

Nota ſuppoſitionis in ſermone Gregorii

23 Ducti ſunt autem beatiſſimi Martyres ad templum Apollinis. Venientes autem ad templum, antequam introiiſſent, oraverunt ſic: Tu Domine Deus omnipotens, qui trinus & unus, pro cujus amore ducimur ad interficiendum, fac ut hoc templum, ubi egreſſi fuerimus, ſtatim cum ſimulacris, quæ in ipſo ſunt, minutetur & ad nihilum redigatur: & poſtquam de hoc exierimus mortali ſeculo, eccleſia conſecretur ad gloriam & laudem nominis tui, ut omnes te deprecaturi, ex quacumque neceſſitate cum oblationibus conveniant, ſive pro infirmitate, ſive pro ira judicis, ſive pro remediis peccatorum, tu exaudies, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. Cum hæc dixiſſent, vox de cælo ſonuit, dicens: Venite fideliſſimi diſpenſatores, percipite regnum, quod ſitienter optaſtis, & omnia quæ petiſtis dabuntur vobis. Dum autem introiſſent Sancti in templum Apollinis, cecidit templum cum omnibus ſimulacris, & oppreſſit præſidem, & omnes qui conſenſerant neci Sanctorum. Sancti verò evaſerunt illæſi, & factus eſt illa die magnus & intolerabilis luctus omnibus cultoribus idolorum, ita ut venientes, gladio interficerent Sanctos.

C

ſatis expreſſa,

24 *Utut compendioſe Caſti & Caſſii martyrium proponere voluerit Gregorius Tarracinenſis, ſeu quiſquis illud primum adornavit, vix potuit evidentiora ſuppoſitionis ſigna præbere, quam ſit hæc Sanctorum ad Deum oratio, reſponſum cæleſte, quo poſtulata promittuntur, ſecutaque templi everſio, cum præſidis omniumque adſtantium ſub ruinis contritione. Scio hujuſmodi portenta, in aliis quoque Actis reperiri, quæ hîc non vacat enumerare, verum ubicumque inveniuntur, apud cordatos harum rerum examinatores, manifeſtiſſima ſecum adferunt meræ fictionis indicia, etiam tum, cum talium Actorum ſcriptor, ſe ea oculis vidiſſe, teſtari dicam, an mentiri audet. Si talia Gregorius, forte ex populari traditione hauſta, paululum exornavit, fecit pro* nimia, *ut alicubi notat Henſchenius,* medii ævi ſimplicitate, talia haud illicite fingi exiſtimantis, ad publicæ devotionis incitamentum. *Cum vero, ut dicere cœpimus, teſte Petro Diac. de vir. illuſt. Caſin. cap.* 32, *Gregorius vixerit* temporibus Alexii, Henrici ac Joannis Imperatorum, *adeoque initio ſeculi* XII, *videant iſtiuſmodi Actorum admiratores, quam facile ſuſpiciant, quæ nulla prorſus fide vel auctoritate nituntur, tot ſeculis poſt rem geſtam piè excogitata, vel ex aliis paſſionibus adumbrata. En modo orationis clauſulam.* AUCTORE J. B. S.

25 Venientes autem fideles tulerunt corpora Sanctorum, & cum honore ſepelierunt eos in loco, ubi nunc præſtant beneficia omnibus invocantibus ſe, adjuvante Domino noſtro Jeſu, qui eſt verus Deus, cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen. *Adduntur porro apud Monachum poſtrema hæc verba:* Nam etſi univerſi Sancti ubique ſunt, & in omnibus poſſunt, ſpecialiter tamen Caſtus & Caſſius pro nobis interveniunt, qui in noſtris partibus ſupplicia pro Chriſto pertuliſſe probantur. *Vult dicere* in Campania; *ſed nullo determinato loco, tota oratione ſatis expreſſo, præter Aquæviventem civitatem, ſic ut ferme Capuanis, Beneventanis, Soranis, æque ac Calvenſibus, Sinueſſanis, Cajetanis, & quibusvis aliis convenire poſſit: imo, mutatis dumtaxat Sanctorum nominibus, idem ſermo aptiſſime quadret Martyribus omnibus, qui in tota Campania uſquam coluntur. Hiſtoriam paulo magis reſtrinxit Actorum* Caſti & Secundini *ampliſicator, qui in Calvenſi civitate paſſionem exorſus, inde ad urbem Aquambibentem, aliis Aquavivienſem, Sanctos deducit, ac demum Sinueſſæ coronatos ſtatuit, de quibus plura obſervanda ſuperſunt. Acta Cajetana integra ſubjicio.* *nec minus in Actis, quæ pluribus Sanctis aptari poſſent.*

E

VITA ET MORS;

Ex Actis Eccleſiæ Cajetanæ.

CAPUT I.

F

Varia ſtupenda à Sanctis patrata & perpeſſa.

Dæmoniacus à SS. liberatur,

IGitur poſtquam beatiſſimi Martyres Chriſti Caſtus & Secundinus ad honorem epiſcopatus ſunt ſublimati, totis viribus in Dei opere perſeverantes, ſicut luminaria in cælo, ita fulgebant in mundo, ut etiam imperarent dæmonibus & omnes ægritudines curarent, & ſalutem animabus & corporibus præberent.] Quadam *a* die, dum per plateam civitatis *b* Cavenſis incederent, viderunt hominem totum dilaceratum, plenum multis dæmonibus. *c* Ille ut vidit eos, cecidit ad pedes eorum. Tunc dæmonia quæ in ipſo erant, cœperunt vexare eum, & per os illius clamare & dicere: Quid nobis & vobis? Quare incenditis nos veſtris orationibus ſanctis? Si vultis, ut migremus hinc coram vobis, ne nos in tartaris relegetis. Illi verò aſpicientes in cælum, unanimiter dixerunt: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui pro ſalute hominum ex Virgine naſci voluit, præcipimus vobis, ut ab illo exeatis, & amplius in eo nullatenus poteſtatem habeatis. Statim dæmones reliquerunt eum quaſi mortuum. Sancti itaque Caſtus & Secun-

a b

c

Ex Ms. Secundinus apprehendentes manum ejus, dixerunt ei : Surge & cognoſce Chriſtum Dei filium, eſſe creatorem tuum, qui te à poteſtate dæmonum liberavit, & ſicut meruiſti, illos à tuo corpore diſcedere, ita à tua anima arcere valeas, ne in perpetuum, cum illis damnatus exiſtas.

& cum 500 aliis baptizatur.

2 Tunc homo ille ad verba ſanctorum Martyrum exurgens, factus eſt ſanus, & procidens ad pedes Sanctorum cum lacrymis cœpit clamare voce magna, & dicere : Obſecro vos, beatiſſimi Chriſti famuli veri Dei excelſi, ut me ſancto veſtro copuletis conſortio, & ſicut per vos ſanctiſſimis veſtris meritis corpus meum à vexatione dæmonum liberatum eſt, ſic animam meam ab idolorum perfido jugo liberare dignemini. Beatiſſimi autem Chriſti famuli Caſtus & Secundinus ad hæc verba lætificati ſunt, & dixerunt ei : Si credis ex toto corde tuo, unum verum Deum eſſe in cælis eumdemque Patrem & Filium & Spiritum ſanctum Trinitatem eſſe, & abrenuncias dæmonibus, & credis, idola deos non eſſe, facimus te æternæ vitæ participem. Itaque ille homo iterum cum

B lacrymis dixit ; dæmonibus quidem abrenuncio, & omnibus operibus & pompis eorum, & idola credo eſſe muta & ſurda, quæ nec ſibi nec aliis poſſunt auxiliari ; Deum autem qui in cælis eſt confiteor, quia ipſe eſt verus & potens Deus, qui ſeculum perditum reſtauravit, & tales poſſidet famulos, per quos ſalvare dignetur animam meam. Tunc ſanctiſſimi ſervi Chriſti Caſtus & Secundinus, ut viderunt eum ſic fortem in fide, & ſanctam Eccleſiam confitentem, baptizaverunt eum, & cum eo alios circiter quingentos, qui fuerant ad ſpectaculum illud.

d Per legationem motus Imperator,

3 [Videntes *d* autem Pontifices idolorum, quod multi populi crediderunt per eos in Chriſtum, fecerunt manifeſtationem Imperatori de ſanctis viris Caſto & Secundino, continentem : Piiſſimo Imperatori pontifices idolorum S. D. Si citius veſtra poteſtas non ſubveniat civitatibus Campaniæ, omnes dii noſtri ad nihilum ſunt redacti ad peſtiferam doctrinam inimicorum deorum Caſti & Secundini ; qui ſub nomine religionis, deos noſtros derident, & neſcimus quam ſectam introducunt de nomine Jeſu Chriſti, quem Judæi crucifixerunt. Va-

C lete. Tunc Imperator hæc audiens, exurgens de tribunali ſubſellio, miſit crudeliſſimum quemdam præſidem, nomine Curvum, in partibus Campaniæ civitatibus, qui primùm veniens in Aquambibentem *e* civitatem, cœpit diligenter inquerere beatiſſimos Caſtum & Secundinum. Cum autem præſentari fuiſſent ſancti viri ante conſpectum Curvi, intuens hic eos torvo aſpectu, dixit ad eos : Ex quo genere eſtis orti, aut cujus vos jactatis eſſe poteſtatis, ut contra deos noſtros tam perfide peragatis ? Sed dico vobis virtute deorum noſtrorum, niſi conſentitis, & piiſſimis deis noſtris debitam exhibeatis reverentiam, offertiſque eis thura, diverſis pœnis & cruciatibus vos vitam finire faciam.

mittit præſidem, qui Sanctos torqueat.

4 Ad hæc verba ſanctiſſimi viri reſponderunt, dicentes : Tormenta tua in nomine Domini Jeſu Chriſti non timemus, ſed valde ea deſpicimus, deos autem tuos non colimus nec adoramus,] neque thura offerimus, ſed ſervi ſumus veri Dei, qui eſt in cælis, qui cælum terramque condidit. Præſes Curvus audiens hæc verba iratus eſt valde, præcepitque Sanctos retrudi in aſperrimum carcerem, uſquequò tractaret, qualiter animos illorum ad idolorum culturam reducere poſſet ; & præcepit per triginta dies nullum eis cibum apponi, aut potum dari. Angelus autem Dei quotidie ſpiritualem miniſtrabat cæleſtem cibum. Transactis etenim triginta diebus, juſſit præſes Curvus Caſtum & Secundinum cum magno ferri pondere vinctos ante ſuam præſentiam exhiberi, & primo blandis & dulcibus verbis, dixit : Doleo de veſtra nobilitate *f* ex qua progeniti eſtis ; unde facite ut non publicè puniamini. Sancti vero Caſtus & Secundinus ferventes in Spiritu ſancto, dixerunt : Nefandiſſime *g* præſes ; illud tuum genus tormentorum timeant, qui ſui Redemptoris iram non metuunt. Præſes dixit : Si non acquieſcitis mihi & magno deo Jovi thura non incenditis, leonibus trademini ad laniandum.

Objiciuntur leonibus ; h

5 Sancti itaque dixerunt : Nos alium Dominum neſcimus, niſi unum, qui in cælis eſt qui cum Patre & Spiritu *h* ſancto habitat ; ipſi quotidie ſacrificamus, & thura noſtri cordis incendimus. Jovem autem nec Dominum credimus, nec timemus ; ſed ſcimus illum hominem corruptibilem, puerorum violatorem, & ſuæ germanæ, *i* more canino, necatorem ; unde miramur quo ordine Deus poteſt dici, qui nec homo ſuis meritis debuit appellari. Iratus autem præſes, juſſit eos tradi leonibus. A Sanctis verò facto ſigno Crucis, iram leones depoſuerunt, & mites facti, pedes Sanctorum lambere cœperunt. Populi autem innumerabilis multitudo in Dominum noſtrum crediderunt ; videntes tanta mirabilia fieri, quæ per ſuos dignatus eſt facere Dominus ad gloriam nominis ſui, ita ut Præſidem voluiſſent lapidare, niſi Sancti prohibuiſſent fieri. Præſes verò fugiens abſconditè, *k* miſit miniſtros ſuos, ut Sanctos Dei Caſtum & Secundinum iterum in cuſtodiam mitterent carceris. Miniſtri itaque venientes corruerunt ad pedes Sanctorum, dicentes : Nos inviti venimus juſſum crudeliſſimi præſidis adimplere, ut vos in cuſtodiam carceris retrudamus.

& cæleſti viſione recreati,

6 Beatiſſimi Martyres hilari vultu, & mente tranquilla dixerunt ad eos : Eamus, quia Dominus noſter Jeſus de cælis adjuvat nos. Ducti ſunt autem ad carcerem, & dum intraſſent, ſic pſallebant : Miſerere nobis Domine, & fac nos in agone certaminis viriliter perſeverare. Venit itaque lux de cælo ad eos, & inter lucem vox ſonuit, dicens : Pax vobis, ô fortiſſimi milites ; nolite timere verſutias diaboli, & tormenta nefandiſſimi præſidis, & ejus miniſtrorum, ſed pugnate fortiter, quia ego vobiſcum ſum, uſquequo introducam vos in perpetuam manſionem, in qua feliciter cum fratribus veſtris ſine fine perenniter maneatis, & hæc dicens ad cælum ipſa vox ſublata eſt. Sancti vero unanimiter in Dei opere permanentes, venit ad eos multitudo populi, qui per eos ante crediderant, & baptizati ſunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Præſes verò hæc audiens, juſſit adduci Sanctos ante ſuam præſentiam, quibus & dixit ? Uſquequo deſeritis deos & eorum culturam non exequimini ? per virtutem deorum, ſi non adoraveritis eos, & debitum exhibueritis obſequium, ignem incendo & cremabuntur corpora veſtra.

7 Ad

præcipitantur in ignem, ſed illæſi,

7 Ad hæc Sancti reſpondentes, dixerunt: Illi tuum imperium timeant, qui non metuunt Dei ſui iram incurrere: nos autem in nomine Dei noſtri nec te, nec tuum ignem, qui eſt temporalis, timemus; quia bonum Salvatorem animarum noſtrarum habemus, qui per ignem tuum refrigerium nobis præſtare poteſt. Deos verò tuos lapideos, ſurdos & mutos non adoramus. Præſes hæc audiens, exarſit in iram; & juſſit copioſum ignem accendi & præcepit ſervos Dei Caſtum & Secundinum ligatos, ibidem præcipitari. Sancti itaque in medio ignis inter ſe unanimiter pſallebant: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo. Angelus autem Domini deſcendit de cælo confortans eos, & extinxit fervorem ignis. Præſes verò ut vidit tanta mirabilia, illico obſtupuit, & juſſit Sanctos de igne educi; qui educti ſunt, nullam maculam in corporibus habentes, neque capillos aduſtos, ſed hilari vultu aſpectuque placido, præſentati ſunt ante præſidem. Quos videns dixit: Quæ ſunt maleficia veſtra, ut igni & feris imperetis? Beati autem dixerunt: Hæc quæ cernis, Præſes, & æſtimas eſſe maleficia, certiſſime ſcias, quia Dei omnipotentis ſunt beneficia, qui nos à leonibus, & tuo igne dignatus eſt liberare.

Pſ. 33.

B

lapidibus contundi jubentur,

8 Præſes verò dixit ad eos; Conſentite mihi, ut ſacrificetis diis omnipotentibus. Sancti autem dixerunt: Diis, qui miſeri ſunt, & apud inferos male cruciati, nos non ſacrificamus. Dixitque Præſes ad eos: Quam diu patiar vos, deos noſtros blaſphemantes? Per virtutem eorum modò faciam dentes veſtros lapidibus frangi, & linguas veſtras ferro abſcindi, niſi ſacrificaveritis. Beatiſſimi autem Martyres dixerunt: Dic nobis, ſtultiſſime, ſi dæmon dentes & linguas noſtras poteſt reſtaurare, ſi abſciſſæ fuerint. Præſes magis atque magis iratus, præcepit dentes eorum lapidibus contundi, & linguas abſcindi & in imam carceris cuſtodiam retrudi. Aliâ autem die educti de carcere, ſteterunt ante Præſidem illæſi. Præſes ut vidit eos ſanos, & nihil pertimeſcentes, ſtupefactus, ad eos dixit: Dicite mihi, ſeductores hominum, quo ordine dentes veſtri, & linguæ veſtræ ita ſanæ ſunt, ut vobis loquentibus nihil deſit? Sancti itaque reſpondentes, dixerunt: Deus noſter omnipotens, qui ex nihilo creavit omnia, ipſe nobis linguas & dentes, quos abſtuliſti, reſtaurare dignatus eſt, & non ſolum os ſanat, ſed omnia membra noſtra, ſi in fruſta feceris concidi. Deus quippe qui verus eſt, & abſque illo alius Deus non eſt, ipſe reſtaurator eſt noſtrorum corporum & animarum.

C

poſtea fuſtibus cædi: ſed præſes excæcatur.

9 Dixit tunc præſes ad eos: Dicite mihi, quid eſt Deus, in quo tantam habetis fiduciam, ut deos noſtros derideatis, & tormenta nihil pertimeſcatis? Ad hæc ſancti Martyres dixerunt: Deus noſter in quo noſtra fiducia eſt, per quem tua tormenta non timemus, eſt verus Deus, unus & omnipotens, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, qui ſuâ virtute ſtelligerum conſtituit cælum, tetramque fundavit, maria ſegregavit ab arida, in quo eſt omnis flatus hominum, per quem ſuſtinemus & ſumus, à quo ſegregatus es tu peſtifer. Præſes verò ut vidit ſe coram omnibus injuriatum, erubuit fortiter, & juſſit Sanctos Dei crudeliter fuſtigari; qui dum paterentur, ſic oraverunt: Oramus te, Domine, ut non prævaleat inimicus Præſes in ſervos tuos, & ſciant omnes iſti, quia tu es Deus noſter, & non eſt alius præter te. Cum autem oraſſent Sancti Dei, obcæcati ſunt oculi Præſidis. Tunc Præſes cœpit anguſtiari, & eductus eſt à militibus in ſecretum cubiculum ſuum. Populi itaque qui crediderant, cum magno gaudio dicebant Sanctis Dei: Ecce Deus omnipotens vindicat nos de inimicis noſtris. Ite ergo, quo vos ille ducere voluerit, pro vobis pugnat; & abſcedite illæſi, ut evadere poſſitis tormenta horribilis Præſidis. Sancti vero dixerunt: Tormenta hominis corruptibilis non timemus; faciat quod facturus eſt, ut ad illam beatitudinem pervenire mereamur.

D

ANNOTATA.

a *Hic ſtatim exhibetur primum epiſodium in energumeno, à multis dæmonibus liberato, & ſatis mirè ad fidem converſo. Sed ſingula dicta & geſta excutere opus non eſt, ſatis erit, ea attente legiſſe. Notabis, ea quæ his* [ ] *includuntur, ex Actis SS. Caſti & Caſſii fere accepta eſſe; verbula hinc inde addito aut detracto.*

E

b *Hæc ſtudioſe inſerta videntur; ut martyrii gloriâ participes ſint Calvenſes, ad quos S. Caſti brachium delatum dicitur circiter ann.* DCCCCLXVI, *ut fidem facit inſtrumentum poſt Acta recitandum; quod ſi verum eſt, oportet ibi tunc temporis eccleſiam exſtitiſſe in S. Caſti honorem exſtructam, ubi fruſtra quæſitæ fuerint beati Martyris exuviæ. De Calvenſis urbis ſitu, antiquitate, reſtauratione, videatur Ughellus tomo 6 à col.* 600, *cujus Catalogus Epiſcoporum ex præfato inſtrumento augeri poterit, dummodo ſatis probetur.*

c *Legant hæc: qui miris delectantur. Non lubet ſingula penitius introſpicere, cum tota Actorum ſeries ſimilibus turgeat prodigiis.*

d *Hic recurrunt Acta SS. Caſti & Caſſii; de quorum veriſimilitudine diximus ſupra. Nomen Præſidis adjectum eſt, iſque, forte pro libitu, vocatus eſt* Curvus.

e *Ita habet Ms. pro* Aquævivenſem, *ut legunt Acta SS. Caſti & Caſſii, quæ nuſquam exprimunt, an eo in loco vere fuerit palæſtra martyrii. Suppoſuit id Monachus, ita obſervans:* Sed quænam eſt civitas Aquævivens? Meo judicio locus, qui nunc dicitur in noſtro regno, AQUAVIVA. At hujus nuncupationis, non unus eſt locus in regno Neapolitano. Aquaviva locus eſt, à civitate Barenſi fere XV diſtans milliaribus. Aquaviva locus eſt circa Venafrum, prope Fornellum. Item extra regnum circa Truentum flumen in Piceno, Aquaviva caſtellum. Ubi ergo paſſi ſunt ſanctiſſimi Martyres? Profecto in Aquaviva circa Venafrum illa enim ad Campaniam pertinet. *Demus, intelligi locum à Monacho deſignatum: ſed cur Sancti Aquaviva inquiruntur, qui prædicabant in civitate Calvenſi, non minus* XX *paſ. M. à priori diſſita? Quis eos illò adduxit, quis reduxit Sinueſſam? Nihil cohæret. Nec magis placet Beatilli conjectura; ad Actorum oram manuſcripta. Credo, inquit, hanc civitatem (Aquavivenſem) eſſe urbem Calvum, in quam plurimæ aquæ hinc inde confluunt. Difficultas recurrit infrà circa Sinueſſam.*

F

f *Quæ hîc oſtentatur nobilitas, æque fundata eſt, ac perpetua ſupplicium concatenatio.* Epiſcopi *ſupra dicuntur: ſufficiat hæc nobilitas, ſi ſatis vera eſt.*

g *Non ita locuti ſunt Martyres, quorum Acta*

Ex Ms.

authentica & proconſularia habemus. Tantum ab hiſce diſtat eorum ſtylus, quantum lux à tenebris, falſitas à veritate.

h *Nec perpetua illa Sanctiſſimæ Trinitatis repetitio, Acta noſtra magnopere commendat.*

i *Nota eſt Poëtis Juno, quæ ſe Jovis ſororem ac conjugem jactat, inceſtu plane execrando: hoc merito exprobrare Sancti poterant. Sed dum parricidium improperant, tantum non calumniantur.*

k *Hæc & pleraque ſequentia veriſimilitudinis limites plane excedunt; certe admittenda non ſunt niſi majori auctoritate nitantur.*

CAPUT II.

Similium prodigiorum proſecutio.

Præſes fruſtra Apollinem invocat:

PRæſes autem diu cruciabatur ſpiritu pro luminis amiſſione & præcepit Sanctos Dei in arcta cuſtodia mancipari. Se vero juſſit ad templum Apollinis præſentari: & dum à militibus portatus fuiſſet, cecidit ante Apollinis ſimulacrum, & cum magno ejulatu dixit: Deus Apollo & certiſſima Jovis proles, ſubveni mihi, & meos, quos perdidi oculos, reſtaura, faciamque tibi aureum ſimulacrum. Apollo autem deus illius, nec ſibi nec illi potuit ſubvenire, quia in inferno volutatus eſt, & cruciatus diu longo cruciatu. Tunc Præſes videns quod nullum ei ſolatium præberet Apollo, occultè miſit, & juſſit adduci ad ſe Sanctos, qui dum veniſſent, dixit ad eos: Dabo vobis multa pondera auri, ſi credentes diis, oculos, quos perdidi, reſtauratis. Beatiſſimi Martyres dixerunt: Aurum tuum tecum ſit in perditionem; nos autem non deſideramus terrena, ſed oculos tuos propter eos, qui hereditatem capturi ſunt æternæ ſalutis, ut credant, quia non eſt alius, niſi unus Deus, quem nos prædicamus, in nomine ejus illuminabimus, ſtatimque ſalvus factus eſt.

à Sanctis ſanatur,

11 Præſes verò conſiderans tanta mirabilia in Sanctis Dei; dixit ad eos: Si non contra deorum noſtrorum agitis culturam, & contra piiſſimum Imperatorem, non deſiderabam perſequi vos. Sancti Martyres dixerunt: Nos contra Imperatorem nil agimus, ſed pro illius & totius populi ſalute Deum verum, qui eſt in cælis, adoramus, ut relinquant tenebrarum errorem, & Deum verum illorum creatorem agnoſcant, ne in pepetuum cum illis ſurdis & mutis, quos creditis eſſe deos, igni tradamini in perpetuum concremandi. Et hæc dicentes, revocati ſunt ad carcerem. Alterâ autem die ſedens Præſes pro rribunali, juſſit adduci Sanctos: cum verò ſediſſent Sancti ante Præſidem, dixit ad eos: Vel nunc recedentes ab inſania veſtra, quâ laboratis, conſiderate & videte, quanta ſit virtus invictiſſimorum deorum, quia cum perditos oculos haberem: Invocatione illorum illuminatus ſum. Sancti verò Caſtus & Secundinus ſubridentes, dixerunt: Inſenſate canis, *a* quid eſt quod loqueris? Quâ ratione potuerunt idola muta & ſurda, virtutes aliquas facere? Si eſt aliqua virtus in effigie eorum, nobis præſentibus, quidquid poſſunt, incipiant demonſtrare.

a

quos iterum probat

12 Dixit ad eos Præſes: ſi conſenſeritis mihi, & ſacrificaveritis eis, eſt quidam hydropicus, faciam eum in templum Apollonis deportari, & dum ſanatus fuerit, quamvis tardè, vel nunc ſacrificate diis. Tunc Sancti reſpondentes, dixerunt: Scimus quia lapides & ligna, & quodcumque aliud metallum divinitatem in ſe habere nullatenus potuerunt. Tamen ſi ita eſt, ut dicitis, plane credimus tibi; ſtatimque Præſes miſit & juſſit adduci hominem hydropicum, & deportari unà cum Sanctis ad templum Apollinis, & dum ibi ſacrificabant pontifices idolorum, deus eorum Apollo in terram corruit. Videntes populi & pontifices idolorum, quid factum fuerat, dederunt mugitum, *b* dicentes: Invictiſſime Præſes, ſi hos rebelles deorum noſtrorum dimiſeritis; omnes nos ab ira piiſſimorum deorum noſtrorum perimus. Tunc Præſes juſſit fuſtigari Sanctos fortiter. Videntes autem populi Chriſtianorum, inſurrexerunt in pontifices idolorum: Sancti verò adhortabantur eos, dicentes: Nolite hoc facere filii chariſſimi, quia Dominus noſter non vult coacta ſervitia: & hoc dicentes, converterunt ſe ad Præſidem, cui & dixerunt: Ecce, Præſes, vidiſti virtutem dei Apollinis, ſi vultis, erigite eum, & revocate in locum ſuum & aliâ vice probate illius virtutem.

b

in curatione hydropici.

13 Tunc Præſes juſſit hoc fieri; dum autem poſitum eſſet ſimulacrum in locum ſuum, iterum pontifices idolorum eo ritu, quo ſolebant, cœperunt ei ſacrificare, & dum diutiſſimè ſacrificarent, deus eorum non potuit illud ſolatium exhibere. Tunc beatiſſimi Martyres dixerunt ad Præſidem: Vis videre virtutem Domini noſtri, qualis ſit, & converterunt faciem ſuam ad Hydropicum coram omnibus & dixerunt: In nomine Domini Jeſu Chriſti, exurge ſanus, & crede unum verum Dominum eſſe in cælis, qui poteſt & animarum & corporum curare languorem; ſtatimque ſurrexit homo ille, dicens: Recedite miſeri à cultura deorum, & ad Dominum Deum verum, quem iſti prædicant, ſubmittite colla. Videntes autem populi glorificabant Deum, dicentes: Benedictus Dominus Deus omnipotens, quem prædicant iſti famuli ejus. Tunc timens Præſes populi ſeditionem, tradidit eos in Aquambilicentem *c* civitatem cuidam Vicario, dicens: Niſi ſacrificaverint, diverſa in eos exerce tormenta, ut ſic diis omnipotentibus debitam exhibeant ſervitutem, quia ego recedo hinc. Tunc Vicarius duxit eos ad carcerem in domum ſuam, & monebat eos, dicens: Sacrificate diis omnipotentibus, quos totus veneratur mundus,

c

Recedente præſide, torquentur à vicario

14 Beatiſſimi ſancti dixerunt: Nos Deum omnipotentem, qui continet mundum, colimus & adoramus, ſimulacris autem factis, quæ vos dicitis eſſe deos, non ſolum non ſacrificamus, ſed veluti dæmones, ſicut ſunt, nimium execramus. Vicarius verò juſſit eos levare cataſta, dicens: Tam diu torqueantur, quouſque denegent Deum ſuum, & idola credant deos eſſe. Sancti verò Martyres dum nimium torquerentur, dicebant: Domine Jeſu Chriſte, adjuva nos, ſtatimque facta eſt coruſcatio aëris, ita ut tortores fugerint, & Sanctos Dei dimiſerint in cataſta. Angelus autem Domini venit de cælo, & depoſuit eos incolumes de cataſta. Tunc Vicarius, ut vidit eos ereptos de cataſta, dixit ad eos: ut video, dii noſtri adverſus Deum veſtrum nihil prævalent; unde congruum mihi videtur eſſe, deſerere eos, & Deum veſtrum ſequi, per vos qui tanta operatur, & quamvis timeo iram Imperatoris, & Præſidis, tamen occultè credam in eum. Sancti Martyres dixerunt Vicario: Si iram Imperatoris

toris & Præſidis times, ad illam beatitudinem, quam Deus promiſit timentibus ſe, non poteris pervenire : & quia ira iſtius, ſeculi nulla eſt, conſidera, & vide virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qualis ſit, qui in tormentis potens eſt timentibus ſe ſubvenire, & poſt vitam æternam condonare.

qui per miraculum in paralytico, convertitur.

15 Tunc Vicarius, videns tantam efficáciam ſermonum in Dei ſervis, dixit ad eos : Si vultis, ut iſtius ſeculi tormenta non timeam, & veraciter credam verum Deum eſſe, quem vos prædicatis, habeo filium paralyticum, adducam eum vobis, & ſi videro eum ſanum, veraciſſimus efficiar Chriſtianus. Sancti dixerunt ad Vicarium ; ut cognoſcas Dei noſtri Jeſu Chriſti virtutem ; vade in domum tuam, dicque paralytico : In nomine Dei, quem prædicant Caſtus & Secundinus, exurge ſanus ; Vicarius autem veniens in domum ſuam, dixit verba Sanctorum ; ſtatim ſurrexit ſanus, & cucurrerunt ambo ad pedes Sanctorum, & cœperunt rogare eos, ut baptizarentur ab eo, & baptizati fuerunt cum tota domo ſua promiſcui ſexus numero quadraginta, & factum eſt gaudium in illa die in domo Vicarii. Cum autem ſæpius creſceret numerus Chriſtianorum, venit opinio de ſanctiſſimis viris Caſto & Secundino ad aures Præſidis, & juſſit adduci ad ſe Sanctos, unà cum Vicario Sinueſſam *d* civitatem ante ſuam præſentiam. Sancti vero ubi præſentati ſunt ante Præſidem, dixit ad eos : Adhuc vivitis inimici deorum ? Quare ſeducitis tot populos, ut relinquant deos ſuos & ſerviant Deo, quem prædicatis ? Per ſalutem eorum, niſi revocaveritis animas eorum ad culturam illorum, ut offerant diis grata libamina, lapidibus obruemini.

Superatis lapidibus, plumbo &c.

16 Sancti verò intrepidi reſponderunt, atque dixerunt : Quam diu vivimus nos in hoc mortali ſeculo, omni die ſuademus eis, ut reſpuant manufactos deos, & Deum unum, qui in cælis eſt, cognoſcant creatorem eſſe omnium animarum ; lapides autem tuos pro nihilo computamus. Tunc iratus, juſſit eos in campo lapidari, & tamdiu lapidati ſunt, quouſque undique replerentur lapidibus, & ſub lapidibus dimiſerunt eos lapidatores & abierunt. Sancti itaque ſani egreſſi ſunt de acervo lapidum, & aſtiterunt ante Præſidem, cui & dixerunt : Nos ſumus, ô Præſes, quos juſſiſti lapidibus obrui : conſidera ergo & vide Domini noſtri virtutum. Tunc Præſes juſſit *e* reſolvi plumbum in dolio, & ibidem eos dimitti ; & dum introiſſent in dolium, fervor illius extinctus eſt, & egreſſi ſunt Sancti incolumes. Populi autem videntes tanta mirabilia, multò plures crediderunt, & clarâ voce cœperunt dicere : Magnus eſt Deus Chriſtianorum, quem iſti Sancti prædicant ; & converterunt ſe ad Præſidem, dicentes : Si jam non recedis ab iſtis famulis Dei, & alia in eos tormenta vis inferre, vivum te ſtatim incendemus. *f*

mittitur nova legatio ad Imperatorem,

17 Tunc Præſes cœpit ſuadere populo, dicens ; revocentur ad carcerem, quouſque faciam de eis relationem Imperatori. Populi verò multò magis volebant inſurgere in Præſidem, ſed Sancti prohibuerunt fieri, & ibant gaudentes ad carcerem : ſequebantur autem illos multitudo Chriſtianorum & omnes ibant cum Sanctis ad carcerem. Sancti verò dicebant ad eos : Ite in pace & Deus omnipotens tribuat vobis mercedem. Tunc ingreſſi ad carcerem, omnes qui habebant infirmos ducebant ad illos. Illi autem ſolummodo ſermone curabant eos. Præſes itaque miſit legationem Imperatori de Sanctis, hæc verba continentem : Cum totus mundus per vos gubernetur & regatur, adjuvantibus diis, ſolummodo Campaniæ fines conſiſtunt, deferentibus populis cæremonias deorum noſtrorum & ad Deum Chriſtianorum, quem Caſtus & Secundinus prædicant, totis viribus converruntur, in tantum, ut templa deorum noſtrorum cupiant incendere, & nos ipſos lapidibus obruere. Et niſi veſtra ſuccurrat excelſa poteſtas & mittat exercitum copioſum, cum quibus valeam perdere eos, quod ore dicunt, complebunt.

qui exercitum ſubmittit.

18 Imperator hæc audiens, fecit adunare exercitum, eoque miſſo, Præſes corroboratus eſt valde, & præcepit adduci Sanctos Dei, Caſtum & Secundinum, quibus dixit : Jam deponite veſtram ſuperbiam, & ſacrificate diis, ſecundùm præceptum Imperatoris ; & faciam vos primos inter pontifices idolorum ; ſin autem, acerrimè puniemini. Sancti vero dixerunt iniquo Præſidi : Nos quantùm pro Deo noſtro acerrime puniemur, tantùm ab illo honorem immortalis regni adipiſci merebimur, quia pro illius amore tormenta, quæ nobis inferre credis, patienter ſuſtinemus. Dixit Præſes : Si obedientes fuiſſetis, debitum exhiberetis honorem diis ; ſed quia ſuperbe agitis contra piiſſimos deos, male peribitis. Ad hæc Sancti reſpondentes, dixerunt : Vos malè peribitis, qui non cognoſcitis Deum Creatorem. [Præſes verò hæc audiens juſſit adduci eos ad templum Apollinis, dicens miniſtris, ſi non adorant deum Apollinem, gladio interficite eos. Ducti verò ad Apollinis templum, ſequebantur eos omnis multitudo Chriſtianorum, ſimulque gentilium, videntes ſigna, quæ per eos Dominus dignatus eſt operari.

Everſo demum Apollinis templo gladio feriuntur.

19 Venientes autem ad templum Apollinis, & antequam introiſſent, ſic oraverunt. Tu, Domine Deus omnipotens, qui trinus & unus es, pro cujus amore ducimur ad interficiendum, fac ut hoc templum, quod ingreſſi fuerimus, ſtatim cum ſimulacris, quæ in ipſo ſunt, minutetur, & ad nihilum redigatur, & poſtquam de hoc ſeculo exierimus immortales, eccleſia conſecretur in gloriam nominis tui : qui huc deprecaturi convenerint, ſive pro infirmitate, ſive pro ira judicis, ſive pro remediis peccatorum, exaudias, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas in ſecula ſeculorum. Cumque omnes fideles reſpondiſſent, Amen ; vox de cælo ſonuit, dicens : Beati fideliſſimi viri diſpenſatores, percipite regnum, quod ſcienter optatis, & omnia quæ petitis, dabuntur vobis. Cum autem introiſſent in templum Apollinis, deſuper cecidit templum cum omnibus ſimulacris, & oppreſſit præſidem & omnes, qui conſenſerunt neci Sanctorum ; Sancti verò evaſerunt illæſi, & factus eſt in illa die magnus & intolerabilis luctus omnibus cultoribus idolorum, ita ut venientes interfecerint Sanctos gladio. Venientes autem fideles tulerunt corpora Sanctorum, & cum honore debito ſepelierunt eos in loco, qui dicitur Luti : ubi nunc præſtant beneficia invocantibus ſe. Martyrizati ſunt autem Caſtus & Secundinus in civitate Sinueſſa *g* primâ die menſis Julii, adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui

Es Ms. est verus Deus cum Patre & Spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Inter tam multa ineptè consarcinata, non ultimum locum tenet ridiculum hoc colloquium, uti & sequens hydropici sanatio, cui brevi accedet paralyticus.*

b *Hoc etiam deerat ad ornamentum.*

c *Mutatur scena in civitate* Aquabilisente, *non magis nota, quam prior* Aquabibens. *Præsidi fatigato substituitur vicarius; cui ad fidem converso, rursus demum præses succedit; sed magno suo malo, ut ostendit catastrophe.*

d *Quid modo agit præses Sinuessæ? Nec locis recte divisa sunt omnia.*

e *Huc nempe spectat notatio Monachi pag.* 508: Eadem Acta citata per Capacium, habent, Sanctos in Aquivivensi civitate in ignem missos, inde Sinuessæ, lapides, plumbum & varia tormenta sustinuisse. *Conveniunt hæc cum nostris, sed ubinam Apollinis templum collocabitur?*

f *Populus in præsidem furens, nova ad Imperatorem legatio, submissus exercitus, ad debellandos universim duos homines, & hujusmodi congesta nania, quid aliud sonant, quam pium aliquod drama.*

g *Huc tandem perductos aut reductos Sanctos oportet, quamvis templum Apollinis fuerit in civitate* Aquabibente *vel* Aquavivensi. *Fateamur, ex hujusmodi rerum colluvie, nihil certi hauriri posse, non magis quam si quæramus locum, qui dicitur* Luti. *Quæ monumenta habuerit Ferrarius, fugio quærere: aque plausibilis est ejus ad hunc diem annotatio:* Cum corpora horum Martyrum SUESSÆ quiescere ferantur, ibique natalis ipsorum hoc die celebretur; pro Suessæ, in Martyrologio Romano SINUESSÆ scriptum videtur, nisi forte Sinuessæ passos quis dicat, corporaque, urbe eversa, Suessam delata fuisse. *An hoc ferent Cajetani, ad quos corpora translata, notat Beatillus & alii? Est apud Ferrarium, qui Martyres nostros passos velit sub* Diocletiano & Maximiano, *sed quo sponsore, quo vade? Superest instrumentum, de cujus fide, quod statuam non habeo.*

De translatione brachii sancti Casti Episcopi & Martyris, ab urbe Cajeta ad urbem Calvum, Capuanæ Provinciæ, ex actis Ecclesiæ Calvensis &c.

Instituto episcopatu Calvensi,

ANno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi nongentesimo sexagesimo sexto, indictione nona, tempore quo Longobardorum mirificè jura gerebat Pandulfus serenissimus Princeps Capuæ, qui fretus tonantis virtute, mirificè in almificis rebus pollebat; contigit, ut Domini nutu summus Pontifex Joannes tertiusdecimus deveniret Capuam. Tunc præfatus Pandulfus excellentissimus princeps cum ex cordis affectu desiderium haberet martyris Stephani & beatæ Agathæ, in sublime sublimare basilicam, & Episcopum sanctæ Capuanæ sedis vigore litterarum Apostolicarum creare Archiepiscopum; ovanter talia complevit. Idcirco Princeps munificentissimus D unà cum summo Pontifice, in quibus locis consecrandi essent Episcopi suffraganei, cœpit subtilius cogitare; ob quam causam eminentissimus Princeps illam noctem insomnem duxit. Circa verò matutinam horam ante suam præsentiam sapientissimos Capuanæ civitatis convenire præcepit, cum quibus per Canonicam institutionem loca electa sunt, in quibus Episcopi ordinandi esse deberent, inter quos primum Andream venerabilem diaconum suum fidelem Calvensi ecclesiæ ordinavit Episcopum, qui tanta Dei gratia cœpit coruscare & constantia, ut non solum constructas magnificaret ecclesias, verum etiam destructas ad pristinum renovaret vigorem.

inveniuntur S. Casti reliquiæ.

Quadam autem die, dum in studio persisteret de construendis ecclesiis, evenit, ut in ecclesia beati Martyris Casti, quam in honorem diaconatus instaurare cœperat, Dei favente clementia, in episcopatus dignitatem sublimata, mirifice ipse ordinatus esset, & cum thesaurum E pretiosi corporis Martyris Casti ibidem minime reperisset, omnipotentis Dei præcepit implorari præsidium, & ubi, vel qualiter fuisset beatus Castus, anxianter quantocius quærere cœpit. Cunctipotens autem Deus, qui omnium bonorum complet desideria, ad aures prædicti Præsulis pervenire fecit, quod in civitate Sinuessa Castus sumpsisset martyrium. Ille itaque multo magis perquirebat, qualiter posset ibi pretiosi corporis Martyris Casti invenire thesaurum; & veraciter cognovit, quod Cajetam corpus illius Martyris fuisset delatum. Magno igitur gavisus est gaudio, & totis viribus certando cœpit cogitare, qualiter illius Martyris aliquas potuisset habere reliquias. Deus autem, verus Rex, qui urbem Calvensem tanto voluit coronare patrono, secundo anno pontificatus ejus à Cajetæ partibus, illo magis certante, prædicti Martyris brachium Calvum deferri fecit; quod ab ipso Præsule cum populi turba honorificè in Calvensi ecclesia collocatum est. F Ex illa autem hora in civitate Cajetæ major pars de prædicto thesauro tempore Landonis illius civitatis domini, cum reliquiis sancti Secundini in altari juxta sacrarium condita est. Capita itaque istorum sanctorum Martyrum Casti & Secundini conservantur cum reliquis reliquiis intus in sacrario, ubi dicitur (lo Vestiario) cum suis statuis, scilicet cum humeris & mitris argenteis.

ANNOTATA.

Habemus hujus instrumenti copiam aliam, plane deformem & imperitissimè scriptam, cujus hic est finis: Capita itaque Martyrum Casti & Secundini in Cantra reposita sunt, ubi omni anno, in illius solemnitate venerantur à populo in laudem Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre &c. *Monachus autem observat;* Acta, quæ citat Capacius, habere anno DCCCCLXVI, Pandulpho Longobardorum principe, Joanne III Capuam adveniente, Landone Cajetano duce, Cajetam (qui nempe erant Sinuessæ) delatos & in altari à Pontifice conditos. Is certe, *inquit Monachus*, fuit Joannes Papa XIII, & annus à Baronio DCCCCLXVII, nostra computatione DCCCCLXIX. *Computa, ut lubet, non est operæ pretium de his plura inquirere.*

D E

A

DE SANCTO ZOILO MARTYRE, NICOMEDIÆ.

D

J. B. S.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

1 JUL II. INter Sanctos sub Zoili nomine, bini præ ceteris celebres sunt; alter Martyr cum sociis Cordubensibus, de cujus cultu, gestis & inventione fusius egit Henschenius ad XXVII Junii, nosque etiam meminimus observatione Usuardina ad eumdem diem. Alter Aquileiensis presbyter, memoratus in Actis sanctæ Anastasiæ XXV Decembris apud Surium cap. 7, ut cui illic dicitur apparuisse illustris Martyr Chrysogonus. Atque hi duo Zoili sunt in Petri Catalogo noti lib. 6 cap. 16 & 17, quo potius spectabat Zoilus hodiernus Nicomediensis, siquid uspiam reperisset Antistes Equilinus, quod de ejus gestis, hactenus plane latentibus, memoriæ proderet. Est vero hoc die in Hieronymiano laterculo Zoilus non unus, nisi quis distinguendas putet appellationes Zoili, Zoëli & Zeli; quæ in variis citati Martyrologii tabulis, ferme confunduntur, quemadmodum illic passim usuvenit, ut per scriptorum imperitiam Martyrum nomina plerumque luxata aut deformata sint. Ceterum sive idem, sive diversum dixeris nomen, certum videtur, tres hoc die diversos Martyres sub simili nomenclatione venire. Primum, quo de jam loquimur, in Nicomedia, alterum in Mesopotamia, tertium denique in Antiochia; primum solum & unicum, alios sociis conjunctos, ut brevi clarius ostendemus.

Alii diebus colunntur Zoili,

B

2 Studiose hoc die observat Florentinius, multis cælestibus abundare vetustius Martyrologium supra Romanum emendatum: *Quasi vero id novum sit & non usitatissimum in ea evidentissima utriusque Martyrologii discrepantia, cum Martyrologii Romani revisores, Usuardum Belini potissimum secuti, numquam Hieronymianum viderint. Addit porro, primum in eo (Hieronymiano Martyrologio) referri* Zoilum, cujus etiam ita meminerit vetustissimum Antverpiense: Kal. Julii. In Nicomedia, Zoili. *Solum Corbeiense addit titulum* Martyris. *Textus Florentinii ex Lucensi apographo legit* Zoëli, *cui ferme consonant Hieronymiana minora Rhinoviense, Richenoviense & alia, quorum laterculos pro hac prima Julii ordine retulimus in præfatione Usuardina à num. 27; ubi advertes, codices Augustanum, Gellonensem & Labbeanum nonnihil depravatos; in aliis, textus nimium contractos; sed in codice Reginæ Suecia, seu S. Columbæ, ab Holstenio laudato, conformiter ad Epternacensem legi,* In Nicomedia, natale Sancti Zoili; *quam nos lectionem in titulo servandam putavimus. De eo Martyre nihil in omnibus aliis Martyrologiis aut eorum auctariis, ne quidem in ullis, quas viderim, accessionibus Usuardinis, quantumcumque frequentibus & numerosis; nihil, inquam, de eo reperitur.*

& hoc die forte plures.

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS, ISICIO VEL ESICIO, PROCESSO, MARINA, ANTONIO VEL ANTONINO, SERENO ET VICTORE.

C

F

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

J. B. S.

1 JULII. POst Zoilum Nicomediensem, de quo proxime egimus, est in Hieronymianis, audeo dicere omnibus, commemoratio aliqua Gagi vel Gaii Papæ, cujus gesta Majores nostri ex ipsis Hieronymianis aliisque Martyrologus fuse & accurate illustrarunt, proprio, ni fallor, depositionis die XXII Aprilis. Sequitur in laudatis apographis, eâdem vel non multum dispari formula: Et natalis sanctorum Luciæ virginis & Acciæ regis cum aliis VIII vel IX: ad quæ multa observat Florentinius, quæ ad exactiorem trutinam revocanda essent, nisi provinciam illam jam pridem occupasset Papebrochius, dum de illis Martyribus commentarium bene longum texuit ad XXV Junii, cui non lubet, in re obscurissima novas conjecturas superaddere. Satius erit, Caio & Luceia cum sociis, in indiculo ad alios dies rejectorum, de more collocatis, reliquas Hieronymianorum laterculorum classes, qua fieri poterit diligentia, in series suas digerere.

Laterculus hic ex Hieronymiano.

2 Eas inter prima est, aut saltem post jam dictas immediate subsequens, quæ in Florentinii tabula ita exprimitur: In eadem urbe (*Roma*) Esini, Processi, Martiniani, Marinæ, Antoni, Sereni, Victoris. *Redundat hic* Martinianus, *quo reliqui codd. Epternacensis, Corbeiensis, & Blumianus omnino carent; unde recte nobiscum censet Florentinius, ex diei sequentis laterculo huc retractum, tamquam Processi (qui male cum crastino confusus fuerit) socium. Laborat etiam nævo aliquo apographum vetustissimum, dum binas annuntiationes perperam connectit, sic suam efformans:* Item Romæ, Isici, Processi, Marinæ, Antonini, Sereni, Victoris, Zeli cum aliis octo. *Deme partem ultimam de Zelo ac sociis, & habebis genuinum textum, prout in Corbeiensi & Blumiano sincere redditur*: In eadem urbe, Esici, Processi, Marinæ, Antoni, Sereni, Victoris: *Qui ipsissimus est ordo à nobis adoptatus, relicto dubio nomine* Isicii *vel* Esicii, Antonii *vel* Antonini. *De Hieronymianis minoribus, non est quod longum sermonem instituam, citatos supra, præfationis Usuardinæ numeros, à 27 consulenti patebit, ita abbreviatas esse Tabulas, ut ex ipsis nihil lucis hauriri possit. Sic auctarium Bedæ Tornacensis solum numerat:* Esici, Sereni & Victoris. *In Adonianis & Usuardinis altum de omnibus silentium.*

recte hîc positus,

3 *Hodierna Notkeri annuntiatio:* Romæ, nativitas

rejectis aliorum conjecturis.

tivitas ſancti Gaii Papæ & aliorum non paucorum Martyrum, *dubium ingerit Florentinio, utrum* hi Romani athletæ ſic collective ſignati, reponendi non ſint inter triginta quinque milites, qui per prodigium lactis, de cervice Apoſtoli Pauli emanantis; emolliti, gladio & ipſi cervicibus amputatis, Chriſtum Dominum confeſſi ſunt. *Sapienter facit, dum ab affirmatione abſtinet: nam Notkeri auctoritas, meo quidem judicio, hîc nulla eſt; cum textus ipſe Hieronymianorum, ne vel per umbram ad milites illos, de quibus meminit ſolus Chryſoſtomus, reſpicere videatur, nec ullam temporis aliamve notam adjiciat, unde de Martyrum noſtrorum qualitate vel levis conjectura eruatur. Minus etiam intelliges, quid vilit Florentinius per hæc verba*: Tres eorum tantum recolit hac eadem die Romanum Martyrologium, ſed nomina Longini, Aceſti & Megiſti, quæ ex veteribus Mss. addit Baronius in Notis, cum noſtris non conſonant: *ea enim omnia ad diem ſequentem ſpectant, nec cum Martyribus Hieronymianis ullam habent affinitatem. Recta & bona eſt ſeries à nobis poſita, utinam modo reperiretur aliquid, quod de ipſis & tuto referri & illuſtrari poſſet, ad eorum vitam, geſta aut martyrium pertinens.*

DE SANCTO ZELO MARTYRE

IN MESOPOTAMIA,

J. B. S.

CUM SOCIIS SEX: ITEM DE S. ORIONE CUM SOCIIS OCTO, AC DE ALIIS CCLXIV.

B

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

E

1 Julii. *Ungo hîc plures Martyrum manipulos, licet fortaſſe & tempore & patria & palæſtra diverſos, ne pluribus articulis idem ferme dicendum recurrat. Primus* Zelus, *vel ut Corbeienſis codex legit,* Zoëlus, *in omnibus Hieronymianis apographis apud Florentinium, diſtinctè ponitur*: In Meſopotamia. *Varia claſſes*

Socii ſex æque clare exprimuntur in Lucenſibus, Corbeienſi & Blumiano: In Meſopotamia, Zeli cum aliis ſex. *Vidimus ſupra antiquarium ſcriptorem codicis vetuſtiſſimi Epternacenſis, male* Zelum *ſubjunxiſſe Martyribus Romanis*: Item Romæ, Iſici ..... Victoris, Zeli cum aliis

C octo; *in quo & nova occurrit hallucinatio, quod ſocii* Orionis *ad* Zelum *transferantur, & cum eo connectantur anonymi* CCLXII; *ſic enim ſequitur*: Orionis & aliorum CCLXII. *Longius aberrant Lucenſes codices, qui prætermiſſo Orione & ſociis, ſic copulant omnia, ut* & aliorum CCLXIV *videantur Zelo & Meſopotamiæ adſcribere. Melius porro diſtinguuntur in Corbeienſi, cujus hic eſt textus*: In Meſopotamia, Zoëli cum aliis ſex: Orion cum aliis octo & aliorum ducentorum ſexaginta octo.

2 *Hæc, inquam, recte ibi quidem diſtincta ſunt, numerus ſociorum Zeli & Orionis bene expreſſus; at quis demum ſeligendus erit numerus plurium iſtorum anonymorum, qui ab omnibus diverſimode refertur. Suppetiæ ab Hieronymianis minoribus peti nequeunt, nam unicum Barberinianum, quod de illis meminit præfationis Uſuardinæ num. 36, & in Bedæ auctariis ad hunc diem, difficultatem potius auget, ſic ſcribens*: In Meſopotamia, Zeli cum aliis VI, Orionis cum aliis IX (*non* VIII *ut legit Papebrochius*) & aliorum CCLXXIV. *Crediderim ego in numeris Romanis facile* X *additum fuiſſe, adeoque pro* ſexaginta *irrepſiſſe* ſeptuaginta, *unde & medium illum numerum* CCLXIV *in titulo plane ſervandum putavi. In Adonis appendice Ruſweydina appoſiti ſunt* Zelus *cum ſociis ſex, &* Orion *cum octo; at Notkerus tres illas turmas confudiſſe videtur, hac unica annuntiatione*: In Meſopotamia, Zoëli cum aliis plurimis. *Nihil eſt quod dictis ſuperaddi poſſit, donec aliunde Acta eruantur, ad diſtinguendas claſſes,* *non ubique ſatis diſtincta.*

F

DE SANCTIS MARTYRIBUS ANTIOCHENIS,

SEVERIANO, ZOELO, EPASO.

J. B. S.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

1 Julii. *EN alteram Martyrum claſſem, quæ in ſolis Hieronymianis majoribus apud laudatum Florentinium integra reperitur*: In Antiochia, Severiani, Zoëli, Epaſi. *Apographum Epternacenſe, ultimum nomen corripit, pro* Epaſi *ſcribens* Paſi, *haud dubiè amanuenſis oſcitantiâ. Recte advertit Florentinus, hos Martyres*, reliquis editis huc uſque Martyrologiis ignorati, *nam neque in Bedæ, aut Adonis, aut Uſuardi auctariis, neque apud Rabanum aut Notkerum ſignatos uſquam reperias. Quam vero mutili paſſim ſint codices illi, quos Hieronymianos parvos appellamus, collige ex ſæpe citata præfatione Uſuardina num.* 29 *&* 30, *ubi apographum Richenovienſe, aliis paulo correctius, habet*: In Antiochia, Severiani: *Gellonenſe autem, Auguſtanum & Labbeanum, nomen quidem* Severiani *referunt, ſed ita aliis immixtum, aut loco deturbatum, ut ex ipſis Severiani ſolius poſitionem ſeu palæſtram cognoſcere omnino nequeas. Nihil aliunde ſubſidii occurrit, quo de Antiochenis, illis plura tradamus., & certe fruſtra alibi quæreretur.*

D E

DE SANCTIS PRIMO, IDONEO

ET ALIIS.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

J. B. S.

1 JULII. *VTrum hi Martyres ſint, dubitare jubet appoſita particula*, depoſitio. *Tempus, patria, palæſtra nuſquam innoteſcunt. Fuerintne ſocii, an ambo, an alteruter filios habuerit, non magis conſtat. Hoc certum eſt, omnibus aliis Martyrologiis noſtris tum Mss. tum typis editis ignotos eſſe. Quid de cetero cum aliqua verò ſimilitudine ex Hieronymianis erui poſſit, docebunt ſequentia. Epternacenſe vetuſtiſſimum ſimpliciter legit :* Depoſitio Idonii cum filiis ; *cui ferme accedit Blumianum.* Sed de *prioris* mutilatione in hodiernis faſtis ſuſpicari jam licuit, *inquit Florentinius ; binos Lucenſes codices allegans, ex quibus textum ſuum deſumpſit, qui diſerte ſignant :* Et depoſitio primi, Idonii cum aliis, *quæ eſt etiam annuntiatio Corbeienſis, quamque ut veroſimillimam prætulimus. Corrigenda eſt Florentinii notatio, ubi ait ;* in vetuſtiſſimo Antverpienſi Primum tantum memorari cum filiis ; *quandoquidem in eo codice nec* Primi *nomen reperiatur, in quo de mutilatione ſuſpectum diximus. Quantum porro valeat ejuſdem conjectura, de* Primo *&* Idonio *in* Primidonii *nomen conflandis, aliis expendendum relinquimus : nihil ipſe immutare auſus eſt, neque nos audemus.*

DE SANCTO BASILIO ABBATE,

B *FUNDATORE MONASTERII, DICTI AD PROFUNDUM RIVUM.* E

Ex Menæis Græcorum impreſſis.

J. P

1 JULII. *ANniverſaria S. Baſilii memoria ſacris Menæorum Græcorum faſtis inſcribitur die prima Julii, hiſce verbis :* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ϗ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, ϗ συναμένου τῇ μονῇ ϗ βαθέος ῥύακος : Eodem die memoria ſancti Patris noſtri Baſilii, qui condidit monaſterium Profundi Rivi, *vel* ad Profundas Aquas ; *prout alius hunc locum Latinè reddit. Verum utraque interpretatio ſolis diſſonat verbis. Ejuſdem cœnobii brevis recurrit notio die* XXVII *Septembris in præfatis Menæis, diciturque* ϗ Σωτῆρος Χερσοῦ, ϗ ἐπιλεγομένου ϗ βαθέος ῥύακος. *Monaſterium* Chriſti Salvatoris, cui cognomen eſt inditum Profundi Rivi. *Iterata ejuſdem loci mentio fit die* VII *ſupradicti menſis, occaſione S. Lucæ, qui ibidem tertius cœnobiarcha fuiſſe traditur. Porro apud Conſtantinum in ejus vita numero* 41 *editionis Commeliſianæ, tacim iſte locus vocabulo unico* Βαθυῤῥύαξ *indigitatur. De S. Baſilii vita, ætate, ac reliquis, ad illum ſpectantibus, nihil comperti habeo, præter hoc unicum, quod ſub ipſius diſciplina monaſticæ vitæ ſtudium edoctus ſit ſanctus Abbas Ignatius, qui apud Græcos colitur* XXVII *Septembris,* ϗ ἐκ γονέων ἀνέτεθη Θεῷ κατὰ τὸν ἱερὸν Σαμουὴλ, καὶ ὑπὸ Θείου Βασιλείου ϗ κτήτορος τῆς μονῆς, τῇ μοναχικῇ ἀκριβείαν ἐκπαιδευθείς. A parentibus velut alter Samuel ab ineunte ætate Deo conſecratus, & à S. Baſilio, cœnobii conditore, monaſticâ diſciplinâ inſtitutus, *dein prædicto loco,* Profundi Rivi *nuncupato, Antiſtes præfuit. Vide Menæa.* C F

DE SANCTO LEONE ANACHORETA.

Ex Mss. Synaxariis Græcis Sirmondi & Chiffletii.

J. P

1 JULII. *NIhil de hoc Sancto Menæa Græca, nihil Menologium Baſilianum. Quare aliò recurrendum mihi fuit, ut aliquam S. Leonis anachoretæ memoriam invenirem, ſacris tabulis conſignatam. Aliorum itaque ſilentium ſupplet apographum noſtrum tum è Synaxario Sirmondi membraneo, tum è Ms. chartaceo Chiffletii, magna parte tranſcriptum, in quo apographo pauca hæc lego :* Ὁ ὅσιος Λέων ἐρημήτης, γυμνὸς διαγὼν, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. S. Leo Eremita, poſtquam vixiſſet nudus, vitæ curſum in pace conſummavit. *Elogii loco duos hoſce verſiculos è Synaxario Chiffletiano huc tranſcribo :*

Οὐ σαρκὶ πειθεὶς πρὶν θανεῖν Εὔα Λέοντα,
Ὡς πρῶτος Ἀδάμ, γυμνὸς ὢν οὐκ αἰσχύνη.

Numquam Eva vicit te caro, ante obitum Leo,
Non erubeſce nudus, ut Adam innocens.

D E

DE SANCTIS BIS MILLE MARTYRIBUS.

J. P. Ex Menæis Mazarinianis.

1 JULII. *Umerosa hac pariter & glorioſa Martyrum bis mille phalanx, perpetuis fortaſſe oblivionis tenebris fuiſſe involuta & prætérita à nobis in Actis noſtris, niſi lucis aliquid ſubminiſtraſſet apographum Mazarinianum, quod in omnibus fere convenit cum Chiffletiano. Sic ibidem annuntiantur:* Οἱ ἅγιοι διχίλιοι Μάρτυρες ξίφει τελειῦνται. Sancti bis mille Martyres gladio conſummantur. *Adjungo duos verſiculos ex Mazariniano jam nominato:*

Ξίφος πατάσσει χιλιανδρίας δύο
Σεπτῶν Ἀθλητῶν, ὧν μαχρὰν δειλανδρία.
Ferrum viros bis mille generoſos necat
Pugiles: ineſt his nullus à viris timor.

Alluſio in voce χιλιανδρία, *quæ* virorum bis mille agmen *deſignat, & in voce* δειλανδρία, *quam* timorem à viris incuſſum *non incongrue dixeris, Latinè non eſt imitabilis cum pari brevitate, & energia.*

DE SANCTO MAURICIO MARTYRE.

J. P. Ex Mss. Synaxariis Græcis Sirmondi & Chiffletii.

1 JULII. B *Anctum hunc enuntiant Synaxaria Sirmondiana & Chiffletiana, partim proſa oratione:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Μαυρίκιος μελιχρισθεὶς, καὶ ὑπὸ μελισσῶν κατακεντούμενος, τελειοῦται. Eodem die (1 *Julii*) S. Mauricius, qui melle unctus, & ab apibus punctus, conſummatus eſt; *partim metrica:*

Ὁ Μαυρίκιος γυμνὸς ἐκχρισθεὶς μέλι,
Κείνει μελίσσων ἡδὺ τὰς τρώσεις μέλι.
Mauricius artus nudus, & melle oblitus,
Mel eſſe reputat dulce punctúras apum.

In Ms. noſtro legebatur κεχρισθεὶς, *ſine dubio mendoſè, quantum liquet ex legibus metri jambici. Subſtitui ego* ἐκχρισθεὶς. E

DE SANCTIS MARTYRIBUS XXV NICOMEDIENSIBUS.

J. P. Ex Mss. Synaxariis Græcis Sirmondi & Chiffletii.

1 JULII. *Odex idem noſter Sirmondi & Chiffletii Sanctos Martyres hoſce* XXV *nobis exhibet.* οἱ ἅγιοι κε Μάρτυρες, οἱ ἐκ Νικομηδείας πυρὶ τελειῦνται. Sancti XXV Martyres Nicomedienſes igne conſummantur. *Eorum elogium binis Jambicis verſiculis abſolvit Ms. Chiffletianum.*

Ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἡνθρακωμένων κύκλος,
Τὸ πεντάκις γὰρ πέντε δῆλον ὡς κύκλος.
Numerus virorum eſt, flamma quos uſſit, cyclus,
Nam quinque ſumpta quinies verè eſt cyclus.

F

DE S. LUPIANO CONFESSORE.

J. B. S. Notitia ex S. Gregorio Turonenſi.

C SECULO IV *Natalis S. Lupiani.*

Ujus commentarioli materiam pridem digerere cœperat Joannes Bollandus, qui XVII *Februarii Lupianum hunc remiſerat, pauculis collectis, quæ de Sancti memoria apud ſolum Gregorium Turonenſem ſuperſunt. In antiquis claſſiciſque Martyrologiis plane ignotus eſt Lupianus, niſi hîc aliis Wandelbertinis apographis præferendus ſit codex noſter pervetuſtus ſub num.* ✠ *Ms.* 120 *A; in quo verſiculus, alibi non repertus, quinto loco de Sanctis adjicitur:* Tu meritis ipſas Lupiane celebriter ornas, *pro quo in Spicilegio eſt:* Salvius & ſanctus Scaldi tum littora viſit, *ab aliis relatus* XXVI *Junii. Sintne hæc genuina Wandelberti verba, fugio quærere; certe neque apud Uſuardum, neque in ullis Uſuardinis auctariis natalis ejus ad hunc diem refertur, præterquam apud Hermanum Greven, in ſua Sanctorum Uſuardo additorum congerie ſcribentem:* Lupiani Confeſſoris. *Unde acceperit, difficilis eſt conjectura, niſi viderit Wandelbertum jam citato ſimilem, vel magnum Adonis Ms., quod exſtat in monaſterio S. Laurentii, juxta Leodium, in quo habetur:* Ipſo die, Lupiani Confeſſoris. *Nec plura reperit auctor Florarii Ms.* Lupianum *cum alio male connectens:* Item ſanctorum Lupiani & Theodulphi confeſſorum. *Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali, paulo diſtinctius ex Gregorio Turonenſi locutus eſt:* In territorio Ratiatenſi (*payis de Rets*) in Britannia (*minori*,) ſancti Lupiani, qui obiit ipſa hebdommada, qua baptizatus eſt: *nempe* in albis, *ut habet Gregorius; unde laudatus Caſtellanus ipſum in indice* neophytum *appellavit. Sitne hic verus obitus vel depoſitionis dies, quis divinet? Veroſimilius exiſtimo, arbitrariè ſelectum fuiſſe, ab eo qui primus Sanctum ex Turonenſi Gregorio extraxit, ac Faſtis inſernit.*

2 *Porro Gregorii verba de Gloria Confeſſorum cap.* 54, *hæc ſunt:* Infra ipſum Pictavorum terminum, qui adjacet civitati Namnet. id eſt in vico Ratiatenſi, Lupianus quidam in albis tranſiens, requieſcit. Hic fertur à beato Hilario Antiſtite, donum baptiſmatis ſuſcepiſſe: ſed mox, ut diximus, migravit à corpore. Cui à Deo bonorum omnium largitore, tanta eſt gra- *in albis mortui,*

dein claraculis. gratia attributa, ut ad ejus ſepulcrum cæcus viſum, paralyticus greſſum, mutus mereretur eloquium. *Invocatur ſanctus Lupianus in litaniis Pictonicis, quas illuſtriſſimus Henricus Ludovicus Caſtanæus de la Rochepozay Pictavorum Epiſcopus concinnavit, qui & in notationibus citata Gregorii verba adducit, indicatque* Ratiatenſem vicum, *nunc* Riè *dici, quem forte melius Caſtellanus ſupra vocavit* payis de Retz. *Verum cum Caſtanæus Lupiano diem nullum, ut pleriſque aliis, aſſignet, ſatis inſinuat, nullam ejus agi in ea diœceſi celebritatem; niſi forte ibi referendus ſit ad* XI *Octobris, dum in prædictis notis ponitur poſt S. Genardum.*

Iſne tranſlatus Claramontem. 3 *Quæri poteſt, an ad Arvernos* Lupiani *noſtri reliquiæ tranſlatæ ſint? Ita videntur indicare codices Uſuardini Mss. Aquicinctinus, Burdegalenſis, Cluniacenſis, Altempſianus, Daveronenſis, Caudiacenſes & D. le Mare ſign.* C, *ut vide in Auctariis Uſuardinus* XVII *Februarii: ex editis* Belinus, Galeſinius, Wion, Ferrarius; *una omnes phraſi:* Claromonte, tranſlatio ſancti Lupiani Confeſſoris. *Sauſſayus in Martyrol. Gall. eodem die, & rurſus in Supplemento, iiſdem utrobique verbis:* Arvernis, tranſlatio ſancti Lupiani Confeſſoris. *At Caniſius ac Molanus, nulla facta mentione tranſlationis:* Claromonte, ſancti Lupiani Confeſſoris. *Verumtamen in Molano manifeſtus error eſt; cum enim per literam* R, *ſe ex Belino deſcripſiſſe teſtetur, ſi textum corrumpere noluit, non potuit non addere vocem* translatio. *Ab omnibus differt Maurolycus:* Claromonte, tranſlatio ſancti Lupiniani Confeſſoris. *Idemne ſit* Lupianus, *de quo S. Gregorius Turonenſis, an alius, nihil eſt, unde definire certo poſſimus; nec his diutius inhærere, operæ pretium eſt. Apud Savaronem, in Catalogo Arvernicorum Sanctorum, nullus eſt Lupianus.*

DE S. PAMBONE ABBATE, ET CONFESSORE, IN NITRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. B. S.

§. I. Sancti celebritas, recentior in Faſtis memoria, varia nominis efformatio.

SUB FINEM SEC. IV. DE celebratiſſimis Ægypti aſceteriis tam multa pridem tradidere Majores noſtri in hoc vaſto de Actis Sanctorum opere, ut ſuperfluum plane ſit eadem rurſus aliis verbis repetere. De monte, vico, eremo, ſeu cœnobio Nitria ſæpe etiam ſermo recurrit, præſertim menſe Januario ad vitam S. Macarii Alexandrini, ſed maxime ad alterius S. Macarii Ægyptii, tomo I à pag. 1005. Rurſus ubi de S. Antonio: item tomo 2 Aprilis pag. 201; tomo 3 Junii pag. 298 & locis aliis, quæ hîc enumerare opus non eſt, cum verſemur in re alias notiſſima, apud Palladium cap. 69 ſatis accurate deſcripta, atque iiſdem fere verbis, ſaltem eâdem ſententiâ à Rufino lib. 2 cap. 21, in editione Roſweydi pag. 477, ex quibus recentiores multi cum Tillemontio variis commentariorum ſuorum eccleſiaſticorum capitibus. Mitto ea quæ in prædicta Nitrienſis eremi vituperium facere poſſunt, ab contractam ex Origenianis dogmatibus labem, cum hæc ad Sanctum noſtrum retrahi nequaquam poſſint. Nec ſcriptorum Rufini, Palladii aut aliorum fidem hîc quiſquam merito in dubium revocet, quòd ejuſdem hæreſeos fuligine inſperſi fuerint. Hæc paucis præmittenda fuere, nequid deeſſet ad cognitionem loci, tot ſanctiſſimorum anachoretarum poſt S. Ammonem laboribus, ſudoribus & virtutum omnium radiis inſigniti.

De monachis Nitriæ ſæpius actum, 2 *Non arbitror cuiquam dubium eſſe, quin præcellentium* S. Pambonis *geſtorum fama & eximia ſanctitatis gloria, magnis Antoniis, Paulis, Pachomiis, Paphnutiis, aliiſque antiquis illis Ægypti eremorum prodigioſis incolis, eum parem fecerint, ut ex pluribus, quæ de Vitis Patrum ſcripta ſunt, operum locis facile demonſtrari poteſt, licet tanti viri actorum ſeriem nemo olim digeſſerit. Hujus rei teſtem habeo, hac ſaltem in parte omni exceptione majorem, utpote oculatum, Rufinum Aquileienſem, iis libris, quos Euſebii interpretationi ſubjunxit. Is ita libri* 2 *ſeu* 11, *caput quartum exorditur:* Per id tempus Patres monachorum, vita & antiquitatis merito Macarius & Iſidorus, aliuſque Macarius atque Heraclides & Pambus, Antonii diſcipuli per Ægyptum, & maxime in Nitriæ deſerti partibus habebantur: viri qui conſortium vitæ & actuum non cum ceteris mortalibus, ſed cum ſupernis angelis habere credebantur. Quæ præſens vidi, loquor, & eorum geſta refero, quorum in paſſionibus ſocius eſſe promerui. *Conſonant ea quæ refert, ejuſdem libri cap.* 8: Florebat igitur Ægyptus ea tempeſtate, non ſolum eruditis in chriſtiana philoſophia viris, verum etiam his, qui per vaſtam eremum commanentes, ſigna & prodigia, apoſtolica ſimplicitate vitæ & cordis ſinceritate faciebant. Ex quibus interim, quos ipſi vidimus, & quorum ipſi benedici manibus meruimus, ii ſunt, Macarius de ſuperiori eremo, aliuſque Macarius de inferiori, Iſidorus in Scitiis, Pambus in Cellulis, Moyſen & Benjamin in Nitria. *Notet hîc lector, Pambonem primo* in Nitria, *deinde* in Cellulis *collocari. Quæ ex eodem Rufino citat Roſweydus, vide in ejus de Vitis Patrum editione pag.* 441.

quos inter laudatiſſimus S. Pambo, 3 *Actorum defectu, cogimur centones, ut ita dicam, colligere; ac primo breve Palladii ex laudata Roſweydi editione encomium, tum alia hinc inde nullo ſervato temporum, qui hîc ſervari non poteſt, ordine coacervata, quæ infra ſubjicientur. At ne quid intactum relinquamus, hîc ea prius illuſtranda ſunt, quæ dubiis aut difficultatibus implexa, præviam aliquam lucem deſiderant. De recepto in Eccleſia cultu, præcipua apud nos ſolet eſſe diſquiſitio, hîc non immerito inſtituenda, cum Sanctus hîc noſter in nullis antiquis Martyrologiis conſignatus, poſtremis demum ſeculis, apud aliquos recentiores* in nullis Martyrologiis antiquis Latinis

AUCTORE J. B. S.

tiores in ſacras Tabulas relatus fuerit. Inter ſcriptores latinos elogium ex Heraclide, ut aut, ei olim concinnavit Equilinus Epiſcopus Petrus, cujus ætatem ſæpe aliàs notavimus, & hic iterum notare compellimur, nempe qui librum ſuum abſolverit anno MCCCLXXI, quoniam hunc primum fuiſſe exiſtimamus, qui de S. Pambone in ſuo Sanctorum Catalogo egerit, lib. 6, cap. 38, diem hunc 1 Julii, neſcio ubi repertum, ejus feſtivitati aſſignans, quaſi eo die in Domino quieverit.

nec apud Græcos notus,

4 *In Ephemeridibus Græco-Moſcis ante me obſervavit Papebrochius ad diem* XVIII *Julii (quo die ponitur etiam à Caſtellano,)* mirandum *eſſe*, nullis hactenus Græcorum Faſtis inſcriptum *S. Pambonis* nomen, *niſi uni Synaxario Chiffletiano, idque nudo dumtaxat nomine* Παμβώ. *Addo ego non minus mirum eſſe, quod nec apud ſeculi noni Martyrologos uſquam notus ſit, nec ante Equilinum in ullis antiquis qualibuſcumque Faſtis eccleſiaſticis, Hagiologiis aut Kalendariis memoretur. Fateor equidem, inter collectanea noſtra codice quarto, exſtare apographum Kalendarii, quod Carmelitarum Mechlinienſium appellatur, neſcio unde eò allatum, in quo habeatur* Pambonis

B Abb. *memoria die 1 Julii: verum accurate obſervavit ejus deſcriptor, alia ibi primâ manu, quæ forte ſeculum* XIV *ſapient, alia recentiori expreſſa; ita ut hoc die antiquior textus referat* Aaronem Sacerdotem, octavam S. Joannis Baptiſtæ & Vigiliam, *nempe Viſitationis B. M. V, ex quo de antiquitate judicium feras: poſterior vero adjectitius habeat:* S. Rumoldi Epiſcopi & martyris. Pambonis Abbatis. *Unde pateat, quod jam diximus, primum eſſe Epiſcopum Equilinum, qui Sanctum noſtrum ſacra in Faſtis Latinis commemoratione donaverit.*

à recentioribus celebratur,

5 *Proximus huic & liberalis ejus deſcriptor eſt Grevenus Colonienſis Cartuſianus, in ſuis ad Uſuardum additionibus, ubi ipſa Equilini verba, ex Socrate, vel ex Vitis Patrum deſumpta adducit:* Pambo Abbatis & Confeſſoris, qui cum eſſet illiteratus, & pſalmum aliquem diſcere cuperet, lecto ſibi verſu illo: Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; ſecundum verſum audire noluit, ſufficere ſibi dicens, ſi primum implere poſſet. *Ex hoc vel ex ipſo Equilino ſua etiam accepit Caniſius, ſuperaddens, quod*

C *contra illam regulam, numquam ſe peccaſſe meminiſſet. Recentiores alii, Maurolycus, Felicius, Ferrarius ſimpliciori textu ſcribunt:* In Ægypto, *vel* apud Ægyptum, ſancti Pambonis Abbatis. *Phraſim tantillum ampliavit Galeſinius:* In Ægypto, ſancti Pambonis monachi & Confeſſoris, vitæ divinitus in ſolitudine actæ laude clari. *Neque tamen Baronium hæc moverunt, ut eum Martyrologio Romano inſcriberet, niſi ſub Pæmonis nomine, dum* XXVII *Auguſti legit:* In Thebaide, S. Pæmonis anachoretæ, *Pammonem ſeu Pambonem intelligi voluerit, ut ex ejus Annalibus collegit Roſweydus, in obſervatione quam auctariis ad Uſuardinam noſtram editionem, tomo ſeptimo Junii, dicto die* XXVII *Auguſti ſubnexuimus.*

cujus vitæ ſeries nuſquam exſtat.

6 *Ceterum quidquid ſit de Baronii mente circa Pamonem & Pambonem, dolendum eſt, viros illos qui ſcripſerunt de geſtis priſcorum illorum anachoretarum ſeu monachorum (nam de horum appellationum diverſa vel una notione hic diſputare non lubet:) dolendum, inquam, ſcriptores illos de pleriſque paucas potius virtutes & apopthegmata ſparſim memoraſſe, quam ſingulorum vitas accurate diſtribuiſſe, ſic ut ortus, patria, prima eorum converſatio, reliqua ætatis curricula, ceteri-* D *que characteres diſtinctius haberi nequeant. Notiſſima eſt noſtri Heriberti Roſweydi egregia de Vitis SS. Patrum à ſe diligentiſſime recenſitis lucubratio; ex ea porro facile eſt conjicere, non uſquequaque obvium eſſe, ſic Pambonis vitam ordinare, ut non aliqua præpoſtere hinc inde ſtatuantur, defectu notarum, quæ ad ſeriem chronologicam inſtruendam nos manuducant. De varia nominis efformatione tantopere laborandum non video, cum nullus in dubium hactenus revocaverit, an ſub diverſis hiſce ſcribendi modis.* Pambos, Pambus, Pambo, Pambon, Pammon *diverſi lateant Sancti: unus enim idemque monachus, ſolitarius, anachoreta, Abbas Nitrienſis, ſanctus Pambo apud omnes exiſtimatur. Atque hæc quidem ſatis plana ſunt, de dubiis & incertis ſequenti* § *diſputandum.*

§. II. Sancti ætas, unus an geminus fuerit? An ſacerdos? An bis exul? E

In ejus ætate definienda

Prima difficultas occurrit in definienda ſancti noſtri ætate, non tam facile diſſolvenda, niſi diverſi ſaltem duo ſtatuantur ejuſdem nominis; atque hæc inde potiſſimum deſumitur, quod Palladius ex Melaniæ ſenioris narratione indicare videatur, tunc obiiſſe Pambonem, cum ipſa ab initio Româ veniſſet Alexandriam, *unde in Nitriam progreſſa, Sancto* attulit vaſa argentea trecentarum librarum argenti: *ſubjungit enim paulo poſt laudatus ſcriptor eodem tenore:* Brevi autem poſt tempore dormiit homo Dei .... cum eſſet annorum ſeptuaginta. *Hic inſinuari videtur primus Melaniæ Alexandriam atque inde in Nitriam acceſſus, qui ad initium imperii Valentis paſſim rejicitur, ſeu ad annum circiter 367 vel 368, niſi cum Cardinale Baronio malis ſtatuere annum 372. aut cum Pagio proxime præcedentem, quod modo ad rem noſtram nihil refert. In hoc cardo vertitur, quod Melania apud eumdem Palladium lib. 8 cap. 117 pag. 773,* cum res ſuas vendidiſſet (*Alexandriæ*) & in aurum minutum convertiſſet, ingreſſa ſit montem Nitriæ, F ſanctos Patres conveniens, Pambo .... & verſata ſit apud eos circiter annum dimidium, obiens ſolitudinem & videns omnes Sanctos.

difficultates ex Palladio

8 *In hoc, inquam, cardo ſatis implexus vertitur, quod hîc utrobique loqui videatur Palladius de primo Melaniæ in Ægyptum adventu, quo ipſo tempore, ſi primo ſcriptoris iſtius textui adhæremus, è vivis exceſſerit S. Pambo, adeoque ante annum, in eminentiſſimi Annaliſtæ opinione, 373, neque enim majorem latitudinem pati dixeris hæc* Brevi poſt tempore dormiit homo Dei. *Cum autem ex Palladii verbis contendere quis poſſit, non niſi ſemel Nitrienſem ſolitudinem inviſiſſe laudatam Melaniam, conſequens erit, quod diximus, ante prædictum annum 373 Pambonem vivere deſiiſſe, quod admitti poſſe neutiquam cenſemus, ob alia argumenta, paulo inferius adducenda, ex quibus conſtabit, memoratum Sanctum, vel eodem Palladio teſte, pluribus adhuc annis ſuperſtitem fuiſſe. Ceterum, ut in priori illa hypotheſi ætas ejus definiatur, retrocedendo ſubducendoque annos, quibus vixit, ſeptuaginta, alia deducetur ſequela, quod nempe lucem aſpicere debuerit ab anno 303, vel juxta primum calculum, quem tuetur Tillemontius, ſub finem ſeculi tertii.*

9 *At*

A 9 *At vero cum iis conciliari nullo modo poſ-*
& ex Ruſino, ſunt, quæ tradit Rufinus lib. 11 *cap.* 4, *loquens de perſecutione, quæ poſt Athanaſii obitum a ſubintruſo Lucio excitata eſt, ubi verbis ſupra citatis :* Per id tempus Patres monachorum vita & antiquitatis merito, Macarius & Iſidorus, aliuſque Macarius atque Heraclides & PAMBUS Antonii diſcipuli per Ægyptum & maxime in Nitriæ deſerti partibus habebantur *&c. addit :* ii ducebant exercitum Domini, non mortalibus telis, ſed fide religionis armatum exercitum, moriendo vincentem, & qui ſanguinis ſui profuſione victor Chriſtum ſequeretur ad cælum. Quique dum in tabernaculis poſiti & orantes, exſpectarent interfectores ſuos, delatus eſt ad eos homo, olim membris omnibus & præcipue pedibus aridus. Sed cum ab eis in nomine Domini oleo fuiſſet perunctus, ſtatim confirmatæ ſunt plantæ ejus *&c. Patet itaque, adhuc annis aliquot ſupervixiſſe S. Pambonem : imo ſi vera ſunt quæ ex apophthegmatis apud Cotelerium infra recitabimus, vitam protrahere debuit ad uſque tempora Patriarchæ Theophili, quem anno primum* 385 *Timotheo ſubrogatum oſtendimus*
B *in noſtro de Patriarchis Alexandrinis tractatu pag.* 51.

10 *Ut hæc in ſpeciem contraria componantur,*
qui duos ſtatuere videntur, *Palladius ſecum ipſe conciliandus eſt, non ſolitus chronologicam rerum ſeriem proſequi, ut ex relato proxime loco in vita Melaniæ apud Roſweydum pag.* 773 *evidenter conſtat. Ibi enim citatis ſupra verbis, immediate ſubjicit :* Poſt hæc autem cum Auguſtalis Alexandria relegaſſet Iſidorum & Piſſimium & Adelphium & Paphnutium & Pambo.... & duodecim Epiſcopos & presbyteros & clericos & anachoretas, ut eſſent omnes numero CXXVII in Palæſtinam circa Diocæſaream, & ipſa (*Melania*) eos eſt ſecuta, iis ex ſuis propriis pecuniis ſubminiſtrans &c. *Si itaque Pambonem cum ceteris confeſſoribus exſulem ſecuta eſt in Palæſtinam Melania, non potuit ejus morti intereſſe, dum primo in Nitriam progreſſa, ibi per* annum dimidium *commorata eſt, atque adeo, ſi tunc obiit S. Pambo, dum à prædicta Melania* vaſa argentea trecentarum librarum argenti *acceperat, ad ipſum poſtliminio hæc rediit, idque veroſimiliter anno* CCCLXXXVI ; *ſiquidem, teſte eodem Palladio, dum Alexandriam primo appulit* ; res ſuas vendidit & in aurum minutum convertit. *Satis diverſa ſunt, quæ jam diximus, ad eumdem tamen Pambonem referri, qui negari poſſit, necdum video. Unus, opinor, eſt Pambo ; ſed Melaniæ acceſſus duplex ſtatuendus, vel Palladius turpiter hallucinatus eſt.*
C

11 *Ex dictis, ſi non ut certum, ſaltem ut ve-*
quem unicum fuiſſe putamus. *roſimillimum deducimus ; Sanctum noſtrum iſtius nominis unum unicum in Ægypto natum circa annum* 317; *juniorem, magni Antonii, qui obiit* 356, *diſciplina anachoretica inſtitutum & eruditum fuiſſe ; porro in ſolitudinem Nitriæ ſeceſſiſſe, ubi eum reperit Ammonius, is qui de geſtis Pachomii & Theodori egregiam ad Theophilum Alexandrinum epiſtolam exaravit, in Actis* XIV *Maii Latine & Græce editam, pag.* 355 *in fine nominans* S Pambonem & Dei famulum Piorem, qui gratias ſanitatum à Domino fuerant adepti. *Rurſus pag.* 356 A : Hæc, inquam, omnia cum fierent, monachis cum Piore & Pambone in monte Nitriæ degentibus, reliquiſque ſenioribus, annuntiavi ea, quæ de perſecutione iſta Theodorus prædixerat. *Demum pag.* 357 A : Ut enim ipſi ſic quaſi obſcuri prorſus latebant, quemadmodum & ſanctus Ammon, & ſanctus Theodorus in monte Nitriæ, & famulus Dei ac pulchra ſenectute venerandus Pambo. AUCTORE J. B. S.

12 *An tantam ſenectutem Pamboni tribuat Am-* *Sacerdotem non fecit*
monius pro eo tempore, quo hanc ad Theophilum epiſtolam dabat, an forte pro eo, quo ferme Julianus periit, ut ſupra memoraverat, non ſatis diſtincte explicatur, quamvis mihi veroſimilius ſit, indicari tempus, quo ſcribebatur præfata epiſtola, nimirum ſub initium patriarchatus Theophili, quo circiter pulchra tum ſenectute venerandum Pambonem è vivis exceſſiſſe credimus. Alioquin nova oriretur difficultas, ceteris non minor. Nam ſi ſanctus Pambo pulchra *fuit* ſenectute venerandus, *dum illum viſit Ammonius circa annum* CCCLVI, *ut ex Papebrochii & Tillemontii calculo ſuppono, quis credat annis poſt plus quinque & viginti, cum ipſum Melania obiiſſe narrat, non niſi ſeptuagenarium fuiſſe ? Alia ibi occurrunt ordinandæ chronologiæ non minus apta, ſed quæ hic intacta relinquimus. Certe ex recitatis Ammonii verbis, ſive Græcè, ſive Latine legantur, non recte videtur collegiſſe Tillemontius tomo* 8 *pag.* 447, *&*
E *alibi ſæpius, S. Pambonem ſacris initiatum ſeu ſacerdotem fuiſſe annis* 355 *aut* 356.

13 *Latinam verſionem jam dedimus, quam* *Ammonii ad Theophilum epiſtola.*
juvat repetere, ut evaneſcat quæſtio à laudato Tillemontio propoſita. (monachis cum Piore & Pambone in monte Nitriæ degentibus, reliquiſque ſenioribus annuntiavi.) *Utrum nempe prædictis annis* CCCLV *aut* CCCLVI *S. Pambo ſacerdos eſſe potuerit, dum ſolum quadraginta ætatis numeraret ? Ego ibi nihil reperio, ex quo talis controverſia educatur, citato toties græco epiſtolæ Ammonianæ textu, quem hic ſubjicio :* Τοῖς περὶ τὸν ἅγιον Πίορ καὶ Παμβὼ καὶ τοῖς λοιποῖς πρεσβυτέροις, τοῖς ἐν τῷ ὄρει τῆς Νιτρίας ἀπήγγειλον &c. *Lego equidem* πρεσβυτέροις, *aſt illud rectiſſime verſum eſt in proprio ſignificato & receptiſſimo,* ſenioribus, *ne aliàs & Pior, & reliqui monachi omnes presbyteri ſeu ſacerdotes fuiſſe dicantur, quod nec Tillemontius, nec ullus rituum monachalium iſtius temporis peritus admiſerit. Quidquid tamen ejus ſit, illud fortaſſe rectius à Tillemontio aſſertum fuerit ; ipſum Ammonium eo anno* 355 *vel ſequenti, Pambonem in monte Nitriæ*
F *vidiſſe. Ceterum nobis ſatis eſt, primam Sancti noſtri ætatem, quoad fieri potuit breviter indicaſſe.*

Tillemontii dubia. 14 *Inter argumenta, quæ ad geminandos ſanctos Pambones excogitavit Tillemontius pag.* 788, *unum adfertur ex eo capite, quod Rufinus lib.* 11 *cap.* 8, *S. Pambonem, non jam in Nitria ſed in* Cellulis *collocet, quæ decem millibus à Nitria diſtabant. Sic habet Rufinus :* Ex quibus interim, quos ipſi vidimus, & quorum benedici manibus meruimus, ii ſunt, Macarius de Superiori heremo, aliuſque Macarius de Inferiori, Iſidorus in Sectiis, PAMBUS IN CELLULIS. *Ut obiter dicam, ſupponitur Rufinus Ægypti eremos luſtraſſe anno* 374. *Sunt etiam qui Pambonem* Sceti *incolam faciunt, uti eſt in apophthegmatibus apud Cotelerium tomo* 1 *pag.* 463 : Idem Abbas Theophilus Archiepiſcopus venit aliquando in Scetin : congregati autem fratres dixerunt abbati Pambo ; aliquid ſermonis habe &c. *Hæc variis modis commode diſſolvi poſſunt, at mihi hæc præ ceteris placet ratio ; quod anachoretæ iſti non ita uni loco adſtricti fuerint, ut ad alium quandoque non migrarent. Sic in S. Macarii Alexandrini Vita legitur tomo* 1 *Januarii pag.* 87, *eum* habuiſſe diverſas cellas, unam quidem in Scete, quæ eſt interior in ſolitudine, & unam in Libya, & unam in Celliis, & unam in monte Nitria. *Quid*

AUCTORE J. B. S.

igitur miri, ſi idem S. Pambo nonnunquam in Cellulis, *nonnunquam etiam in* Scete *repertus fuerit, præterquam quod forte caſu eo devenerit, aut Theophili gratiâ acceſſerit.*

pro geminandis Pambonibus,

15 *Ex allegatis ſupra Ruſini & Palladii verbis, exurgit apud Tillemontium altera diſquiſitio de loco exilii S. Pambonis. Ruſinus eum conjungit cum Macariis, Iſidoro & Heraclide, in quo ſequacem habet Sozomenum lib. 6 cap. 20 pag. 662 :* At Lucius, adjuncto ſibi duce Ægypti, cum magna militum manu, adverſus monachos in ſolitudine degentes, expeditionem ſuſcepit. . . . multi enim tunc temporis admirabiles viri, regionum illarum monaſteriis præerant . . . . cujusmodi tunc Monachorum præfectos fuiſſe accepimus, Macarios duos . . & Pambo atque Heraclidem & ceteros Antonii diſcipulos. Lucius igitur . . . vi eos cogere aggreſſus eſt . . Porro . . . . milites . . . . noctu eos comprehenſos, in quamdam Ægypti inſulam, quæ paluditus undique cincta eſt, abduxerunt. *At breve id exſilium fuiſſe novimus, nam cum ſancti Confeſſores miracula, à Ruſino & Sozomeno enumerata, patraſſent, Lucius* ſtatim occulte mandavit, ut qui cum Macario erant, ad ſuas ſedes in ſolitudinem reverterentur. *Patentiſſimum exiſtimo, hîc S. Pambonem noſtrum aliorum Sanctorum ſocium deſignari, qui proinde eo etiam confeſſionis titulo decorandus ſit.*

B

respondetur.

16 *At enim Palladii textus ſupra num. 10 relatus, aliam plane rem enarrat, alium perſecutorem, alios ſocios, alium locum diſerte exprimens, Pambonem autem tam clare pronuntians, eumque ipſum, quem Melania in monte Nitria convenerat, ut nullus dubio locus ſuperſit, quin & hæc confeſſio Sancto noſtro ſit tribuenda, niſi forte eamdem cenſeas, cum altera, quæ à Ruſino & Sozomeno in ſociorum nominibus, adeoque & loco exilii confuſa fuerit, ut non improbabiliter exiſtimat Tillemontius nota 3, pag. 790. Meliorem evadendi viam ſuggeri cupio, ut non cogamur admittere, bis exulaſſe S. Pambonem, primo in Ægypti inſulam cum ſanctis Macariis, deinde cum aliis in Palæſtinam abductum, cum interim laudatus Palladius in brevi Sancti vita, mox producenda, nec verbum de unico exilio faciat. Regula ſit, ab eo auctore, qui flores potius colligit, quam hiſtorias ſcribat, non omnia ordinata exigi poſſe. Putamus jam dicta ſufficere, ad ea quæ propoſuimus illuſtranda, ſi cui plus otii fuerit, cetera exactius diſcutiat, nobis ſuaderi hactenus non potuit, Pambones geminandos eſſe.*

C

VITA

Ex Palladii lib. 8, cap. 10 pag. 715.

a *Diſcipulos, docet aurum deſpicere,* b

HUjus montis (*Nitriæ*) accola fuit etiam abbas Pambo, *a* qui fuit magiſter Dioſcuri Epiſcopi, Ammonii *b* & Euſebii & Euthymii fratrum, & Origenis filii fratris Dracontii, viri illuſtris & admirabilis. Hic Pambo multa quidem habebat & varia privilegia : inter cetera autem, quæ recte & ex virtute ab eo gerebantur, hoc habebat, quo erat reliquis ſuperior, quod ſcilicet aurum *c* & argentum deſpiciebat, quantum poſtulat ratio Dominica. Unde mihi narravit beata Melania, quod cum ab initio Roma veniſſet Alexandriam, & de ejus virtute audiiſſet à beato Iſidoro *d* presbytero & xenodocho, qui de eo mihi narravit & ad ipſum deduxit in ſolitudinem. Ad eum, aiebat, attuli vaſa argentea trecentarum librarum argenti, rogans eum, ut rerum mearum eſſet particeps. Ille autem, inquit, operans & ramos texens, mihi benedixit, voce magna dicens : Deus det tibi mercedem. Et dixit ſuo œconomo *e* Origeni : * Accipe, & ea diſpenſa univerſæ fraternitati, quæ eſt in Lybia, & inſulis ; hæc enim monaſteria magis indigent : ei præcipiens, ut ex eo nihil daret iis qui erant in Ægypto, propterea quod ſit regio ditior & abundantior.

c

d *Melaniæ vaſa argentea aliis diſpenſans,*

e * al. *Theodoro.*

2 Ego autem, inquit, ſtans exſpectabam, ut vel benedictionibus ab eo honorarer, vel verbo ſaltem laudarer ob tantum donum. Cum vero nihil omnino ab eo audiiſſem, ei dixi : Domine, ut ſcias quantum ſit, ſunt trecentæ libræ argenti. Is autem rurſus cum ad hoc ne omnino quidem annuiſſet, & nec ad vaſis quidem thecam attendiſſet, reſpondit : Is cui hæc attuliſti, ô filia, non opus habet, ut à te diſcat quantitatem ponderis. Qui enim montes appendit & ſaltus ſtatera, multo magis ſcit quantitatem tui argenti. Si enim hæc mihi dares, recte mihi pondus dixiſſes, ſed ſi Deo ea obtuliſti, qui ne duos quidem obolos deſpexit ſed eos pluſquam omnia æſtimavit, tace. Sic ergo, inquit, diſpenſavit gratia Domini, dum ingreſſa ſum in hunc montem.

nec gratitudinis ſigna oſtendens.

E

3 Brevi *f* autem poſt tempore, dormiit homo Dei, nec ægrotans, nec in ulla parte corporis dolorem ſentiens; ſed ſportam contexens, me accerſiit, & cum adeſſet jam extremus ſtimulus, dicit mihi : Cape hanc ſportam à meis manibus, ut mei memineris ; nihil enim habeo aliud quod tibi relinquam. Et cum hoc dixiſſet, excedit ſine febre, cum eſſet annorum ſeptuaginta, Domino commendans ſpiritum. Quem cum ego curaſſem, & linteis Sancti corpus involviſſem & depoſuiſſem, receſſi à ſolitudine, uſque ad diem mortis mecum habens illam ſportam. Hic Pambo cum eſſet moriturus, in ipſa hora exceſſûs, eum circumſtantibus Origeni presbytero ac œconomo & Ammonio viris inclytis, & reliquis fratribus, dicitur hoc dixiſſe : Ex quo *g* veni in hunc locum ſolitudinis, & meam ædificavi cellam, & hîc habitavi, nullus fuit dies, quo non aliquid operis fecerim meis manibus : nec memini me ab aliquo panem gratis datum comediſſe ; nec me in hanc horam pœnitet alicujus ſermonis, quem dixerim : & ſic ad Deum recedo, ut qui nec pius quidem ac religioſus eſſe cœperim.

Septuagenarius ſanctè moritur.

F

f

g *Ultima ejus verba.*

4 Hoc quoque de eo ferebant teſtimonium Chriſti ſervi Origenes & Ammonius, quod numquam de re aliqua interrogatus, quæ vel ad ſcripturam, vel ad actionem negotiumve aliquod pertineret, ſtatim reſponderit, *h* ſed dixerit : Nondum inveni quod reſpondeam : ſæpe autem præterierant tres menſes, & non dabat reſponſum, dicens : Nondum comprehendi. Tam conſiderate quidem ex Deo dabat reſponſa, ut à Deo cum omni metu omnes acciperent. Dicebatur enim hanc virtutem etiam ſupra magnum Antonium & ſuper omnes Sanctos exercuiſſe, nempe, ut eſſet in loquendo accuratus & perfectus.

Humilitas & taciturnitas.

h

5 Fertur autem præter alia hæc quoque actio ſancti Pambon, quod Pior, qui ſe in vita exercebat monaſtica, ad ejus cellam aliquando

Palladii cap. 11.

A *Hoſpitalitatis cum Piore certamen*

do accedens, proprium panem detulit. Cum eum autem Pambon reprehendiſſet, dicens: Cur hoc feciſti? Reſpondit Pior: Ne te gravarem. Itaque tacitus eum dimiſit. Poſt aliquantum autem temporis accedens magnus Pambon ad cellam Pior, panem ſuum ſecum madefactum attulit. Ab eo autem rogatus, quanam de cauſa panem attuliſſet madefactum, reſpondit Pambon: Ideo madefeci, ne ego quoque te gravarem.

i Palladius cap. 15 & 16. *De Paceſii & Iſaiæ diverſa perfectione,*

6 Alii, Paceſius & Iſaias *i* nomine, fuerunt fratres patre mercatore Hiſpanico, qui quidem cum pater eorum eſſet mortuus, diviſerunt facultates, quas habebant in mobilibus: in nummis quidem quinque millia, in veſtibus autem & ſervis, quæ inventa fuerant. Ii inter ſe deliberarunt & ſibi conſulentes dicebant: Quodnam vitæ iter ingredimur, ô frater? Si exerceamus mercaturam, quam pater noſter exercuit, nos relinquemus aliis noſtros labores; & forte incidemus in pericula vel latronum vel maris. Age ergo, frater, vitam aggrediamur monaſticam, ut & patris noſtri lucremur facultates, & noſtras animas non perdamus. Placuit ergo utriſque ſcopus vitæ ſolitariæ; ſed inventi ſunt alius in alio diſcrepantes. Cum itaque pecunias diviſiſſent, & reliqua omnia; hunc quidem ſibi ſcopum propoſuerunt, ut Deo placerent, ſed diverſo vitæ inſtituto. Unus enim omnia diſpergens, dedit monaſteriis & eccleſiis & cuſtodiis, & cum artem dediciſſet, ex qua ſibi panem pararet, exercitationi operam dabat & orationi. Alter autem ejus nihil diſperſit, ſed facto ſibi monaſterio, & paucis aſſumptis fratribus, quemlibet excipiebat hoſpitem, quemlibet curabat ægrotum, quemvis ſenem retinebat, cuivis pauperi dabat. Sabbato & Dominica tres aut quatuor menſas ſtatuens, eos, qui erant egeni, excipiebat. Hoc modo vitam ſuam conſumpſit.

B

& ſubſecuta beatitudine orta contentio

7 Ambobus autem mortuis, diverſæ beatitudines utriſque dabantur à fratribus, utpote quod eſſent inventi ambo virtute perfecti. Et aliis quidem placebat vita ejus, qui renuntiaverat; aliis vero ea quæ communicabat omnibus egentibus. Cum ergo inter fratres incidiſſet contentio, propter horum beatorum diverſum vitæ inſtitutum, & maxime propter laudes diverſas, vadunt ad beatum Pambo, & ad eum referunt, ut de hac re reſpondeat, volentes ſcire, utranam ſit melior vitæ ratio. Is autem eis dicit: Utrique ſunt perfecti apud Deum, alter quidem functus eſt munere Abrahæ, qui omnes excipiebat; alter vero ſuſcepit firmiſſimum & conſtantiſſimum zelum Eliæ Prophætæ, ut Deo placeret. Et cum alii quidem ei dicerent: Quomodo fieri poteſt, dic, quæſumus, nobis pedes tuos attingentibus, ut hi ſint æquales. Cumque alii exercitatorem præferrent, & dicerent: Præceptum implevit Euangelicum, ut qui omnia vendiderit & dederit pauperibus, noctu & diu perſeverans in orationibus, crucem ferens, & ſequens Servatorem: contra autem alii de altero contenderent, dicentes: Hic, obſecramus te, tot & talia viſcera oſtendit in omnes egentes, ut exiret & ſederet in viis regiis, & qui erant afflicti colligeret, & opem ferret; neque ſolum ſuam recreavit animam, ſed etiam aliorum, ægrotos curans & eis dans auxilium.

C

8 Et dicit beatus Pambo: Rurſus vobis dicam, ambo ſunt pares apud Dominum, unicuique autem veſtrum de iis ſatisfaciam. Hic ſi non uſque adeo ſe exercuiſſet, non fuiſſet dignus, ut illum bonitati illius compararem. Ille rurſus, qui recreabat ac reficiebat hoſpites, & egenis miniſtrabat, oſtenſus eſt Domino pro viribus æqualis. Ipſe enim dixit: Ego non veni miniſtrari ſed miniſtrare. Hic ergo miniſter, etſi videbatur onus habere ex labore, attamen ex ipſo quoque habuit recreationem. Exſpectate autem paululum, ut à Deo quoque de his habeam revelationem, & poſtea ſcietis cum veneritis. Intermiſſis ergo aliquot diebus redierunt, de his Magnum illum rogantes. Senex autem reſpondit illis, dicens: Ante Deum vobis loquor, vidi utroſque ſimul ſtantes in paradiſo.

Ex Palladio. *à S. Pambone dirimitur.*

ANNOTATA.

Quæ hîc ex Palladii hiſtoria Lauſiaca ſeu ad Lauſum ſcripta deſumpſimus, totidem fere verbis leguntur in Heraclidis Paradiſo, apud Roſweydum in appendice pag. 946 & 948. Palladii Lauſiaca, quæ in eadem appendice ſubſequitur, pag. 987 caret iis, quæ de Piore & duobus fratribus dicta ſunt.

E

a *Huc referam Socratis de Pambone elogium lib. 4, cap. 23, pag. 233 & 234 editionis Valeſianæ.* Pambos cum expers eſſet litterarum, acceſſit ad quemdam, ut pſalmum diſceret. Sed cum primum verſum audiſſet octavi ac triceſimi pſalmi: Dixi cuſtodiam vias meas, ne delinquam in lingua mea; ſequentem audire nolens, abceſſit: unum hunc verſum ſufficere dicens, modo illum perfecte ediſcere & opere ipſo adimplere poſſet. Cumque is qui verſum diſcendum tradiderat, eum reprehenderet, quod per ſex continuos menſes ad ipſum non veniſſet, reſpondit, ſe verſum Pſalmi nondum opere ipſo didiciſſe. Multis deinde poſt annis interrogatus à quodam ex familiaribus, num verſum illum didiciſſet: integris, inquit, novem ac decem annis opere eum explere vix didici. Idem cum quidam ad pauperum alimoniam aurum ipſi dediſſet, dixiſſetque: Numera quod dedi: Nihil, inquit, opus eſt numero, ſed recto animi affectu. Idem Pambos, rogante Athanaſio Epiſcopo, ex ſolitudine venit Alexandriam. Cumque ibi ſcenicam mulierem conſpicatus eſſet, illacrymatus eſt. Tum vero ſciſcitantibus, qui aderant, quamobrem fleviſſet: Duæ res inquit, me commoverunt. Prima eſt mulieris hujus exitium. Altera, quod tantum ipſe ſtudii ac diligentiæ non adhibeo, ut Deo placeam, quantum adhibet illa, ut obſcœnis hominibus placere poſſit. *Inter præſtantiſſimos Chriſtianæ philoſophiæ ſectatores & exercitatores Pambonem etiam connumerat Sozomenus lib. 3, cap. 14, pag. 516.*

F

b *Hi ſunt fratres illi Longi, in hiſtoria Origeniſtarum famoſiſſimi, ut vide apud Doucinum locis pluribus; at eorum qualiſcumque culpa in Magiſtrum non redundat.*

c *De auri & argenti contemptu, jam citavimus Socratis verba; ſpecimen quod ſequitur peremptorium eſt. Forte idem exemplum ibi inſinuatur, per iſta verba:* Idem cum quidam ad pauperum alimoniam &c.

d *An non ille eſt Iſidorus Origeniſta famoſiſſimus? ſatis notum eſt, quantam nomini ſuo labem intulerit Melania illa ſenior, Origenis ſectatoribus nimium adhærendo.*

AUCTORE J. B. S.

e *Vide notationem Roſweydi pag.* 785.

f *De brevi iſto tempore ſupra in commentario locuti ſumus.*

g *Eſt apud Cotelerium apophthegma* VIII, *ſumptum ex hoc loco, vel ex Ruſini lib.* 3, *num.* 160, *vel ex Pelagii libello* 1, *num.* 16.

h *Vide Cotelerii apophthegma nonum.*

i *De his duobus fratribus, vide quæ notavit Roſweydus, eadem illa pag.* 785.

ALIA DE S. PAMBONE

Ex variis collecta.

Singularem charitatem exercet.

RUfinus *lib.* 3 *de Vitis Patrum num.* 146, *apud Roſweydum pag.* 521, *hoc de Sancto noſtro inſignis charitatis exemplum commemorat.* Quidam ex ſenibus de Scithi diſcipulum ſuum tranſmiſit in Ægyptum, ut ei camelum deduceret, qui ſportellas quas fecerat, portaret in Ægyptum. Cum autem deduceret camelum, alter ſenex obvians eum, dicit ei: Si ſciſſem, frater, B quando ibas in Ægyptum, dixiſſem tibi, ut & mihi alterum camelum adduceres. Quod cum ille frater proprio Abbati dixiſſet, præ multa charitate dicit ei: Vade, fili, & duc camelum ad illum, dicens ei: Quia necdum parati ſumus, comple neceſſitatem tuam, & vade tu cum ipſo camelo uſque in Ægyptum, & iterum reduc nobis camelum, ut & noſtra vaſa portemus. Cum ergo feciſſet frater ſic, & iviſſet ad illum ſenem, dicens: Abbas Pambos dicit, quia nos necdum parati ſumus, tolle & comple neceſſitatem tuam. Carricavit autem ſenex camelum & ivit in Ægyptum. Cum autem diſcarricaſſet, iterum ille frater reducebat camelum; & dixit: Ora pro me, Pater: cumque ſenex requiſiſſet, quo pergeret, reſpondit: In Scitim vado, ut etiam noſtras ſportellas huc afferam. Quod cum audiſſet ſenex, compunctus cœpit pœnitere, dicens lacrymando: Indulgete mihi, quia charitas veſtra fructum meum abſtulit.

Monachis honorem exhiberi jubet.

10 *Idem ſcriptor citato jam libro num.* 164, *ſic refert:* Beatus Athanaſius Epiſcopus rogavit aliquando Abbatem Pammon, ut iret in Alexandriam. Qui deſcendens cum fratribus, cum vidiſſet quoſdam ſeculares, dicit eis: Surgite C & ſalutate monachos, ut benedicamini ab eis; frequenter enim iſti loquuntur cum Deo, & os eorum ſanctum eſt. Et cum vidiſſet ibi mulierem theatricam, lacrymatus eſt. Et requiſiverunt aſtantes, cur plangeret? At ſenex reſpondens, dixit: Duæ me res ad has lacrymas compulerunt, una quidem perditio illius mulieris; ſecunda vero, quia ego tantam curam non habeo placendi Deo, quantam habet hæc mulier, ut hominibus turpibus placeat.

Deflet mulierem theatricam.

In libro de Vitis Patrum, incerto auctore, interprete Pelagio, libello 3 *num.* 14, *pag.* 566, *idem de Athanaſio, idem de muliere theatrica refertur, uti & in Apophthegmatis, apud Cotelerium tomo* 1 *pag.* 639 *num.* 4, *atque utrobique nomen* PAMBONIS *diſertius exprimitur. Alia pars habetur in Cotelerio apophtheg.* 7, *ubi alios citat. Tu vide Pelagium libell.* 67, *num.* 11.

Monachum non faciunt opera exteriora.

11 *Apud laudatum Pelagium libello* 10 *num.* 65 *legitur:* Venerunt aliquando duo fratres ad abbatem Pambo, & interrogavit unus ex eis, dicens: Abba, ego biduo jejuno, & duos paximates manduco; putas ſalvo animam meam, an ſeducor? Et alter dixit: Ego colligo de opere manuum mearum duas ſiliquas diurnas, & parum ex eis retineo ad victum, aliud autem expendo in eleemoſynam; putas, ſalvus ero an ſeducor? Et cum plurimum rogarent eum, ille non reſpondebat eis. Poſt quatuor autem dies cum diſceſſuri eſſent, rogabant eos clerici, dicentes: Nolite triſtari, fratres, Deus vobis præſtabit mercedem: ſic eſt enim conſuetudo hujus ſenis, non cito loquitur, niſi Deus ei dederit quod dicat. Intraverunt ergo ad ſenem, & dixerunt ei: Abba, ora pro nobis. Et ille dixit: Ambulare vultis? Et dixerunt: Etiam. Et intuens eos, in ſemetipſo accipiens opera eorum, ſcribebat in terram & dicebat: Pampo biduo jejunat, & duos paximates manducat; putas in hoc eſt monachus? Non. Iterum dicebat: Et Pambo laborat in die duas ſiliquas, & dat eas in eleemoſynam; putas in hoc eſt monachus? Necdum. Et paululum reticens, dixit ad eos: Bonum quidem operaris, ſed ſi cuſtodias conſcientiam tuam cum proximo tuo, ita ſalvaberis. In his ergo E ſic ædificati fratres, cum gaudio receſſerunt. *Eſt apophthegma ſecundum apud Cotelerium pag.* 638. Paximates, *ſunt panes bis cocti, de quibus vide Roſweydum pag.* 1045.

Mala voluntas magis impedit bona quam dæmon.

12 *Sequitur apud Pelagium num.* 66: Frater quidam interrogavit Abbatem Pambo, dicens: Quare me prohibent ſpiritus quidam facere bona proximis? Dixit ei ſenex: Non ſic loquaris, alioquin Deum mendacem facies; ſed dic magis: Omnino miſericordiam facere nolo. Prævenies enim Deus, dixit: Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones & ſerLuc. 10. pentes, & ſuper omnem virtutem inimici, cur ergo tu immundos ſpiritus non conculces?

Obedientiæ præcellentia

13 *Idem Pelagius libello* 14 *num.* 7. Venerunt aliquando quatuor fratres de Scithi ad Abbatem Pambo, veſtiti pelliceas tunicas, & indicavit unuſquiſque virtutem alterius, non præſente eo, de quo loquebatur. Unus namque ex eis jejunabat multum, alter vero nihil poſſidebat, tertius vero habebat charitatem plurimam; de quarto vero dixerunt, quia viginti duos annos haberet, in obedientia permanens ſeniorum. Reſpondit autem ei Abbas Pambo: Dico vobis, quia iſtius virtus major eſt quam F ceterorum? quoniam unuſquiſque veſtrum virtutem quam poſſidet, voluntate propria eam retinuit, hic autem ſuam voluntatem abſcindens, alienæ voluntatis ſe ſervum fecit. Tales enim viri Confeſſores ſunt, ſi uſque ad finem ita permanſerint. *Inter apophthegmata à Cotelerio edita, eſt ordine tertium.*

Taciturnita ædificans.

14 *Libello* 15 *num.* 42, *hoc S. Pambonis placitum ponitur:* Venit aliquando ſanctæ memoriæ Theophilus Epiſcopus Alexandrinus in Scithi; congregati autem fratres dixerunt ad Abbatem Pambo: Dic unum ſermonem Papæ, ut ædificetur animus ejus in hoc loco. Et reſpondit ſenex: Si in taciturnitate mea non ædificatur, neque in ſermone meo ædificabitur.

Quomodo quis ſalvandus.

15 *Inter ſententias Patrum apud Roſweydum pag.* 1005, *hæc Pamboni, aut potius S. Antonio, tamquam ei dicta tribuitur:* Requiſivit Abbas Pambo Abbatem Antonium, dicens: Quid facio ſedens in cella? Reſpondit: Non ſis confidens in merito juſtitiæ tuæ, & non cogites de rebus tranſitoriis, & eſto tenens linguam & ventrem.

16 *Reliqua Sancti noſtri apophthegmata ex Cotelerio*

Quomodo quis salvandus.

telerio subjungo. Ordine decimum est: Dixit Abbas Pambo: Si cor habes, potes salvari. *Cur XI Pamboni potius, quam alteri adscribatur, equidem nescio. Sic sonat:* Interrogavit presbyter Nitriæ: Quo pacto debent fratres degere? Illi vero dixerunt: In magna exercitatione, & servantes conscientiam suam à proximo. *Sequitur XII.* Dicebant de Abbate Pambo: sicut Moyses accepit imaginem gloriæ in Adamo refulgentis, quando facies ejus glorioſa reddita est, ita & Abbatis Pambo facies velut fulgur relucebat, eratque tamquam rex sedens super thronum suum. Ejusdem operationis exstitit Abbas Silvanus, nec non Abbas Sisoës. *Huc refer apophthegma primum:* Quidam erat nomine Abbas Pambo; de quo fertur, per tres annos integros illum orationem fudisse ad Deum, ac dixisse: Ne mihi gloriam dederis in terra. At Deus sic eum gloria affecit, ut nemo posset in faciem ejus intueri, præ gloria quam ore præferebat.

S. Pambo comparatus Moysi.

17 *Apophthegma XIII hanc continet historiam.* Aiebant de Abbate Pambo; quod numquam vultus ejus subrisum ostenderet. Quadam ergo die, cum vellent dæmones efficere ut rideret; ligaverunt alam ad lignum, portabantque, facientes tumultum, ac dicentes; Alle, Alle. Quos cernens Abbas Pambo, risit. Dæmones vero cœperunt tripudiare, Vah, Vah, inquientes, Pambo risit. At ille respondit eis: Non risi, sed derisi imbecillitatem vestram, qui unam alam tot numero portetis. *Ultimum denique seu XIV, est hujusmodi.* Rogavit Abbas Theodorus Phermensis Abbatem Pambo: Profer mihi verbum. Ac ægre dixit illi: Theodore abi; misericordiam exerce erga omnes. Misericordia enim invenit fiduciam coram Deo. *Neque illud omittendum est, quod sexto loco retulit Cotelerius:* Dixit iterum: Ejusmodi vestem gestare debet monachus, ut si projecerit eam extra cellam, per tres dies nemo attollat.

Quod numquam riserit.

Misericordia in proximum.

DE S. HILARIO AVICIACENSI,

PRESBYTERO CONFESSORE,

APUD CENOMANOS IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J.B.S.

Sancti sepultura, translatio; ætas & gesta dubia.

1 JULII.



Viciacus, Auciacus, Antiacus *vel* Auxiacus (*vernaculè* Oisé, *seu* Oysey) *vicus est & prioratus in agro Cenomanensi, octo circiter milliaribus Gallicis ab urbe metropoli, quinque Flexiâ distans, eo ferme solum nomine celebris, quod pratitulato Sancto cognomentum indiderit* Aviciacensis; *nimirum, quod Hilarius noster, siquidem vera est indigenarum traditio, illic sub seculi* IV *finem beatam animam exhalaverit, ibidemque totis quadringentis & sexaginta annis sacrum ejus corpus depositum fuerit, donec anno* 841 *à S. Aldrico* XXIII *Cenomanensium Episcopo, pretiosissimæ exuviæ in urbem ipsam translatæ sunt, die* XXIII *Septembris, ut testatur Clarissimus Corvaiserius in sua de Cenomanensibus Præsulibus historia pag.* 296, *idemque multo fusius deducitur in Legenda Ms. de qua pluribus infra erit differendum. Ab eo, inquam, Sancto illud vico decus accessit, ut iste ab hoc* Hilarius Aviciacensis *nominari solutus sit & porro appellari perseveret, quamvis, ut jam dicebam, ab annis amplius octingentis, nempe sub medium seculi* IX, *sacrum depositum è priori sepulcro extractum, atque in ipsam Cenomanensem urbem translatum fuerit; non seculo* XIV, *ut alii perperam tradidere.*

Aviciaci defunctus, ibidem colitur,

C

2 *Utrum hoc tempore peculiaris aliqua* S. Hilarii *memoria Aviciaci superstit, nec Acta, nec Corvaiserius explicant, sed aliunde exploratum habeo, ejusdem loci ecclesiam Sancto dicatam, statuam ipsius in ara majori expositam, in labaro depictam, reliquias ibidem asservari, atque hoc die solenni cultu festum in populo celebrari. Illud etiam certum, in civitate Cenomanensium metropoli, non minori cultu prædictum Sanctum, parique imo duplici festivitate honorari, & hoc die, & mense Januario, oratorio, in quo primum à S. Aldrico, seculi* IX *Episcopo, corpus depositum fuerat, in templum parochiale, sub ipsa* S. Hilarii Aviciacensis *appellatione, subinde commutato, ut ferunt lectiones typis editæ, infra dandæ, & Corvaiserius in citata historia, pag.* 105; *narrans ibidem, sacras Sancti exuvias Hugonottorum iconoclastarum lipsanomachorumque infestas manus effugisse, quod ligneâ dumtaxat capsâ reconditæ, ab sceleratis hominibus, sub reformationis larva, auro atque argento inhiantibus, neglectæ fuerint. Hujus rei testimonium, omni exceptione majus adducit; ipsam* F *videlicet præfatæ capsæ, ita postulantibus parochianis, apertionem recognitionemque, factam mense Martio anni* MDCXL *per Illustrissimum Eymericum Marcum de la Ferté, tunc Cenomanensium Episcopum, quando nempe reliquiæ omnes integræ & intactæ repertæ dicuntur: testantibus nonnullis suavem odorem spirasse, quo adstantes mirum in modum recreati fuerint.*

sed celebrius Cenomanis, quo corpus translatum.

3 *Et hæc quidem de S. Hilarii Aviciacensis reliquiis, Aviciaco Cenomanum translatis, apud Cenomanos per tot secula honoratis, atque hactenus sedulo conservatis, extra dubii aleam posita videntur, utpote quæ documentis paulo certioribus constant, quam ea omnia, quæ de Sancti origine, ætate & gestis, ex nescio qua populari traditione, magis verbosè, quam vere, longiora Acta in amplas novem lectiones distributa memorant. Ipsamet Acta illa ex autographo Cenomanensi descripta, ad Papebrochium misit diligentissimus juxta ac indefessus hujusmodi cimeliorum procurator V. C. Claudius Castellanus, Parisiensis ad B. M. Canonicus, à nobis sexcenties laudatus, Sabbato sancto anni* 1685, *sic scribens:* En tibi, Pater admodum reverende,

Hæc sunt certiora quam Acta ipsa.

AUCTORE J. B. S.

de, Legendas S. Hilarii Aviciacenſis, quas modo accepi à D. le Voïer, Canonico S. Juliani Cenomanenſis, correctas ex authentico, litteris Gothicis in membrana exarato, quod ſervatur in ſcriniis ſacrarii S. Hilarii, urbis Cenomanenſis. *Legerat ipſe prius excuſſeratque præfatas lectiones; pluſque in iis verborum quam rei offendens, candide in epiſtola affirmare non dubitat, meram iis verboſitatem contineri:* Ces leçons ne ſont que du verbiage.

nimium verboſa,

4 *Idem ego ingenue fateri cogor, quòque evolvo ſæpius, eo minus placere: quis enim ferat phraſium epithetorumque redundantiam, quæ idem ad nauſeam repetit. Habe ſpecimen ex lect. 2:* Erat enim præſcriptus S. Hilarius, Chriſti ſacerdos Deo amabilis, & populo dilectus; in maginariis quoque atque deviantibus valde honeroſus. Erat enim aſpectu decorus, forma pulcher, agilis ingenio, doctrina prudens, Dei ſervitio fervens, charitate perfectus, caſtus, ſobrius, prudens, modeſtus, die nocteque Domino amabiliter ſerviens..... Erat enim vir Religione præcipuus, hoſpitalitate Hilaris, prudentia præditus, temperantia clarus, interna fortitudine firmus, cenſura juſtitiæ ſtabilis, longanimitate aſſiduus, patientia robuſtus, humilitate manſuetus, charitate ſolicitus, & ita eum decor ſapientiæ adornabat, ut ſecundum Apoſtolum, ſermo illius ſemper in gratia ſale eſſet conditus; Dominum aſſidue prædicans, mundum diſpiciens, diabolum conculcans, multoſque diabolo ſubtrahens, Domino lucrabatur &c. *Mitto apoſtrophas & diſcurſus Sancti, æque imperite & arbitrariè contextos. Qui ita loquuntur, nimis quam clarè oſtendunt, nihil ſibi præter verba ſuppetere.*

B

& 7 aut 8. ſeculis poſt Sancti obitum ſcripta.

5 *Neque tamen ea ſermonis copia Actorum ſinceritati obeſſet, niſi compilator ipſe identidem profiteretur, ſe, quæ ſcribit, ab* antiquis *dumtaxat* hominibus *didiciſſe: imo lectione ultima clarius ediceret:* Vitam autem ſæpedicti S. Hilarii minime reperimus; quia propter negligentiam cuſtodum & deſolationem, imo diſtitutionem memorati loci (*de Aviciaco*) eſt perdita: Sed quæ de ipſo à cultoribus ejuſdem loci & ſenioribus atque veracibus hominibus ac Dei ſervis; ſcrutando reperimus; quæ etiam in quibuſdam vetuſtis membranulis, difficulter legere præ nimia abolutione invenimus, ſcire volentibus, ſcripto præſenti manifeſtare ſtuduimus. *Quid autem, obſecro, à* ſenioribus *diſcere potuit, qui ſeculo primum* XII *vel forte etiam ſerius, colligere cœpit ſpectantia ad Sanctum, quem in principio ait fugiſſe* genere nobilem & à S. Hilario, Pictavenſis urbis Epiſcopo baptizatum, & ab eo à ſacro fonte ſuſceptum, & in filium adoptatum? *Sequitur nutritio, educatio, eruditio, & in ſacerdotem ordinatio, aliaque, ſi non vere, ſaltem non ſupra veriſimilitudinem ordinata; niſi quod imponere & ſibi contradicere videatur, dum lectionem illam primam, ita concludit:* Signa vero atque virtutes, quæ eo tempore, quo cum Sancto Hilario memorato pontifice morabatur, per ejus merita à Domino [facta] ſunt: quædam in vita ſancti Hilarii ſupraſcripti Pontificis, & in libello, qui de ejus virtutibus conſcriptus eſt, commemorantur. *Utinam talia monumenta in medium proferri poſſent!*

C

Dubia ejus cum S. Hilario Pictavenſi cognatio,

6 *Non diſſimulavit Caſtellanus, ægre ſe induci, ut crederet Sanctum noſtrum, ad magni Hilarii ſeculum pertinere:* Conformitas nominis, *inquit*, facile anſam dare potuit fingendo iſti (*ſi ita lætine mihi loqui fas eſt*) patrinatui (à inventer ce patrinage) quamvis, *ſubdit*, nulla in contrarium habeam argumenta. *Neque mihi lubet tam illuſtrem Sancti noſtri cum Pictavenſi Hilario propinquitatem evertere; hiſtoriam, quo uſque licet, non repudio: ſed ne longis tædioſiſque ambagibus chartam impleam & lectores fatigem, malui tres lectiones typis editas, quamvis longioribus non certiores, Actorum vice infra ſubnectere, quibus eas annotationes adjiciam, quæ ad rem illuſtrandam ſint ſatis. Nec verebor, ſuppoſitâ priorum veriſimilitudine, ex laudato non ſemel Corvaiſerio pag.* 104 *adjungere, Hilarium noſtrum, poſtquam Cenomanorum fines, ſolitudinis quærendæ gratia, ingreſſus eſt, auſtero vivendi genere, eminenti ſanctitate, patratiſque miraculis, tantam ſibi nominis famam conciliaſſe, ut S. Victurius, quintus poſt S. Julianum Cenomanenſis Epiſcopus (vivebat is S. Hilarii Pictavenſis tempore) ſæpe illum ſua præſentia, ad cellulam acceſſu, familiarique alloquio cohoneſtaverit. Nota eſt Dialecticorum paræmia, ex vero verum, ex veriſimili, non niſi veriſimile elici.*

D

nec minus dubia ætas,

7 *Cæterum præter* vetuſtas *illas* membranulas *difficulter legibiles, vel ut habet idem Legendæ compoſitor lect. 6, præter* vetuſtam *neſcio quam* paginolam, *qua forte ſolè trahſtdtio continebatur, nihil ſuggeritur, quo Sancti geſta aut ætas confirmari ullo pacto poſſint. Imo, quod ſane mirum eſt, nec Legenda major, nec minor, nec Corvaiſerius hactenus invenerunt, quo loco ſita fuerit dicta nuperrime cellula, in qua vitam ſuam Sanctus exegerit, & ad eum S. Victurius ventitarit. Cultus vero ultra fines Cenomanicos numquam videtur extenſus fuiſſe, cum nullis prorſus eccleſiaſticis Faſtis Hilarii noſtri memoria reperiatur inſcripta. Solus Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali* 1709 *edito, ita poſuit:* In provincia Cenomanenſi, S. Hilarii de Aviciaco, Confeſſoris, cujus corpus honoratur Cenomani in eccleſia parochiali ſui nominis. *Unde autem notam temporis eruere potuerit, prorſus ignoro: ad marginem enim adſcripſit,* circa annum DXXXV; *quod ſi verum eſſet, tota prior Legendæ pars ſuſpecta plane & conficta redderetur, dum tota eſt in extollenda cognatione cum S. Hilario Pictavenſi, quem conſtat ultra annum ſaltem* CCCLXVIII *nullatenus ſupervixiſſe.*

E

F

quæ ad varia ſecula reducitur,

8 *Placuit mihi, neque diffiteri poſſum, perplacere mihi etiamnum viri rerum id genus peritiſſimi conjecturam, in eo, ni fallor fundatam, quod cum Acta illa omnia implexiſſima adverteret, tutius putarit & veroſimilius, ſi Sanctus noſter tunc in Cenomanos adduceretur, quando compertum eſt, multos anachoretas eo confluxiſſe, ut ex S. Cariſi Vita hoc etiam die illuſtrata & ex tomo* 2 *Bibliothecæ Mss. Labbei à pag* 469 *clarius intelliges. Id inter cetera dubia mea propoſueram eruditiſſimo noſtro P. Edmundo de Vitry, cujus diligentia plures notitias acceptas refero, ad S. Hilarium ſpectantes. Is, quem ipſe Cenomanis conſuluit, Caſtellani opinionem ex eo everti putat, quod tomo* 3 *Analectorum apud Mabillonium pag.* 142 *in teſtamento Bertichramni inveniantur hæc verba:* Per omnes baſilicas, quæ circa civitatem noſtram eſſe noſcuntur, hoc eſt, baſilicæ S. Victurii... baſilicæ S. Hilarii &c. *Atqui, ſubſumit ille, vivebat laudatus Bertichramnus anno* DLXXXVII, *ergo pridem mortuus erat S. Hilarius, utpote in cujus honorem jam tunc erat erecta* circa civitatem *Cenomanenſem* baſilica; *adeoque admitti non poteſt, ſeculo primum ſexto, S. Hilarium Aviciacenſem*

censem in pagum Cenomanensem pervenisse, nedum circa annum DXXXV è vivis excessisse.

cum translatione non satis conciliandâ.

9 *At pace doctissimi viri dictum sit ; argumentum in eo genere est, ut nimium probet ac proinde nihil : inde enim consequens fieret, basilicam in honorem sancti nostri Hilarii Cenomanis exstructam fuisse tribus ferme seculis ante Aldricum, de cujus ætate, vide tom. 3 Junii pag. 865, quem tamen Scriptores Cenomanenses unanimi consensu asserunt, primum fuisse qui & corpus & cultum Sancti Aviciaco in urbem Cenomanensem transtulit, ut principio satis dictum est. Vis aliqua ejus ratiocinio accederet, si in allegato Bertichramni textu scriberetur*, basilicæ S. Hilarij Aviciacensis. *Neque vero illud* τὸ circa civitatem, *eam extensionem patitur, ut in eo comprehendatur vicus ipse Aviciacensis, octo ferme milliaribus Gallicis ab urbe dissitus. Admitto itaque, S. Hilarii basilicam tempore Bertichramni exstitisse ; at probari cupio, Hilario nostro Aviciacensi eam dicatam fuisse, potius quam magno Hilario Pictavensi Ep., quem puto intelligi oportere, quoties per additum*

B *nomen alio non deflectitur. Edisserant mihi Cenomanenses, à quo S. Hilario in eorum diœcesi denominentur* S. Hilaire de Lierrn, S. Hilaire des Landes ; *à quo* S. Hilaire sur Erre, *apud Nogent le Retrou, à quo loca alia forte vicina & mihi ignota ?*

Dantur hîc lectiones excusæ.

10 *Necesse omnino est, ingenuè fateamur, turbata & implexa esse, quæ de S. Hilario Aviciacensi contorta magis quam explicata sunt ; adeo ut pluribus disquirendis supersedendum judicaverim, ne amicos frustra fatigarem. Locum ubi prope Cenomanos habitaverit & ubi eum sæpius invisisse dicitur S. Victurius, nemo hactenus potuit assignare. Acta ipsa oratoriæ potius amplificata, quam vera factorum narratione fulta esse, nemo, qui legerit inficiabitur. Utut tamen & ea & cetera omnia se habeant, perstabit Sancto nostro perpetuus suus cultus, quo apud Cenomanos à tot seculis gavisus est, saltem ex quo sanctus Aldricus, è priori illa Aviciacensi sepultura, in augustiorem corpus transtulit, ut supra diximus. En modo lectiones, ut eas habemus in folio expanso impressas, quas audio*

C *compositas esse à R. D. Portier, Principali seu præside collegii Cenomanensis, & S. Hilarii pastore, qui ex* Autciaco *formasse dicitur* Auxiacum *facilioris enuntiationis gratia. Breves notulæ illustrabunt, quæ explicatione opus habere videbuntur.*

LECTIONES

De S. Hilario Aviciacensi.

a Lectio IV

A magno Hilario patrino ordinatus

HIlarius gente & cognatione *a* divo Hilario Pictavorum Episcopo conjunctus, cum ab eo susceptore & fidejussore ad sacros baptismi fontes nomen accepisset, postea adolescens factus, ad eam litterarum & pietatis commendationem tanto magistro provectus est, ut ex laico clericus, postmodum sacerdos as-

b scitus, sanctum antistitem individuus, *b* quantum licuit, laborum comes in propaganda stabiliendaque fide magnopere adjuverit. Cum autem, Arianorum factione prævalente, ab sede episcopali, Constantii edicto, propugnator fidei sanctus Hilarius in Phrygiam relegatus esset, ne ejusdem subsidiarius noster Hilarius suo duce & auspice orbatus, otiosus & inutilis resideret, dimissa patria & cognatione, ut inveniret, qui se in vineam Domini conduceret, peregrinationem susceperit. Ob eam itaque rem non modico itinere confecto, tandem in Cenomanorum partes perductus, *c* ibique libenti & benevolo optimi Antistitis Victurii consensu, seu magis invitatione usus, sic verbo & opere perfecit, ut statim Deus servi sui piam sedulitatem, & in proximos sinceram charitatem multis miraculis sibi acceptam comprobarit. Tu autem.

Ex Lect. IMPRESS. c

Lectio V.

in pago Cenoman. mira patrat :

2 Siquidem, ut plura alia taceamus, religiosi sacerdotis, qui, cum nihil aliud sibi suppeteret, partem pallii, D. Martinum imitatus, pauperi in itinere erogarat, felicem in Cenomanos adventum hoc insigni opere Christus nobilitavit, cum claudo & impotenti coram se ad ecclesiæ fores jacenti expeditum & facilem incessum restituit. Item & illud jam vulgatæ sanctitati multum addidit, cum Marci hospitis sui uxori (Falca mulieri nomen erat) mutæ & quasi elingui, admoto ad os pollice, loquelam, perinde ut alii cuidam contracti brachii solutum & liberum usum impertivit. Nec utique caret miraculo, quod cum longè ab urbe, in veteri idolorum fano populus commessando insaniret, disturbatis omnibus, nulloque quidquam contra audente, sed sacra quadam viri majestate singulis perterritis, & fanum cum idolo, & impios ritus, martyrium sic sibi procuratum iri ratus, funditus evertit *d*. Tu autem.

E

d

Lectio VI

ejus sepultura, elevatio & translatio.

3 His itaque & multis aliis per Christum fideli ministerio miraculosè patratis, de Patrini obitu certior factus Hilarius : ipsiusque visendi & adorandi sepulcri studio incensus, cum venia, iter ingressus est, morboque statim correptus, in vico Auxiaco Calendis Julii, circa annum Domini trecentesimum octogesimum *e* in Domino obdormivit. Multos autem post annos cum eximius sanctitatis cultor Aldricus frequentibus ad sancti Confessoris sepulturam miraculis, divinoque quodam afflatu invitatus, illius vere apostolicam vivendi rationem diligenti inquisitione didicisset, sacras ejusdem reliquias urbe Cenomanica, urbemque sacris reliquiis donare decrevit. *f* Itaque ad tam nobilem cælestis hospitis receptum, celebri totius cleri pompa comitante, Pontelevium usque progressus, dignum à Domino pii obsequii præmium, & quantæ dignitatis esset sacrorum manium ferculum, consequutus est testimonium. Siquidem, quæ mulier Doda nomine, à nativitate cæca erat, cum divi Hilarii opem fide & prece ferventi imploraſſet, in oculis omnium oculorum usum impetravit. Tunc sacra lætitia diffluentibus universis, pretiosum depositum primo in primariam ecclesiam, tum in eam ædem, ubi nunc in veneratione est, nomini numinique divi Hilarii dicatam, ab piissimo Antistite, quo decet cultu & reverentia illatum est. Tu autem.

e

f

F

ANNOTATA.

a *De sanguinis cognatione nihil habet Legenda major, nihil Corvaiserius : Crevit paulatim oratio.*

b *Hoc etiam satis scite hîc adjicitur : quid mirum ? si S. Hilario Pictavensi adeo conjunctus supponatur.*

c *In Legenda majori Ms. præmittuntur exhortationes & objurgationes adversus idolatras, pro arbitrio compositæ, quæ usque ad medium lectionis quartæ producuntur, ubi primum incipit Cenomanensis peregrinatio.*

AUCTORE J. B. S.

d *Hæc omnia in præfatis lectionibus Mss. fuse amplificantur usque ad finem lectionis quintæ.*

e *Dum nimis scrupulose annum denotare voluit harum lectionum contractor, non advertit, S. Hilarium Pictavensem, ex communiore sententia, obiisse anno 367: anne, obsecro, tredecim annis opus fuit, ut Sanctus noster de Patrini obitu certior fieret. In Breviario anni 1663 per errorem dicitur obiisse an. 180; contra, in editione 1693, servatis omnibus quæ magno Hilario æqualem faciunt, differtur nihilominus obitus ad tempora Martiani Cæsaris, post medium sec. v. Alii alia comminiscuntur. Rectius omnia generalioribus terminis involverent, ut facit Legenda.*

f *Translatio illa ejusque occasio solita verbositate describuntur in Legenda lect. 7. 8. & 9, ubi illic legitur:* Tempore siquidem illo; *nempe post mortem Ludovici Pii Imperatoris.*

DE S. FLOREGIO EPIS. ET CONF.

STAGNI APUD RUTHENOS, IN GALLIA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Expenduntur dubia circa lectiones Stagnenses.

1 JULII.

Tam certum est Stagni cultum habere,

B

Tagnum oppidum, vulgo Estein, *seu* Estaing, *Castellano* Stain, *unde vetustam juxta ac illustrem prosapiam, jam olim denominatam arbitror, situm est in pago seu agro Ruthenorum (Gallicè* Rouergue) *non procul à finibus Arvernicis, sex ferme leucis Francicis à provinciæ Ruthenensis urbe metropoli & cognomine distans, adjacensque amni* le Lot, *leucis tribus infra* Entraygues, *ubi prædictus amnis recipit fluviolum alterum* la Trueyre, *leucis supra* Cadurcum *circiter viginti. De oppidi aut municipii magnitudine, incolis, aliisque eo spectantibus, nonnulla sequenti paragrapho subjiciam; præcipua ejus apud nos celebritas sumitur à corpore* S. Floregii, (*gall.* Floret, Florez, Fleuret & Flouret) *quod illic quiescit, solenniterque colitur hoc* 1 *die Julii, sub titulo* Episcopi Arvernien-sis; *quamvis Ferrarius in Catalogo solum scribat:* In territorio Ruthenensi, S. Floregii Confessoris; *& Castellanus in Martyrologio Universali:* In Rutenia, S. Floregii Confessoris, cujus corpus Stagni quiescit; dont le corps est à Stain: *nulla temporis, quod tamen accurate facere assolet, adjecta nota; ut plane ostendat, quo tempore vixerit, se plane ignorare; Episcopi autem dignitatem non agnoscere.*

quam sint obscura quæ de eo traduntur,

C

2 *Neque ex aliis Martyrologiis notitia ulla hauriri potest, utpote in quibus* Floregii *nomen plane ignotum est: nec habuit Saussayus quo lucem afferret, sic scribens in Supplemento pag.* 1139: Ipso die in territorio Ruthenensi, sancti Floregii Episcopi, dotibus gratiæ perornati; cujus etiamsi gestorum sanctorum notitia exciderit, memoria tamen ob titulos perfectæ justitiæ, perpetuæ venerationi consecrata, ibidem clara perseverat, potissimum in oppido Stagni, ejusdem agri Ruthenensis, ubi sacrum ejus corpus digne repositum asservatur & colitur. *Addit porro in notis laudatus suprà Ferrarius, se sua accepisse,* ex monumentis ecclesiæ Stagni, oppidi agri Ruthenensis, ubi corpus illius reperitur & colitur. Ex vita illius, in ecclesia Stagnensi Ms., eum Episcopum Arvernorum fuisse apparet, sed in Tabulis Episcoporum Arvernensium non reperitur. Vixit tempestate hæreticorum Albigensium. Ab eo oppidum in Arvernensi diœcesi denominatur.

etiam à Ferrario,

3 *Nescio equidem utrum Ferrarius, pro* S. Floregii *hîc non accipiat urbem* S. Flori, *vulgo* S. Flour: *ceterum in ea Arvernia parte, quæ Limania dicitur, locum aliquem à Sancto nostro denominari, testatur instrumentum ad me missum, quamvis illum ego necdum repererim. Monumenta autem, quæ citat Ferrarius, reducuntur ad solas lectiones ecclesiæ Stagnensis, quas Tolosa ad Bollandum jam ab anno* 1643 *transmisit P. Petrus Possinus noster ex schedis Odonis Gissæi, auctoris historiæ miraculosæ imaginis B. M. V. Podiensis, atque ejusdem loci ac Velaunensium Episcoporum, editæ* 1620. *Ad prædictas, inquam, lectiones reducuntur omnia; verum istæ tam dubiæ & forte nullius fidei sunt, ut ex iis nihil certi erui queat ad* S. Floregii *episcopatum, gesta aut tempora stabilienda, quidquid iisdem innitatur Jacobus Branche in Vitis Sanctorum Sanctarumque Arvernensium & Velaunensium, an.* 1652 *typis vulgatis; ubi ex scriptis nostri P. de Gaches aliqua producit, quæ nec in ipsis lectionibus continentur.*

& Jacobo Branche.

4 *Illud imprimis conatur evincere, S. Floregium Episcopis Arvernensibus vere accenseri posse, quemadmodum laudatus noster Gissæus, catalogo isti restituendum curavit Guilielmum de Baffia, eatenus prætermissum, cuique reipsa locum subinde dederunt Sammarthani inter Durandum & Petrum Roux sub finem seculi* XI. *At dispar plane S. Floregii & Guilielmi ratio; hunc vere Claromontanum Episcopum fuisse demonstravit Gissæus, de S. Floregio autem, necdum constat, quo tempore in vivis egerit, neque apud Claromontanos ulla ejus in ecclesiastico officio memoria hactenus reperta est. Scio, Branchium ex præfata Stagnensi Legenda, quæ de Arianis meminit, per meram conjecturam asserere, vixisse S. Floregium circiter annum quingentesimum, quo tempore Gothos ex partibus Aquitanicis expulit Clodovæus Francicæ monarchiæ in Galliis conditor: verum quam gratis id adstruitur, tam facile negatur, cum Legenda ipsa, quantumvis dubie, verbose & imperite contexta, si qua satis tempora designat, alia indicare videatur. Neque hunc nodum solvere ullatenus potuit processus verbalis, de quo infra pluribus agendum erit.*

Ex primæ lectionis specimine.

5 *Sic incipit Legenda in novem lectiones divisa;* Post multa annorum curricula, nuntiatum fuit in urbe Romana, quod aliquæ hæreses in partibus Gallicis seu Aquitanicis, & specialiter contra formam Baptismi insurrexerant, & pervenit usque ad aures beatissimi Pontii, qui sedem Apostolicam tenebat, seu regebat illis diebus. Hic supradictus Pontius jussit venire ad se omnes episcopos, qui præerant Galliæ seu Aquitaniæ; qui venerunt ante eum Romam, & cum eis perrexit beatissimus Floregius, qui Episcopus erat Alvernienſis illis temporibus. Et interrogavit eos sanctissimus Pontius, unumquemque per ordinem, si hæc ve-

ra

A rà erant, an falsa, quæ insonuerant auribus suis de Arriana perfidia sive dogmatis falsi; & Aquitanici baptisabant per doctrinam barbaricam? Cui omnes dixerunt: Nos ipsam doctrinam paucis peraudivimus, & si audivimus, tamen eam recipere nolumus. Sed audivimus tantum, quod hæretici per Aquitaniam iter faciebant, & quos insipientes inveniebant, de ipsa doctrina, si fieri potuisset, cupidi eos imbuerent. Sed si inter eos actum est, ad nos non pervenit ista doctrina &c.

non difficulter colligitur,

6 *Quam hæc male compta sint, nemo non videt. Primum &, ni fallor, evidentissimum suppositionis signum habes in nomine* Pontii *Romani Pontificis, qualem scimus numquam exstitisse. Conabar principio lapsum excusare, supponendo nomen* Pontii *fortasse abbreviate scriptum fuisse, pro* Pontificis: *at cum tertium tam aperte exprimatur, quis satis suaserit, sphalma scriptorium reputari posse. De* Alvernienſi episcopatu *jam supra diximus. Convocatio illa Episcoporum* Galliæ seu Aquitaniæ, *aliaque omnia æquè apertam fictionem redolent. Quærimus hîc potissimum, an per densas*

B *istas tenebras non aliquis lucis radius transpareat, quo in temporum cognitionem deveniamus. Memorantur hîc* hæreses aliquæ in partibus Gallicis: *nemo de Arianis sic loqui solitus est. Respondetur:* Nos ipsam doctrinam paucis peraudivimus. *Item:* Sed audivimus tantum, quod hæretici per Aquitaniam iter faciebant, & quos insipientes inveniebant de ipsa doctrina &c. *Sequitur porro:* Sed si inter nos actum est; ad nos non pervenit ista doctrina. *Expende, obsecro, an Arianismo, sub Gothis per Aquitaniam invalescenti, hæc satis quadrent: An non hîc plures errores depinguntur, quos in Aquitania grassatos fatentur Episcopi? Hæc de Arianismo satis commodè intelligi posse, haud equidem existimo.*

quam male, multa contexantur;

7 *Quid igitur? An aliæ hæreses in Gallia Aquitanica sparsæ sunt, easque inter una de baptismo* per doctrinam barbaricam? *Utique: nam erroribus plurimis crassisque Aquitaniam infecerunt Albigenses ab ipso* seculo XII, *Arianis multò pejores, quibus mirum non esset, si imperitus scriptor*

C *eum tribueret, maxime qui ad mysterium sanctissimæ Trinitatis spectabat. Conjectura est, fateor, sed non mea, nec nova, cum jam Ferrarium audiverimus asserentem, Floregium* vixisse tempestate hæreticorum Albigensium, *forte sub initium exortæ hæresis, seculo* XII *necdum adulto, siquidem hoc & id genus capita alia cum lectionibus illis conciliari possint. Eadem tempora insinuare debet Branchius, dum ait, Abbatem Clarium, de quo in* VI *lectione agitur, S. Floregii in reditu ab urbe Roma socium fuisse* ex familia d'Estain, *quæ aliàs ante annum quingentesimam inclyta fuisset. Agnosco gentem illustrissimam d'Estain, ex qua Antistites plures numerat Gissæus lib.* 3 *cap.* 17, *pag.* 473. *Verum an multis ante annum* MC *seculis floruerit, lubens docebor.*

nti & de abbatia Clarii

8 *Tenebrosa hæc esse haudquaquam inficior, imo, uti dicebam, imperitè contexta sunt omnia, quamvis testetur transcriptor Petrus du Puy, Joannis filius,* die prima Julii anno Domini 1622, *à parente fidelissimè transumpta ex autographo, scripto an typis edito, non exprimitur*; expensis Domini Joannis Gineſtonis, dictæ ecclesiæ (*intelligo* Stagnensis) rectoris, die XII Septembris anno Domini 1555. *Tenebrosa, inquam, sunt; neque illud satis capio, quod citata lectione* VI *habetur, his verbis:* Clarius Abbas Ruthenensis ci-

vitatis, qui loci beatissimi Amantii primus Abbas fuit, qui Stagnum castrum post obitum suum illi dimisit: *puta* loco beatissimi Amantii RUTENENSIS CIVITATIS. *Quæro Ruthenis abbatiam sancti Amantii, primi nimirum Ruthenorum Episcopi, sed hactenus non reperio, nec apud Benedictinos, nec apud Sammarthanos, nec usquam alibi, ut, si umquam exstiterit, jam immutatam aut destructam esse oporteat.* AUCTORE J. B. S.

in Ruthenensi civitate.

9 *Hoc dubium nonnihil illustrare voluit Processus verbalis, in mei, aut potius S. Floregii gratiam, Stagni habitus, quo respondetur:* Nullam haberi notitiam, quod Stagnum umquam spectaverit ad ecclesiam S. Amantii. Hoc scitur (*inquiunt testes, seu delegatus De la Coudre*) & oculato testimonio confirmari potest, templum S. Amantii Ruthenis antiquum esse & elegans, hoc tempore collegiatum (*fateor id sciri posse*) olim abbatiam Ordinis S. Benedicti (*utrum hoc tam certum sit, multum dubito*) atque aliquando Cathedrale. Quinimo ecclesia ipsa Stagnensis sancto Amantio primitus dicata, priscis fortasse temporibus capitulo Ruthenensi S. Amantii subjecta esse potuit. *Ita conjicit laudatus Dominus De la Coudre, ex quo plura mox dabimus ad perpetuum S. Floregii cultum confirmandum propius spectantia.* E

§. II. Notitiæ aliquæ Stagno acceptæ.

Ad plura dubia à me proposita,

AD celebriorem *S. Floregii cultum faciunt, quæ notavit Branchius, de ecclesiis aliquibus parochialibus (nomina tacitus præterit) in provincia Arvernensi, quæ ipsum ut patronum & titularem recolunt. Item quod in Castro Stagnensi, ad æternam ejus sanctitatis memoriam, cubiculum ostendatur, in quo, dum ibi commoraretur, dicitur habitasse. De his ego aliisque id genus, non satis perspectis, sententiam ferre non poteram, nisi aliunde plenius edocerer. Itaque via brevissima usus sum: dubia mea in chartam conjeci & per eruditissimum amicum, alibi à me laudatum, nostrum P. Stephanum Chamillart, transmitti curavi ad P.* F *Rectorem collegii Ruthenensis, instanter rogans, ut quoquomodo posset, difficultatibus meis satisfacere conaretur. Gessit illerem strenue & ad votum meum præstanter. Communicatis enim cum Illustrissimo ac Reverendissimo D. Joachimo d'Estaing, Episcopo Sanflorano, quæsitis & postulatis meis: hic continuo inquisitionem seu Processum verbalem institui mandavit per adm. R. D. F. Raymundum de la Coudre, Priorem & magnum Vicarium abbatiæ Pebracensis seu Piperacensis, ex quo ea paucis desumam, quæ rei elucidandæ apta existimavero.*

per processum verbalem

11 *Habeo præ oculis prædictum processum verbalem, Gallicè in forma confectum die* XXIV *Februarii* 1715, *subscriptumque à præfato D. De la Coudre aliisque undecim primariis testibus D D. Parocho, ejus Vicario, Majore* (Maire) *Judice & Consule, ceterisque sedulo interrogatis, quorum responsa fideliter contracta & Latine versa subjicio. Quæsiveram* 1, *unumne dumtaxat & solum Stagnum esset in pago Ruthenensi? Responsum: solum ipsum esse, in eoque quiescere S. Floregii corpus ferme integrum, ubi celebri & stabili cultu honoretur* 1 *Julii, solenni festivitate, magno circumvicini populi concursu ac pietate. Secundus articulus spectabat locum ipsum Stagnum, qui pluribus describitur, velut oppidum ducentorum focorum, mer-*

AUCTORE J. B. S.

catu hebdomadario & quaternis annuè nundinis gaudens, in cujus meditullio ſpectetur vetus caſtrum dominorum comitum Stagnenſium, ubi cubiculum viderint, quod à S. Floregio nuncupatur : at nullum prorſus monumentum Sancti ætati conveniens, utpote quem ex Branchio ſupponunt floruiſſe ſub annum quingenteſimum. De antiquitate & nobilitate gentis Stagnenſis (d'Eſtaing) *pluribus agere ad inſtitutum noſtrum non pertinet.*

ea ſatis recte ſoluta ſunt,

12 *Inquiſitum tertio in locum, ubi Sancti corpus depoſitum eſſet. Ductus eſt igitur delegatus in teſtium comitatu ad templum parochiale, jam memorato veteri caſtro adjacens, ibique ſpectavit ſacellum S. Floregii ex adverſo majoris propylæi, ubi precibus prius fuſis, in fornice obſervatum eſt ſcutum gentilitium ignotum. Ad cornu Epiſtolæ altaris S. Floregii apparuerunt veſtigia antiqui tumuli ſeu repoſitorii, ſacri corporis, ex lapide in pariete incruſtato; unde elevatum fuit anno 1669, ut patet ex inſcriptione appoſita ſeræ capſæ novæ per D. De Renous officialem & vicarium generalem Illuſtriſſimi de Paulmi, tunc Ruthenenſis Epiſcopi, neglecto die, quo præfata elevatio facta fuerit, cujus tamen memoria agitur ultimo die octavæ feſti,*

B *ſolenni per forum Stagnenſe ſupplicatione. Capſæ novæ ligneæ, intercurrentibus cærulei coloris lineamentis deauratæ, litteris itidem aureis inſcribitur* SANCTUS FLOREGIUS. *Ea autem apertâ à R. D. Valentino Gabriac vice-paſtore, induto ſtola & ſuperpelliceo, accenſis tædis quatuor, per vitrum apparuit cranium, carens inferiori maxilla, cum oſſibus brachiorum & tibiarum, vertebris tribus, pluribus coſtis & undecim Sancti digitis.*

quæ ad præſentiam corporis & cultum ſpectant.

13 *In ſuperiori parte jam dicti tumuli, eleganti penicillo depictæ ſunt imagines duorum Epiſcoporum ſacris indutorum, altera referens ſanctum Amantium, antiquum titularem, altera S. Floregium, veſtitum alba cum dalmatica aut tunicella violacea, pluviali croceo, mithra candida, pedum paſtorale manu tenentem, cum hac ſubtus epigraphe litteris uncialibus patria dialecto expreſſa* S. FLOURET. *Ad alterum altaris latus ſeu ad cornu Evangelii, conſpicitur Sancti ſtatua in pontificalibus inter columnas affabre factas collocata. Hinc ad aram maximam deductis apertum eſt armarium ferro obductum, ex quo deſumptum brachium ligneum, laminis argenteis alioque ornatu decoratum,*

C *trium aut quatuor ſeculorum ætatem præferens, in quo dicitur eſſe pars brachii ejuſdem Sancti, quæ exponitur atque proceſſionaliter (ut vulgo loquimur) deferri ſolet ad ſacellum, S. Floregio dicatum apud cæruleos Pœnitentes extra oppidum, ubi fons ſcaturit, quem fert traditio, in ſumma aquæ penuria miraculoſe à Sancto repertum, unde & potari eo ſolent, qui variis infirmitatibus detinentur. Id quoque obſervatum eſt, ante præfatam Ipſanothecam ardere perpetuo lampadem ſumptibus toparchæ Stagnenſis, in gratiarum actionem pro ſingulari Sancti patrocinio, quod familia univerſa ſe ſemper expertam teſtatur.*

Officium proprium

14 *Petieram quarto loco, num in Breviario Ruthenenſi de S. Floregio officium fieret ? Itaque exhibitum nobis eſt, inquit De la Coudre, proprium diœceſeos, in quo Sanctus refertur, tamquam* Confeſſor Pontifex *ſub ritu ſemiduplici, cum oratione propria, ſed abſque legenda, ad diem* v *Julii. Ut de Stagnenſibus agamus, ibi exhibiti ſunt libri varii membranei penicillo exarati, quos inter Antiphonarium ſub hoc titulo :* Ad laudem ſanctiſſimæ Trinitatis, Virginiſque Mariæ Deiparæ Matris, nec non totius curiæ cæleſtis. Incipit liber Sanctorale per Anthonium Ceriti presbyterum ſcriptus, impenſis, & fundatus per D nobilem & potentiſſimum virum Guillotum, Dominum de Stagno & de Laudoria baronem, & ad ſervicium Dei & fundationis præfati Domini. *In margine proceſſus noſtri inſinuatur, vixiſſe Guillotum illum ſub initium ſeculi* XVI *uſque ad annum* 1540, *cujus inſignia exprimuntur in prima littera majuſcula; nempe ſcutum Francicum ſub coronide aurea* (de France, au chef d'or.)

ex Sanctorali deſumptum,

15 *Officium de S. Floregio in prædicto libro ſic notatur :* In ſancti Floregi Epiſcopi & Confeſſoris. In primis Veſperis antiphona : Ecce ſacerdos magnus, cum reliquis de Laudibus. Pſalmus : Dixit, cum aliis de communi. Ad Magnificat, Antiphona : Ora pro nobis glorioſe Chriſti Confeſſor, qui tuum natalem, licet indigni, cultu tamen pio & ſincera devotione celebramus. Oratio : Omnipotens ſempiterne Deus, qui electum tuum Pontificem Floregium, noſtris temporibus per ſigna gloriæ tuæ non deſinis declarare, concede plebi tuæ, ad ejus ſolennia confluenti, ut quæ devote ab eo poſtulaverit, à te percipere mereatur. Per Dominum &c. *Omittuntur verſiculi,* E *nihil magnopere ſignificantes; at ſecundum Reſponſorium, tamquam ad hiſtoriam pertinens, deſcriptum eſt :* A Poncio Papa vocatus Floregius perrexit Romam ; & inſuper interrogatus, veri lavacri pandens formam & Arii confundens normam, ſic reſpondit vir beatus. ℣. Nos baptizamus in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, ſicut Eccleſia Romana retinet & docet.

explicatione hinc inde indiget.

16 *An rite deſcriptum ſit Reſponſorium tertium haud equidem ſcio, at certe commentario indigere videbitur. Sic ſonat :* Floregius Præſul beatus, à Domino prædeſtinatus, regnum poſſidet æternum, ſed ſi poſſidet hoc regnum, non quia eſt prædeſtinatus, ſed quia à Deo præſcitus Arverniæ præſul futurus, nec ne, hoc regnum poſſeſſurus. *Addit Reſponſorium quartum :* Floregius præſul beatus, ſacro flamine obumbratus, claudo greſſum reddidit, demum languore proſtratus, atque febribus vexatus, in Chriſto obdormivit. *Inde tranſit Proceſſus ad Reſponſorium ſextum, quod cani ſolet in vigilia feſti, dum* F *aperitur capſa reliquiarum, quas ingens populi multitudo, eo die confluens, venerabunda quotannis honorat. Sola autem Reſponſorii iſtius verba, hymno,* Iſte Confeſſor &c. *ſubjunguntur :* De noſtrarum ſtagno lachrymarum exurgat nobis venia, præſtante te, Præſul pie, quia licet indigni ſervi tui ſimus, à te ſemper adjuvari depoſcimus.

Frequentia Sancti miracula.

17 *Ut paucis complectar reliqua ; teſtati ſunt unanimiter viri illi honoratiores omnes, ad rei veritatem indagandam tum ſimul convocati & requiſiti ; teſtati, inquam, ſunt, quotidianam eſſe miraculorum ac beneficiorum, quæ toti oppido notiſſima ſint, certiſſimamque memoriam : parem item circumvicinorum accolarum confluxum, decem & quindecim inde leucis, voti exſolvendi gratia, Stagnum adventantium, qui aquam, in S. Floregii ſacello benedictam, domum comportare ſoleant, velut amuletum, ſeu præſens remedium, adverſus morbos animalium non ſolum & jumentorum, ſed & ægrorum hominum, quibus in extremis poſitis, Sancto opitulante, ſanitatem frequenter attulerit. Demum oppidanorum Stagnenſium omnino omnium ſummam elucere in patronum ac tutelarem fiduciam, ob curationum gratias, quas ſæpius præſtari oculis ipſi ſuis conſpiciunt, & pridem præſtitas à majoribus acceperunt. Proceſſui ſeu inquiſitioni ver-*

A *verbali propria manu ſubſcripſere* De la Coudre *commiſſarius*, Galtier *parochus*; Gabriac *vice-paſtor*, Pradines, *Major*, Du Far, *Judex & Conſul*, Maſnil *advocatus*, Donniergue, Caylas, Martin, Du Rieul, Annat, Chauve.

18 *Ex omnibus ſupradictis de antiquo S. Floregii cultu, conſtanti veneratione, & perennibus beneficiis certiores ſimus; de Sancti origine, ætate & rebus geſtis nihil prorſus edocemur, ut facile colligas, vera dixiſſe Sauſſayum, in citato ſupra elogio, quod* geſtorum ſanctorum memoria exciderit. *Nolim temere aut leviter quidquam ſuſpicari, nedum ſtatuere: at certe in re tam implexa & involuta, non verebor indicare quid mihi, omnibus operoſe perpenſis inciderit, quodque ut meram conjecturam, hujuſmodi rerum peritis ſuggerere audeo, facile paſſurus, ut ab omnibus rejiciatur. Ita mecum cogitavi: cum Legendam examinanti, nihil quidquam occurrat, quod cum veritate hiſtorica conciliari poſſit; veroſimillime concludo, totam illam Stagnenſem hiſtoriam pro ſcriptoris arbitrio S. Floregio adſcriptam. Quid ſi igitur tantiſper concedamus, Sanctum, quo de agimus, Stagnum olim perveniſſe peregrinum & ignotum, ubi pie defunctus & depoſitus, multis miraculis clarescere cœperit: populus autem ad S. Florum, in vicina Arvernia miraculis celeberrimum, recurrere* Quid de Actis per conjecturam cenſeri poſſit.

B *ſolitus, Sanctum anonymum tot prodigiis apud ſe coruſcantem videns, pia æmulatione alterum Florum dixerit, & per aliquam diminutionem, ex* S. Flour, *fecerit* S. Flouret, *cui deinde aptata ſit citata toties Legenda, quam talem qualem prudentum lectorum judicio exponimus & ſubmittimus.*

ACTA

Ex Breviario Stagnenſi.

POſt multa annorum curricula, nuntiatum fuit in urbe Romana, quod aliquæ hæreſes in partibus Gallicis, ſeu Aquitanicis, & ſpecialiter contra formam Baptiſmi inſurrexerant, & pervenit uſque ad aures Beatiſſimi Pontii, qui ſedem Apoſtolicam tenebat, ſeu regebat illis diebus. Hic ſupradictus Pontius juſſit venire ad ſe omnes Epiſcopos, qui præerant Galliæ, ſeu Aquitaniæ; qui venerunt ante eum Romam, Lectio I

C & cum eis perrexit beatiſſimus Floregius, qui Epiſcopus erat Alvernienſis illis temporibus, & interrogavit eos ſanctiſſimus Pontius unumquemque per ordinem, ſi hæc vera erant, an falſa, quæ inſonuerant auribus ſuis, de Arriana perfidia, ſive dogmatis falſi; & Aquitanici baptiſabant per doctrinam barbaricam. Cui omnes dixerunt: Nos ipſam doctrinam paucis peraudivimus, & ſi audivimus, tamen eam recipere nolumus. Tu autem Domine &c.

2 Sed audivimus tantum, quod hæretici per Aquitaniam iter faciebant, & quos inſipientes inveniebant, de ipſa doctrina, ſi fieri potuiſſet, cupidi eos imbuerent. Sed ſi inter eos actum eſt, ad nos non pervenit iſta doctrina, ſed baptizamus in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti, ſicut in urbe Roma ſcriptum fuit, & retinetur. Tu autem Domine &c. Lectio II

3 Hoc audito Beatiſſimus Pontius gratias agens, his verbis eos alloquitur: Unus Deus, Pater viventis Verbi, ſapientiæ, virtutis & ſubſiſtentiæ ſuæ ac figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti, unus Dominus ſolus, ex ſolo Deo, figura, & imago veritatis, verbum penetrans, ſapientia comprehendens omnia, & virtus qua omnia creavit, quod ſic fieri potuit, Filius verus veri, & inviſibilis ex inviſibili, incorruptibilis ex incorruptibili, ſempiternus ex ſempiterno: unus Spiritus ſanctus ex Deo ſubſtantiam habens, & qui per filium apparuit imago filii perfecti. Tu autem Domine. &c. Lectio III Ex Brev. Stag.

4 Perfecta viventium cauſa ſanctitatis, ſanctificationis præſtatrix, per quem Deus ſolus ſub omnia, & in omnibus cognoſcitur & Filius per omnes, Trinitas perfecta majeſtate, & ſempiternitate & regno minime dividitur, neque alienatur. Igitur namque factum, quod aut ſerviens in Trinitate, neque inductum tempore ante hoc quidem non ſubſiſtens, & quaſi poſtea ſuper ingreſſum, neque ita defuit Filius Patri, neque Filio Spiritus ſanctus, ſed incorruptibilis, & immutabilis eadem Trinitas ſemper manet, & in ipſa Trinitate, & in ipſa fide, rogo vos omni tempore jugiter permanere. Deinde benedixit eos. Poſt benedictionem tribuit eis, & dixit: Rogo vos, & admoneo cum omni humilitate, ac manſuetudine, ut unuſquiſque redeatis ad loca veſtra. Tu E autem Domine. &c. Lectio IV.

5 Et dum regreſſi eritis, laudes, & vota Domino Deo noſtro aſſiduè humiliter reddite, & curſum veſtrum implete, ſicut hiſtoria eccleſiaſtica refert injunctum eſſe vobis, & unuſquiſque per civitates, atque in ſedes veſtras epiſcopales fabricate eccleſiam in honorem Domini Dei, & ſancti Joannis Baptiſtæ, & in ea ſacrum fontem ædificate, & per omnes vicos eccleſiæ ſimiliter altaria ſancti Joannis dedicate, & in alia eccleſia nullus baptizet. Hoc præceptum firmiter retinete, & obſervate. Hoc audito, omnes Epiſcopi qui in urbe Romana aderant de Aquitania, vel de Provinciis Galliarum, libere ea, quæ Pontius Papa eis annunciavit, cum gaudio receperunt & retinuerunt, & alacriter ad loca ſua reverſi ſunt. Tu autem Domine. &c. Lectio V.

6 Igitur Beatus Floregius ſequens eos poſt triduum, non potuit velocius ire propter duos ſodales, qui infirmi erant, ſed aſſidue peragrarunt quantum potuerunt, & uſque civitatem Vercellis pervenerunt. Veſpere autem jam fa- F cto, vigilia Dominicæ Aſcenſionis ingreſſi civitatem & cum eis Clarius Abbas Rutenenſis civitatis, qui loci beatiſſimi Amantii primus Abbas fuit, qui Stagnum caſtrum poſt obitum ſuum illi dimiſit. Ipſe in hoſpitio junxit ſe cum illis, & illa nocte manſerunt invicem; ſummo diluculo perrexerunt ad eccleſiam ſancti Euſebii. Nuntiatum eſt clericis ipſius eccleſiæ de Epiſcopo Floregio, qui ibi aderat, & cum eo nobiliſſimus Abbas, nomine Clarius, continuo venerunt ad eos, & rogaverunt eos, ut illo die cum illis manerent. Et rogaverunt Pontificem, ut ſenior Miſſam celebraret, qui ad præceptum eorum obedivit. Tu autem Domine. &c. Lectio VI.

Lectio S. Euangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore dixit Jeſus Diſcipulis ſuis, ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & reliqua.

Homilia vitæ ejuſdem S. Floregii.

DUm hora adeſt, manus & faciem abluit Floregius, & induit ſe veſtimentis ſacris, ut mos eſt. Et cum in ſacrario eſſent, acceſſit ad eum cæcus unus, & de ipſa aqua, quæ de manibus Epiſcopi cadebat, oculos linivit, & ſtatim viſum recepit. Quo viſo omnis popu-

Ex Brev. Stag. lus mira exultatione laudes ad cælos effert. Celebrata denique Miſſa, unuſquiſque ad propria cum gaudio remeavit. Et Epiſcopus cum Abbate ſuo ſupradicto ad hoſpitium pervenerunt, & in caſtrino die iter capiunt, viam dirigunt. Rogatus Epiſcopus cum Abbate, die ſancto Pentecoſtes ad Stagnum pervenerunt. Tu autem Domine &c.

Lectio VIII. 8 Mox ut ingreſſi fuerunt, nobiliſſimus Abbas ait ſuis: Ite velocius, & Epiſcopum, qui mecum eſt, diligenter accipite, quia caſtus, & ſanctus eſt. Mox ut audierunt, ad eum pervenerunt, & cum ſumma dilectione ad habitacula ipſius Abbatis cum eo venerunt, nobile ſtratum illi pararunt. Jam hora adeſt, menſam ponunt, cibos offerunt, cœperunt epulari. Dum epulabantur, erat in angulo domus illius claudus unus, qui octo annos non valebat ambulare; qui ait Epiſcopo; Te, beatiſſime Pontifex Floregi deprecor, ut roges Dominum pro me peccatore, quia multi dies jam ſtant, quod ego cecidi in hac infirmitate. Hoc audito, Sacerdos accepit panem de ſupra menſam, & benedixit & illi juſſit dare: quo accepto, comedit die ipſo, & ſtatim ſanus factus eſt. Qui propter viſa miracula, quæ per Sacerdotem ſuum Deus operatus eſt, & omnes qui ibi aderant, Deum laudare atque glorificare cœperunt, una cum ſupradicto Abbate: ut autem ſurrexerunt à menſa, claudus ante eum venit, & ad pedes ejus cecidit, & ipſe erexit eum, & dixit: Vade in pace. Tu autem Domine. &c.

Lectio IX. 9 Facto mane ipſo, dominus Præſul regredi voluit ad locum ſuum; ſed rogavit eum Abbas & ipſe populus, qui caſtro Stagni præerant, ut cum eis maneret, & manſit cum eis quindecim diebus. In quinto decimo autem die à febre corripitur, & in cubili cecidit, & octo dies ſupervixit & in illis diebus octo non ceſſavit à prædicatione divina, ſed omnes qui ad eum veniebant, dulciter de perpetua vita eos docebat, atque dicebat: O filii chariſſimi, quam fragilis iſta vita eſt, ad illam feſtinate, ubi non fletus nec ſtridor dentium, ubi ſynnamomum, & balzamum, & omnis terebinthi natura, transcendamus, viſibilia omnia deſpiciamus, tranſitoria cuncta; ad illam cæleſtem patriam ex totis viribus anhelemus, quia non ſolum parentes noſtri, qui nos illuc præceſſerunt, ſed Martyres, Prophetæ, & Patriarchæ vel & ipſi Angeli nos expectant ac deſiderant: ut quanto ocius feſtinare curemus, & ut citius fiat, Domini clementiam quotidie humiliter exoremus. Omnipotens Deus, qui cuncta ex nihilo [creaſti,] qui nos per ſanguinem unigeniti filii tui redemiſti, ex aqua & Spiritu ſancto voluntariè regeneraſti, fac nos de hac miſeria tranſire, per eumdem unigenitum tuum. Et his dictis emiſit ſpiritum, & cum ſumma diligentia ſepelierunt eum aromatibus conditum, in ipſum caſtrum, in quo ſepultus jacet uſque in hodiernum diem. Tu autem Domine. &c.

ANNOTATA.

Non exiſtimavi operæ pretium, notis has lectiones illuſtrare, cum in commentario prævio ſatis inſinuaverim, vagam eſſe & non magni momenti ſcriptionem. Sufficiat hîc lectorem monere, Euangelium, quod poſt VI *lectionem ponitur, non ſpectare ad commune Confeſſoris Pontificis, licet S. Silveſtro tribuatur. Si ſciretur tempus, quo ipſum illud Euangelium pro communi Confeſſorum aſſumptum fuit, facilius deveniretur in cognitionem ſeculi, quo ſcripta fuerit præfata Legenda.*

DE S. DOMITIANO ABBATE

APUD SEGUSIANOS, IN MONASTERIO S. RAGNEBERTI JURENSIS.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Memoria ejus in Faſtis, monaſterium à S. Ragneberto Martyre appellatum, ætas Sancti, Acta non ſatis ſincera.

Seculo IV aut V. *Ab Adone in Faſtis primum ſignatus*

Nobſervationibus Uſuardinis ad hunc diem diximus, nullum Martyrologium ſancti Domitiani *Abbatis meminiſſe, qui ſaltem Adone Viennenſi antiquior ſit. Ex hoc verò in Uſuardum, Notkerum & alios Martyrologos recentiores paſſim omnes atque in Romanum modernum tranſiiſſe, indubitatum eſt. Ne autem plurimis tot Martyrologiorum textibus longo ordine recenſendis lectores fatigem, ſatis mihi erit, fontem aperire, unde in diverſos rivos aquæ, nunc puriores nunc lutulentiores dimanarunt. En Præſulis Viennenſis verba:* Et in territorio Lugdunenſi, loco qui Vallis Vebronna nuncupatur, depoſitio viri Dei, beatiſſimi Domitiani Abbatis, qui primus illic eremiticam vitam exercuit, & plurimos ſibi in Dei ſervitio aggregans, monaſterium inſtituit, magniſque virtutibus & glorioſis miraculis valde clarus, collectus eſt ad patres ſuos in ſenectute bona. *Hæc ferme ad verbum deſcripſit Petrus Equilinus in Catalogo lib. 6. cap. 30, pro* Domitiano, *male reddens* Dominiano. *Quæ ex Hieronymianis minoribus in præfatione Uſuardina num. 39, 41, 43, à 44 recitantur, mera ſunt aſſumenta, ab aliqua recentiori manu ex Adone iis codicibus adjecta.*

ab antiquis ſcriptoribus neglectus eſt.

2 *Rectiſſimè obſervavit V. C. Samuel Guichenonus, in proſecutione partis ſecundæ hiſtoriæ Beugeſii à pag. 96 ad* S. Rambert de joux, *Domitianum noſtrum, tametſi pro celebri Sancto in Faſtis agnitum, tamen ab antiquis ſcriptoribus ita neglectum, ut de ipſo vix quidquam traditum reperiatur. Citat ibidem Martyrologium Romanum, Trithemium, Wionem; Menardum, Sauſſayum, quibus jam nos ex Adone antiquiora dedimus. Neque curandi*

A curandi ſunt ſcriptores Benedictini, qui ut Domitianum ſuis annumerent, mortuum fingunt anno DLX, cum ex prudentiori Acherii & Mabillonii judicio, tomo I Actorum Ord. S. Benedicti, inter prætermiſſos collocatus ſit, ut ſeculo ferme integro Caſſinenſem inſtitutorem prægreſſus; quippe qui ex Actis, primùm à Gonono, in Vitis Patrum Occidentis lib. 4 à pag. 314, deinde à laudato Guichenono inter Probationes pag. 228, vulgatis, ſynchronus fuiſſe aſſeratur ſanctiſſimis viris Vincentio Lirinenſi, Hilario Arelatenſi, & Eucherio Lugdunenſi; niſi præfatorum Actorum ſcriptor, in his temporum notis æque ceſpitaſſe dicatur, atque in vitæ ipſius principio, dum S. Domitianum, in Gallias fugiſſe narrat, metu perſecutionis Juliani Apoſtatæ. Hîc eam tantiſper hypotheſim ſequimur, quæ Sanctum floruiſſe ſtatuit ſeculo quinto.

Ex Guichenono habetur

3 Soli Guichenono acceptam referimus diſtinctiorem notitiam loci, in quem S. Domitianus ſub S. Eucherii ductu ſe primum abdiderit, & ex quo deinde, ut Vita teſtatur, in alium magis deſertum migraverit, eum nimirum, qui binis, imo pluribus poſt ſeculis, non jam S. Domitiani, ſed S. Ragneberti Martyris nomen adeptus ſit; quemadmodum Jurenſi alteri ejuſdem temporis monaſterio accidiſſe notiſſimum eſt; quod cum à prima ſua origine nuncuparetur Condateſcenſe; eam appellationem primùm S. Eugendi, deinde S. Claudii nominatiſſimorum Abbatum fama intercepit. Sic Sanctus Ragnebertus, Ragnibertus, Ramgbertus, & molliori inflexione Rambertus, is qui inter ſynonymos, ſub Ebroini tyrannide, apud S. Domitiani monaſterium interfectus, & more illius temporis Martyr dictus eſt, eidem nomen ſuum, ſed poſt Adonis tempora indidit; ut proprio loco fuſius oſtendendum erit, die quo S. Ragnebertus colitur, XV Julii. Hujus quoque Sancti, & ex ejuſdem loci monumentis, Acta edidit laudatus Guichenonus, in Probationibus à pag. 232; notans ad calcem, eamdem Legendam, ſed longe diſſimilem & breviorem, in lucem emiſiſſe V. C. Andream du Cheſne vol. I hiſt. Franc. ſcrip. ſub rege Dagoberto. Hæc de nomine monaſterii à S. Domitiano conditi, quod jam ex Guichenono paucis delineabimus.

C

diſtinctior variorum notitia,

4 Situm eſt in finibus Seguſianorum, hodie in confinio territorii Lugdunenſis, Juræ monti vicino, vel ſub jugorum Jurenſium principium (unde & paſſim venire ſolet ſub nomine monaſterii S. Ragneberti Jurenſis) æquali ferme trium Gallicorum milliarium à fluminibus Rhodano & Idono (in Actis Igneus dicitur) diſtantiâ, ad fontem, aliis torrentem Bebronnam. Ado ſuperius Vebronnam vallem ſcripſit, quod eodem recidit; ſed male Wion & alii, quos mutuos tranſcriptores dicas, vallem Membranam inflexerunt, de conſulendis vetuſtioribus monumentis nihil magnopere ſoliciti. Ex prædicto fonte videtur amnis aliquis vel torrens profluere, qui ſe in Idanum exonerat. Abeſt itaque S. Domitiani ſeu S. Ragneberti monaſterium quam longiſſime à ripa fluminis Ligeris, quo ipſum trans Ararim portarunt Sammarthani, Galliæ Chriſtianæ tomo 4, non advertentes contradictionem, dum in margine notant S. Rambert de Joux, hoc eſt, S. Ragneberti Jurenſis, à monte Jura, quem ad ripam Ligeris fruſtra quæſieris. Eſt ibi in Forenſi pago Prioratus S. Ragneberti, ad quem ſunt qui contendant, ſacra Domitiani & Ragneberti corpora fuiſſe tranſlata. Tu videſis Guichenonum pag. 97, ultra medium.

5 Hæſerat prius S. Domitianus cis Idanum fluvium, ubi modo, ni fallor, exſtat burgus aut vicus S. Chriſtophori, aliaque ſuperſunt commorationis ejus veſtigia. Verum horridioris ſolitudinis amore impulſus, facta ſibi à S. Eucherio poteſtate, deſertiſſimum eum locum ſeligere maluit, in quo & ipſius Sancti, & monaſterii, ejuſque, ſi qui fuerint, Abbatum memoria, per plura ſecula, ſepulta fuiſſe videtur; donec tandem, veroſimiliter per S. Domitiani & S. Ragneberti Martyris miracula, reviviſcere; colique & augeri adeo locus cæpit, ut à ſeculo fortaſſe duodecimo, oppidum ſenſim acceſſerit, itidem à S. Ragneberto appellatum, privilegiis ſubinde donatum, marchioniſque titulo, ab Emmanuele Philiberto, Sabaudiæ duce inſignitum, ut apud laudatum jam ſæpius Guichenonum videre eſt, bullam Cæleſtini III, privilegiorum confirmatricem, ad Humbertum abbatem referentem, aliaque plura ſpectantia ad idem monaſterium, quod Abbatibus ſecularibus commendatum, aliorum ſortem ſubiit, ita deinceps collapſum, ut à priſtino ſplendore plurimum defeciſſe teſtetur Guichenonus, apud quem cetera curioſus lector inveniet, nos ſancti noſtri Domitiani Acta expendamus.

AUCTORE J. B. S.

etiam ipſius monaſterii, poſt à S. Ragneberto dicti.

Legendæ, ſeu longæ ſeu breves,

6 Jam dixi, Legendam integram à Guichenono inter Probationes à pag. 228 productam, ubi extracta aſſeritur ex Breviario abbatiæ S. Ragneberti in Beugeſio, cui hic titulus præfigitur: Incipit vita ſanctiſſimi Domitiani, Confeſſoris Chriſti, fundatoris monaſterii ſancti Ragneberti. In fine obſervat editor; tranſcriptam hanc Legendam à Benedicto Gonon in Vitis Patrum Occidentis lib. 4, ſed mutilam. Titulus ejus eſt: Vita S. Domitiani eremitæ, ex Mss. codicibus monaſterii S. Remberti. Habemus ipſam, manu P. Petri Franciſci Chiffletii deſcriptam, ex antiquis codicibus monaſterii S. Ragneberti Jurenſis, diverſo ab aliis titulo; item alteram Ms. quæ titulo caret, & ceteris brevior eſt, ut mirum ſit, ex iiſdem codicibus tam diverſa prodiiſſe. Chiffletianam, cum editis & hac ultima collatam, infra dabimus. Porro in hoc omnes conveniunt, quod acephalæ ſint, utpote auctoris prologo carentes; ex quo fortaſſe ſcriptoris nomen, ſcriptionis tempus, aliaque ad vitæ illuſtrationem neceſſaria opportune educi potuiſſent. Acephalas eſſe, ſatis probat, ni fallor, Actorum principium: Igitur beati Domitiani &c. quæ particula à Gonono prætermiſſa eſt, ſubſtituto hoc principio: Beatiſſimi Domitiani &c. Brevius vero Ms. noſtrum alterum, neglecto omni exordio, incipit: Conſtantii Imperatoris temporibus &c.

E

F

non recte digeſtæ ſunt

7 Magis plenæ & integræ ſunt Chiffletiana & Guichenoniana. Ceterum & iſtæ & aliæ manifeſtiſſimis parachroniſmis, nec à Gonono, nec à Guichenono obſervatis, totum opus ita inficiunt, ut ſcriptoris imperitiam, & dubiam totius hiſtoriæ fidem oſtendant. Hæc cum advertiſſet Mabillonius, ne quidem inter ſubditicias SS. Benedictinorum vitas ei locum conceſſit. In Annalibus porro nonnulla carptim contraxit tomo I. pag. 222, in temporum notis hallucinationem advertens, at nihilominus & ibi & pag. 26 hiſtoriæ ſubſtantiam quadamtenus admittens, eamdem, ex Syagria, in præfatis Actis laudatæ, nomine; ex Ennodio, in vita, non S. Stephani, ſed S. Epiphanii Ticinenſis; item ex Augendi, aliàs Eugendi Vita, confirmare velle videtur. Maximi equidem facio, ſemperque feci viri eruditiſſimi nobiſque æſtimatiſſimi judicium; at enim vereor, ut ſancti noſtri Domitiani ætas cum Ennodii Syagria & Eugendi Syagria (ſiquidem utrobique eadem prædicetur) ſatis apte conjungi & concordari poſſit, dum ea ad Eucherium II Lugdunenſem & ſeculi VI principium, ex Mabillonii calculo producenda erit. Exponamus primum præcipuos Legendæ S. Domitiani anachroniſmos.

AUCTORE J. B. S. *sed variis paralogismis infecta,*

8 *Acta omnia cum edita, tum Mss., utut tantillum variantia, in eo certe planissime consonant, quod S. Domitianum Romæ natum velint, sub Imperatore Constantio, atque adeo diu ante annum* CCCLXI, *quo hic vivendi finem fecit; continuo enim adstruunt, metu persecutionis Apostatæ Juliani Sanctum fugisse in Galliam, appulisseque Massiliam*, ubi cum Sylvano eruditissimo presbytero aliquamdiu commoratus, Lirinensem usque peragravit insulam; in qua uno anno conversatus, cuncta quæ ei acciderant, P. Vincentio, doctissimo ac desertissimo presbytero narravit & fratribus: quo in loco persecutionem audiens, quam fugerat, advenire, Arelatem apud Domnum Hilarium Episcopum, quantulumcumque commoraturus advenit, cum quo, aliquo conversatus tempore, Julianum insecutorem, divino audivit apud Persidem gladio interiisse, de qua re utcumque securus, & à præfato venerabili Episcopo ex sua conversatione admodum dilectus, secundum ecclesiasticos ordines presbyter ab eo est ordinatus: ac deinde humanos declinans favores, petita benedictione, Australes expetiit
B partes, eremiticam ducere vitam magis eligens quam civilem. Verum audiens beati Eucherii sanctitatem Episcopi Lugdunensis. &c.

quæ nec conciliari,

9 *Quis ex tota hac rerum temporumque perturbatione vel micam veritatis eliciat? Dubium non est, inquies, quin scriptor Imperatores male designaverit; quos si negligamus, facile patebit, totam S. Domitiani vitam ad seculum* V *pertinere; ut* Sylvanus, *forte pro* Salviano *positus*, Vincentius Lirinensis, Hilarius Arelatensis & Eucherius *istius seculi lumina commonstrant, circa annum Dom.* 440 *maxime illustria; quo potissimum tempore in Galliam venerit S. Domitianus. Audio, & ita velim turpissimos lapsus salvari posse. Verum ea ratione, Charybdi vitata in Scyllam ruimus, nam mere fictitium erit totum vitæ principium, dum dicitur S. Domitiani pater* ob Catholicam fidem interemptus, mater vero nimio dolore attrita &c: *ficta erit Latini & Syagriæ donatio,*
C *ab his facta* VIII *Kalendarum Juliarum, anno primo Valentiniani Imperatoris, à nativitate Domini* 371. *Fateor equidem hanc ultimam epocham,* à nativitate Domini 371, *solum poni in ecgrapho Chiffletiano, verum etsi & ab eo exemplari abesset, nihilo inde magis subsisteret apposita temporis nota*, anno Valentiniani primo: *quamquam enim ad ultimum Valentinianum recurreris, qui fuit tertius istius nominis, oportebit donationis instrumentum, ante annum saltem* 426 *conditum fuisse, hoc est priusquam aut Hilarius Arelate, aut Eucherius Lugduni sederent Episcopi.*

nec satis explicari possunt.

10 *Hæc sane omnia, quæ sola ad examinis trutinam revocari possunt, turpissime aberrant à vero, ut proinde tutum non sit, reliquæ Actorum narrationi fidem adhibere, quæ quo tempore coagulata sint, haud facile conjeceris. Certe Adoni Viennensi nullatenus nota fuisse videntur, dum tam brevi vulgarique elogio Sanctum exornavit. Malim credere, idem istud compendiosum Adonis elogium, ex perpetua traditione Lugduni acceptum, materiam suggessisse scriptori, ut adscitis undecumque ornamentis, totam suam historicam seriem tam inconcinne digereret. Contendes, præfata Acta scribi debuisse, antequam S. Domitiani monasterium à S. Ragneberti martyrio nomen commutavit; quid tum postea? Quis scit, an S. Ragneberti appellatio indita fuerit ante seculum* XII *vel* XIII, *quando forte ejus reliquiæ miraculis cœperint inclarescere, indeque oppidum ædificari, ut apud tot monasteria factum novimus. Quid, quod à Joanne Abbate,* D
sancti Domitiani successore, usque ad seculum XII, *nec unius Abbatis nomen reperiatur, qui ei monasterio præfuerit? Quis satis probaverit, diligentiores fuisse monachos, in conquirendis S. Domitiani Actis, quam in consignandis Abbatum suorum nominibus? Ne hic dubia dubiis implicem, superest paucis indagare, an Actorum fidem usquequaque tueantur, quæ in eorum favorem, citatis locis adducit Mabillonius.*

Mabilio ex Syagriæ nomine

11 *Primus ejus locus est pag.* 26 *in principio, quo ad annum* 510 *S. Augendi Abbatis vitam & miracula prosequens, narrat optimates ipsos & Episcopos, vel solas Augendi epistolas certatim exquisivisse*, In his, *inquit*, illustris quædam materfamilias, Syagria nomine, quæ tum erat ECCLESIARUM MONASTERIORUMQUE MATER, è desperato, quo tenebatur, morbo, osculanda Sancti viri epistola, repente convaluit, quo facto Lugduni civitas magnis gaudiis recreata est. Hæc est illa Syagria, quæ S. Epiphanio Ticinensi Episcopo, cum opes suas redimendis apud Lugdunum captivis profudisset, CONTINUO AD EXPENSAS REDEMPTIONIS NECESSARIA SUGGESSIT, Thesaurus ecclesiæ Lugdunensis ob Ennodio appellata, cujus PROLIXAM, ait, QUÆRIT VITA NARRATIONEM, tametsi SUFFICIT, UT EX OPERIBUS AGNOSCATUR, QUÆ VERBA TRANSCENDUNT. Erat porro Syagria Latini uxor, viri præpotentis & nobilissimi, sed Ariani, qui à Domitiano Abbate ad fidem Catholicam adductus, fundum eidem ad construendum Bebronnense monaste-
E rium concessit. *Paucis hic multa complectitur Mabillonius, quæ denuo repetuntur pag.* 222, *solis ferme S. Domitiani Actis subnixa. An satis certa sint, haud equidem habeo exploratum.*

putat se collegisse

12 *Miraculum epistolæ S. Eugendi in Syagria* ecclesiarum monasteriorumque matre *exhibitum, quod habes in Actis nostris* 1 *Januarii pag.* 32, *ultro admitto; nec diffiteor, ad eamdem ipsam referri utcumque posse, quæ in Syagriæ alicujus,*
F *verosimiliter etiam Lugdunensis, laudem præclare decantat Ennodius, in editione Sirmondi pag.* 408, *& tomo nostro* 2 *Januarii pag.* 375, *utpote quæ S. Epiphanio Ticinensi magnis eleemosynis succurrerit ad redimendos à Gondebaudo captivos anno* 494. *At vellem probasset Mabillonius, Syagriam istam fuisse Latini uxorem, atque adeo monasterii S. Domitiani fundatricem. Non una offertur dubitandi ratio; prima hîc sit: quod nulla Actorum S. Domitiani epocha satis certo subsistat; forte nec illa, quæ ex tot Sanctorum conjunctione coalescit, nempe Vincentii Lirinensis, Hilarii Arelatensis, & Eucherii Lugdunensis, non* junioris, *qui forte nullus umquam Lugduni Episcopus fuit, sed primi & senioris Eucherii, qui æque ac Hilarius, ante annum* 450, *probabilius è vivis excessit: ut proinde nec Domitiani in Galliam adventus (siquidem in ipsa Gallia natus non sit) nec Lugdunensis commoratio, nec secessus in solitudinem, nec monasticæ conversationis diuturnitas, nec denique ejus ætas aut mortis tempus definiri possint. Putat Mabillonius pag.* 222, ex pontificatu Eucherii junioris Episcopi Lugdunensis, & ex tempore Syagriæ, Latini uxoris, qui sub finem seculi quinti, & sexti initium vixere, *colligendum tempus ipsum, quo S. Domitianus floruerit. Hic ego pedem figere non ausim, cum ex solo* Syagriæ *nomine tota ea epocha pendeat.*

13 *Quid si enim Legendæ auctor, qui summam in componenda temporum ratione imperitiam demonstrat,*

Sancti noſtri ætatem,

monſtrat, quid ſi, inquam, Syagriæ nomen, ex aliqua ſuperſtite fama apud Lugdunenſes celebre, ibi etiam perperam intruſerit, quemadmodum factam ejus donationem cum anno primo Valentiniani copulavit, ecquid ruit tota determinati temporis ratio, hujuſmodi anachroniſmis ſuperſtructa? Adde quod Syagria S. Eugendi, aliquando materfamilias *fuiſſe dicatur; ea vero, quæ ab Ennodio deſcribitur, ſolummodo laudetur ut* theſaurus eccleſiæ, *quod æque virgini alicui prædiviti, ac viduæ competit; imo potius virgini; nam plures liberos habuit Syagria Latini uxor, quorum aliqui donationi ſubſcripſere, fuitque adeo minus potens ac dives ad opitulandum S. Epiphanio Ticinenſi, captivos redempturo. Nolo nimium rigide ſingula diſcutere: quamdiu circa S. Domitiani ætatem nihil certius occurret, lubens fatebor, ex concurſu cum Syagria, ſatis feliciter & veroſi militer Mabillonium, ad ſeculi quinti finem & ſexti initium S. Domitianum retraxiſſe, ſi modo nulla alia Syagria Lugdunenſis fuerit, quam* monaſteriorum matrem *Acta Eugendi*; theſaurum *porro* eccleſiæ *Ennodius appellaverit, quæque S. Domitiano longe ſit poſterior.*

ſed valde incerta ſunt omnia,

14 *Et talem fuiſſe oportet prælaudatam Syagriam, ſiquam fidem Acta mereantur. Inſiſto dictæ hypotheſi, quod Vincentio Lirinenſi, Hilario Arelatenſi, & Eucherio Lugdunenſi æqualis fuerit noſter S. Domitianus: Eucherius porro vel ante, vel circa annum 450 vivere deſierit. Sic arguo: priuſquam Sanctus oratorium ſuum abſolveret, jam tum ſenex erat, ut habes in Actis num.* 17: Surgentes autem ſecuti ſunt SENEM, cœptumque oratorium, uſque ad calcem perduxerunt. *Numero autem ſequenti:* Oratorio quoque conſummato, & à beato Eucherio Pontifice dedicato, cœpit ſtricte Dei famulus inibi jejuniis ac vigiliis SENILE corpus domare: *ergo vivo adhuc & ſuperſtite Eucherio, eodem à quo ſuſceptus fuerat, jam tum ſenex erat S. Domitianus, & veroſimiliter ante Eucherium mortuus eſt. Jam vero Syagria Latini uxor tot adultos habebat filios, qui omnes donationi ſubſcripſerant; erat itaque ut minimum quinquagenaria ante annum* 450. *Tu modo judica, an ea* Syagria *ad ſeculum ſextum ſuperſtes fuerit. Dices, ſcriptorem hîc certo hallucinari; annuo, fateorque, in computandis temporibus infeliciſſimum eſſe. Sed an ex ſimilibus ſarmentis licuit Mabillonio, tam aſſeveranter pronuntiare*; Hæc eſt illa Syagria... Erat porro Syagria Latini uxor &c? *Claudicant omnia. En modo hypotheſim aliam ferme æque ſcabroſam.*

quamcumque viam elegeris.

15 *Cum Actorum iſtorum chronologia tam fallat evidenter, & pro alterutra parte, omnino repudianda ſit; quid ſi, rejectis nominibus Vincentii, Hilarii & Eucherii, inſiſtamus primæ parti; Sanctumque noſtrum ſub Conſtantio vere natum, ſub Juliano in Gallias adducamus, non ad Hilarium Arelatenſem, ſed ad celebriorem illum, magnum Pictavienſem antiſtitem, ab exilio tunc reducem. Quid ſi pro Eucherio reſtituamus Juſtum, alium Lugdunenſem Epiſcopum; cui Legendæ auctor notiorem alium male ſubſtituerit; utrumque nomen ad hiſtoriæ veritatem æque conducet. Imò vero, tali chronologico ordini inſiſtendo, quadrabunt omnia in graſſantes tunc dominanteſque Arianos hæreticos, à quibus S. Domitiani pater occiſus fuerit, quorumque contagione afflatus ſupponitur Latinus Syagriæ conjux: Quadrabit facta donatio ſub Imperator Valentiniano, ſive is pro ejus nominis primo, ſive pro ſecundo accipiatur. Ad reliquam vero Auctorum ſeriem tutandam, nihil prorſus intereſt, ſive ad finem ſeculi IV, ſive ad ſeculum poſterius S. Domitianum pertinere dixeris. In dubiis verſamur, quæ eruditis lectoribus ulterius enodanda proponimus; uti & illud, cur in Annalibus ſuis Mabillonius, S. Domitiani vitæ compendium differat ad annum 590: demum an noſtro S. Domitiano conveniat, quod ibi ex Gogi epiſtola refertur, de* roſarum vergultis, ex ſacri Domitiani Abbatis ſepulcro prodeuntibus. *Ut vera admittimus, quæ ab Adone traduntur, præſcindendo à tempore quo Sanctus vixerit, de ceteris ſententiam ferre, nobis integrum non putamus. En modo Acta ipſa ex correctiori Chiffletii Ms. cum editione Gononi, Guichenoni, & altero noſtro apographo collata.*

AUCTORE J. B. S.

VITA

Ex antiquis codicibus monaſterii S. Ragneberti Jurenſis.

CAPUT I.

S. Domitianus orbus parentibus, Roma in Galliam ſecedit: à S. Hilario Arelatenſi ſacerdos ordinatus, ductu S. Eucherii ſolitudinem petit ibique habitationem ſibi & ſociis ædificat.

Romæ illuſtri ſanguine natus.

IGitur beati Domitiani Confeſſoris Chriſti vitam deſcripturus, primitus invoco Deum Patrem omnipotentem, ut qui eidem Sancto uſque in finem dedit bonam perſeverantiam, nobis qui ſcripturi ſumus, à vobis qui compellitis, per ejuſdem Sancti, atque omnium interceſſionem Sanctorum, vitam tribuat ſempiternam. Denique *a* Conſtantii Imperatoris temporibus, in Romana urbe ex nobilitatis lampade, non obſcuris natalibus naſcitur Domitianus Dei famulus, patre Philippo, matre autem Marcianilla; qui præ ceteris gratiâ generoſitatis ornati, regenerationis gratiam ut à prole compertum eſt, integrè ac catholicè inter Arrianos occurſus fideliter cuſtodiebant. Ablactatum verò puerum præfatum, ſcholis commendaverunt catholicis; in quibus aliquamdiu commoratus, divini eloquii ſtrenuum cœpit habere in diſcendo ſtudium. Qui dum fere jam duodecim *b* eſſet annorum, libellis omnis patrimonii à parentibus acceptis, ad ſcholam rurſus revertitur, ſtudiiſque majoribus in diſcendo mancipatur. Ubi dum fere uſque ad quintumdecimum ætatis ſuæ annum, vacandi haberet ſtudium in divinis cultibus, patre ab Arrianis ob catholicam fidem interempto, mater nimio dolore attrita lucis hujus caruit uſu.

a

b

patre ab Arianis interempto; bonis ſe ſpolians,

2 Sicque ab infidelibus patre interfecto, matre verò nimio extinctâ dolore, nobilis qui remanſit filius, maximis repletur doloribus: atque parentibus humi condigne recluſis, ex doloribus quantulumcumque recreatus, cœpit cogitare quid agere deberet; ſi patrimonio contentus temporali, laicalem an eccleſiaſticam expeteret dignitatem. Cumque duobus menſibus in tali verſaretur conflictu, tunc famulum

A mulum domus ſuæ taliter alloquitur : Eja, inquit, Siſinni, *c* dicito mihi, ſi homo, dum liber eſſe dignoſcitur, & permanere ſecurus in libero poteſt arbitrio, implicare ſe debet in diverſis, & multis, ac caducis ſervitiis. Reſpondit Siſinnius; æſtimo, & verè fateor nobilius, quemquam, cui facultas eſt, eſſe liberum, quam ſervum. Et dominus; Optimè, inquit, reſpondiſti; nam & doctrina Apoſtolica, quam didici in ſcholis, ita dicit; Si potes liber fieri, magis utere: hanc quippe ſecundum diſpoſitionem ſequi cupio regulam: te autem, & omnes, quibus præfectus ſum, dimittens liberos, cetera volo vendere, pauperibus eroganda. Quod ſtatim incipiens agere, infra duas hebdomadas totum patrimonium vendidit, & omnia pauperibus erogavit, atque monaſticam devotiſſime ſuſcipiens vitam, ſecularem funditus dereliquit.

c

1. Cor. 7.

metu Juliani fugit in Galliam,

3 Interea Conſtantio Imperatore defuncto, Julianus Apoſtata ſuſcepit imperium; qui crudelitates exercens, multos monachos etiam militare juſſit. Quod vir Domini audiens, futentis diaboli, & invidentis agnovit aſtutias, atque continuò euangelicam protulit ſententiam, dicens: Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Creſcente autem rabie ſævientis Apoſtatæ, præfatus vir nobilis, diſſimulato habitu, navigium expetiit marinum, quaſi in Thebaidem iturus. Sed quia conſpexit, quòd in Thebaida perſecutio major excitanda erat, eo quod illic copia monachorum eſſet, formidavit illuc tranſmeare: quin potius occidentales partes eligens, navim quamdam ingreſſus, Marſiliam uſque pervenit; ubi cum Silvano *d* eruditiſſimo presbytero aliquamdiu commoratus, Lirinenſem uſque peragravit inſulam, in qua uno anno converſatus, cuncta, quæ ei acciderant, Patri Vincentio, doctiſſimo ac diſertiſſimo presbytero narravit, & fratribus. Quo in loco perſecutionem audiens, quam fugerat, advenire, *e* Arelatem apud domnum Hilarium Epiſcopum quantulumcumque commoraturus advenit: cum quo, aliquo converſatus tempore, Julianum inſecutorem ſuum, divino audivit apud Perſidam gladio interiiſſe.

B

Matth. 10.

d

e

ubi ab Hilario Arel. presbyter ordinatus,

4 De qua re utcumque ſecurus, & à præfato venerabili Epiſcopo ex ſua converſatione admodum dilectus, ſecundum eccleſiaſticos ordines presbyter ab eo eſt ordinatus: ac deinde humanos declinans favores, petitâ benedictione, Auſtrales *f* expetiit partes, eremiticam ducere vitam magis eligens, quam civilem. Verum audiens beati Eucherii ſanctitatem, Epiſcopi Lugdunenſis inclytæ urbis Galliarum, ſumma cum feſtinatione, illum videre deſiderans, Lugdunum ingreditur; ejuſque voluntatem ſciens Pontifex, tabulam etiam cum reliquiis ſanctorum Chryſanthi *g* & Dariæ, ſuper quam Miſſas faceret, eremitæ futuro pius Pater dedit. Sicque Lugduno egreſſus; quamdam eremunculam aggreditur, locum qui Axantia *h* vulgo dicitur; atque ibidem, non adhuc multos commoratus dies, arctum conſtruxit oraculum, *i* & Pontifici memorato innotuit, ut ejus juſſu in honore ſancti Chriſtophori Martyris dedicaretur.

f

C

g

h

i

ab Eucherio Lugd. eremum obtinet.

5 Interea dum ibidem converſaretur ſervus Dei Domitianus, jejuniis & orationibus ac vigiliis, Miſſarumque ſolenniis intentus, diſcipulos cœpit habere, qui ejus arctiſſimæ vitæ cupiebant eſſe pediſſequi. Sed dum frequentiam adventantium circumquaque reſidentium cerneret populorum, graviter ferens, ad domnum Eucherium repedat Pontificem, taliterque eum alloquitur; Pater Venerande, non mihi videtur tumultuoſus, cunctiſque penè notus ille locellus, in quo habitare cœpi, aptus eſſe monachis, maxime cum aqua illic deſit. Cui Papa *k* piiſſimus: Vade, ait, & perquire ubicumque vis, locum ad habitandum congruum: ſicque benedictione accepta ad propriam revertitur cellulam. Altera verò die, poſt laudes Deo redditas, & ſolennia Miſſarum celebrata, cum diſcipulo ſuo, Modeſto nomine, contra orientales partes iter arripuit: qui fluvio, qui Igneus dicitur, tranſito, in profundam eremum ſeſe dederunt, in confinio videlicet Lugdunenſis territorii; in quibus locis antiqui falſi monetarii olim converſati fuerant.

D

k

Ex illa in deſertiorem locum ſe abdit, & oratorium conſtruit.

6 Igitur circumcirca illos perſcrutantes locellos, fontes repererunt irriguos; inter quos unum invenientes maximum, Bebronnæ indiderunt nomen; unde uſque in hodiernum *l* diem, Bebronnenſis dicitur ille locellus. Nocte verò illa in quodam ſpecu ſe recludentes, hymnis, & laudibus Deo peractis, fatigati ex itinere, quieti feſſa dederunt membra. Circa mediam verò noctem, non valde ſoporato Dei famulo Domitiano, Dominus Jeſus ei apparuit; clementique vultu eum alloquitur, dicens; Domitiane athleta prudentiſſime, viriliter age; quia in omnibus ſum tuus adjutor, eo quod multos, qui tuo exemplo nutriendi ſunt, in hoc loco ſim filios recepturus; ſicut diſpoſuiſti heri in animo tuo, ita ædificare incipe. Cogitaverat namque ferò, ſupra collem, qui prædicto fonti eminet contra occidentem, qui quantulamcumque habebat planitiem, maximam facere cellam; juxta viam verò, hoſpitiolum parvulum propter pauperes, ac, ſi fieri poſſit, quandoque oraculum. Expergefactus itaque Dei famulus, gratias egit Deo, qui ei proſperum ſuum nuntiaverat eventum: continuoque reverſus ad cellam, diſcipulos ex loco aptiſſimo, & maxime ex viſione, quam viderat, conſolatur non modice. Oratorium verò, & hortellos, ac vineam, quam ibi conſtruxerant, cuidam presbytero commendantes, ad locum præviſum cum omni ſupellectili devenerunt; atque ad habitandum, infra biennium, habitacula, & duo oratoria, unum in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, alterum verò in honore ſancti Chriſtophori Martyris condiderunt: quæ etiam juſſu Domni Eucherii Papæ Lugdunenſis dedicata ſunt.

E

F

l

Vulpeculam oratione interimit.

7 Cœperunt autem quædam eremi loca excolere, ſemina jacientes, uberes fructus unde recepere temporibus ſuis. Quadam autem die, dum Domitianus Dei famulus cum fratribus quodam opere fatigatus, ad vicinum alveum, qui Albaronna *m* dicitur, ad lavandum, cauſa refrigerationis venirent, atque nudati amnem ingrederentur, vulpes, quæ callidum animal dicitur, ſandalia religioſi Dei famuli memorati, ore proprio laniare cœpit, atque corroſit: quod vir Domini cernens, ait: Domine, qui angelos feciſti, quique vermiculos condidiſti, & omnia, quæ ſupra, infra, & ſubter ſunt formaſti, te invoco, ut hæc ferula, ac genus illius, ulterius nos ac ſucceſſores noſtros lædere non præſumat. Necdum verba, Dei famulus finierat, & beſtiola illa ante ejus oculos expiravit: deinceps verò nullam læſionem

m

A nem genus illius in eodem loco facere præſumpſit, uſque in hodiernum diem : nam & cum gallinis illius loci ſunt viſæ poſtea jocaſſe vulpes, contra ſuam naturam agentes, ſed
n nullam earum lædere præſumpſerunt. *n*

Arctiorem vitam diſcipulorum precibus temperat.

8 Cœpit interea Dei ſervus cum ſuis arctiorem vitam ducere ; ita ut ipſe infra hebdomadam ſemel cibum ſumeret. Nam & collata eſt ei à Domino poteſtas dæmonibus imperandi, & ab obſeſſis corporibus pellendi : Unde & cum multum ab adventantibus tædium pateretur, formidans humanos favores, quos & declinare nitens, ſecedebat clam in profundam eremum, ſabbato ad nocturnas tandem vigilias revertens. Cernentes autem ejus diſcipuli, præ nimia eum abſtinentia valde debilitatum, pedibus illius provoluti, ajunt : Cur nos, Pater, deſerere niteris, aut certe cur non perpendis, nos aliquos eſſe adhuc rudes ? Quod ſi ex nimietate maciei deceſſeris, indocti, & ſine paſtore remanebimus. Diſcipulos nempe nimio afflictos dolore conſpiciens, paululum cœpit habere quotidianum viliſſimum cibum, & il-
o lum *o* veſpertinum ; & ſic utcumque refocillatus eſt. Viſum, interea Dei viro, ut circa viam, propter frequentiam tranſeuntium, ſicut prius cogitaverat, oratorium faceret ; & convocatis diſcipulis ait ; neceſſe eſt, fratres, ut
B cum Dei miſerentis adjutorio incipiamus unum circa viam ædificare oratorium. Cui conſentientes, eadem die cœperunt fundamenta aperire ; atque alia die poſuerunt ; ubi ex vicino convocatis cæmentariis, oratorium non adeo modicum ædificare cœperunt.

ANNOTATA.

a *Notavi ſupra diverſitatem in Legendæ principio. Particula* denique, *hîc tam apte quadrat, quam ſuperius* igitur. *Rectius ferme Ms. alterum, quod, prioribus omnibus prætermiſſis, incipit :* Conſtantii Imperatoris temporibus. *In fine habetur :* Collegit hæc Antonius Lionnard, camerarius S. Ramberti, ex vetuſtiſſimo miſſali Ms. *Mirum eſt ex eodem monaſterio tam diverſa prodiiſſe, niſi diverſi, diverſimodè colligerint. In hoc plane deeſt donationis inſtrumentum, de quo infra.*

C b *Sequimur Ms. Chiffletii, in quo, uti & in editione Guichenoni, ſic legitur. Ms. alterum & Gononus habent* : Qui cum ad adoleſcentiæ annos perveniſſet. *Præfer, quod lubet.*

c *Ita rurſus Chifflet : Guichenon format* Siſimius, *alii* Siſimus. *Plurimæ ſunt hujuſmodi variantes minutiæ, ut infra*, muletari & militari *pro* militare : excitata erat, *pro* excitanda : Lugdunum, *pro* Lugduno : Dominum, *pro* Domnum, *& id genus differentiæ aliæ, quas ex noſtra editione in aliis lector corriget. Non tanti ſunt Acta illa, ut hæc ſcrupuloſius verſare oporteat.*

d *Dixi ſupra*, Silvanum *hîc forte poſitum pro celebri* Salviano ; *putavit Gononus hoc nomen in ſua editione alteri poſſe ſubſtitui.*

e *Sic plane legendum eſt, errat hîc & multis aliis locis editio Guichenoni.*

f *Neſcio quas partes Auſtrales expetere potuerit. An ad Lirinenſes redire meditabatur ?*

g *Scimus horum Sanctorum reliquias à Pelagio II, Gregorii magni prædeceſſore, ad Gregorium Turonenſem miſſas, alias deinde à Marcwardo Prumienſi, nono ſeculo obtentas : tempore Eucherii, Lugduni fuiſſe, ex ſola hujus ſcriptoris fide non credimus.*

h *Fortaſſe hodie* Bourg S. Chriſtophle *cis Idanum, vulgo* Ains. *Guichenon pag. 96 teſtatur vocari adhuc* Aucia. *Ex Ms.*

i *Ædes ſacra, in qua oratur, vide Gloſſarium Cangii.*

k *De nomine* Papæ, *quod pridem Epiſcopis commune, ſatis alibi diximus.*

l *In Ms. noſtro altero ad marginem notatur* N. D. Le Bron, *quaſi dicere velit, adiculam aliquam ſacram ibi ſupereſſe, in honorem B. V. Mariæ.*

m *Nullum ibi alveum novi, præter illum, quem ſupra dixi in Idanum profluere, ſed quo nomine apelletur, necdum reperi.*

n *Satis mira eſt hæc Sancti oratio, ceterum, quod hîc aſſeritur, notavit Antonius Lionnard*, veriſſimum eſſe ; ita ut etiam plurimi commendent ſuas (*Gallinas opinor*) beato Domitiano, quæ liberantur à vulpium oppreſſione hodie adhuc.

o *Addidi* illum, *ex edito Gononi, ut determinetur ſenſus ad id ſignificandum, quod auctor intendit.*

CAPUT I.

Tempore famis ſociis & cæmentariis de pane miraculoſe proſpicit : Latinum ab Arianiſmo convertit ; à quo, & Syagria conjuge fundis donatus, ſancte, uti vixerat, moritur. E

Urgente fame, divinitus panem invenit

SEd adveniente famis inopia, quæ tunc temporis Galliam tenebat aliqua per loca, panis etiam defecit ſervis Dei, & eorum cæmentariis conductis : quod vir Domini cernens, ait ; laborate, fratres, prout opportunum vobis videtur ; ego autem properabo ad ſeculum, aliqua victui neceſſaria quæſiturus. Aſcenſo autem aſello, venit ad villam, quæ vulgo Torſiacus *a* dicitur ; atque dum ex more homines loci illius, in clibano pridie panes coxiſſent, & ille prunas adhuc ignitas conſpiceret, adclinis intuitus infra clibanum, panem miræ magnitudinis, atque inſoliti candoris aſpexit, foris cum baculo extraxit, & cunctis incolis prædictæ villulæ oſtendit, ne forte alicui illorum in oblivionem veniſſet : ſed cum nullus ex ipſis ſuum cognoſceret eſſe, intellexit vir Domini, ab eo, qui panis eſt vivus, ſuis eſſe cæmentariis præparatum : ſicque continuò reverſus, eis obtulit, dicens : Accipite, fratres, annonam nobis à Domino præparatam : ex quo videlicet pane, ſexdecim monachi, & quatuor cæmentarii, decem ſunt paſti diebus affatim ; videbatur namque in eorum, dum frangeretur, manibus creſcere.

quo ſe & ſuos & cæmentarios ſuſtentat.

10 Ergo ex eodem pane dum jam quinque diebus eſſent refecti, Pater ſollicitus de diſcipulis ac cæmentariis, qui utrique in oratorio ædificando erant intenti, rurſus aſello aſcenſo, ſeculum repetiit, victui neceſſaria mendicaturus. Erat præterea quidam vir, Latinus nomine, ſecundum ſecularem potentiam nobiliſſimus, in prædio ſuo, quod dicebatur pridem Calonia, à fonte, qui Calonna vocabatur, trahens vocabulum : ſed hic vir cum eſſet potens, & inclytus, voluit à nomine ſuo fonti

Ex Mss. *b* & villæ trahi vocabulum ; id eſt , à Latino fons Latinus , inde & villa Latiniacus , quæ nomina uſque in hodiernum diem *b* & fons & villa retinent. Quadam verò die , dum à jocis , quos cum avibus facere ſolitus erat , reverteretur , areæ ſuæ ventilatores conſpiciens , illuc divertit : ſed & uxor illius , Syagria nomine , religioſa matrona properat in occurſum : ibique dum fabularentur ſimul per diverſos amplexus , & frumenta diverſis adventantibus venderent ; ſupradictus ſervus Dei eremitanus cum aſello advenit , eoſque ita alloquitur ; Nobile connubium , vita vobis & pax augeatur ; ſervi Dei viventis in vicinâ eremo degentes miſerunt me ad vos , ſicut & ad ceteros nobiles , victui neceſſaria poſtulantes ; præſertim cum unum oratorium velimus ædificare , & panis defecerit.

Latinum Arianum multis argumentis c

11 Tunc ad illum Latinus ? Cur , inquit , expetis tibi meum dari frumentum , cum potius minionem *c* eſſe te conſpiciam , quam ſervum Dei ? Domitianus reſpondit ; ô Dux inclyte , benè apertos oculos in me habuiſti modò , cùm plus deſidiosè & negligenter , quàm expetit vivam. Latinus autem , quia Arrianus erat , multumque de fide diſputare cupiens , ait : Ergo quia miniſtrum te dicis eſſe ſervorum Dei , commorantium in eremo , dicito nunc mihi , qualem tenetis fidem ? Domitianus **B** reſpondit : Fides , ſi varia fuerit , variantes & leproſos gignit ; ſi autem ſolida & univerſalis , ſolidos , & abſque ullâ obfuſcatione ad regnum ſine fine manſurum ſuos perducit. Tunc Latinus ; quæ eſt ſolida & univerſalis ? Domitianus reſpondit ; ipſa eſt , quam audivi & didici à magiſtris meis Apoſtolicis viris , & quæ nunc multos habet inſecutores Arrianos. Latinus ait ; quæ eſt ? Domitianus reſpondit ; hæc eſt fides noſtra , credere in Deum Patrem Omnipotentem , & in Jeſum Chriſtum , filium ejus unicum , Dominum noſtrum , & in Spiritum ſanctum ; Deum Patrem , eo quod habeat filium ; filium , eo quod habeat Patrem , cui æqualis ſecundum Divinitatem per omnia eſt ; Spiritus verò ſanctus ab utroque procedens , nihilo minus conſubſtantialis & coæternus eſt Patri , filioque : has tres perſonas , unum fatemur Deum , quia una Deitas , una omnipotentia , una eſt æternitas , individuaque majeſtas.

convictum & prodigiis territum ,

12 Latinus ait ; ergo poteſtas Patris non eſt major , quam filii ? Domitianus reſpondit ; nequaquam , quia ipſa eſt poteſtas filii ſecundum Divinitatem , quæ & Patris , ſicut Deitas , & æternitas. Tunc Latinus ; ſtultè dicis ; vis modò , ut ego , qui tantæ poteſtatis ſum vir , adhuc puerulo filio meo , quem cernis , omnem gloriam meam , & dignitatem credam , quarum adhuc minimè dominari valet ? Et ſi ego decedens & moribundus nolo illud facere : quantò magis omnipotens Deus Pater , filio ſuo adhuc tenero non ſuam omnem contulerit dignitatem ? Domitianus reſpondit ; ô Dux , carnaliter ſapis , & ſecundum carnem omnia judicas ; nos autem credimus , quia Deus Pater , per Filium omnia fecit , ſicut in Euangelio legimus , omnia per ipſum facta ſunt , & ſine ipſo factum eſt nihil. Latinus iratus ait , recede minio à nobis , quia mentiris ; cogitaveram namque , ſi rectè proſecutus fuiſſes , aſellum tuum onerare frumento. Domitianus reſpondit , ſi ego de fide rectè ſentio , & hæc vera ſunt , quæ ſum proſecutus modo , in nomine unigenti Filii Dei , per omnia cœterni , & coæqualis Deo Patri , hæc fana , quæ ad culturam dæmonum fabricata ſunt , corruant. **D**

ad fidem catholicam revocat ,

13 Erant autem circa aream duo excelſiſſima fana , quæ ſecundum gentilium ritum , in honorem Jovis , & Saturni fabricata antiquitus fuerant , & licet occulte , tamen adhuc colebantur à ruralibus ruſticiſque hominibus. Qua ruina peracta , ſtatim terra contremuit ; & poſt puſillum , cælum , cum eſſet ſerenum , nubibus obumbrari cœpit ; deinde tonitrua mugire , magna fulgura coruſcare , atque grando nimia cadere. Quod Arrianus vir conſpiciens , cum uxore , & liberis , ac omni famulatu , feſtinus cucurrit ad palatium ſuum , quod ex marmoribus magniſque ſilicibus erat conſtructum : quod introgreſſus , cœpit cum conjuge , ac proceribus ſuis conſiderare ; cur , inquit , ad vocem tanti minionis ruſtici , tanta Deus voluit facere ? Fana corruerunt , terra mota eſt , cælum tonitrua , grandinem , & fulgura dedit : an forte vera putanda ſunt , quæ proſecutus eſt , ut Dei Filius , æqualis ſit Deo Patri per omnia ? Syagria conjux ejus , provoluta pedibus ipſius ait : Domine mi , ſi benè percunctaris , invenies vera , quæ famulus Dei ille proſequitur : quoniam dum tecum loqueretur in areâ , vidi vultum ejus , quaſi angelicum ; quod & indicare tibi volui , ut conſiderares , ſed accedente ſubitaneâ ruinâ , non valui : quapropter , obſecro , ut jubeas eum accerſiri ad te , quatenus ſanâ , quam retinet , doctrinâ te inſtruat : quia , niſi ita eſſet , ut ille proſecutus eſt , tam grande miraculum minimè fieret. **E**

à quo magno honore afficitur ,

14 Cui Latinus ; jube , inquit , intromitti illum : quod cum juſſum eſſet , quæſitus per omnia officia palatii , & minimè repertus , putatus eſt mortuus eſſe grandine ac coruſcationibus : cujus cadaver dum requireretur ad ſepeliendum , reperitur Dei famulus illæſus ad aream cum aſello , girans eamdem aream cum proprio baculo , & rivulos ex procella conglobatos prohibens , ne triticum , quod grando non læſerat , rivuli contingerent : quod factum eſt in grande miraculum , ut ne una quidem gutta , quæ humanis potuiſſet oculis apparere , nec Chriſti amicum tetigit Domitianum , neque aream eſt ingreſſa ; ſed neque aſellum. Quod cum conſpexiſſent juvenes illum perquirentes , curſu præpeti , ſuo nuntiaverunt domino. Ille verò hæc audiens , conjugis ex parte fretus conſilio , ita ſe promiſit creditурum , uti famulus Domini Domitianus credebat : quem intromitti jubens , pedibus ejus ſe provolvit , dicens ; Ne iraſcaris , ſerve Dei viventis , quod te minionem vocaverim ; & quia vera te agnoſco proſecutum eſſe de fide Trinitatis , ita credo ut tu : tantum , obſecro , deprecare pro me , & domo mea Dominum , ut avertere dignetur iram ſuam à nobis ; quia veraciter credo , filium Dei æqualem Deo Patri , coæternum , & conſubſtantialem. **F**

multisque bonis donatur.

15 Dei famulus hæc cernens , gratias egit Domino , dicens ; Domine , gratiæ tibi à fidelibus tuis innumerabiles reddendæ ſunt , quia errore perverſos quoſvis revocare non deſiſtis : ſicque propria levavit manu Latinum flentem de ſolo ; atque prout potuit , illum , ac domum ejus ab errore Arriano ad veram retraxit catholicam fidem , adjutus maxime à ſupradi-

A cta matrona Syagria, quæ nobilis erat catholica. Triduum verò apud eos faciens famulus Domini, commonuit eos, ſinceriter tenere rectam fidem: quem cum maximis honoribus cumulare vellent, nihil aliud quæſivit, niſi ſecuritatem in eremo, quantum juris eorum erat; & aliquam vineolam, ex qua poſſet ille, atque alii ſervi Dei poſt illum futuri, Deo offerre ſacrificium. Tunc Latinus; eremum, quam quæris, uſque ad petram quæ Artemia
d *d* dicitur, à dextra, ſeu læva, ſub integritate tibi cedo: tantùm ut per tuam, & tuorum ſequentium licentiam, nos, & poſteri noſtri venandi licentiam habeamus. Tunc Syagria; Domine mi vineam expetit; dare illam poſſumus illi ſupra villam ſitam, quæ Vallis dicitur;
e quam Gontbado filio noſtro dedimus, quæ prope eremum ſuam eſt, & dicitur Deſerta *e*, ac, ſicuti Deo decet offerri, optimum vinum reddit. Convocato itaque notario, ac teſtibus, continuo factus eſt libellus ita continens;

Donationis inſtrumentum.

16 Dominis *f* magnificis, ſervis Dei, Domitiano, & ſociis ejus eremitis Latinus, & Syagria. Propterea quia ſervi Dei excelſi eſtis,
B ideo concedimus vobis jure proprietario res proprias noſtras, quæ ſunt in pagis inclytæ Lugdunenſis urbis Galliæ, & ex parte Bellicenſis caſtri; hoc eſt vineam unam ſupra villam, quæ dicitur Deſerta, & terminatur à mane inter conſortes colonos, & campum de ipſa ratione ſubtus viam: à medio die, via: à ſero, inter conſortes colonos: à tergo, ſylva regalis ſupra collem: & habet in longitudine cum colle, & ſylva ſupra viam, ſecundum virilem manum, perticas agri pedales centum duodecim: in latitudine à parte meridiana, cum ſcirpo perticas agri pedales LXXII, ac ſemiſſem. Infra hunc terminum, & pertication em, ſub integritate vobis cedimus. Similiter & unum campellum ſubtus viam ſuperiorem, qui ad ſtirpum præſcriptæ vineæ à ſera jungit, & ipſum campum ſecundum molares definitos, cum integritate vobis donamus. Supradicta autem omnia, ut præfati ſumus, vobis cedimus, præter quod illud in Arandato ad præſens ſervamus nobis: cetera vero pro æ-
C ternæ vitæ præmio, & pro redemptione animarum noſtrarum, ſeu ut intercedatis ad Dominum pro nobis, ad dextram, ſeu lævam, uſque ad petram Artemiam jure vobis tradimus perpetuali, ad poſſidendum futuris temporibus, ac libere, firmiſſimeque utendum. Si quis contra hanc noſtram mercedis largitionem inrumpere conatus, deſtruere tentaverit, aut pervadere aliquid voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat, deputandus æterno ſupplicio, & non valeat vindicare quod quærit; ſed firmum maneat, & ſtabile noſtræ mercedis augmentum. Data octavo Calendarum Juliarum, anno primo Valentiani Imperatoris. Dux Latinus ultronea voluntate, & propria manu fieri juſſit, & ſubſcripſit. Syagria conjux ſimiliter. Gondobadus genitoribus conſenſit, & ſubſcripſit. Deodatus rogatus ſignavit. Leorardus, haud aliter. Franno, nihilo minus. Secundinus, ſimiliter. Galominus, non aliter.

Operarios fame depreſſos reſicit.

17 Igitur vir Domini Domitianus recepto libello, oneratoque aſello, ad propriam repedare volens cellam, invenit ſuos dormientes cæmentarios, juxta fontem, qui dicitur Condemnans. Famis enim inopia depreſſi, ædificium reliquerant; monachi ad altiſſima, ſolitoſque reverſi cibos; cæmentarii ad proprias redire diſpoſuerant domos: quos cum dormientes reperiſſet, ex parte illos cognoſcens, excitavit eos, dicens; quid eſt, fratres, quid agitis? Cur cœptum opus dereliquiſtis? An forte virtus deficit? Cui protinus reſponderunt; verum eſt, Pater, nam decem diebus paſti ſumus ex pane abundantiſſime, quem nobis detuliſti pridem, & uno ſupermanſimus die ſine victu, hoc eſt ſexta feria; eſca vero dificiente, cœpimus reverti ad domos proprias. Famulus quoque Domini Domitianus ait: Qualem putatis eſſe hodie feriam? At illi dixerunt, Sabbatum. Erat autem ſecunda feria. Tunc beatus Domitianus ait; ſurgite, quia ſatis dormitum habetis duobus diebus, revertimini ad cœptum opus, Dominus enim largitus eſt nobis uberrime victui neceſſaria. Surgentes autem ſecuti ſunt ſenem, cœptumque oratorium uſque ad calcem perduxerunt.

præfectoque ſociis ſuis Abbate E

18 Quadam autem die Latinus cum Syagria conjuge eremum petens, viſitavit fratres: videns verò converſationem illorum, lætatus eſt valde, multaque eis largitus eſt dona, ſicque benedictione accepta, reverſus eſt ad propria. Interea cœperunt nobiles aliqui, audientes famam fratrum, venire ad eum, & filios ſuos ad habitum religionis ſuſcipiendum ei tradere. Oratorio quoque conſummato, & à beato Eucherio Pontifice dedicato, cœpit ſtrictè Dei famulus inibi jejuniis ac vigiliis ſenile corpus domare: & quemdam prudentiſſimum fratrem, Joannem nomine, Patrem monaſterii conſtituens, *g* quietem arripuit: multiſque *g*
diebus, ac noctibus in divinis laudibus, & orationibus perſeverans, Deo ſoli placere ſtudebat, ita ut ſemper in virtutibus ſuccreſceret. Appropinquante jam fine dierum ſuorum, febre levi corripitur: accerſitoque Patre monaſterii, ceteros quoque jubet adeſſe (erant autem vigintiquinque fratres,) quibus præſentibus, ſic eos alloquitur: Pacem ſequimini, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum; ipſi autem appropinquare Deo ſtudete, & appropinquabit vobis: præcepta Patris veſtri cuſtodite in omnibus, quia credo eum recta F
vos docere: cognoſcite namque quia revelante Deo, novi diem obitus mei, qui certò erit die Calendarum Juliarum.

prænunciato obitus die ſanctè moritur.

19 Quibus verbis auditis, fratres flere cœperunt, dicentes; Et Pater, cur tam cito nos deſeris? Quibus ille ait: Non vos derelinquo, filii, ſed Deo potius commendare vado: date mihi oſculum; qui omnes oſculatus, dixit: Ipſe, qui pati dignatus eſt pro vobis, & pro omnibus, vos conſervare dignetur in ſuo ſancto famulatu: ite ad propria. Appropinquante igitur die Calendarum, jubet iterum Abbatem adeſſe, & fratres, ſacraque Miſſarum ſolennia celebrari: ſicque divino ſaginatus pabulo, coram cunctis diſcipulis, manibus ad cælum erectis, ait: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum: itaque cum hoc extremo verbo efflavit ſpiritum. Anima autem à corpore egrediente, tanta illic fragrantia & odor ſuaviſſimus ortus eſt, quantum nullus hominum in eodem loco ſentire antea meruit; ita ut quidam fratres infirmi, unus typo quarto, *h* alii *h*
ferunculorum *i*, & melancholica paſſione depreſſi, ex memorato odore repleti, ſani effe- *i*

EX MSS.

ex Mss. cti ſunt. Tunc Pater cum fratribus, prælibati Patris corpus ſuſcipientes, condigno honore in ſarcophago præparato haud longè ab altari ſancti Geneſii Martyris poſuerunt : ubi Deo favente, uſque in hodiernum diem divina oſtenduntur miracula. Recipiunt ibidem cœci viſum, claudi greſſum inveniunt, dæmoniaci curantur, & innumera alia per ſervum ſuum Dominus facere dignatur miracula ; qui cum Patre, & Spiritu ſancto, in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Guichenonus*, Torciacus, *ut habet etiam Ms. alterum, ſed notavit ad marginem Lionnard*, Torciodus, *quo modo edidit Gononus. Qua lectio præferenda ſit, hactenus ignoro.*

b *Guichenon pag.* 97 *Latinum appellat toparcham de* Lanieu, *ego in illis partibus locum alium non novi, qui* Latiniacus *Latine nuncupetur.* B

c Minionem, minio *conſtanter legit Chifflетius : variat Guichenon, qui* minimum, mimum *&* morionem *ſcribit. In Gonono eſt* mimum, *in Ms. altero* mimionem. *Satis patet quid auctor indicare velit.*

d *An hæc petra, vocanda ſit,* Artemia, Altemia *an* Armia, *non ſatis perſpicio.*

e *Ita hîc ſcribitur, acſi eſſet nomen proprium, alii adjectivum faciunt vallis, vel vineæ.*

f *Alterum noſtrum Ms. donationis inſtrumento plane caret, ſolummodo ſcribens, datam vinculam,* ſimul & eremum, in quo habitare cœperat, à petra Criſpa, uſque ad petram Armiam. *Gononus partem deſcribit, uſque ad,* quæ dicitur deſerta *&c. In Guichenono deſunt in fine ſubſcriptiones quatuor ultimorum filiorum, Leotardi, Frannonis, Secundini & Galomini, ſic ut in ſolo Chifletio habeatur integrum. Hic autem in margine curioſe notavit in hunc modum :* Hæc ſcripta quidem erant in textu, ſed rubris litteris, poſt OFFERRE SACRIFICIUM. Sequuntur donationes, quas dux Latinus & Syagria ejus uxor fecit beato Domitiano & ſucceſſoribus ſuis, ſub data octavo Calendarum Juliarum, anno à nativitate Domini 371, anno primo Valentiniani Imperatoris, prout inferius continetur & deſcribitur. D

Multa in ipſo inſtrumento obſervanda eſſent, ſed cum ſuppoſititium exiſtimem, nolo lectores pluribus annotationibus fatigare.

p *Lego*, & quemdam prudentiſſimum fratrem Joannem nomine, patrem monaſterii conſtituens, *pro* conſtitutum, *quod apud alios nihil ſignificat. Paulo liberius in hac re proceſſit Gononus, ſic ſenſum vertens :* Et poſtquam quemdam prudentiſſimum Joannem nomine, patrem monaſterii conſtituit.

h *Sic in omnibus excepta editione Guichenoni, in qua ſubſtituitur* febre quartana. *Id quidem indicare voluit auctor, ſed ſervanda erant ejus verba.* E

i *Guichenon ſcribit* alii fulvo colore, *ſed reliqui, ut in textu, ad quem obſervat Gononus, qui* furunculorum *correxit* ; Furunculus eſt, tuberculum acutum, cum inflammatione, ac dolore in carnoſis maxime partibus, ut ſcribit Galenus ; provenitque ex humoribus craſſis. Dicitur autem furunculus, quaſi furtim naſcatur.

DE SANCTO LEONTIO
AUGUSTODUNENSI EPISCOPO.

J. B. S.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

SECULO V

C

Notus in antiquis Mſſlis

QUam *eſt celebris in Hieronymiani Martyrologii exemplaribus* Leontii Auguſtodunenſis *memoria, tam ſunt geſta ejus longa oblivione ſepulta ; nec apud Sammarthanos aliud habet elogium, præter nudam annuntiationem, ex Adonis appendice deſumptam, non aſſignato fonte, ex quo ea proceſſerit. Si rectè ibi ordinata eſt ſeries præcedentium ſequentiumque Epiſcoporum, colligitur, floruiſſe Leontium ſub ſeculi quinti initium ; Caſtellanus in Martyrologio Univerſali pag.* 692 *putat, ad annum circiter* 430 *ejus obitum pertinere. Jam per codices noſtros Hieronymianos tantisper diſcurramus. Vetuſtiſſimus Epternacenſis legit :* Auguſtoduno, depoſitio Leontii Epiſcopi. *Subſcribunt reliqui, cum hoc ſolo diſcrimine, quod textus Florentinianus ex Lucenſibus male habeat,* Leoni ; *Corbejenſis vero interſerat titulum* beati. *Inter codices Hieronymianos contractiores, Epternacenſem ſequuntur Barberinianus & Reginæ Sueciæ ſeu S. Columbæ, ab Holſtenio laudatus : Richenovienſis brevius ponit :* Auguſtiduno, Leontii Epiſcopi ; *breviſſime Gollonenſis, Auguſtanus & Labbeanus,* Auguſtoduno, *vel* Aug. Leonti. *Codex Uſuardinus Daveronenſis legit :* Auguſtoduno, depoſitio Leonis Epiſcopi ; *Editio Lubeco-Colonienſis :* Auguſtoduno, depoſitio ſancti Leonis Epiſcopi & Confeſſoris *quæ etiam Florarii verba ſunt ; ſed verum nomen reſtituit Greveni auctarium* LEONTII Epiſcopi & Confeſſoris. F

à S. Leonorio rectè diſtinguit.

1 *Hactenus ſatis certa & indubitata ſunt omnia ; ſcrupulum movet Florentinius in hodierna notatione ex alio Martyrologio S. Sabini de Levitania, quod hîc ipſiſſimam ferme Epternacenſis annuntiationem refert ; at ſubdit Florentinius :* Leonorium hunc appellare videtur Molanus in appendice ad Uſuardum. *Minime vero ; nam Leonorium* in Britannia *minore Epiſcopum ibi appellat Molanus, cujus vitam infra dabimus. Diceres laudatum Florentinium, ex Uſſerii Britannicis ſcrupulum ſuum hauſiſſe, ubi pag.* 168 *egregie hallucinatur Uſſerius, dum extra chorum ſaltat. Audi ejus verba* : Iiſdem Juliis Kalendis, in Britannia, ſancti Leonorii Epiſcopi & Confeſſoris memoriam celebrari, Joannes Molanus, ex Martyrologio quodam annotavit, ſed, hîc, ut opinor, mutilato. *Nempe, quia ſic Uſſerio placuit* : ſcriptum enim, *inquit*, in eo *primitus fuiſſe potius crediderim :* In Britannia [ſanctorum Martyrum Julii & Aaron. Auguſtoduno, depoſitio] ſancti Leontii Epiſcopi & Confeſſoris. *Chronologica verſet Uſſerius, ſed in meſſem ignotam falcem non mittat. Rectiſſimè à Molano, altera editione,*

A *editione, ſcriptum eſt:* In Britannia, &c. *ut infra demonſtrabitur; de Leontio nuſquam loquitur. Verum de hoc ex vetuſtiſſimis monumentis abunde diximus. Quid de* Julio & Aaron, *in antiquis Martyrologiis traditum ſit, quid de ipſis in prima ſua editione, minoribus typis, ex Greveno deſcripſerit Molanus, habes ſupra, ubi de illis Martyribus actum eſt.* AUCTORE J. B. S.

DE SANCTO QUINTIANO.

Ex Martyrologiis.

1 JULII. LEontio *Auguſtodunenſi, neſcio quem ſanctum* Quintianum *ſubnecto, quoniam in aliquo Martyrologio ſociatos inveni. In claſſicis locum non habet, quiſquis demum fuerit is* Quintianus, *niſi inter claſſica Martyrologia numerari poſſit Barberinianum, in præfatione Uſuardina citatum num.* 36; *in quo clare apparet prædicta conjunctio:* Auguſtoduno, depoſitio Leontii Epiſcopi, & ſancti Quintiani: *non* Quintiani Confeſſoris *ut eſt in auctariis Bedæ à Papebrochio vulgati. Quid ſi enim duplicetur annuntiatio, poſitaque interpunctione poſt Epiſcopi, legatur:* Et ſancti Quintiani, *qui Confeſſor, an Martyr ſit, hactenus ignoretur? Certe codex Vaticanus, in præfatione Uſuardina num.* 44, *ſcribit:* Et ſancti Quintiani Martyris: *quique inter Uſuardinos, ſolus de eo Sancto meminit, codex Victorinus, eamdem ipſi lauream tribuit:* Eodem die, ſancti Quintiani Martyris. *Suſpicetur aliquis, ex aliquo hujuſmodi codice ultimam ſuam annuntiationem deſumpiſſe Maurolycum:* Item, ſancti Quintiani Martyris. *Ceterum uter titulus Quintiano conveniat, cujas fuerit, quando vixerit, quid geſſerit, ubi, quando mortuus, aut Martyrio affectus ſit, an peculiarem uſpiam cultum habeat, an forte cum altero aliquo Quintiano vel* I *Aprilis, vel* XIV *aut* XVI *Junii confundendus, doceri cupio: hîc ea ſolum cauſa poſt Leontium Auguſtodunenſem collocatur, quod ita in præcitato Ms. Martyrologio Barberiniano conjuncti videantur.* E

B

DE S. SERVANO EPISC. ET CONF. ORCADUM INSULARUM APOSTOLO.

Ætas, apoſtolatus; nomen in varia diſtractum, geſta, miracula. J. B. S.

SECULO V. DE *inſulis Orcadibus, ad ultimam ferme Thulem ſitis, priori Actorum ſemeſtri non ſemel agendum fuit. Præmitti hîc & opportune inſeri poſſent, quæ de ipſis habet Henſchenius ad diem* XVI *Aprilis, tomo* 2 *pag.* 438 *occaſione* S. Magni comitis, *præfatarum inſularum Orcadum patroni. Propius etiam ad rem noſtram acceſſit Papebrochius* XII *Junii à pag.* 533, *cujus commentarius de* S. Ternano, *alias* Ternano, *Pictorum Epiſcopo, pro majori parte aptari debet iis, quæ de* S. Servano *noſtro ſeu* Sernano *hîc ducenda ſunt; eaque imprimis quæ breviter commemorantur de Pictis & Scotis, qui, teſte Beda ibi*, fidem veritatis acceperant, prædicante iis verbo Ninia, *aliis* Niniano Epiſcopo, qui erat Romæ regulariter fidem & myſteria veritatis edoctus. *Quem deinde ſubſecutus fuerit* Palladius ad Scotos (*intellige & Hiberno-Scotos, & Scoto-Britannos*) in Chriſtum credentes, à Pontifice Romanæ Eccleſiæ Cæleſtino primus *miſſus* Epiſcopus. *Ubi & alia de S. Palladio,* VI *hujus menſis referendo, inter modernos Scotos & Hibernos controverſa diſcutiuntur, quæ illic abunde explicata, atque adeo hîc repetenda non ſunt.*

Ex Palladii & Ternani temporibus

C

2 *Ad* S. Servanum, *aliàs* Sernanum *vel* Ernanum, *quo de hîc loquimur, ſpectat præcipue S. Palladii ætas, utcumque determinata, ex qua Sancti noſtri tempora definienda ſunt. Etenim quemadmodum* S. Ternanum Pictorum Archiepiſcopum, *ex Hectore Boëthio, S. Palladius conſtituit, ſic ex eodem Boëthii loco, Scotor. hiſtor. lib.* 7, *fol.* 128, *conſtat, quod laudatus* Palladius Servanum Epiſcopum, ad Orcades inſulas miſſum, ut populum rudem Chriſtiana pietate inſtitueret, creaverit. *Sic Fordonus Scotichron. lib.* 3, *cap.* 9., *apud Uſſerium pag.* 672: Prædicationis, *inquit*, & Sacramentorum adminiſtrationis conſortem, *Palladius*, ſanctiſſimum virum Servanum habuit: quem ordinatum Epiſcopum, quia tantæ genti miniſteria ſolus impendere paſtoralia non ſuffecerat, ad orthodoxam populo fidem docendam, ac opus ſollicite perficiendum, Euangelii dignum per omnia, ſuum effecit coadjutorem. *Adde citata ibidem Joannis Majoris verba:* Servanum Epiſcopum Palladius ordinat, & eum ad Orchadas inſulas, ut genti euangelizaret, miſit. *Rurſus Polydorus Virgilius:* Fecit Servanum, virum ſingulari bonitate ac modeſtia præditum, Epiſcopum, quem poſtea in Orchadas miſit &c. *Ex quibus liquet, dubitari non poſſe, quin SS. Palladius, Servanus & Ternanus ſynchroni omnino eſſe debuerint, cum tamen aliunde vacillet ſcriptorum fides, teſteturque Uſſerius in indice chronologico ad annum* 431 iſta..... de Ternani archiepiſcopatu, & Servani ad Orcadienſes legatione, ſi qua fuit, Palladii exceſſu longe poſteriora fuiſſe, *idque, inquit*, temporum evincat ratio. F

colligenda Sancti noſtri ætas,

3 *Porro S. Palladii miſſio, ex Proſperi Chronico, recte poſt alios à Papebrochio affigitur anno* 431. Atqui, *ut notat Uſſerius pag.* 671, non longe poſt miſſionem ſuam, vita functum Palladium, & poſt illius mortem, in Hiberniam à Cæleſtino legatum eſſe Patricium, Ninius, Ma-

qui Epiſcopus fuerit ante an. 432

AUCTORE J.B.S.

Maccuthenus, Probus, Jocelinus & alii, Vitæ Patricii descriptores, confirmant: quomodo & in Officii ejus lectione v habetur traditum, eò illum venisse, postquam Palladius inde recessisset, & exiguo prædicationis fructu mortem obiisset in finibus Pictorum. Unde colligere promptum est, Palladium 432 Christi annum vivendo nequaquam transcendisse: quem in Fordonensi demum oppido, in quo consederat (ubi hodieque contracto sancti PACL nomine ab incolis appellari audio) mortem obiisse, ita narrat Hector Boëthius: Forduni (vico in Mernia nomen est) beatissimum hujus vitæ exitum sortitus, fatis concessit. Ubi sacræ ejus reliquiæ in multo habitæ honore, à multis illuc religionis causa confluentibus, vel hac nostra ætate venerandæ ostenduntur &c. *Consequens igitur plane est, ut* S. Servanus, *ante annum Christi* 432 *Orcadum Episcopus consecratus fuerit.*

ut tradunt scriptores Scoti,

4 *Confirmat hæc omnia Leslæus tomo de origine, moribus & rebus gestis Scotorum lib.* 4 *in Rege* 41, *pag.* 137, *signatis Leonis I temporibus, ita scribens:* Palladius Servanum episcopatûs auctoritate cumulatum, ad Orcades insulas, ut gentem ibi rudem & barbaram fide Christiana imbueret, allegavit, & Tervanum quoque Pictorum Archiepiscopum creavit. In quibus locis ii duo tanto religionis pietatisque proferendæ studio, officii sui partes cumulate explerunt, partim hæresim Pelagianam ex insulanorum animis evellendo, partim religionis puritatem illorum jam purgatis animis instillando, ut merito hic Pictorum, ille Orchadum apostolus postea censeretur. *Non magnopere discrepat Dempsterus histor. eccl. lib.* 17 *pag.* 573, *addens* Georgium Brounum, Episcopum Duncheldensem *S. Servano* templum Petkarviæ parochiale dicasse, circa annum 1511, *imo* dedicatum *apud Orcadenses* episcopium. *Verum sequenti pag. num.* 1032, *ante hunc, anno* 293 S. Serfum *claruisse asserit; qui* ex Culdeorum grege Episcopus electus, aliquid magni animo agitans, Orcades nondum adhuc fidei luce illustratas adierit, & verbum vitæ rudibus illis gentibus indefessus nunciaverit..... ut hîc primus Orcadum apostolus; Servanus, secundus dici possit.

Demstero Serfum aliquem comminiscente.

5 *Sic comminiscitur famosus Thomas Dempsterus, & scriptores gentis suæ, & Sanctos incredibilem in modum multiplicare solitus; ut rectissime olim observaverit eruditissimus noster Labbeus*, omnium fabularum, in patriæ suæ gratiam consarcinatorem esse. *Ita hic sancto illi* Serfo, *ni fallor, plane imaginario opera tria adscribit*, Conciones ad Orcadianos: *item librum* de religionis Christianæ mysteriis, *tum* Epistolas ad Scoticas ecclesias. *Quæ omnia verosimillime in ipsius solo cerebro condita sunt: ita ex Sancto uno, geminos nobis obtrudit, quorum alter aliis scriptoribus Scotis, cetera rerum suarum non parcis laudatoribus, incognitus sit; quamquam diversos illos fuisse homines, non facile cuiquam persuaserit. Certe non persuasit Usserio*; ut enim (*verba ejus sunt pag.* 673) NINIA, NINIUS, & NINIANUS unum idemque est nomen; ita etiam & SERFA, SERFUS, & SERFANUS, sive SERVANUS. Vau enim (ut Latini etiam hanc consonam appellant) & F, sive digamma Æolicum, ejusdem propemodum esse potestatis, & in se transire mutuo, Grammaticis satis notum est. *Videat ibi curiosus lector, qui in eam rem scriptores adducuntur.*

Prima Servani in recentioribus Fastis memoria,

6 *Hæc pluribus prosecuti sumus, quod, citatis supra testimoniis, pleraque omnia contineantur, quæ probatioribus monumentis de* S. Servano *memorari possunt, quem in nullis antiquis Martyrologiis signatum reperimus. Antiquior ejus, quod equidem sciam, memoria hoc die exstat in additionibus Usuardinis apud Grevenum, auctariorum collectorem locupletissimum, simplici hac formula:* Servani Episcopi & Confessoris. *Quod Florarium habet de Servano aliquo milite, corruptum videtur; certe huc nullatenus pertinet. Dempsterus pro sua insigni omnia multiplicandi auctoritate, sic habet* I *Januarii:* In insulis Scoticis, Servani Orcadum apostoli. *Item* XIII *Maii:* In Pomona, Orcadum maxima, Servani apostoli. *Rursus* XXXI *Decembris*: In insulis, Servani earum apostoli. *Placuit Ferrario modus ille annuntiandi secundus*: In Pomona &c. *Sed* I *Januarii posuit. Camerarius aliam viam ingressus Sanctum retulit* XX *Aprilis, ut facile videas, à mero Scotorum ingenio & arbitrio pendere incertarum aliàs hujusmodi festivitatum determinationes. Camerarii elogium infra dabimus; ceterum hic ex Majorum nostrorum placito Greveni positionem secuti sumus, quamquam non magis certum sit,* I *die Julii, quam quolibet altero S. Servanum obiisse.*

à Castellano male collocata;

7 *Castellanus in Martyrologio Universali hoc ipso die scribit:* In Wallia, S. Servani Scoti, *notans ad marginem seculum* VI: *sed quid iis velit, fateor me non satis percipere, saltem si de Servano nostro agere intenderit; nam cur hic in Walliam, Orcadibus insulis ex diametro ferme oppositam, retrahatur, prorsus non video. Cur autem caret* apostoli, *seu saltem* Episcopi Orcadum *titulo? Cur differtur ad seculum* V, *cum eò pertingere certo non potuerit, nisi cum longævis istarum partium Sanctis centenariam ætatem eum superasse fingamus. Cuperem scire, unde similia hauserit vir de cetero non minus accuratus quam eruditus; nisi forte Scotorum opiniones repudiandas omnino censuerit. Legitur quidem sub finem elogii Aberdoniani, quod infra dabimus:* Est alius S. Servanus, natione Israëliticus, qui temporibus beati Adampnani Abbatis, in insula Petmook multis miraculis claruit, pro ut gesta per eum in ejus vita lucidius complectuntur. *Verum quisquis hic demum Servanus est, ad Walliam non pertinet, nec ad seculum* VI, *neque adeo Castellani calculo chronologico ullo modo suffragatur.*

ab aliis multiplicat Servani.

8 *Interim si satis vera essent hæc omnia, pro uno Servano tres diversos haberemus, nostrum nempe Orcadum apostolum; alterum Castellani in Wallia seu Cambro-Britannia, tertium Israëliticum illum in insula Petmook, cujus scilicet* gesta in ejus vita, *nescio quali*, lucidius complectuntur. *Quid quod quartus aliquis accedere possit, nisi fallit Scotichronicum Fordoni apud Usserium pag.* 1033, *dum ita scribit:* In ea quondam præfuit sanctus Odomnanus Abbas suis monachis, quando honorifice recepit S. Servanum cum suis sociis in ipsa insula, ad primum suum adventum in Scotia, & cui tunc delegavit insulam de Lewyn ad inhabitandum, quia uterque insulanus miles pro Christo esse contendebat. *Scoto aliquo Oedipo opus est, qui hæc nobis explicet, neque enim tot sanctos Servanos admittere nobis integrum videtur, neque Servanus unus à seculo* V *ad* VIII, *quo Adamnanum; seu Adamnanos floruisse habes in Actis Benedictinis sec.* 3 *parte* 2 *à pag.* 499, *non, inquam, Servanus unus omnia illa tempora & munia explere potuit. Nihilo-*

A *Nihilominus, ſi conjectura non plane nos fallit, quemadmodum* Serfus *anni* 293, *cum noſtro Servano componi ſupra potuit, ſic demptis incompoſſibilibus circumſtantiis, idem fortaſſe ubique erit Orcadum apoſtolus, de quo jam reliqua inquirere pergimus.*

Qualia Acta viderit Uſſerius,

9 *Vitam ejus aut geſtorum ſeriem videre habemus non licuit, nec ſi licuiſſet, ea hîc ſubjiceretur, ſaltem ſi plane talis eſt, qualem deſcribit Uſſerius pag.* 674, *his verbis:* Habetur vita Servani Ms. ſtultiſſimorum mendaciorum particulis undique referta. In ea, regem terræ Chanaan Obeth, filium Eliud, ex Alpia filia regis Arabiæ, natos geminos, Generacium & Malachiam ſive Servanum, ſuſcepiſſe legimus. Obetho poſt ſeptennium defuncto, Servanum fratri regnum reliquiſſe & Alexandriæ per XIII annos divino ſtudio & artibus diſcendis vacaviſſe. Poſt XXX annos ab Alexandrino Epiſcopo ad ſacerdotii gradum promotum, in patriam rediiſſe & à Cananæis Epiſcopum electum, per XX annos munus illud obiiſſe. Hieroſolymitanum deinde Patriarcham ſeptem annis exſtitiſſe: atque ea civitate relicta, Conſtantinopoli per

B tres annos commoratum, Romam perrexiſſe, tunc Pontifice deſtitutam, ibique concordi cleri & populi voluntate, adminiſtrationem illam adeptum, in cathedra Petri ſeptem annis conſediſſe. Neque magis fortaſſe arriſura ſunt aliis, quæ in extremo vitæ illius actu geſta refert Johannes Tinmuthenſis; quemadmodum diſcipulus & alumnus ejus Kentigernus à contubernio ipſius diſceſſerit exponens.

quæ verò leguntur in vita S. Kentigerni.

10 *Sequitur ibi diſceſſus iſtius deſcriptio, quam etiam habes in Legenda Capgravii folio* 208 *verſo, atque ex eo in Actis noſtris* XIII *Januarii cap.* 2 *num.* 11 *pag.* 817, *ut proinde ea omnia hîc denuo tranſumere opus non ſit. Monendus tamen lector, adjungi illic poſſe non contemnendam Uſſerii obſervationem pag.* 675, *circa* Mallenæ *ſeu* Malinæ *&* Ledonis *vocabula, quæ in illis Actis, pro fluviis accepta, creſcentis & decreſcentis Oceani æſtus ſolummodo denotant. Juverit etiam indicare, non pauca alia præfatis Actis contineri, quæ ad S. Servani noſtri laudem haud parum conducunt, ut de S. Kentigerni matre benigne ſuſcepta; de enutrito baptizatoque puero; de optima ejuſdem educatione; de avicula rubiſca ab invidis condiſcipulis occiſa, à Kentigerno vitæ reſtituta; de*

C *igne, crucis ſigno elicito; de ſancti Servani coquo reſuſcitato, aliiſque ſub S. Servani diſciplina miraculoſis geſtis, quæ fere etiam leguntur in elogio S. Kentigerni apud Camerarium. Sed utinam omnia ſatis idonea auctoritate ſubſiſterent!*

Veroſimilius eſt

11 *Paulo ferme veriſimiliora apparent, quæ elogio ſuo complexus eſt Camerarius, citato die* XX *Aprilis in hunc modum:* Hoc eodem die, S. Sernanus Epiſcopus & Confeſſor, & Orcadenſium apoſtolus. Hic honeſtis in Scotia ortus parentibus, Culroſſani monaſterii monachis educandus traditus eſt ſub annum Chriſti CCCCXXVI (fuit enim Culroſſa monaſterium ante Palladii ſancti in Scotiam adventum, apud Scotos celebre & virorum ſanctorum fecundum) ubi poſt humanas ſacraſque diſciplinas, quas ſanctos Kentigernum & Ternanum ibidem docuit, ſancto Palladio (hic quippe à Cæleſtino Pontifice ad Scotos miſſus fuit ſub ann. CCCCXXXI, ut Pelagianam hæreſim pullulantem ſupprimeret) in opus Euangelii diſſeminandi ſe devovit. Corruptores catholicæ religionis deteſtabatur graviſſime, & inſectabatur acerrime; nihil etiam non moliebatur, ut Orcadenſes, nondum Chriſti initiatos, Eccleſiæ catholicæ conjungeret. Magno igitur labore, ſævientis maris incommoda nihil formidans, ad Orcadas à Palladio ſancto miſſus eſt, ubi infidelitatis errore deptavata invenit omnia. Itaque Sernanus frequenti celebratione Miſſarum conciliato ſibi numine, inchoandam ſibi animarum ſalutem à cura corporum ſtatuit, unde vinctos in cuſtodiis & neceſſitate oppreſſos officioſe ſtatis temporibus inviſebat: viris etiam primariis, divina prædicatione verbi colloquiiſque privatis non deerat, Domino ubique cooperante & ſermonem confirmante ſignis & miraculis.

AUCTORE J. B. S.

Camerarii elogium,

12 His & hujuſmodi apoſtolicæ charitatis officiis eò uſque celebrari pervulgarique cœpit Sernanus, ut jam tum Orcadianorum Apoſtolus nominaretur. Varias ſcripſit epiſtolas, ex quibus luce clarius apparet, quanta Sernano eſſet cum divina mente conjunctio, quam affluens quamque redundans divinarum ſuavitatum copia, quam crebris quamque perpetuis à Deo ſplendoribus ſpiritualibus mens ejus illuſtraretur, quantaque ejus in proximum charitas, qualis etiam pro Chriſto martyrii ſubeundi ſitis & ardor. De illo agunt Skonenſia Chronica, Arnoldus in Theatro converſionis gentium, Leſlæus lib. 4 hiſtoriæ Scoticæ, Major in eadem hiſtoria, Regius in Calendario, & alii, quorum multi tradunt, hujus viri ſanctiſſimi precibus effectum, ut nullus ſerpens, venenatorum animal nullum, ne quidem quod venenatorum ſpeciem referret, cujuſmodi eſt rana, apud Orcadenſes reperiri ſit. *Hactenus elogium Camerarii, penes quem dictorum fides ſit: vix ullum paulo celebriorem Britannicarum inſularum Sanctum invenias, qui non ſimili aliquo prodigio ſpectabilis prædicetur.*

E

cui miracula ex lectionibus adjiciuntur.

13 *Cetera, ſaltem quæ memoriæ prodita ſint, S. Servani noſtri miracula dabunt lectiones* Breviarii in uſum inſignis eccleſiæ Abetdonenſis, adeoque totius eccleſiæ Scoticanæ, impenſis Valteri Chepman Edinburgenſis mercatoris typis mandati, Kalendis Februariis anno à Chriſto nato MDIX, Jacobi IV Scotorum Regis: *addendum, ni fallor,* anno XII. *Sequuntur itaque lectiones prædictæ, quibus hic tumulus præfigitur.*

F

VITA

Ex Breviario Aberdonenſi.

ORATIO.

DEus qui B. Servanum pro humani generis ſalute, mirabilibus feciſti coruſcare miraculis, ejus, quæſumus, interceſſione benigna, vinculis peccatorum ſolutis, regna nobis tribue cæleſtia. Per Dominum &c.

Lectio 1. *A S. Palladio conſtitutus Epiſcopus,* a

SErvanus, qui de Scotorum natione originem ſumpſit, ſub ritu & forma primitivæ eccleſiæ vixit *a* uſque ad beati Patris Palladii Pontificis adventum, qui à B. Cæleſtino Papa miſſus fuerat ad Scotorum gentem convertendam, qui ibidem ſanctum invenit Servanum, & quia tanta genti myſteria paſtoralia ſolis [*ſolus*] impendere non ſufficiebat, B. Servanum, ut in vinea Domini ſecum operaretur, doctrina eccleſiaſtica ſufficienter imbutum, & per eumdem in Epiſcopum *b* ordinatum, in omni Scotorum gente ſuum conſtituit ſuffraganeum.

b

Lectio II. *Miracula patrat,*

Sanctus itaque Servanus, cum in opus Euangelii directus, & villas, castella & vicos circuiret, & verbum Domini seminaret, contigit ut ipse cum Clericis suis apud quemdam pauperem nocte quadam hospitarentur; qui de tantis hospitibus immensas Deo referens laudes, unicum suum porcum, in refectionem Sanctorum, ad eorum victum mactavit. Sanctus itaque Servanus pietate motus, *c* porcum, quem ad suorum refectionem mactaverat, in area sua meritis sancti Servani, mane jam vivum reperit, sicque hospes hospitem alternatim se reficiens, pauperem sanctissimus Pater in pace dimisit. Aquam quoque in vinum convertit, & cuidam monacho ægroto ad bibendum dederat, ex quo hausto sanitatem ilico reparat.

c

Lectio III. *& dæmonem superat.*

Tempore autem quodam in spelunca de Dysert, diabolus B. Servanum variis quæstionibus tentavit, qui divina virtute confusus abscessit, & ab illo die dæmon ille in spelunca illa nemini apparuit; qui locus usque modo in honore S. Servani celebris habetur. Unde diabolus videns se contra sanctum Virum nil prævalere posse, in sibi commissis graviter injuriam facere conatus est: unde ad miserum quemdam hominem intravit, qui tantum ei appetitum tribuit, quod nullo modo saturari posset. Servanus vero pollicem in os ejus posuit, & diabolus territus atque horribiliter clamans, liberum dimisit illum.

B

Media lectiones de Octava S. Joannis Baptistæ.

Lectio VII. *Infantes suscitat: d*

Insuper quædam mulier paupercula, quasi amens effecta, sanctum supplicavit Servanum, ut duos suos infantes, quos mortuos ante pedes Servani projiciens, *d* sua prece vivificaret; qui pietate & misericordia motus, compatiens, preces Domino effudit, & utrosque defunctos vitæ pristinæ restituit.

C

Lectio VIII. *e furem mire confundit,*

Quidam vero latro nocturna hora mulonem *e* quemdam, in domo ejusdem S. Servani depositum, secum abstulit & comedit, & tandem dum diligens inquisitio de hac re fieret, suspectus latro ad Sanctum virum properavit, volensque seipsum justificare, super baculum magnum præstitit juramentum, quod hujus sceleris expers, innocens & mundus erat. Mira res; hoc quod humanis non poterat declarari indiciis, ovis illa modo comesta, in gutture furis vocem balando formavit; unde latro confusus, in terra prostratus, miserabiliter veniam petens; *f* pro quo Sanctus Dominum oravit.

f

Lectio IX. *& draconem interficit.*

Draco ingens & horribilis in loco, qui Dunyne dicitur, in populis & pecudibus cædem gravissimam fecit, ad quem Sanctus solus accedens, lorica fidei armatus, baculi sui cuspide pungens, terribilem illum interfecit draconem, in cujus miraculi memoria, vallis illa, Vallis draconis dicitur. Tres etiam viros cæcos, tres claudos, & tres surdos, de Alpibus *g* pro sanitate recuperanda ad eum venientes, *h* quos in aquam per eum benedictam ter balneare fecit, & exinde exeuntes, meritis sanctissimi viri sanitati omnes restituti sunt.

g
h

Est & alius S. Servanus *i* natione Israëliticus, qui temporibus B. Adampnani Abbatis, in insula Petmook multis miraculis claruit, pro ut gesta per eum in ejus vita lucidius complectuntur. *Alia manus ad marginem addidit:* Alius S. Serfus; *k* insularum Scoticarum apostolus floruit, teste Dempstero, anno 293.

i

k

ANNOTATA.

a *Vult dicere, ni fallor, harum lectionum compilator, monachum fuisse, ut jam proxime ex Camerario retulimus. At nostrum non est, horum scriptorum aliorumque popularium, oppositas passim narrationes conciliare.*

E

b *De hac ordinatione à solo Palladio facta, vide annotationem Bollandi ad vitam S. Kentigerni pag.* 818. *litt.* D, *Jan.* XIII.

c *Nulla est Syntaxis: inserendum videtur*; porcum rustico restituit, qui proinde porcum quem &c. *Similia plura recurrunt inepte ordinata, tum in ipsis harum lectionum miraculis, tum in eorum compositione, quæ egregie firmant Bollandi de hisce judicium Præf. ad Februarium cap.* 3: *puta, tam* imperitè nonnumquam congesta *esse*, omissis iis, quæ ad virtutum officia spectant, ut risum potius movere lectoribus queant, quam Sanctos illos venerandi imitandique affectum. *Expende hic modo reliqua.*

F

d *Participium pro indicativo male suppositum, uti etiam infra. Lege* projecit.

e *Intellige* multonem, *qui Gall.* mouton, *Lat.* vervex, *de quo vide Glossarium Cangii. Satis patet ex toto contextu de ove sermonem esse.*

f *Vide quæ diximus ad* d, *& substitue* petit *vel* petiit.

g *Mirum sane si ex Italia in Scotiam venerint homines illi. Distinguunt Alpes Geographi, sed nulli alii montes isto nomine propriè gaudent, præter Alpes Transilvanas. Procul dubio hic Alpes appellantur montes ipsi satis frequentes in Scotia.*

h *Amica phrasis, jam non semel superius correcta in* d *&* f. *Melius legeret* venerunt.

i, k *De* Servano *illo &* Serfo, *abunde jam locuti sumus num.* 4 *&* 7.

D E

DE S. THEODERICO PRESBYT:

DISCIPULO S. REMIGII,

IN MONTE OR PROPE REMOS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

§. 1. Discipulatus S. Remigii, cœnobium, cultus & ætas.

ANNO DXXXIII.

IN *Metropolis Remensis historia tomo* 1, *lib.* 1, *cap.* 13, *S. Remigii discipulos enumerans V. C. Guilielmus Marlotus, ita loquitur*: Ut cælum stellulis micat, harumque luce perfunditur cum serenum est, sic provincia Remensis discipulorum S. Remigii splendescit numero, & sanctitate decoratur. Ex his qui intima cum eo familiaritate conjuncti erant, & velut domestici; plures tam è clero quam ex laicali ordine memorantur à Frodoardo, ut Agricola, Ætius, Agathimerus, Ursus, Pappolus, quibus addi possunt Celsinus, Clodoaldus & Leonardus, hunc Chronicon Centulense Remigii germanum propinquumque facit, colitque maritima ad Bononiam ora velut communem adversus navalem hostem patronum. Alii ob eruditionis præstantiam ad episcopatus provecti, proprias diœceses illustrarunt, inter quos eminent Vedastus Atrebatensis, Antimundus Morinensis, Medardus, Genebaudns, Lupus & Agricolaus. Quidam vero, spretis hujus seculi curis, procul ab urbibus in cellulis excubantes, posteris asceticæ vitæ exempla reliquerunt, ut Theodericus, Gibrianus, Helanus, Bertholdus. *De horum nonnullis actum est locis propriis, hic illustrandus venit* Theodericus, *qui an ab ineunte ætate à S. Præsule institutus fuerit, ut recentiores aliqui narrant, ex Actis non constat: at S. Remigii consilio, sponsa expeditum, monasterio exstruendo præpositum, ac sacerdotio initiatum, ibi aperte traditur, quod certe satis est, ut verus & germanus inclytissimi Francorum apostoli discipulus fuisse dicatur.*

Inter S Remigii SS. discipulos non postremus,

B

2 *Neque est qui eam prærogativam* S. Theoderico *adimat, nec de cœnobii erectione dubitatur; alia nonnulla controversiunculis hic explanandis obnoxia sunt. Ceterum tertio ab urbe Remensi milliario, seu leucis inde duabus Gallicis brevioribus Boream versus, eminet præfatum Sancti nostri monasterium monti amæno, qui molli clivo jugum leniter ad urbem demittit, impositum, olim sub S. Remigii auspiciis ædificari cœptum, auctum subinde & insigni Regis Theodorici munificentia ditatum, postea barbarorum incursionibus deformatum, ad clerum secularem traductum, à laicis fere occupatum, sed seculo tandem* x *ab Adalberone Remensi Archiepiscopo splendori pristino restitutum ac monachis Benedictinis concessum. Idem ipsum hodieque subsistit, antiquo disciplinæ vigore restauratum, & ultima reformatione celeberrimæ S. Mauri congregationi adscriptum est. Multa hic aliqui circa ipsum monasterii nomen comminiscuntur, utrum satis recte excogitata, non statim satis liquet. Sunt qui apud Marlotum tomo* 1, *lib.* 2, *cap* 14, Montem *istum* Hor *nuncupatum existimant, à concursu depositionis, his ipsis Julii Kalendis, cum Aarone Levitici ordinis Sacerdote in monte Hor*: quamvis, *inquit ibidem auctor*, MONS AUREUS, vel monasterium MONTIS OR dictum alicubi reperiam, sicut mons Vaticanus, ubi Petrus Apostolus cruci affixus, ob nobilem ejus triumphum MONS AUREUS dictus est apud Spondanum anno LXIX. *Alii* Janiculum *montem aureum vocare malunt, de qua re fusius disputat Baronius in Annalibus ad præfatum annum* 69. *Ad rem nostram.*

monasterium condidit in monte Or,

C

3 *Non desunt qui nativa etymologia scribentes Gallicè* Mont d'or, *id simpliciter Latine vertunt* Mons aureus; *at scriptorum codicum orthographia decepti, inquit Mabilio in Actis pag.* 616. *annot* A, nam S. Theoderici ætate an OR pro auro Francorum idioma admitteret, omnino dubium est. *Alii Aureum montem à loci amœnitate dictum volunt. Ceterum auctor Vitæ, ut infra patebit, constanter scribit* Or, *quamvis ad ejus mentem scribendum videatur* Hor, *ut est num.* 8: Or siquidem lumen, vel iracundia, sive montanus interpretatur. *Rursus Mabilio in Annalibus lib.* 3 *num.* 21, Montem aureum perperam nonnulli interpretantur contra veterum traditionem, qui hoc nomine lumen vel iracundiam sive montanum significari testantur, exoticorum ejusmodi nominum recti interpretes. *Atque eapropter* montem Horensem *atque proinde* monasterium montis Horensis *scribere mavult laudatus auctor, ut vide in Annal. lib.* 8. *num.* 26, *ubi eos refellit, qui Theodericum & Theodulfum Horenses cum synonymis Trevirensibus confundunt, quod pridem ab Henschenio observatum fuerat tomo* 1 *Maii pag.* 95. *Quidquid interim sit de variis hisce analogiis, derivationibus, aut interpretationibus, receptissimam lectionem in titulo secuti sumus, & cum auctore Vitæ montem* Or *appellavimus, cujuscumque demum S. Theoderici ætate* OR *illud significationis fuerit.*

de cujus etymologia

E

4 *Variam cœnobii ipsius sortem & vicissitudines diligenter prosequitur, sæpe hic nobis laudandus Marlotus tomo* 2, *lib.* 1, *cap.* 7, *existimans regularem disciplinam omnino desiisse sub ultimis Francorum Regibus primæ dynastiæ, clericis tum in monachorum locum subingressis, quorum primùm meminit Conc. Suession. anno* 853 *habitum. Rursus canonicorum ejus cœnobii fit mentio anno* 882. *Synodum in ipsomet cœnobio celebratam narrat* 953. *At paulo post ab Hungaris devastatum, opibus ac sacra supellectile spoliatum, & voracibus flammis penitus consumptum est. Deo interim beati Theoderici meritum infinitis revelante prodigiis, signisque coruscantibus, præsul Adalbero multum propensus in sanctam Benedictinam regulam, clericis liberius viventibus, Benedictinos substituit, bona monasterii, à Ragero comite usurpata & prædia ab eodem aliisque nobilibus violenter avulsa fortiter vindicavit, habitacula necessaria dispo-*

& variis vicissitudinibus disquiritur.

F

AUCTORE J. B. S.

fuit ; atque ut prædicta innovatio, clericis nequidquam renitentibus facta, in futurum robur obtineret, regio diplomate dato Compendii sub die VII Kal. Junii, anno Incarnationis Domini DCCCCLXXIV, Indict. 2, vigesimo anno regnante gloriosissimo Rege Domino Lothario, *munienda omnia perpetuoque sancienda curavit, quemadmodum ibi & in appendice nostra ex Mabilione pluribus argumentis probatum lector inveniet, uti & ea quæ de corporis elevatione idem Marlotus cap.* 8, *de regulari observantia & gisto ibidem à Francorum regibus percipi solito, cap.* 9, *deque Synopsi Abbatum, cap.* 10 *fusius deducit. Hæc paucis attigisse sufficiat; ad Sanctum nostrum ejusque cultum propius accidimus.*

Usuardi annuntiatio à multis ampliata,

5 *Inter antiquos, seu quos vocamus classicos Martyrologos, solus & primus S. Theodorici meminit Usuardus, ex quo in totam ejus progeniem recentioresque alios, passim notos, transiit. Primigenia annuntiatio in nuperrima nostra recensione est :* In territorio Remensi, S. Theoderici presbyteri. *Sed his non contentus scriptor vetustissimi & purissimi codicis Herinensis, ut fuit olim Remensis provinciæ, adjunxit :* Abbatis, discipuli S. Remigii, qui ejusdem magistri sui suffragantibus meritis, Regis Francorum filiam asseritur

B resuscitasse à mortuis. *Alius vero, quem Molanus in additamentis descripsit, ex Flodoardo superaddidit,* Theoderici filii Clodovæi. Cum autem multas virtutes operatus esset gregis Dei ductor Theodericus (natus patre latrone tamquam rosa de spinis) & angelis eum suscipientibus, cum gloria migrasset, Rex Theodoricus ad monasterium veniens, sanctum corpus propriis humeris ad sepulcrum evexit. *Pluribus supersedeo, quæ videri possunt in citata nostra Usuardi editione. In parvo Martyrologio S. Maximini Trevirensis, quod Hieronymianis minoribus annumeravimus, sic legitur :* Remis civitate, depositio sancti Teuderici presbyteri. *Auctarium vero Bedæ Latiensis sic habet :* Ipso die Remis, S. Theodorici Confessoris. *Siquis forte Adonem citet, memineris auctiores codices allegari, quales apud nos sunt Mss. S. Laurentii Leodiensis, & alius Reginæ Suecie.*

sed non satis accurate.

6 *Non est opus, recentiores omnes Martyrologos, Maurolycum, qui pro Theoderici scribit* Theodori, *Galesinium, Felicium, Canisium, Ghinium*

C *percurrere, aut eorum elogia transcribere, cum vel Usuardinis, vel citatis supra verbis & elogiis ut plurimum utantur, aut alia vitæ compendia adducant, quæ hic in cumulum coacervare nec lubet, nec operæ pretium est. Talia item invenies apud Wionem, Dorganium, Menardum, Bucelinum, Saussayum & alios, phrasi dumtaxat, vel majori vel minori extensione diversa. Neque eorum errares, qui hinc inde circa Sancti ætatem irrepserunt, sigillatim refellendi sunt, veluti Ghinii, signantis annum obitus* DXX, *vel Bucelini, qui anno Christi* DLX *migrasse asserit ; cum ii ex chronologica vitæ, seu potius mortis dispositione satis aperte detegantur. Nemo de S. Theoderici sanctitate priscoque in Ecclesia cultu dubitavit unquam, nec vero dubitari potest, cum tam antiquis monumentis subsistat, & Sancti nomen etiam in Martyrologium Romanum insertum sit :* In territorio Rhemensi, S. Theoderici presbyteri, discipuli B. Remigii Episcopi. *Plana hæc omnia sunt ; proximum est, ut ætatis ejus epocham figamus.*

7 *S. Theodericum nostrum* claruisse temporibus Clodovæi Regis Francorum *non male asserit Baronius in notationibus ad Martyrologium Rom. ; sed nec satis recte, nisi in eorum opinione, quam nuperrime rejecimus, quod Sanctus obierit circa annum* DXX. *Ceterum cum apud vitæ scriptores de annorum ejus numero nihil usquam traditum sit, sic nec de ejus nativitate quidpiam certo definire licet. At enim recte observavit Mabilio tomo* I *Act. Bened. pag.* 620 *annotat.* A, *ad designandum mortis sancti Theoderici tempus duplicem nobis suppetere chronologicam notam : alteram nempe petitam à Theoderico seu Theodorico Rege, qui Sancti corpus propriis humeris in sepulcrum intulit ; alteram à Romano Remorum Episcopo, qui teste Adalgiso, in libro miraculorum S. Theoderici cap.* 1, *sanus curavit. Romanus S. Remigio in sedem Remensem successit non anno* DXLV, *ut Sigebertus putavit, sed anno circiter* DXXXII, *cum Flavius, Romani successor concilio Arvernensi, anno* DXXXV *subscripserit. Theodoricus Rex* obiit vicesimo tertio regni sui anno, *inquit Greg. Turon. in lib.* 3, *histor. cap.* 5, *hoc est anno Christi* DXXXIV. *Annus ergo mortis S. Theoderici, Christi anno* DXXXIII *consignandus est. Ita etiam ante Mabilionem sensit Cointius ad dictum annum* DXXXIII *num.* 56, *subscribuntque recentiores chronologi passim, nullo, quod sciam, refragante.*

Determinatur annus obitus.

§. II. Vita à variis scripta, miracula, rhythmus, elevationes corporis.

E

Acta varia in pluribus codd. extant;

Sancti nostri gesta non indiligenter prosecutus est celebris rerum ecclesiæ Remensis scriptor Flodoardus, *vel si ita vis,* Frodoardus, *historiæ suæ lib.* 1 *cap.* 24, *ex quo S. Theoderici vitam vulgavit Surius hoc die, eaque pridem notissima fuit & apud Legendarios recentiores passim recepta. Aliam paulo diffusiorem primus edidit Mabilio tomo* 1 *Act. Ord. S. Benedicti, inter subditivias à pag.* 615 ; *postea vero antiquiorem à se repertam, cujus meminerat tomo* 5 *Act. Bened. pag.* 519, *appendici tomi* 1 *Annalium inseruit à pag.* 681. *Primam, quæ etiam apud nos Ms. exstat & infra dabitur, se descripsisse testatur ex codice monasterii S. Theoderici & V. C. Chesnii ; nostrum vero apographum desumptum ex Ms. S. Mariæ Bonifontis, idem ipsum est, quod exhibent Mss. itidem nostra*

F *alia, Valcellense & prægrande Legendarium ejusdem monasterii, collatum à Majoribus cum altero Reginæ Suecie &c. inter quæ omnia vix ulla occurrit narratorum diversitas, solumque in eo discrepant præfati codices, quod aliqui unum dumtaxat miraculum, quod Flodoardus quoque narrat, ad calcem adjectum habeant, alii plura, alii ea omnia subjungant, quæ Mabilio à vita distraxit, interposito titulo :* Miracula quædam S. Theoderici Abbatis, *quem & nos ordinem, tamquam elariorem, secuti sumus. Hoc solo discrimine excepto, conveniunt exemplaria omnia, neglectis fortasse verborum minutiis, quæ verosimilius non auctori vitæ, sed amanuensium diversorum oscitantiæ adscribenda sunt.*

inter ana breviora præferenda sunt,

9 *Alteram vitam, priori illa vulgatissima* brevio rem *se* postea reperisse *memorat laudatus Mabilio citato sæculo* 5 *Benedict. à pag.* 519, quæ antiquioris videtur auctoris, in qua Teudericus, ad discrimen Teuderici regis, TEUDERIO appellatur. *Sed bona C. V. venia, observatio*

A *vatio illa nullius momenti eſt, nihil enim ibi plus dicitur, quam in Mss. noſtris & apud Flodoardum, ubi ſe Sanctus à ſynonymo Rege diſcriminat per* Theoderio *vel* Theodorio. *Hæc igitur Acta prima vocat Mabilio tomo* 1 *Annal. pagina* 64 *ex* codice Remigiano, ab annis fere octingentis exarato, *quibus hunc titulum ex autographo præfigit:* Incipit Vita ſancti ac beatiſſimi Teuderici Abbatis ac Confeſſoris, diſcipuli almi Remigii, qui requieſcit in monte Or, monaſterio quod ipſe angelo oſtendente conſtruxit. *Harum duarum Vitarum oratio & ſtylus plane conveniunt, utraque ævi ſui elegantiam æquè ſectatur atque ad oratorios numeros exornata eſt; multo brevior autem quæ prima & antiquior à Mabilione vocatur, utpote quæ nonnulla prætermiſit: nam de miraculo filiæ Theodorici à mortuis ſuſcitatæ non meminit, neque donationum ab eodem factarum &c. Si recte conjicio homilia eſt, ſeu potius ſermo encomiaſticus in laudem S. Theoderici ab aliquo compoſitus, quod vel ex ipſo exordio colligas:* Quid dulcius, fratres cariſſimi, poterit à Chriſtianis audiri, quam quando per ſuo-
B rum laudem Sanctorum, laus & gloria redditur creatori? *&c.*

10 *Ceterum hanc primam Vitam legiſſe & præ oculis habuiſſe Flodoardum, certiſſimum eſt, quippe quam manifeſte in multis, ut paulo verboſiorem contrahit, eadem tamen ſæpe adhibens verba, ſæpe ſenſus bene longos tranſcribens, ut ne de ambarum affinitate ullo modo dubites. Nec dubitare ſinit duorum miraculorum apud Flodoardum conjunctio & connexio, quaſi alterum completo jam operi ſuperaddatur, ſic enim habet:* Reperitur etiam, præfati Regis filiam (*de qua prior Vita non meminerat*) vita functam, magnificus hic Domini præco vitæ reformaſſe ſpiraculo, pro qua languente Rex ad ſanctum direxerat Remigium. *Addunturque nonnulla tempore Hincmari geſta quorum notitiam primæ Vitæ auctor veroſimillime habere non potuit. Sic rurſus ibidem Flodoardus ſequentem proxime paragraphum cum antecedentibus connectit:* Traditur hujus beati viri ſuggeſtione, ſanctus Remigius collectionem meretricum, quæ ad id uſque temporis proſtibula fertur extra civitatem retinuiſſe, ſubverſis fornicibus, in viduarum quadraginta congregationem permutaſſe &c. *Hæc ſi tantillum,*
C *expenderis, ſtatim intelliges, ſcriptorem illum, quæ aliunde collegerat, Vitæ à ſe, partim deſcriptæ, partim contractæ, ſubjunxiſſe.*

11 *De ætate auctoris anonymi, qui vitam majorem, de qua principio diximus, fuſiori oratione expoſuit, nihil eſt quod ſatis certo queas decernere. Flodoardo (qui obiit circa annum Dom.* 971) *poſteriorem eſſe oportet, cum ejus hiſtoriæ caput* 24, *quo S. Theoderici vita continetur, in accommodatiorem ſeriem & ordinem redegerit; pro ſua ſcribendi facultate multa ſuperaddens, multa amplificans, ſervata nihilominus ubique eadem prorſus rerum geſtarum ſubſtantia, ut quivis per ſe, facta utriuſque collatione, imo vel primo ſolo intuitu perſpicere poterit. Liberius itaque ſcriptor ille in utramque priorem vitam falcem immiſit, plura quidem ex Flodoardo geſta accipiens, ſed totam ferme antiquiorem panegyrim, quam Flodoardus hinc inde contraxerat, orationi ſuæ, etiam encomiaſticæ, ad verbum immiſcens. Hoc te luce meridiana clarius docebit utriuſque vitæ Ms. exordium; & cetera percurrendo facile ſtatues, quam paucis deſcribi poſſent omnia, quæ oratores illi longis & conquiſitis phraſibus, prope ad nauſeam dedu-*

quæ Flodoardo præluxerunt.

Vita auctior phraſi potius quam re differt;

xere. Vide Cointium dicto ſuperius anno 533 *num.* 56, *Marlotum tomo* 1, *libro* 2, *cap.* 14, *& Mabilionem in Annal. tomo* 1, *lib.* 3, *num.* 21, *ubi ſinguli paucis totam S. Theoderici hiſtoriam complexi ſunt.* AUCTORE J. B. S.

12 *Ceterum memoratæ jam tres vitæ præcipuæ ſunt, quarum hîc primam & tertiam, alteram in ipſo fonte, Flodoardi hiſtoria, vel apud Surium alioſve invenies. Habemus & quartam, ſed prioribus iſtis longe breviorem, ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris, Roſweydi cura extractam, quæ mera potius epitome dici debeat, ſola ferme bina miracula, in filia Theodorici ipſoque Rege patrata, complectens, quamque proinde opus non ſit producere. Quintam adhuc reperio à P. Alexandro Wilthemio ſub annum* 1644 *Bollando noſtro oblatam, cujus ibi hoc initium adſcribit.* Incipit vita beati Theoderici Confeſſoris. Tempore illo, ſicut opera & converſatio ejus glorioſa, ordine vulgata, percurrit in populo, dignum eſt, ut tanti viri pagina glorioſa audienti plebi ſit recitata, quia melius ædificat cunctos, ſi legatur, quam
E ſi impio ordine ſilentio ſubtrahatur. Hic vero juxta ordinem ſeculi, etſi ad nobilitatis titulum ejus non acceſſit origo, obtinuit tamen ſumma nobilitate apud illum, qui taliter exaltavit eum in cælum. Chriſtianæ tamen familiæ adolevit, & pubeſcens ſine crimine, dum pertranſit juventutis annos, ſponſam quidem habuit, ſed cum ad perfectam ſapientiam perveniſſent, tum propriis voluntatibus confeſtim mundum renunciavit. Tunc quidem beatiſſimus Remedius in Remenſi urbe, pontificali ordine fungebatur officium *&c. Hæc cum apud nos non exſtet, plura quæ de ipſa dicam non habeo: compendium etiam videtur eſſe ex* vulgata *prius Vita, fortaſſe majori noſtra, deſumptum.*

alia contractiores ſunt.

13 *Supereſt ut & vitam Gallicam recenſeamus, dicamuſque anecdoti aliquid, hactenus, ni fallor, ignoratum. Edita eſt hæc Pariſiis anno* 1632, *ſub nomine D. Bailly, conſiliarii & eleemoſynarii regii, cœnobii S. Theoderici Abbatis, ac Reginæ Annæ Auſtriacæ ab ipſo dedicata. At verum auctorem Baillæum ipſum non fuiſſe, ſed noſtrum Jacobum Vignerium, in republica litteraria olim*
F *notiſſimum, tunc vero adhuc juvenem, vix annum octavum & vigeſimum egreſſum; Vignerium, inquam, auctorem colligo ex ipſiuſmet litteris autographis, datis ad R. P. Dom. Chriſtianum le Roy Latienſem monachum, Remis* III *Kal. Novembris anno* 1631, *in quibus ita ſcribit* 1 Poſtridie quam vitam S. Theoderici, ſeu Theodorici (qui S. Remigii quondam alumnus, tum fundator ac primus Abbas iſtius monaſterii, quod in Monte aureo, tertio ab urbe Remenſi milliario conſtructum, poſtea S. Theoderici appellationem ſortitum eſt) gallico idiomate à nobis conſcriptam reverendiſſimo hujus loci Abbati tradideramus, litteræ tuæ ad R P. Renatum Ayraut, hujus loci Rectorem perlatæ ſunt. Hinc collige, quam apportune ceciderint, ut ſtatim reſponſum, quod minime urgebas, obtineres. *Hinc ego conjicio, hanc ipſam vitam à P. Vignerio compoſitam, & Abbati ipſi oblatam; cum & tempora plane conveniant, & nullam aliam S. Theoderici vitam gallicè tunc editam me videre meminerim, in Bibliotheca autem Scriptorum Societatis nullum ejuſmodi opus Vignerio adſcriptum reperiam.*

Proditur vetus auctor vitæ gallicæ,

14 *At quiſquis prædictæ vitæ auctor fuerit, non magnopere de S. Theoderico meritus eſt. Miſit olim ad Bollandum laudatus Chriſtianus le Roy elen-*

quæ in pluribus aberrat

AUCTORE J. B. S.

chum errorum, quos in præfata vita obſervaverat. Et certe palpabiles ſunt plurimi, præſertim in ſeculis, quæ ſemper perperam appellantur, quartum pro quinto, nonum pro decimo, duodecimum pro decimotertio. Sic pag. 74 *circa finem,* XIII *Maii ſumitur pro* XIII *Kal. Maii ſeu* XIX *Aprilis, non* XX, *ut alicubi ſcripſit Mabilio. Turpius labitur pag.* 77 *&* 78. *dum ait, S. Theoderici corpus poſt primam elevationem anno Dom.* 976 *per Adalberonem factam, annis dumtaxat* LVII *aut* LVIII *eo loco depoſitum manſiſſe, quandoquidem ſeculi* XII *principio inde tranſlatum fuerit. Quæ omnia falſa ſunt, nam ſecunda tranſlatio, ut ex inſtrumento latino, in veteri capſa reperto & ab ipſo auctore adducto conſtat :* Anno Dominicæ Incarnationis MLXXI, Indictione VIII tranſlatum eſt hoc pretioſum corpus ſanctiſſimi Confeſſoris Theodorici, fundatoris & Abbatis primi hujus cœnobii, in hanc thecam ſtudio & induſtria Rambaldi, ejuſdem loci Abbatis, ſibi fabricatam cum auctoritate D. Manaſſæ, ſanctæ Remenſis ſedis Archiepiſcopi. &c. *Atque hæc eſt ſecunda tranſlatio, ab auctore vitæ gallicæ præterita,* quæ mutatio evenit anno centeſimo poſtquam hîc monaſticus reſtitutus eſt ordo. *Vide Marlotum tomo* 2, *lib.* 1, *cap.* 10.

etiam in tranſlationibus,

15 *Non ergo annis dumtaxat* LVIII *in Adalberoniana theca quievit S. Theoderici corpus, ſed annis omnino quinque & nonaginta. Tertia autem tranſlatio ſeculo* XIII (*non* XII *ut perpetuo hallucinatur ſcriptor Gallicus*) *contigit anno nimirum* 1233, *menſis Octobris die* XXIII, *uti fert documentum alterum his verbis conceptum:* Anno Domini MCCXXXIII, X Kal. Novembris, die Dominico; pretioſum corpus beati Theoderici Confeſſoris, fundatoris & Abbatis primi hujus cœnobii, tranſlatum eſt in hanc capſam argenteam, & auctoritate venerabilis patris Domini Henrici tunc Remenſis Archiepiſcopi, per manus venerabilium Patrum Jacobi Sueſſionenſis, Philippi Cathaulan.. Milonis Beluacen., Adæ. Sylvanectenſis, Walteri Tornacen. Godefridi Cameracen. Epiſcoporum, Giraldo exiſtente Abbate hujus cœnobii, præſentibus Guyllermo Abbate S. Auberti Cameracen., Euardo Abbate Sancti Baſoli, & multis aliis bonis viris : pontificatus dicti Domini Henrici anno ſeptimo & Gerardi tunc Abbatis hujus cœnobii, anno primo. Inventa autem fuerunt hæc antiqua ſcripta, in antiqua theca, antequam dictum corpus ſanctiſſimum transferretur. *Vide iterum Marlotum loco ſupra citato pag.* 25 *ſub finem.*

quas aliunde temporibus ſuis reſtituimus;

16 *De tranſlatione ultima ſeculi proxime elapſi agit Henſchenius* 1 *Maii in commentario ad vitam S. Theodulfi, referens ex Mabilione, ſed loco non aſſignato;* anno MDCXXIX, Anna Auſtriaca felicis memoriæ, Regis Chriſtianiſſimi Ludovici XIV matre, præſentiam ſuam dignanter exhibente, thecæ argenteæ incluſas *S. Theodulfi reliquias. Idem intelligendum de corpore S. Theoderici, cum utraque tranſlatio, vel potius in novas thecas tranſpoſitio, eodem die facta ſit. At ubi ſcripſit Mabillonius hæc accidiſſe anno illo* 1629? *Auctor vitæ gallicæ anno, ut jam diximus* 1632 *editæ, ita Reginam alloquitur, ut perſpicue tradat, per id tempus factam ſacrorum pignorum tranſlationem. Et quidem ipſo illo eodem anno* 1632 *eam contigiſſe teſtis in hac re oculatus eſt ſcriptor, pag.* 87 *diſerte aſſerens :* Die Dominica, Junii XIII, anno MDCXXXII, tranſlationem noviſſimam corporum eorum Sanctorum, quorum vitæ præcedunt, factam eſſe ab Epiſcopo Catalaunenſi, aſſiſtente Regina, quæ ex ſingulari pietate, eam ſolennitatem regia ſua præſentia cohoneſtare voluerit. *Marlotus item tomo* 2, *lib.* 1, *pag.* 21 *ſub finem :* Sereniſſima Francorum Regina Anna Auſtriaca præſente, in novam, ſed longe ditiorem thecam, idem B. Theoderici corpus tranſlatum eſt anno MDCXXXII. *Neque majori veritate nititur, quod ibidem addit Henſchenius ex litteris R. D. Joachimi le Contadi, cœnobii San-Theodericiani Prioris anno* MDCXLV, *nempe* quod Abbas Ramboldus anno Chriſti MC, loculos duos novos fieri fecit, in quibus eorumdem Sanctorum ſacra pignora recondidit : *nam Ramboldus iſte, aliàs* Raimbaldus *obierat* III *vel* IV *Kalendas Aprilis* 1078, *iſque idem jam ante novos loculos fabricari curaverat, ut ſupra oſtenſum eſt.*

etiam diem quo celebrior facta eſt.

17 *Hæc curſim de variis corporis S. Theoderici elevationibus & mutationibus dicta ſint : plura memorat citata Contadi charta à Papebrochio deſcripta circa elevationem primam Adalberonis Archiepiſcopi & Airardi Abbatis cura peractam, adſtante & juvante Rege Lothario ex Mss. præfati monaſterii; at cum hæc omnia diligenter diſcuſſa ſint à Mabilione ſeculo* 5 *Bened. à pag.* 519, *maluimus ejus diſſertatiunculam in appendice ſubjicere, ut de omnibus accuratius lector edoceatur. Unum ex Contadiana ſchedula adjungo; videlicet,* ab eo tempore in hunc uſque diem ſingulis annis die XIX Aprilis, in ſæpedicto monaſterio montis Hor, officio proprio, expreſſam omnium jam dictorum hiſtoriam continente, feſtum prædictæ utriuſque Sancti elevationis ſolenniter celebrari. Quæ hiſtoria quoque in omnibus antiquiſſimis libris choralibus Mss, ut miſſalibus & breviariis, expreſſe habetur. *Miror ergo ab aliis toties ingeri & regeri, factam tranſlationem illam* XIV *Kal. Maii, & rurſus in inſtrumento tranſlationis ſecundæ repeti,* XIV Kal. Maii, infra majoris hebdomadæ &c. *Et iterum :* Hoc etiam Kalendarum die, idem feliciſſimus theſaurus ante plures annos ab Alberone &c. *Lege ubique non* XIV *Maii, nec* XIV *Kalend., ſed* XIII *Kal. Maii, qui recte concurrit cum jam dicto die* XIX *Aprilis. Reliquum eſt, ut Vitas ipſas ob oculos ponamus, quibus primum miracula, eaque quæ ad ipſorum illuſtrationem ſpectant, deinde hymnos,* Hucboldi, *aliàs* Hucbaldi, *monachi Elnonenſis, qui vertente ſeculo* IX, *&* X *principio vixit, hactenus ineditos, aliaque ad Sanctum ejuſque cœnobium ſpectantia ſubjungemus.*

VITA

Ex codice Remigiano, apud Mabilionem tomo 1. *Annal. Bened. pag.* 681.

Scriptoris exordium.

QUid dulcius, fratres cariſſimi, poterit à Chriſtianis audiri, quam quando per ſuorum laudem Sanctorum laus & gloria redditur creatori. Excitatur enim ad promittentis amorem mens audientium, cum præſentialiter cernitur completio promiſſorum. Veraciſſimus namque eſt, qui per Pſalmigraphum promiſerat ſpiritus : In memoria æterna erit juſtus. Cujus etenim unquam mundi ab exordio memoriam juſti delevit oblivio ? immo cujus juſti

A sti nomen cum laudibus non vivit in seculo, quod in divinæ memoriæ scriptum est indelebili libro? Cujus rei præsens instat indicium, beatissimi Teuderici memorabile meritum: qui quantum in ipso fuit, laudem ab hominibus non quæsivit, mortalis gloriæ tumorem calcavit. Plus suæ conscientiæ quam vulgi opinionibus, & plus Deo quam sibi de se credidit. Sed humilium exaltator, atque se deprimentium erector Deus, ejus laudabilem famam, famosissimam laudem, longe lateque diffudit. Ille igitur, qui fortia quæque confundens, infirma mundi elegit, hunc non ex superbo sanguine generari voluit, qui eum in generatione justorum sublimiter nobilitavit. Quibusdam quippe nobilitas generis sæpe gignit ignobilitatem mentis. A parentibus tamen Christianis fuit ortus, & cum ingenti studio legitimæ conversationis usque ad annos pubertatis laudabiliter est enutritus.

Laus S. Theoderici à servatâ virginitate.

2 Interea bonæ indolis adolescens juveniles annos ingressus, juxta amorem humanæ propagationis, consulto parentum persuasus, nomine tenus, quasi non habiturus, sponsam habere cœpit. Sed sponsi sponsæque cælestis esse malens amicus, amore invisibilium latenter inflammatus, moxque de mundo, mundique principe palam triumphaturus, adhuc studebat fieri Dei cultor occultus. Habuit quippe in proximo, quo sanaretur, medicum, quo juvaretur, patronum; quo doceretur, magistrum, beatissimum Remigium: cujus tunc temporis candidissima fama, famosissima claritudo, clarissima miraculorum coruscatio, non solum vicina quæque loca, verum etiam totius Europæ terminos ad usque Oceani limbos illustrabat. Hujus igitur glorioſissimi patris exemplis sanctus Teudericus jugiter irradiatus, ardens desiderio virtutum, crescebat in virum perfectum. Omnia quæ videntur, vilescunt, quæ non videntur, in desiderio sunt. Copulæ nuptialis amor amarescit, indulcescit amor castitatis. Otia solitariæ vitæ placent, carnis negotia displicent. Amor amore exstinguitur, nihil amori Christi præfertur. Renuntiatur mundo, fœdus initur cum Deo: bellum indicitur hosti, singulari locus quæritur certamini. Sponsus alloquitur sponsam, sponsi cæ-
C lestis hortatur amorem, perpetuam pro virginitate pollicetur coronam. In cælibis vitæ præmium, sequi promittitur, agnum. Sed sponsa adhuc tabescens amore carnali, deridens spernit sui salutaria monita sponsi. Mirabatur enim se subito repudiari, cum debuit conjunx fieri. Ægre ferens, fastidia pati, antequam posset uxor vocari, amaro animo respondet, cum se despectam videt. Cum igitur sanctus Teudericus cerneret, quod sua persuasio in animo sponsæ locum non haberet, non consentientem sibi, deserit; atque pacificis ei verbis vale dicit.

Acta cum abb. Susanna & S. Remigio.

3 Tunc erat urbe Remense quædam celebris abbatissa, sacratissima virgo, nomine Susanna, quæ sub providentia summi pontificis beati Remigii, puellari præfuit congregationi, femina virilis animi, virago profundi consilii, consiliatrix altioris ingenii Ad cujus, quasi ad piissimæ matris mitissimos sinus, contulit se sanctus Teudericus. Dehinc virgo virgini, Deo soli cognita pandit sui cordis arcana: erumpentibus lacrymis gemitu conturbatur, singultu concutitur, ante pedes spiritualis matris solo sternitur, salubre consilium cum subsidio precum subnixe precatur. Ad hunc compunctionis mœrorem devotissimi juvenis, commota sunt viscera piissimæ matris: flenti compatitur, lugentem solatur, mœrentem lætificat, & ut eum voti compotem faciat, Dominum pietatis exorat. Communis igitur utriusque Pater pius ab utrisque consulitur sanctus Remigius. Cujus per sapientissimum consilium, ad providendum futuri monasterii locum, mittitur cum virgine virgo, sancta cum sancto, Susanna cum Teuderico. Conscendunt silvosi montis verticem, in quo postea constructum, & modo manet monasterium. Illis autem dubitantibus ubi construeretur orationis domus, ubi deinde septa claustri, ubi porta monasterii, mittitur de sublimibus aliger missus, à quo Teuderico, cælum scansuro, consignaretur in terris locus. Jam tunc lætum primitus omen apparuit, cum mysticus ales aquila spatiando gyrans, & gyrando volans, quantum in ipso fuit, locum monasterii capacem, secans aëra, designavit. Et ut specialius ostenderet, quid Dominus vellet, ferme unius horæ spatio, supra, ubi ecclesia construi debuit, lentis volatibus stetit.

ex MSS.

Designatio cœnobii præmonstrante angelo.

4 Libet considerare, carissimi, quanta sit dignitas istius loci. Mons Or nominatur; ab utriusque sexûs duobus virginibus invenitur, per aquilam ostenditur, à Domino de cælis consecratur. In monte Or per aquilam ad serviendum Deo describitur locus, in quo renovanda erat veteris hominis, sicut aquilæ, juventus. Sed ne aliquo casu contigisse ab incredulis crederetur, die natalis Domini, cum nox detrimentum patitur, & lux augetur, quadriennio continuo, supervolando monasterium, circuire eadem aquila, mirantibus plurimis, cernebatur. Quæ vero virtutum opera, quanta miraculorum insignia peregit inibi miles Christi Teudericus noster, non sufficit per singula quæque sermunculus.

Ordinatus sacerdos, patrem de latrone monachum facit.

5 Post autem non multi successum temporis, cum Teudericus presbyteralis subiret onus honoris, implere volens officium sacerdotis, cœpit omnibus prædicare præcepta salutis. Dehinc specialiter tangit animum piissimæ prolis, Marcardi cura carissimi genitoris, Filius sapiens lætificat patrem, & cælo regenerat se generantem: de laico monachum, de latrone datorem largissimum, de servo diaboli, Christi fecit libertum. F

Sanat Regis Theodorici oculum.

6 In illis igitur diebus de sancto Teuderico sancta per populos divulgabatur opinio. Et ne veluti lucerna contecta sub modio, sed hominibus luceret in mundo, quantum fuerat sublimis meritis, tantum clarere cœpit insignis miraculis. Ejus namque beatissima fama pervenerat usque ad Francorum Regis palatia, quorum tunc erat Rex valde timendus Teudericus, Clodovei filius, cujus oculus subiti doloris nimiis cruciatibus ita est correptus, ut nullis diversi generis medicamentis ad sanitatem pristinam ullus eum posset perducere medicus. Unius oculi lacrymabilis ægritudo, oculorum multorum lacrymas excitavit in populo; Regis animum exitus incerti conturbant: hinc tangit formido mortis, illinc magnitudo doloris, hinc metus amittendi luminis, illinc imminentis timor deformitatis. Nam si Rex adforet luscus, maximum in populis fuisset dedecus: aut enim turpiter regnando deformi-

tatis

Ex Mss. tatis portaret opprobrium, aut perditione oculi forte perdidiſſet & regnum. Unum ergo reſtabat Regi conſilium, ut ubi ceſſaſſet humanum remedium, hîc adeſſe neceſſe erat divinum adjutorium. Audiens igitur Rex famam venerabilis Abbatis Teuderici, juſſit eum ad ſe vocari: & cum veniſſet, oſtendit ei morbum miſerabilis oculi. Monſtrat pœnam quam patitur, prævenit pericula quæ veretur. Supplex depoſcit, ſubnixus rogitat firmiter ſanitatem, quam à Domino per ſuum ſervum deprecatur. Tunc vir Dei ſciens virtutem non eſſe humanæ fragilitatis, ſed divinæ operationis, corpus ſolo ſternit, animum ſuper ſidera erigit, totum ſe orationi committit. Deinde peracto ferme unius horæ ſpatio, certus quod oculo Regis lumen impetrare meruit, orationem finivit: tandemque ſurgens, erecto ad ſidera vultu, ſanctæ Trinitatis nomen invocat, olei ſancti paululum ſummitati pollicis infundit, oculo male habenti ſignum ſalutiferæ crucis imprimit, ſimulque, cum ſanitate priſtina, confeſtim lumen reddit Regem regum magnificat Rex lætus: lætitia repletur populus, ingenti exultat gaudio univerſus ſenatus. Laudatur Teudericus Dei ſervus, glorificatur ab omnibus mirabilis in Sanctis ſuis Deus. Convocavit Princeps primates populi: ſeque ipſum accuſat, quod tam tarde inquireret atque cognoviſſet virum Dei. Congratulatur quoque de magnitudine miraculi, quod tam citus ſenſit virtutem ſpiritalis medicamenti, ita ut nullius cicatricis veſtigia, nullius caliginis reliquiæ remanerent, ſed clariore lumine & perſpicaciore viſu de ſanato jam oculo luminoſi radii refulgerent. Exultat omnis ætas per totum palatium, una vox exultationis & confeſſionis ſonat per univerſum regnum, cum Teudericus ſervus Chriſti Teudericum Regem reddidit ſanitati. Per multum tempus laboravit in vanum invalida manus medicorum: iſte pauper clamavit pro divite, & Dominus exaudivit eum. Quod potentia non valuit divitis excelſi, hoc C apud Deum valuit oratio humilis juſti.

Humilitatis ergo nomen immutat.

7 O quantis honoribus Rex ſublimaret Dei ſervum, ſi vellet! Quantis muneribus repleret, ſi cuperet! Quantis dignitatibus remuneraret, ſi ſineret! Quid enim oculo carius, quid ſalute utilius, quid vita comparari poteſt pretioſius! Vel quid haberi pulcritudine deſideratur avidius? Numquid enim non dediſſet pro vita, ſui regni dimidium, qui ſi moreretur, perdidiſſet totum? Sed humanæ laudis, & mundanæ retributionis contemptor, gratis dare maluit quod gratis accepit Atque vir magnæ humilitatis ſtudioſus, cum plus curabat ne Regis eſſet univocus; ait ad eum, dicens: Domine Rex, quia Teurdericus nomen tuum veneranter vocitatur à populo, ego ſervus tuus, ne feram nomen ſimile, de cetero, non Teudericus, ſed vocabor Teoderio. Tunc Rex gratulanter admirans, & admiranter congratulans puriſſimæ ſimplicitatis humilitatem, atque ſimpliciſſimæ humilitatis puritatem humillimam, venerabiles manus deoſculans ſacerdotis, poſtulat benedictionem, atque honorificè juſſit eum ad ſuum deduci monaſterium. Ex hoc igitur uno demonſtratur, quanta curationum gratia fulſit in ſancto Theuderico. Quantas namque tum cerneres ad eum confluere debilium multitudines, quæ ſine mora temporis continuas reciperent ſanitates! Cæcis quoque viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum D reſtaurans, aridas contractaſque manus relaxans, à dæmonibus obſeſſos liberans, nocendi diabolicas fraudes per divinæ medicinæ deſtruxerat artes.

Multa miracula.

8 O multum felicem gregis Domini paſtorem, cui datum eſt corporibus, ſimul & animabus conferre ſalutem! O triumphalem ſpiritalis belli ductorem, mundum cum ſuo principe ſuperantem! O Patrem piiſſimum multorum monachorum! O fideliſſimum in domo Patris familias proferentem nova & vetera diſpenſatorem! O perſeverantiſſimum in Dei famulatu, uſque in finem, ſuæ ſuorumque ſalutis cupidiſſimum comparatorem ſanctum Teudericum. Qui vitam angelicam in terris agens, & mentis intentionem in cæleſtibus figens, in diebus ſuis per juſtitiæ meritum placuit Deo. Tunc plures inſtruxit diſcipulos, & nunc innumerabiles imitatores ſuo ſaluberrimo informat exemplo, qui poſt multarum virtutum opera, poſt mira oculorum inſignia, bono certamine ad victoriam perducto, felici curſu, conſummato, ſuis plangentibus monachis, obviantibus ei Sanctis, gaudentibus & perducen- E tibus eum angelis, die Kalendarum Juliarum cum gloria migravit ad Chriſtum. Cujus audita pretioſiſſima morte, præfatus Rex Teudericus ad monaſterium properanter venit cum magna multitudine, & prædicti beneficii memor, & ſuæ ſalutis non immemor, ad tumulum corpus beatiſſimi Abbatis Rex propriis evexit humeris. Nec mirum, ſi rex hominum illius membra commendet tumulo, cujus animam cum gaudio Rex regum ſuſcepit in cælo. Ad cujus etiam venerabile ſepulcrum divina virtus uſque in hodiernum diem multimodam operatur ſalutem: per cujus nos omnes depoſcimus patrocinium, ut miſericordiam habeamus ad Dominum, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum.

Sancti elogium.

obitus.

& ſepultura à Rege procurata.

VITA ALTERA F

Ex Mss. S. Mariæ Bonifontis Valcellenſis, Reg. Suec., Belfortii, & noſtro; collatus cum edit. Mabilionis.

PROLOGUS.

a Vitæ Sanctorum utiles.

MEmoranda *a* ſanctorum Patrum exordia & admiranda miracula, cum ad poſterorum agnitionem & utilitatem ſtylo traduntur, quæ viſa ſunt vel audita relatu veriſſimo, honor Sanctis exhibetur, fides credentium accreſcit, inimicus humani generis, pœnis æternis plectendus, confunditur, & Chriſtus factor & redemptor, qui caput & corona omnium Sanctorum eſt, in membris laudatur, magnificatur quotidie & glorificatur. Nihil *b* enim dulcius à Chriſtianis poteſt audiri, quam quando per ſuorum laudem Sanctorum, laus & gloria redditur creatori. Excitatur tunc ad promittentis amorem mens audientium, cum præſentaliter cernitur completio promiſſorum. Veraciſſimus namque eſt, qui per Pſalmigraphum promittit Spiritus. In memoria in- Pſ. 111. 7. quiens, æterna erit juſtus. Cujus etenim mundi

b

A di ab exordio memoriam juſti delevit umquam oblivio, imo cujus nomen juſti cum laudibus non vivit in ſeculo? Vivit prorſus & regnat cum Chriſto, cujus nomen felicitatis æternæ & vitæ cæleſtis ſcriptum eſt in ſempiterno libro. Ibi ſiquidem credimus ſanctiſſimi viri Theoderici * annotata merita, cujus ſuccinctè conamur & aggredimur pudice litteris infantiæ commendare primordia.

* *Gall.* Thierry.

VITA

CAPUT I.

De S. Theoderici ortu, inſtitutione ſub S. Remigio, ſervata cum conjuge virginitate, & conſtructo ab eo monaſterio.

c PAtre itaque *c* Marcardo & pago Remenſi villaque Alamandorum curte oriundus *d* atque ſecus pedes beatiſſimi Remigii educatus & adultus, quantum in ipſo fuit laudem ab hominibus non quæſivit, tumoremque mortalis gloriæ calcavit, plus ſuæ conſcientiæ quam vulgi opinionibus, & plus Deo quam ſibi de ſe credidit. Sed humilium exaltator atque ſe deprimentium erector Deus, ideo ejus laudabilem famam ac famoſiſſimam laudem longe lateque diffudit, ut exemplo tanti viri infirmiores corroborentur *e* ac cervicoſitas in altum de ſe confidens, proſtrata & colliſa humilietur, & juſti humilitas per ſecula laudabiliter exaltetur *f*. Ad excitandam itaque & magis magiſque inardeſcendam eorum utique fidem, qui caſtimoniam diligunt, & Deo per cordis munditiam placere volunt, hujus beati viri cunabula infantiæ, quibus inter cetera qualis ipſe futurus erat, declaratur, operæ pretium duximus recolere, inſerentes miraculum, quod ex tunc & nunc permanet, eritque à Chriſti dilectoribus digna ſui veneratione ſemper amplexandum.

S. Theoderici patria & educatio;

e

f

3 Fons ſiquidem ex die quo humanitas pueritiæ, ſeu ejuſdem cunarum pannuli cœperunt ablui, non ſordium jactu, non alicujus immunditiæ inquinamento, quod oculis haurientium offenſam daret, cum ejuſdem putei ſemper fuerit os patens, quolibet modo potuit inficI. Unde patet quia virginitatis & caſtitatis auctor Deus per prædictum ſervum futurum, præfatum fontem voluit purificare: ut qui templum corporis ejus incorruptum nævo pollutionis, jam ſua gratuita pietate ſanctificaverat, ipſe quoque puteum, quo infantiæ ipſius rudimenta fuerant lota, purum valde magiſque habilem ad potandum per ſuccedentia tempora cuſtoditet.

miraculum in fonte ubi panniculi ejus lavantur.

B

C

4 Beatus igitur Theodericus cum ingenti ſtudio legitimæ converſationis uſque ad annos pubertatis laudabiliter enutritus, jamque bonæ indolis adoleſcens effectus, juxta morem humanæ propagationis conſulto parentum perſuaſus, nomine tenus ſponſam cœpit habere, quaſi non habiturus. Sed ſponſi ſponſæque cæleſtis cupiens eſſe amicus, amore inviſibilium latenter inflammatus, mox de mundo mundique principe triumphaturus, ſtudebat fieri Dei cultor occultus. Hujus itaque Angelicæ munditiæ habuit in proximo, quo ſanaretur, medicum, quo juvaretur patronum, quo doceretur magiſtrum, beatiſſimum Remigium ſanctæ ſedis Remorum Epiſcopum, cujus temporis candidiſſima ac famoſiſſima claritudo, clariſſima miraculorum coruſcatio, non ſolum quæque vicina loca, verum etiam totius Europæ terminos aduſque Oceani limites illuſtrabat. Hujus denique beatiſſimi Remigii patris exemplis ſanctus Theodericus eruditus & jugiter irradiatus, ardens deſiderio virtutum, creſcebat in virum perfectum, & pro nihilo ducebat cum ejus concupiſcentiis mundum, quem cordis cernebat ſemper tendere ad interitum; illud ſedulo beati Joannis Apoſtoli non minus ore ruminans quam mente: Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ. Ergo quæ videntur omnia ei vileſcunt, quæ vero non videntur in deſiderio ſunt. Copulæ nuptialis amor amateſcit, & caſtitatis amor indulceſcit. Otia ſolitariæ pudicæque vitæ vehementer placent, carnis negotia nihilominus diſplicent, amor carnis ſpiritus amore ſuperatur, deſiderium deſiderio reſtinguitur. Hic creſcit quidquid inde minuitur, nihilque amori Chriſti præfertur. Abrenuntiat jam ſanctus vir mundo, amando pudicitiam; fœdus init cum Deo amante puri cordis munditiam, illud in pectore verſans præmium ſalutis: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Bellum itaque indicitur totius continentiæ hoſti, & ſingulari locus quæritur certamini. Perfunditur facies rubore verecundiæ, & reſerantur arcana cordis, ubi flagrabat amor pudicitiæ.

Parentum ſitu ſu conjugem ducit,

sed Remigii exemplo virginitatem colere ſtatuit,

Ex Mss.

1 Jo. 2, 16.

E

5 Tandem ergo ſanctus Theodericus alloquitur ſponſam, *g* & ad ſponſi cæleſtis hortatur amorem, perpetuamque pro virginitate pollicetur coronam & cælibis vitæ præmium, ſi ſequi ſe promittat, immaculatum agnum. Sed ſponſa adhuc tabeſcens amore carnalis deſiderii, ſpernit ſui ſalutaria monita ſponſi; mirabatur enim ſe ſubito repudiari, cum debuit conjux fieri; ægre ferens talia pati, antequam poſſet uxor vocari. Amaro animo reſpondet, cum ſe deſpectam videt. Cur, inquiens, ludibrio me aſcribis, quam amore propagandæ carnæ ſobolis lege humana deſponſaſti? Cur deſpicis amantem, quam generoſitas non degenerat, nec alieni domini ulla ſervitus ſubjugat? Quis te alienavit ut connubia teſpuas, procreare natos execres, pater filiorum vocari non adquieſcas? Forſitan ab alia pellectus, hæc vana mihi ſuades ut inſanus. Cumque jam Dei electus talia & multo plura à ſponſa auribus perciperet, & cerneret, quod ſua perſuaſio in animo ejuſdem locum non haberet; non conſentientem ſibi deſerit, atque pacificis ei verbis vale dicens: Non, inquit, ut aſſeris, me inſania tenet, ſed amore cæleſtis ſponſæ magis accendor, quæ quotidie parit filios cohabitatores & coheredes ſupernæ civitati Jeruſalem. Tu ſponſo utere terreno, quoniam mihi ſedet animo, ſic tranſire per terram hujus peregrinationis, ut ſequi merear agnum cantando novum canticum indefeſſa voce in cælis.

ad quam cum uxorem inducere non poſſet;

g

F

6 Hæc præfatus urbem Remenſem concite petit, & quamdam Abbatiſſam, cœlibem vitam ducentem, nomine Suſannam, quæ erat virgo ſacratiſſima, idem beatus perquirit, ſobrius ſobriam, virgo virginem, pudicus pudicam, quæque ſub prudentia beati ſummique Pontificis Remigii puellarum tum præerat congre-

Suſannam abbatiſſam conſulit,

Ex Mss. gationi. Femina virilis animi, virgo profundi consilii, consiliatrix altioris ingenii. Ad cujus quasi ad piissimæ matris mitissimos sinus sanctus se contulit Theodericus, indubitanter fidens, quia unde anxiando erat mœstus, tantæ virginis, cujus mens cælestia contemplabatur, consilio simul & consolatione foret vere quantocius lætitiæ restituendus. Interea ante pedes spiritualis matris, solo se sternens idem laudabilis vir, virgo virgini, Deo soli cognita pandit sui cordis arcana, & erumpentibus lacrymis gemitu conturbatur, singultu concutitur, atque salubre consilium cum subsidio precum subnixè precatur. Ad hunc compunctionis mœrorem devotissimi juvenis commota sunt viscera piissimæ matris, ac flenti compatitur, lugentem consolatur, mœrentem lætificat, & ut eum voti compotem faciat, Deum pietatis exorat. Communis itaque utriusque pater pius hac de causa ab utrisque consulitur sanctus Remigius, cujus eruditione & assidua famulatione in cunctis jam profecerat sanctus Theodericus, ut qui factus fuerat pridem vitæ cælestis instruendo demonstrator, fieret ei in his consilii salubris dator. Cujus per sapientissimum consilium, pro sponsa mittitur, præmium æternæ retributionis in virginitate perseverantibus ab ipso eidem demonstratur, & quia virginitas Angelicæ munditiæ semper amica est, Angeli quoque eorum quibus placent, semper vident faciem Patris, satis instruitur. Adquiescit denique, immo amplectitur sponsa sanctissimi Patris alloquia, dulcedine vitæ æternæ mellita, & se promittit, si mereatur Christo adhærere, salvam, pudicam, incorruptam manere. Lætus demum ardore castitatis sanctus Theodericus amplectitur sponsam, quam videbat à voluntate sævientis inimici & carnis voluptate ereptam & opifici Deo, tenella fragilitate calcata, singulari castitatis amori mancipatam. Ecce patet liquido, quantum jam Sanctus flagrabat cælesti desiderio, qui dolebat, si sponsa terreno viro jungeretur, utique virginum consortio, agnum sequentium immaculatum, privaretur. Rectè ergo pars istius meriti, simul cum Patre spirituali, sancto scilicet Remigio, asseribi potest & Theoderico; quia si ipse non clamaret, forsitan sponsa virgo non permaneret. Consuluit, oravit, & obtinuit, ut sponsalia manumissa in terris, centuplicato fructu utrisque repræsentarentur in cælis.

cujus, & S. Remigii hortatu

etiam uxor virginitatem vovet.

7 Prosequamur præterea sancti viri virtutum opera, quem Dominus ad hoc sublimavit, ut in eo & per eum sua miraculorum ostenderet insignia. Est silvula tribus à civitate distans milibus, sita in monte cui vocabulum est Or: in quo visum est venerabili semper in divinis fulgenti patri Remigio ædificari cœnobium, ubi catervam monachorum sub beati Theoderici regimine, quem videbat jam exemplo virtutum vigere, coadunaret Deo militantium. Ad hunc ergo locum mittitur providendum pastor futurus cum sancta virgine Susanna beatus Theodericus, abstinens cum abstinente, virgo cum virgine, ut quibus erat devotio castitatis in cælestibus, esset similiter per eos locus orationum in terris reperiendus. Conscendentesque silvosi montis verticem, circumferebant oculorum aciem exorando divinam providentiam, ut cujus instinctu hæc fuerant inspirata, misericordia visibiliter forent demonstranda, quo in loco vel qualiter construi deberet situs monasterii, ubi orationis domus, vel domatum adjacentium, ubi deinde septa claustri sive portarum poni fundamentum. Hæc illis animo, supplici voto, volventibus, subito mittitur de sublimibus aliger, in similitudinem aquilæ, Angelus, à quo beato Theoderico cælum scansuro consignaretur in terris locus. Qui mysticus ales spatiando gyrans, & gyrando volans, non ea pernicitate, qua illud volatile ferri solet, sed amica familiaritate lentis volatibus monasterii locum, quantum in ipso fuit, secans aëra designavit. Et ut manifestius patesceret, quid Dominus vellet, fere unius horæ spatio, supra ubi ecclesia construi debuit, sanctis virginibus intuentibus, remigio alarum stetit summisso. Intelligunt devoti cultores Dei continuo, divinum esse missum, & sancto patri Remigio referunt rei eventum. Utque ne hoc ab incredulis, quasi casu contigisse, & non divinitus, crederetur, quadriennio ipso die natalis Domini, cum nox patitur detrimentum lucis, & auroræ fulgor coruscat, supervolando monasterium, continuatim jam perfectum, eadem aquila, vel potius in ejus specie Angelus, mirantibus plurimis cernebatur, ut pateret cunctis, divinâ providentiâ, & non humanâ, eumdem locum mortalibus tali signo fore ostensum, & Deo ad filios adoptionis procreandos spiritaliter & erudiendos doctrina scientiæ Dei, acceptum. Dignumque erat, ut qui misso cælesti consignabatur, tales haberet cultores, quos proba conversatio & mira virtus efficeret æternæ coheredes vitæ. Qui locus à duobus vasis munditiæ virginibus, sexu disparibus, sed animo æqualibus perquisitus, ac in specie aquilæ ab Angelo demonstratus, à Deo conditore & creatore omnium, dono charismatis creditur consecratus.

cui angelus locum designat.

Mittitur cum Susanna ad construendum cœnobium

8 Ad transmittendas igitur vel elevandas animas ad amœna æternæ felicitatis loca, misso cælesti prædictus mons, qui Or *h* recte vocatur, sæpissima apparitione & illustratione demonstratur. Or siquidem lumen, vel iracundia, sive montanus interpretatur. Bene utique: de ira enim sævientis leonis, qui indefessè quærit de grege Domini, quem atris faucibus devoret, eripiendi inibi erant, & in montem, cælum scilicet, quo Sancti cum Christo regnant, ubi quotidie auxilium ab ipso petimus precatu supplici, sublevandi, atque lumini perpetuæ felicitatis æternitatisque gloriæ reddendi, quo obscuritas terræ mortis abest, sed lux indeficiens tranquillitatis cum gaudio & diuturna pace manet, & præmia meritorum ibi singulis pro factis recompensantur, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, præparata à Deo diligentibus se. In monte denique altero Or rupis à Moyse, quæ usque hodie ibi monstratur, percussa fuit, & populis aqua affluenter largita; in hujus vertice Or montis aqua salutaris & fons saliens, doctrina scilicet divinorum dogmatum & eloquiorum sanctorum, filiis Ecclesiæ sacro fonte renatis & cibo potuque spirituali pastis, quotidie profertur & administratur. In illo rebellium corpora, de petræ duritia refecta sunt aqua, in isto latice assidue replentur corda. In illo Sacerdos legis veteris Aaron defungitur, in isto Sacerdos novi testamenti sanctus Theodericus fulgens virtutibus, eodem die Kalendarum, quod valde videtur mirabile, quo ille in seculo migravit, hic in ipso resolu-

Interpretatio montis Or. h

tus

A tus carne veneratur & colitur. Bene etiam per indicem cæleſtem in ſpecie aquilæ locus coadunationis ſanctarum animarum, filiorum videlicet æternæ Jeruſalem in ſupernis ſitæ oſtenduntur, ut ibi in vaſis miſericordiæ, abjecto vetuſto homine cum operibus ſuis, juventus fidelium ut aquilæ renovetur.

ANNOTATA.

a *Purius cenſeo antigraphum noſtrum, ut cum aliis Mss. collatum eſt, quam ſint ea quæ conſuluit Mabilio; quod vel ex ſolo prologo colligi poſſet. Incipit ipſe, Memoranda* primùm, *ubi certe particula iſta plane redundat. Paulo inferius habet*, ſermone veraciſſimo; *magis placent noſtra, in quibus* veriſſimo. *Sic ad locum Pſalmographi peſſime ſcribit* promittit Spiritum, *ubi ſenſus clariſſime exigit*, promittit Spiritus.

b *Confer hæc & ſequentia pleraque cum vita antiquiori; & plane perſpicies, totam ferme ipſam in hanc transfuſam eſſe: atque idem ferme dicendum de Flodoardi cap.* 24, *ex illa etiam pro majori parte accepto, ut in Commentario prævio*
B *notavimus.*

c *Rectius hic iterum, quam in edito, ubi fruſtra repetitur:* Igitur beatus Theodericus *&c.*

d *Adducit hic Mabilio verba Flodoardi ex citato cap.* 24, *lib.* 1 *Hiſt. Remen. ubi de S. Theoderico ſic ait:* Ortus autem pago Remenſi, villa, ut traditur, Alamannorum Corte, patre latrone, veluti roſa ſpinarum procreatur horrore. *Confer num.* 9. *Alammanorum Curtis, vernaculè* M'nancourt, *tribus leucis ab urbe Remorum Sopiæ amni, vulgo* Suippe, *impoſita eſt.*

e *Hic iterum male in edito* corroborarentur. *Errata id genus plurima occurrunt; ſed ejuſmodi minutias curioſioribus lectoribus excutiendas relinquo. Liquet, quod initio dicebam, Mss. noſtra Mabilonianis puriora eſſe.*

f *Aliqua in edito ex priori vita inſeruntur:* Qui enim fortia quæque *&c. Sed ea à Mss. noſtris omnibus plane abſunt. Sic rurſus alia in fine numeri tertii, quæ paulo diſtinctius exprimere operæ pretium non eſt, cum ex unius ad alterum comparatione manifeſte appareant.*

g *Sufficiat lectorem hîc denuo curſim monuiſſe, hæc omnia ex vetuſtiori Vita, ſeu potius encomio deſumpta eſſe; nec aliud occurrere, quod obſervatione dignum ſit, præter ſcriptoris vel ſcriptorum quæſitam eloquentiam, qua multis pauca dicunt.*
C

h *De monte* Or *ſeu* Hor *in Commentario ſatis diximus; excogitata ab oratore interpretatio & alluſio an probanda ſit, aliorum eſto judicium.*

CAPUT II.

De geſtis poſt ſacerdotium in converſione patris, ejectione meretricum, variiſque in vita & poſt mortem miraculis.

Sacerdos ordinatus multos convertit,

IN iſto itaque loco miles Chriſti Theodericus pater ſpiritalis plurimorum effectus monachorum, quæ virtutum opera egerit, & miraculorum inſignia, noſtri enarrare per ſingula non ſufficit libelli pagina. Denique ſumpto honore miniſterii ſacerdotalis ab angelico ſpiritali patre Remigio, implere volens officium nominis, cœpit omnibus miniſtrare verba ſalutis,

convertens eos qui deviarant per amfractus lubrici erroris, & revocans ac reducens ad viam paſcuæ paradiſi ſemper florentis; ubi redolent roſæ, & folia liliorum, atque vernant æquora aromatum omni jocunditate & venuſtate floſculorum *a*. Quia igitur jam Sanctus plurimis præerat & proderat, quos actio vitæ contemplativæ inflammaret, cujuſque veſtimenta erant candida, & oleum de capite non deficiebat, qui mane ſeminabat, nec veſpere ceſſabat: ejus animum cura Marcardi cariſſimi genitoris tangit, cupiens eum laqueis irretitum abſtrahere ſecularibus, & doctrinis ac ſacramentis informari cæleſtibus. Atque ut ſcriptum eſt, filius ſapiens lætificat patrem, & cælo regenerat ſe generantem, compos ſui deſiderii effectus, de laico monachum, de lupo ovem, de latrone datorem largiſſimum, & de ſervo diaboli, Chriſti fecit libertum. Ex Mss.

etiam patrem ſuum Marquardum.

10 In illis igitur diebus præclara Sancti per populos divulgabatur opinio, & ne lucerna contecta maneret ſub modio, ſed omnibus lucceret in mundo, clarere cœpit longe lateque glorioſis miraculis. Adhærens namque ſpeciali famulatu beatiſſimo Remigio, ejus in multis veſtigia, eum imitando, proſequebatur, ſciens illud Pſalmigraphi, quia cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris Idem etenim pater ſpiritualis, cui moris erat gregi commiſſo viſitationis curam ſolerter impendere, dum quadam die, ut erat ſolitus, cum beato Theoderico pſalmodiæ laudes decantando prædictum monaſterium viſendi gratia peteret, accidit ut tranſiens ſecus locum, qui Cedrius vulgo dicitur, ubi proſtibula meretricum erant; beati Theoderici in verſiculo pſalmi, quem canebat, vox faucibus hæſiſſet; peractaque, qua pro cauſa ibant, in redeundo eodem in loco, eodemque verſiculo conſuete ſubito ſpiritu intercluſo ſubſiſtit. Cui ſanctus Remigius: Miror, inquit, frater, cur repetito in loco, vel eodem quo prius verſiculo, contra morem animus quolibet diſcurrens, Dei in laudibus ſterum titubaverit. Non, Pater, ait, egregie, mens per devia quiddam mali cogitando, capiatur, ſed pro dolor! cum ſanctitas tua conſpectibus divinis in cælo ſit ſemper præſens, & Regum gratia terrenorum tuis juſſibus pareat, cur animas retibus innexas diaboli & fraude, pateris in præſentia tua perire & tuæ remunerationi abſtrahi, in profundumque baratri cum ſerpente ſeductore demergi? Scio enim, ſi vis, & pro certo vis, quia potes ſolo internuntio hoc Regis munificentia impetrare, & creatori ſuo oves circumventas, ac de fauce inimici ereptas, reſtituere. Nam tua ſuggeſtio, juſſio eſt, & Regum obtemperatio. Hac de cauſa Pater egregius, laude attollendo diſcipulum, exhilaratus, Regi ſupplicat, & locum cœnulentum, ubi diaboli exercebantur opera, ut optabat, impetrat. Expulſiſque omnibus, ad deceptionem animarum congeſtis, uſque ad ſolum latibula meretricum, quæ erant cavernæ dæmonum, ſicut ad præſens cernitur, ſubvertit. Et quoniam locus ille ſpurcitiarum extra erat civitatem poſitus, compoſitis infra muros domorum receptaculis, numero quadraginta ſanctimonialium, *b* quo & ipſæ meretriculæ erant, coæquato, inibi conſilio beati Theoderici fidelis diſcipuli collocavit, & unde ſumptus corporis victu quotidiano haberent, penes

S. Remigius ejus conſilio

E

Pſal. 17, 26

F

latibula meretricum vertit in cœno tum Virginum

ex MSS. largitatem Regis promeruit. Inſtituit quoque ut idem numerus ſemper maneret, & ſicut illæ lenocinii opus perficientes, & voluntatem dæmonum peragentes, reditus proprii corporis Domino terreno perſolvebant, ita iſtæ Regi cæleſti corporis & cordis munditiam cuſtodientes, cum fructu bonorum operum ſe ipſas repræſentarent. Ergo quia ſpiritus ubi vult ſpirat, & ardentes caritate facit quos inflammat, voluit menti famuli ſui cælitus intimare, quatenus ſpiritualem magiſtrum commonere faceret caritatis amore, ut animas, quas inimicus gaudebat adquiſiſſe, ſuo creatori redderet, & portio execrabilis diaboli minorata remaneret. Intelligeret etiam vir ſanctus, plenus Deo, licet meritis mortuos ſuſcitaverit, quod & in diſcipulo pars ſpiritus ipſius effulſerit. Inſpiratum eſt divinitus diſcipulo talia magiſtro ſuggerere, ut retributionis munus valerent à Deo utrique recipere. Magnus magiſter, magnus & diſcipulus, & poſt magiſtrum cumque magiſtro in hoc opere laudandus.

Ab eodem Sancto mittitur ad ſanandam Regis filiam, c

11 Defuncto autem Ghlodoveo magno Rege, quem beatiſſimus Remigius à ritu gentilitatis ad fidem Chriſti converterat, & ex ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperat, filius ejus Theodericus regni *c* gubernacula ſuſcepit, vir acer & agilis animo, bello potens & aſtutus ingenio. Ab orbe etiam univerſo ſemper venerandus, ævo florens, & miraculis coruſcans ſanctus Remigius, adhuc Remorum regebat eccleſiam. Hujus itaque Rex expertus plurimorum relatu virtutes, pro filia rogaturus, quam unico amore diligebat, quæque gravi incommodo tenebatur, miſſos eidem dirigit, obnixe deprecans ut ad eum veniret, & languore fortiſſimo ægrotanti, cum ſubſidio orationis manum imponeret. Sed ſanctus Remigius moleſtia quadam corporis detentus, beato Theoderico, quem piè caſteque enutrierat, & divinis doctrinis inſtruxerat, quemque gratia curationum repletum in ſpiritu videbat, cauſam negotii pro qua petebatur, ut pater divinus filio ſpiritali commendat. Qui juſſa magiſtri accepta cupiens ſolerter explere, iter arripit, & palatium Regis, credens divinam ſibi clementiam adfuturam, feſtinus puellam viſitaturus petit. Inter eundum denique medio itinere triſtes excipit miſſos Regis, qui aſſerunt, eamdem petiſſe viam univerſæ carnis, utque ne ampliori gravaretur labore, plurimis ſuadent verbis. Ille vero à cœpto non deſiſtens negotio, magiſtri conatur omnimodis parere imperio: venienſque Regis palatium, patrem triſtem, matrem mœrentem pro filia, familiam lugentem pro Domina, optimates dominorum cauſa dolentes repperit, pro puella ab omnibus cara, & tam cito lumine hujus vitæ privata. Quorum lacrymis & ipſe Sanctus permotus in lacrymas: Secedite, inquit, paululum & præparentur funebria: ego prorſus, pro quibus veni, procurabo explere obſequia. Cumque non alii, niſi quos juſſerat ſanctus Theodericus, in domo remanſiſſent, elevatis ad cælum oculis ſimul cum manibus, preces Deo in cubiculo mentis devotas, profuſa facie lacrymis & corde compuncto perſolvit: moxque ſciens ſe exauditum, ad corpus examine acceſſit, atque oleo ſancto, in morem reconciliantis, quinque corporis ſenſus, tactu pollicis illinit. Mirum in modum ſubito membra mortua in redivivam redeunt formam, oculi aperiuntur, vox reſeratur, & vitæ redditam ſimul cum ſanitate ſe eſſe, puella obtentu beati Theoderici omnibus prædicat. Accurrit Rex cum matre ſtupens miraculum, palatium omne exultat, familia gaudens tripudiat, dum vident vitæ iterum mortali redditam, quam plangebant paulo ante à conſpectibus humanis ſubtractam. Veneratur tunc Sanctus à Rege & proceribus, glorificatur à palatinis omnibus, & laude attollitur à turmis vulgaribus. Cujus animum jubilationis gaudium non perfudit? Cujus de circumſtantibus os lacrymæ lætitiæ non rigaverunt? Quis à gratuita Dei pietate potuit ceſſare? Qui ſic inter peccatores poſitum dignatus eſt ſuum ſervum honorare? Ecce lucerna jam pleniter accenſa plurimos per loca contigua, ſed & longe poſitos lumine claritatis ſuæ illuſtrat, & ad Dei amorem, abjectis mundi vaniatibus, efficaciter exhortando informat.

Regis ob beneficium gratitudo.

12 Rex itaque non ſolùm diſcipulum, ſanctum ſcilicet Theodericum, ſed & beatum Remigium cupiens dono munificentiæ ſublimare, Venderas * ſuper fluvium Maternam * reverendo Patri Remigio, Gaugiacum * vero villam, in pago Remenſi ſitam, præcepto ſuæ auctoritatis roboratam, ſancto Theoderico contulit, dicens: Hoc parvum munuſculum, præclare famule Dei, tibi & ſub tua gubernatione tuaque doctrina degere cupientibus, prompto animo conferimus; monentes & obſecrantes, ut dum hoc corporalibus augmentis creveritis, pro nobis & parentium animarum remedio, ac prole conceſſa, & ſtabilitate regni ſervanda, preces Deo in ara cordis, & quotiens ad altare acceſſeritis, toties offerre non pigeatis, quatenus unde vobis corporis robur adoleverit, inde anima paſtu ſpiritali repleatur.

* Vendieres * la Marne *Matrona* * Gueux.

Prædictum miraculum confirmatur.

13 Præterea intimandum eſt, ob eorum confutandam maxime ſtultiſſimam dementiam, qui in præſcripto miraculo aut titubant, aut ſecus quod eſt credunt, licet longo tempore poſt ejus venerabilem obitum res fuerit acta, ad præſens in medium proferre, quod præfatæ reſuſcitationis miraculum cartarum teſtimonio in archivo ſanctæ Remenſis eccleſiæ ſit repertum, & in præſentia Regis ac procerum ejus recitatum, quodque fortaſſis dubitatum erat ab æmulis & incredulis, ſit recolendum jugiter à diligentibus & credulis. Cultore itaque Dei & Sanctorum piiſſimo Karolo Rege, filio Ludovici Imperatoris, ſceptra regni Francorum nobiliter gubernante, quidam procerum ejus, nomine Agilramnus, ejus munificentiam expetiit, ut eum dato alicujus villæ honore ſublimare dignaretur. Exquiritur nomen pagi nomenque villæ, quo honor regius ſuo fideli poſtulato concederet. Ignarus petitor, inſcius & Rex dator, quæ multo tempore jam evoluto, beatiſſimo Remigio Remenſi Præſuli cum teſtamento cartarum fuerat attributa, Venderas villa ſuper Maternam ſita, à largitate Regis dari poſtulatur. Remorum ſedem venerabilis Hincmarus Epiſcopus tunc regebat; is audiens villam infiſcari jure proprietatis velle, quæ ejus Eccleſiæ ſubjecta dono regali dignoſcebatur, protinus præceptum traditionis per Gerardum ejuſdem eccleſiæ militem electum, Regi transmittit, evidentioribus ei demonſtrans indiciis, contra canonicam fiendum eſſe legem, ſi res Eccleſiæ traditas, divelleret, & juri alterius pro-

quam mortuam ſuſcitat.

A proprietati traderet. Quo in præcepto inſertum videbatur, quomodo Rex Theodericus pro reſuſcitatione filiæ à ſancto Theoderico, ſanctiſſimi Remigii diſcipulo facta, non ſolum eumdem Theodericum Dei ſervum honore prætulerit, verum & magiſtrum præſtantiſſimum, ſanctum Remigium, cui Dominus tantam gratiam contulerat, ut talem diſcipulum haberet, qui Spiritus ſancti dono, ſicut & magiſter, mortuos ſuſcitaret, honoris & magnificentiæ gratia villam Venderas tradiderat. Hæc ut regia poteſtas animadvertit, à traditione ſubſtitit, eccleſiæque meſſe ptopria conceſſit. Ideo hoc interpoſitum eſt, ut incredulus reſipiſcat & credens plus gaudeat.

Ipſius regis oculum curat.

14 Diſpoſitio igitur divinitatis Dei, qui fidelem ſuum ſervum beatum Theodericum tam admirabili facto prætulerat, & ſublimando declaraverat, miraculo miraculum adjungens, voluit eumdem ægrotorum, & male habentium fore midicatorem: ut ſicut alebat ſpiritali pabulo eſurientium animas, ita & corporum ſanandorum haberet curas, & ſitientium quidem animos poculo ſpiritali, languentium vero medicamine ſalutis recrearet. Accidit itaque ut ſupradicti Regis, cujus filiam ſuſcitaverat, oculus vi nimii doloris ac cruciatu immenſo in tantum corriperetur, ut nulla medicorum arte dolor ad modicum ſopiretur. Erat enim anguſtia intolerabilis, & ſpes medelæ penitus recuperandi ſublata à medicis, uniuſque oculi lacrymabilis ægritudo, oculorum multorum lacrymas excitaverat in populo. Conturbabant animum Regis incerti exitus, & Francorum, ne deturpatio ei proveniret, metuebat exercitus. Hinc tangebat formido mortis, illinc magnitudo doloris, hinc metus amittendi luminis, illinc admittendæ timor deformitatis. Nam ſi Rex æquale lumen oculorum non haberet, maximum populis dedecus exhiberet. Aut enim turpiter regnando deformitatis portaret opprobrium, aut cum perditione oculi, forte perdidiſſet & regnum. Unum ergo reſtabat Regi conſilium, ut ubi non valebat humanum remedium, requireretur divinum adjutorium. Tranſmittit igitur ſupplices miſſos ad venerabilem Abbatem Theodericum, ut qui fuerat filiæ ſuæ vitæ reſtitutor, fieret
C tam benigniſſimus, quam celerrimus ejus oculi medicator. Advenit ilico idem reverendus Sacerdos, oſtenditur ei miſerabilis oculi vulnus, monſtratur pœna quam patitur, nudantur pericula quæ verentur. Supplex ergo Rex depoſcit, obnixus rogitat, firmiter ſperat ſanitatem, quam à Domino per ſuum ſervum ſibi precatur conferri. Tunc vir Domini ſciens virtutem divinæ operationis eſſe, non humanæ fragilitatis; corpus ſolo ſternit, animum ſuper ſidera erigit, totumque ſe pro Regis oculo orationi committit, miſericordiam Domini, puro corde rigans faciem, fonte lacrymarum quærit, ſurgenſque poſt paululum ab oratione, placidum vultum oculorum ad cælum, ubi animum poſuerat, totum elevat, nomenque ſanctæ Trinitatis invocans, olei ſancti parum ſummitati pollicis infundit, & oculo male habenti ſignum ſalutiferæ crucis imprimit, ac lumen priſtinum Regi citius cum tactu in momento reſtituit. Regem Regum magnificat Rex lætus, lætitia repletur populus, ingenti exultat gaudio univerſus Senatus, laudatur Theodericus Dei ſervus, glorificatur ab omnibus, ut juſtum eſt, mirabilis in ſuis Sanctis Deus. Convocantur à Rege primates populi, de magnitudine congratulantur miraculi, cum in ſe gaudet Rex, virtutem per ſervum ſuum Theodericum renovatam, quam expertus ante fuerat in filia reſuſcitata. In tantum etenim ſubito operatio ſpiritalis medicamenti infuſa eſt oculo, ut nullius cicatricis veſtigia, nullius caliginis vel glaucomæ remaneret macula: ſed, mirabile dictu! ita eſt claro lumine radiatus, quaſi numquam fuiſſet oculus aliqua læſione aut caligatione contactus. Una vox exultationis & confeſſionis ſonat per univerſum regnum, cum Theodericus ſervus Chriſti, Theodericum Regem reddidit ſanitati. Quod invalida medicorum manus per multum tempus non valuit, pauper iſte mundo, & dives in Deo, pro divite clamavit, & quod flagitavit ſine dubio impetravit. Quod potentia non prævaluit divitis terreni, hoc apud Deum obtinuit humilitas juſti. Quid enim in membris oculo carius? Quid vita deſiderabilius? Quid ſalute vitæ comparari poteſt pretioſius? Vel quid haberi pulchritudine, deſideratur avidius? Numquid non dediſſet pro ſui vita regni dimidium, qui ſi moreretur perdidiſſet totum?

Ex Mss.

E

15 Maximis itaque honoribus Rex pro collata ſibi ſanitate ſublimaret Dei ſervum Theodericum, ſi vellet; multis muneribus repleret, ſi cuperet; plurimis dignitatibus muneraret, ſi ſineret. Sed humanæ laudis & mundanæ retributionis contemptor, quod gratis accepit, gratis dare maluit, nec quidquam terrenum aliquando accipere ullatenus conſenſiſſet, ſi hoc poſterorum neceſſitati valde competens eſſe non proſpexiſſet. Muneratus ergo jam dudum pro filia reſuſcitata de Gaugiaco villa, remuneratur nunc de Germiniaco * *d* pro ſalute oculi reddita, cupiens in iſto ſicut & in priori dono, ejus & futuris & præſentibus conſulere filiis in Chriſto. Ipſe enim nihil umquam terrenæ mercedis, ut paulo ante dictum eſt, niſi hi in cauſa eſſent, pro tantis recipere beneficiis adquieviſſet. Tantæ quoque humilitatis ſeu ſimplicitatis gratia vir Domini fuerat præditus, ut cum à Regis præſentia, ſupradicto munere accepto & ſumpto pacis oſculo, diſcederet; dixiſſe feratur: Domine Rex, cum
F tu honore potentiæ Theodericus Rex venerabiliter voceris à populo, ego tuus ſervus, ne nomen ſimile feram, de cetero non Theodericus, ſed appellabor Theodorio. Admiratur Rex gratulanter viri ſancti puriſſimæ ſimplicitatis humilitatem, atque ſimpliciſſimæ humilitatis puritatem humillimam, venerabileſque deoſculans manus, Sacerdotis poſtulat benedictionem, atque honorificè juſſit eum ad ſuum deduci monaſterium.

à quo novo prædio donatur,

d

*Germigny

& ex humilitate nomen immutat.

Multis claret miraculis

16 Ex his igitur & in his tam præcipuis miraculis ſanctus Domini Theodericus, fama diſcurrente circumquaque præcognitus, venerari cœpit ſpeciali conventu ab omnibus in regno Theoderici Regis conſiſtentibus. Quantas tunc cerneres ad eum confluere debilium multitudines, qnæ ſine mora temporis optatas recepere ſanitates. Cæcis nempe viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum reſtaurans, aridas contractaſque manus relaxans, à dæmonio obſeſſos liberans; mille nocendi diaboli fraudes per divinæ medicinæ deſtruebat artes. O multum felicem gregis Chriſti paſtorem, triumphalem belli ductorem, cui datum eſt corpo-

IX MSS. ribus ſimul & animabus conferre ſalutem! O tropheum ſpiritalis prælii reportantem, & mundum cum ſuo principe ſuperantem! O patrem piiſſimum monachorum, & ducem multorum ad regna cælorum! O prudentiſſimum in domo patris familias paſtorem, & talenti crediti à Domino fideliſſimum relatorem! Perſeveravit enim in Dei famulatu uſque in finem; & quidquid ore docuit, exemplis evidentiſſimis demonſtravit. Quique ſic deſpexit mundi labentia; ut ſemper cum Chriſto poſſideret cæleſtia. Qui ſiquidem confeſſor Domini Theodericus, poſt multarum virtutum opera, poſt miraculorum inſignia, bono certamine ad victoriam perducto, & felici curſu conſummato, vitam Angelicam in terris agens, & mentis intentionem in cæleſtibus figens, obviantibus Sanctis, gaudentibus & perducentibus eum Angelis, Kalendas Julii cum gloria migravit ad Dominum.

moritur,

17 Hinc in diebus ſuis placuit Deo per meritum juſtitiæ, & ideo fruitur cum fructu bonorum operum corona gloriæ. Hic diſcipulos doctrinis conſpicuis inſtruxit plures, qui ſalubri ejus informati exemplo & virtutibus præditi, magiſtri effecti ſunt imitatores. Cujus tranſitum audiens ſanctiſſimum præfatus Rex Theodericus propere ad monaſterium, ubi corpus venerabile humatum jacebat, cum plurimo equitatu ſupervenit, memor beneficii prioris, ſed & ſuæ non immemor ſalutis, ad tumulum, quem ſibi idem beatiſſimus Chriſti Confeſſor Theodericus vivus præparaverat, corpus ejuſdem, conjuncto venerabilium Chriſti ſacerdotum ſuffragio, propriis evexit humeris. Subſequitur funus beatum plangentium caterva monachorum, lamenta dabant per aëra conventus populorum, cum vident terræ in abditis theſaurum ſubtractum abſcondi, corpus ſcilicet beati Theoderici, cujus ſolamine & doctrina hactenus fuerant uberrime ſuſtentati. Fatetur Rex, nimio cum dolore animi præſentia tanti patroni privari, cujus beneficio in contrariis meritus fuerat medicari. Non eſt C mirum ſi Rex humanis compatiendo, illius membra commendat tumulo, cujus animam cum gaudio Rex Regum ſuſcepit in cælo. Ad cujus venerabile ſepulchrum divina virtus uſque in hodiernum diem ad laudem ſui multimodam operatur virtutem; cujus nos beatiſſimum depoſcamus patrocinium, ut miſericordiam habeamus apud Deum, cui eſt honor & majeſtas, imperium & poteſtas, cum Patre & Spiritu ſancto per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

ac Theodorici Regis humeris ad tumulum defertur.

B

ANNOTATA.

a *Sic tota S. Theoderici vita ferme ex floribus componitur. Hîc, ſi uſquam, locus erat geſta aliqua Sancti ſigillatim enumerandi, at ferme omnia generalibus terminis comprehenduntur, unde pateat, ſatis ſero collecta eſſe, quæ de S. Theoderico commemorantur.*

b *Virgines procul dubio intelligit: at Flodoardus citato ſupra lib. 1. cap. 24 pag. mihi 151 ait, S. Remigium*, proſtibula *illa*, *S. Theoderici ſuaſu*, ſubverſis fornicibus, in viduarum quadraginta congregationem permutaſſe..... ipſumque numerum viduarum pauperum manere, ut adhuc quoque manet, decreviſſe. *Manebat igitur idem viduarum numerus, dum ſua ſcriberet vitæ auctor, Flodoardo non longe poſterior.*

c *Vulgo nota eſt regni Clodovæi inter quatuor* D *filios diviſio, in qua explicanda quidquid laborent eruditi, ſatis conveniunt, urbem Remenſem Theodorico natu maximo ſubjectam fuiſſe.*

d *Confer hæc cum num. 7 vitæ vetuſtioris; facile perſpicies binas diverſas narrationes non cohærere. Diminutio nominis variè effertur, pro varia primitivi inflexione.*

MIRACULA

Ex editione Mabilionis, collata cum Mss. noſtris.

Mulier ad veſperam Sabbati laborans punita.

DEſidia igitur plurimorum vel raritate ſcriptorum, plurimis oſtenſionibus beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Theoderici miracula hactenus neglecta, iſtud quod per eum diſpoſitio divina noſtris temporibus operari dignata eſt donum, ſtuduimus commendare litteris, ad dinoſcendum, qui venturi ſunt, poſteris. In una itaque ſabbatorum ſcilicet veſpere primi ſabbati, poſtquam omnis Chriſticola debet à ſuo ceſſare *a* opere, accidit, ut quædam ſancti Dionyſii femina, nomine Giſlaidis, dum molam verteret manu, neceſſitatis causâ, ſua molendo frumenta, in curte ſuperiori ipſius beatiſſimi Chriſti Martyris villa, ubi fuerat orta & alta, manubrium quod tenebat, quóque molam vertebat, mox manui adhæſit, adeo ut à nemine poſſet divelli, ſed amputato ex utraque parte manus manubrio, cum detrimento tantæ confuſionis domum rediit. Compertoque quod ſanctus Dionyſius in urbe Remenſi eſſet, ad quam tunc temporis ipſe Chriſti Martyr pretioſus metu paganorum * fuerat allatus, arrepto protinus itinere, veloci curſu ſupervenit uſque ad pretioſiſſimam præfati Martyris Chriſti glebam: ad quam cum timore & reverentia accedens, magnaque cum fiducia & devotione ſe ſolo proſternens, deprecatur, ut ejus obtentu à tanta liberaretur intolerabili paſſione.

a E

*Normanorum.

ad S. Theoderici ſepulcrum curatur.

F

2 Cum autem hoc die noctuque poſtulaſſet, & jam nunc exinde remedium autumaret, apparuit ei in ſomnis, ut ipſa poſtmodum retulit, quidam habitu clericali indutus, ſcilicet in veſte candida, facie jocunda, capillo admodum albo, vultu pauliſper macilento, aiens illi: Surge hinc & vade ad ſanctum Theodericum, quia ſecunda feria, quæ eſt poſt cras, ipſius erit feſtivitas celebranda, & vide ne in domo ejus appareas vacua: ſed accipe potius ceram, prout tibi præſens ſuppetit facultas, & ſic ad cellam illius perge, ipſiuſque interventione obtinebis quod imploras. Expergefacta ac de viſione ſtupefacta & admirans infit: Utinam ex voluntate Dei ſit viſio iſta! & actutum præ gaudio ſurgens, haud aliter ac juſſa, fecit. Venit ergo ad eccleſiam Sancti in veneranda ſolemnitate ſcilicet ejuſdem beati Theoderici, tres hebdomadas habens, ex quo hoc illi acciderat: & ante mauſoleum ejuſdem ſe toto corpore proſtratam lacrymabiliter dedit, ac pro ſalute ſua preces effudit, totâque nocte ibi in oratione perſeverans, veniam de piaculis ſuis humiliter ac fidenter quæſivit. Interea dum ante ſepulcrum ſæpedicti Confeſſoris Chriſti jaceret, divina operante gratia per hujus Sancti meritum

A tum & interceſſionem cœpit manus feminæ ipſius paullatim à fuſte disjungi, & abſque læſione cujuslibet doloris pedetentim aperiri; ſicque denuò tota manus expanditur, & in momento tinius articuli; dicto citius, in pavimentum fuſtis elabitur, acſi ejus manui numquam adhæſiſſet. Multi verò qui aderant hoc divinæ potentiæ cernentes miraculum, quod in illa die oſtenſum eſt per beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Theoderici meritum, glorificaverunt Dominum in cordibus ſuis; qui ſemper eſt mirabilis in omnibus operibus ſuis.

b *Otberto monachio bonam mortem obtinuit.*

3 *b* Referamus & aliud memoriâ dignum; quatenus palam fiat, qualiter opituletur famulis ſuis beatiſſimus Pater & Patronus noſter. Fuit frater in hoc monaſterio, Otbertus nomine, qui antequam Gallia ob ſceletum enormitatem Hungarorum gladiis traderetur, ad extremum vitæ deductus eſt. Dumque certamina dæmonum pro ſe litigantium & eum ad interitum rapere conantium pateretur, almi patroni ſui S. Theoderici tandem ſe videt eripi meritis, dæmones verò per invocationem nominis Chriſti & Sanctorum ejus, à ſe cum magno ſtrepitu & indignatione recedere. Vi-

B dit etiam quemdam fratrem, dictum Bertricum, qui non longè ante deceſſerat; ſe crebrò viſitantem, conſolando quoque monentem; ne hic apud ſeculum ultrà manere cupiat; immò ad eum quantociùs ire gaudeat, ut ea quæ numquam potuit cogitare, valeat videre; quoniam ſi demoraretur in ſeculo diutius, nequaquam tantum malum vidiſſet aliquando, quantum viſurus eſſet in proximo. Cujus dicto probatio conſtat veritatis inſecuta: iſte ſiquidem levi dolore corporis tactus, ad eccleſiam properans, exitum ſuum precibus Domino commendans, fratres advocat, miſſam quoque, quam debito properantius celebrant, illos repetere facit; quæ viderat narrat & eos de ſervitio Dei ſtudioſius agendo & pſalmodiam cum devotione canendam monet: atque jam quaſi ſecurus & hilaris migrat. Poſt cujus obitum gens Hungarorum *c*, Galliam ingreſſa, cædibus, incendiis & rapinis pene cuncta devaſtat, ipſumque monaſterium flammis exurit; & proxima quæque circumpoſitarum ruinis fere villarum proterit. Intuemurque modo jam manifeſtè, quam vera fuerint, quæ ille audierat ex revelatione.

C

De fonte dudum noviter exorto.

4 In ſilvula, huic contigua monaſterio, fons

d *d* dudum noviter exortus eſt, ad quem febricitans quidam caſu deveniens, vidit ſuper ipſum fontem inclinatum quemdam ſenem in clericali habitu, aureum baculum in manu tenentem, qui cum ſonitu advenientis motûs ſe videretur erexiſſe à fonte; tanto iſte pavore concuſſus eſt, ut attonitus in terram caderet; & poſt modicum rediens ad ſe, ſurrexit, & ſplendorem, quâ ſenior abierat monaſterium verſus, magnum vidit; ſicque ſalvatus ab infirmitate ſua lætus abſceſſit. Cæci tunc temporis hoc in loco illuminati, nonnulli claudi erecti, muti locuti ſunt, & ſurdi receperunt auditum.

Ex edit. Mabill.

Item de miraculis ibidem factis.

5 Nuper quoque ordinato Hugone Remis Epiſcopo, quædam paralytica, quæ jacebat in civitate ad januas eccleſiæ S. Mariæ, Magenildis nomine, admonita per viſum, illo ſe deferri petiit, atque, ut aqua ipſius fontis perfuſa eſt, incolumitatem recepit. Quædam Adelwidis nomine, arida brachiis, ut eâdem lota eſt aquâ, ſoſpitate potita receſſit. Cæcus quidam de caſtro Moſomo, * tunc adveniens, mox * Monzon. ut eccleſiam S. Theoderici intrroiit, lumen recepit. Quædam paupercula de ipſo locò, ut oculos ſibi hoc fonte diluit, lumen quod à ſexdecim annis perdiderat, recepit. Fulbertus quidam brachium gerens aridum, ut ſe hac aquâ perfudit, ſanitatem brachiique recepit utilitatem. Tunc etiam quidam cæcus, nomine Amalricus, ibi viſum recepit, mox ubi ſe hoc fonte lavit. Aliaque plurima nunc ibi refulſiſſe probantur miracula & ex diverſis ægritudinibus diverſa ſunt collata remedia.

ANNOTATA.

E

a *Durabat ergo adhuc pia illa conſuetudo, qui fideles à veſpera Sabbati laborem manuum miſſum faciebant, in ſubſequentis diei Dominicæ reverentiam. Apud Gregorium Turon. in lib. 3 Miraculorum S. Martini cap. 33, mulieri manus arida facta legitur, quia die Sabbati poſt ſolis occaſum; qui nocti Dominicæ adjacet, panem voluit conformare. Meminit Flodoardus presbyter in lib. 4 hiſtoriæ Remenſis cap. 8, Tranſlationis corporis S. Dionyſii Remoſ, facta ob metum Normannorum, tempore Fulconis Epiſcopi, quo tempore hoc miraculum factum eſt, nimirum vertente ſeculo IX; ut notavit Mabilio.*

In Ms. noſtro Reg. Suecia appoſitum reperit Henſchenius, factum eſſe prædictum miraculum 888. Habetur idem ipſum in Mss. omnibus, atque in Flodoardo: ubi ſolum reliquis adjicitur, æque ac in codice noſtro Valcellenſi.

b *Deeſt hoc miraculum in Ms. Regina Suecia: Flodoardus habet lib. 1 cap. 25; & duo ſequentia miracula cap. 26.*

c *Flodoardus lib. 4 cap. 21, Hungarorum irruptionem refert ad annum primum Hugonis, poſtulati in Epiſcopum, id eſt ad annum Chriſti 936, inquit Mabilio.* F

d *Hæc quoque Mabilionis obſervatio eſt: prope idem monaſterium viſitur etiam nunc fons unus ad Aquilonarem plagam, ad cujus marginem exſtat crux antiquitus erecta, in qua depingitur Abbas in loculo, ſub cujus pede videas conchan fontis expreſſam, cum hominibus & cantaris inde bibentibus: ut veri ſit ſimile, non alium hic deſignari; quamvis hoc tempore non amplius frequentetur, diſtinguendus ab alio fonte, qui ex nemore proximo in monaſterium per tubos plumbeos dirivatur. Id unum ex antiqua illa fontis religione adhuc ſupereſt veſtigium, quòd in cratere quodam vitreo, argento incruſtato, quem S. Theoderici dicunt, infundunt vinum, infirmis contra varios morbos propinandum.*

Ex edit. Mabill.

ALIA MIRACULA

Ab Adalgiſo S. Theoderici monacho, ſeculo XII *ſcripta.*

Ex ejuſdem cœnobii cod. Ms. cura R. P. D. Juliani Nerman Prioris, eruta à Joanne Gelé, in quibus miraculis nonnulla minus utilia prætermiſſa ſunt

Ex editione Mabilionis.

PRÆFATIO AUCTORIS

B *Dilectiſſimis Dominis, patribuſque venerandis Cœnobii S. Theoderici in monte Or conſtitutis, ſervorum Dei minimus Adalgiſus perpetuam in Domino ſalutem.* Veſtræ juſſionis, amantiſſimi Patres, exſecutor eſſe cupiens, miraculorum glorioſi Confeſſoris Chriſti Theoderici volumen, licet tardus & ad alia negotia diſtractus, relegi; & quod eſſe minus videbatur, prout temporis opportunitas ſuggeſſit, ſeriatim ornare verbis ſtudui, atque præfixis modo titulorum capitulis, ut unumquodque eorum, ex ipſo capite manifeſtius appareat, adſignavi, vobiſque petentibus offerendum putavi. Igitur veſtra dilectio, amici ſtudio, quod impetravit opus, hoc editum excipiat, & aliis communicandum prius ipſa communicet & legat: ubi ſi quid perperam me locutum cognoverit, ſi quid minus providè, minus cautè, minus honeſtè, ſibi quæſo corrigat, mihi indulgeat. Ego namque, ſicut in remorſis dapibus aliquando fieri contingit, quo plurima diverſi generis naſcentia proponuntur, ſic in hoc opere inter alia mea meorumque opuſcula
C vigilavi, ubi cum plurima reliqui, hoc pro veſtræ caritatis imperio reſumpſi: ſi qua vero majora me aliorſum traxerunt, cœptum ſibi negotium deſerere coëgerunt. Quapropter ſtyli mei tenorem viſus ſum toties mutaſſe, quoties ad ea quæ dictanda fuerant, licuit recurriſſe. Sed ſi verba vilia videntur, tamen vilis materia non eſt: Dei enim virtus & Sancti ſui meritum laudatur in ea. Unde poſtulo paternitatem veſtram, ut hoc blande ſuſcipiatis, & pro me ad Dominum fundatis preces.

I. *Quomodo & à quibus corpus ſancti ac beatiſſimi Theoderici Patroni noſtri humatum ſit.*

IGitur beato Confeſſore Theoderico ad ſupernæ beatitudinis gloriam de hoc mundo vocato, Remorum venerabilis Archiepiſcopus Romanus, qui eo tempore à Deo ſibi commiſſam eccleſiam nobiliter regebat, Francorum Regem inclytum Theodericum cum ſacerdotibus & nobiliſſimis palatiniſque viris ad obſequium ſancti corporis adeſſe rogavit. Rex D autem pro gloria beati viri gaudens, ſed quia ſibi & mundo ſubtractum audierat, multum dolens, advenit, & collectis ſacerdotibus & cleri populique, quæ devota convenerat, non parva multitudine., ſacri corporis illius exſequias venerabiliter in territorio Remenſi in monte conſpicuo, qui ab antiquis Or vocabatur, celebravere.

3 Sed ne diu celarentur merita tanti viri, virtutum miracula in ægrotantibus continuò conſecuta ſunt, non ſolum in eccleſia, quam ipſe, cum adhuc viveret in hac luce, demonſtrante ſibi Angelo ædificaverat, ſed etiam in ea ſilvula, quæ in montis latere ad Aquilonem prope cœnobium ſita eſt. Ibi enim olim fons erupit ad honorem Sancti in populis amplificandum: ad quem cum ægroti venirent & ex eo lympham fideliter hauirent, invocato nomine Domini & ſancti Confeſſoris, illico ſanabantur. Itaque fons ille, ſicut fideles viri & qui utrumque videre, teſtantur, colorem & ſaporem Jordanici fluminis, in quo Dominus & Salvator noſter baptiſma ſanxit, retinere videtur. Nec mirum ſi virtutes in ea fiunt, virtute divina, quando & inſitas qualitates has ab E illo habet, à quo bona cuncta procedunt.

II. *De quodam febricitante, qui caſu veniens ad fontem Sancti, in illius viſione ſanatus eſt.*

QUadàm verò die febricitans aliquis ſecus eumdem fontem deambulabat, qui tamen de illo nil cogitatione volvebat. Erat autem ei letale frigus & calor, viciſſim compugnantes in imis oſſibus & medullis, ita ut fugiente frigore, deſideraretur idem. Calor enim ingens in immenſum debilia membra vaporabat. O quoties à ceſpite revulſit gramina, quoties ab arbore abrupit frondes, & cum nimio uretetur æſtu, jungebat membris, & nec ſic ardorem mitigabat. Sæpe verò nudatus veſte, ſolo cohærebat, ſed quæ naturâ frigida videtur terra, illius tacta corpore calebat. O miſeria! F Sæpe cum frigeret, induviis onerabatur ampliſſimis, & quæ æſtum concitant, potiunculas bibebat, cumque admoveretur igni, ante prunas etiam frigebat. In hac igitur anxietate mentis & corporis, ad jam dictum fontem deambulando venit: ſed cum adhuc eminus eſſet, contuetur ſanctum Dei Confeſſorem Theodericum in habitu clericali, ætate ſenem, virgam auream in manu tenentem & inclinatum ſuper fontem. Qui eum de inceſſu venientis ægroti, quaſi motus à fonte ſe revocaret, ægrotus ille nimio pavore concuſſus, in terram cecidit; oculos clauſit, & velut attonitus ad modicum manſit. At poſtea in ſe reverſus, quid paſſus fuerit ſenſit, & caput elevans, Sancti monaſterium verſus aſpexit, quo lucis lineam & quaſi nimiæ claritatis radium, quà Sanctus ierat, intuitus eſt. Ita denique ſanatus homo, febrem illam amplius in ſuo corpore non ſenſit. Cæci ea tempeſtate illo in loco illuminati, nonnulli claudi erecti, ſermonem muti receperunt & auditum ſurdi. Per hæc enim amator hominum benigniſſimus Deus ſancti ſui Theoderici gloriam mortalibus innuebat, unde & ipſe glorificabatur in Sancto, qui

Cæci, claudi, muti & ſurdi ſanati.

A qui glorioſus eſt in Sanctis ſuis, mirabilis in majeſtate ſua.

III. *Paralytica mulier, ab urbe Remorum veniens, ſanata eſt.*

TEmpus, locus & perſona narrationis noſtræ ordinem faciunt notabiliorem. Ludovico quarto itaque Francorum Rege nobiliſſimo regnante, & eo cleri populique votis annuente, Hugo *a* vir epiſcopalis Archipræſulatus apicem meruit in urbe Remenſi. Eo tempore miraculorum ſeges in monte Or ad memoriam beati Theoderici Abbatis, velut in agro cui benedixit Omnipotens, excreverat, quorum fructu fama diverſum volitans debiles & ægrotos uſquequaque refocillabat. Nam omnibus illis & rumor gratus, & ad Sanctum deſiderabilis concurſus. Quanto enim quiſque diutius languerat, tanto feſtinantius ſanari cupiebat. Inde catervatim ruebant, & tantam Dei laudem, Sancti meritum videre deſiderabant. Fuerunt verò & quidam quibus oſtenſum eſt in viſione, quò loco donarentur optata ſanitate. Horum quædam mulier paralytica, B cui nomen Magenildis, jacebat in Remorum urbe ad limina beatiſſimæ Dei Genitricis, ut ab introëuntibus eccleſiam ſtipem peteret ſubſidii corporalis; ſed neque fides aderat etiam cum ſalutem deſideraret, ut ſe ſanari precaretur.

6 Divina verò bonitas, quæ aliquos idcirco percuti ſinit, ut Dei opera manifeſtentur in illis, ſomno ſoporatæ in viſionem ægrotæ monſtrare dignata eſt mulieri. Quæ viſio non falſidica rem vanitatis innodans, ſed apertè denuntians, imperat ut ad montem Or, ad ſancti Theoderici præſentiam, ad fontem nominis ejus, ſicut erat infirma, ab amicis ſeſe deportare faciat, ubi frigido liquore tacta ſanitatem recipiat. Expergefacta mulier & ad ſe reverſa, de viſione tacitè meditari cœpit: & quamvis primò inane reputans ſomnium hæſitaret, tamen poſtmodum vel dubia ſpe gratulatur. Viſa eſt C igitur lætari miſera: & unde gaudeat attrita diutino languore, præſentes qui aderant percunctantur. At illa refert quæ ex viſione conceperat, quæ ab eis illico commonetur, ut minimè dubium, quod ei divinitus oſtenſum eſt, at verum credat. Narrantur etiam illi ægritudinum variarum genera ſine numero nuper in monte Sancti aquæ tactu fugiſſe, & penitus à poſſeſſis corporibus defluxiſſe. Tunc illa jam non dubia de ſalute, ſed fide firma credens ſe ſanandam, abducite, inquit, hinc amici quantocius, & quod mihi divina miſeratio dictavit, offerte me Sancti conſpectibus.

7 Illi itaque mox vehiculo morbidam ſubvehentes, & greſſu quo poterant iter accelerantes (optabant quippe viſum iri quomodo ſalus infirmis illaberetur membris) ad optatum locum pervenerunt. Viſa protinus unda fontis accendit deſiderium ſoſpitatis, & deſiderii creſcente flamma, accedentium roborabatur fides credendi ſumpta materia. Nam utrimque ætabunda agmina diſcurrebant, & de percepta jam ſalute, prout quiſque poposcerat, potiti gaudebant: eis qui nondum fuerant conſecuti, munus ſalutare deſignabant. At illi ægram nudantes & ut interius ſanaretur potantes, frigido fonte exterius perfundunt. O mira Dei virtus! quæ laſſis membris & toto corpore perdito, alieno ſubſidio, ut huc veniret, eguerat, ex gelido tore caleſcens ſubſtitit, & cum viſibili elemento, inviſibili gratia donata eſt. Tunc in ſe divina munera ſentiens, ad glorificandum Dominum viventem in ſecula, ſolvit linguam. Glorioſus, inquit, es Domine in Sanctis tuis, qui per beatiſſimi Theoderici Confeſſoris tui merita ægritudinem meam fugaſti & me perfectæ ſanitati reſtituiſti. Sit ergo nomen tuum benedictum in ſecula & in omnibus ſeculis ſeculorum. Cumque mulier de recepta ſanitate tripudians, laudes multiſonas Deo reddidiſſet, cum univerſo comitatu ſuo, remeavit ad propria, & omnes qui prius cognoverant eam paralyticam, ad amorem ſancti Confeſſoris permoti ſunt.

Ex edit. Mabill.

E

IV. *De quodam cæco, coram multitudine populi repente illuminato.*

ET populus, Sancti quidem miraculi viſor ad habitacula ſua regrediens, complebat vias, opida, rura, caſtella nuper in monte Or oſtenſæ virtutis honeſtiſſimâ famâ, & quicumque hæc à Deo per ſanctum ſuum Theodericum fieri audiebant, ad ſimile quid videndum ire ipſi cogitabant: ut quod per auditum capientes agnoverant, oculis contuentes, credibilius haberent. Ægroti ſane, & qui minus & qui amplius dolebant, iſti forte, quia facilius ſanari poſſe minores ægritudines putabant, ſpe majori nitebantur; illi verò difficilius aut omnino nihil mederi poſſe morbis gravioribus arbitrantes, aliquando deſperabant. Horum tamen multitudinis adeundi Sanctum unuſquiſque oportunitatem quærebat; cujus F autem facultati voluntas amplior adhæſit, is aggreſſus iter, ad locum citius pervenit. Sed ſenes, anus & pueri, quibus aut ſenectus vires ademerat, aut eas adhuc veniens ætatis ordo, non plenè contulerat, audientes Sancti miracula gaudebant & ad ejus præſentiam properare deſiderabant. At cum in membris debilibus robur omnibus abeſſet, ii quod ſuo quondam tempore talia non evenerant, dolebant. Unde & amiſſam juventutem plerumque votis imprecantes revocabant, pueri verò quod tantæ poſſibilitatis & ſuæ libertatis adhuc non eſſent, querelas effundebant, & juveneſcere velocius optabant, ut ad Sanctum pariter in unum properarent, atque ſanitatum genera, quæ per illum fieri credebantur, viderent.

9 Igitur ab omni provincia & de longinquis etiam partibus affluentes, Dei beneficia populi ſentiebant, & eum, qui per Sanctos operari mirabilia dignatur, glorificantes laudabant: Cum ergo eorum plures, qui nihil novi, niſi per auditum, ibi contigiſſe cognoverant, deſiderio flagrarent contueri, vel aliquam febrim ruere, febricitantem ſurgere, infirmum convaleſcere: vir quidam memorabilis, Amalricus nomine, adductus eſt (cæcus enim erat) & ecce gaudium magnum fit in plebe de tenebris futurum continuo per amplius de recipienda luce. Dicebant ergo: Modo, Deo gratias, hominem videmus, in quo Dei propitia-

Ex edit. Mabill.

tio per ſancti Theoderici merita conferetur, atque hinc hodie magis viſa beneficia quam audita referemus. Igitur ad fontem ſæpe memoratum cæcus deducitur, & undique turba coëuntę, propter undam videndus ſtatuitur. Qui poſcens vas, liquore ſalutifero plenum, libavit, oculos irroravit, terſit, vidit atque ſe videntes recepto lumine videns, ipſe cognovit. Gloria tibi Deus omnipotens, exhilaratus populus acclamat, qui cupientes, quærentes, amantes nos videre talia, per Sanctum tuum hodierno lætificaſti miraculo, præſenti muneraſti bono. Et homo quidem clare videns, cupiebat ipſe Deo dare laudes: ſed ejus una vox victa vocum multitudine, nec exaudita, conquievit. Qui tamen ſi quid de Deo, de Sancto bene cogitavit, hoc utique prout credimus, acceptabile ipſi Deo creatori fuit.

10 Fuerunt itaque pauci in illa vulgi multitudine, qui quoniam reliquis prudentiores habebantur, diligenti inveſtigatione quæſiere, cui potiſſimum iſtum ſalutiferum fontem valerent comparare. Multa quippe aquarum diverſitas memoratur, aliæ quidem ſterilitatem, aliæ fecunditatem, aliæ ebrietatem, aliæ ve-
B rò ſobrietatem, morbos innumeros aliæ, atque aliæ ſanitatem gignere referuntur. Rerum ſiquidem omnium creator ipſarum unicuique, inanimatis etiam corporibus, infinxit, ut unumquodque eorum, id ad quod creatum eſt, certa vel occulta ratione operetur, ſed univerſis fontibus dictorum aliquid innatum eſt. Unde cum Angelorum Dominus homo factus, verbo ſolo cæcum à nativitate ſanare potuiſſet, ſputo facto lutò illitum, ad aquas Siloë præmittere maluit, ut inde lotus cæcitatem perderet, lumen reciperet. Quare nulli aquæ magis videtur iſte fons congruere, quam ei, qui creantis gratiâ, tenebras effugavit, lumina reparavit. Ergo fons iſte aquæ Siloë comparetur. At cæcus ille Siloanus Dominum ſanantem, illuminantem agnovit; Deum Dei filium credidit & eum ſecutus eſt: hic autem qui à puero Chriſtiano nomine beatus, auctorem ſuum crediderat, modo receptis oculis, eum corde & ore, & ſi
C quid voce potuit, laudavit, glorificavit, veneratus eſt & ad propria reverſus eſt: ſed & omnes qui tanti miraculi contemplatores fuérant, Dominum Deum benedicentes ad habitacula ſua redierunt.

V. *De muliere, quæ à febri filium ſuum vexatum, ad fontem, beatiſſimo Theoderico interveniente, feliciter ſanum recepit.*

I Gitur auctore Deo, poſtquam beatiſſimi Theoderici Confeſſoris Chriſti merita, miraculis apertiſſimè prodentibus infideli plebi clarificata ſunt, & quod in ſuperna felicitate jam cum Chriſto glorietur, nullo dubitante; populus adveniens tam animæ ſalutem quam corporis feliciter expetebat; virtutum facies receſſit abdita, quæ prius in miracula, ſuperius memorata, efficaciſſimè apparens ſeſe dilataverat. Ad hoc enim miracula claruerant, quia ſigna erant, ut cunctis per exteriora dona pateſceret, quanta Sanctus æterna gloria coronatus, inviſibiliter in animarum ſalute operari poſſet: & D
hoc inſerto menti credentium, quia opus ulterius non erant miracula, ſatis utiliter ceſſaverunt. Et fons quidem in imis terræ viſceribus occultatus eſt, hec amplius in eo priora beneficia claruerunt, Sanctus autem numquam à miſericordia vel à beneficio conferendo ceſſavit: inviſibiliter enim ſemper operatur. Sed quia carnales difficile vel numquam ſpiritualia capiunt, ad informandos vulgi animos ut credant, aliquando viſibilia miracula opus ſunt.

12 Diu ergo ceſſantibus viſibilibus operibus Sancti, generatio, quæ tunc erat, moriendo præteriit & ad noſtra uſque tempora ventum eſt. Volens itaque Dominus Sancti ſui beatitudinem recenti populo manifeſtare, & ad ſe quærendum torpentia corda excitare, noſtris his diebus nova miracula per eumdem Sanctum dignatus eſt miſericorditer oſtendere, quæ plebes fidelium viderent, & Sanctorum Regem devotius glorificarent. Igitur in vico, qui Chaneia * dicitur, cum plures mulieres, tum etiam * Chagny, *in agro Reielliensi.*
una erat, quæ filium quem genuerat, in domo propria nutriens habebat: ſed hunc habere, quaſi non habere videbatur, dum puer febri valida incredibiliter vexaretur. Vexabatur etenim miro E
modo, ita ut viciſſim frigus & æſtus unum corpus miſerum vindicantes, modo tremere, modo palpitare, modo verò manare gelidum ſudorem à defecatis artubus, compellere viderentur, & cum tanto miſeriarum augeretur pondere, genetrici ſuæ per ſingula momenta videbatur mortem denuntiare. At illa lacrymis ſuffuſa flebat, & ſi quid opis afferre filio credebat, id ab amicis, à vicinis, à cognatis toto niſu quærebat, à tranſeuntibus etiam, quid febrim expellere poſſet, ſæpe rogitabat: & cum omnes opiniones eorum vel inventas à ſapientibus etiam medicinæ curas expendiſſet, nihil ſanitatis invenit in illo. Sæpe quidem membris, ardore letifero calentibus, gelidam ſuperfudit aquam; ſæpe clamanti, modo frigeſco, modo gelaſco, modo verò morior, paravit ignem, ut ſatisfaceret in hacce puero febre miſerabiliter alternanti.

13 Cum igitur horum nulla profuiſſent, & creber anhelitus, longis interceptus ſuſpiriis, interitum omnino minaretur (jam enim ſemivivum, quaſi futurum mox cadaver, corpus extenſum jacebat in terra) venit ex inſpiratione divina matri in animum, ut eum ad ſancti Theo- F
derici præſentiam deferret, atque de ſalutifero fonte illius, qui nuper terræ venis, ab imo ſcaturientibus, antiquum repetens ortum, divina miſeratione refluxerat, membra debilia filii perfunderet. Et acceptum ferebat, ſed diutino fletu ac mœrore continuo confecta, brevi reſedit itinere fatigata, & reſpirans ac properans pervenit ad locum, quæ quid ibi oraverit, quidve imprecata fuerit, cum ſuper orbis divitias prolis ſalutem optaverit, non eſt requirendum. Oravit autem, & ad fontem cum fide deſcendens; hauſit lympham, & ſuperfundens ægroti filii membris, repente vidit viſibile miraculum ſanitatis. Nam dicto citius fugit dolor, membra pallida roſeus recepit color, medullis, nervis & oſſibus puerilis illapſus eſt vigor, & puer denique ſtans & gradiens, receptæ ſanitatis lætitiam celare non poterat, nec volebat. Et mater hæc intuens ampliſſimè gaudebat, & tanta Dei magnalia laudare cupiens, præ nimia mentis alacritate in ipſo

A ipſo plauſu deficiebat : ſed huic tamen digno tripudio ſubito quædam præteritarum rerum pœnitudo ſeſe ibgerebat , videlicet quod virtutem Sancti ſero cognoverat , plurima fruſtra perdiderat , ſanandum tarde crediderat , quem modo fonteo liquore tactum ſanctiſſimè proſilire videbat. Et hæc igitur antecedentem filium ſecuta , eccleſiam ſancti Chriſti Confeſſoris Theoderici eſt ingreſſa , ubi utrelque nomen Domini Salvatoris pro recepta ſanitate benedixerunt , & Sancto vota voventes ad habitacula ſua regreſſi ſunt. Vicini autem & qui ægrotum priuſquam ſanaretur noverant , videntes modo ſanum & nullum febris veſtigium retinentem , ipſi etiam Deum benedixerunt , & ad Sancti memoriam tenendam , colendam , frequentandam animati ſunt.

VI. *Quemdam hominem aërius humor cæcaverat , quem Sanctus illuminavit.*

B TEracia vocabulum eſt cujuſdam nominatiſſimæ ſilvæ , in qua conſtat monaſterium
b de nomine ſancti Michaëlis Archangeli *b* ab antiquis olim ædificatum , propter quod villa quædam ſita videtur , quæ vulgo Aneïa vocitatur. In hac igitur aliquando vir quidam , nomine Hoſtrebaldus , qui una dierum operandi gratia in eam ſilvam ingreſſus , ſed repente tenebrarum ſitu cælum ſenſim caligante & denſa nebulâ totum inane deſuper obnubilante , viſus eſt homini craſſior humor ab alto defluxiſſe , atque ſibi os & pupillas oculorum infeciſſe. Cumque ſæpe manibus & veſte , ut clarius videret , ſiccare conaretur , amiſit lumen , & apertis oculis , cum adhuc diluculi tenebris illam ſuam cæcitatem imputaret , inventus eſt à quibuſdam : & ab eis interrogatus quid ibi ſolus eſſet , quid vias variaret , quid baculo protento ſemitam palparet , qui cæcus non eſſet , qui clare diem videret , acſi omnibus , uti ſibi cæcitas ingeſta nuper , eſſet nota , cum animi rancore & fletu nimio reſpondit : O inſenſati homines & perverſi , graviores beſtiis & feris ? illæ quidem , me plorante , me vociferante , fugiunt , & privato lumine fugiendo conſolationem præſtant : vos autem rationabiles homines & noti , dolores doloribus augere contenditis , dum ſic interrogatione cumulata ſub exprobratione loquimini , meque flente , ad fletus uberiores impellitis. Nos , illi inquiunt , quid facias videmus , quid autem patiaris , neſcimus : tu verò ſi quid eſt occultum manifeſta , ſi quid noxium , ſcire cupientibus enarra. At ille , matutina , inquit , nebula capiti meo ſuperfluens oculos clauſit , lucem negavit , tenebras induxit , & ecce nihil video. Nos , aiunt illi , nihil conſolationis afferre , nihil beneficii præbere in hoc tibi diſcrimine valemus : tantummodo te ad domum propriam reducemus , teque tuis cæcum , ut es , referemus. Igitur factis compenſant dicta. Reductus itaque homo per duorum annorum fere curricula cæcitatem illam paſſus eſt.

15 Ut autem in monte Or ad præſentiam B. Theoderici miracula ſuperdicta claruerant , cum circumquaque provincias , tum etiam villam ſuperius nominatam fama replevit. Et audiens cæcus , aliorum oculos lumen Sancti meritò nuper recepiſſe , gaudere cœpit quaſi qui ſperat & diffidit. Sed multis eî ſuadentibus ; ſit ire ; ut crederet , ut à Sancto ſanari poſtularet , ire perrexit , & veniens ad fontem præſentibus ſupplicabat (plurima quippe turba circumjacebat) ut ſibi liquor ille largiatur , quo , Sancto ſuffragante , dolores effugantur , ſanitas exhibetur. Effectum petentis oratio conſecuta eſt , hauſtum dehique liquorem cæcus ille devote cœpit ; libat , oculis infundit , & ad templum continuo devotionem ſuam pergit Deo commendare ſupplicationibus. Poſtquam igitur orando ſibi ſatisfecit , & forte Deo , reverſus iterum ad fontem eſt : ubi cum ſecundo gelidi fontis unda foviſſet oculos , tenebræ mox fugêre , lux hominem replevit : qui cum fontem videret , videret orbem , videret etiam turbam undique confluentem , quid ageret ignorabat , niſi quod ab his ſuggerebatur ei quos videbat. Univerſi verò qui aderant , ad monaſterium cum illo pergunt , & fratribus ibidem Deo famulantibus oſtentum gloriæ tantæ virtutis adſignant , & una cum eis Domino Deo laudum præconia ſolvunt. Et homo quidem , qui cæcus venerat , vota vovit & videns atque lætus ad propria reverſus eſt. Convicanei verò & quicumque hæc eo tempore videre & audiere , erga cultum Dei & Sancti memoriam excolendam devotiores extiterunt. E

VII. *Cæcus alius , fonte tactus , in monaſterium veniens , illuminatus eſt.*

EOdem itaque die , quo meruerat iſte * ſanitatem , cum jam veſpertina dei ſynaxis ſolveretur à fratribus , aliud magnæ virtutis miraculum per Sancti hujus meritum declaravit divina potentia. Niſiacus denique Regius fiſcus eſt , juxta quem villa , Diſeia vocabulo , ſita eſt. In hac itaque puer , Hagano nomine à parentibus humana lege procreatus , ingruente repentino dolore , cum quid haberet , adhuc rudis , edere non poſſet , oculorum cæcitatem incurrit. Parentes autem illius quid ei facerent , quid ſaluti ejus prece pretioque providerent , ignorabant , cum jam plurima curationis gratiâ adhibuiſſent , ſæpe namque matrona , lacte de papilla preſſo , infantis oculis inſtillavit , ſæpe linguâ lingens , herbarum ſuccos appoſuit , ſæpe etiam carmina de parte bona immurmuravit: ſed cura, quæ ceteros allevaſſe videbatur, nihil infantulo profuit , & omnes amici , cognati , vicini etiam genitoribus condolebant. Audientes autem , quia nuper à Sancto cæci tres, ſed & ante plurimi ſanati fuerint , nec non ab aliis infirmitatibus alii quique ſine numero relevati , parentes diem conſtituunt , quo ad hujus beatiſſimi Confeſſoris memoriam infantulus deferatur. Veniente verò die , ſine mora parvulum ad montem Or & ad fontem Sancti devotiſſimi , cum omni veneratione & fide deportant : & pro eo vota voventes & Sancti ſuffragia poſtulantes , fontis undâ totam parvuli faciem perfundunt. At ille flebat , & quid illi parentum devotio fieri poſtulabat , quidque virtus omnipotentis præſtare diſponebat , omnimodis ignorans , cum ſtridore nimio vagiebat. Denique eum ad monaſterium deferunt , & de Sancti patrocinantibus reliquiis adhuc cæcæ

* *agit de homine , altero oculo privato : quod miraculum omiſſum eſt à Mabillone*

faciei victorioſiſſimæ crucis Chriſti character *ſuperduci depoſcunt : quo peracto cæcitas omnis effugata eſt , luxque plena infantis orbibus infuſa eſt. Unde parentes gratulati , ſed & omnes qui tunc pariter audierunt , laudes omnipotenti Domino retulerunt.

Ex edit. Mabill. * Lege characterem.

VIII. *De ſurdo , qui veniendo ad ſanctum Virum , recepit auditum.*

ET opulentia virtutum Sancti cum ad longinquas quidem nationes , tum etiam ad proximas provinciæ Remenſis partes odore multifluo ſpirabat famam. Unde contigit , ut villam , quæ Fraximus * vulgò vocitatur , & eſt in territorio Vermandenſi ſecus Somenam * fluvium , perveniret. Erat autem homo quidam in illa , longo ante tempore ſurdus , qui cum vulgus promiſcuum gratulari & ad miraculorum S. Theoderici relationem capiendam attentum videret , verbis (quia qui non audire , poterat loqui ,) quid cælum ſuſpiciant , quid pectora tundant , quid lacrymas fundant , quid demum gratulentur , interrogat. At illi , quia B verba ſonantia capere ſurdus non poterat , ſignorum nutibus & voce , quamquam ille non audiret , ſurdos , cæcos , claudos & infirmantium cœtum à Deo in monte Or & ad Theoderici fontem ſanatos aſſignant. Et ille doctus talia capere ſigna , baculum ſumit , viam carpit , plurima cogitationum volumina mente revolvit , & incedendo & feſtinando ad montem propinquat. Hora erat , qua fratres ad laudem ſummæ Trinitatis congregati , æris ſolito clangore principium illius aſſignabant. Et cum montis in circuitu ſonus ille aëra repleret , ſenſerunt omnes quibus erat auditus in capite ſanus , ſenſit & ille cui paulo ante fuerat minime ſanus. O , Deo gratias , inquit , ô ſanctiſſime Confeſſor Domini , Theoderice , quam vera ſunt quæ de te prædicantur ! O utinam modo plane ſcirem ea quæ mihi convicanei mei nudjus tertius in villa noſtra referebant , quæque inter ſe conferebant , quæ ſignis incompoſitis deſignabant. Et certè mihi meus C animus proferebat , quia illi ad iſtas partes me venire volebant , me venire nutibus demonſtrabant , & ſurdos & cæcos & alios ab infirmitatibus multis revocatos , digitis numerum diſpoſitis innuebant. Sed quid multa mecum eloquor , veni & ſenſi Dei virtutem & Sancti meritum : unde , O utinam ad ipſos jam remeaſſem , & plene modo ſcirem , quid ipſi me monebant ! Narrarem quoque eis Dei collatum in me beneficium. Sed certè prius ad Sanctum perveniam , hujus terræ habitatoribus Salvatoris Dei magnalia referam , quodque per S. Theoderici deprecationem & audire meſear & audiri me credam. Tandem igitur homo vel iſta corde concipiens , vel ore profundens , ad monaſterium pervenit , & monachorum catervæ , quæ adhuc ad laudem Dei conſiſtebat , iſta denuntians , & effectu novo materiam glorificandi conditorem dedit. Nam his auditis & æra feriunt , & ore perſonant laudes Deo creatori , qui eſt benedictus in ſecula.

* Fraine * La Somme.

D

IX. *Puella , toto corpore paralytica , oratione & meritis beati Viri ſana receſſit.*

PIum eſt ſentire de Domino in bonitate & in ſimplicitate cordis quærere illum , de quo dicit Pſalmiſta , præparationem cordis eorum audivit auris tua. Ex vico Avenaio * puella fuerat , quæ toto corpore paralytica , octo annis lecto decubuerat , quorum ſpatio numquam manus ad os mittere , numquam ſe valuit in latus alterum deflectere. Hæc Altovillari * jam pridem invecta fuerat , ut Sanctorum patrociniis à pondere infirmitatis allevaretur : ſed rediit ab eis inefficax , eo quod alterius meritis curanda reſervaretur. Poſt reditum autem petiit matrem ſuam inſtanter & opportune , quatenus ſibi vehiculum conduceret , vel quodlibet pararet geſtatorium , quo viri Dei ſæpedicti ſæpiuſque dicendi Theoderici adire poſſet oratorium. Mira res ! penuria matrem arctabat , & contra filiam , ſuper eo quod non habebat nec modum habendi vel inveniendi ſciebat , querebatur , cum ecce puella , membris genuino refuſo vigore , incolumem ſe eſſe vociferans , gratulatur , & gratulabunda inſperato ſurgens , incolumitati ſuæ atteſtatur. Videres paulo E ante vehiculum petentem , nunc inopinato ſtupidam matrem præcurrere , præcurrendo matrem , montis Or fontem quærere , quærendo attingere , attingendo ſalubri lympha ſingula membra perfundere. Eas Domino ſanctoque patri in foribus oratorii ejus vota laudum perſolventes , pium erat audire & videre , fidelibus mirantibus ſuper immenſa Dei clementia , quia antequam invocetur , dicit , Ecce adſum , & frequenter nec ſperanti præſtat æterna beneficia.

* Avenay diœc. Rem.

* Hautvillier *non O. S. B. diœc. Rem. ubi S. Helena colitur :*

X. *Mulier ante triennium cæca , ſanata feliciter receſſit.*

IN Trevirorum diœceſi caſtrum eſt , quod Longuis appellatur , quod quidem ſitum eſt ſuper fluvium Charum , & undique ſilva circumdatur. Juxta hoc villa eſt Romaïs nuncupata , ex qua fuit mulier , Dodo nomine , oculorum lumine triennio privata : cujus recuperandi gratia circumduxerat eam vir ſuus per loca Sanctorum pleraque , ſed à nullo potuit remedium , quod expetebat , impetrare. Super hoc omnino deſperatis , viatores quidam fortè F obviant , qui ſalutatis eis & eorum rebus cognitis , primo monent eos , ne conſultus ſuos flocci faciant , deinde in monte Or , inquiunt , noviter repertus eſt fons aquarum , contra morbos & peſtes ſalutaris , non hominum modo , verum & beſtiarum. Si gnave facientes , præteritis laboribus illuc tendens iter addideritis , quis dubitet vel ignoret , quod miſerentis omnium Dei præcipuam largitatem illic invenire poteritis ; quoniam Sanctus , qui meritorum ſuorum excellentia obtinuit , ut rivus illic ſcaturiat , impetrabit , ut in ſalutem quærentium utilitatibus proficiat. Securi ergo de meritis ejus , immo ex Dei largitate iter , ut monemus , non ſegnes attentate.

20 His breviter peroratis , cogitur maritus à com

A compare, quæ cogebatur à lucis amiſſæ diſpendio, & properat uterque ad fontem, ut unà potiretur properanter ſoſpitatis remedio. At ubi ventum eſt, haurit uterque aquam in ſalutem ſalientem, lavat mulier & itinere quidem feſſa, ſed moræ impatiens, caput oculoſque diligenter & ſic obdormit juxta fluentem. Eo autem, qui nec dormit nec dormitat, miſerante à ſomno evigilans, quod diu optaverat lumen ſibi ſenſit rediiſſe, & marito exclamat ſtanti non longè: Gloria, laus & honor vero lumini Deo ſuper cæli lumine, quod optato video. Quanta hinc ſubito utrique orta fuerit lætitia, conjicere poteſt quilibet auditor ex ſe vel ex ſimili rerum convenientia. Surgit excuſſus â terra uterque, & reſumit ſua quiſque, liminaque templi accelerant ſubintrare, & ſummo largitori munificentiſſimoque Confeſſori gratias, pro acceptis beneficiis, gaudent recompenſare. Nec defuit actutum excitus fama facti plurimus plebis conventus, qui fratrum concors catervæ, cum eis reſonarent competenter hymnos & laudum concentus.

B

XI. *Eodem die claudus à matris utero puerulus inter manus genitoris erectus eſt.*

HUic divinæ munificentiæ addendum eſt aliud geſtum. Puerulus nomine Hugo Lauduni erat, quem uterus matris luci claudum ediderat. Hunc pater multo tempore mœrens, memorialis noſtri virtutum excitatus rumore, ſpe gaudens, humeris imponit, & ad fontem, ſalutis vicarium, multo ſudore, ob iter prolixum reſperſus, tandem deponit, & primum quidem totum pueri corpus perfundit lympha medicante, deinde ſacris ædibus infert eum, humilitate, pietate, devotione inſignitus, fide duce fidiſſima his tribus ancillante, quæ quatuor fœderans, quintæ ſcilicet paternæ petitioni, merita beati viri accerſivit celerrimæ ſubventioni. Nam ſubitò clamore & inſolita prece bajulati filii bajulus pater terretur, qui ſe erectum deinceps ambulare, nec ultra portari velle profitetur. Nonnulli aſtantes cum patre ſtupent, ſuper pedes ſuos conſiſtere, vacillare, tremere, incedere, quem noverant ex utero matris hactenus claudum; & accinguntur præconari magnalia Dei & reddere munera laudum.

C

XII. *Mulier contracta Sancti fontis aſperſione ſanata eſt.*

HUjuſmodi nonnulla frequenter ad eumdem fontem geſta ſunt, quæ ob ſui pluralitatem & ſcriptorum raritatem, flatibus ventorum & oblivioni tradita ſunt. Sed nos ea quidem quæ vidimus, nolumus negligere, ne illa, ut quam plurima, præperaret oblivio abſorbere. In Remorum urbe fuit mulier, Rothildis nuncupata, ſexdecim annorum ſpatio nervorum ſtupore & membrorum contractione debilitata. Ea domeſticorum manibus quotidie in porticum majoris eccleſiæ ferebatur, ubi alimonia tranſeuntium & maximè ſtipe canonicorum glorioſæ Dei genitricis alebatur, ut dictum eſt de nonnullis. Tandem rumore virtutum glorioſi patris animata eſt, & ad fontem medicantis aquæ vehiculo delata: cujus cuſtodes fide firma expetiit, ut membra debilia ſalutari lympha reſpergerentur. Quod ubi factum eſt, geminus vigor ſubito medullis refunditur & ſoſpes effecta, carpento neglecto, unde venerat, pede regreditur. Nos verò aſtantes & hæc vidimus & Dominum, qui operatur in ſanctis ſuis, jubilo cordis & vocis laudavimus. Ex edit. Mabill. *Auctor teſtis.*

XIII. *De Britannia Oceani ca- cata mulier veniens, meritis beati viri viſum recepit.*

EX inſula Britannorum oriunda, ſed Anglicæ gentis indigena mulier, multo tempore oculorum viſu privata, famâ fontis & harum virtutum excitur, ſumptoque duce itineris mare transfretat, & memoriam Sancti ingreditur. Triduum expendit cœnobio fontique, confitetur, orat veniam: ſed interdiu nequit impetrare ærumnæ ſuæ indulgentiam. Tunc jam quaſi deſperans & tædium perpeſſa diſponit retrocedere, atque infecto negotio licet anxia, prolixius iter, quo defatigari decreverat, iterando, accelerat finibus ſuis ſe reddere. Sumit tamen ex aqua fontis, & defert ſecum, donec vicum ingreditur, quem dicunt Culmiſſiacum *: quem ingreſſa validâ ſiti attentatur, quam facile propulſare poterat lympha ſalutari, qua onerabatur, quod & factum eſt. Sed proh dolor, reſtabat interior ſitis exteriori actior, quam utinam æquè propulſet fonte ſingulari, ſalubri quidem exterius, ſalubriori autem interius. Quod ut fieret, viſum eſt inſuper illi, oculorum luce carentium loca, ex eadem ſummotenus aqua irrorare, fide præduce, quæ cogit mentem, quam illuſtrat, & impoſſibilia pertentare. Nec mora, viſus admittitur, cæcitatis obſtaculum removetur, retrorſum ſubito torquet greſſum, ne ingratæ ſui lateant beneficia, & ſit ſigni teſtis & nuntia: quæ etſi obmutuiſſet, indicio tamen erat videntibus radius pupillæ clarus & purus & intuitus, quæ erant impræſentiarum. Redditis ergo pro ſalute adepta gratiarum muneribus, alacris ac tædii neſcia, prolixum iter remetitur, & ſuum repetit diverſorium, non alienis manipulata, ſed propriis fulta luminibus.

E

F

* Cormicy *diœc. Rem.*

XIV. *Quomodo clerici Laudunenſes voluerunt furari corpus beati Theoderici.*

BEatiſſimi Theoderici meritis ſuffragantibus, innumera beneficia præſtitit Deus cujuſcumque generis fidelibus ſummis & infimis, remotis longe & prope manentibus: quæ partim ſcripto ſunt in libris exarata, partim negligentia & oblivione oblitterata, partim memoriæ quidem nonnullorum commendata, ſed ne neſciantur, litterarum adminiculo necdum coarctata. Horum pauca diſpoſuimus, ne omnino à memoria, ut pulvis à vento, removeantur, ſcripto munire eorum auctoritate freti & fide, qui vel viderunt ea, vel à videntibus potuerunt audire. Majorum noſtrorum quidam narraverunt nobis rem omnino divinam & pietatis no-

Ex edit. Mabill. c bis, patrocinantis demonstrativam. Vir pie & laudabilis memoriæ pater cœnobii hujus Raimbaldus c, circumquaque manentibus egregie reverendus erat religionis famâ & opere. Is loculos recondendis corporibus beatorum Confessorum Theoderici & Theodulfi aptos compositerat, & ut devotionis benevolentiam ostenderet, quam erga Sanctos habuerat, auro & argento eos decorare intenderat, quorum membra primò pallium superextensum tegebat, tabulis tantum anterioribus & posterioribus mirificè decoratis.

13 Interea inter Laudunenses & prædictum Abbatem altercatio causæ super fundo quodam erat, pro qua finienda, ut corpus beati Theoderici Laudunum ferretur, oblata occasio admonebat. Illatum est ergo urbi & ab ejusdem clero & populo decenter & honorifice; ut par erat, exceptum, in majori ecclesia diligenter servabatur à clericis ejusdem ecclesiæ, nostris omnibus semotis: & illos quidem, ut nostros removerent, inopinatè fraudis commentum admonuit; quod non multò post manifeste apparuit. Nam duo illorum nocte cum ferramentis, operi fraudis suæ necessariis, sacras B ædes irrumpunt, irrumpentes sacrilega manu loculum viri Dei infringunt; effractum aperiunt, aperto manus injiciunt; sed manibus injectis, incomprehensibiliter Deo cooperante, corpus quod erat præsens; quia furari & exportare moliebantur, nec sentiunt, nec inveniunt. Super quo non minimam mentis consternati, ut notam confusionis effugerent; claustra effracta retegunt opportune & diligenter; ne quomodo, ne qua occasione, ne qua suspicione quisquam timaretur; & timendo agnoscere; quod egerant fraudulenter. Tanta fuit cautela eorum & diligentia; ut causa fraudis hujus diu lateret familiam Sancti; qui se luis servaverat, non suis occultaverat.

26 Nec multo post prædictus venerabilis Abbas, peromatis loculis; impetravit à Remorum Metropolitano, ut diem statueret conveniendi & indiceret circumquaque manentibus; quo Confessor pius & à suo loculo exponeretur videndus, & amplectendus religiosis, & in C eo veluti in requie perenni reponeretur ab illis. Cujus statuti conventus diem audientes duo illi, quos mirabilis Dei operatio, quæ ratione comprehendi non potest, à fraude sua nolentes averterat, Abbatem adeunt, verentes ne confusionis pudore indueretur, dum tempore constituto religiosis quibuslibet ostenderet Sanctum vellet, nec ille inveniretur. Sanè alios ex seipsis merentes, quos merito Deus privaverat, Electi sui cum inventione tum visu & invasione. Fatentur ergo reverentiæ tanti Patris cassos clandestinæ fraudis, nec pudet illos, vel insultantes thesauro suo privatis, vel consulentes eorum famæ & detrimento laudis. Eorum confessione Abbas primo turbatus; sed pietate patris à perturbatione sua citius relevatur. Nam jejuniis triduo continuatis, & cum precibus & suspiriis eisdem astantibus, loculus aperitur. Sanctus integer invenitur, oculis videtur, manibus tangitur: oritur duobus illis novæ admirationis confusio & familiæ Sancti antiquæ devotionis amplificatio; patronii quippe sui & erga se confluerant commiserationem ex præsentia sua & manifestatione, & erga illos indignationem ex absentia sua & occultatione. Omnipotens Deus super omnibus benedicatur; quæ in Sancto suo mirabiliter operatur. Amen. D

XV. *Miraculum de Egardo ſacerdote ſanato.*

d *Robertus comes Flandriæ cum Danorum regina apud S. Theodericum excipitur.*

INclyto magno Danorum rege viam universæ carnis ingresso; compar ejus Regina d Duci Siculorum iterato matrimonio jungi expetebatur: quam frater suus Robertus comes Flandrensium hujus rei gratiâ Siciliam ducens, per Franciam transivit & monteth Or ad hospitandum expetit. Quod audiens Rodulphus venerabilis Abbas ejusdem loci, collecto cœnobitarum suorum cœtu cum vexillis & apparatu ecclesiastico, decenter processit obviam, & honorifice utrumque recepit, Comitem scilicet ac Reginam: & exceptos introducit in cellam; immo in domum regiam. Nam vidisses in parietibus, paulò ante incultis, & in laquearibus, squalore pridem horrentibus, pallia imperatoriæ dignitatis; cortinis operosis superextenta, coruscare, & nihilominus stupuisses fulcra cælaturis, sculpturis, tornoque spectabilia. Stramenta quoque cum plumarum mollitie fulta, tum tectis purpureis superinduta, primoresque ingressos his insidere, hisque refoveri. Porrò sedilia quæque tapetibus, cum artificiali subtilitate, tum colorum varietate pretiosis venustabantur, pavimenti quoque facies pulvere suo detersæ ac virentibus quibus libet odoriferisq; [floribus] respersæ, ingredientibus ac residentibus suave redolebant. Præ ceteris placuisset tibi quamplurimum sedulitas puerorum, officiis domus à sapientibus sapienter dispositorum, qui honestate & ordine sese comitantibus providebant sollerter, ne quid deesset invitatis & recumbentibus; & ne quid per incuriam deperiret de sibi assignatis substantia, superlectili & utensilibus. E

28 Cum igitur omnibus rite ordinatis, inimitabili pater industria regium (ut ita dicam) apparatum discumbentibus ministrasset, non minus spiritum quoque illorum edulio suo refecit. Nam dilecti Deo beatissimi Theoderici vitam virturibus illustrem coram eis à fratribus lectam & expositam, quasi saluberrimum animæ ferculum illis apposuit, quod præ ceteris sumptibus & impensis uterque magni fecit. Communicato itaque consilio, patris eximii contubernales esse deinceps elegerunt, ut ejus patrocinio familiarius ab eo cogniti fruerentur. Quod ipse quidem, utpote divinitatis imitator, gratias omnibus impenderet. Sed rerum suarum à se factus heres & possessor, sibi jam velut emptoribus suis illud redhiberet. Cum benevolentia ergo & concordia utriusque hujusmodi habita deliberatione, & benignitate alterutrius sibi invicem spondente, munus quodcumque est ex me tibi proderit: Comes juris sui fundum, quod Harlebeccæ villæ proximum est, viro Dei supplicitèr attribuit. Quo facto, ut quantocius ad eumdem sibi sortiendum & jure perenni possidendum, Sanctus in loculo suo veheretur, benigne prudenterque consulit. F

Comes prædium S. Theoderico tribuit.

29 Post cujus & comitatus ejus abscessum, non distulit pater prædictus munifici Comitis consilio assentiri, & hujus negotii eventum experiri. Super quo Domni Rainaldi primi Remorum Archipræsulis assensum expetens, immo

Corpus Sancti deferur in Flandriam.

A mo ſuper hoc potiſſimum ab eo expetitus, litteris ejus cum ſigillo acceptis, quarum indicio Sanctus, quoquo gentium veheretur, ut par erat honoraretur. Cum apparatu non minimo, ſecum ſuum vehens patronum, iter arripuit, & ad locum prædictum perveniens, quæcumque Sancto oblata fuerant à Comite & Regina, nulla contradictionis mora interveniente, conſecutus eſt. Verum de Sancti viri pietate quid potiſſimum dicere, quid laudis meritis ejus dignum poterimus aſcribere? quocumque ibant, quocumque vir Sanctus ferebatur, opem miſeris impendebat. Nam revera medicinæ cæleſtis exſecutor quibuſque morborum venenis de mantica miſericordiæ ſalubre antidotum proferebat, & quaslibet moleſtiarum puſtulas ſcalpro aduſtionis divinæ inhibebat.

Miracula & curationes.

30 Ea tempeſtate ſacer iguis, quem Græci hereſipilam dicunt, divinæ animadverſionis index, Flandriæ incubuerat partibus, Chriſticolarum quam plurima multitudine, tam horribilis cladis verbere graſſante, partim proſtrata, partim gemente & præ doloris immanitate dentibus ſtridente, partim morte jam multata. Porro apud villam Curtracum quemdam clericum, cui Egardus nomen, eadem clades adeo invaſerat, ut à ſura ſub genu in pilæ modum conglobati nervi, talum dextri
B pedis femori connecterent, & à ſura uſque ad baſes ejuſdem pedis, os nudum & candens, ab igne ſacro exeſa carne, appareret, nec jam ſentiretur ipſe pes emortuus, quippe qui nullum officium jam exhiberet. Is ex litteris Metropolitani, quæ præferebantur, adventu viri Dei cognito, actutum cœpit præſagire curationis ſuæ conſecutionem: &, ut vates Jeremias, exæſtuare ſentiebat oſſibus ſuis ignem; id eſt ſubito ingenitam cordi ſuo ex devotione præſumptionem. Tandem optato adventu viri Dei & comitum ejus proceditur, & officioſiſſimè à fidelibus excipitur. Ex pietatis enim profuſione nonnulli lacrymantur, vota & ſuſpiria devotionis promuntur, in jubilo cordis & vocis laudes perſolvuntur. Vidiſſes Egardum tenere baculos pannis obvolutos, & his ſuſtentari, & vix procedere, ſed tamen celeres per ſpem præcedere. Vidiſſes eum interdum feſſum ſubſiſtere & ſubſiſtendo advenientem Sanctum præſtolari, ſed ad Sanctum præcurrentes mente
C præcurrere. Vidiſſes ſingulos pectora tundere, commiſſa fateri, pro commiſſis veniam petere, ſed mirareris oculos patroni noſtri, veluti ceteris averſos, Egardum ſolum intueri: nec minus ſtupuiſſes mentem ejus, velut ceteris tunc exploſis, Egardi ſolius miſereri: & qui fugiens in angulo eccleſiæ latebat, quoniam ſe impotentem & debilem à potentibus & valentibus opprimi verebatur, in medio eccleſiæ poſitus, angulo latens proferebatur.

31 Sed quid immoror multis, loculus altari ſupponitur & Egardus fuſtibus innitens è veſtigio ſequitur, luminaria ſuimet præſagus componit, & ante loculum ſpe gaudens accendit. Interea noſtri omnes, præter paucos altaris cuſtodes, curandis & reficiendis corporibus accinguntur, cum ecce debilis Egardi nervi à calloſitate, quæ ut diximus, ſub genu dextro in modum pilæ coaluerat, ſolvi cœperunt: & eorum quidem ſtrepitus per totam eccleſiam audiebatur, ſed ipſe tamen nullo dolore angebatur. Nec multò poſt poſitis coram cuſtodibus & ſtupentibus, velut eximiis pavimento proſternitur, & exinde laxatis in uſum ambulandi nervis, admonitus à circumſtantibus, trina circa altare deambulatione, ſeipſum æger experitur: ex qua deambulatione, curationis ejuſdem infirmi veritate comperta; prandentes cum magno gaudio accerſuntur & pro Sancti ſui mirabili operatione Deo laudes redduntur. Et ne cui ſcrupulus ineſſet de pulſa debilitate, erectus æger in medium deducitur, reſolutio nervorum omnibus oſtenditur, videtur & tangitur. Os quoque, quod exeſa igni caro nudum reliquerat, rediviva poſtulatione tectum eſt parva temporis intercapedine, ut nos ipſi vidimus, nulla ducti curioſitate, ſed pro tanti miraculi poſteris intimanda certitudine. Poſthæc Egardus plenè incolumitati reſtitutus, beneficii collati non immemor, relictis ſedibus ſuis, ſacram ædem montis hujus expetivit: ubi aliquamdiu commoratus, ſacerdotali dignitate ſublimatus eſt, & miniſter factus eccleſiæ beati Hilarii *e* in monte *e*
Or ſitæ, quindecim annis & amplius Deo devote famulatus eſt. Exinde jam quaſi theorematis ſolius inſpector, anno verbi pro nobis humanati M C XXIII habitu monachi indutus, & propoſitum imitatus eſt. Sic interventu curatoris ſui, mundi hujus effugit naufragium, & ut credimus, ſolidi portus adeptus E
eſt refugium, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui cum Patre & Spiritu ſancto ſemper eſt honor & imperium.

Ex edit. Mabill.

XVI. *Miraculum de claudo curato.*

Delatio reliquiarum an. 1102.

ANno Dominicæ incarnationis M C II. induximus animo porticum nobis neceſſariam ante valvas eccleſiæ hujus conſtruere; quæ cum plurima ex parte noſtris impenſis aſſurgeret, ſed conſummari negligeretur, privatim deliberavit ſacriſta noſter, ut loculus aptaretur pretioſis Sanctorum reliquiis, qui circumcirca deferretur, quatenus devota fidelium oblatione cœptum opus perficeretur. Qui decenter compoſitus, Sanctorum nonnullorum memoriæ, quaquaverſum ſub nomine beatiſſimi Theoderici ferebatur, nec tamen corpus ejus continebat: quippe quod integerrimum, id eſt ſine aliqua diminutione ſui, loculo ſuo conditum apud nos ſervatur. Ventum eſt ergo Catalaunis, & totius civitatis reverentiâ & devotione hominibus dilectus æque ac Deo excipitur. Excipitur ſane, quoniam, qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti E
accipit. Neque enim veritas poteſt fallere, nec fidelis hoſpes veritatis promiſſo debet carere: & ut Gregorius, ipſius veritatis præco, teſtatur, ſancti Martyres ubi corporaliter non ſunt, ibi plerumque majora operantur. Interea quidam adoleſcens Tebaldus nomine, claudus ex utero matris, qui in cœnobio principis Apoſtolorum *f* ſtipe alebatur eccleſiaſtica, audivit de patroni noſtri adventu & præſentia, *f*
nec diſtulit repere & ſcabellis ſeſe invehere, donec reptabundus ſtuduit loculo ejus ſuccumbere. Quo facto, ſubitò erigitur virtute divina & ejus ope fertur, quem non fert præſens libitina *. Hanc quippe manibus apprehendens, pro ſcabellis tenuit, & deinceps ſecutus eſt eam & ejus latores inceſſu, quo recens potuit, nec renuntiavit ſuis, ſed noſtros comitatus, ſacras ædes montis hujus expetivit, & manſit

Auctor teſtis.

* Id eſt *feretrum ſeu loculus.*

Ex edit. Mabill. sit apud nos duobus ferme annis :. quibus expletis, propria repetivit, & adhuc dum hæc de illo ſcribimus, vivit. O beatum virum, qui adhæret Deo & unus cum eo ſpiritus eſt, & ô nimis felices, quorum patronus eſt, ſi eum ſequantur, quem conſecutus eſt! Nam etſi ut ſtella à ſtella differt claritate, à ſuis differat, cum ceteris virtutibus, tum præcipue virginitatis gloria, modo tamen unitur ſuis caritate, & ſui unientur claritati ejus ſine invidia.

XVII. *Miraculum de lue extincta.*

* La veſle *Remos alluens.* SUper fluvium Vidulam * villa ſita eſt, quam Chalon dicunt. In ea Dominicæ incarnationis anno milleſimo centeſimo undecimo tanta efferbuit mortalitatis peſtilentia, ut habitatoribus ſubtractis, nonnullæ domus vacuæ remanerent, ſolitudine tantum inhabitante & mœſtitia. Quippe nonnulli ad veſperam ſoſpites, mane facto tumulandi efferebantur: frequenterque mane ſani, facto veſpere fauce mortis abſorbebantur. Luctus ubique, quoniam eadem erat facies vivi mortuique, unum tandem reſiduis inventum eſt remedium contra graſſantis peſtis juſtitiam. Compertum erat eorum pleriſque pernicitate famæ ac tacendi impatientiâ, quod lues hujuſmodi fugaretur Patris noſtri meritis & præſentia. Unde ſuæ conſulunt calamitati, licet ambigant utrobique, hinc de periculi evaſione, hinc de ſui voti conſecutione. Memorabilem tamen patris montis Or, Radulphum adeunt, cauſam ſuæ luis non diſſimilem inguinariæ Romanæ; licet non neſciret, ſingultim exponunt: pro qua ut vir Sanctus illo invectus, ſuccurreret morti proximis, lacrymabiliter petunt. Verum ille primo paululum cunctatus eſt, ſibi ſuiſque timens, dum illorum miſeretur; ſed mox ſuos conſulit, & illis inſperato petita pollicetur.

Lues anni IIII.

B

C 34 Sumptis igitur loculis prædicti patris & comparis ejus Theodulfi, comitante provinciæ adjacentis innumera plebe, vicum penetrant, quo infeſta lues debacchabatur. Pande, pande mirum, nec taceas veridica pagina. Hîc vicum penetrant luminoſi patres, cum pace duce ſalutifera, illîc fugæ conſulit tenebrarum parens, cum lue comite peſtifera. Hîc ingreditur cum compare ſuo comes veritatis pater, illîc fugæ conſulit & mors cum eo mendacii parens ſpiritus mendax & ater. Nullum intervallum huic ingreſſo & illi egredienti: quoniam diſpar erat cauſa fuganti mortem, ut vitam extinguenti. Quanta tunc fuerit jocunditas, paulo ante mœſtis, luce exorta cordibus luctu tenebroſis, quibus pandetur ad liquidum, niſi (quod abſit) idem perpeſſis.

35 Fugato igitur graſſantis peſtis principe & proſtrata ejus malitia, dux noſter & ſignifer optabili potitur victoria, & plauſu quidem laudis hinc inde concinente regrediebatur, cum ecce quaſi veſtigium proſtrati hoſtis victori ſupereſſe contemplatur. Ad quod propellendum agoniſta divinus accingitur. Nam Chanadium * villam, ſuperiori morbidæ pridem, ſed curatæ, contiguam, dum pertranſit, Litaldus quidam ex incolis, filiam contractam ex utero matris ulnis bajulans, loculo viri Dei ſuppoſuit. Nec mora, erigitur puſiola, gaudet & accurrit pater, innitentem adjuvat, & ut ambulet manu ſua manum ejus ſuſtentans, blande cohortatur. Sed ambulandi neſcia nunc titubat, nunc occidit, nunc erigitur, & his modis virtutem divinam in ea operari genitor lætus teſtabatur. Unde clamitant circumſtantes: erecta eſt, Deum ſuper hoc laudare oportet. Sed familia Sancti ne quid frivolum autumaret, hujuſmodi clamoribus noluit acquieſcere. Quid plura, à ſuis ad ſua dilecti Deo cum gaudio reportantur, & ſuper lue mortis exſtincta undique Dominum laudabant, & liberationi vicinorum ſuorum congratulabantur. Cum ecco octo diebus exactis, præfatus puſiolæ genitor manu ducens eam, valvas intrat hujus eccleſiæ, & devotas quidem preces prius effundens, majus altare poſt accedit cum filia, oblationes & laudes perſolvens divinæ munificentiæ. Cujus coram aſtantis indicio pater monaſterii & concio fratrum diligenter addiſcit, quid operatus ſit Deus per merita ſancti ſui beatiſſimi Theoderici patroni noſtri in ejus filia, & tunc demum alacres poſtponunt omnem cunctationem, & concinunt laudes Deo & prædicant ejus mirabilia, cui eſt laus & honor, virtus & imperium in Trinitate perfecta per immortalia ſecula ſeculorum. Amen. D E

* Chenay.

ANNOTATA.

a *Imo puer quinquennis, ut Flodoardus teſtis oculatus in lib. 4 Hiſt. cap. 20. aſſerit. Quod monſtri inſtar in eccleſia viſum eſt: ſed patris ejus Heriberti Comitis Viromandenſis cupiditati parendum erat.*

b *Monaſterium S. Michaëlis in Tiracia*, Tierache, *diœc. Laudunenſis ad noſtrum uſque tempus Ord. Benedictino ſubjectum eſt.*

c *Interfuit ſynodo Sueſſionenſi apud S. Medardum, à Manaſſe Remorum Archiepiſcopo convocata, anno Domini* 1078. *Ejus obitus in Necrologio S. Theoderici annuntiatur his verbis:* Raimbaldus Abbas hujus loci obiit III Kal. Aprilis, pro quo habemus generale piſcium & ſubcinericios panes. *Alibi reperio, Raimbaldum illum obiiſſe* IV *Kal. Aprilis* 1078, *ſi ergo concilio illi interfuit, debuit illud ſub anni principium celebratum fuiſſe quomodocumque anni numerentur.* F

d *Nempe Adela Roberti I Flandriæ Comitis filia, ſoror Roberti II, cognomento Jeroſolymitani, Kanuto Danorum Regi primùm, tum Rogerio Calabriæ Duci nupta. Exſtant in monaſterii S. Theoderici chartophylacio litteræ Adelæ, datæ anno* 1090, *anno* 31 *Philippi regis Francorum, Indict.* XIII, *anno Rodulfi Abbatis tertio,* IV *Kal. Octobris: quibus litteris S. Theoderico (cujus corpus ſervatum a Deo integrum dicitur) ſilva in territorio de Herlebec conceditur.*

Et hoc & aliud ipſius Roberti Comitis diploma infra dabimus, ex apographis à laudato ſupra Vignerio deſcriptis.

e *Eccleſia paræcialis vici S. Theoderici, B Hilario ſacra eſt, ut ad vitam S. Theodulfi dixi-mus.*

f *Monaſterium S. Petri Catalaunenſis Ordini S. Benedicti hactenus ſubjectum.*

MIRACULUM S. THEODERICI.

Ex Ms. Reg. Suecia, in 4, num. 1456.

Nobilis Flander Romam peregrinitatus,

FUit quidam miles Theodericus nomine, Flandrensis quidem patriæ, secundum seculi fastum oriundus, & hic, ut multi noverimus, in rerum facultate dives, qui quodam tempore ductus amore peregrinationis, sumpto apparatu, viam Romæ aggreditur, Apostolorum limina visurus, & ab eis veniam peccaminum deprecaturus. Iter agendo, hoc in loco devenit, & quia tunc hospitalitatis gratiâ pollebat, sese ea nocte ibidem mansurum disposuit, & audita loci religione, multum sibi complacuit. Recreatis ea nocte somni dulcedine artubus, B summo diluculo resumpto itinere, suis diebus Romam pervenit, factaque oratione jam inde cœperat reverti: dum autem emensis viarum miliariis, per hunc locum regrederetur, comitibus ejus orationis gratiâ templum intrantibus, nescio cujus judicii ultione correptus, impos itineris effectus est. Ceteris igitur ignorantibus, retro substitit, ostendens illico actibus debachationis exterius, qui phrenesim mentis pateretur interius. Videres eum per quæque devia discurrere, incomposita verba proferre, quasdam inanitates ventorum, acsi manu capi possent, magno conamine insectari. Dum tanta mentis pervagatione, per diversitates viarum, Remis usque pervenit templumque beati Remigii irreverenter ingressus, nec minus quoque debachabatur; sed comites, facta tandem oratione, Theodericum abesse in comitatu animadvertentes, ut ejus debachationis signa ab incolis loci didicere, adhibitis secum quibusdam fratribus monasterii, quo eum certius divertisse audiunt, incunctanter iter acceleraverunt. Tandem itaque de templo extractus, ad hunc locum reducitur, ubi C ferme quinque hebdomadibus consequenter immorabatur, ut de expulsione hostis præconium laudis beato Theoderico adscriberetur. Interea comites, adhibita illi servili custodia, accelerant revisere propria. Sed qui ei familiares, immo & fideliores fuerant, ut ejus finem viderent, infra paucos dies cum aliis quibusdam ad eum rediere. Verum sub hoc temporis intervallo, accidit ut ea nocte, qua solennitas beati Theodulfi celebraretur, circa primam vigiliam ductus in extasi, videret signum sanctæ Crucis in specie flammarum sibi prætendi, dehinc etiam sequebatur quidam senex, candidus ultra communem hominum aspectum, vultu decorus, & ut eodem energumeno signa referente, cognovimus, ipse fuerit Domnus Theodericus. Accedens itaque propius, eum leniissimo tactu attrectavit; sed quibusdam spatiis interpositis, tandem evanuit & nusquam ei ultra comparuit. Quid plura? Evigilans Theodericus, tactu viri Dei sensit se sibi fuisse redditum, moxque impiger ecclesiam intrans, coram feretro ejus se in terram prostravit, pro recuperata salute gratias agens Deo & sancto Confessori. Surgens autem post paululum, quid nocte viderat per ordinem quibusdam fratribus explanavit, eique sunt multum congratulati. His ita habitis, alacrior remeavit ad propria, sumptoque à suis saluberrimo consilio, pro recompensatione collati beneficii, datâ plurimâ pecuniâ, ut dives erat, infra hanc viciniam à quibusdam nobilibus vitis, à Tebaldo scilicet patre Fulcridi, Tecelina de Cantamerla, Rodulfo & Joanna de Ham, Rainero de Geldum emit quoddam prædium, quod dicitur villa Francorum, quod beato Confessori Christi Theoderico tradidit ad temporalia solatia Fratrum. Multis deinceps supervixit annis, sed modernis temporibus viam ingressus est universæ carnis.

in reditu fit phreneticus,

& ab apparente sibi S. Theoderico curatur.

Ex Mss.

AD HYMNOS DE S. THEODERICO ABB.

Dedicatio per Hucboldum.

Ex jam citato Ms. Reg. Suecia. E

Scriptor, qui rogatus Fratrum

DIlectis in Christo Patribus ac Fratribus congregationis almi Confessoris Christi Theoderici, Hucboldus humilis, licet indignus officio, sacerdos, habitu monachus, omnem felicis vitæ jocunditatem. Pia vestra religio atque ardentissima in Deum & sanctum ejus Theodericum devotio studiique simul boni intentio, nostram adiit mediocritatem, expostulans, ut ad nostrorum imitationem majorum, qui in laudem Dei & Sanctorum ejus mente promptissima, singulis apta temporibus, canora composuere modulamina, nos quoque vobis nocturnalia de memorabilibus præfati cultoris Dei & specialis Patroni nostri Domini Theoderici gestis cantilenæ, melodiis dulcorata, cum antiphonis coaptaremus responsoria, in ejus sacrâ festivitate canenda. Quod exequendum tanta noster aggressus est animus alacritate, quanta vester id fieri poscebat devotione. Et ecce divina favente gratia, per ejusdem beati Viri Dei suffragia, quod vestra suggessit charitas, nostræ parvitatis obedienter explevit humilitas; sed quia attestante voce euangelica, dignus est operarius mercede sua, me humiliter expetente, & vestra bonitate favorabiliter annuente, in hujus parvissimi recompensationem servitioli, spopondistis mihi, cum vestræ promissione fidei, acturos vos in sacris orationibus vestris memoriam mei singulis annis, expleto hoc ipso officio nocturnali; non tantum dum in hoc cursu instantis ævi videor frui sole volubili, sed multo magis, cum Deo disponente contigerit, præsenti me vita defungi. Et addidistis hujus in me benevolentiam exempli, vos per successiones temporum, veluti pro bonæ consuetudinis lege, relicturos posterorum dilectioni. Promissionis ergo inter nos istius firmitas intemerata, sit fidei vestræ veritas coram Deo semper aperta, qui eum promittit habitaturum in tabernaculo suo, & requiem habiturum in monte sancto suo, qui loquitur veritatem in corde suo & qui non egit dolum in lingua sua. Et ne vobis videar pro parvis exposcere magna, sciat delectio vestra, apud se illum recepturum impensæ in me charitatis præmia, qui pro mini-

S. Theoderico hymnos concinnavit,

F

postulat promissa sibi ab illis, pro mercede, orationum subsidia.

EX MSS. mis fideliter actis, solet rependere maxima. Igitur gratifica vestræ dulcedinis sponsione & jussione accepta, ut in hoc perseverans, Deo miserante maneat apud vos nostri memoria, hæc prædicta, sicut & quæ sequuntur, capitula in hac adnotata sunt pagina. Pro vivo, Psalmum De profundis. Pater noster. Capitula. Salvum fac servum tuum. Convertere Domine usquequo. Mitte ei Domine auxilium de sancto. Nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei Domine turris fortitudinis. Domine exaudi orationem. Deus qui justificas impium & non vis mortem peccatoris. Pro defuncto, Psalmum De profundis. Pater noster. Requiem æternam dona ei Domine. Ne tradas Domine bestiis animam confitentem tibi. Anima ejus in bonis demoretur. A porta inferi. Annue nobis Domine, ut anima famuli tui Hucboldi remissionem, quam semper optavit, mereatur percipere peccatorum, per Dominum.

HYMNUS

DE S. THEODERICO.

B FEstiva Christo cantica,
Nunc turma fratrum concinat,
Qui semper in Sanctis suis,
Mirandus & laudabilis.
Theodericum terrea,
Et carnis oblectamina,
Qui corde fecit spernere,
In seque mentem figere.
Is ergo spernens seculum,
Christoque sponsam conserens,
Cælestis aulæ præmium,
Sibi petit Remigium;
A quo salubri dogmate,
Cum doctus esset optime,
Datur Pater cœnobio,
Fundat poli quod nuntio.
Præclarus hic in dogmate,
Et actibus sublimior,
Multis parabat præviam,
Arctam polorum semitam.
Divina mox clementia,
Miraculis hunc radiat,
C Ut verba vitæ seminans,
Et sanitatem conferat.
Nam suscitavit unicam,
Theoderici filiam,
Ipsique Regi postea,
Lumen restaurat turbidum.
Oremus ergo supplices,
Nos hujus ut precatibus,
A vitiis Christus lavet,
Illustret & virtutibus.
Sit laus, decus, virtus, honor,
Patri, Proli, Paraclito,
Sit Trinitati gloria,
Uni Deo per secula. Amen.

ALIUS.

EXultet Domino mente serenâ,
Laudes ac jubilos concio nostra,
Solvens almifluis atque colendis
Festis eximii Theoderici.
Quis tactus radiis Spiritus almi,
Dum transire videt gaudia mundi,
Sprevit clara figens lumina mentis, D
Quo nos certa vocant munera Christi.
Hic nam Remigii dogma magistri
Sectans, postposuit noxia secli:
Cui mox cœnobii creditur ordo,
Quem dignè coluit dogmate claro.
In quo mira nitens cælica virtus,
Infirmos varia clade levavit,
Et Regis sobolem ordine miro,
Orando revocat mortis ab antro.
Tu nos ergo, pie Christe Redemptor,
Istius meritis solve, precamur;
Cunctis criminibus, atque beatis
Jungas agminibus lumine regni.
Sit laus ingenito gloria Patri,
Virtus atque decus sit Genitoque,
Majestas similis Paraclitoque,
Unus qui Deus est tempore secli. Amen.

DE ELEVATIONE CORPORIS

S. THEODERICI

ABBATIS REMENSIS. E

Ex tomo 5 Act. Ord. S. Bened. à pag. 519.

Cur dilata fuerit elevatio.

VItam sancti Theoderici Abbatis retulimus in seculo 1, auctore anonymo: aliam breviorem postea reperimus, qua antiquioris videtur auctoris, in qua Teudericus, ad discrimen Teuderici Regis, Teuderio *appellatur. De ejus elevatione hic agendum, quam mirum fortasse videbitur, tamdiu fuisse dilatam: cum sancti Theodulfi, ejus discipuli, corpus ante hoc tempus tumulo elatum fuerit, atque Remos deportatum. Verum illud inde accidit, quod sancti Theoderici corpus maluerint ejus alumni secreto loco penes se propter Nortmannorum metum reponere, quam Remos delatum, amittendi periculo exponere. Hujus verò elevationis occasio nata est ex restitutione monachorum in cœnobio sancti Theoderici, quod in monte* Or *duabus ab urbe Remorum leucis situm esse aliàs diximus.*

F *Canonici in locum monachorum suffecti.*

2 *Cum locus iste bellorum temporumque injuriis fere attritus esset, laxata regulari disciplina, monachi ex regularibus facti sunt seculares. Id contigisse putat Marlotus sub ultimis Regibus primæ stirpis. Equidem* sex canonici *sancti Theodorici nominantur anno 882 in libello supplici cleri Remensis, pro electione Fulconis. Accessit ad miseriarum cumulum, quod Hungari idem monasterium seculo decimo flammis combusserunt, teste Frodoardo in historia lib. 1. cap. 25. Anno 953 ex ejusdem Chronico,* synodus quinque Episcoporum apud sanctum Theodoricum in territorio Remensi celebratur, Artoldo Archiepiscopo præsidente. Ad quam vocatus Regenoldus Comes, ob res ecclesiasticas ab eo pervasas, venire noluit: sed deprecatus est Regem, ne excommunicaretur, ut ad synodum mitteret. Cujus excommunicatio tunc Rege petente intermissa est. *Postea tamen, id est anno 966,* Odelricus Archiepiscopus Ragenoldum Comitem excommunicavit, pro villis ecclesiæ Remensis, quas pertinaciter detinebat. Et ipse Comes loca quædam ejusdem Episcopi cum suis pervadens, rapinis incendiisque

A cendiisque devastat. *Ragenoldus iste comes erat Rociacensis* * *primus, qui multa bona Ecclesiæ, etiam sancti Theoderici, invaserat, sepultus in ecclesia sancti Remigii apud Remos, prope Gerbergam Reginam.*

*De Roucy

Restitutus ordo monachorum 972.

3 *Anno* 970, *Adalbero Odalricum Remorum Antistitem excepit, cui nihil antiquius fuit, quam monasteria, sua curæ concredita, in melioremstatum reformare: id quod de Mosomagensi & sancti Theoderici exsecutus est. Chronici Mosomensis verba retulimus superius, ubi de sancti Arnulfi translatione actum est, ex quibus hæc repetere juvat ad consequentiam dictorum.* Jam tunc Episcopus Adalbero intendebat animum, hunc locum decussare, *id est ornare*, regulari institutione, sicut post fecit Remis, sancti Theoderici locum, quem de manibus Rotgerii comitis *Rociacensis*, injuste illum tenentis, vi & sagacitate retraxit: & remotis duodecim præbendariis, non Deo & Sanctis ejus, sed sibi ipsi & comiti servientibus, Abbate ex monasterio sancti Remigii accepto, Airardo nomine, cum monachis Deo fideliter militantibus, religiose instituens ordinavit, *Ad hæc*

B *pia opera motus est Adalbero, tum quia in Gorziensi monasterio institutus à puero fuerat, tum quia per ea tempora sanctus Theodericus miraculis coruscabat, testante Frodoardo. Hæc monachorum restitutio contigit anno* 972. *Sic enim in brevi Chronico Remensi legimus apud Labbeum.* Anno CMLXXII, restitutus est ordo monachorum in monte OR. *Rem fusius narrat auctor anonymus in libello inedito, de elevatione sancti Theoderici, quo ex libello quædam hîc delibamus, ubi Adalbero Remensis Archiepiscopus Adalberoni Mettensi Episcopo*, consanguinitatis propinquiori linea conjunctus fuisse *dicitur.*

præfecto Abbate Airardo:

4 *Qui primus loco præfectus est Abbas*, dictus est Airardus ex nomine, *ex cœnobio sancti Remigii*, ubi tunc religionis studium florebat. *Is* olim ex clerico monachus effectus, jam quoque eximia vitæ conversatione plures excellebat & sanctitate. *Ibi* dum vixit, & in loci reparatione, & in fratrum spirituali ædificatione attentius laboravit. *Porro* plures *monachorum ejus*, studio beate vivendi animati, abrenuntiato seculo, huc diebus illis confluebant. Crebro etiam, visitandi gratia, domnus Adalbero huc veniebat, *eisque monita salutis dabat.*

C

Quod Adalbero, diplomate regio confirmari curat.

5 *Neque hoc contentus Adalbero, factum suum regiis litteris confirmari curavit, obtentis à Lothario Rege litteris, quas Marlotus in tom.* 2 *retulit. In iis litteris Rex proloquitur, fidelem suum Adalberonem Archiepiscopum, accedente etiam rogatu Emmæ Reginæ, sibi supplicasse, ut diploma largiretur* super quadam abbatia cœnobii, tertio milliario ab urbe disparata, in honore beati Bartholomæi, beato disponente Remigio, sub divina revelatione constituti, in quo venerabilis Confessor requiescit Theodericus, primus ejusdem loci ab eodem sancto Dei pontifice monachorum Abbas institutus: *qui locus cum à monastico ordine defecisset in canonicalem*, procurante eodem Adalberone, in pristini ordinis dignitatem est reportatus. *Rem probat Lotharius rex, confirmans bonorum restitutionem, quæ eidem monasterio ab eodem facta est. Diplomati subscribunt præter Adalberonem Remensem*, Adalbero Laudunensis, Wido Suessionensis, Theobaldus Ambianensis, Gillebertus, Manasses, Albertus, & Rotgerus *comites.* Actum palatio Compendii, sub die VII Kal. Junii, anno Incarnationis DCCCCLXXIV, Indictione secunda, vigesimo anno regnante glorioſissimo rege domno Hlothario.

EX EDIT. MABILL.

Elevatur corpus S. Theoderici,

6 *Rebus ita ordinatis & firmatis, consilium initum est de sancti Theoderici corpore è terra efferendo. Id factum anno* 976, *&* *quidem* XIII *Kal. Maii, quo die ita legitur in Martyrologio loci:* Inventio corporis beati Theoderici à Domino Adalberone Archiepiscopo, qui ordinatione beati Remigii, primus Abbas exstitit in monte Or, ubi incorruptus plus ferme quam trecentis quinquaginta annis requievit: & translatio ipsius atque sancti Theodulfi in capsam argenteam. *Annum assignat breve Chronicon Remense apud Labbeum* anno CMLXXVI, sanctus Theodericus levatus. *Prolixam hujus elevationis historiam scribit Anonymus, cujus hæc summa: Effossâ humo*, apparuit derepente quidam sarcophagus, in quo nihil aliud repertum est præter terram, quæ, putrefactis laterum compagibus, intro plurima ceciderat. Et hoc quidem fecerat provida hominum industria, qui sarcophagum vacuum inter tumulum interposuerant, *ne* quispiam E furtim sacrum pignus *auferret. Altius defossâ humo, tandem* inventum est corpus beati Confessoris, holosericis vestibus involutum, stola scilicet circumquaque lento auro deducta; & pleraque pariter reperta sunt pretiosa indumenta.

Lothario Rege adminiculante;

7 *Interea Episcopus, rem Lothario regi deferendam ratus*, jussit corpus in terra relinqui *pallio superinjecto.* Hæc autem facta sunt anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXVI, mense Aprili; videlicet XIII Kal. Maii, inter ipsa Quadragesimæ sollemnia: nec tamen usque in Decembrem mensem à loco sepulturæ remota sunt beati viri pignora. Quærebat interim Episcopus, ex industria, opportunitatem, quo Rex Lotharius, qui illis temporibus regno præerat, expeditius accersiri posset ad ipsam elevationem, quod ad effectum usque non pervenit juxta votum ejus, quia ferme toto illius temporis curriculo, immorabatur Rex pro quibusdam reipublicæ negotiis circa extre- F mas partes regni. *Demum accidit, ut prædicto mense*, infra ipsos dies, quibus agitur observantia Dominici Adventus, ut Remorum finibus Rex appropinquaret, habiturus quidem apud Metropolim palatium cum optimatibus suis. *Rex ab Episcopo invitatus ad celebritatem, non renuit adesse, sed* mox cum uxore sua Emma & exercitu copioso eò iter acceleravit. *Adalbero* missa legatione, *interea vicinos Episcopos & Abbates.* convocavit. *Omnibus adunatis Archiepiscopus sacrum corpus è tumulo efferre conatus, sed frustra: Regem obsecrat, præbeat manum: Theodericum regiis humeris in tumulum elatum, ex eodem nolle absque regis manibus efferri. Apposita Regis manu, sacrum corpus facili negotio eductum est, tertio* Idus Decembris *atque decenti in loculo repositum.* Ipso die Rex cum Regina beato Confessori pretiosa ornamenta obtulerunt.

& S. Theodulfi corpus adjungitur.

8 Præterea beatæ memoriæ Episcopus *locum amplius illustrare cupiens, corpus beati Theodulfi, quod tunc* Remis in majori ecclesia quiescebat, *ad pristinam sedem, reportari curavit: ut scilicet*, ex his duobus patronis, uno in loco societatis, virtus divina *copiosius oriretur*, quæ fi-

Ex edit. Mabill. nitimos ad pietatem excitaret *efficacius. Reclamantibus civibus, dies nihilo minus constituta est. Adalbero sacram sarcinam cum suis comitibus*, usque ad locum, qui mons Remensis dicitur, *detulit: ex quo monachi eamdem suis humeris gaudentes ad suam ecclesiam extulerunt. Hæc paucis ex auctore illo anonymo, post cujus libellum varia sancti, cum Theoderici, tum Theodulfi miracula referuntur, quæ partim sancti Theoderici Actis subjuncta sunt in seculo* I.

Ætas Abbatis Airardi. 9 *Horum omnium auctor fuit cum Adalberone* Airardus *Abbas, qui primus loco præfuit post restitutam inibi monasticæ vitæ disciplinam. Mortuus est ante annum* 983, *ut colligitur ex indice monachorum, qui mortui sunt sub unoquoque Abbate Remigiano. Nam sub Rodulfo Abbate tertio, ponitur obitus Airardi Abbatis, & Christiani ejus successoris. Rodulphus vero non excessit annum* 983, *cum non nisi annos* XIV *Archimonasterio præfuerit, post Hugonem, qui annos dumtaxat duos Abbas fuit, post Hincmarum anno* 967 *defunctum, ut in ejus elogio superius diximus.* B *In necrologio Remigiano* Airardus Abbas sancti Theoderici *notatur* V Kal. *Junii:* Christianus XIII Kal. Februarii.

APPENDIX

Ad S. Theoderici Miracula.

Adjiciuntur promissa diplomata. *Hic jam ad totius tractatus complementum nihil ultra desiderari videtur, præter diplomata Adelæ Daniæ Reginæ ejusque fratris Roberti Comitis Flandriæ, quæ supra à nobis promissa sunt, ex apographis Vignerii, ad Christianum le Roy, ab hoc ad Bollandum transmissis. Primum vulgavit Marlotus tomo* 2 *pag.* 182, *sed ita, ut loco non uno ex hac editione emendari possit; quamvis nec in nostro nævi desint, quos operosius excutere hujus loci plane non est. Sic & in Roberti Comitis præcepto, præter lacunas aliqua occurrunt, quæ ad exactiorem eruditorum, quorum interest, trutinam rejicimus, ad præsens institutum satis erit, utrumque instrumentum, quale accepimus, in illorum gratiam proponere. Diplomati Adelæ hunc titulum, de suo ni fallor, præfixit Marlotus.* C

Præceptum Adelæ, Danorum Reginæ; quo per chirotecam donatio sylvæ de Harlebec, monachis facta confirmatur.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ego Adela Dei gratia Danorum Regina. Notum sit omnibus sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus filiis, quod ego partem unam sylvæ, quæ jacet in territorio de Herlebec, dedi sancto Teoderico Confessori Christi gloriosissimo, cujus virtutum famosissimam laudem à multis cognoscens, ob animæ Domini mei Regis remedium, & omnium antecessorum nostrorum, tam illorum, qui soluti debito mortis, diem Domini in pace sustinent, quam illorum, qui adhuc in carne positi vivunt. Et ut hoc magis firmum permaneret, consilio Domini Rainaldi Remorum venerabilis Archiepiscopi, nec non eximiæ congregationis Sanctæ Mariæ Remensis & Fratrum, Domino & prædicto Confessori Christi Theoderico servientium, Abbas D Rodulfus, qui tunc gratia Dei illis præerat pastor, electis sibi fratribus quibusdam, corpus sanctum, quod divina pietas, qui castitatis & angelicæ munditiæ semper, dum vixit, fuit domicilium, servavit integrum, huc in nostram præsentiam advexit. Cujus adventum cognoscentes, obviam ei processimus cum clericis & proceribus nostris, cum laudibus & hymnis in ecclesiam nostram introducentes, eum cum digno susscepimus honore. Omnibus verò rite peractis, prædictus Abbas R. [Rodulfus] cum fratribus suis nostram precati sunt clementiam, quatinus donum, quod per fratres suos sibi transmiseram, Sancto ibi in præsenti coram nobis posito, sollempniter redonando confirmarem. Ego, accepta ab eo beneficii sui & totius congregationis tam corporaliter quam spiritaliter societate, adstantibus ibi proceribus nostris, petitionem suam per cirotecam unam adimplevi. Actum est hoc apud Herlebec, anno Incarnationis Dominicæ millesimo nonagesimo, Indictione XIII, Epacta XVII, regnante Philippo glorioſissimo Rege Francorum anno XXXI; anno archiepiscopatûs Domini R. [Rainaldi] VII; E Rabodo regente Noviomensem feliciter ecclesiam; anno R. [Rodulfi] Abbatis III.

✠ *Signum Adelæ Reginæ. Signum Rodulfi Abbatis* ✠ *S. Taboldi. S. Hugonis. S. Richeri. S. Lanfredi. S. Rogeri. S. Tebonis. S. Dodini, monachorum.*

S. Hermanni Præpositi. S. Leduini. S. Lanberti. S. Albaldi. S. Haimonis. S. Lyaberti. S. Helmicini, clericorum.

S. Cannonis Præpositi laici. S. Gummari. S. Derulfi. S. Godescalci. S. Ribodi. S. Dodelini. S Benronis. S. Heriberti. S. Leudonis. S. Beringarii, laicorum.

De nova terra, quæ dicitur le Reste, & restitutione Herlebeeck.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Notum sit tam præsentibus quam futuris sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, quod ego Rotbertus Flandrensium Comes, Dei gratia inspirante, Hierosolymam ibam, plurimo exercitu meo comitante. Diverti autem cum quibusdam optimaibus meis ad abbatiam, in honore sancti Apostoli Bartholomei & beati Theoderici Confessoris consecratam, ubi Abbas & monachi reverenter susceperunt nos, cum processione ecclesiastica venientes nobis obviam. Qua expleta, in claustrum suum nos duxere . . . . . participationem orationum & eleemosinarum suarum nobis concesserunt . . . . . pro peccatorum meorum remissione & incolumitate mei meæque conjugis Clementiæ, suprascriptis scilicet & Abbati & monachis reddidi, quod antea dederat soror mea Adela, abs meo tamen favore: sed ego postea ipsis abstuleram quorumdam suggestione; reddidi, inquam, partem terræ & aquæ in saltu meo de Herlebeecke, ut ibi restituat Abbas & monachi ejus molendinos & duas domos atque capellam unam. Hoc autem feci favore conjugis meæ F præ-

A prædictæ Clementiæ, cui ſuper hoc [litteras] ſigillo meo corroboratas direxi, ut foreſtariis prohiberet, ne ſcilicet [vel ipſis] vel ſervis eorum aliquam injuſtitiam vel violentiam ulterius inferrent. Siquis autem noſtræ benevolentiæ donum minuerit vel infregerit. . . . . ejus iram incurret, noſtræ autem amicitiæ gratiam in perpetuum perdet. Denique beneficio, ipſis ſcilicet monachis à me conceſſo, addidi, eiſque unum bunnarium prati prope molendinos conceſſi.

✠ *Signum Comitis Rotberti.* ✠ *Signum comitis Tbali* [*forte* Teobali *vel* Tetbali] ✠ *Signum Balduini de Gant.* ✠ *Signum Rogeri Caſtellani de Inſula.* ✠ *Signum . . . . . Comitis.* ✠ *Signum Euſtachii, pincernæ Comitis.* ✠ *Signum Arnulfi de . . . . . Signum Cononis & Raineri clericorum, capellanorum Comitis.* Ex Mss.

Actum in monte Or, apud Sanctum ſcilicet Theodericum, anno incarnati Verbi milleſimo nonageſimo ſexto, Indictione III, *Epacta* IV, *concurrente* II.

DE S. CARILEFO PRESB. CONF.

ANISOLÆ, APUD CENOMANOS IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J.B.S.

§. I. Ejus patria, ætas & prima monaſtica inſtitutio.

CIRCA ANN. DXL.

B

Acta probant, celebrem fuiſſe ſec. 6.

Inter ſeculi ſexti numeroſos & celebres per Galliam Sanctos, locum non infimum tenet is, de quo pridem in Actis noſtris ſermo recurrit S. Carileſus, *aliàs* Carilephus, *aut* Karileffus, *multis aliis, ſed plerumque luxatis modis, apud Martyrologos inflexus, monaſterii* Anniſulenſis, *vulgarius* Aniſolenſis, *in Cenomanenſium finibus conditor, quod hodie, ab ipſius appellatione Gallica,* S. Caleſii, *vulgo* S. Cales, *vel* S. Calais, *paſſim nuncupatur. Cœnobium ipſum Ordini Benedictino ſubinde adſcriptum eſt, quamvis certum ſit,* S. Carilefum *aliam prorſus Regulam cum S. Avito profeſſum, ut habes tomo* III *Junii, pag.* 358, *annot. c. Seculo quinto natum, ſequenti, necdum ad medium producto, mortuum, admittunt omnes; at exactam ejus ætatem, aut vitæ totius chronologicam ſeriem, nec ejus ſcriptores tradidere, nec aliunde ſatis certò eruere promptum eſt, quidquid de ea ſtatuerit Cointius ad annos* 517, 525, 528, 532, *&* 541. *S. Aviti ſocietas, diſciplina monaſtica, primum Menate, tum ſub ſancto Maximino Miciacenſi hauſta, inde in pagum Perticum,* [*le Perche,*] *demum in Cenomanenſem ſolitudinem migratio, fortuitus Childeberti in venatione ad ipſum acceſſus, obtenta ab Rege ad condendum monaſterium latifundia, pluresque aliæ hujuſmodi circumſtantiæ in Actis expreſſæ, jam dictas conjecturas firmant, & Sancti noſtri tempora, quoad licet definiunt, tametſi ad Acta Cenomanenſium Epiſcoporum, à Mabilione tomo* 3 *Analectorum edita, non recurratur.*

C

natum in pago Arvernico,

2 In Arvernenſi territorio, parentibus ſecundum ſeculi dignitatem clariſſimis, ortum *diſerte tradunt præfata Sancti Acta; an autem Claromontanæ civitatis fuerit indigena, ut voluit Branche, ſatis incertum eſt: hominum more locutum exiſtimo, qui à regionum metropoli, nobilitatem aliquam accerſi arbitrantur. Hoc conſtat; quamprimum ad annos litterarum ſtudiis aptos perveniſſet,* doctrinæ gratia, in monaſterium, cui Menate vocabulum eſt, miſſum, ubi Domino comminiſtratore, & litterarum facundiam, & ſanctæ converſationis ſuſceperit normam. *Nimirum in hoc ipſo cœnobio prima poſuit perfectioris vitæ fundamenta, fovitque adeo, ut ad magis ardua certamina incitatus, cum ſocio Avito primum iſtud monaſterium deſerens, ad Maximinum Miciacenſem Abbatem, cujus tunc late per Galliam ſanctitatis fama inclaruerat, perrexerit,* ubi, poſtquam in communi virtutum palæſtra ſe exercuiſſet (*inquit Mabilio tomo* 1 *Annalium pag.* 77) dimiſſa, jam non ſua ſponte, ſed Maximini Abbatis ſui conſilio, Miciacenſium ſocietate, cum Avito commilitone & populari ſuo, in Perticenſem ſolitudinem diſceſſit. E

3 *Quo auctore hæc tradat vir eruditiſſimus, aut unde acceperit, nuſquam indicat; certe nec in S. Aviti, nec in S. Carileſi Actis id expreſſum reperit; imo ipſa S. Maximini vita in appendice Actorum Benedict. tomo* 1, *pag.* 595, *oppoſitum plane inſinuat, niſi forte prima Sanctorum iſtorum ex Menatenſi cœnobio fuga, cum hoc altero ſeceſſu ibi confundatur, ut ex nonnullis adjectis ferme colligitur. Talia ſunt Cellarii officium, quo S. Avitus Menate functus, inde profugiens claves* ad cervical Abbatis *depoſuerit, quod idem Acta S. Maximini factum volunt Miciaci. Rurſus confunditur vel duplicatur trajectus Ligeris, qui non niſi ſemel neceſſarius fuiſſe videtur. Sic & alia aut tranſlata, aut turbata ſunt; quemadmodum & altera apparet confuſio inter Avitos, quos operoſius diſtinguere conatur laudatus Mabilio, non abſque magna veroſimilitudine, ſic ut alius fuerit Miciacenſis S. Maximini in regimine ſucceſſor, alius Perticenſis, S. Carileſi ſodalis, de qua controverſia pluribus agendum erit ad diem* XIX *Decembris.* & cum Avito plura loca incoluiſſe. F

Vita monaſtica Miciaci acta

4 *Ceterum, ut tota S. Carileſi, uſque ad ultimum jam dictum receſſum, vita, brevi compendio ob oculos ponatur, pateatque primæ cœnobitalis ejus inſtitutionis ratio, numeros tres,* 14, 16 *&* 17 *ex altera S. Maximini vita, ex Mabilione, citata jam pagina, ſubjiciam, iis prætermiſſis, quæ in priori, pag.* 586 *num.* 22, *& inter miracula num.* 3 *pag.* 599 *habentur, cum meræ repetitiones ſint, iiſdem prope verbis ubique concepta. Erit eruditi lectoris, ex parvo hoc ſpecimine conjicere, quam belle congruant, quæ de Sancto noſtro, tum in propriis, tum in S. Aviti, tum in his S. Maximini Actis deſcribuntur Titulus capiti, aut ſaltem ſectioni præfixus, hic eſt* Quomodo S. Carileſus & S. Avitus ad beatum Maximinum venerunt, & quomodo in ſancta contemplatione permanſerunt. *Sic autem ſcribit ſecundæ iſtius vitæ auctor Bertoldus, monachus Miciacenſis, ex libris Mss. V. C. D. d'Herouval:*

AUCTORE J. B. S. *ex S. Maximini vita*

5 Interea ea tempestate duo quoque spectabilis vitæ viri Carilefus & Avitus, ad eum visendum ardentissimo accurrunt amore. Per idem enim tempus cœnobitalem sub Abbate, in loco, cujus est vocabulum Menate, servaverant vitam. At vero speculativæ anhelantes Anachoretarum theoriæ, ac sæpe vicissim amica de spiritalibus rebus serentes colloquia, furto fideli seipsos Abbati & proprio subduxerunt cœnobio. Exin autem præviam itineris habentes devotissimi animi voluntatem, Ligeris tantum alveum attigerunt: dein sanctæ opinionis auram, quæ de beato Maximino eo tempore ferebatur, tinnula captantes aure, ad visendum propere animi & corporis cursu devolverunt. Quorum adventum ubi beatus vir comperit, accurrens, ipsosque exosculans, toto caritatis affectu excepit, omnipotentique Domino, causa devotionis adventus eorum, multimodis rependit gratias. Igitur præfati famuli Dei, videntes se tanta caritate à viro Domini tractari, ejusque invictum
B circa divina obsequia animum, idemque fratrum qui sub eo degebant, longe aliter quam alios noverant, sanctæ religioni certatim operam dare; intermissa eremum petendi cura, satius duxerunt, ibi gradum figere, seque in cœnobitali vita, sub eodem viro Domini, aliquantisper exercitando probare. Quod divino nutu sibi inspiratum desiderium beato detegentes Maximino, & ibidem remorandi, & cum fratribus communiter cohabitandi, facillimam habuere licentiam.

recte disponitur,

6 Beatus porro Maximinus videns utriusque viri Carilefi atque Aviti animum supernis semper anhelare gaudiis, seque ipsos seris ac crebris extenuare jejuniis, occupare continuis ac puris orationibus, exercere silentiis, fatigari variis carnis laboribus, omniumque insignibus virtutum; ad culmen sacerdotii utrumque promovit. Erat quippe illis studii, ab illicito stultæ temeritatis appetitu faciles animi compescere motus, corporeæque oblectationis labiles frenare discursus; hinc opere se conspicuos reddere, inde piis prudentum auditibus sermonis gratiâ exhibere conditos. Inter hæc seminarium pii desiderii, imbre sancti Spiritus aliquamdiu in eorum cordibus confotum, scilicet quo
C olim solitariæ cœperant anhelare vitæ, magis magisque crescebat. Ad quod non vagabunda cordis ferebantur levitate, verum inexplebili Christo omnino deplacendi in dies trahebantur cupidine. Post annos vero cœnobitalis vitæque [communis] studium, anachoretico aspirabant certamini. Et quia ut in opere patrarent, se non posse Abbatis & fratrum sine licentia incunctanter noverant, id agere clanculo nitebantur. Igitur inter noctis silentium, cum Abbatem & totius congregationis fratres sopor altus haberet, vir Domini Avitus claves Cellarii, à proprio cingulo revinctas, ad cervical Abbatis deposuit, & pendulo gradu monasterium excedens, uno comitatus Carilefo, Ligeris amnem petivit. Tunc conscensa navi, in aliud confestim delati sunt littus: exin saltûs magni solitudinem adorti, cui vocabulum est Perticus, intrarunt.

usque ad fugam in Perticum;

7 Iis tali fuga elapsis, dieque terris reddita, beatus Maximinus una cum fratribus suis eos sollicite requisivit, nec tamen invenit. Quorum discessu non minimam cordis est passus tristitiam. Illi itaque, ut optabant, consortia multorum vitantes hominum, simul in eadem primo cohabitantes solitudine, aliquamdiu delitescebant: deinde sanctarum virtutum jubare longius clarescente, quibus in dies dare operam contendebant, plures ad æmulationem sui vocabant. Unde ne duo egregii victricis pugnæ signiferi, tantum uni præficerentur agmini, cum uter eorum singulæ posset præfici turmæ, ab alterutro divisi, suos quisque cœpit ad bellandum in Christi militia cogere tirones. *Ex his patet, recte à me supra, adversus Mabilionem observatum, Sanctos nostros Avitum & Carilesum, non* Maximini Abbatis sui consilio, *sed clanculo, sed fuga, atque illo insscio, è monasterio Miciacensi se propripuisse, quæ omnia Actis S. Carilesi & S. Aviti satis consentanea sunt.* D

8 *Difficultatem ingerit, quod in posteriori vita traditur* XVII *Junii tomo* III, *pag* 354 *num.* II, *nempe quæsitum, repertum atque è solitudine retractum fuisse S. Avitum, ut Miciacensi monasterio præficeretur: idque confirmat Letaldus, de miraculis S. Maximini, citato tomo* I *Act. Benedict. pag.* 600, *num.* 6, *his verbis:* Itaque post glorioſum piissimi patris Maximini transitum, B. Avitus ab eremi quiete divellitur, & in ejus loco à fratribus subrogatur, qui & ipse religione mirabilis, pii Patris vestigia indeclinabiliter prosecutus est. *Tum autem in prædicta sancti Aviti vita numero* 12 *sic legitur:* Præterito autem aliquanto dierum spatio, nequaquam diutius aliis præesse passus est. Videbatur enim ei, quod ita Abbatis premeretur nomine, acsi magni ponderis gravaretur mole. Quapropter noctis cujusdam in tempore, B. Carilefo comitante, vastas loci Perthici solitudines, ut sese iterum occultarent, expetiverunt. *Quibus denuo consentiunt, quæ habet Letaldus num.* 8: Beatus porro Avitus, cum parvo tempore monasteriale regimen tenuisset, ad dulcedinem anachoreticæ vitæ, quam degustaverat, remeare disponit *&c. Pugnant hæc omnia contra Mabilionem, citata Annal. pag.* 77, *verum cum huc proprie non faciant, ad dictam* XIX *Decembris rejicienda sunt. Ad nostrum S. Carilesum redeamus.* E

in quo dubium an perstiterit Avitus;

F

9 Beatus nihilominus Carilefus (*inquit ibidem Letaldus*) eodem flagrans ardore, Cenomanica deserta petiit, atque infra breve tempus, multis ad eum confluentibus, nobile cœnobium, in loco, qui Aninsula nominatur, ædificavit. *De hoc ita Mabilio in Annal. pag.* 76, *num.* 43. Hoc cœnobium à fluvio præterfluente, Aninsula, vulgo Anisola cognominatum, Carilesus..... regnante Childeberto, consensu & favore Innocentii Cenomanorum Episcopi exstruxit. *Item infra num.* 44: Carilesus ab Avito Perticensi, cum Daumero & Gallo digressus in pagum Cenomanensem, consedit in loco Casa-Gajani appellato, ad Aninsulum amnem, qui locus, tametsi amœnus, ab hominum tunc frequentia omnino secretus erat. Illic tamen visebantur parietinæ vetusti ædificii, quamdam operis dignitatem etiam tum retinentis. Ibidem ecclesia itidem superstes erat, à Turibio Episcopo, sub titulo S. Petri constructa, ut in Actis Cenomanensium Episcoporum legimus, ubi Innocentius, ejusdem civitatis Episcopus, multas Carilefo suppetias contulisse perhibetur. *Hic gesta Cenomanensia cum Carilesianis commiscet Mabilio, quorum, ne ad vitæ capita longiores annotationes sub-*

certum est, nostrum ad Cenomannos perrexisse.

A *ſubnectenda ſint, viſum eſt, aliqualem hîc notitiam præmittere, pro qua ſit.*

§. II. Monaſterium Aniſolenſe, & S. Carilefi Acta à ſubæquali ſcripta, quæ non exſtant.

Circa ejus monaſterium controverſa

DE *vetere illo & celebri cœnobio pridem egit Henſchenius Kalendis Martii in commentario prævio ad vitam S. Siviardi pag.* 65, *de ejuſdem vero fundatione plurima annotavit Papebrochius ad geſta S. Innocentis ſeu Innocentii Cenomanenſis Epiſcopi,* XIX *Junii à pag.* 859, *quibus materiam ſuppeditarunt citata ſuperius Acta Cenomanenſium Epiſcoporum à Mabilione edita, multis chartis ad S. Carilefum ejuſque monaſterium pertinentibus referta, quas mirum eſt ignoraſſe vitæ S. Carilefi auctores, ſi tum exſtiterint, cum ipſi ſanctiſſimi Viri res geſtas tam uniformiter proſecuti ſunt. Multa in illis Epiſcoporum Actis video litibus & contentionibus plane obnoxia, circa ſubjectionem monaſterii Aniſolenſis Epiſcopo & eccleſiæ Cenomanenſi, vi teſtamenti, à S. Carilefo*

B *verè vel prætenſe conditi, & à pluribus Epiſcopis provinciæ Turonenſis, Abbatibus & Comitibus ſubſignati, pluribuſque iſtiuſmodi documentis aliis curſim infra aſſignandis, de quibus hîc ex profeſſo diſſerendi locus non eſt, præſertim cum olim agitata controverſia, ſuſcitanda amplius non videatur. Conſuli poſſunt Mabilionis annotationes in præmiſſa ſua Acta à pag.* 391 : *hîc in totius rei compendioſum ſpecimen, ſat erit ex Annalibus Bededictinis pag.* 78 *numerum* 45 *lectori proponere.*

à Mabilione

11 Tempus conditi Aninſulenſis monaſterii certo definire, *inquit Mabilio*, in promptu non eſt. Id factum conſtat eo tempore, quo Cenomanni Childeberto Regi parebant : ac proinde poſt mortem Chlodomiri Burgundiæ Regis, cui hæc provincia, ex paterna hereditate, ſortitione obvenerat. In Actis Cenomannenſium Epiſcoporum variæ referuntur litteræ, tum Carilefi, cœnobium ſuum Innocentio Epiſcopo ſubjicientis ; tum Childeberti, hanc ſubjectionem approbantis : quarum litterarum priores, datæ ſunt octavo Idus Januarii, anno quartodecimo Childeberti. Verum has litteras, etſi antiquiſſimas, utpote quæ ſeculis

C octavo & nono in litis contentione productæ ſunt, non immerito ſuſpectas reddunt nomina Epiſcoporum ſubſcribentium, quorum nulli in indicibus Turonicæ provinciæ Antiſtitum per id tempus reperiuntur; & cenſus illi, in prædictis litteris expreſſi, in gratiam majoris eccleſiæ Cenomannenſis, qui numquam ab Aninſulenſibus perſoluti leguntur. Accedit, quod monaſterium iſtud à Nicolao Papa, apud quem prolixa de ejus ſubjectione controverſia tum recruduit, quæ antea, Caroli Magni & Ludovici Auguſti principatu, agitata fuerat.

expenſa & ſoluta videntur

12 Melioris notæ videtur in archivo Aninſulenſi diploma Childeberti Regis pro dotatione ejuſdem monaſterii : aſt annus ejus quartus, qui in recentiori apographo legitur, ſine dubio mendoſus eſt : tum quia eo anno Childebertus minorennis erat, necdum conjugatus cum Ultrogottha Regina, quæ prædictæ dotationi favit ; tum quia necdum tunc Cenomanni Childeberto Regi parebant, ſed Chlodomiro ejus germano, qui non ante annum Childeberti Regis tertiumdecimum, Chriſti DXXIV necatus eſt. Forſan omiſſa eſt in apographo numerica nota X, ac pro XIV, ſcriptum IV. Hoc diplomate Childebertus Carilefo tradit Madvallem, ubi ſitum erat Aninſulenſe monaſterium, ejuſque fines circumſcribit. Idem princeps eumdem locum ſub ſuam tutelam ſuſcipit in aliis litteris, Daumero Abbati inſcriptis : qui Daumerus, Carilefi ex Perticenſi monaſterio ſocius, ejuſdemque in regimine Aninſulenſi ſucceſſor fuit. Eamdem gratiam Chilpericus anno regni ſui primo confirmat Gallo Abbati, qui Carilefi ſervus in libro de vita ejus appellatur. In Actis ſupra laudatis Cenomannenſium Epiſcoporum exhibetur precaria, Gallo Abbati à Domnolo Epiſcopo facta, Chilperici anno V. Deinceps nullæ hujuſmodi litteræ inveniuntur ante precariam, ab Hadoindo Epiſcopo factam Sigranno Abbati, cui ſucceſſit S. Siviardus, is qui geſta S. Carilefi litteris mandavit. Ex his intelligimus, Carilefum vita ceſſiſſe ſub annum iſtius ſeculi XL, eique ſucceſſiſſe Daumerum *&c.*

contra acta Cenomanenſia,

13 *Hîc paucis multa complexus eſt confecitque vir eruditiſſimus : nam ut clarius loquamur, modeſte quidem ſed nervoſe primum in hac re Cenomanenſium Actorum fulcrum, quod eſt S. Carilefi teſtamentum, plane ſubvertit, atque adeo inſtrumenta cetera ei innixa convellit, quod prius ſatis inſinuaverat ſeculi* 3 *parte* 2, *in addendis & corrigendis pag.* 627. *Viderat pridem Acta illa Cenomanenſia, pro magna parte apud nos Mss. Papebrochius, eadem citans ad vitam S. Domnoli* XVI *Maii, tomo tertio pag.* 603, *ubi* adulterata aut omnino fictitia *pronuntiare non dubitavit : cur poſtmodum,* XIX *Junii, ad vitam S. Innocentis, itidem Cenomanenſis Epiſcopi, majorem eis fidem habuerit; equidem ignoro. Ceterum inveterata illa Cenomanenſes inter ac Carilefienſes litigia pridem examinavit Cointius ad annum* 515, *cujus opinio ſatis veroſimilis eſt, ſic ut facile quis perſuaderi poſſit,* ſi fervente diſſidio, quod inter Epiſcopos Cenomannenſes & Fratres Carilefianos diuturnum fuit, in gratiam monachorum producta fuerint apocrypha Regum diplomata ; eodem prorſus dolo uſos, qui partes Epiſcoporum tuebantur. *Utut ea ſe habeant, ad inſtitutum hoc noſtrum facit, quod ſimplicia, candida & ſincera appareant S. Carilefi* F *Acta ; contra verò, ut minimum in hac re implexa & ſuſpecta videantur Epiſcoporum Cenomanenſium geſta.*

pro quibus pugnat Corvaiſerins.

14 *Interim hiſce potiſſimum inſiſtit Corvaiſerius, pag.* 123 *narrans, S. Carilefum, priuſquam Aniſula domicilium figeret, ad Innocentium acceſſiſſe, veniamque illic habitandi impetraſſe. Hiſtoriam bubali (vel ut ipſe putat cervi) ad Sanctum confugientis, aliter exponit, quam in Actis referatur. Tum autem pag.* 126, *quaſi immemor factæ antea ab Innocentio poteſtatis, ait, hunc ægre tuliſſe, quod S. Carilefus in diœceſi Cenomanenſi ſua nimium extenderet, eamque procedendi rationem multum vituperaſſe : unde coactus fuerit Vir ſanctus apud Epiſcopum ſeſe purgare, proteſtarique, nullum epiſcopalibus juribus præjudicium afferre velle, quin imo cœnobium, fortunaſque omnes, tum præſentes, tum futuras ei penitus ſubmittere, ut fuſius deductum invenies in exemplo* traditionis vel teſtamenti, *de quo nuperrime Mabilio, videndo in Analectis tomo* 3 *à pag.* 80 : *atque in precaria, à pag.* 84 ; *rurſus in inſtrumento tertio, pag.* 86 ; *item pag.* 104, 106, 162,

AUCTORE J. B. S.

162, 165, 183, 184, 232, 234, aliisve similibus, quæ hîc indicasse sufficiat, ab iis, quorum interest, accuratius discutienda. Hic unice observatum volumus, Acta Cenomanensia plurimum discrepare ab iis, quæ de S. Carilefo, magno candore & fide ab Vitæ scriptoribus narrata sunt, apud quos nec verbum etiam traditur de multis illis sociis, quos nominatim enumerat Corvaiserius, fortasse ex Actis S. Almiri, de quibus infra.

Vita à Siviardo

15 *Porro præcipuum vitæ S. Carilesi scriptorem, & in Actis Benedictinis & in laudatis nuper Annalibus, constanter censet Mabilio, fuisse S. Siviardum Anisolensem Abbatem, quem floruisse putat sub sæculi octavi principium, Henschenio obitum ejus consignante anno 687. Ubi id demum Mabilio repererit, nusquam indicat, nisi forte in Mss. quæ citat Cisterciensi & Anisolensi, B. Siviardi nomen præfixum fuisse existimemus. Ceterum in istius Sancti Actis ab Henschenio illustratis 1 Martii pag. 65, nec minimum occurrit vestigium, unde talem vitam ab eo scriptam fuisse colligatur. At cujuscumque demum auctoris ea fuerit, sincere simpliciterque composita videtur, ornatiori ferme stylo, quam ea tunc ferrent tempora. Nec multum absimilis est aliorum phrasis; id vero in omnibus mirandum occurrit, ab ipsis tam studiose vitata ea*

B *omnia, quæ cum S. Innocentio transacta à S. Carilefo fuisse, tot locis tradunt citata jam toties Episcoporum Cenomanensium gesta. An quod per id tempus Cenomanenses inter & Anisolenses de jurisdictione vel exemptione contenderetur, non habeo unde definiam: cum tamen non semel ea controversia recruduisse dicatur, quid vetat tantisper suspicari, eam fortasse causam fuisse, cur de eadem re tam diversa utrimque memorentur.*

& ab alio scripta,

16 *Et vero suspicionem hujusmodi augere possent Acta* S. Almiri *apud Labbeum tomo 2 Biblioth. Mss. à pag. 469, S. Siviardo longe antiquiora, & gestis Episcoporum Cenomanensium, qua parte de S. Carilefo loquuntur, magis conformia. Sic ibi incipit auctor anonymus:* Compulsi à Fratribus, imperante etiam Pontifice nostro B. Domnolo, scribere S. Almiri vitam, ne inobedientes appareamus, adjuvante Spiritu sancto, qui in prædicto Sancto requievit, stylo suo tenui aggredimur. Præcipiente quippe Domino nostro Jesu Christo, legimus sic: Aperi os tuum & adimplebo illud. Idcirco recitanda sunt,

C quæ in exemplum bonæ actionis devulgata, lucrum faciunt animarum, atque suis imitatoribus procul dubio proficiunt in augmentis. *Est ergo hic scriptor S. Carilefo ferme æqualis, utpote cum S. Domnolus Cenomanensis S. Innocentio, qui obiit circa annum 542, post quindecim annos, quod esset anno 557, successerit, vita functus circiter anno 583. Hic vero anonymus, nisi per turpissimum flagitium imponere nobis voluerit, aut quispiam alius fidei non minus subleste, ejus scripta interpolaverit, auctor idem ipse est, qui primam S. Carilesi vitam edidit, ut mox ex ejus verbis ostendam.*

qui aliqua admisceat

17 *Sub istius S. Almiri vitæ initium multa præmittuntur, quæ SS. Avito & Carilefo communia sunt, sic ut prior pars tota ad ipsos referatur. Imprimis observat scriptor, imperantibus apud Francos Childeberto & Clotario fratribus, in Cenomaniam venisse sanctos Avitum & Carilesum cum sociis quibusdam, quos alii postea secuti sunt, aliquo spatio temporis interjecto. Deinde subjungit, eos ex Aquitania, & ex pago potissimum Arvernico venisse, ac priusquam in Cenomaniam penetrarent, substitisse prope Aureliam, in monasterio, cui beatus Maximinus præerat. Sequuntur deinceps quæ* D *cum S. Innocentio, ultro citroque gesta sunt; primum per* consolatoriam *Episcopi* epistolam, *à sacerdote, nomine Benedicto, delatam; ob quam per eumdem sacerdotem Viri sancti* dicto Episcopo gratias retulerunt, mandaruntque, quod ipse juberet, in quantum Deus dederit, voluntarie adimplerent. Quorum voluntatem ut memoratus Innocens audivit, qui, antequam eorum obedientiam audiret, graviter hoc ferebat, & admodum eos redarguebat *&c. Subinde componuntur pacifice dissensiones omnes, data plena potestate prædicandi, cellulas & ecclesias ædificandi; quæ omnia alludere videntur ad ea, quæ in gestis Cenomanensium Episcoporum fusius deducta meminimus.*

Actis nostris non plane conformia.

18 *Post hæc additur articulus, de cujus veritate me fateor plurimum dubitare: at cum nostrum sit, omnia fideliter proponere, eruditi lectoris judicio relinquemus. Sic habet:* Qualiter autem sanctus Carilefus cum prædicto Innocente Episcopo egerit, & quales cohærentias habuerunt, vel qualia instrumenta chartarum simul fecerunt, in eorum opusculis, sive in gestis pontificalibus Cenomanicæ urbis hactenus insertum habetur: similiter & qualiter cum S. Avito egerit, aliquid in eorum vitis olim conscripsimus; & ideo hîc non est opus tangendi, neque mihi videtur inferere · sed siquis ea pleniter scire desiderat, prædicta opuscula legat, & sic inveniet. Deinde namque auctoritate & largitione memorati Episcopi, & consilio S. Aviti eorum magistri, quæsierunt illa loca, quæ postea ædificaverunt, sine quibus cellulas, opem eis non modicam prædicto S. Innocente Episcopo ferente, construxerunt, in quibus & corporaliter modo requiescunt; quibus in locis jam repertis, sub sancta regula fratres congregaverunt, & vivere regulariter docuerunt, sicut usque in hodiernum diem, Domino opitulante, regulariter E studeut.

§. III. Alia S. Carilefi Acta, cultus, & translatio.

F

Inter Vitas variè scriptas,

Si satis vera sunt, quæ modo ex S. Almiri Actis retulimus, manifestissime patet, sanctum Siviardum (si is S. Carilesi vitam scripsit) primum non fuisse, qui Sancti res gestas memoriæ prodiderit; sed ex anonymo illo, aut simili scriptore, materiam sumpsisse, quam pro suo modo nonnihil expoliverit. Jam vero, cum plures ejusdem Sancti vitas reperiamus, stylo magis quam rebus ipsis diversas, consequens sit, eadem illa vetustiora, sive istius, sive alterius Acta, scriptoribus nostris præluxisse. Porro inter hæc paulo recentiora, præferenda censemus, quæ sub S. Siviardi nomine edidit laudatus Mabilio, ex Mss. ut jam dixi, Cisterciensi & Anisolensi, quæ eadem, sed absque auctoris nomine, etiam apud nos Mss. exstant ex codice Vallis lucentis, Ord. Cisterciensis, diœceseos Senonen. à P. Chiffletio transumpta. Aliud exemplar Ms. anno 1638 Parisiis ad Bollandum misit P. Joannes Dardes, descriptum ex Ms. Anisolano manu Domni Anbert ejusdem loci religiosi, quod cum codice 863 Reginæ Sueciæ accuratissime contulit Godefridus Henschenius, qui S. Aviti vitam XVII *Junii illustrans, recte observat, totum prope ejusdem caput secundum in Acta S. Carilesi transisse, ut in Annotatis iterum dicemus.*

20 *Ad*

A *præferenda Siviardina*

20 *Ad primam illam vitam, ſeu Siviardinam ſpectant citata Mss. omnia, in quibus inter ſe conferendis nihil deſideravi paſſi ſumus, quamvis minutias hinc inde leves negligendas putaverimus, ne innumeris & nullius momenti aſteriſcis & notulis margines omnes inficiantur, aut Grammaticis obſervatiunculis annotatorum accreſcat numerus; neque tamen indicare negleximus in quo notabiliter differant, aut ſe mutuo excedant. Primæ iſti vitæ, ætate, ni fallor, ſuppar, nec minus nitida & elegans eſt altera, quam habemus ex Ms. Ultrajectino S. Martini, quod hodie in Cartuſia Colonienſi aſſervatur, & procul dubio pridem ſervatum fuit, cum eo ipſo, aut certe planeſimilibus Mss. codicibus uſus ſit Surius, ex quibus vitam edidit, contracta nonnihil ultima facie, à nobis inter Miracula reſtituendâ.* Stylum aliquot locis, ubi res poſcere videbatur, *ſe* elimaſſe *fatetur, at primigenia phraſi etiam Budicæ reperiri, teſtatum reliquit Bollandus. Tertia demum & aliis paulo brevior vita eſt in Legendario noſtro prægrandi Ms. membraneo, quod fuit olim monaſterii Valcellenſis, quæ eodem exordio repetitur in Ms. Aquicinctino fol.* 18. *Hoc de omnibus conſtat, ſcriptas illas fuiſſe ante Normanorum incurſiones, cum omnes teſtentur, S. Carileſi corpus Aninſulæ quieſcere, quod barbarorum illorum metu ad caſtrum Bleſenſe ſubinde tranſlatum eſt, ubi uſque hodie debita veneratione honoratur & colitur.*

B

quamvis nec ipſa nævis careat:

21 *obſervo, S. Siviardum, ſeu præcipuorum Auctorum, quem cum Mabilione ſequimur, auctorem, æque ac tertium, qui breviora compilavit, in eo turpiter à principio lapſos, quod S. Carilefum natum dicant Childeberto, ac germano ejus Clotario (aliqui codices legunt* Hildeberto *&* Lothario) rempublicam regni Francorum gubernantibus, *dum* Clotarius Radegundem, natione Turingam..... inclitus vero Childebertus Ultrogotam (*in uno codice ſcribitur* Altrogodem) ſibi matrimonio copulavit. *Sic enim ſubjungunt:* Quo tempore prædictus Chriſti famulus Carilefus in Arvernenſi territorio ortus eſt. *&c. Quæ non niſi per ſummam inadvertentiam à ſcriptoribus illis dici potuerunt, quandoquidem certum ſit, tempore Clodovæi magni naſci Sanctum oportuiſſe, qui ſub S. Maximini Miciacenſis, anno circiter* 520 *defuncti, diſciplina aliquamdiu vixerit, cum Childebertus & Clotarius non ante annum* 528, *partam per immane nepotum, filiorum Clodomiri, parricidium* rempublicam regni Francorum gubernaverint. *Scribere debuerunt, iſtorum Regum ætate S. Carilefum, jam apud Cenomanos degentem, virtutibus ac miraculis illuſtrem fuiſſe. Melius ſcopulum evitavit auctor vitæ à Surio editæ, expunctis Principum nominibus, quæ cum Sancti nativitate coincidere omnino non poſſe, haud dubie adverterit. Verum nec ipſe erroribus immunis eſt, dum Maximinum facit Aurelianenſem Epiſcopum &c.*

C

plures aliæ omittuntur.

22 *De cetero tanta eſt trium illorum ſcriptorum vel plurium in rebus enarrandis concordia, quanta eſt ſtyli amplificati vel contracti diverſitas, pro ſingulorum ingenio & ſcribendi peritia, de qua ferme inter ipſos certatum videtur, cum ſatis evidenter pateat, ex eodem fonte omnia profluxiſſe, ut facile obſervabit, qui Surii editionem modice immutatam cum Mabiloniana & noſtra contulerit. Floridior eſt, imo verboſior præfata Suriana (ex editoris mente,* graviter & erudite conſcripta) *longioribus dialogis & exhortationibus contexta; in qua non multa habuit, quæ elimaret Surius. Nos*

eam reproducere, operæ pretium non cenſuimus, cum notiſſima ſit; nobis vero cavendum, ne multiplicatis hujuſmodi Actis, opus noſtrum immenſum excreſcat. De Gononi compendio non loquimur, is enim fatetur, ſe ſua omnia ex Surio delibaſſe. Minus etiam curanda ſunt, quæ habet Equilinus Epiſcopus lib. 6, *cap.* 37; *ubi in brevi epitome error non unus offenditur. Pro* Avito, *ponitur* Adjutus: *mulieris punitio facta dicitur vivente Sancto; hic autem Cenomanis ſepultus &c. Neque hic Sauſſayi aut aliorum recentiorum elogia recenſenda ſuſcipimus, quæ ſatis vulgata locis ſuis inveniri poſſunt, præſertim apud monaſticos Martyrologos Wionem, Bucelinum & alios; longe præſtabit, pro vetuſtiſſimo S. Carileſi cultu vetuſtiora monumenta conſulere.* AUCTORE J.B.S.

In quibus antiquis faſtis

23 *Inter Hieronymianos codices ſolus auctor Corbeienſis de eo meminit, iis verbis quæ in nupera noſtra Uſuardi editione retulimus:* Cinomannico Aniſola monaſterio, depoſitio S. P. Carileſi Presbyteri & Confeſſoris. *Ex hoc in apographa minora profluxit, de quibus in præfat. Uſuard. pag.* 9 *num.* 29 *&* 30. *in Gellonenſi, luxato nomine, martyribus immixtus eſt:* Alibi, Orionis, Crilifi Confeſſoris, Zoëli *&c. In Auguſtano item,* Urion, Arileffi Confeſſ., Zeli *&c. Labbeanum deformius legit,* Arileſæ. *Colonienſe S. Mariæ ad Gradus:* Et S. Carileſi presbyteri. *De eo ſilent Beda & Florus: inter auctaria ſcribit Atrebatenſe.* Kareleſi Confeſſoris. *Tornacen:* Eodem die, Kerleſi, qui bonis actibus & miraculorum ſignis effulſit. *Barberinian. (quod eſt inter Hieronymiana contracta)* Aniſola monaſterio, depoſitio S. Carilephi presbyteri. *Romano parvo præteritus eſt; nec facile quis divinaverit, cur Ado* VIII *Junii ſcripſerit:* Item eodem die, S. Carileſi Confeſſoris. *Crediderim Uſuardo præluxiſſe auctiorem aliquem Hieronymianum codicem, qualem jam diximus eſſe Corbeienſem. De vera autem ejus annuntiatione in citata editione quæſivimus, putavimuſque formandam, ut ibi in textu refertur:* Aninſulæ monaſterio, ſancti Carileſi presbyteri: *Codex Centulenſis male legit:* Carileffi Epiſcopi. *Ambianenſis eodem errore laborans, vulgare elogium addit:* Qui, ... heremiticam vitam gerens, plurimorum poſtea ibidem exſtitit pater monachorum; ubi etiam clarus miraculis, in pace quievit. *De reliqua Uſuardina ſobole loqui ſuperſedeo.*

Sanctus meretur.

24 *Martyrologus metricus Wandelbertus laudato Aarone, ſic ſubdit:* Has quoque (*intellige* Kalendas) contemptor mundi Carilephus honorat. *Rabani elogium hujuſmodi eſt:* Et natale Areleſi Confeſſoris, qui ab infantia Deo deditus, monaſticam vitam expetivit, & à ſancto Maximino Aurelianenſium Epiſcopo (*lege* Miciacenſi Abbate) ſimul cum Avito ſocio presbyter ordinatus (*vide Acta*) vitam ſolitariam deſiderans, monaſteria in diverſis locis ædificans, multis virtutibus ante obitum & poſt obitum ſuum claruit, & ſanctitas ejus plurimis profuit. *Notkerus ſcribit* Areleffi, *totoque Rabani elogio, paucis mutatis in ſuum textum translato, ſubjicit:* Sed quia virtutum nomine, aliquando vitæ ſanctitas, aliquando miraculorum efficacia deſignatur, unum de miraculis, per ſanctitatem illius oſtenſis, ad comprimendum temerariarum mulierum audaciam, in hoc eccleſiaſticarum hiſtoriarum breviario commemorare ſufficiat. Audiens quædam mulier, nomine Gunda, quia ſanctus Areleffus

D E F

M

mu-

AUCTORE J. B. S.

muliebri ſexui, per quem virile robur ſolet emolliri, interdixiſſet aditum in monaſterium ſuum, aſſumpto virili habitu, quaſi Sancto Dei illuſura, & ut ſibi videbatur, jam voti ſui compos effecta, inter multitudinem virorum tendebat ad cœnobium, & ecce ſubito in amentiam verſa *&c. quæ honeſtius, & procul dubio veroſimilius, narrantur infra in Actis à num.* 33.

omiſſis recentioribus,

25 *Poſſent hîc ſuperaddi Beda Plantinianus, Maurolycus & recentiorum aliorum Martyrographorum longa ſeries, ſed inutilis; quippe cum ex jam citatis habeatur quidquid ad vetuſtiſſimam cultus memoriam propius pertinet; quæ in Martyrologiis illis antiquis licet notiſſima; nihilominus à Romano moderno prætermiſſa eſt, ex ſolo opinor, Baronii arbitrio. Cauſam nec ſcio, nec lubet inquirere. Qui præterea, tamquam de S. Carilefo tractantes, alicubi citantur, ut Cratepolius, Tigeotius aliique ſimiles ſcriptores, huc conferre nihil poſſunt: uti nec Renatus Benedictus, apud Ferrarium in Catalogo male aſſerens, Sancti corpus in abbatia Praten. apud Cenomanos depoſitum, cum conſtet, ex quo Bleſas metu Normannorum translatum eſt, illic perpetuo ſervatum fuiſſe, ibidemque anno* 1653 *repertum, ut opportunius infra dicemus. Martyrologium Caniſii Aninſulam in diœceſi Treverenſi male collocavit. Supereſt appoſita Mabilionis obſervatio, citata ſuperius Annal. pag.* 78. *num.* 45, *qua lectores monet in hunc modum:* Ceterum mirabitur, *inquit*, fortaſſe aliquis, cur Gregorius, Turonum Antiſtes, nullam de Carilefo, qui in ſua provincia ante ſe floruerat, mentionem fecerit. At mirari deſinet, cum alios ejuſdem provinciæ, haud minus illuſtres, itidemque prætermiſſos advertet, ac ne nominatum quidem ab ipſo, licet Aninſulenſis monaſterii meminerit, ſancti Carileſi vocabulo cum adjuncto oppido inſigniti, ejuſdemque reliquiis nobilitati, uſque ad tempora Nortmannorum, quando ad caſtrum Bleſas delatæ ſunt,

quorum nonnulli in tranſlatione aberrant.

B

26 *Quid forte alii de corporis S. Carileſi depoſitione aut translatione ſcripſerint, nec quærendum nec examinandum puto, cum hæc in tanta luce poſita ſint. Caſu incidi in Faſtos Weſtfaliæ Mss., à noſtro P. Joanne Velde olim collectos & concinnatos, in quibus* 1 *Julii ſic legitur:* S. Carilephus Presbyter & Confeſſor. Mol. Ferrarius in Topographia ait, Cenomanis ſepultum. Garnefelt tranſlatum putat cum S. Liborio Paderbornam & inde Hervordiam, ubi Wernerus [*Rolevinck*] lib. 3, cap. 8 nominat inter reliquias S. Corelphum, *haud dubie pro Carilepho, Sed an hæc cum ſupradictis conciliari poſſint, nedum ſubſiſtere, facile lector perſpiciet.*

C

VITA

Ex Mss. collatis cum editione Mabilionis.

PROLOGUS AUCTORIS.

COnſtat, veterum fuiſſe morem, ut ſui temporis viros per ſcripturarum ſuarum monumenta poſteritati commendarent, eorumque dicta memoratu digna vel facta, aut litteris traderent, aut picturæ committerent. Vel certe ære ſeu marmore laborioſo, atque ſpectabili opere effigiarent: id ſtudii habentes, ut quæque ad ſui notitiam utilium, vel cognitu digna, vel æſtimarentur imitanda, eorum induſtria ad ſucceſſorum ſuorum perducerentur notitiam, quatenus nec ſuo tempore indevoti, nec poſteritati apparerent inofficioſi. Hæc cum ita ſint, nobis quoque verendum eſt, ne militum Chriſti fortia facta, atque imitanda trophæa, quibus in noſtro ſeculo emicuerunt, ſilentii carcere premamus; ſed ſuccedenti profutura ætati, vel mediocri ſtylo mandemus. Unum enim è pluribus Chriſti fortiſſimis præliatoribus Dominus noſtro Eccleſiæ attribuit ævo, Carilephum nomine, cujus inclitam vitam, multorum utilitati profuturam, ipſo opem ferente, ſuſcipimus chartulæ contradendam, & quamquam tanto operi exiſtamus impares, utpote quibus & tenuis adeſt facundia, & ingenii peranguſta copia; ſatius tamen rati ſumus, vel exiliter dicere quæ novimus, vel paucula; quam cum ſervo pigro, & negligenti pro retenta Domini pecunia, ſubire taciturnitatis diſpendia. Dat etiam Dominus loquendi incitamentum, qui præcipit ora aperire, & ea ne elinguia remaneant, Spiritus gratia promittit adimplere. D E

Quid auctor intendat;

2 Ipſe ergo nobis orandus eſt, ut qui ſervi ſui adjutor exſtitit ad bona peragenda quæ præcepit, ſit & nobis adjutorio, ad narranda quæ in eo peregit: quo ſcilicet teneriorætas cognoſcens veteranorum Chriſti militum laborioſa pro Chriſto certamina, ſeu quæ propriis laboribus adepti ſunt præmia, veluti palæſtrici agoniſtæ certaminis fortiſſimi, oleo imitationis paternæ peruncti, fortiores reddantur ad toleranda contra ſpiritales nequitias acerba diſcrimina. Quæ ſingula ad divinitatis gloriam referuntur, quæ tantam meritorum attribuit famulis ſuis prærogativam. Corda etiam torpentia, manu commonitionis ſuæ, ut evigilent pulſat: ut pudeat eos non imitari, quos ſimiles ſui aliquando noverint, utpote quibus & caro ex eadem materia conſtiterit, & anima æque adeo cunctis bona inſerta ſit.

quibus impellentibus ſcripſerit.

3 Sed quia invalidi reddimur noſtris exigentibus deſidiis, ad eorum ſequenda veſtigia, vel narremus utcumque, quæ de eis miranda comperimus, ut vel per hoc nos in ſui conſortium aſciſcant, ſi operum, quorum illi exſtitere factores, nos inveniamur vel qualeſcumque narratores. Quod opus non aggredimur noſtra præſumptione, ſed ſacrorum Eccleſiæ præſidentium Epiſcoporum juſſione. Injungitur namque nobis, ut jam dicti beatiſſimi Carilephi vitam quoquo modo deſcribamus, qui temporibus Childeberti præminentiſſimi Regis floruit, atque in caſtris ſanctæ Eccleſiæ, tamquam ſtrenuus miles, contra poteſtates aëreas, clypeo fidei protectus, ſpicula doctrinæ contorſit, fulmina miraculorum emiſit. F

CA-

A

CAPUT I.

De Sancti ætate & patria, apud Menatenſes monachos, deinde ſub S. Maximino Miciacenſi inſtitutione, uſque ad ſacerdotium.

Sancti ætas, patria & parentes:

PRincipe itaque ſupradicto & germano ejus Clothario, Rempublicam regni Francorum gubernantibus: ut ſe habet talium uſus rerum, monarchiam regni ſui in duo diviſerunt; ita tamen, ut in amore germanitatis manente unitate, unuſquiſque eorum potiretur regni ſui ab alterutro tradita portione. Monente etiam ſucceſſionis amore, connubia ſtuduerunt inire. Quorum Clotharius Radegundem natione Turingam, pietatis inſignitam moribus, ſibi aſcivit Reginam. Quæ poſtea, exactis in ejus copula aliquot annorum circulis, Pictavèm petiit, atque in ſuburbio ejuſdem civitatis, animabus, Chriſtum deſiderantibus, ſemet ſpectabilem reddidit. Ibique quantum ſibi poſſe fuit, Superorum converſationi propinquans, vocante hora, mortalibus præfinita, terræ, quod ſuum erat, reliquit; animam autem, conſortio Angelorum ſociandam, quibus & diutinis laboribus ſe ſociam præbuerat, miſit: eis quidem, qui adhuc domibus luteis præſident, excubias ſui corporis cum ſudore relinquens æmulationis; Angelicis verò cœtibus admiſceri feſtinans, mortalia liquit, & immortali ſponſo, cui jam dudum conjungi ardebat, ſeſe conjunxit. Inclitus verò Rex Childebertus Ultrogotam, meritis venerandam Reginam, ſibi matrimonio copulavit. Quo tempore *a* prædictus Chriſti famulus Carilephus, in Arvernenſi territorio parentibus ſecundum ſeculi eſt dignitatem clariſſimis ortus. Qui quamquam nobilitatis clarerent titulis, acceſſit tamen huic nobilitati animus clientelæ devotiſſimus Dominicæ, quæ eos, obumbrata ſeculi dignitate, potiore donavit claritudine.

prima in monaſterio inſtitutio.

b

c

d

5 Suſceperunt itaque ſibi donatum Dei famulum, & tenerioribus quidem adhuc morantem in annis, ſtudioſe nutriverunt. At verò appellente eo tempora, *b* quæ ſtudiis ſunt habilia diſcendis; doctrinæ gratia in monaſterium, cui Menate *c* vocabulum eſt, mittitur. Ubi Domino adminiſtratore, & litterarum facundiam & ſanctæ converſationis citiſſime ſuſcepit normam. Videres *d* namque ejuſdem loci devotos Chriſti famulos, alterutro in ejus caritate ſeſe præcedere feſtinantes, & ut eum alius verbo, alius inſtrueret actu, laborantes, ipſum verò tamquam terram bonam, ſuſcepto divini verbi fœnore, quò centuplicatum redderet, inſiſtentem. Nempe quamquam immaturitas temporis juveniles ei repromitteret annos, gravitas tamen interior laſcivos compreſſerat motus, & quamquam calleret intelligentiæ, ſapientiæque acrimoniâ, veluti ad omnia invalidus, humilitate magiſtra, à ſenioribus ſtudebat expetere conſulta; & quæque ex eorum ore audiebat, veluti oracula ibi divinitus emiſſa, ſummopere ſtatuebat ſervanda.

Ex Mss. Vitam eremiticam cum S. Avito expetit

6 Interea cum his diu operam daret exercitiis, veluti in gymnaſio exercitatus cæleſti; cupiebat tandem aperto ſeſe credere campo, & ſingulari contra diabolum dimicare certamine, heremiticam ſcilicet appetens vitam, in qua ſolus cum ſolo dextram conſereret, &, fautrice divinitate, hoſtem protervum humilitatis protereret armis. Hæc eo intra ſe diutius volvente, & debita cum cautela, qualiter ſibi agendum eſſet, deliberante, quadam die vir expectabilis vitæ, & per cuncta laudabilis, ejuſdem cœnobii monachus, Avitus nomine, ei collocutionis gratia affuit. Erat namque iſdem, de quo ſermo agitur, vir, quamquam minus clarus, ſecundum perituram ſeculi dignitatem, proſapia; meritorum tamen præditus ſummorum prærogativa. Dum ergo inter ſe opportuna colloquia ſerunt, & divini epulas verbi palato mentis deguſtant, codicem, ſancti Euangelii textum geſtantem, aperiunt, oblatamque oculis lineam, quæ prima forte occurrit, lingua recitant, mente pertractant. Erat namque hujuſmodi: Qui plus diligit patrem, aut matrem, aut fratres, aut ſorores, quam me, non eſt me dignus. Cœpere itaque, veluti animalia munda, cibum hunc dente diſcretionis terrere: & quia ſe plus ad arduam converſationem hæc verba ſectandam admonerent commentari, ubi ſcilicet vacui parentum ſollicitudine, alieni à cognatorum notitia, ſolo brachio intentionis cæleſtis ſanctique deſiderii, vitia carnis libere poſſent conterere. Luc. 14. 26 Matth 10. 37.

E

& Menate profugiens,

7 Itaque è veſtigio Petrum ſecuti Apoſtolum, qui voce Domini audita, protinus retibus navique relicta, Domini ſecutus eſt itinera, beatiſſimus Avitus claves cellarii, cum cingulo revinctas, clanculo Abbatis ſui ſuppoſuit cervicali. Erat namque tunc temporis, rei frumentariæ apotheciſque præpoſitus monaſterialibus. Sicque tandem, ruptis deliberationum morulis, pedem à monaſterio extulêre, & deſtinatum iter carpere cœpere. Emenſo itaque non multo à monaſterio itinere, Ligeris adiere fretum: quod navi *e* conſcenſa, Chriſto propitio, facile tranſmearunt, & in ſuburbium Aurelianenſe devenerunt. Audita autem præſtantiſſimi viri & Deo amabilis Maximini fama, qui in iiſdem locis, cohortibus monachorum, in cœnobio Miciacenſi degentium, præerat, citiſſime ad eum viſendum convolaverunt. Iſdem namque præclarus meritis vir Maximinus, à Chlodovei *f* Regis & Reginæ ejus Chlothildis liberalitate, fundum acceperat, in quo ſibi ſuiſque cœnobium conſtruxerat, & in eo ſpirituali philoſophiæ tunc temporis operam dabat. Qui ut ſanctorum cognovit adventum virorum, & ardentem circa Dei culturam affectum, protinus eis & ſecum habitandi facultatem, & fratrum attribuit ſocietatem.

c

F

f

ad S. Maximinum Miciac. pergit:

ubi cum ſocio ſancte converſatur.

8 Ipſi verò, nequaquam obliti ſuæ propoſitum intentionis, haud retro aciem mentis retorſerunt, vel tepiditati aut ignaviæ manus dederunt, ſed tamquam Euangelico manum imponentes aratro, mentis obtutibus ad bravium ſupernæ vocationis intendebant, caſtigabantque corporis ſenſus à ſiniſtris affectibus, & ſtudebant eos venuſtare ſacrorum actuum exhibitionibus, ſtudioque illis erat, & opere ſeſe reddere conſpicuos, & ſermonibus ſalſos;

Ex Mss. eratque in eorum operibus videntium admiratio, & in ſermonibus gratiæ oblectatio. Reddebat namque eos caſtitas floridos, fides invictos, mentis puritas ſimplices, ſplendor vitæ laudabiles. Præponebatur ab eis cunctis, quæ diligi poſſunt, in dilectione Dominus, & propriæ dilectioni nullo modo ſupponebatur proximus. Erat illis humilitas, non modo verborum vel habitus, ſed totus ipſorum ea conditus erat actus, ita ut quique eos viderent, in eorum ſtudiis, velut pictura ſpirituali, verba
Luc. 9. 23. Domini picta putarent; quibus ait: Si quis vult poſt me venire; abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

ANNOTATA.

a *De apertiſſimo hoc parachroniſmo, quo S. Carileſi nativitas cum regnantibus Childeberto & Clotario perperam conjungitur, diximus ſupra in Comment. prævio num.* 21.

b *Conſonant in hoc loquendi modo, editio Mabilionis, codex Vallis lucentis & Ms. Reginæ Sueciæ. In Aniſolenſi noſtro rectius legebatur*; appellente tempore, quod ſtudiis eſt habile diſcendis.

c *Monaſterium eſt diœceſis Claromontanæ, quod etiamnum exſtat, vernaculè* Menat, *hodie Ord. S. Benedicti.*

d *Ita Mss. omnia; non ſatis clarè. Aliter legit Mabilio, ſed perfectum ſenſum non reddidit. Lectio noſtra confirmatur ex Actis* S. *Aviti* XVII *Junii, pag.* 352 *num.* 5, *infra litt.* F, *ubi incipiendo à* videres, *uſque ad* ſtatuebat ſervando, *iiſdem verbis concepta ſunt omnia, niſi quod pro* calleret, *habeatur* polleret; *pro* & quæque, *quæ particula hîc non ſemel recurrit, melius* quæcumque autem. *Tum vero ſequens numerus noſter* 6, *eſt principium capitis ſecundi prædictorum* S. *Aviti Actorum, convenitque cum numero illic* 7. *Numerus noſter ſeptimus, paulo brevior eſt, quam ibi ſit octavus. Noſter octavus, cum eo qui ibi eſt nonus, ferme cohæret. Cetera pluſculum commixta ſunt, ut facile perſpiciet, qui utraque Acta conferre voluerit. Conſule etiam, ſi lubet, annotationes Henſchenii ad præfatum caput* 2 *Actorum S. Aviti.*

e *Non video cur Sanctis, ex Arvernia venientibus, trajiciendus fuerit Ligeris, ut cœnobium Miciacenſe attingerent; niſi cum aliquibus velimus, eos prius ad Orientem ultra Ligerim perrexiſſe, inde vero deflexiſſe ad Occidentem verſus Aureliam. Dixi etiam in Commentario, videri factam confuſionem in Ligeris tranſitu, æque ac in officio* Cellarii *ac depoſitione clavium ad cervical Abbatis &c.*

f *In Ms. Vallis lucentis male legebatur*, ab Hildeberti Regis, *ſcriptore in dicto ſuperius parachroniſmo, quaſi ſtudioſe hærente, Reginæ nomen non apponitur. In codice Reginæ Sueciæ mutatur phraſis*; à Chlodovæo primo Chriſtianiſſimo Rege Francorum. *Correxi, ſecundum Ms. Aniſolenſe, editionem Mabilionis & citata Acta S. Aviti.*

CAPUT II.

De S. Carileſi cum S. Avito ad ſolitudinem receſſu, ubi occaſione bubali, ad ipſum confugientis, à Rege Childeberto fundum cœnobio ædificando obtinet.

Sacerdotio initiatus,

INterea vir piæ recordationis Maximinus, ubi comperit eorum ſtudia circa theoriæ anhelare appetitum, vitamque per orationum inſtantiam, vigiliarum aſſiduitatem, precum pernoctationem, ad ſupernum aſpirare conventum; ſtuduit ambos ſacerdotali *a* inſignire dignitate. Cujus voluntati divina proviſione proſper ceſſit eventus. Intera devotiſſimi Chriſti famuli, nimio flagrantes amore, nec ſatis fieri ſuo in his cernentes deſiderio, remotius ſibi habitaculum judicarunt perquirendum. Ad quam rem non illos fluctivaga incitabat levitas, ſed Domini excitabat voluntas, Chriſtoque placendi inexplebilis cupiditas. Erat namque illud ſtudii, ut quia annoſum *b* jam tranſegerant in cœnobitali converſatione curſum, attingere anachoritale certamen ſingulare; ne qua illis deeſſet perfectio, quam eis demonſtrabat Patrum recitata lectio. Itaque ab eodem quoque loco pedem referentes, vaſtas expetunt Perthici *c* ſaltus ſolitudines; quas peragrantes, inter opaca quæque nemorum, & luſtra abditiſſima ferarum, obvium ſe tulit eorum conſpectibus fertilis locus, qui tunc Piciacus dictus, ac nunc vocabulo Cellæ ſancti Aviti cognoſcitur inſignitus. Sane ut amœna divinitatis potentia in eorum cordibus uberrimum monſtraret fluere ſancti Spiritus rivum, eis fontem aquæ aperuit viventis, nequa illi, qui gratia ſancti Spiritus potabantur interius, neceſſitate gravarentur exterius. Quem fontem beatiſſimus Carilephus, manu ſua ut aquæ retentor eſſet, tereti circumdedit ædificio, & hactenus ob amorem illius, à devotis non ignobili tegitur operculo. Quem locum, tamquam Domini proviſione ſibi delectum, amplexi, in eo ſtationem collocant, dieſque quamplures in ſanctæ Trinitatis devotione continuant.

c in Perticenſem ſolitudinem ſe abdit.

S. Aviti monaſterium conditur;

10 At cum & tempora eis divinis ſtudiis mancipata, in eodem loco protelarentur, & odor eorum notitiæ atque operum circumquaque divulgaretur, fama beatiſſimi Aviti, aures ſupradicti Regis occupavit, probata veridica Salvatoris ſententia, dicentis: Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Juſſu itaque ipſius incliti Regis, & baſilica in eodem loco fabricatur, opibuſque regiis ditatur, nec non cœnobium præparatur, quatenus lichnus ſanctæ Eccleſiæ nequaquam fulvis occuleretur in tenebris, ſed cunctis ſanctæ Eccleſiæ filiis, ſui radios ſpargeret luminis. Luc. 11. 33

Sed remotiora quærens S. Carileſus,

11 Beatus autem Carilephus, prout moris eſt ſanctis viris proſpera vitare, ſiniſtra ob cuſtodiam ſui appetere, in his cariſſimum ſibi relinquens Avitum carne, ab ejus præſentia in interiora receſſit heremi, cum tamen ei inextricabilibus eſſet devinctus nexibus animi. Neque enim divinitas probabat, duos ſui exerci-

A tûs inclitos duces, uni debere præeſſe caulæ, cum pluribus uter eorum ſufficere poſſet. Itaque aſſumpto ſecum ſuo commilitone Daumero, *d* conſervoque itidem Gallo, pedem vertit in partes Cynomannicæ urbis, tandemque di- *e* vertit in locum, veterum vocabulo Caſagaiani *e* nuncupatum, ſitum in parrochia Labrocinenſi: *f* propter quem locum defluit Anniſola amnis *f* qui hactenus nomen ipſius fluvii mutuans, eodem quo ille nuncupatur nomine; in quo multis admodum delituit diebus. Erat namque locus à cujuſlibet acceſſu ſecretus, in altitudine heremi à viventium converſatione remotus, attamen terræ fertilitate jocundus. Reperit etiam inibi fontem, vivaci vena fluvium evomentem, parieteſque vetuſti ædificii ſenio lapſantes, dignitatem tamen priſtinam ipſius operis veſtigiis proteſtantes. Obtulit etiam ſe ejus conſpectibus parva vitis. Cumque hæc ſingula lumine curioſo perluſtraret, inæſtimabili ſuffuſus gaudio, in terram ſeſe protinus dedit, & miſericordiæ Domini, tamquam qui hæc ſibi paraverit, gratias reddebat innumeras, to- B tis ſupplicans niſibus, ut qui ei locum præparaverat, fructus quoque operarii cæleſtis ſibi ibidem peragere præciperet. Cumque noctis ſpatia orationibus occupaſſet, in craſtinum cellulam habitationis ſibi & fratribus ſuis intra parietinas ſupradicti ædificii, vimine lento contexit, & hinc inde agriculturæ operam dare inchoavit.

in eremo cellulam conſtruit.

12 Itaque die quadam cum operi inſtaret cœpto, vitemque repertam, tamquam voti ſui adjutricem circumfodiendo, & ſuperflua quæque reſecando excoleret, ſudore laboris coactus, veſtimento, quod cucullam vocant, exutus, quercui appendit. Inter hæc autem avicula perexigua, cujus vocabulum eſt Bitri- *g* ſecus *g*, dum quaquaverſum, ut ei moris eſt, vaga pererraret, & juxta familiarem ſibi conſuetudinem, intima quæque quadam curioſitate dictante perluſtraret, veſtimento ſeſe abdit, atque recedens, ovum enixum reliquit. Carilephus autem devotus Chriſti famulus, diurno explicito opere, cum jam ſol verticem axis declivior linqueret, & occaſum tepeſcentibus radiis vicinum promitteret, veſtimentum recepturus, arborem adiit, ovum alitis reperit. Quo C viſo inæſtimabile gaudium, admirationi mixtum, eum occupavit, totumque ſpatium illud, quo lucis abſceſſu umbræ terras tenuerunt, in laudibus divinis expendit.

Avis in ejus cuculla ovum enititur.

13 Cum verò jubare ſuo Phœbea lampas jam mundum venuſtaret, & ſuppreſſis cæcæ noctis tenebris, umbrarum denſitate occulta, manifeſta redderet, ſumpto ſecum germano ſuo Daumero, beatum Avitum repetiit, de his, quæ corde illius tegebantur, conſulturus, ſimulque & de loci opportunitate inventi perlaturus. Interea, dum ut moris eſt ſanctis viris, multa multorum utilitati profutura inter eos vertuntur; venerandus vir inter cetera & illud, quod ei evenerat, venerando Avito retulit; explorare volens, utrum ab eo quaſi novum aliquid accidens audiretur; vel ſi quid hac re portendi poſſe videretur. Vir autem Domini Avitus, ſe his moveri confeſſus eſt, & quia non fruſtra, nec caſu id acciderit, adjungens, ait: O mi amantiſſime, & nulli poſtponende mortalium Carilephe, inſiſte labori: Non equidem hæc qualiacumque promittunt, ſed editus alitis fœtus, magnos loci illius futuros portendit proventus. Scito enim multo majorem olim ejuſdem loci futurum Domini- D cum gregem, quam hic cernas nobiſcum conſiſtentem; qui tamquam optimi milites, in exercitiis Domini vitam tranſigentes, poſt laborioſos carnis triumphos, à Domino immarceſſibiles laborum ſuorum conſequentur fructus. Noctem itaque illam inſomnem ducentes, totam eam Domini dedicavere ſervitio. Et nunc ſermo erat eis de præſentis vitæ inſtitutione; nunc ad futuram remunerationem locutio percurrebat; modo immortalium ſpirituum conſortiis intererat; nunc autem ſanctorum virorum documenta, atque exempla recenſebat; nunc item pſalterii modulamen dulci plectro mens docta ad ſuavem Domino reddendum ſonum pulſabat. His itaque actibus totius noctis opacæ ſolati ſunt tenebras. At fatiſcentibus umbris Chriſti miles Carilephus repedans quo venerat, tugurio ſeſe recepit dilecto.

De hoc caſu aliiſque rebus S. Avitum conſulit.

Ex Mss.

14 Erat nempe, ut jam dictum eſt, idem locus ſecurus totius externi tumultus, & tantummodo feris heremique familiariſſimis animantibus pervius. Namque earum adventu ſæpe viſitabatur, ita ut quodammodo de eo proprie dictum videretur. Et beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. Erat namque ſpectabile, videre bubalum, *h* qui in ea provincia difficilis eſt inventu, inter cetera animantia venientem ad eum; & qui ante ſpiſſioribus tantum locis ſeſe occulendum crediderat, tunc videres eum omnis ſævitiæ oblitum, & depoſitis rictibus, & feralis animi pervicacia, ſervo Domini mitem ſe & tractabilem præbere, atque in morem adorantis toroſam cervicem inclinare, virumque venerabilem, ſubmoto omni timoris angore, belluam adeuntem, & lento ungue ſetas inter cornua ſulcantem, nec non colli toros, atque palearia tractantem, & illam veluti familiariter palpando mulcentem. At ferus ille hoc contrectatu, veluti benedictione donatus, præpeti curſu, uti ei natura dictante moris eſt, vaſtas repetebat ſolitudines.

Familiarem habet bubalum, E

Job. 5. 23.

h

15 Inter hæc autem Childebertus Auguſtus, cum ſibi juncta conjuge Ultrogota, omnique comitatus frequentia, partes Cynomannicæ urbis adiit, & in villam, Madoalis *i* nuncupatam, devenit, nuntiaturque ei ibi conſiſtenti, bubalum, illis locis inuſitatam beſtiam, haud longe in ſolitudine deliteſcere. Rex autem gaudio exhilaratus, jubet venatores ſuos præparare, quæque erant neceſſaria beſtiæ capiendæ: canum ſcilicet vim exacui, arcuum ſagittarumque copiam ſufficientem exhiberi, volens eum in craſtinum venari. Quæ ſub celeritate omnia peracta ſunt. In craſtinum verò necdum cæca nocte aufugiente, interiora ſaltus petunt, & ſicubi animantis veſtigium perſpiciant, mox ut ſeſe lux repræſentavit, terram oculo curioſo pererrant. Tandem itaque ſigna ejus itineris diu rimata reperiunt, & acres poſt eum moloſſos ad inſequendum funibus abſolvunt. Miſer autem jamjamque capiendus, ad *ad Sanctum ſe receptat.* ſanctum Carilephum decurrit bubalus, & quaſi cui quaquaverſum fuga negaretur, Domini virum quaſi ſingulare adiit ſuffugium. Sane venatores indicia ejus itinerum ſequentes, canum etiam latratui credentes, tandem devenere ad locum, ubi Sanctus, cellulâ manu propria ædificatâ, habitabat. ibi itaque Sanctum virum, & poſt tergum illius prædictum adſtantem, veluti querulum ac trementem, videre bu-

qui regios venatores fugiens, F

Ex Mss. balum. Tum verò insolita rei novitate turbati, nec bestiam attingere, nec sancto viro aliquam molestiam ingerere ausi sunt. Venienti verò Regi, & scisitanti causam morarum, atque ignaviam socordiamque illis objicienti, ita respondent. En, inquiunt, uti peritia & industria dictante consuevimus, cuncta peregimus: bubalum ipsum reperimus, sed quadam eventus novitate perculsi sumus. Invenimus namque in quodam tugurio hominem nobis incognitum, propterque illius habitaculum bestiam consistentem, mansuefactam, immanem. Enim verò quia visum est nobis, eumdem hominem Domini esse servum, utpote cui feralia subduntur animalia, nec ejus quietem ausi sumus perturbare, nec bubalum impetere. At Rex ira permotus; eamus, inquit, ad locum de quo sermo agitur. Euntes itaque pervenerunt usque ad locum, in quo Domini servus, bestia sibi famulante, Dominum exorabat.

Unde Rex ira commotus,

16 Tunc Rex, viso hoc miraculo, nequaquam Dei potentiam studuit in talibus venerari; sed permotus indignitatione, has increpando voces cœpit emittere. Unde, inquit, vobis, ô incognitæ personæ, tanta præsumptionis audacia, ut mei juris saltum, nullo concedente, ausi sitis irrumpere, & nostræ venationis dignitatem vestra importunitate vel in aliquo mutilare? At verò vir sanctus nequaquam oblitus vocis Dominicæ, qua ait; Dum steteritis ante Reges & Principes nolite præmeditari quemadmodum respondeatis, ego enim dabo vobis os & sapientiam; cum summa constantia & humilitatis reverentia, ait ad regem: O Rex bone, nos, quos hîc vides, nequaquam despectus tui gratiâ, aut conturbandæ venationis, lustra ferarum irrupimus, & inhabitabilia loca occupavimus, sed uti familiarius atque enixius Domini occuparemur servitio, inaccessibilia homnibus loca petivimus, si quo modo placent divinitati, ut quia hîc consortiis hominum secernimur, post lapsum mortalis vitæ, in cælo consortiis angelorum perfrui mereamur. Rex autem nimio felle suffusus, præcipio, ait, authoritate nostra, & te & socios tuos hinc secedere, & ut deinceps nullus hîc ex vobis inveniatur, cavere. Tunc venerandus Carilephus, nec in minimo minis perturbatus regalibus, ad implenda divina præcepta sese vertit, & Regi dixit: Est nobis, inclite Rex, servis tuis, aliquid vini, quod parva vitis hic inventa atque exculta elicuit; petimusque serenitatem culminis vestri, ut aliquantisper ejus poculo indulgeatis, quatenus alacrius tam tua nobilitas; quam & comitum tuorum ad palatium redeundi habeat facultatem. Egit enim hoc, ut scripturæ obsecundaret, dicenti; Si sitierit inimicus tuus, da ei potum, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. Porro princeps isdem nimium furori parendo, non solum carbones caritatis, frigore restinxit malitiæ, sed etiam equum suum calcaribus verberans, ut ad palatium rediret, iter arripuit.

S Carilefum male excipit,

B

Marc. 13.9 Luc 21. 14.

C

Rom. 12.20

nec placari se finit;

17 Sed Domini larga misericordia, & inexhausta potentia, quæ humiles suos, fractâ superborum potentiâ, exaltare consuevit, citissime, quanti apud eum valeret, qui despectus fuerat, aperuit; Nam cum Rex isdem, tumore immoderato distentus, iter in redeundo accelerare vellet, equus illius stupore repentino captus, subito constitit, & licet hinc inde cruentatus, processum Regi denegavit. Inter hæc admiratio timori sociata omnes occupat, & quid facto opus esset, omnes cogitare compellit. Sed cum diu in his hæsitarent, unus illorum, qui prudentia ceteris præstabat, ita ad Regem loquitur: Optime Rex, si non me suspicio fallit, homo ille qui à nobis contumeliose tractatus, atque ignobiliter est compellatus, Domini servituti devotus est, cujus virtuti hoc præstitit Dominus, ut quia à te, non ut decuit, est tractatus, tibi quoque ad ea quæ vis peragenda, denegetur effectus. Itaque celer ad virum Dei dirigitur nuntius, qui & de præteritis veniam impetraret, & jussionem illius, de his quæ agenda forent, Regi deferret. Qui citissime ad locum, ubi vir Dei erat, devenit, orantem eum offendit, & Regis necessitatem exposuit. Devotissimus autem Christi famulus audiens hæc, Domini misericordiam, se honorantem, glorificavit, & Regi ut ad se reverteretur, humiliter præcepit, dicens: Vade fili, & dic Regi ut revertatur; & quia sine benedictione recessit, ira permotus, accipiat à Domino per famulum ejus benedictionem, & revertatur ad palatium suum, submota omni læsione. D

ad Sanctum reverti cogitur

18 Itaque ipse quidem orationi devotissime incubuit, apparitor verò mandata suscipiens, quam celerime ad Regem revertitur; quem uti dimiserat, immobilem, & spiritualibus vinctum reperit nexibus, & coram eo legationis suæ verba deposuit, dicens: Optime principum, vir Domini, ad quem me tua censura ire decrevit, te ad se redire præcipit, ut benedictionem ejus, qua te ipse irascendo fraudasti, accipias, magnopere cupit. Mirum in modum, mox ut verba servi Domini audivit Rex, armis terribilis, potentia singularis, comitatûs frequentia penè inaccessibilis, eis, quibus vinctus fuerat, solutus est nexibus, & qui voluntati Dei, qui in sancto viro habitabat, contra ierat, & contra eundo semet vinciri advertit, iterum ejus nutibus parendo, ab illis quibus arctabatur institis solutus, quod jubebatur, implebat festinus. Itaque equo absoluto, festine ad hominem Dei devenit Rex, dudum tremendus, modo tremebundus; & oculos quos dudum præ iræ magnitudine cruenta obsederat nubes, nunc abluebat cor contritum, lacrymas eliciens: cervicem, quam dudum superbia reddiderat rigidam, nunc humilitas reddebat curvam. Plantis itaque Sancti advolvitur, dextera pectus frequenter quatitur, reumque se iterum, iterumque fatetur, & ut à Sancto viro indulgentiam, pro his quæ lasciviendo commiserat, consequeretur, modestus implorabat.

& admissi veniam petere.

E

19 Beatus autem Carilephus, amica sibimet humilitate admonitus, Regem prostratum adiit humiliter, benigne erexit, devotissime verbis prædicationis instruxit, & ut deinceps se à tali levitate temperaret, admonuit. At verò Princeps iterum se ejus vestigiis summittens, loco magni beneficii habiturum se dicebat, si beati viri munificentia, vino illo, quod dudum nihili habuerat, nunc potaretur. Ipse autem, qui animositati funditus renunciaverat, & saluti regiæ solummodo sibi providendum persuaserat, celerrime quod precabatur, fieri jussit, dicens uni commilitonum suorum: Ocyus, frater mi, vinum huc deferatur, simulque calix, quo Regis voluntati à nobis obsecundetur. Quo extemplo

Rex cum comitibus modico vino refectus

donec divinitus correptus,

templo allato, ſanctus Carilephus manu propria calicem implevit, & Regi poculum porrexit. Rex verò alacri animo, quod offerebatur, pro dantis dignitate potius quam pro ſui ſapore ſuſcepit, & oſculata manu ejus, ori admovit, atque eo exhauſto, divinitati gratias retulit, itidemque comitum ejus quiſque fecit. Mirumque erat videre, vas perparvulum in tantam exuberaſſe copiæ magnitudinem, ut liquor ille vitreus ubertim ſingulis propinaretur, nec tamen detrimentum inopiæ, quouſque omnes ſufficienter biberent, pateretur. Sed patet, non minoris fuiſſe meriti beatum Carilephum noſtri temporis heremitam, olim Helia atque Heliſæo, itidem heremiticis Prophetis; quorum unus ex hydriæ parvula farina, tam ſibi, quam hoſpiti ſuæ juſſit exuberari abundanter cibaria, alter verò ex pauculis hordei panibus, centum virorum excluſit eſuriem.

Madualem Sancto concedit, ad condendum cœnobium,

20 Igitur Rege & comitibus, quantum voluntas dictabat, vino exſatiatis, vaſculo ſupradicto nequaquam aliqua ſuſtinente demenſionis diſpendia, item pedibus viri ſancti advolvitur, & deprecationem in hæc verba profundit: Certum habeo, virorum optime, te Domini inhærere culturæ, & Domini ſervum, divinitatem verò tuarum in omnibus fautricem eſſe precum, ideoque peto, uti voto meo tuum præbeas nutum, quo ſcilicet fundi hujus Madualenſis, quanta animo tuo ſederit accepta portione, cœnobium Chriſto adjutore fabricare debeas. Quam petitionem licet vir Domini diutiſſime refugerit, tamen Regis petitio prævaluit; & ut id fieret, obtinuit. Nec tamen vir Domini ampliora ſpatia ſe ſuſcepturum ullo modo conſenſit, quam diurno itinere ſedens aſello *k* poſſet obambire.

& reverſus Reginæ omnia narrat.

21 Hoc Rex impetrato, veluti magno donatus præmio, benedictione poſtulata, & accepta, reverſus eſt ad propria. Cumque reverſo & domum petenti, jam dicta Deo devota occurriſſet Regina, per ordinem ei ſuorum eventuum texit hiſtoriam. Ipſa verò adhæc ita reſpondit: Fateor, magnam cordi meo hæc quæ auditu addiſco, cum timore peperere lætitiam, timeo enim tibi Domine Rex, nequid hujuſcemodi rei cauſa, offenſæ apud Deum, famulumve ejus incurreris. Congratulor tamen tuæ ſaluti, quod præ multa benignitate ſua Deus noluit in præſenti ſuas, ſuique famuli injurias ulciſci. Oportet te tamen operam dare his, quæ ab eo didiciſti, ne forſitan diſſimulans, inobedientiæ atque indevotionis arguaris; & leviora evitans, deterioribus plectare tormentis.

ANNOTATA.

a *Vult dicere, quod curaverit per Epiſcopum Euſebium eos ſacerdotio initiari: nam, ut ſupra diximus, erravit auctor vitæ ſecundæ apud Surium, dum Maximinum illum, Aurelianenſem Epiſcopum fecit.*

b *Quot annis Miciaci egerint SS. Carileſus & Avitus, certo determinare nequeo, ſatis arbitrarius eſt Cointii & aliorum calculus. Ceterum annoſitas illa, non unum aut alterum, ſed plures commorationis annos indicare videtur.*

c *Videat curioſus lector ea quæ obſervavit Henſchenius ad jam ſæpe dictam S. Aviti vitam pag. 356 annotatione litt.* k

d Daumerus *in vita apud Surium vocatur* S. Carileſi germanus, *quod & hic invenies num.* 13: Gallus *vero, ibi* commilito, *qui ab aliis* ſervus *dicitur. Uter titulus melius competat, ſus deque eſt, ſupponitur certe S. Carileſi, poſt Daumerum in cœnobii præfectura fuiſſe ſucceſſor.* Ex Mss.

e Ita ſcribendum, *inquit Mabilio*, NON JAGANI, ut habet Surius & ex eo alii: qui locus exſtat in diœceſi Cenomannica, ad fluvium Aniſolæ, vulgo ANILLE, unde monaſterio nomen Aniſolenſi, quod nunc S. Carileſi, vernacule S. CALAIS dicitur, Ord. S. Benedicti.

f *Eruditionem hîc inſerit auctor ſecundæ vitæ, ſeu Surianæ, his verbis:* Ubi multi fontes frigidas aquas ebulliunt, à quarum frigiditate fluvius ipſe vocabulum ſumpſit, quoniam anio, tremo intelligitur; idcirco Aniſola dicitur, hoc eſt tremoris inſula atque frigoris. Hinc eſt quod volucres anates nuncupantur, quia ſemper in aquis deſiderant commorari. *Ego aliunde anatem derivo: valeant cetera quantum valere poſſunt.*

g *Vide quæ de* Bitriſco *notavit Henſchenius ad ſæpe memoratam vitam S. Aviti, citata pag.* 356 *ad litt.* n

h *Non male fortaſſe opinatur Corvaiſerius, feram illam Sancto familiarem*, cervum *potius vel* taurum Silveſtrem *appellari poſſe, quam* bubalum. *At enim nec tauri ſilveſtres nec bubali eo tempore in iis regionibus deerant, ſi vera ſunt quæ narrat Agathias apud Cointium ad annum* 548 *de morte Theodeberti; quam ſententiam adoptat eruditiſſimus noſter Gabriel Daniel in laudatiſſima ſua Francorum hiſtoria, non ita pridem Gallicè edita tomo* I *pag.* 115.

i *Alii melius* Maduallis *vel* Madvallis, *cujus partem infra num.* 20, *Childebertus S. Carileſo tradidit; ad quam notat Mabilio pag.* 647 *ex vita S. Medardi:* Prædium illud Madvalles dicebatur; ex Britannica & Latina lingua nomine compoſito, quod BONAVALLIS, noſtro ſcilicet Romanæ linguæ vulgari poteſt interpretari eloquio.

k *Huc referri meretur, quod appoſitè & erudite obſervavit Corvaiſerius pag.* 125, *cujus verba Latine reddo:* Quamvis, *inquit*, ſolitudo S. Ægidii, caſu fere huic ſimili, detecta fuiſſe videatur, quamvis item pari miraculo motus Dagobertus Dionyſianum monaſterium condiderit, eſt tamen in circumſtantiis magna diverſitas. Aſt in eccleſia prioratus Caſtrenſis, cujus ignoratur fundatio, ſiti in ſilva de Douvre, prope eremitorium S. Theobaldi, apparet repræſentatio hiſtoriæ, noſtræ huic omnimode conformis, ſculpta in ſuperiori parte operis, quod templi navim à choro diſterminat. Illic videre eſt Principem venantem, canes feram inſequentes, eremitam, hanc in cellulam ſuam recipientem: in alia deinde figura agnoſcitur eremita aſino inſidens, quaſi qui ſilvam circumeat. Dum perpendo narrationem de S. Carileſo, tam belle cum ea pictura convenire, loci ſitum & rei exitum adeo conſimiles; contra vero nomina tam diverſa, loca vero tam procul diſtantia; fateor ingenium in ea obſcuritate evaneſcere, nec habere, quod aut reſolvere, aut conjecturare ſatis tuto poſſit.

CA-

Ex Mss.

CAPUT III.

De reperto theſauro & condito monaſterio, à quo Regina ipſa & mulieres omnes arcentur: deque præclaris Sancti virtutibus & miraculis.

Dum Sanctus terram excolit,

INter hæc verò devotus Chriſti famulus, non, uti moris eſt terrenis commodis inhiantibus, in eo exultabat, quod ei ruralium ſuppetebat copia fundorum, ſed omnipotentiſſimæ collaudabat munificentiam pietatis, quæ unde pauperes aleret, exulibuſque atque peregrinis ſolamen conferret, ſibi attribuerat. Volens etiam divina clementia, ſervi ſui devotionem magis magiſque in ſui augmentare mulcendo clientela, cum quadam die, coactis fratribus qui ſecum morabantur, agriculturæ in prædio jam dicto inſiſteret, atque raſtris terram verteret; deerat namque illis arandi copia; beatus Carilephus terræ glebam ſarculo detrahens, theſaurum latentem retexit, eatenus

theſaurum reperit.

mortalibus incognitum. Quo viſo, fratres ſuos accerſire ſtuduit, & qualiter eos Domini miſericordia conſolaretur, indicavit, pariterque oſtendit, dicens: En, optimi comilitones, attendite, qualiter Creatoris noſtri miſericordia donis ſuis noſtram exiguitatem nobilitat, cui parum eſt, hominum nos beneficiis ditare, niſi & opes terræ ſinibus hactenus abditas, jam incipiat contradere. Referamus itaque illi gratias, eumque tota pectoris devotione ſtudeamus laudare, utpote qui ea quæ majora ſunt, atque illi ut ſibi competit ſervientium munera nobis contradidit, qui ſumus membrorum ejus infima & contemptibilia. Solo itaque poſtrati, & diutiſſime ſanctam Trinitatem in hymnis & laudum decantatione venerati, tandem aſſurgunt, & ſuſceptum, quem reperere theſaurum, in oratorium, quod dudum fabricarant, tranſvehunt: filius namque ſummi Patris Dominus Jeſus Chriſtus, cujus moris eſt in luteis habitaculis degentibus ſuis famulis, quæ ſecutura eos bona maneant demonſtrare, quo ſcilicet uberius ſatagant mentem ſuam in amore ejus ignire, & qui jusſerat eis per Euangelii oraculum in cælis theſaurum manentem condere, dicendo: Theſaurizate vobis theſaurum in cælo, ubi neque ærugo exterminat, neque tinea demolitur, neque fures effodiunt & furantur; etiam terra conſiſtentes, terreno voluit invitare theſauro, ut perpenderent cujus pretii eſſet cælicus, ſi tanti eſſe poterat humanus theſaurus.

Matth. 6. 20.

Adami privilegia recuperaſſe videmr.

22 Ita & hoc quiſquam forſitan nec digne miretur, quia dignitatem quam in primi protoplaſti perdidimus tranſgreſſione, iſte divinæ obtemperando voluntati, recuperare valuit, non quidem adhuc donatus paradiſi habitatione, ſed adhuc oneratus terrea gravedine. Scimus namque, eumdem parentem noſtrum tantæ fuiſſe ſapientiæ, ut omnia ruris, pontique, atque aëris animantia ejus crederentur nutibus, & vocata illa obedientiam non detrectarent, & congrua ſibi ſuſciperent eo imponente nomina. Nonne reddita videtur hæc ſancto viro prudentia, cui didicit ſæva obſecundare beſtia. Et cujus rictus ſolent bene cordati fugere viri, nunc cernere *a* erat, famuli more, ejus adhærere liminibus, & veluti diſcipulum aſſidue magiſtri limina terentem, mox ut præcepta illius audiſſet, avia quæque curſu petebat. Eſt etiam illud conſiderare, quod imperioſa quæ illi attributa eſt peritura poteſtas, iſti eam miſericorditer contribuerit divina majeſtas. Dictum eſt enim illis primis, in origine creatis: Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis. Ideoque præcellentiſſimus Carilephus, quia eum, qui regalia videbatur regere ſceptra, viderat ab humana diſceſſiſſe dignitate, & potius cordi humano inſeruiſſe beſtialem feritatem, non oblitus ſuæ poteſtatem dominationis, fræno orationum docuit eum iræ limitem imponere, & de cetero humane ſe civiliterque tractare, ne de illo poſſet dici: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Gen. 1. 28.

Pſ. 48. 13.

Variæ ejus

b

24 Inter hæc verò nec dignitatem iſti video defuiſſe priſcam; *b* quia ſicut colonis paradiſi, omni ſuppreſſo laboris ſudore, juſſa eſt tellus proventum fructuum ſponte miniſtrare, haud aliter beato viro parum quod habuit vini exiguitate obſita, didicit ſeſe extendere ad multorum ſatietatem virorum. Nec mirum eſt, ſanctos viros ea quæ alterius perdidere ignavia, propria etiam recuperare in præſenti laboris inſtantia, cum ſtatuerit rerum conditor, ad eas ſedes revocare illos carne ſolutos, in quibus ſine aliquo ſui ſtatus permanerent detrimento, niſi obicem ſe præbuiſſet præcepti tranſgreſſio. Et quia illi humiliando ſeſe, ardent divinis exequi juſſionibus, æquum, non eos multari, ea quæ in tranſgreſſores lata eſt, ſeveritatis ſententia, ſed potius etiam in præſenti honorari divina munificentia.

præclaraque virtutes.

25 Igitur vir Domini, quia tantis ac talibus ſe honoratum videbat beneficiis, magis ac magis creſcebat in variarum virtutum exercitiis; namque in eleemoſinarum largitionibus ſemet liberaliſſimum exhibebat: In jejuniis promptum; in vigiliis ſtrenuum; nec non in omni plenitudine virtutum operatorem ſe comprobabat eximium; ita ut quodammodo ſingulariter ſententiam Davidico ore prolatam, impleſſe videretur, dicentis: Ibunt, haud dubium Sancti, de virtute in virtutem, quouſque hominem exuant, & Deum deorum in Jeruſalem cæleſti videant.

Pſ. 83. 8.

In condendo cœnobia ob incolis juvatur.

26 Interea circa ipſius heremi, quæ ſanctus vir tenuerat loca, quidam hominum, ruſticali opere tenuem ſuſtentantes vitam, habitabant numero ſeptem, qui divino timore & amore inſpirati, ſimulque rei novitate allecti, Dei famulum ſæpius inviſere curabant, & neceſſitatem ejus, quantum ſibi poſſe erat, ſublevabant. Sed & à viro Dei theſauri, ex terræ viſceribus ſibi traditi, aliqua portione fuerant donati, quo ſcilicet & propriam indigentiam ejus juti ſolatio temperarent, & ædificandi monaſterii adjutores forent. Qui & promiſſionis ſuæ memores, & ipſi quamdiu mortalibus interfuere rebus, ea quæ profeſſi ſunt, opere impleverunt. Sed & ſoboles eorum, hactenus devotiſſime prædeceſſorum ſuorum exempla ſectatæ, itidem actitare noſcuntur *c*.

Regina magnis promiſſis

27 Inter hæc verò cum Regina Ultrogota, Domini devotione nobiliſſima, certis nuntiis ſibi

A sibi deferentibus viri Domini vitæ qualitatem addidicisset, sibi scilicet parsimoniam, sed & noctium insomnietatem, nec non & vestium vilitatem, sed & super omnia, clarum in Christi famulatu, ac perseverantem servum (erat namque ei etiam consuetudo, cinere & cilicio corpus obvolvere; & quando summa exigebat lassitudo, quieti indulgere, nuda humo corpus supersternere) misit ad eum aliquos apparitorum suorum, ut suam voluntatem, Domini viro significarent, loquens in hæc verba: Rumor, dilectissimi mihi, nostras occupavit aures, virum hunc venerabilem, qui vicinam incolit heremum; Domini esse vere familiarissimum, & ejus ori divinum patere auditum. *ejus conspectum petit;* Unde peto, ut ad eum cum summa celeritate properetis, mei desiderium animi patefaciatis, & ut ei satisfaciat instantia precum nostrarum, obtineatis: magnopere enim, si voluntati effectus detur, exopto, ut vultus ejus perfrui merear præsentia, & animam meam divinæ cupio commendabilem reddere clementiæ, per ipsius interventionem. Quod si precibus meis annuerit, omnia fisci illius, in cujus parte residet, prædia ei attribuam, ut facultatem habeat, B quidquid de his voluerit agendi.

sed non admittitur. 28 At ministri, nequaquam segniores Dominæ suæ jussionis executores, ocius ad venerandum Christi veniunt famulum, voluntatem Dominæ suæ aperturi. Ipse autem parumper deliberans, tacite secum volvebat in hunc modum cogitationem: Unde, inquit, talia Reginæ, ut tantopere me videre exoptet, diutinis sudoribus incultum, jejuniorum squallore horridum, rurali exercitio nihil aliud quam rusticum, pannorum vilitate deformem, prudentiæ tenuitate degenerem? Novi certè, novi virulentam veterni hostis calliditatem, qua in paradisi amœnitate, per femineam imbecillitatem, fregit viri vigorem. Ideoque æquum est mihi cavere muliebrem aspectum, ne capiar ego laqueis inimici, incolens squallida heremi loca; cum irretitus sit ille suasionibus ejus, qui paradiso fruebatur, cum vitæ jocunditate, etiam collocutione divina. Itaque de- *Mulieres à cœnobio arcere statuit.* liberationi cito finem imponens, nunciis Reginæ ita refert: Ite, inquit, optimi juvenum, & Dominæ vestræ hæc verba referte: Si quid prævaleo, pro ea exorabo. Certum tamen C habeat, quamdiu in corpore superfuero, faciem me mulieris nequaquam visurum: neque hoc cœnobiolum, quod Domino præcipiente construxi, ingressui mulieris umquam patebit. Neque enim decet, nos qui de Christi censemur familia, vendere nostrum mulieribus aspectum, aut pro capessenda terra, inimico humani generis nostram prostituere animam. Ideoque animum suum ab hac intentione submoveat, & fisci sui partem, cui libuerit, attribuat. Quæ consuetudo in eodem monasterio, Domino favente, hactenus manet inconvulsa *d*. *d*

Regina ab incepto desistit. 29 Præpropere autem ad Dominam famuli reversi, responsa sibi tradita retexerunt, Reginamque mœstitia magna afficiunt. Nec tamen illa ultra rogare appositit, ut faciem viri Dei cerneret, eo quod & sanctum virum inquietare pertimesceret, & per rationem satisfactum sibi judicasset. Ipse verò devotus famulus Domini, adeo à cunctis judicabatur reverendus, ut operum suorum claresçentibus meritis, nullus ejus voluntati conaretur reluctari. Cernebatur namque vultus ejus angelico veluti nitens aspectu, & secundum scripturam, vultus indicabat mentem. Aderat illi morum temperantia æqua lance trutinata; circa exercitia Dominici cultûs animus devotissimus, amorque inexhaustus. Jam verò verba quæ diceret, sale sapientiæ condita cerneres divinæ, omnibusque communicare sui fragrantiam odoris. Hæc omnia super fundamentum fidei Christianæ in corde suo collocaverat, Christum adhibens structuræ suæ perpetuum fundamentum, qui est vera petra, super quem omnis constructio stabilita, crescit in templum sanctum in Domino. Es Mss.

Plurima alia Sancti virtutes. 30 Erat ei interea circa peregrinos & exules magnus dilectionis favor, ita ut non secus quam sibi hærentibus alimoniam subministraret, tegimentaque præberet. Hujus pede cælestis desiderii compressus, succubuit amor mundi, hunc tremuit hostis antiqui pene invincibilis astutia, decipulasque suarum sero gemuit transilîtas nugarum, quia scilicet agonis certamen, non propriæ virtuti aliquid tribuens, assumpsit, sed Christi intus auxilio, & instructus exemplo, contra hostes ejus, ipso duce militavit. Roborabatur namque in eo naturalis infirmitas carnis, ardore intimo caritatis, imbecillitatemque corporearum virium E solabatur copia spiritalium crismatum, simulque illud apostolicum hortamentum: Quia Rom. 8. 18. non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Act. 14. 21. Itemque: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Hæc atque alia sacræ Scripturæ documenta, tamquam sal spiritale, fluxa mundi gaudia atque seculi pituitas ab eo exsiccabant, & ad semper mansura, cor illius ignibant. Hæc illius exercitatio, hæc continuata contra diabolum extitit decertatio; donec tandem optata quiete, post laboris excursum, à Domino ei frui concessum est, & operis sui recompensata remuneratio.

Extremus morbus & obitus. 31 Dum enim his, atque hujusmodi agonibus insudaret, & pene infatigabili intentione sese avidus præliator hosti protervo ad singulare quotidie certamen objiceret, agminibusque monasticis undequaque ad se confluentibus, æmulamina suarum virtutum invictissima relinqueret, finis cunctis mortalibus inevitabilis, ostium corpusculi ejus cœpit pulsare, F ut anima Deo dilecta, diutissimis revincta catenis carceralibus, tandem libera, servitutis rumperet vincula, & Regi suo occurreret in gaudium ejus suscipienda. Acri itaque febri corpore prærepto, medullæ igne genuino *c* e perurebantur, & sanguinis unda per membra singula siccabatur. Spiritus tamen, carnis infirmante vigore, fortior reddebatur, & ad Domini faciem deprecandam, quo celerrime soluto carnis vasculo liberaretur, magis ac magis accendebatur, cupiens secundum Apostolum, dissolvi & cum Christo esse. Divinitas Philip. 1. 23 autem fautrix bonarum precum, & rationabilium susceptrix vocum, ipsius preces ad se benigne admisit, & quod anxie petebat, pie implevit. Denique resolutione jam vicina, cohortibus monachorum circum se astantibus, & quæ ventura erant ei præstolantibus, paulo post futuram suam eis prædixit resolutionem, & prout possibilitas permisit, ut sui memores essent his verbis admonuit: Filioli, adest mei finis irrevocabilis hora, ideoque peto, ut vestri memores, fidem rectam Deo servetis; ne-

Ex Mss. que ulla commixtione adulterina eam commaculetis. Obedientiam item caritati connexam veſtro in corde & opere, tamquam ſingulare Chriſti imitamen, conſtituatis; ut non modo pœnas poſſitis evadere gehennales, ſed etiam Domino tribuente percipere mereamini, veluti devotiſſimi milites, coronas triumphales. His & ſimilibus documentis, tamquam ultimum vale fratribus dixit, & cælicum cælo collocandum ſpiritum reddidit.

diſcipulorum dolor;

32 Jam verò eo migrante, quæ lingua explicet, quiſve ſtylus percurrat, qui fuerit circumſtantium dolor, qui pectoris anxii ſingultus, & crebris pulſati pulmonum ſuſpiriis. Qualiter loqui volentibus, atque orare nitentibus, media interrumpens verba, locutionem interdixerit doloris magnitudo: etſi enim gaudebant, ſe ad cælos tantum præmittere patronum, nequaquam tamen ab eo ſine dolore poterant divelli, cujus verbis conſueverant adhortari, & imitamine in Domini amorem ſubinde augmentari. Corpori autem funebria impendentes obſequia, cum magna diligentia loculum præparaverunt, & in baſilica, quam ante obitum ſuum ipſe ædificavit, terræ mandaverunt. Quem locum Dominus Jeſus Chriſtus, ſæpiſſime ad demonſtrandum, quem circa famulum ſuum habuerit, favorem, mirandorum operum oſtenſionibus conſuevit nobilitare. Neque enim vel hujus operis ſinit brevitas, vel ſtylo ſuppetit facultas enarrandi, quot cæci poſt ejus exceſſum ad illius ſepulchrum receperint viſum, vel debiles ſanitati ſint redditi, ſed & dæmones ex obſeſſis corporibus propulſi, nec non plurima ſint mortalibus per interceſſionem ejus collata beneficia *f*.

B

ſepultura & miracula.

f

Terribilis punitio

33 Unum ſolummodo referam quod recens demonſtratum à Domino conſtat dilectionis ejus indicium. Cum enim & in aula celebraretur regali, & per ora curreret vulgi, beato Carilepho numquam cordi fuiſſe in vita ſua mulierem videndi, ſed & petitionem fudiſſe ad Deum, ut à cœnobio ejus mulieris arceretur conventus, quod impetraſſe à Domino prædocuimus; cujuſdam inhoneſtæ mulieris cor ſathanas adeo face incredulitatis ignivit, ut utrum necne verum eſſet, quod fama volante jactabatur, experiri conaretur. Erat autem nomen mulieris Gunda. Quæ perſuaſioni lubrici anguis, Evæ ſequendo veſtigia, obſecundans, comam capitis incîdit, ut præciſio capillorum mentiretur ſexum virilem. Inſuper & contra Dei jura, virilia ſumpſit indumenta: quatenus, ſicut prædictum eſt, quæ contra Dei voluntatem erat factura, contra conditionem primævam, & legem divinam, moremque mortalium ſemet immutans iret, quaſi aſpectui divinitatis, & ſervorum ejus illuſura.

C

invorecunda mulieris,

34 Itaque armis accincta, baculoque quaſi præpotentia & decore innixa, veluti portentum, ſicut ſe res habebat, diabolicum, tandem pervenit ad monaſterium. Invidus enim diabolus idcirco vas ſibi amiciſſimum intravit, ut an vera eſſent, quæ ſervo Dei conceſſa fuerant, exploraret, quatenus mentes mortalium ab amore illius loci tepefaceret, & quod lucrum inibi per dies ſingulos Domino acquiritur, annullaret. Sed moris eſt ſapientiæ divinæ, ut ſcriptura dicit, Draconi illudere, & ejus calliditates, deceptioni humani generis præparatas, ad utilitatem viventium convertere, quatenus unde ſibi cogitaverat lucra conquiri, inde eum contingat detrimenta graviora pati. Nam cum prædicta Gunda oratorium, quo ſancti Viri corpus humatum fuerat, & hactenus veneratur, adiſſet, & fratres, laudes debitas Domino, conſueto more decantaturi convenirent. Apertis oſtiis, ipſa domum cum magna audacia temeritati mixta irrupit, & urnam qua ſancti tegebantur oſſa Viri, impudicè adire voluit.

D

virili habitu

35 At verò ea, domus interiora petente, & curioſe perſcrutari volente, gemina capitis ejus lumina crepitu repentino multata ſunt, & quæ reverenter inconceſſa ſibi contemplari voluit, ad ea quæ conſueverat videnda, jus viſionis amiſit. Nam ſimul & dæmone pervaſa, undam cruoris teterrimi per os arca ejus pectoris repente emiſit. Quæ ubertim defluens terram cruentanda madefecit. Quæ cum eliſa in terram inviſis torqueretur cruciatibus, novitate tormentorum ſuorum, ora in ſe convertit circumſtantium, & quidnam illi acciditſet penitus ignorantium, & primitus quidem arbitrati ſunt, eam maſculini eſſe ſexus, & cauſa deflendorum reatuum, ſancti Viri adiſſe limina. Viſa autem lymphatica ejus jactatione ſimul & horribili ſtridore, ſcrupuloſiſſime ab ea cauſam rei perſcrutari ſtuduerunt. Illa autem actuum ſuorum, infelicitatiſque propriæ retexuit hiſtoriam, omnibuſque palam claruit, præſumptionem in ea tali flagello fuiſſe plexam, & ne umquam fragilitas humana in talibus potentiam auderet laceſſere divinam, hujuſmodi caſtigatione commonitam.

E

monaſterium ingreſſa.

36 At verò ſervi Domini, qui ad laudes recinendas Domino, venerant, operi cœpto inſiterunt, uberrimas ſanctæ Trinitati gratias referentes, quod promiſſa, quæ ſancto ſuo Carilepho ſtatuerat, inconvulſa perſeverare decreverit, ſimul &, ſi dubietas de hac re in aliquorum remanſerat cordibus, tantis eam propulſabat miraculorum indiciis. Unde & eamdem mulierem in ſua voluit permanere promiſſionis ſententia, quatenus manifeſta daret indicia, increduli divinorum verborum qua feriendi eſſent ſeveritatis jactura. Qui mos hactenus circa eumdem locum à mulieribus quidem religioſis, amore & veneratione obſervatur religionis. Quas autem non arcet amor devotionis, coërcet ſententia talis divinæ animadverſionis. Quæ cuncta præconia ſunt non modo ejus qui accepit ut talis eſſet, ſed potius ſanctæ Trinitatis, ſine cujus nutu nec aliquid eſſe poſſet; cui honor, & poteſtas, virtus, & imperium in omni gente, loco & tempore & per cuncta ſeculorum ſecula. Amen.

F

ANNOTATA.

a *Variant in exprimenda ea conſtructione codices noſtri: veriorem lectionem ſecutus ſum.*

b *Tota hæc de primorum parentum privilegiis, per duos & amplius numeros deducta oratio, ſcriptoris hujus propria eſt: paria multa epiſodia & diſcurſus exhortatorios habet auctor vitæ Surianæ, ſed de his non meminit.*

c *Et hîc totus numerus ſolius auctoris noſtri eſt, ſatiſque indicat, non multis poſt Sancti obitum ſeculis ſcriptam eſſe hanc vitam; nam veroſimile non eſt ad ducentos vel trecentos annos duraſſe illam ruſticorum devotionem, majorum ſuorum oneroſa exempla ſectandi.*

d Iſtud interdictum, *inquit Mabilio*, etiam de

A de eccleſia intelligendum eſt, ut patet ex Miraculis. Eadem diſciplina in pleriſque cœnobiis Gallicanis viguit, ut in præfatione noſtra obſervavimus. Lege miraculum S. Joannis Reomaënſis num. 9. *Eſt in appendice Act. Benedict. tomo* 1 *pag.* 641, *& in Actis noſtris tomo* 11 *Januarii pag.* 864, *num.* 7. *Vide etiam Cointium, ad capitulum* 15 *regulæ S. Aureliani Arelatenſis anno* 548 *num.* 25.

e *In Mss, Vallis Lucentis & Reginæ Sueciæ eſt* igne genuino; *malui cum aliis legere, ut intelligatur*, ignis geminus *de vi morbi, & igne divino, quo Sanctus flagrabat.*

f *In editione Mabilionis & in Ms. noſtro Aniſolenſi, ſequitur hæc concluſio:* Sepultus itaque eſt vir totius boni ſpeculum Kalendis Julii, terra plorante, cælo lætante, regnante Domino Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & gloriatur Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. *Ergo eodem die eſt ſepultus, quo mortuus. Mss. alia, Vallis Lucentis & Reg. Suec. hac clauſulâ prætermiſſâ, ſubjungunt miraculum de punitione mulieris, quod ab aliis variè narra-*
B *tum, hîc fuſe, nitide & caſte exprimitur. Cetera miracula ex edito & ex Ms. Aniſolenſi modo ſubjiciamus, additis iis, quæ Surius ex vita à ſe vulgata expunxit.*

MIRACULA
AD SEPULCRUM
S. CARILEFI

Facta, ſcripta ab anonymis, qui ante Carilefi tranſlationem, Normannorum tempeſtate peractam, vixiſſe videntur.

Ex Ms. Aniſolenſi, Mabilione & vita à Surio edita.

C ARdor ineſt animo, hoc nihilominus paginæ committere opus, dictu mirabile, quod cuidam curiali contigiſſe; veterum relatione edicitur. Poſſeſſio eſt, monaſterio longius ſita, cui vicinus aſſidebat vir inter ſuos primus, mente tumidus, ſuperbiâ elatus, in rebus tranſitoriis acquirendis aviditſimus, cælicarum nihil curans. Ob idque multa inferebat eidem beati Carilefi fundo incommoda; variis affi-
Villici cœnobii S. Carilefi, ciens injuriis incolas villæ ſibi contiguæ. Inſuper & damno rei familiaris contumeliarum addebat diſcrimina, ſi quid muſſitare præſumeret ipſorum quiſlibet. Amaritudinis ergo tandem affecti dolore nimiæ, juris viri Dei Carilefi ſervuli, nullum jam ſibi reputantes poſſe aliquid provenire ſubſidium, poſt diutinæ calamitatis incongruens dominium; ſumptis viæ longioris neceſſariis, munera ſecum vehentes competentia; quibus placidum ſibi proprium facerent Dominum, ſi offenſæ alicujus tenerentur rei, imo & Salvatorem noſtrum Redemptorem omnium, cœnobium almi Carilefi ſupplices adeunt. Tardius ſed enim baſilicam ingreſſi, longiori feſſi jejunio, altera die qua pedes domibus extulerant, cum Fratres veſpertina expleta ſynaxi, remearent ad propria diverticula, petiere cuſtodem ſacri ſepulcri, uti indulgeret eis deplorare vocibus querulis proprium Dominum, præferentes manibus munera quæ ultro devexerant. Et ipſe exterioribus commorans diutius in exitibus, juſſit uni ſuorum condiſcipulorum, altius ingemiſcens, cuncta ad quæ vellent acceſſum adhibere, referare ſecretorum intima: & hoc, poſtquam reſcivit eorum cauſas neceſſitudinum, ac calamitoſa pericula, condolens perhorruit. *Ex Mss.*

2 Verum illi orationibus diutius cum incu- *eum, adverſus vexatorem vindicem habent.*
buiſſent, lacrymoſos addentes gemitus, ſurgunt, altari nudato à duobus, qui geminis forte conſtiterant lateribus, faſces virgarum manibus tenentes, altare ſacrum verberare cœperunt, ſimul clamantes: Cur nos, Domine, non defendis piiſſime? Cur hîc obdormiſcens noſtri obliviſceris? Cur famulos, tui juris tuos ab hoſte non liberas immaniſſimo? En qui liberabit, ut poſcimus. Utquid cum procul à te habitemus, non præſentem quoque illic te potentia, ſi digneris, eſſe credimus? Cur quod humana E
nequit manus, Deo conſors, & Angelorum atque Archangelorum ſocius, divinitus non operaris? Talibus attoniti vocibus accurrunt cuſtodes, ſimul & rei novitate permoti, non ſine indignatione, eos ſacris expellunt locis. His itaque peractis, citius ad propria cum metu reverſi, hoſte ſe caruiſſe lætati ſunt infeſtiſſimo. Contigit enim ipſum Vicarium, qui eis crebras ingeſſerat poſt damna contumelias, equitem eadem hora, ut veriſſimè notatum eſt, leporem venandi obtentu inſequi. Exitiali ergo quadam cogente manu, equo dejectus, fractis expiravit cervicibus, timoremque metus & reverentiam cunctis, cognoſcere qui poterant, intulit, ne quis temerare umquam poſſeſſiones viri auderet venerabilis Carilefi, aut ſui cœnobii.

3 Nec prætereundum cenſeo, admirandum *Miſerè contractus ſanatur.*
in quodam patratum miraculum, qui ita contractus nervis obſtupentibus obvenerat, ut calcanea ipſius hærerent natibus. Devectus ſiquidem ex poſſeſſione, Monaſterio contigua, ex qua & oriundus exſtiterat, propinquorum manibus ponitur in baſilica, quam vivens vir Dei Carilefus, ſenio lapſantem ſudore reædificaverat proprio. Ibi igitur commorans, poſtquam F
pro eo aliquantis diebus oratum à Dei ſervis eſt, vidit matutinali peracto officio, corporali, ut ſæpiuſcule referebat, intuitu, aſtare propter ſequendam, in habitu ſacerdotali canitie venerabilem; manum ſibi dantem, & ut ſurgeret bis ac ter imperitantem. Ruptis ſed enim ad vocem jubentis nervorum nodis duriſſimis, cruoris aſpergine commaculatus, tentat quod neſcit, trepidus iter. Genibus atque plantis inſuetum appetens opus, pergit imitabundus ediſcere progrediendo, quod ex multo obliviſcendo perdiderat tempore. Tantam itaque conſecutus eſt in eundo valentiam, ut equeſtri diuturnitati auderet ſeſe in viando committere; & non tantum committere, ſed etiam hanc ſuperare, ut veriſſimis approbatum eſt indiciis, jactitaret. Cujus & perſonam nomine tenus deſignarem, ſi aliquid commodi noſtræ chartulæ contraderet.

4 Auribus terrigenarum ad excellentiæ præ- *Energumenus liberatur.*
rogativam Carilefi venerabilis efferendam, commodum inſimulare duxi: quod divinæ virtus potentiæ ſeculis præmonſtrare decrevit. Ar-

IX MSS. vigena pagi Vindunenſis, cum die Dominica plauſtri boumque agitator, abſque arbitris in ſaltum pergere diſponeret, comitatus puero, ante matutinam proficiſcens, ultori ſpiritui traditus, hac ultione eſt divinitus coërcitus. Depoſita igitur Patroni proprii potentia, quam ſibi cælitus nequaquam ſpiritibus poteſtatem fore conceſſam credimus; ſupra nominatorum Martyrum ac Confeſſorum antiquiora tentavit adire ſuffragia. Quorum memorias multis peragrando diebus, Martini videlicet, Hilarii, Martialis, Dionyſii, ceterorumque, quos meritorum excellentia mundo clariſſimos reddidit; dum ulterius progredi tentaret, accepit in ſomnis mandatum, ut proprium ſupplici voto expeteret Dominum, cujus juris ſibi meminiſſe deberet: ocius igitur properaret, quia beati meritis Carilefi ſalus ereptionis illi eſſet eventura: & quod alii præſtare ſuperſederant, indulgentiſſime ipſe largiretur. Quapropter ultro æger accurrens almi depoſcit Carilefi merita, flebilis orat, vincula ſibi laxare poſtulat, quibus retinetur, inimici. Exactis autem aliquot diebus (nam & lapidum molibus ſe concidebat, & ictibus collidebat fuſtium) propenſiùs tamen, cùm in oratione ſe Dei ſervi proſtraviſſent, Domini jam jamque miſerentis clementiâ, per Sancti, cujus adierat limina, & patebat interceſſionis munia, præclara merita reſipiſcens; ſolvitur vinculis atrocis hoſtis, cui horribiliter cruciandus traditus fuerat. Sed is liberatori non ingratus proprio, uſquedum hominem exuit, in ejus deſervivit, nuſquam longius progrediendo, excubiis.

B

Cæcus curatur.

5 Prurit etiam mentem, illius ſigni addere magnitudinem, quod utilitati mortalium olim proveniſſe, nulli venit in dubium. Cum rotans anni vertigo feſtivum ruduxiſſet diem, quo convenit mortalibus, ejus ſacrum ad memoriam reducere tranſitum; undequaque multi confluxere, nobilium ſimulque & ignobile vulgus. Verum affuit, & inter infirmorum, diverſo remedio egentium, turbas, convenit cæcus, præterea ſeptuagenos ætatis excedens annos, ſpe deductus medendi inter plures, ex longinquis oris affuit, implorator pietatis exiſtens Dominicæ, ſimulque & venerabilis viri poſcens ſedulus clementiam. Nec fiduciâ devotionis fruſtratus, fuſis humiliter precibus, dum Miſſarum ſollemnibus intereſſet muniis, & Euangelicæ,

C

Levita pronuntiante, depromerentur oracula lectionis, ſenſit divinæ animadverſionis ſubitum proveniſſe auxilium. Et quodam ignoti vultus ac venerandi habitus ſacerdote, ſibi dextræ manus protenſione tergente oculos, reſpexit ilico faciem legentis, nitoremque intuens veſtium, ſecum quod factum erat, mirabatur. Itaque Miſſarum completâ ſolemnitate; dum cunctis egrediendi pateret aditus, domum egreſſus eſt eccleſiæ, negavit manum ductori propriam; ſeque ſciſcitanti puero, cur baculi renueret obſequium, reſpondit meritis Domini Carilefi, tantæ claritudinis ſe viſionem adeptum fuiſſe, ut nuſquam lucidius fuiſſet fruitus, dum ætatis eſſet juvenilis floridus in annis, gratias omnipotenti Domino referens, ſimul & ejus famulo, rediit, dum à ſervis Dei ſextæ horæ compleretur officium. Coram quoque cunctis, quæ acta erant, aſtantibus retulit, omneſque ad laudes Divinitati referendas protinus excitavit.

6 Operoſum eſſe forte cenſeo, illius munificentiam ſigni, huic addere operi, quantam aſſecutus eſt quidam elinguis accola pagi Senonici. Is cum ſtipis poſcens alimoniam, quaquaverſum voluntas dictaſſet, figeret greſſum, mendicitatis obtentu ſemet atque recreari geſtiens, cœnobium beati Carilefi adiit. Et quod vocis carens officio lingua nequibat dicere, manus protenſione ac tabellarum colliſione lignearum, miſericordiæ poſcebat opem. Inter hæc convenere ſervi Dei hora congrua in eccleſiam Miſſarum celebraturi ſolemnia, accurrit inter plures & mutus, aſſequi ſacram cupiens audientiam. Devotiſſimis igitur poſtulationibus, viri Sancti poſcens indulgentiſſimam pietatem, admiſſorum ſcelerum veniam precabatur attentius. Cum autem ad Apoſtolicam, ac ſubinde ad Euangelicam ventum eſſet ſacram recitationem, ſubita fibrarum diſruptione linguæ contiguarum, ſanguis cœpit effluere. Illico æger priſtini recepit ſermonis officium; ac gratulabundus ad propria remeare contendit, redditis pro gratiarum actione continuo laudibus.

Item mutus. D

7 Fervidus menti calor advenit, ſupremæ committere magnitudinis paginæ opus mirabile, quod unius temporis momento duobus debilibus haud diſſimile præſtitum eſt beneficium, quorum alter, qualo * devectus puer, ad limina beatiſſimi Carilefi projectus eſt à parentibus, omnimodè pedum carens officio, &

Item contractus & cæcus ſanantur.

* Vas vimineum.

E

ab utero nodoſæ congelationis tempore compliciti nervi, poſterioris progreſſi petierant partes; proque manibus, terra tenus gerula nutrix, reptare potiſſimum docuerat, quam corporeis ſuppoſitum baſibus viando poſſe incedere. Alter verò adultus jam ætate, dum viriles attigiſſet annos, in diutinæ infirmitatis fatigatus labore, miniſterio pedum amiſſo, contractus ambulare, reptando manibus, non pedibus noverat. In qua lectuli quoque detentione, oculorum amiſſo lumine, cæcus fuerat factus. At penè jam viginti labentibus in infirmitate annis, ſpe recuperandæ ſanitatis actus, virum venerabilem Carilefum adierat. Nam juvenis, famulus ejuſdem fuerat cœnobii, verum in infirmitate deſtitutus, ad propria remeaverat ſoli. Paſchali igitur ingruente ſollemnitate veſpera venerabili, in qua jejunium à devotis Chriſto cunctis celebratur famulis; uterque eorum delatus in eccleſiam, cum cetera turba ſacrum cœpit audire officium. Et ecce ſubito,

F

dum ſacræ perſolvuntur devotionis munia, exortus impar ab utriſque clamor, ſanctum Carilefum invocantium, in eos omnium permovit intuitum; cunctorum oculi præ gaudio exundavere lacrymis, & unanimes precabantur, dicentes: Miſerere eorum, Domine, ſuccurre vir beate Carilefe, ſolve ſatanæ vincula, quibus retinemur aſtricti. Id etiam devotus adſtans cœnobii Abbas cum turba monaſtica, refertos oculos lacrymis addens, etiam plura concinebat ex animo. Igitur ante Miſſarum initia, alter eorum greſſum, alter quoque cum greſſu recepit & viſum. Cuncti, qui ora pro eis in oratione ſolverant, in gratiarum actionem Domino famuloque Carilefo convertuntur, Deo gratias, Deo laudes, omnes edicunt: nullus invenitur, qui laudis non exſolvat debita Chriſto.

Debilis pedibus erigitur

8 Huc accedit gloria Juſti congruens miraculum iſtud. Nam quidam invalidus pedibus, manibus propinquorum ad cœnobium jam dicti Carilefi adductus in eccleſia ponitur. Preces ſupplica-

A ſupplicationeſque funduntur pro incolumitate adjacentis ægroti; is enim ſecundum perituram ſeculi dignitatem clarus, proſapia ortus nobiliter fuerat, Felix nomine, ſed aliquanta actus atteſtatione, hoc carens vocabulo, per opem viri Dei recipere meruit felicius, quod amiſerat ſanitatis commodum. Igitur adveniente ſolemnitate, qua beatus Carilefus ſeculo abſcedens, felicius cum Chriſto victurus migraverat, ejus ad tumbam diutius excubans ægrotus decubuit. Pro ſcelerum abolitione ſupplicans Dominum famulumque ejus, interceſſorem ſuorum quærens peccaminum, nec minus ſpe recuperandæ ſanitatis allectus, ſuffragium Sancti poſcebat ex animo. Tandem defatigato ſomnus irrepſit, genamque genæ imprimens, illico ut obdormivit, adſtantem ſibi cernit virum, in habitu ſacerdotali conſpicuum ac venerabilem. Is ſibi manum protendens, imperat, ut ocius ſurgat. Illico evigilans, ruptis fibrarum nodis, & nervorum complicationibus, effluente abundantiſſimo cruore, uti aſtare cœpit tremulus: & quid erga ſe actum ſit, adſtantibus retulit, alacri ſuffuſus gaudio.

B 9 Retexam, ſed enim parum prolixius, hujus infelicitatis hiſtoriam, quatenus quid in eum divina geſſerit clementia, mortalibus clarius pateſcat. Verum ea ipſa referemus, quæ ipſo intimante cognovimus. Ab ineunte ætate atque pueritia mutus, mancus & contractus fuerat. Verum orbatus utroque parente, in hereditate locupleti relictus, ab avunculo proprio Romæ perlatus eſt. Ibi aliquamdiu demoratus, linguæ officium recipere meruit, ac manuum miniſterium aſſecutus eſt. Cui & hoc intimatum eſſe dicitur; quia in oris Galliarum, pedum redditio ſibi maneret fore ventura. Quam juvenis indeptus, juxta quod ſupra relatum eſt, magnas mandatori ſuo gratias referens, diu manſit in monaſterio, ſtipe paſtus eccleſiæ, uſque dum ejus veſicæ turgentes, & vulnerum ſanarentur loca, quæ evenerant pro extenſione venarum atque nervorum reſolutione. Et quid divinitus aſſecutus ſit; plurimis referebat percunctantibus.

qui aliis malis Romæ liberatus fuerat.

C 10 Tandem & illud mirabile, quod beati Carileſi meritorum prærogativa noſtro ævo attribuere dignata eſt. Quidam puer calculi morbo vexatus atrociter, laborabat incommodè, mœſtiſſimos reddebat parentes, patrem dico ac matrem, qui quotidiano affectu, quaſi quædam funebria obſequia filio videbantur impendere. Tandem carnalia meditantes, captant conſilium, ut natum eumdem medico dirigerent nominatiſſimo & exercitatiſſimo; qui eodem degebat ſancti Carileſi cœnobio. Itaque equo invectus, ſtipatus hinc inde ſatellitum cuneis (nobiliter enimverò fuerat natus) ad monaſterium viri Dei pervehitur. Sed accidit, ut ea ipſa die annua ejus ac venerabilis ſolemnitas celebraretur, qua puer monaſterium jam dicti Venerandi adierat. Poſt orationem igitur, dum vacaret audientiæ Miſſæ, affuit voluntas digerendi liquoris acrius elixi officio veſicæ. Progreſſus illico, applicuitque cuidam contiguo parieti, lapidum calciſque levigato compage, ternos minxit lapillos. Quorum intercluſione meatuum depoſita, ſaniſſimus redditus, non ingratus, tam ipſe quam ſui ductores beneficii largitori, ſepoſita externa medendi cura, ſpretaque pigmentorum pulverulenta contuſione, ad propria alacres rediere, narrando vulgantes miracula Chriſti, qui in ſervis operatur ſuis abundantiſſima munia. Exuberant talium operum Sancti mirabilia, quæ ad laudem individuæ Trinitatis paginæ cernuntur, & cujus ſit in cælo meriti, clareſcit in terris, cujus pulviſculus affluit beneficiorum abundantiam. *Hactenus Ms. noſtrum Aniſolenſe.*

Puer calculi morbo immunis.

Ex Mss.

Alia duo miracula ex editione Mabilionis.

Energumenus à B. Petro ad S. Carilefum Roma liberandus remittitur.

Addit ipſe num. 11, 12, *&* 13 *miraculum punitæ mulicbris audaciæ, quod nos ſupra retulimus. Tum numero* 14 *ſic pergit:* Quidam Galliarum nobiliſſimus, opibus refertus opimis, locuplete familia diverſæ ætatis undique ſeptus, cuneis obſequentium fultus, ſpiritui immundo traditus, horrendum frendens, vexabatur atrociter; rationiſque inops, cum ſenſu vocem quoque humani ſermonis peſtilens inimicus ademerat, & frangens potius verba quam eloquens, more canis rabidi, ore hianti ſonum emittens, bacchando huc illucque vertebatur. Fit interea diſcurſus affinium, at omnis familiæ multis accurrentibus nec ſuccurrentibus, mente captus, quos attingere poterat, laniare tentabat. Loris ſed cum duris à ſuis aſtrictus eſſet, loca Sanctorum diutino, abſque ſanitatis efficacia, perluſtrans labore, tandem perducitur, &, ut verius fatear, trahitur ad beati Romæ Apoſtolorum Principis limina Petri: ibique eventum rei præſtolantes, diebus noctibuſque ſui excubabant, Domini flagitantes clementiam, ut famuli ſui, pœnis exhauſti, jam jamque miſertus, per orationem Apoſtolicam opem ferre ſanitatis dignaretur. Igitur cum poſt multam energumenus debacchationem, feſſus, ſopore membra laxaſſet, capiti viſus eſt aſtare ſenex admodum venerandus, canitie comptus, trabea circumamictus candida, lacerna decoratus nivea; talique mente captum voce compellans: Quid incaſſum his homo miſerationis degens demoraris in oris? Surge & nativum revertens ad ſolum, beati noſtri Fratribus [*an non* Fratris?] Carileſi poſce ſuffragia; illius enim meritis Dominus te ſanitati reſtituit. Hac admonitione certificatus æger, relicto ſtratu, cuncta quoquomodo potuit, pandit ſibi adhærentibus, movetque uti actu peragant ocius juſſum quod didicerat. Et unus eorum ætate & dignitate provectior, eadem ſibi à Domino imperata bino juſſu fatetur. Tandem ergo reverſi, beati adeunt ſupplices limina Carileſi, ibique intra paucos dies, valantiam æger captivus plenæ adeptus ſanitatis munificam, grates retulit omnipotenti Deo, famuloque ejus eximias: ac ſubinde locus ejuſdem cœnobii augmentari creſcendo cœpit in majus, famâ virtutum beati viri ubique diffuſâ. *Idem miraculum, ſed brevius refert auctor vitæ ſecundæ, apud nos Ms., apud Surium editæ. Longe majus diſcrimen eſt in miraculo ſequenti, ut ex utriuſque narratione perſpicies. Sic habet Mabilio:*

E

F

Mutua SS. Carileſi & Dionyſii in ſubditis ſuis curandis vices.

12 His quoque illud juvat adnectere factum mirabile, quod cuidam cæco contigiſſe narratur. Nam dum unus famulorum beati Dionyſii, lumine orbatus gemino, ejuſdem beati præfati Carileſi poſceret medelam, interceſſionis juvamine ocius aſſecutus eſt, quam ſperaverat ſani-

EX MSS. tatem. Nam ſanguinis unda facie perfuſus, dum ante tumbam corporis beati viri ſolo decubuiſſet, hauſtu cæli lumen amiſſum cum admiratione cunctorum adſtantium, ac Domino famuloque ejus gratias referentium, recepit. Paucis vero interjectis diebus, dum alter ex familia B. Carilefi, ſancti adiiſſet limina Dionyſii, cauſa deflendorum reatuum, & ejus ſimiliter precaretur opis clementiam; quia & ipſe cæcitate plexus erat, ut fertur, diutina; inter preces prolixius fuſas obdormivit, viditque beatum Dionyſium in habitu pontificali ſe vocantem, citatum proprio vocabulo, ac ſibi dicentem: Cur mea, ô homo, quæris ſuffragia, dum frater noſter Carilefus abunde tibi impartiri valeat ſanitatis commoda? Ab ipſo quoque hæc te ſperare decuerat. Cui reſpondit æger; non ſe diffidere de meritis proprii Domini. Illum tamen ſibi fore teſtatur contiguum, proque me ab ipſo opem poſcere debes. Et vir ſanctus: Quia ille cuidam virorum meorum homini nuper ſimillima dona illuminationis contulit, ſcias te protinus, Domino miſerante, illuminandum. Et tactis oculis, evigilans continuo æger, cruore ſuffuſus ora, in laudibus attollitur gaudii. Hauſit cælum, & lumine recepto, nullo egens ductore, ad propria rediit. *Ita Mabilio: audiamus modo Ms.*

B

Alia ejuſdem rei narratio.

Erit hoc ſpecimen ſtyli auctoris ſecundæ vitæ, perquam floridi. *Sic ſcribit:* Claudere me ſermonem, non miraculorum cogit inopia, ſed inertem poëtam catena inſipientiæ ſtringit, cujus libelli dum finem cuperem imponere, cujuſdam veraciſſimi viri relatione mihi eſt objectum miraculum, quod quamvis ſint omnia admiranda, quæ referam ad laudem Dei noſtri, præterire non audeo, quia omnipotens Deus, quibus ſuum ſervulum Karileffum junxit in cælis, non eſt dedignatus hominibus manifeſtare in terris. Aiebant enim quod quodam tempore, unus ex famulis monaſterii Sacerdotis Domini Karilefi loquelam auditumque perdiderat. Qui cum aliquamdiu mutus ſurduſque maneret, ad oraculum beatiſſimi Dionyſii Confeſſoris & Martyris, quod eſt ultra Leiodora flumen, in loco qui dicitur Novimeto,

C

[*vide notam Mabilionis*] in ſolemnitate natalitii ipſius Martyris, cauſa orationis perrexit. Quo cum perveniſſet, & ſacratiſſimum templum fuiſſet ingreſſus, illico virtute Dei, Chriſti Martyris precibus os ejus apertum eſt, & aures ejus receperunt auditum, ita ut plectrum recte verba ederent & aures ejus reſonaret auditus. Audite nunc, quomodo ad gloriam Chriſti, qui in Sanctis ſuis operatur quotidie per ſacerdotem ejus Karileffum; glorioſus Martyr Dionyſius, non poſt multos dies, ſuſcepit talionem, ut patenter daretur intelligi, quia qui hîc corpus ſuum, ob amorem cæleſtis patriæ, jejuniis, vigiliis, ceteriſque fauſtis laboribus caſtigare non deſinit, in cælo, cæleſti dominio, ſanctis Martyribus ſociatur. Nam in die depoſitionis corporis Sacerdotis Domini Kareleffi, dum hinc inde caterva populorum, ad ejus cœnobium magna cum devotione veniſſet, contractus quidam ab utero matris, ex terris baſilicæ Chriſti Martyris Dionyſii ſuperius memorati, ad tam preclaram feſtivitatem adductus eſt: quia ita conglomeratus dicitur fuiſſe, ut nec pedibus valeret gradi, nec manibus aliquid operari; cujus templi aditum intromiſſus, mox ſolidatæ ſunt plantæ ejus, & brachia manuſque reſolutæ, ut extemplo exiliens, coram cunctis qui aderant graderetur, & expanſis ad cælum manibus, laudes redderet Excelſo; acſi Sacerdos Dei, Chriſti Martyr diceret: Ecce pro auditu reddito ſurdo, mutoque loquela, in virtute Dei ſummi, tuo famulo & pedibus greſſum reddidi, & ad operandum brachia ſolidavi. Hæc ſe, qui retulerant, miracula audiſſe & vidiſſe teſtantur. *Vides, quam ſupra dixi, narrationis differentiam. Hæc à Surio omiſſa ſunt.*

D

E

Monitum Mabilionis.

Ubi quieſcant Sancti reliquiæ.

SAncti Carilefi reliquiæ, graſſante Normannorum ſtrage, in caſtrum Bleſas, vulgo Blois, diœceſis Carnotenſis ad Ligerim ſitum, tranſlatæ ſunt, aſſervanturque hodie in oratorio, S. Carilefi dicto, intra caſtri ambitum, præter ſinciput, quod cum duabus vertebris in ipſius Sancti monaſterio Aniſolenſi habetur. R. P. Dominus Joſephus Deſormes, tum Prior ejuſdem monaſterii ad nos tranſmiſit litteras Illuſtr. Jacobi Leſcot, nuper Carnotenſis Epiſcopi, quas hoc loco referre juvat. „ Nos Jacobus Leſcot, Dei gratia & auctori-
„ tate Apoſtolica Carnotenſis Epiſc. in præ-
„ ſentia Sereniſſimi Principis, Domini Gaſto-
„ nis Ducis Aurelianenſis & Carnotenſis, Co-
„ mitis Bleſenſis, ac Ludovici XIV Franciæ
„ & Navarræ Regis Chriſtianiſſ. patrui, Se-
„ reniſſimæ Principis ejus uxoris..... anno
„ Incarn. Dom. MDCLIII, Dominica, XXI men- F
„ ſis Septembris, tranſtulimus partem oſſium
„ S. Carilefi Confeſſoris; membra S. Beſorii,
„ corpus S. Barachii Martyris &c. Et in ca-
„ pſa, ubi erant recondita prædicta oſſa S. Ca-
„ rilefi, Nos Epiſc. Carnot. reperimus brevi-
„ catum quoddam in pergameno deſcriptum,
„ ſanum & integrum, ſub hujuſmodi tenore:
„ Ego Willelmus Dei gratia Senon. Archiep.
„ & Apoſt. Sedis legatus tranſtuli partem oſ-
„ ſium B. Carilefi VIII Kal. Septembris, re-
„ gnante Ludovico, filio Ludovici Senioris,
„ anno ætatis Domini Philippi filii ejus ſexto,
„ præſidente caſtro Bleſi Theobaudo Comite,
„ filii Theobaudi, viri bonæ memoriæ, Co-
„ mitis Senioris. Factum eſt hoc anno Incar-
„ nationis Dominicæ MCLXXI &c." *Notat demum Mabilio, ad quos modo ſpectet prædicta S. Carilefi eccleſia Bleſenſis.*

DE S. GALLO EPISCOPO
CLAROMONTE ARVERNORUM IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. B. S.

De ejus cultu, ætate, obitu: ſepultura, vita à S. Gregorio Turon. ſcripta.

CIRCA AN. DLIV.

In antiquis faſtis negle-ctus,

A

Tpluribus Sanctis Præſulibus illuſtriſſima eſt, olim Arvernica, nunc Claromontana civitas, ita in Actis noſtris ſæpius de ipſa ejuſque multiplicibus patronis Sanctis & protectoribus ſermo recurrit: ſolus XXV *dies Januarii, in* S. Præjecto, *ſex Antiſtites Claromontanos enumerat eo menſe illuſtratos. Ad ſufficientem nobiliſſimæ urbis notitiam quod facit, abunde ſuggerunt Sammarthani, cetera apud Savaronem deſcripta ſunt. In Epiſcoporum eatenus itidem ſanctorum ordine ſextus & decimus eſt* S. Gallus, *polyhiſtoris Gregorii Turonenſis patruus, ab hoc ita laudatus lib. de Vitis Patrum cap.* 6, *ut præclariora Acta deſiderari nequeant. Inter ſynonymos Gallos Epiſcopos Claromontenſes diſtinguit Savaro in notis ad libellum de Sanctis & eccleſiis n.* 3, 8, *&* 11; *ceterum notiſſimus eſt hic noſter, iſtius nominis primus, quem ſane mirum eſt, non ſolum* in ſinceris Uſuardi & Adonis Martyrologiis prætermiſſum, *ut obſervat Mabilio, ſed in nullis prorſus Faſtis eccleſiaſticis ſeu Martyrologiis antiquis conſignatum fuiſſe. Neque enim in ullo claſſico, qualia voco Hieronymiana, Bedam, Florum, Rabanum; Romanum parvum, Adonem, Uſuardum, Notkerum; in nullo, inquam, claſſico memoriam ejus reperire eſt: imo nec apud Maurolycum, Ghinium, Florarium & recentiores alios.*

B

auctariis Uſuardinis acceſſit,

2 *Primùm* S. Gallum *auctariis Uſuardinis inſeruiſſe videtur Joannes Molanus:* Arvernis, depoſitio beati Galli, ejuſdem civitatis Epiſcopi & Confeſſoris, cujus vitam B. Gregorius Turonenſis ſcribit; *quæ verba in Caniſiano germanicè tranſlata ſunt. Ex Molano Sanctum noviſſe potuit Galeſinius, atque ex Gregorio Turonenſi elogium contrahere in hunc modum:* Arvernis, S. Galli Epiſcopi & Confeſſoris, viri admiranda charitate, ſummaque humilitate & patientia maxima, quibus virtutibus, & ſancte mirificeque factis clarus, eccleſiâ ſibi concreditâ, viginti ſeptem annis ad Dei voluntatem adminiſtratâ, abiit in cælum. *Ex alterutro, ni fallor, accepit Baronius & Romano inſcripſit. Monaſticis Benedictinis, Wioni, Dorganio, Menardo, Bucelino nequaquam præteritus eſt: primus Galeſinii verba adoptavit, ſed in notationibus non ſemel hallucinatus eſt. Ait,* ex Abbate Chrononenſi *factum* vigeſimum ſeptimum *Arvernenſem Epiſcopum: neutrum ſubſiſtit: uti nec illud quod* interfuerit conciliis IV & V Vienenſibus: *de Aurelianenſi V ſatis certum eſt, non ita de anno* 552, *ad quem ibi reducitur.*

C

à recentioribus elogio ornatus.

3 *Dorganius principium elogii ex Wione decerpſit:* S. Galli Epiſcopi & Confeſſoris, magna charitate, ſummaque humilitate & maxima patientia celebris. *Menardi annuntiatio ſimpliciſſima eſt; Bucelinus autem totam ferme vitam in epitomen contraxit, male cum Baronio S. Galli obitum innectens anno* 573. *Elogium Sauſſayi eſt etiam totius vitæ compendium, cujus poſtremam partem hîc ſubjicio:* Demum vir tot nominibus amandus, admirandus, poſtquam ſua in urbe coacto concilio (quod primum fuit) magna cum dignitate interfuiſſet; quinto Aurelianenſi ſubſcripſiſſet, numquam à bene operando fatiſcens, ex ſtadio exceſſit, atque ad piorum laborum coronam, anno epiſcopatus ſui XXVII, profectus eſt. Sacrum ejus corpus in eccleſia ſancti Laurentii humatum ante altare, poſtea ob beatitudinem [&] micantia ſigna, digna cælitis veneratione habitum, ipſi eccleſiæ nominis deinde indidit nuncupationem. At ſucceſſu temporis inde levata ejus pignora, ad baſilicam de Portu honorifice tranſlata fuerunt, ubi cum multorum aliorum pretioſis exuviis repoſita religioſe aſſervantur. E

Chronologica vitæ ſeries ex Cointio,

4 *Sancti noſtri chronologicam vitæ ſeriem ſic ordinavit Cointius, ut cenſeat anno* 509 *num.* 11, *ipſum tunc ætatis viceſimum attigiſſe, adeoque natum oportet* 489. *Statuit deinde à S. Quintiano Arvernenſi Epiſcopo S. Gallum è monaſterio Crononienſi eductum* 515. *Porro cum anno* 527, *ad Superos tranſiiſſet Quintianus* XIII *Novembris, ſucceſſit S. Gallus, à Theoderico rege ſubſtitutus, & forte eodem anno, vel ſaltem mox ſubſequenti ordinatus Arvernorum Epiſcopus. Synodo Aurelianenſi II per Laurentium presbyterum interfuit anno* 533. *Concilio in ſua Arvernenſi civitate celebrato* 535, *poſt Honoratum Bituricenſem ſecundo loco ſubſcripſit. Synodus Aurelianenſis III habita eſt* 538, *ad quam Miſſus ejus Optardenus presbyter delegatus legitur. Adfuit Synodo IV anno* 541. *Demum & V Synodum ibidem coactam ſua præſentia S. Gallus cohoneſtavit* 549. *Cum autem, teſte Gregorio Turonenſi, vivere deſierit anno ſui epiſcopatus ſeptimo & vigeſimo, ætatis ſexageſimo quinto, recte obitum ejus refert laudatus Cointius ad annum* 554. *Quæ omnia contra Baronii, Savaronis, Sammarthanorum, Branchii & aliorum calculos (quos hîc ſigillatim enumerare non vacat) optime ordinata cenſemus.* F

aliis rejectis;

5 *Neque hæc fuſius proſequi neceſſe eſt: cum certiores characteres chronologicos nemo hactenus, quod ſciam, reperire potuerit, ut rurſus patebit infra, ubi de S. Galli obitu. Fortunatus, cujus metricum elogium ad calcem vitæ invenies, poëtice ſcribens, minus exacte Sancti noſtri epiſcopatum* quinque quinquenniis, *ætatem vero quindecim luſtris, quod eſſet annis quinque & ſeptuaginta, definivit. Sic quidem S. Galli epitaphium ex laudato Fortunato explicuit Cointius: at in Annalibus Baronii ad annum* 573 *num.* 26, *in Broweri editione & Mabilionis fragmento, diſertè legitur non* terquina luſtra, *quæ neſcio ubi Cointius repererit, ſed* BIS TERDENA tamen LUSTRA ſuperſtes, *ut ibi luſtrum indubitate pro anno ſumendum ſit, ſicque vixiſſe dicatur Sanctus annis ſexa-*

AUCTORE J. B. S.

ſexaginta ; quod æque à vero alienum, ſaltem poëticè, ſeu metri cauſa dictum eſt ; Gregorio clariſſimè teſtante, obiiſſe ætatis anno ſexageſimo quinto, quem nos opinamur fuiſſe annum Chriſti 554. *Pagius mortis annum incertum eſſe ait, nec Mabilio determinare audet : at enim ſatis probat Cointius, jam dicto anno Sanctum noſtrum veroſimillimè è vita migraſſe.*

ipſe tamen in die obitus erravit,

6 *Supereſt nobis cum ipſo Cointio controverſia circa S. Galli obitûs diem, de quo ex Gregorio Turonenſi ita ad citatum annum* 554 *num.* 3. Obiit, *inquit*, die Dominica primo mane ; jacuit in eccleſia per triduum, illoque triduo celebratæ ſunt Rogationes, quales quot annis ubique poſt Paſcha fiunt, & quarta die ſepultus eſt à vicinis Epiſcopis, ut Gregorius Turonenſis in ejus vita teſtatur. Quæſtio eſt an dici debeat mortuus aut ſepultus Kalendis Julii, quo die anniverſaria ejus memoria ubique recolitur. *Utique ea quæſtio eſt, facillime ſolubilis, ſi ad Gregorii verba attendatur, ad quæ ſola oportet attendere ; ſed quæ ad quæſtionem explanandam multis diſputat & involvit Cointius, rem magis implexam reddunt, eamque demum concluſionem perperam eliciunt, qua aſſerit :* Pro certo igitur & indubitato habeatur, S. Gallum Arvernorum Epiſcopum ad Deum migraſſe, illuceſcente die Dominico, ut præmiſimus, quarto Kalendas Julias, hoc anno epiſcopatus ſui vigeſimo ſeptimo, Chriſti DLIV, Theobaldi regis ſexto.

B

quam ex Gregorio determinamus

7 *Nullo modo placet dies quartus ante Kal. Julias, qui nec cum Gregorii narratione, nec cum recepta Sancti feſtivitate componi ullatenus poteſt. Fateor equidem arbitrariam eſſe electionem primi diei Julii ad recolendum Sancti natalem aut depoſitionem, neque ex tali principio chronologicas notas aut erui, aut ſtabiliri poſſe, ut me longa experientia docuit, obſervavitque etiam Pagius, ad annum* 573 *num.* 5. *Potuit autem tali die aut elevatus, aut tranſlatus fuiſſe : at certe nec Kalendis illis, nec* V *vel* IV *Kalendas S. Gallum obiiſſe aut depoſitum eſſe, tam clare indicat Gregorius, ut prorſus non videam, qua ratione in tam manifeſtum errorem induci potuerit Cointius.* Obiit, *enim*, die Dominico, primo mane, jacuit in eccleſia per triduum, illoque triduo celebratæ ſunt Rogationes, quales ubique quot annis poſt Paſcha fiunt. *Quærenda eſt igitur Dominica ante Rogationes, quinta poſt Paſcha, ſeu quæ* triumphum Aſcenſionis *præcedit, quoque Sanctum mortalitatem exuiſſe diximus anno* 554, *videndumque in quem & cujus menſis diem ipſa eo anno inciderit ; patebit apertiſſime, nec iſto, nec ullo anno in* XXVIII *Junii cadere umquam potuiſſe. Fuit eo anno, ſub littera Dominicali* D *Paſcha* V *Aprilis : jam digitos conſule ; itaque Dominica* I *poſt Paſcha,* XII *Aprilis ; Dom.* 2, XIX *Aprilis ; Dom.* 3, XXVI *Aprilis ; Dom.* 4, III *Maii ; Demum* 5, *ſeu quæ Rogationes prægreſſa, non potuit non cum* X *Maii concurrere, atque adeo, non* XXVII *aut* XXVIII *Junii, ſed eo ipſo die exceſſiſſe debuit S. Gallus, quidquid ſit de ſepultura, ſive ea in quartam, ſive in quintam feriam dilata fuerit ; de quo concertare non lubet.*

C

ferme ut Mabilio,

8 *Eſt hæc etiam Mabilionis ſententia, qui tamen in loco ſepulturæ aberrat. Sic habet in Actis Benedict. tomo primo, annotat.* A, *pag.* 118. Gregorius Turonicus Epiſcopus chronologicos mortis S. Galli characteres tres nobis ſuppeditat, videlicet annum octavum peſtis inguinariæ, diem Dominicam, & regnum Theodebaldi lib. 4 Hiſtoriæ cap. 7. Dies Kalendarum Juliarum, quo S. Gallus colitur in tabulis eccleſiaſticis, non eſt dies obitûs, ſed forte tranſlationis, quando corpus ejus in eccleſiam S. Mariæ Portuenſis (quæ principalis eſt eccleſia, in honorem SS. Vitalis & Agricolæ primo condita, deinde S. Laurentii dicta) ex alia vicina S. Laurentii æde, à Guidone Epiſcopo delatum eſt anno MCCLXXXV. Nam Gregorius diem Dominicam, qua S. Gallus ad ſuperos evolavit, ſpecialius deſiniens, dicit illam præceſſiſſe triduum Rogationum QUÆ UBIQUE POST PASCHA FIUNT. Cum vero ex eodem Gregorio lib. 2. Hiſt. cap. 34, prædictæ Rogationes ANTE ASCENSIONIS DOMINICÆ TRIUMPHUM CELEBRARENTUR, numquam poſſunt cum die Kalendarum Juliarum convenire. Nihil itaque certi ex his characteribus elici poteſt, niſi quod mors S. Galli poſt concilium V Aurelianenſe, at vero ante Theodebaldi deceſſum collocanda eſt, videlicet intra annos DL & DLVI. *Ruinartius luis inguinariæ initium repetit à fine anni* 545, *vel principio* 546, *atque annum ejus octavum, S. Galli mortualem, recte nobiſcum illigat anno* 554.

D

qui locum ſepulturæ non reperit.

9 *Ex dictis patet, nos in die obitûs à Cointio plane recedere, non ſic in iis, quæ ad locum ſepulturæ ſpectant, plus nimio intricata, niſi à Savarone locis ſupra citatis explicata fuiſſent. Nobis ſat eſt, ex vita eruere, quod* Epiſcopis quarta die advenientibus, eum (*S. Gallum*) de eccleſia levaverunt, & portantes in ſancti Baſilica Laurentii ſepeliunt. *Ad controverſiam, à Cointio late deductam, de confuſione nominum eccleſiarum Claromontenſium quod attinet ; diſtinguimus eccleſiam cathedralem, olim SS. Agricolæ & Vitalis, tùm S. Laurentii, hodie S. Mariæ, ab eccleſia S. Laurentii, in qua Sanctus noſter ſepultus eſt, quæque nonnumquam, ut Savaro notat, eccleſiæ S. Galli dicta reperitur ; pridem vero unita fuit eccleſiæ S. Mariæ de Portu, quo Sancti corpus translatum eſt. Et hæc quidem aliquando* principalis *appellata legitur, ſed cum addito* de Portu, *ſic ut diverſa ſit ab eccleſia matre ſeu cathedrali, quemadmodum operoſe quærit, diſtinguit, & exponit Cointius ad prædictum annum* 554 *toto numero* 4. *Unde facile eſt corrigere confuſionem eccleſiæ S. Mariæ Portuenſis cum epiſcopali, in quo Mabilionem ſupra aberraſſe diximus, & fatetur Ruinartius annotat.* G, *in nupera Turonenſis editione col.* 1176. *Caſtellanus in Martyrologio Univerſali pag.* 692 *Mabilionem ſecutus eſt. Sed de his ſatis.*

E

F

Unde Acta deſumpta ſint.

10 *Reliquum eſt, ut de S. Galli Actis pauca delibemus. Dictum eſt ſupra, vitam ab ejus ex fratre nepote, Turonenſi Gregorio ſcriptam, inter Vitas Patrum cap.* 6 *recenſeri. Cum verò plures Gregorii editiones exſtent, quarum noviſſimam adornavit Ruinartius, dubium fuit, quam eligeremus potiſſimum. Poſterior illa in multis differt à prioribus, proindeque variantibus lectionibus aliiſque id genus minutiis diſtinguenda foret, quibus immorari vix operæ pretium. Citat editor plura Mss. ad quæ priorem lectionem ſe emendaſſe profitetur ; verum, ut dicam ingenue, plerumque non arridebant adhibitæ correctiones aut mutationes ; ſic ut eam prætulerimus, quam pridem vulgavit Mabilio inter Acta Benedict. tomo* I *à pag.* 116, *quamque proinde hîc recudendam curavimus, & annotationibus tum Mabilionianis, tum Ruinartianis, tum noſtris illuſtrare conati ſumus ; adjectis ad calcem binis miraculis prope continuis, altero ex Sava-*

A *Savaronis ultima editione, vel potius Durandi notationibus ac disquisitionibus; de servata à flammis civitate Arvernica; altero ex Branche, de perpetua febrium curatione in ecclesia Langeatensi seu Langhiacensi, ubi singulari cultu Sanctus noster, tamquam titularis patronus solennius honoratur. Jam Gregorii verba describamus.*

VITA

Ex S. Gregorio Turonensi *De Vitis Patrum cap.* 6.

CAPUT I.

De illustribus S. Galli natalibus, monastica institutione ceterisque gestis usque ad episcopatum.

Nobilium vitia fugiens,

NObilitatis mundanæ fastigium semper inhiat cupiditatibus, gaudet honoribus, inflatur occursibus, litibus forum pulsat, rapinis pascitur, calumniis delectatur, rubiginosi auri talenta desiderat, & dum parva possidere videtur, ut agglomeret plurima, magis accenditur ingeritque ei congeries auri sitim arduam possidendi, sicut Prudentius ait,

B Auri namque fames procedit major ab auro.

Unde fit, ut dum gaudet pompis seculi, & vanis honoribus oblectatur, nihil ei de mansuris dignitatibus in memoriam revocetur: nec respicit ad ea, quæ non videntur, dummodò illa, quibus satiari animum putat, importune possideat. Sed sunt qui se de his nexibus, tamquam aves de laqueis evolantes, & ad altiora tendentes, mentis alacrioris ingenio absolverunt, ac relictis terrenis facultatibus, totis se viribus ad illa, quæ sunt cælestia, aptaverunt. Sicut sanctus Gallus, incola Arvernæ *a* urbis, quem à Dei cultu abstrahere non potuit dilectio patris, non matris blanditiæ, non amor nutricum, non obsecundatio bajulorum: sed his omnibus pro nihilo habitis, & tamquam stercora æstimatis, Dei se dilectioni, Dei se officio vovens, monasteriali se districtioni subegit. Sciebat enim, juvenilis fervoris flammas non aliter posse devincere, nisi censuræ canonicæ & disciplinæ severissimæ subderetur. Sciebat insuper, se ab humilitate seculi ad altiora sublevandum, & per patientiam tolerationis ad illam excelsi apicis gloriam evehendum, quod postea probavit eventus.

a

rerefsum meditatur.

C

Obtento pii patris consensu,

b

2 Sanctus igitur Gallus ab adolescentia sua devotus Deo esse cœpit, diligensque ex tota anima Dominum, & ea, quæ Deo dilecta esse noverat, diligebat. Pater ei nomine Georgius, mater vero Leocadia, à stirpe Vectii Pagati *b* descendens, quem Lugduni passum Eusebii testatur historia, qui ita de primoribus senatoribus fuerunt, ut in Galliis nihil inveniatur generosius atque nobilius. Cumque ei pater cujusdam senatoris filiam quærere vellet, ille assumpto secum uno puerulo, monasterium Cremonense *c* expetiit, sexto situm ab Arverna urbe miliario, supplici ter Abbatem exorans, ut

in monasterio egregie profecit;

c

sibi comam capitis tondêre dignaretur. At ille videns prudentiam atque elegantiam, pueri nomen inquirit, interrogat genus & patriam. Ille verò Gallum se vocitari pronuntiat, civem Arvernum, Georgii filium Senatoris. Quem Abbas, ut cognovit de prima stirpe esse progenitum, ait: Bene desideras, fili: sed primum oportet hæc ad patris tui deferri notitiam: & si hæc ille voluerit, faciam quæ deposcis. Denique Abbas pro hac causa nunctos ad patrem interrogantes, quid de puero fieri juberet, misit. At ille parumper contristatus: primogenitus, inquit, erat mihi; & ideo volui conjugio copulare: sed si eum Dominus ad suum dignatur accire servitium, illius magis, quam nostra voluntas fiat. Et adjecit: Quidquid vobis infans Deo inspirante suggesserit, adimplete. Tunc Abbas, ista nunciis referentibus, puerum Clericum *d* fecit. Erat autem egregiæ castitatis, & tamquam senior, nihil perverse appetens, à jocis se etiam juvenilibus cohibebat, habens miræ dulcedinis vocem cum modulatione suavi; lectioni incumbens assiduæ; dans operam jejuniis, & abstinens se multum à cibis; quem cum beatus Quintianus *e* Episcopus, ad idem monasterium veniens, cantantem audisset, non eum permisit ultra illic retineri, sed secum ad civitatem adduxit, & ut cælestis pater, in dulcedine spiritali nutrivit. A. GREG. TURON.

d

sed à S. Quintiano inde educitur.

e

E

3 Cumque defuncto patre, vox ejus magis ac magis in dies componeretur, atque idem in populis maximum haberet amorem, nuntiaverunt hæc Theoderico Regi, quem dicto citius accersitum, tanta dilectione excoluit, ut eum proprio filio plus amaret. A regina autem, ejus uxore, simili amore diligebatur, non solum pro honestate vocis, sed etiam pro castimonia corporis. Tunc verò Theodericus Rex ex civibus Arvernis clericos multos abduxit, quos Trevericæ ecclesiæ, ad reddendum famulatum Domino, jussit assistere: beatum vero Gallum à se nequaquam passus est separari. Unde factum est, ut eunte Rege in Agrippinam *f* urbem, & ipse abiret simul. Erat autem ibi fanum quoddam, diversis ornamentis refertum, in quo barbaries, opima libamina exhibens, usque ad vomitum cibo potuque replebatur: ibi & simulacra, ut Deum adorans, membra, secundum quod unumquemque dolor attigisset, sculpebat in ligno. Quod ubi sanctus Gallus audivit, statim illuc cum uno tantum clerico properat, accensoque igne, cum nullus ex stultis paganis adesset, ad fanum applicat ac succendit. Illi videntes fumum delubri ad cælum usque conscendere, auctorem incendii quærunt: inventum evaginatis gladiis persequuntur. Ille verò in fugam versus, in aula se regia condidit. Verum postquam Rex, quæ acta fuerant, paganis minitantibus, recognovit, blandis eos sermonibus linivit, & sic eorum furorem improbum mitigavit. Dehinc autem referre sæpe erat solitus vir beatus hæc cum lacrymis, & dicebat: Væ mihi, qui non perstiti, ut in hac causa finirer. Fungebatur eo tempore diaconatûs officio *g*.

Theodorico Regi carus,

f

Colonie fanum incendit.

F

g

4 Denique cum beatus Quintianus Episcopus, ab hoc seculo, jubente Domino, transisset, sanctus Gallus apud urbem Arvernam eo tempore morabatur. Cives autem Arverni ad domum Impetrati presbyteri, ejusdem avunculi, convenerunt, conquerentes de obitu

Prædicit, se fore Episcopum.

A. GREG. TURON. Sacerdotis, & quis in ejus locum deberet ſubſtitui, requirentes. Quo diutiſſimè pertractato, regreſſus eſt unuſquiſque ad domum ſuam. Poſt horum diſceſſum, ſanctus Gallus vocavit unum è clericis, & irruente in ſe Spiritu ſancto, ait: Quid hi muſſitant, quid curſitant, quid tractant? Vacuum eſt, inquit, opus eorum. Ego ero Epiſcopus. Mihi Dominus hunc honorem largiri dignabitur. Tu verò cum me redire de præſentia Regis audieris, accipe equum deceſſoris mei ſtratum, & egrediens, te obviam exhibe mihi. Quod ſi audire deſpexeris, cave ne te in poſterum pœniteat. Cumque hæc loqueretur, ſuper lectulum decumbebat. Tunc iratus contra eum clericus, cum multa exprobraret, eliſum ſuper ſpondam lecti *h* latus ſuum læſit, turbiduſque diſceſſit.

h

A Trevirenſibus fruſtra expetitus,

5 Quo diſcedente, ait Impetratus presbyter ad beatum Gallum: audi, fili, conſilium meum: noli moram facere, ſed vade ad regem, & nuntia ei, quæ hîc contigerint, & ſi ei inſpirat Dominus, ut tibi hoc ſacerdotium largiatur, magnas Deo referimus gratias: ſin aliud, ſaltem ei, qui ordinatus fuerit, commendaberis. Ille verò abiens, quæ de beato Quintiano contigerant, Regi nuntiavit. Tunc etiam Aprunculus *i* Trevirorum Epiſcopus tranſiit; congregatuſque clerus civitatis illius ad Theodoricum Regem, ſanctum Gallum petebant Epiſcopum. Quibus ille ait, Abſcedite, & alium requirite; Gallum enim diaconum aliò habeo deſtinatum. Tunc eligentes ſanctum Nicetium Epiſcopum acceperunt. Arverni verò cleri conſenſu *k* inſipientium facto, multa munera ad Regem ferentes venerunt. Jam tunc enim germen illud iniquum cœperat pullulare, ut ſacerdotium aut venderetur à regibus, aut emeretur à clericis. Tunc ii audiunt à Rege, quod ſanctum Gallum habituri eſſent Epiſcopum. Quem presbyterum ordinari juſſit Rex, & mandavit, ut datis de publico expenſis, cives invitarentur ad epulum, & lætarentur ob honorem Galli, futuri Epiſcopi. Quod ita factum eſt. Is autem referre erat ſolitus, non amplius donaſſe pro epiſcopatu, quam unum trientem coquo, qui ſervivit ad prandium.

i

B

k rejectis Simoniacis,

Arvernenſi eccleſiæ præficitur.

6 Poſt hæc Rex, datis ad ſubſidium ejus duobus Epiſcopis, Arvernos eum direxit. Clericus vero ille, qui ſuper ſpondam lecti latus ejus illiſerat, Viventius nomine, ad occurſum Pontificis, ſecundum verbum illius, properat, non ſine magno pudore, & ſe ſimulque equum, quem juſſerat, repræſentat. Ingreſſiſque utriſque in balneum, dolorem lateris, quem ab impulſu ſuperbiæ ejus incurrerat, clementer improperat, magnam ex hoc ei ingerens verecundiam; non cum ira, ſed tantum loco ſpiritali delectatus. Igitur exinde cum multo pſallentio *l* in civitatem ſuſcipitur, & in ſua eccleſia Epiſcopus ordinatur.

C

l

ANNOTATA.

a *Hodie Claromontana eſt. Unde & quo tempore facta fuerit nominis immutatio, apud Savaronem, de utroque nomine à principio operis fuſe diſputantem, invenies.*

b *Lege* Vectii, *vel* Vettii Epagathi, *inter nobiliſſimos Lugdunenſes Martyres, egregie à citato Euſebio laudati lib. 5 cap. 1.*

c *Alii melius legunt* Crononenſe, *vulgo* Cournon. *Vide aliàs inflexiones apud Ruinartium hîc, & ad Hiſtoriam lib. 4 cap. 40 annotat.* d. D

d *Notat hîc Ruinartius*, ex hoc aliiſque paſſim Gregorii locis inferre Ludovicum Thomaſſinum, Abbates olim tonſuram clericalem conferre conſueviſſe, eamdemque olim fuiſſe monachorum ac clericorum tonſuram: monachos denique ſæpius clericorum nomine fuiſſe deſignatos. Quod paſſim nos quoque obſervavimus. Lege ea de re ejuſdem Thomaſſini Diſciplinam Eccleſiæ latin. editam parte 1, lib. 2, cap. 39. Cui conſentit Cointius ad annum 518. Vide & Mabillonii notas ad vitam S. Sequani, Sec. 1 Bened. pag. 264. *Idem fermè nobis dicendum erit ad vitam S. Eparchii.*

e *De eo Gregorius in Hiſtoria lib. 2 cap. 36, lib. 3 cap. 12 & 13, ſed maxime de Vitis Patrum cap. 4. Ex quibus patet, eumdem eſſe, qui primum Ruthenenſem, deinde Arvernicam rexit eccleſiam; male diſtinctus & in duos diſtractus in Martyrologio Romano 14 Junii & 13 Novembris. Vide commentarium Henſchenii de Quintiano presbytero tomo 2 Junii pag. 960.*

f *Ea eſt Colonia, nomine ſuo ſatis celebris, tunc & multis poſt ſeculis Francorum Regibus ſubjecta. Notandum porro, ob factum, de quo hîc agitur, S. Gallum in faſtis Colonienſibus referri apud Gelenium hoc die.* E

g *Huc referenda eſt miraculoſa ſanatio pedis S. Galli, per interceſſionem S. Juliani Brivatenſis, quam fuſe & diſtincte narrat Gregorius lib. 2 de Gloria Martyrum cap. 23. Certo ea contigit circa annum 525, dum Theodoricus, ut ibi dicitur*, excidium Arvernæ regioni intulit *&c, de quo pluribus agitur in vita S. Quintiani ſupra citata.*

h *Qui latine ſcit, novit plane & intelligit, quid ſit* ſponda lecti, *nec explicatione opus habet. Qui à Græco σπονδὴ* fœdus, *aut à* ſponſis & ſpondendo *derivant, quærunt vel divinant, certe rem notam magis involvere videntur.*

i *Colitur 22 Aprilis. Vide illo die Henſchenii commentarium: ſed obitus ejus reducendus eſt ad annum 527, ex ordinata ſuperius à nobis chronologia.*

k *Noviſſima Ruinartii editio legit*; Arverni vero clerici cum conſenſu *&c. atque* conſenſum *iſtum accipiendum putat pro* inſtrumento electionis, *Regi exhibendo. Utram lectionem præferas, mihi ſus deque eſt.* F

l *Uſitatiſſima in Actis horum temporum vox eſt, quæ hîc infra denuo recurrit, pro* pſalmodia *ſeu cantu eccleſiaſtico.*

CAPUT II.

De S. Galli geſtis in epiſcopatu, virtutibus, miraculis, obitu & ſepultura.

Inter virtutes elucet patientia.

JAm verò, aſſumpto epiſcopatu, tanta humilitate, tantaque caritate cum omnibus uſus eſt, ut ab univerſis diligeretur. Patientiam verò ultra hominum mores habebat, ita ut ſi dici fas eſt, Moyſi compararetur ad diverſas injurias ſuſtinendas. Unde factum eſt, ut à presbytero ſuo in convivio percuſſus in capite,

A pite, ita ſe quietum reddiderit, ut nec ſermonem quidem aſperum reſponderet; ſed omnia, quæ ei eveniebant, patienter ferens, in Dei hoc arbitrio, à quo ſe petebat enutriri, jactaret. Nam cum & Ennodius quidam, ex ſenatoribus presbyter, in convivio eccleſiæ multis calumniis atque conviciis eum laceſſiſſet, conſurgens ſacerdos, loca baſilicarum ſanctarum circuibat. Ceterum cum hoc Ennodio fuiſſet perlatum, poſt eum curſu veloci pergens, & ſe ante pedes ejus in ipſa platea proſternens, veniam petiit, deprecans ut eum oratio ejus cum omnipotente Judice non fuſcaret. At ille benigne eum colligens, cuncta, quæ locutus fuerat, clementer indulſit, eum arguens, ne hæc ultra contra ſacerdotes Domini proferre auderet: quia ipſe epiſcopatum numquam promeretetur accipere. Quod poſtea probavit eventus: nam cum in Gabalitano ad epiſcopatum jam electus *a*, jam in cathedra poſitus, jam cuncta parata eſſent, ut benediceretur Epiſcopus; ita ſubito contra eum omnis populus conſurrexit, ut vix vivus

Prophetica prædictio.

a

B poſſet evadere, qui poſtea presbyter tranſiit.

8 Apud Aurelianenſem autem urbem incriminato ab iniquis Marco Epiſcopo, & in exilium truſo, magnus Epiſcoporum conventus eſt aggregatus, Childeberto Rege jubente. In qua ſynodo *b* cognoſcentes beati Epiſcopi, hoc eſſe vacuum, quod contra eum fuerat muſſitatum, eum civitati & cathedræ ſuæ reſtituunt. Denique tunc ad ſervitium ſancti Galli Valentinianus *c* diaconus, qui nunc presbyter eſt & cantor, acceſſit. Cumque Epiſcopo alio Miſſam dicente, diaconus ille propter jactantiam potius, quam pro Dei timore cantare vellet, à ſancto Gallo prohibebatur, dicente ſibi: Sine, fili, quando Domino jubente nos celebraverimus ſolemnia, tunc & tu canere debes: nunc ejus clerici concinant, qui celebrat Miſſam. At ille, & tunc ſe poſſe, pronuntiat. Cui ſacerdos: Fac ut libet, nam quod volueris, non explebis. Ille igitur negligens mandatum pontificis, abiit, & tam deformiter cecinit, ut ab omnibus irrideretur. Adveniente autem alia Dominica, dicente ſæpedicto pontifice

Intereſt Syn. Aurelian.

b

c

Diaconi ſuperbi pœna.

C Miſſam, eum juſſit abire: nunc, inquiens, in nomine Domini, quod volueris, explicabis. Quod cum feciſſet, in tantum vox ejus præclara facta eſt, ut ab omnibus laudaretur. O beatum virum, cui talis gratia conceſſa eſt, ut ſicut animæ, ita & voces hominum ſub ejus poteſtate conſiſterent, quas & cum voluit cantu prohibuit, & cum libuit, cantare permiſit. Præſtitit autem Deus & alia miracula magna per illum. Nam cum Julianus Defenſor, *d* presbyter deinceps, dulciſſimæ voluntatis homo, à quartano typo *e* correptus, graviter cruciaretur, lectulum ſancti ſacerdotis expetiit, in quo decubans, à famulo opertus, paululumque obdormiens, ita ſanatus eſt, ut nec contractus quidem poſtea ab hac infirmitate videretur.

Lectulus ejus ſanat quartanam.

d

e

9 Cum autem Arverna civitas maximo incendio cremaretur, & hoc Sanctus comperiſſet, ingreſſus eccleſiam, diutiſſime Dominum ante ſanctum altare cum lacrymis exoravit; ſurgenſque, Euangeliis comprehenſis, apertiſque *f*, obviam ſe igni obtulit. Quo obtemperante, protinus ad adſpectum ejus ita omne incendium eſt extinctum, ut nec favillæ quidem in eo igne remanerent. Sub ejus autem tempore, magno terræ motu Arverna civitas eſt concuſſa: ſed cur acciderit, ignoramus. Hoc tamen ſcimus, quod nullum ex populo læſit. Cum autem lues *g* illa, quam inguinariam vocant, per diverſas regiones deſæviret, & maximè tunc Arelatenſem provinciam depopularetur, ſanctus Gallus, non tantum pro ſe, quantum pro populo ſuo trepidus erat. Cumque die ac nocte Dominum deprecaretur, ut vivens plebem ſuam vaſtari non cerneret, per viſum noctis apparuit ei Angelus Domini, qui tam cæſariem, quam veſtem in ſimilitudinem nivis candidam efferebat, & ait ad eum: Bene te, ô Sacerdos, proſpectat divina pietas pro populo tuo ſupplicantem, ideoque ne timeas; exaudita eſt enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nulluſque, te vivente, in regione iſta ab hac ſtrage deperibit. Nunc autem noli metuere, poſt octo enim annos expletos migrabis à ſeculo: quod poſtea manifeſtum fuit. Expergefactus igitur, Deo gratias pro hac conſolatione egit, quod per cæleſtem nuncium ſe confortare dignatus eſſet. Rogationes *h* illas inſtituit, ut media Quadrageſima pſallendo ad baſilicam beati Juliani Martyris, itinere pedeſtri venirent. Sunt autem in hoc itinere quaſi ſtadia trecenta ſexaginta. Cum autem regiones illas, ut diximus, lues illa conſumeret, civitatem Arvernam, ſancti Galli intercedente oratione, non attigit. Unde non parvam cenſeo gratiam ejus, qui hoc meruit, ut paſtor poſitus oves ſuas devorari, defendente Domino, non videret.

Ex Mss.

g

ſuoſque à lue inguinaria præſervat.

E

h

10 Sed veniamus ad illud tempus, cum eum Dominus de hoc mundo juſſit aſſumi. Cum gravatus incommodo decubaret, ita febris externa omnia membra ejus depilavit, ut capillos & barbam ſimul amitteret. Sciens autem ſe, revelante Deo, poſt triduum migraturum, convocat populum, & omnibus confracto pane, communionem *i* ſancta & pia voluntate largitur. Adveniente autem die tertia, quæ erat Dominica dies, civibus Arvernis immanem allatura luctum, albente jam cælo, interrogat, quid in eccleſia pſallerent. Dixerunt autem circumſtantes, benedictionem pſalli. At ille pſalmo quinquageſimo & benedictione decantata, & alleluiatico cum capitello expreſſo, conſummavit officium totum temporis matutini *k*. Quo jam extremo perfunctus officio, ait: Vale dicimus vobis, fratres. Et hæc dicens, extenſis membris, ſpiritum cælo intentum præmiſit ad Dominum. Tranſiit autem ætatis ſuæ ſexageſimo quinto, epiſcopatûs vero ſui ſeptimo & vigeſimo anno *l*. Exinde ablutus atque veſtitus in eccleſiam defertur, donec comprovinciales *m* ad eum ſepeliendum convenirent. Magnum autem ibi miraculum oſtenſum populis fuit, quod ſcilicet Sanctus Dei, attracto dextero pede in feretro, ſe in aliud latus, quod erat verſus altare, contulit.

Mira febri correptus, ſanctiſſime moritur

i

F

k

l

m

11 Dum hæc agerentur, Rogationes illæ, quæ quotannis ubique poſt Paſcha fiunt, celebrabantur. Jacuit autem in eccleſia per triduum, aſſiduo inſtante pſallentio *n*, cum magna frequentia populi. Epiſcopis autem quarta die advenientibus, eum de eccleſia levaverunt, & portantes in ſancti Laurentii *o* baſilicam, ibi ſepeliunt. Jam verò in exequiis ejus quantus planctus, quanti populi affuere, enarrari vix poteſt. Mulieres cum lugubribus indumentis,

& ab Epiſcopis ſepelitur.

n

o

Arvernenſe incendium ſedat,

f

A. GREG. TURON. *p* tamquam ſi viros perdidiſſent : ſimiliter & viri obtecto capite *p*, ut in exequiis uxorum mos eſt. Ipſi quoque Judæi accenſis lampadibus plangentes, proſequebantur. Omnes præterea populi una voce dicebant : Væ nobis, qui poſt hanc diem numquam ſimilem merebimur habere pontificem. Et quia, ut diximus, provinciales longe diſtabant, nec celerius venire poterant, ut mos ruſticorum habetur, glebam ſuper beatum corpus poſuere fideles, quo ab æſtu non intumeſceret. Quem ceſpitem poſt ejus exequias mulier quædam, & verè (ut ego diligenter inquiſivi) virgo puriſſima & devota Deo, Meratina nomine, ab aliis ejectum, collegit; atque in horto ſuo poſuit, & infuſa ſæpius aqua, Domino incrementum dante, vivere fecit. De quo ceſpite infirmi non ſolum auferentes herbam, atque ex ejus ſucco bibentes ſanabantur, verum etiam fidelis ſuper eum oratio ſuffragium merebatur. Qui poſtea per incuriam, virgine migrante, deperiit. Denique ad ſepulcrum ejus multæ virtutes oſtenſæ ſunt. Nam quartanarii & diverſis febribus ægroti, ut ad beatum tumulum fideliter perveniunt, protinus hauriunt ſanitatem.

Fulget miraculis.

B Valentianus igitur cantor, cujus ſupra meminimus, qui poſtea presbyter fuit *q*, cum diaconatûs fungeretur officio, à typo quartano corripitur, ac per multos dies magna defectione laboravit. Factum eſt autem, ut in die acceſsûs hujus febris, loca ſancta circuire diſponeret, orans; venienſque ad hujus Sancti ſepulcrum proſtratus, ait : Memor eſto mei, beatiſſime ac ſancte Sacerdos, à te enim educatus, doctus ac promotus ſum. Memor eſto alumni proprii, quem amore unico dilexiſti, & erue me ab hac qua detineor febre. Hæc effatus, herbulas, quæ ob honorem Sacerdotis tumulo reſperſæ fuerant à devotis, collegit, & quia virides erant, ori applicat, dentibus decerpit, ſuccumque earum deglutit. Præteriit dies illa, nec ab hoc eſt pulſatus incommodo; & deinceps ita ſoſpitati eſt reſtitutus, ut nec ullos vel minimos rigores *r* ultra perferret. Hoc ab ipſius presbyteri ore ita geſtum fuiſſe cognovi; non enim ambigitur, per illius potentiam prodire virtutes de tumulis ſervorum ſuorum *ſ*, qui Lazarum vocavit ex monumento.

q *Herbis ad tumulum ſparſis, febris depellitur.*

ſ

C

ANNOTATA.

a *Notat hîc Ruinartius, factam eam electionem poſt mortem S. Hilarii, cui ſubſtitutus eſt Evanthius, qui concilio Aurelian.* 4 *ſubſcripſit.*

b Id actum eſt, *inquit Mabilio*, non quidem in concilio IV Aurelianenſi, anno DXLI coacto, cui Marcus cum S. Gallo ſubſcripſit, ſed in concilio V, anno DXLIX celebrato, in quo non exſtat ſubſcriptio Marci, qui tunc temporis exſulabat &c.

c *Qui hîc* Valentinianus, *infra* Valentianus *appellatur : rectius Ruinart utrobique eodem modo ſcripſit. Quid per* vocalem *intelligendum ſit, ſatis patet, & infra per* cantoris *nomen ſtarius explicatur.*

d Defenſores erant, *ut notat Ruinart*, quibus rerum & negotiorum eccleſiæ cura commendata erat. *Recte id nomen indicat; vide Thomaſſinum Diſcipl. Eccleſiæ parte* I *lib.* 2 *cap.* 98 *&c.*

e *Jam alibi notavimus per* typum quartanum *non aliud intelligi quam febrim quartanam.*

f *Putat Ruinartius lectionem ſinceriorem ſe reſtituiſſe, per* Euangelia comprehenſa apertaque : *neſcio an id omnibus perſuaſerit; nam ut demus apud Gregorium & alios ejus ævi Scriptores caſum quartum nonnumquam pro ſexto uſurpari, non probabit id apud ipſos ſemper fieri.* D

g *De lue iſta non ſemel meminit Gregorius, ut in Hiſtoria lib.* 4 *cap.* 5 *& de Gloria Martyrum cap.* 51. *Exiſtimat hîc nobiſcum Ruinart ejus initium reduci poſſe ad finem anni* 545 *vel ad principium ſequentis.*

h *Sunt hæ Rogationes S. Galli propriæ, ad imitationem Mamertinarum, quæ præcedenti ſeculo cœperant, inſtitutæ.*

i *Quærit Ruinart & nos cum illo, an hîc de eulogiis agatur, an de communione ſub unica ſpecie.*

k *Patet, hîc intelligi Laudes, ut hodie loquimur; nam Pſalmus* 50, *Benedicite & Pſalmi alleluiatici* 148, 149 *&* 150 *id ſatis inſinuant. Vide plura de Pſalmis alleluiaticis apud Cointium ad annum* 536 *num.* 28. *Notabis etiam*, decantare *hîs idem eſſe ac recitare.*

l *S. Galli ætatem & epiſcopatûs ejus tempus chronologice diſpoſuimus in commentario prævio.*

m *Intellige vicinos Epiſcopos, qui ad Epiſcoporum defunctorum exequias, quemadmodum & ad novorum ordinationes convenire ſoliti erant.*

n *Recte obſervari jubet Ruinart* preces continuas circa corpus defuncti.

o *De loco ſepulturæ, corporis tranſlatione &c. Vide commentarium prævium.* E

p Obſervat Mabillonius, *inquit Ruinart*, hodieque in exequiis Regum, viros, defuncti officiarios, capitibus tectis funeri aſſiſtere.

q *Vide apud Ruinart ex Thomaſſino, quales fuerint cantores ſeculo ſexto.*

r *In noviſſima editione eſt*; ut nec ullas, quas vulgo fractiones vocant : *aliæ editiones & Mss.* frictiones. *Lectio noſtra plana eſt; nam ſi febri liberatus eſt, nihil adeo mirum ſi fractionibus & intermiſſionibus caruerit.*

ſ *Inter virtutes illas præcipue numeranda venit, quam tamquam perpetuum miraculum adducit Durandus in notis & diſquiſitionibus ad Savaronem edit.* 1662 *pag.* 183, *cujus hæc ferme verba ſunt, ex gallico latine reddita :* Obtinet, *inquit*, apud Arvernenſes traditio, bonum hunc Sanctum (*Gallum*) poſt magnum incendium, quo ejus tempore urbs Claromontana conflagravit, [*vide ſupra principio num.* 9] Dominum exoraſſe, ut ſi impoſterum tale quid accideret; una dumtaxat domus conſumeretur. Id verò à Deo impetratum, ſæpe probavit eventus, ut teſtantur grandævi ſenes etiamnum ſuperſtites : nos autem abhinc annis quinquaginta, cum hujuſmodi infortuniis intereſſemus, quando nimirum furentes flammæ videbantur totam aliquam urbis regionem abſumpturæ, eas, inquam, per impræviſam, ſed proſperam plane fortunam, unica domo exuſta, tum ſubito ſiſti, oculis ipſi noſtris conſpeximus. *Ab incendio Claromontem ſemper ſervat.* F

Aliud miraculum refert Branche de Sanctis Arvernicis pag. 450, *quod addi poſſit curationibus febrium, quæ etiam in Actis memorantur. Teſtatur is*, propria ſe experientia dediciſſe, dum per annos undeviginti parochum egit Langeati, [*Langeat*] ubi tamquam titularis patronus colitur S. Gallus; teſtatur, *inquam*, febricitantes, fuſis ad Sancti imaginem precibus, hauſtoque vino ad ejus invocationem benedicto, immerſis in illud ſacris lipſanis, paſſim valetu- *Perpetuum miraculum in ſanandi febricitantibus*

dini

A dini priſtinæ reſtitui ; idque miraculum illic prope perpetuum perſeverare.

Coronidis loco ſubjicimus metricam epitaphium, quod ceteris jam abunde illuſtratis, ulteriori explanatione non indiget.

EPITAPHIUM Domni Galli Epiſcopi.

Ex Venant. Fortun. lib. 4. carm. 4.

HOſtis inique, Adam paradiſo fraude repellis,
Ecce Deus famulos præſtat adire polos.
Invide, ſic tua mors homini meliora paravit;
Tu expellis terris, hic dat & aſtra ſuis.
Teſtis & Antiſtes Gallus probat iſte beatus,
Nobilis in terris, dives eundo polis.
Qui Chriſti auxilio fultus, nec adultus in annis
Se majora petens, odit amare lares.
Effugit amplexus patrios, matremque relinquit,
Qui monachum regeret, quæritur Abba parens.
Illic tiro rudis generoſo cœpit ab ævo
Militiæ Domini belliger arma pati.
Quintiano demum ſancto erudiente magiſtro,
Pulcrius eſt auro corde probatus homo.
Inde palatina Regis tranſlatus in aula,
Theoderice, tuo vixit amore pio.
Mox ubi deſtituens terras, petit aſtra magiſter,
Ceſſit diſcipulo cura tuendo gregem.
Pontificatus enim moderans ita rexit habenas,
Paſtor ut officiis, eſſet amore pater.
Manſuetus, patiens, bonus, æquus, amatus, * amandus,
Non erat offenſæ, ſed locus hîc veniæ.
Si qua ſupervenit, facta eſt injuria virtus,
Unde furor poterat, inde triumphus erat.
Plebem voce fovens, quaſi natos ubere nutrix,
Dulcia condito cum ſale mella rigans.
Hoc opus exercens, præſenſit dona futuri,
Se paſtore nihil poſſe perire gregi.
Sic pater eccleſiam regit in quinquennia quinque,
Bis terdena tamen luſtra ſuperſtes agens.
Hinc meliore via Sanctum ad cæleſtia vectum,
Non premit urna rogi, ſed tenet ulna * Dei.

Es Mss.

* *Al.* atnator.

* *quid ni* aula ?

B # DE S. EPARCHIO CONFESSORE, E MONACHO PRESBYTERO, *APUD ENGOLISMENSES RECLUSO,*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

§. I. Sancti gloria ab antiquo monaſterio & ſolenni cultu.

ANNO DLXXXI.

DE Engoliſma nobili Aquitaniæ urbe; de ejus ſitu aliiſque ad eam pertinentibus pridem alibi in Actis noſtris loquendum fuit, ut XXII *Maii, tomo* V *pag.* 131 *in ſancto Anſolio, primo urbis & gentis Apoſtolo; quapropter longiori hîc deſcriptioni ſuperſedendum duxi. Utor voce* Engoliſma, *tamquam magis recepta, quamvis non ignorem multiplices ejus antiquioreſque appellationes* Iculiſma, Ecoliſma *& viginti fortaſſe alias, operoſe quæſitas & collectas à V. C. Adriano Valeſio, in Notitia Galliarum pag.* 250, *quo curioſiores lectores remittimus. Nec alia lubet inquirere, quæ apud Corlæum aliosque Engoliſmenſes ſcriptores ſatis obvia ſunt. Huc eatenus ſolum ſpectat ea nominis prælibatio, quod prædictæ civitati inſignem ſplendorem attulerit is, quo de agimus,* S. Eparchius, *inter ejus tutelares patronos non poſtremus, cujus ſolitudo ſubinde commutata in magnificum cœnobium, ponte ſuper Caranthonum ſtrato, urbi junctum, Regum Franciæ, ſed præcipue Pippini, deinde Wilielmi cognomento* Sectoris-ferri, *aliorumque Principum donationibus ita accrevit, ut tota Gallia celeberrimum fuerit, plurium Epiſcoporum tumulis, imo Comitum ipſorum Engoliſmenſium ſtata ſepultura nobilitatum.*

Engoliſmæ gloria Eparchius

C

2 *Nonnulla ad eam abbatiam variamque ejus ſortem ſpectantia memorant Sammarthani, at multo plura erui poterant ex Chronico Ademari Chabannenſis, monachi S. Eparchii, in Biblioth. Ms. Labbei tomo* 2 *à pag.* 151, *ubi pagina proxime ſequenti, ſingulare quid notatur ubi tamen in nominibus S. Germani & Chariberti errorem oportet agnoſcere; ſic habet :* Per id tempus S. Germanus Pariſiorum Epiſcopus, miſſus à Rege Chariberto Engoliſmam civitatem, conſecravit baſilicam S. Eparchii, ubi ipſe nuper ſepultus fuerat : adfuit cum eo venerabilis Gregorius Epſcopus Turonenſis, & in ipſa baſilica, multa pignora reliquiarum B. Martini Epiſcopi collocantes, dedicaverunt eam in ejuſdem beati Martini honore. *Oportet, inquam, errorem agnoſcere, nam ex temporum ratione conſtare ſupponimus, S. Germanum æque ac Charibertum Regem ante S. Eparchium è vivis exceſſiſſe. Eâdem Chronici pagina legitur :* Theodebertus devictus proſternitur, mortuuſque ibi ab Aunulfo quoque Duce collectus, Egoliſmam civitatem portatus, ibidem ſepultus eſt apud S. Eparchium. *Pag.* 160 *aut Ademarus, Pippinum regem Aquitaniæ, filium Ludovici Pii,* tranſtuliſſe canonicalem habitum in monaſterium S. Eparchii Engoliſmæ. *Quod etiam teſtatur auctor Chronici Malliacenſis apud Labbeum pag.* 197. *Nota eſt Nortmannorum graſſatio ipſiuſque Engoliſmenſis urbis deſtructio, ibidem ſignata pag.* 161.

F

celebrem ibi abbatiam habuit,

3 *Porro pag.* 162, *ad annum* 876 *ſic obſervat Ademarus :* Quo tempore graviſſime Nortmanni Aquitaniam afflictabant..... monaſterium quoque B. Eparchii à Nortmannis deſolatum eſt, ita ut nullus monachorum ibi degeret, & hac de re Canonicalis Ordo ibidem regrederetur, qui nuper exierat. *Pag.* 164, *Ademarus*

variam ſortem expertam.

AUCTORE J. B. S.

marus Comes poſſeſſiones auxiſſe dititur concedendo S. Eparchio Godorvillam. *Pag.* 165 *fuſius deſcribuntur Monachorum reſtitutio ſub Willelmo Sectore ferri, ubi prædia & eccleſiæ enumerantur monaſterio attributæ. Verſam fortunam habes pag.* 171, *dum* Epiſcopus Grimoardus, datis muneribus, à Willelmo Comite monaſterium S. Eparchii expetiit, & ſibi vindicavit, & per multos annos ſine Abbate manere fecit, & plures poſſeſſiones *&c. Demum pag.* 184, *loquens Ademarus de Willelmo Comite defuncto, ſic ait :* Obtulit ſupradictus Willelmus, pro ſepultura ſua S. Eparchio diverſa & pretioſa munera, tam in terris quam in filis, auro & argento multo aliiſque rebus *&c. Tanta nimirum Catholicorum Principum in S. Eparchium pietas fuit, quam ſub Willelmi ſucceſſoribus perſeveraſſe & forte accreviſſe non dubitamus ; donec Hugonotorum rabies, capta urbe anno* 1568 *in venerandas, totque jam ſeculis honoratas Sancti noſtri aliorumque Engoliſmenſium patronorum reliquias, ſacrilegis flammis deſeviit, quibus vel ipſa infidelium Normannorum immanitas pepercerat.*

Hieronym. adjectus cum variis titulis,

4 *Hæc de Sancti monaſterio curſim ex Ademaro delibata ſunt ; nunc ut ejuſdem cultum diligentius exequar, primum noto, varios ipſum in Martyrologiis titulos nactum eſſe, quemadmodum mira eſt Gallica ejus nominis analogia, qua appellatur* B Cybar *vel* Cibar. *In Hieronymianis apographis auctioribus, de quibus in noſtris obſervationibus Uſuardinis dictum eſt, nempe binis Lucenſibus ; Corbeienſi atque Blumiano, certo adjectus eſt, perperam vocatus* Epiſcopus. *In Lucen.* Engoliſma civitate, depoſitio Separci Epiſcopi ; *in aliis duobus legitur*, Eparci Epiſcopi. *Ad hæc Florentinius :* Cum vero, *inquit*, conſtanter tam in binis codicibus noſtris, quam in Corbeienſi Epiſcopus nuncupetur, & SEPARCUS in illis dicatur, veritus ſum, ne alius eſſet ab Eparco Abbate. *Poterat etiam dubitare, an non alius eſſet ab* EPARCO Epiſcopo, *quo modo nomen exprimunt codices Corbeienſis & Blumianus. Dubium augerent Hieronymiana minora, Gellonenſe, Auguſtanum, Labbeanum, & ſiqua ſunt alia hujuſmodi, quorum conſtans lectio eſt :* Ingoliſma, *vel* in Ecliſma, *non* Separci, *ſed* Eparci *vel* Eparcii Epiſcopi : *modica nomenclaturæ variatione, quæ tamen diverſum hominem non deſignet. Nempe in codicem aliquem Hieronymianum ſemel admiſſus error, facile in omnes alios promanavit.*

inter claſſicos ſoli Uſuardo notus eſt.

C 5 *Poſſet quis non abſimili ſcrupulo duci, ſitne idem Eparchius* Abbas, *Eparchius* monachus & confeſſor, *Eparchius* presbyter, *Eparchius* recluſus, *nam & diverſis hiſce appellationibus ornatus eſt. Codex Divionenſis Bedæ, recentiori manu adjectum exhibebat :* Ecoliſmæ, Eſparſi presbyteri & Confeſſoris. *De cetero apud Bedam aut Florum, Romanum parvum aut Adonem genuinum (nam Leodienſem S. Laurentii auctiorem excipio) notus omnino non eſt* S. Eparchius *noſter, quacumque inflexione aut appoſito diſtinctus. Textus Uſuardi ſincerus & germanus ſcribit* ; Civitate Engoliſma, S. Eparchi monachi & Confeſſoris, *in qua annuntiatione mira eſt codicum omnium conſenſio, quæque eiſdem verbis in Labbei Hagiologium tranſiit. Petrus in Catalogo lib.* 11 *cap.* 184 *ſcribit hoc modo :* Epachrius monachus & confeſſor in civitate Engoliſma claruit. *Placuit Baronio, Galeſinium, opinor, ſecuto, Uſuardi commemorationem aliter exprimere :* Engoliſmæ, S. Eparchii Abbatis, *quod nomen ei etiam tribuit Gregorius Turonenſis, tametſi aſſerat, fuiſſe dumtaxat* recluſum. *At de his inutilis quæſtio eſt ; vocetur* Abbas, monachus, recluſus *&c. idem ipſe ubique intelligitur* S. Eparchius presbyter confeſſor, *qui apud Engoliſmam civitatem, ſanctiſſimam vitam cum pari morte commutavit an.* 581 *hac* 1 *die Julii, à diſcipulis procul dubio aut* Pater *aut* Abbas *appellatus.* D

An abbas, an Benedictinus?

6 *Eum titulum cum ipſo S. Eparchio conſtanter ſibi vindicant Benedictini Martyrologi Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, quorum primus brevi hoc elogio Sanctum exornat :* Civitate Engoliſma, natalis S. Eparchii Abbatis & Confeſſoris, in oratione aſſidui, erga pauperes mirum in modum benigni, & in redimendis captivis ſumme liberalis, vitæ ſanctiſſimæ & miraculorum gloria clari. *Addit Dorganius :* Dicitur enim tres mortuos reſuſcitaſſe. *Menardi verba, aut longiorem Bucelini orationem tranſcribere non vacat ; ſatis aliunde patet, receptam apud Benedictinos orationem eſſe, S. Eparchium ſuis accenſendum ; quod etiam ſuppoſuit Mabilio, dum vitam ejus inter germana Ordinis ſui Acta retulit. Equidem cœnobium, quod ſupra laudavimus, ad Sancti cellulam ædificatum, Benedictinis ſubinde ceſſiſſe non diffiteor, nec minus certum eſt, S. Eparchium poſt S. Benedictum vixiſſe : at ſanctiſſimi hujus Patriarcha regulam profeſſum ; qui per* 39 *annos recluſus vixit, ægerrime inducor ut credam, certe ſolidis argumentis probatum cuperem, æque ac de aliis Sanctis Abbatibus aut monachis, quos ſeculo* VI *in Galliis floruiſſe, & ſanctitatis miraculorumque gloria coruſcaſſe conſtat, pro quibus clariora & apertiora normæ Benedictinæ in Gallia tunc propagatæ veſtigia eruditi deſiderant, quam aſſignare potuerit Mabilio Præf. ad tom.* 1, *num.* 64. *Et ut demus, normam, ſaltem alicubi, eo ſeculo admiſſam, an ad quoſlibet monachos aut recluſos continuo propagata cenſebitur ?* E

omiſſis recentiorum elogiis.

7 *Ad Sanctum redimus, cujus titulos omnes in Gallicano ſuo Martyrologio complexus eſt Andreas Sauſſayus, pereleganti panegyri, qua tota S. Eparchii vita, in epitomen auctore dignam contrahitur. Vulgata id genus recentiorum encomia diſcribere ſupervacaneum eſt, dum antiquiora certioraque monumenta ſuppetunt, lectorum eruditorum guſtui magis accommodata. Ea inter primas tenet, quod de S. Eparchio elogium concinnavit laudatus jam non ſemel Gregorius Turonenſis, Sancto noſtro ſynchronus, quem ſupra aiebat Ademarus, adfuiſſe dedicationi primæ eccleſiæ monaſterii, quod à S. Eparchio nomen obtinuit. Loquitur Gregorius de ſancto Engoliſmenſi Recluſo, Hiſtoriæ Francorum lib.* 6 *cap.* 8, *quod à nonnullis criticis prope rejectum, auctori ſuo infra aſſeremus ; & rurſus de Gloria Confeſſorum cap.* 101, *ubi deformato & Sancti & poſitionis nomine, facile alteri cuipiam tribui hiſtoria potuit ; in primis enim editionibus ineptè legitur* Adeparchius Equolonenſis, *licet textus ipſe præpoſitionem* ad *à nomine ſeparandam clariſſime demonſtret. Verum hæc omnia à doctiſſimo Theodorico Ruinartio bene reſtituta ſunt, eo pacto, quo infra oſtendemus in Gloria Sancti poſthuma. Nunc textus Gregorianæ hiſtoriæ referendus ; pro quo aliiſque ſit.* F

§. II.

A

§. II. S. Eparchii gloria ex Gregorio Turonenſi & Actis ſinceris.

Ex Gregorio Turonenſi

OBiit & Eparchius, reclauſus Egoliſmenſis, vir magnificæ ſanctitatis, per quem Deus multa miracula oſtendit : de quibus, relictis plurimis, pauca perſtringam. Petrogoricæ urbis incola fuit, ſed poſt converſionem clericus factus, Egoliſmam veniens, cellulam ſibi ædificavit, in qua collectis paucis monachis, in oratione morabatur aſſiduè ; & ſi ei aliquid auri argentique offerebatur, aut in neceſſitatibus pauperum, aut in redemptione captivorum diſtribuebat. Panis in cellula illa, illo vivente, coctus numquam fuit, ſed à devotis, cum neceſſitas exegiſſet, inferebatur. Magnam enim catervam populorum, de oblationibus devotorum redemit. Puſularum [puſtularum] malarum venenum crucis ſigno ſæpe compreſſit ; dæmones de obſeſſis corporibus oratione abegit ; & judicibus plerumque, ut culpabilibus ignoſcerent, dulcedine profuſa imperavit

B potius quam rogavit : nam ita erat dulcis alloquio, ut ei negare non poſſent, cum fuiſſet indulgentiam deprecatus.

antiquiora

9 Quodam vero tempore, dum pro furto quis ad pendendum deduceretur, qui & in aliis multis ſceleribus, tam in furtis quam in homicidiis accuſabatur ab incolis criminoſius, & hæc ei nuntiata fuiſſent, miſit monachum ſuum ad deprecandum judicem, ut ſcilicet culpabilis ille vitæ concederetur. Sed inſultante vulgo atque vociferante, quod ſi hic demitteretur, neque regioni, neque judici poſſit eſſe conſultum, dimitti non potuit. Interea extenditur ad trocleas, virgis ac fuſtibus cæditur, & patibulo condemnatur. Cumque mœſtus monachus Abbati nuntiaſſet : Vade, inquit ; attende à longe, quia ſcito, quòd quem homo reddere noluit, Dominus ſuo munere donabit. Tu verò, cum eum cadere videris, protinus apprehenſum adducito in monaſterium. Monacho vero juſſa complente, ille proſternitur in oratione ; & tamdiu in lacrymis ad Dominum fudit preces, quoadusque diſtupto obice cum catenis, terræ reſtitueretur appenſus. Tunc monachus apprehenſum eum, Abbatis conſpectibus incolumem repræſentat.

C

& reviora traduntur.

10 At ille gratias Deo agens, Comitem accerſiri jubet, dicens : Semper me benigno animo ſolitus eras audire, fili dilectiſſime : & cur hodie induratus hominem, pro cujus vita rogaveram, non laxaſti ? At ille : Libenter te, inquit, audio, ſancte ſacerdos ; ſed inſurgente vulgo, aliud facere non potui, timens ſuper me ſeditionem moveri. Et ille : Tu, inquit, me non audiſti, Deus autem audire dignatus eſt, & quem tu tradidiſti morti, ille vitæ reſtituit. En, inquit, coram te adſtat ſanus. Hæc eo dicente, proſternitur ad pedes ejus Comes ſtupens, quod videbat vivere, quem in mortis interitu reliquiſſet. Hæc ego ab ipſius Comitis ore cognovi : ſed & alia multa fecit, quæ inſequi longum putavi. Poſt quadraginta quatuor vero annos reclusionis ſuæ, parumper febre pulſatus, tradidit ſpiritum, protractuſque à cellula, ſepulturæ mandatus eſt. Magnus autem conventus, ut diximus, de redemptis, in ejus proceſſit exſequiis. AUCTORI J. B. S.

11 *Hactenus Gregorius, in re ſub oculis ejus geſta, teſtis irrefragabilis, diſertè aſſerens, S. Eparchium* poſt XLIV annos recluſionis ſpiritum tradidiſſe, *contra quam teſtetur vita mox producenda, annos dumtaxat 39 recluſionis Sancto adſcribens. Ex iſto aliiſque id genus locis, Gregorii hiſtoriam ſæpenumero vellicat Cointius, interpolatores identidem incuſans, ubi totus eſt & genuinus Turonenſis Antiſtitis textus. Sed vindicem habuit Gregorius Francorum hiſtoricus, laudatum ſupra Ruinartium, in præfatione ad poſtremam ejus operum editionem, ubi cum deſumpta ex præfato loco difficultas expendatur, malui ipſam eruditiſſimi viri verbis, quam meis diſſolvere. Inde porro, ut certum, cum receptiſſima opinione ſtatuemus, S. Eparchium è recluſionis cellula ad æternæ gloriæ coronam evolaſſe anno 581 ; non biennio ſerius, ut alii tradunt. Cum vero adhuc adoleſcens, forte annorum duodeviginti, ad cancellarii munus ab avo Feliciſſimo evectus fuerit, idemque ad annos quindecim exercuerit, ſupponi veroſimillime poteſt, annum tertium & trigeſimum attigiſſe, priuſquam ſeculo valedixerit : quibus ſi addantur anni monachatûs 44, qui ad 581 nos perducunt, conſequens erit, natum eſſe circiter annum 504, ab octogeſimo autem non procul abfuiſſe cum denaſceretur. Audiamus modo Ruinartium Præfationis num. 111.* Cointius Gregorium ſuggillans, E

12 Adverſus cap. 8 libri 6, objicit Cointius chronologicum errorem, quem ſufficientem exiſtimat ad elevandam hujus capitis authentiam. Ibi enim Gregorius, ſeu, ut ipſe vult, ejus interpolator, Eparchium anno ejus recluſionis XLIV obiiſſe dicit ; quod falſum eſſe probat vir eruditus ex Vita ejuſdem Sancti ab auctore æquali ſcripta, ubi Eparchius triginta ſolummodo & novem annis recluſus vixiſſe, diſertis verbis dicitur. Deinde Aptonius, quo ſedente Eparchius recludi cœpit, non ſuſcepit Ecoliſmenſis eccleſiæ regimen ante annum DXLI. At Eparchius, nemine contradicente, obiit anno ejuſdem ſeculi LXXXI, proindeque ſupra annos quadraginta in cella recluſus degere non potuit. At cum Cointio fatemur, Eparchium anno extremæ ſuæ recluſionis trigeſimo nono obiiſſe, ut in ejus Vita legitur ; ſed ſi recluſionis nomine totum illud tempus intelligatur, quo Eparchius relicto ſeculo in monaſterio vixit, aut in loco deſerto, quò majoris ſolitudinis deſiderio ſeceſſerat ; jam nulla ſupererit difficultas. Certum quippe ex ejus Vita eſt, illum in Sedeciano monaſterio primum veſtem monaſticam induiſſe, tum in loco ſolitario à ceteris ſeparatum aliquamdiu degiſſe, priuſquam Epiſcoporum auctoritate recluderetur : quæ omnia Gregorius ſimul conjungens, Eparchium, illæſa hiſtoriæ veritate, dicere potuit, annos XLIV recluſum exegiſſe. *Hæc pro ſalvanda Gregorianæ hiſtoriæ integritate.* *à Ruinartio confutatur.* F

13 *Jam vero S. Eparchii Acta primus, quod ſciam, vulgavit Surius, ſolito ductus ſtudio ſtylum emendandi. An idem præſtiterit Gononus, in appendice ad Vitas Patrum Occidentis pag. 428, an alibi exornata repererit, neſcio ; talia ſane edidit, ut plane conſtet, plurimùm elimata & interpolata fuiſſe, præterquam quod imperfecta ſint, quodque Gregorii Turonenſis verba, quæ pag. 75 protulerat, hîc editor immiſcuerit, aliaque adjunxerit,* *Acta à variis varie edita,*

AUCTORE J. B. S.

junxerit, quæ in genuinis Actis non continentur. Eadem, ſed longe puriora Bibliothecæ ſuæ Ms. inſeruit noſter Philippus Labbeus tomo 2 à pag. 519, ex Sanctorali Bernardi Guidonis, pluribuſque aliis Mss. codicibus, quæ omnia, ſaltem verbis & phraſibus plurimum diſcrepant, ab iis quæ conſuluit Mabilio, Act. Benedict. tomo 1 pag. 267; collata enim ad verbum utraque editione, diverſam adeo (ſi ſolum prologum excipias) elocutionem invenio, ut non pauca ſtudioſe ab amanuenſibus tranſpoſita & mutata videantur. Exſtant apud nos Mss. ex Bodecenſis cœnobii, Ord. Regular. S. Auguſtini, diœceſis Paderbornenſis Paſſionali pergameno Ms. inſigni, menſis Julii, CCXII pag. B. Eadem plane eſt hujus & priorum ſententia, ſed diverſus ſtylus, iſque obſcurior & ſeculi ſui ſimplicitatem plane redolens; qua cauſa eruditis lectoribus gratum fore putavimus, ſi primigenia phraſi hîc ederentur, lectionibus variantibus, ubi operæ pretium fuerit, in annotationes rejectis. Hîc ſolum præmoneo, Acta noſtra cum Labbeanis magis convenire; nam Mabilionis editio ſub finem mutila eſt, ut ſuo loco oſtendam.

14 *De auctoris fide, tametſi anonymus ſit, nemo hactenus dubitavit; neque mihi occurrêre, quæ hiſtoriæ, quamquam in nonnullis ſatis miræ, auctoritatem vel minimùm labefactent, præſertim cum Turonenſis Gregorii teſtimonio non pauca fulciantur; ſcriptor vero eâ ſinceritate, candore & ſimplicitate ſua proferat, ut apud maxime incredulos omnem ſuppoſitionis ſuſpicionem prorſus effugerit, in exordio profeſſus, ſe ea ſcribere, quia* ſub oculis omnium *ſunt peracta & num. 5, aperte indicans, ſeſe ſaltem Sancti diſcipulis familiarem fuiſſe, dum de Gratiano loquens ait,* ſicut de ore ejus audivimus. *Sunt igitur præfata Acta nota bona, quidquid pro illius ſeculi more, miraculis potius quam Sancti virtutibus enarrandis inſiſtant, & amanuenſium ignorantia hinc inde luxata, vitiata, & forte, claritatis gratia, interpolata in editis videantur. Nos ſimpliciſſimum, quamvis obſcurum, hiantem & ſcabroſum auctoris ſtylum reddemus, qualem in Ms. à diligentiſſimo collaboratore noſtro Gamanſio, anno 1641, cum Bollando communicato reperimus. Miracula poſt mortem patrata, tum ex Gregorio Turonenſi, tum ex Ademari Chronico ſupra citato, tum ex editis à Labbeo, ad Actorum calcem, ſub titulo Gloriæ poſthumæ ſubnectemus. Acta præfata Mss. hujuſmodi ſunt.*

hîc ex Ms. Bodecenſi dantur.

B

C

VITA

Auctore coævo ex Paſſionali Ms. Bodecenſi.

CAPUT I.

De Sancti patria, parentibus, monachatu aliiſque geſtis uſque ad ſacerdotium & recluſionem.

a *Prologus auctoris.*

POtiſſimum *a* eſt, illas enarrare virtutes, quæ veraces eſſe noſcuntur In hac ergo ſancti Eparchii vita, nulla ſuperflua aliquis putet adjecta; cum hæc, quæ dixero, ſub oculis omnium fuerint peracta: etſi non urbanitate ſermonum vel eruditate *b* verborum in loco tranſcripta: precor tamen, ut ſi cui ſapientiſſimo fuerit perlata, placita bonitate emendet; & legentes fidem potius adhibeant factis, quam in reprehenſione exerrent *c* dictis. Ergo quid per ipſum in hoc ſeculo, auxiliante Domino, geſtum ſit, referam. D *c*

2 Eparchius igitur Petrocoricæ urbis genitus fuit; cujus pater Felix, cognomine autem Auſiolus vocabatur; mater vero Principia *d* dicebatur. Cum autem annis ageretur *e* circiter ſeptem, in urbe præfata litteris traditur edocendus, & cum inſpirante Deo pleniter fuiſſet edoctus, exinde ab avo ſuo Feliciſſimo, tunc temporis Comite *f*, eſt receptus; quem ille Cancellarium ſibi inſtituit: quam rem adoleſcentiæ cauſa detentus magis exercuit quam cum voluntas permitteret, & cum apud ipſum ter quinos fuiſſet annos, relicta ſeculari militia, inſciis omnibus, Sedacianum *g* expetit monaſterium, ſeſeque pedibus Martini Abbatis proſtravit & ſe fieri monachum poſtulavit; & intercedente Dei miſericordia, licet invitis parentibus, tamen obtinuit quod devote poſtulavit. Prima autem obedientiâ, culturam vineæ & terram proſcindere & omne ſervitium, ut moris eſt regulæ, juſſus adimplevit: quod officium ille benigne ſuſcipiens, indicabat ejus habitus pauper, ubi Chriſtus proficiebatur dicens *h*. Jejunabat quotidie, vigilabat & orabat aſſidue, & perſeverabat in miſericordiæ operibus, multos quidem languidos & à dæmonio vexatos ſua purgabat oratio. *Seculi honores fugiens,* *d* *e* *f* *g* *fit monachus & exercetur.* E *h*

5 Eodem fere tempore Levivialum *i* agellum monaſterii, cum Victoriano monacho juſſus dum carperet iter, vidit capreolum ſumma cum velocitate currentem & fœtum ſuum quem reliquerat; feſtinans ablactare, oranſque tacite vir Dei jubet beſtiæ, gradum figere, quod illa non ſolum exſpectandi officium præbuit, ſed etiam humiliato capite, ejus manus oſculabatur, quam ille tracta manu tangens, leniter ſigno crucis armavit atque eundi aditum permiſit in pace. Quodam enim *k* tempore cum ad cellam ſancti Aquilini orationis cauſa cum Mundérico quodam monacho properaret, invenit avem, ſuper pullos ſuos reſidentem, quæ ſimili modo ad illius orationem immobilis perſtitit, & ipſam cum pullis ſuis benedixit, atque illæſam dimiſit. Dum vero hæc, quæ diximus, vel alia multa Domino donante perficeret, cœpit ipſa publicatio ſeculi ei eſſe horribilis; ſicque occulte ſuum deſerens monaſterium, totum ſe Chriſti miſericordiæ committens, cœpit locum recluſionis inquirere, & dum circuiret pagum Equilinenſem *l*, puerum Graculfum nomine, interemptum reperit in villa Angleſis, quem ad ſupplicationem monachorum ſanum reſtituit. Filium quoque mortuum in Burdigalinſe, ſua revocavit oratione ad vitam. *i* *Cum multis miraculis* *k* *nimium inclaresceret,* F *l*

4 Cum igitur loca ſingula peragraret, ſecretius voluit pertranſire; agnitus à civibus, indicatum eſt Aphtonio, ipſius urbis Antiſtiti de quo jam inter auras fama volitaverat: at ipſe per ſemetipſum plenius recognoſcens, gaviſus factus, eum cum magna exultatione ſuſcepit, & cum cauſam ejus devotionis ſollicitius intellexit, ire eum longius non permiſit, ſed cum magno cordis amore ſecum aſtrinxit atque locum, quem deſiderabat, tamquam eremi ſolitudinem, deſertum oſtendit: quo viſo vir *ſolitudinem quærens,* *ab Aphtonio Engoliſm. ep. ſuſceptus,*

A vir beatus non tantum loquebatur ex ore, quantum ex corde gaudebat, eo quod remotus locus esset, & civitas procul, & desuper latere montis fons aquæ fluens manaret, & Carantonis fluvius ab alio excluderet latere. Postquam vero exul cœpit esse à solo proprio & valde nimium fuit in civitate detentus, noluit absque nutu sui pontificis vel abbatis debere recludi: sicque vir Domini Aphtonius Episcopus cum Missis suis *m*, id est Frontonium archipresbyterum, qui postea episcopatus meruit dignitatem; Arthemium archidiaconum, virum per omnia Christi famulum, & item Arthemium defensorem ad Sebaudem *n* Episcopum vel ad suum Abbatem, ad pacem percipiendam, vel obtinendum quod voverat, destinavit; qui regressi vix tandem optime cuncta nunciant benignè permissa.

m

n

& obtenta facultate, sacerdotio initiatus recluditur.

5 Cum autem in civitate moraretur & mansio fuisset præparata condigna, atque omnes quos septa domus continebant, sopor cepisset, ille singillatim, nullo sciente, relicto stratu, ad locum, qui ei ostendebatur recludi, ambulavit per noctem; cumque cursum *o* vel orationem peregisset, sublatum lapidem capiti suo supposuit, & cum se in eodem loco sopori dedisset, vox Christi facta est ad eum desuper,

o

B dicens; Eparchi, hîc permane, & jam amplius noli vagari; quam ordinationem fratribus ore proprio referebat, & cum in civitatem fuisset regressus, sub hora tertia venit ad carcerem, in quo vincti plurimi tenebantur, & cum custos carceris ibidem esset, emisit aforis piissimam precem, nec diu tamen defuit, quod devote postulavit; nam ostia carceris sub arduo sunt aperta imperio, & virga ferrea foris fuit ejecta, & per plurima loca quassata, & cum omnes carcerati ad ecclesiam confugium darent, cunctus populus hoc per Eparchium esse factum clamabat, & laudem Domini manibus applaudebant universi.

Apertis carceribus captivos liberat.

ANNOTATA.

a *Elucet à principio auctoris stylus. Sic quoque incipiunt Acta apud Labbeum & Mabilionem, sed in decursu innumeris prope locis & inter se differunt, & à nostro Ms. discrepant. Aliqua item exhibent aliquousque elimata.*

C

b *Sic disertissime legit Ms. verosimiliter pro* eruditione. *Citata impressa aut invenerunt aut correxerunt*, saltem rudimento verborum. *Vix dubitari potest quin* vel eruditate verborum *sit propria & germana auctoris lectio.*

c *Variant denuo impressa, in quibus est*; quam reprehensionem inferant dictis. *Fateor equidem phrasim nostram nihil elegantiæ præ se ferre: verum nec video, cur alia æquè inconcinna substituenda sit. Sexcentæ sunt discrepantes lectiones, quas si sigillatim enumerare & cum impressis conferre voluero, Actorum textum longe superabunt annotata nostra. Collationem hujusmodi, curiosis relinquo, ea dumtaxat illustraturus, quæ magis necessaria videbuntur.*

d *De Felice & Principia sic notat Mabilio:* Uterque parens colitur apud Petragoricenses, in vico Themolaco, vernacule Themolac, in quo Eparchius natus dicitur à Johanne Puteano Recollecto, in libro de Episcopis Petragoricensibus pag. 116. *Doceant nos Themolacenses de cultu, festo & gestis. Castellanus* Princi-

piam *inter sanctos Aëmeros collocavit, de Felice nihil reperio.*

A. COÆVO Ex Ms.

e *Corrigerem*, annos ageret, *nisi fixum esset Ms. fideliter reddere. Plura recurrunt hujusmodi, sed eadem religione intacta servavimus.*

f *Comitis appellatio & hîc & infra sumitur pro judice, seu pro supremo in criminalibus auctore; qualis adhuc Antverpiæ* Marckgraef, *id est* Comes Marchæ, *olim* limitum præfectus, *hodie Lat.* Marchio; *cujus Cancellarius fortasse dici possit, qui à supremo secundus est, vulgo* Schout, Scultetus, *alibi alio nomine compellatus. Qui plura de his cupiunt, consulant Glossarium Cangii.*

g *Impressa habent*, Sediciacum. *Castellanus in Martyrologio pag. 692 vocat Gall.* Sessac: *plura, opinor, notaturus, & plura sciviſſet. Surius, & Ruinartius ad cap. 5 lib. 6 historia Greg. Turon. legunt uti hîc* Sedecianum. *Utut scripseris, nihil apud Sammarthanos de cœnobio invenies.*

h *Non est constructio; impressa variant, nec eam perficiunt: sensus tamen facile efformari poterit, si post* jussus adimplevit, *legatur:* Et talia eum officia benigne suscipere, indicabat ejus habitus pauper, quo se Christum profiteri dicebat. *Jam alibi monuimus, in antiquis Actis passim recurrere participia, pro modo indicativo male suppositа.*

E

i *Labbeus* Lemojallum, *Mabil.* Lemoialum: *quid præstet, nescio.*

k *Ut de participiis jam dicebam, sic qui in hisce modicum versati sunt, satis norunt particulam* enim *supplere vices* autem, *ut rursus infra num.* 11.

l *Semper agitur de* Engolisma, *cujus nomen plusquam viginti modis inflecti, supra in Commentario observavimus.*

m *Pro*, cum Missis suis, *melius quadraret*, Missos suos.

n *In impressis scribitur* Sabaudem, *eumque notat Mabilio, restituendum Catalogo Episcoporum Petragoricensium.*

o *Per* Cursum *intelligitur Officium Divinum. Vide notationem Mabilionis.*

CAPUT II.

P

Miracula & asperrimam vivendi rationem continet, usque ad obitum & sepulturam.

Furem suspensum è patibulo

QUid vero miraculi egerit postquam gradum presbyterii accepit, Aphtonio Episcopo ei tradente, silere non oportet, referam enim pauca de pluribus. Cum quidam rusticus, nomine Redemptus, haberet vas cum melle repositum & à quodam fure fuisset ei sublatum, sollicite perquirens, ipsum furem repperit, cumque in conspectum Ramnulfi *a* Comitis ab ipso Redempto omnia fuissent manifestius

a

adducta, & latro tormentis gravioribus fuisset applicatus, & tam hoc quam alia majora confessus, suspendi eum præfatus Comes omnimodis ordinasset, pro ejus vitæ obtentu vir beatissimus supplicavit, dicens, ipsum hominem pro illa re mori non oportere: sed cum nulla ratione apud ipsum obtinere potuisset quod plurimum postulavit, vocavit unum de fratribus Gratianum presbyterum, sicut de ejus

A. COÆVO Ex Ms.

ore audivimus, juſſitque ei collectis infirmis, & matricolis *b*, ut ad portam civitatis, rei exſpectarent eventum. Cumque miſer fuiſſet ſuſpenſus, & cum jam morti traditum reliquiſſent, furca ſuſpenſus ipſam totam comminuit, & de impedimentis ligationum abſolutus, ad civitatem verſus validiſſimum arripuit curſum. Videns autem hæc Comes, juſſit militibus, ut equis aſcenſis eum, antequam eccleſiæ attingeret limina præoccuparent; cumque ad ordinationem ejus non minima multitudo cœpiſſet equitare, mira res affuit, ut omnes ante conſpectum Comitis tabeſcerent in itinere, & eum minime attingerent, ſed occupatus, à matricolis, vitam ſoſpitem habuit, orationibus ereptus famuli Dei Eparchii.

b

per diſcipulum ſolvit & vitæ reſtituit.

Item alterum.

7 Item alium inſequens Comitem, pro alicujus vita ſuppliciter exoravit, qui non ſolum non præſtitit, verum etiam inverſis eum pedibus ſuſpendit, & ſimili modo ad ejus orationem abſolutus, in veſperam de longinquo ſpatio ad illius pervenit præſentiam. Clara ſive Arania, ex genere nobili procreata, toto corpore cum eſſet contracta, ad famam beatiſſimi viri in carruca pervenit, cumque in illius præſentiam introiſſet, magna voce rogavit, ut ei ejus pietas ſubveniret: & cum apud ipſum una ſeptimana eſſet commorata, per ejus orationes priſtinam ſanitatem recepit. Quanta vero fides in ea fuerit, ſilentio præterire non

Mulier à contractione ſanata,

B

debeo: poſt ſanitatem denique perceptam domi reverſa, contigit ut literas à famulo Dei ſecum ferret; dumque ſuper littus maris in domo ſua eſſet, vidit nautam graviſſimum perferre periculum, & confiſa de auxilio Dei & orationibus ſancti Eparchii, curſu concito, accepta epiſtola, feſtinanter ad ripam maris pervenit, & porrectis manibus eam è contra extendit, & alta voce exclamavit dicens: Serve Dei Eparchi, ſalutem Chriſti per hæc pignora literarum ad liberandos nautas operari dignare; nec hoc ſine divino adfuit nutu, quod navis ipſa omnibus portis *c* relictis, à fluctibus valde oppreſſa, in loco ubi ſtabat, ad ejus pervenit præſentiam. Beatus igitur Eparchius Geneſiam aliam feminam à lepra percuſſam mundavit; tribus cæcis lumen reſtituit; & de Gendemia alia femina legionem dæmoniorum ejecit.

per Sancti litteras navem à naufragio liberat.

c

Pellitur lepra & legio dæmonum.

8 Quidam vir, Artemius nomine, parentibus non infimis, cum de Scripturis ſanctis tractaret & ad religionem Chriſti ſe converti *d* voluiſſet, & nec adhuc clericus ordinatus, in Sanctonico ſe recluſiſſet, & non minima annorum curricula in ipſa recluſione conſiſteret, & ob hoc ei crines longiſſime fuiſſent propagati, à dæmonio correptus, exinde egreſſus eſt, dicens, ſe ad Hildebertum *e* Regem iturum, & quod minor ei facultas donaretur, ejus regni vires exploraret *f*. Cumque hæc parentes ejus vidiſſent, ipſum non ſana mente iſta meditari, iter aſſumunt, ut quaſi cum ipſo ad Regis properare deberent præſentiam, & per aliam viam ducere eum ad Eparchium cœperunt. Cum autem approximarent ad urbem, recognoſcens ſe ad Domini Geneſii vicum, quod Equoliſma dicebatur, erupit tandem in vocem, ſe ad Eparchii aſpectus ire non velle. Cum hæc nimirum recuſaret, manibus injectis occupaverunt eum qui cum ipſo erant, & ſuper equo poſitum, manibus ligatis, & pedibus ſub ventre equi perſtrictis, ad Eparchium

Artemii recluſi mirabilis curatio.

d

C

e

f

eum perduxerunt invitum: quo introminſſo, cœpit crinibus concuti & nimium plaudere, ſe ſanctitatis comparem non habere. Cum hæc ageret & cum vitia peſſima ab ore proferret, digiti ſui, palmis nimium dure fuerunt affixi. Sanctus itaque Eparchius cum acceſſiſſet ad eum, ſtatim manus intulit ad ſignandum eum; quem cum ſignaſſet, graves illius voces ad ſanitatem perduxit; deinde ſequenti die ordinavit, eum more laico *g* tonderi, ille vero clamabat, quod nemo eſſet illic tam audax, qui ejus crines auderet amputare; tandem vix aliquando ſunt capilli ejus inciſi. Sequenti autem die clericum eum fieri, ordinavit: cumque & hoc fuiſſet impletum, ſtatim obmutuit, & cum nullo homine per dies multos locutus eſt, neque ullus de ejus ore egreſſus eſt ſermo; non poſt multum vero temporis eum ſanum & incolumem reddidit, poſteaque diaconus factus, uſque ad obitum ſuum ſanus perſeveravit.

D

g

9 Salomon quoque unus ex ſuis nomine, caballum ipſo tempore ad hyemandum ſuſceperat ipſius *h*, ſed veniens ſervus Ebrulfi, quem præ omnibus diligebat, furto eum abſtulit; cumque ad ipſum fuiſſet perductus dæmonio correptus, cœpit miſer voce valida clamare, quod fecerat; ſic ſimulata petitione, quaſi languore aliquo detineretur, eulogias *i* ſancti Eparchii petierunt: at ubi introgreſſi ſunt qui venerant, poſt datam ſuggeſtionem, ſtatim

Furis in ſuo ſcelere interitus.

h

E

i

eis dedit reſponſum, quod fallaciter ejus munia poſtularent, nam ipſe ſervus adhæſit in morte, qui ſuum furatus erat equum; ſic nec multum morati, caballum ipſius ad ejus reduxerunt præſentiam. Obſtupefacti autem ad invicem loquebantur, quomodo omnia potuiſſet cognoſcere, eulogias tamen non denegavit: ſed infelix ille antequam eas acciperet, in ſuo ſcelere, ipſo dæmone perpetrante interiit: & quandocumque aliquis, an bene, ſive male ſe de ejus fama jactaret; omnia Spiritus ſanctus ejus auribus intimabat.

Prophetiæ ſpiritus.

10 Servus quondam Leontii ex urbe Sanctonicâ, pro ſuo facinore boiâ *k* graviſſima dum eſſet compeditus, & jam diutina laceratione ipſius pedes deficerent; audiens laudem beati viri, ad eum fecit confugium, projectuſque in faciem obſecrabat eum, ut ipſum dignaretur ſua oratione liberare. Videns autem hæc ſanctus Eparchius, arctiori conſtrictus ingenio, licet non deſperaret de divino artifice, ſed, ut videret, ſi arte hominum potuiſſet exſolvi, juſſit fratres convocari & compeditum exſolvere. Cumque malleo percuterent, volentes confringere boiam, miſer ille dabat voces intolerabiles præ dolore; fratres vero dicebant, ſe nequius compeditum fuiſſe nec eum à ſe liberari poſſe affirmabant. Quibus ſanctus Eparchius ait; date malleum in manibus ejus, ille vero proſtratus in oratione cum lachrymis, poſt paululum exſurrexit, dicens: Dominus ſolvit compeditos: & præcepit ei, ut feriret, & ſicut æſtimari poteſt, quem tam gravis dolor vexabat, quam levem ſibi intulerit colaphum; ſtatim autem ut percuſſit, tribus locis confracta, ad pedes ejus cecidit.

Captivum compedibus exſolvit.

k

F

11 Cum enim præliator Chriſti ſemper contra dæmones dimicaret, compellebat neceſſitas, ut ad energumenos catechizandos, ampullam cum oleo, loco quo poſuerat, accipere deberet; feſtinus ſtatim aſſuit inimicus, cumque ille manum ad ipſam accipiendam extendiſſet,

Dæmonis frendibus non terretur.

A disset, serpens immanissimus ipsum in manu percussit, & cum intellexisset multa esse figmenta diaboli, non se carminibus sanum effici postulabat, sed ad orationem continuo sollicitus accessit, manus vero nec intumuit; & sic eum Dei pietas incolumem reservavit. Cum autem pervigil, non noctibus, non diebus, à cursu divino cessaret, & monachis suis non solum laborare, sed nec panem etiam quærere, umquam permitteret, nisi tantum orationi insistere: at ubi non solum victum, sed nec panem ad vescendum se habere conspicerent, vultu tristi acclamabant ei dicentes, quod periclitarentur fame; at ille læta facie, sedula prædicatione monebat eos, dicens: Fides famem non timet *l*: & ad confortandos quoque animos eorum fabulas *m* eremitarum eis sæpius exponebat. Domini verò miseratio ita adfuit in ejus orationibus famuli Dei Eparchii, ut numquam eis deesset, quod undique non venirent ad eos exeniæ *n* à fidelibus transmissæ, unde & ipsi reficerentur & egenis substantiam ministrarent.

Mira Sancti in Deum fiducia.

l

m

n

12 In quantum per chartarum volumina facta sancti Viri reperimus, duo millia populi de collatis muneribus noscitur redemisse. Ne in narratione quoque signorum volumen extendere videar, quæ facta sunt prætereo, ne pro ipsa prolixitate sui fastidium lector incurrat; nam quantis vicibus carceres irrupit, vel quantos ab immundis spiritibus vel adversis infirmitatibus liberavit: multum est ire per sin-

Hominum 2000 redemisse dicitur.

Miracula varia.

B gula. Vestimentum vero ejus & victus multum fuit semper asperrimum, vinum vero vel reliqua potionum genera refutavit, & nullus ex suis nec secretissimus minister eum umquam vidit edentem. Sub quanta vero afflictione quadragesimæ diebus erat, quam creber in orationibus, quam humilis in suscipiendis fratribus, severus in corripiendis, alacer in exhortandis, non est nostræ possibilitatis evolvere, nam continentiam & rigorem ejus nulla umquam infirmitas fregit.

Asperrima vivendi ratio.

13 Ut ad extremum veniamus, cum annos triginta & novem in reclusione expleset, nullo tædio fatigatus, die Kalendarum Juliarum emisit spiritum, in æterna claritate. Grande hoc exspectaculum cunctis extitit, ut in triginta, & eo amplius exinde millibus in vico Viegio, hora diei tertia, dum quædam puella à dæmonio torqueretur, transitum ipsius beatissimi Eparchii narravit in voce, & relictis omnibus, iter quo numquam fuerat, tanto avidissimo cursu arripuit, ut ea die ad vesperum in ejus

Concursus ad exequias,

ubi puella à dæmonio liberatur.

C basilica adveniret, die vero subsequenti à nequissimo est spiritu mundata.

14 Dumque funus viri Dei Eparchii volitaret per aures omnium, convenerunt undique cives ex omnibus locis, ad ejus sancta membra tumulanda. Cum vero locus inquireretur, ubi sepeliri debuisset, multique multa conferrent, & basilicarum eligerent loca, unus è ceteris vir clarissimus, Alexander nomine, ingressus basilicam, divino ut credimus admonitus instinctu, locum in quo sancta ejus deberent membra jacere ostendit. Sed in quantum ad rei pervenimus veritatem, in eadem hora dignoscitur dormisse in Domino, in qua prius veniens in reclusione, audivit Dominum dicentem sibi; Eparchi, hîc permane & jam amplius noli vagari. Illud quoque silentio non præteribo, quod vasculum vini, dum ad ejus

Sepultura.

Vasculum vini vacuum redundans.

basilicam ædificandam distribueretur, & valde perveniisset ad imum, noctu redundavit *o* expleta; hæc & alia quam plurima ab ipso noscuntur esse peracta præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in cuncta secula seculorum. Amen.

A. COÆVO Ex Ms. *e*

ANNOTATA.

a *Impressa habent* Chramnulfi; *parum interest, quid præferas.*

b *Hoc est* pauperibus in matricula recensitis, *ut ante me observavit Mabilio.*

c *Lege* portubus.

d *Impressa* ;Et servus Dei esse cuperet: *id est* Monachus, *inquit Mabilio*, nam Monachos olim servos Dei appellari solitos; diserte probavit Henricus Valesius, in disceptatione de Basilicis cap. 5.

e *Sic & alibi scriptum invenimus pro* Childeberto.

f *Æque turbata sunt impressa, Surius paucis reddit*, ejus regni vires exploratum. *Sed quid hæc ad hominem recluſum? Patet delirium esse.*

g *Norunt eruditi, presbyteris olim licitum fuisse, laicalem & clericalem tonsuram conferre, ut hîc fecit S. Eparchius.*

h *Involuta est historia per eum & ipsum, quæ quo referas divinandum est: si tamen attentius legeris, omnia evolves. Si vis labori parcere, adi Surium.* E

i *Sumuntur hîc* Eulogiæ, *pro panibus, ni fallor, benedictis, aut eorum partibus. Vide de his plurima apud Cangium.*

k *Intellige compedes reorum, ut etiam notavit Mabilio.*

l *Aurea est sancti Hieronymi sententia, ex epistola ad Heliodorum: in nova editione tomo* 4, *parte* 2, *pag.* 11.

m *Recte, opinor, observat Mabilio, per* fabulas Patrum *hîc designari Collationes Cassiani.*

n *Patriam suam, seu Lemovicensem linguam, Hispanicæ affinem, indicare videtur scriptor, ut iterum infra num.* 13 *in*, exspectaculum. *Lege* xenia, *munera &c.*

o *Ultimum hoc miraculum deest in editione Mabilionis: observandum tamen, cum ex eo confirmetur scriptoris ætas, qui primi templi ædificationi, paulo post Sancti mortem secutæ, superstes fuit; potuit nihilominus aut Sancto ipsi aut saltem discipulis ejus familiaris fuisse.* F

GLORIA POSTHUMA

In Miraculis.

Ex Greg. Turon. de Gloria Confess. cap. 11.

SEd & ad Eparchi Equolesinensis * urbis recluſi, sepulcrum sæpius infirmi sanantur. Nam & frigoriticorum febres & alia incommoda, ejus meritis restinguuntur. Cæcus vero de Petrocorico territorio, ut se sepulturæ illius projecit, fusa oratione, lumen recipere meruit. Comes autem antedictæ urbis Equolesinensis, furè invento ac supplicio dedito, patibulo condemnari præcepit; & adductus ad

*Engolimensis.

Suspensus suscitatur.

AUCTORE J. B. S.

ſtipitem, fuſa oratione ſuper terra, patibulo appenſus relictus eſt. Quod cum monachi præſenſiſſent, ſimul projecti ad tumulum Sancti, orare cœperunt, dicentes: O ſancte Confeſſor, ſi tibi vita ſuperſtes eſſet in ſeculo, eruere potueras hunc pauperem de manu mortis, ſicut plerumque tali ſupplicio addictos liberaſti: ſed nunc non diffidimus de tua oratione, ut quod vivens feciſti in ſeculo, poſſis renovare ſublimatus in cælo. Et data nocte, miſit Abbas uſque ad furcam. Accedente autem monacho, ſtatim diſruptis ligaminibus, terræ delapſus eſt: & ſic ſuſtentatus à monacho, vivens adducitur ad monaſterium, hauſtoque parumper vino, convaluit, vitaque ab judice obtenta, liber abſceſſit.

Ex Biblioth. Labbeana Ms. tomo 2 pag. 522. Item de virtutibus ejuſdem ſancti Eparchii.

B DE beatiſſimi Eparchii præsbyteri virtutibus & operibus, quæ Dominus per eum fecit; quæ uſque ad requiem conſcriptam ab eo vocatus eſt, immemorem charitatem veſtram eſſe non reor, quia recitante lectore, vobis in parte jam manifeſta ſunt & aperta. Nunc vero quantas & quales poſt humatum ejus corpuſculum, ad locum ſepulcri, vel per multarum terrarum ſpatia, ubicumque articulorum ipſius reliquiæ conditæ ſunt, virtutes Dominus per ſervum ſuum revelare dignatus eſt, veſtris auribus, in quantum ipſe permiſerit, intimabo.

Punitio ob velum Sancto ablatum.

Igitur cum inclytæ memoriæ Cariberus Rex ad regendam patriam Carlonenſem adveniſſet cum gloria, quamplures ex Francorum genere nobiliſſimi viri, proceres, optimates, ad Regis obſequium convenerunt, ex quibus unus, Dulciadus nomine, in territorio Engoliſmenſium comitivam obtinuit dignitatem. Cum vero lucubrata oratione properaſſet ad baſilicam ſanctiſſimi viri, velum quod matrona, devotionis animo ad ſepulcrum obtulerat, ad oſtium eccleſiæ affixum pendebat, primo intueri cœpit, & quod oculo nequam conſpexerat, concupivit, atque turbido vultu Abbatem alloqui cœpit, & omnes ibidem commorantes ſuis obtutibus præſentari præcepit; moxque explevit ſcelus opere, quemadmodum ſerpens, qui repit pectore, repit & ventre, & venenum habet in ore. Verbis cuidam pure innuit, quod niſi velum ſibi gratis dirigeretur, graves eis injurias, hominibuſque ſuis inferret. Illi vero zelantes ejus benevolentiam, velum ei cauſa muneris conceſſerunt. Quod cum lætò animo recepiſſet, ſuper ſtratum ſuum poni præcepit. Cum autem noctis tempus adveniſſet, crapulatus à vino in eodem lectulo proſtratus accubuit: ſed mox cum ſe dediſſet ſomno, in gravi febris irruit tædio, vocavitque puerum, ut velociter velum reportaret ad tumulum: ſed ipſe membratim diſtentus, in vulnere longo labefactus dolore corporis, & velum reddidit, & vitam finivit in ſcelere.

C

Liberantur captivi:

In ipſius Regis tempore, duos viros quidam Comes palatii ejus, in catenarum vinculis præcepit poni, ſuper quodam crimine accuſatos; qui per virtutem S. Eparchii jurantes, illius criminis ſe eſſe inſontes; noctis tempore, cum D cuſtodes à ſomno fuiſſent depreſſi, catenæ ipſorum confractæ ſunt, & curſu veloci ad baſilicam properantes, ex mortis periculo liberati ſunt. Waragailfus quoque comitivam exercens militiam, morbo regio contractus, & nervorum debilitate afflictus eſt; qui ad ſepulcrum viri deportatus eſt in feretro, quaſi ut ſepeliretur in tumulo. Sed pius Dominus, qui *item alius contractione nervorum,* non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat; per ſervum ſuum Eparchium reſtituit ei corporis ſanitatem. Albinus iterum vir Sanctonicæ civitatis magnificus, longo tem- *alius languore;* pore languore detentus, carri poſtulavit vehiculum, & ad memorati viri ſepulcrum, devoto animo expetivit ipſius auxilium: quem Dominus ſanum præcepit ad ſuum redire præſidium. Jolita vero femina, viri magnifici Fin- *femina cæcitate:* gonis filia, oculorum pupillâ offuſcatâ, per aliquod tempus in domo orbata lumine ſedebat & debilis; quæ ad ſepulcrum S. Eparchii, per paucos dies deprecando Dominum, lumen recipere meruit priſtinum.

Quædam eodem modo matrona, nomine *alia febribus.* Dodolena, febribus vexata, allata boum vehiculo, ad ſanctum pervenit cœnobium; quæ indubitanter orans, priſtinam recepit ſanitatem. Verum quia Kalendis Julii vir Dei de F ſeculo vocatus eſt ad cæleſtes epulas, cum per annos ſingulos ejus celebraretur feſtivitas, cæcus lumen deſiderans, ad ejus feſtinabat accedere limina, adhibitoque quodam puero, qui ei præbebat adminiculum ad eundum, cum pontem ſuper Carantoni alveum, inter catervam populi inveniſſet impervium, clamabat voce qua poterat: Sancte Eparchi, tuum mihi præſta auxilium, ut merear ad ſanctum *Cæca lumen reſtituitur.* tuum properare ſepulcrum. Tunc de cælo ſplendor veniens, ſuos tetigit oculos, & ita perfectum recepit lumen; ſtatimque carpens viam, ad hominis Dei pervenit memoriam. Nec mirum, qui cæco ſedenti in via & clamanti, vivens clarum reſtituerat lumen, ſic potuit per interventionem ſuam, præſtare viſum cælitus pauperi ſupplicanti.

Perjura punita.

Duæ rurſus feminæ tunc temporis per baptiſmi lavacrum fuerunt annexæ, inter quas antiquus hoſtis ſeminavit diſcordiam. Nam cum una alterius rei furatæ reputaretur eſſe obnoxia, per jusjurandum conſtituit ad ſepulcrum E S. Eparchii ſe purgare; ſed conturbatione populi, ad locum deſtinatum nequivit accedere. Unde fidem habens illa, quæ cauſam ſuam amiſerat, quod tantum verbo jurisjurandi in loco quo ſtabant, ſe non eſſe ream veraciter affirmaret. Cum itaque altera furatæ rei conſcia, manus levare ad ſanctum ſepulcrum vellet, minimè adimplevit; ſed in terram cadens, de admiſſa noxa, confeſſionem coram hominibus dedit.

Angli naufragio liberantur.

Nicaſius quoque tunc temporis Engoliſmenſis Epiſcopus, in civitate Burdigala eccleſiam ſacri Ordinis in honorem S. Eparchii devotè conſtituit, ubi etiam reliquiarum ejus pignora cum magna gloria, Deo auxiliante, collocavit. Quodam vero tempore, cum naves Britannicæ armatæ velis & remigio, pro exercendis negotiis ad portum ejuſdem civitatis accederent, mare vento flante intumuit, & inſiſtente procellâ, carina mergi cœpit. Tunc omnes laſſati quaſi ad mortem, remiſſa voce, quâ porerant, cum lacrymis proclamant: San-

AUCTORE J. B. S.

A cte Eparchi, manum porrige liberis, libera perditos, quos hostis iniquus vult sibi providere captivos; statimque Eparchii meritis pius adfuit Dominus, & in vocem proruperunt, magnumque miraculum videre meruerunt. Quia ipse, juxta verbum Euangelicum, imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Hi vero, qui in puppi residebant, ad sanctam ecclesiam orantes pervenerunt, & munera, quæ portabant, fide integra Deo obtulerunt.

Avarus Quidam vero homo dives, Almodio nomine, deganciam vini ad festa solemnia beati Confessoris direxerat, ad pauperum refectionem; sed Missus immisericors, medietatem vini in eleemosynam tantum dedit; aliam vero ad suæ voracitatis ingluviem satiandam reportabat. Denique rota carri comminuitur, vasculum fractum cum vino in foveam cecidit. Ostensa est autem inibi avaritia & malitia hominis, ut non lucrum suæ gulositatis ipse adipisceretur, nec etiam mercedem de commisso sibi à Domino reportarit. Quidam homo af-

& fur puniuntur. flatus spiritu uequam, pallas desuper sanctum sepulcrum abstraxit more furtivo; sed quantum putabat iter arripere ad eundum, tantum ingrediebatur ad locum ubi furtum fecerat. Ad sepulcrum itaque amens, infelix, & perfidus pallas reddidit, & rediit confusus.

Sanatur contractus. Eonaldus quidam humunculus, contractus corpore, ita ut nec gressum facere posset, ad

B basilicam ipsius Sancti venit, repertaque cælesti medicina, propriis pedibus erecto corpo-

Fur ad se redit. re, ad locum unde venerat, remeavit. Claudius faber nocte per anfractam vitream in basilicam introivit, argentum de ipso sepulcro furtim abstrahere voluit: sed in mente sui sceleris conscius, cum grandi metu, quod fraudaverat præsentavit. Hoc quoque non silendum puto, quod nostris temporibus actum fuisse discerno, ideo quod veraciter contigit, assignabo. Gregorius Turonicæ urbis Episcopus dixit; obiit Eparchius &c. *Vide supra commentarii prævii. §. 2. Videtur autem indicare scriptor, sese Gregorii Turonensis temporibus proximum fuisse. Sit post relatam Gregorii narrationem pergit.*

Monasterii bona retinens, morte punitur. Waldericus vero Sanctonicæ civitatis vir perspicuus, devotionis animo, monasterium & domum ad pauperum necessitatem, in suo prædiolo super Carantoni fluvium, cui constat, Montem esse vocabulum, ædificari fecit in

C honorem S. Eparchii; & cum egressus fuisset de seculo, monachis ipsum decrevit pro remedio animæ suæ. Gratharius vero vir iniquus & pessimus, potestate superbiæ accinctus, prosocero conatus est possidere monasterii agrum: à quo Pater monasterii Rusticus sæpius postulavit, & usque ad ejus genua provolvens descendebat, ut redderet agrum, unde pauperes, quibus delegatus fuerat, sustentarentur: sed ille non solum illum non reddidit, verum etiam fructus inde provenientes, in horreis suis recondebat. Indictum est monachis ab Abbate triduanum jejunium, & quod sagacitas non putaverat, accensus est febre valida, & stomacho supereffluente, cum gemitu clamabat miser & trepidus: Sancte Eparchi, reddo quod abstuli, remitte malum quod perpetravi. Missum itaque festinanter misit, qui vas argenteum ad cœnobium deportaret, & se reddendam villam eorum nuntio designaret. Sed jussu Domini, sicut Ananias & Sapphira severitate S. Petri percussi sunt, ita & iste avarus & cupidus, judicio S. Eparchii & villam reddidit, & vitam finivit.

Plura alia beneficia. Quanta autem Dominus per servum suum ostendere dignatus est miracula, longum est dicere per singula. Nam multi qui oppressis corporibus à diabolo vexabantur, liberati sunt; & plures infirmi & imbecilles à diversis languoribus vexati, & febricitantes typo frigoris, quartanis videlicet & quotidianis febribus afflicti, ac secretiori infirmitate detenti, medelam corporis receperunt ac sanitatem. Nonnulli etiam à catenarum vinculis, & à catastæ tormento, & pedum ferreis vel ligneis carchannis absoluti sunt. O vere vir beatus, constans in opere, largus in eleemosynis, promptus in oratione, qui non longe à civitate manens, erat quasi in vasta solitudine constitutus, justus & fortis, prudens & temperatus. Et quicumque habens infirmitatem, devoto animo & prompta voluntate ad ejus sepulcrum expetebat sanitatem, lætus ad domum redibat, & cum magna alacritate, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria, virtus & potestas in secula seculorum Amen.

Ex Chronico Ademari Chabannensis, monachi S. Eparchii, in Biblioth. Ms. Labbei tomo 2 à pag. 151.

E

Nequit transferri corpus. PAg. 165 *dicitur Alduinus*, jussisse ædificare ecclesiam in honorem Salvatoris, foris muros in capite basilicæ S. Eparchii, ubi S. Lignum deputaret, simul & corpus S. Eparchii ibidem transferret, & vocato à Francia Fredeberto Episcopo, consanguineo suo, fecit ipsam ecclesiam dedicare in honore Salvatoris, corpus vero beati viri levare non valuit, quod volebat transferre in eadem ecclesia.

Pœna de invasore bonorum. Pag. 167. Arnaldus quidam subtrahens S. Eparchio villam Salacensem, & conferens Heliæ Duci, villa Boënsi, ab angelo percussus hac de causa interiit, & in fine S. Eparchio villam Ajarniacensem contulit pro emendatione, & sepultus est juxta ejusdem basilicam.

Miracula plurima. Pag. 172. Per idem tempus, mortuo Josfredo Abbate S. Martialis.... sepulcrum S. Eparchii clarescere innumeris cœpit miraculis.

Pag. 179. Item dum reliquiæ sacræ B. Eparchii procederent ad S. Præcursorem, (*vide ibi historiam inventi capitis &c.*) delatus est pariter F baculus ejusdem Confessoris: est ipse baculus pastoralis, in summitate culminis curvatus, ad cujus modum super reliquias ejusdem Sancti, horis nocturnis usque sole oriente, resplenduit in cælo ignea virga, curvata nihilominus in fastigio, quoad ventum est ad caput S. Joannis, & miraculis claris à S. Eparchio super infirmos sanatos patratis, cum lætitia regressum est.

Perjuri puniti. Pag. 181. Willelmus vicecomes Martiliacensis & frater ejus Odolricus gravi discordia decertabant cum Alduino fratre eorum.... unde factum est, ut à Guillelmo Comite inter se pacificarentur, & pacem ipsam pactumque conditionis super corpus S. Eparchii eidem jurarent. Quod inter se mentiti & perjurio rei, alter excæcatus est, alii duo omni honore privati sunt.

AUCTORE J. B. S.

Pag. 183. Eodem vero anno correptus eſt languore corporis idem Comes uſque ad mortem, quo anno Sanctonas urbs ab impiis Chriſtianis concremata eſt cum ipſa baſilica S. Petri ſedis epiſcopalis, & diu permanſit deſertus ipſe locus à divino cultu. Et hanc injuriam Dei, Comes ſupradictus vindicare volens, paulatim cœpit viribus corporis deſtitui & in urbe Egoliſma ſecus eccleſiam S. Andreæ, propter officium divinum, jubet ſibi domum præparari, in qua ægrotans decumbere cœpit: ubi inceſſanter è diverſis partibus cuncti principes & nobiles eam viſitabant. Cumque dicerent nonnulli, maleficis artibus eum ægrotare (ſolebat enim robuſto & ſano corpore vigere, tunc vero nec more ſenum, nec more juvenum corpore fatiſceret) detecta eſt quædam malefica mulier, artes maleficas contra eum exercuiſſe. Quæ cum non confiteretur, judicio Dei commiſſum eſt, ut quod verum latebat, eventu victoriæ inter duos campiones probaretur. Factis ergo ſacramentis decertaverunt inter ſe diu multumque, miſſus Comitis Stephanus, & defensor maleficæ Willelmus. Stephanus victor ſine damno ſui corporis fuit: alter capite quaſſato, ſanguine coopertus, ab hora tertia uſque nonam in pedibus ſtans, vivus in manibus deportatus, longo tempore lecto decubuit. Permanſit Stephanus vero, & exſiliens corpore inlæſus, eadem hora venit currens pedibus, gratias Deo referre ad tumulum B. Eparchii, ubi nocte præterita pervigil excubaverat. *De hujuſmodi pugilibus, in certaminis pervigilio ad Sanctorum ſepulcra pernoctantibus, videat lector curioſam diſſertationem Gallicam in Ephemeridibus Trivortianis anni 1711 menſe Junio à pag. 1025. Talium duellorum exempla habes in Notis Sirmondi ad Goffridi Abbatis Vindocinenſis opuſcula, à pag. 61, ubi inter alia de hoc Stephano agitur pag. 66.*

Victoria in duello.

Ex Gonono pag. 431 col. 1, infra B.

NEquam quidam, iniqua ſuaſus cupiditate, operimenta palliorum ſancti [*Eparchii*] ſepulcri furatus, in fugiendi itinere, quantum ſe æſtimaverat elongare, tanto vicinior fiebat ei, de quo ſe moverat loco, Sancti virtute. Tandem videns ſe latere non poſſe, infelix & amens perfidus pallia reddidit confuſus.

Atq; hæc de multis pauca collecta ſufficiant; plura haud dubie ſuppeterent, ſi accuratiorem eorum notitiam monachi ſervaſſent, niſi forte ſcripta interierint. Non tacebo quod ad Sancti gloriam notavit Motherius in laudata ſæpius verſione Martyrologii Romani pag. 428, inſignem Pictavii eccleſiam parochialem eſſe ſub S. Eparchii nomine.

DE S. LEONORIO EPISC. ET CONF.

IN BRITANNIA ARMORICA.

J. P. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Patria, cultus, translatio Pariſios & Bellummontem.

SECUL. VI.

Inter ſtupendas Sanctorum Britanniæ minoris vitas

Anctorum præſertim Confeſſorum, ſi ullum tota Eccleſia, certe fœcundum fuit ſeculum ſextum, & præ reliquis orbis Chriſtiani partibus Gallia, imo in hac, feraciſſima Armorica, à commigrantibus illuc ex inſula Britonibus, dicta ſubinde Britannia minor, quæ ſingulari prorſus modo, circa ea tempora, Sanctis viris, ex majori illa Britannica inſula illuc ferme appulſis coruſcavit. Eos inter emicuere celeberrimi in Cambro-Britannica ſeu Wallia magiſtri ac doctoris S. Hiltuti diſcipuli atque Armoricorum apoſtoli Samſon, Gildas, Maglorius, Paulus & plures alii, tum Epiſcopi, tum presbyteri, enumerati apud Cointium ad annum 520 num. 8, quorum illuſtria geſta recenſentur. De Gilda actum eſt XXIX Januarii, de Paulo, XII Martii; de aliis alibi: de reliquis agetur ſuo loco. Loquendum itaque nonnumquam fuit de coloniis, quæ ex Britannica inſula, à Saxonibus aliiſque gentibus miſere depopulata, in eam Galliarum partem ſe receperunt, ſed potiſſimum de Sanctis, vel cum aliis transfretantibus, vel ſeorſim cum ſociis monachis, tam prodigioſe, ut eorum Acta referunt, in eaſdem partes delatis, ut plerumque valde ſuſpecta ſint, quæ miris adeo modis, nulla fide, nulla auctoritate narrantur. Sæpe aperte profeſſi ſunt majores noſtri, varias illas Legendas, quibus Britannicorum in Armoricam commeantium Sanctorum res geſtæ comprehenduntur, tot implexis, dubiis, mirandiſque hiſtoriis involutas ut, difficillimum ſit vera à falſis ſecernere, aut ex longis hiſtoriis dramatice exornatis veritatem eruere; ſic ut Lobinæus hiſtoriæ Britannicæ ſcriptor clariſſimus lib. 1 num. 28, de iis tacere maluerit, quam ulla inde hiſtorica monumenta excerpere.

reponenda Acta S. Leonorii,

2 *In talium fictionum numero reponenda videtur S. Leonorii Epiſcopi item Cambro-Britannici vita, ſeu longior, nonnihil mutila, ſeu brevior per novem lectiones ordinata, quæ diu in Breviario S. Maclovii locum obtinuit, ex editione anni 1517, ad nos tranſmiſſa die x Decembris 1689 per D. Syndicum Capituli Petrum, cujus cognomen videtur eſſe* Eon. *Extracta & pro aliqua parte amplificata, pro alia, contracta ſunt lectiones iſtæ ex longiori Legenda, quam cum Bollando pridem communicavit V. Cl. Andreas du Cheſne, præclariſſimo opere de hiſtoria Francorum Scriptoribus notiſſimus, deſumptam, ut in margine apponitur, ex aliquo codice Atrebatenſi. Ea vero, hactenus inedita, miris referta prodigiis, ex aliis Legendis adumbrata, & ad ſtuporem ornata videtur; ut ſatis advertit du Cheſne tomo 1 pag. 536 fragmentum edens, è quo prodigia omnia ſtudioſe expuncta ſunt. Habemus Breviarium Pariſienſe, editum 1584, in quo S. Leonorii commemoratio fit in octava S. Joannis Baptiſtæ, de communi Confeſſoris Pontificis, uti etiam modo ſervatur ad S. Maclovii, ita teſtantibus officiis illius eccleſiæ pro-*

A *propriis, quæ apud nos exſtant, recentius impreſſa, ſed anno in exemplari noſtro non appoſito. Retulit porro Caſtellanus, & manu propria lectionibus noſtris Mss. appoſuit, prædictam commemorationem S. Leonorii è Pariſienſi Breviario ſublatam fuiſſe 1607; ſed qua id cauſa factum fuerit, non indicavit.*

quæ mirum eſt ignoraſſe Albertum.

3 *Ceterum lectiones ipſas novem ex proprio Sanctorum Maclovienſium, expunctas omnino fuiſſe ſuſpicari auſim, quia de fictione & ſuppoſitione ſuſpectæ eſſe cœperint, uti profecto eſſe debent, cum veriſimilitudinis limites longe tranſcendant. Id plane miror, in notitiam Alberti le Grand de Morlaix, hoc eſt, ut vertunt aliqui, de Monte Relaxo, non perveniſſe aut lectiones præfatas, aut prolixiora Acta, quibus collectionem ſuam, hujusmodi portentoſis ſubditicisque documentis turgidam, augere potuiſſet, non in oppoſitas omnino partes iturus, dum ſeriem chronologicam Epiſcoporum Rhedonenſium, aut diſpoſuit ipſe, aut ab Auguſtino du Paz male digeſtam accepit. Ibi certe alia*

B *prorſus omnia commenti ſunt auctores illi, ſed quæ nec ipſa majori quam citata Acta, probabilitate nituntur; dum* Maximinus & Synchronius, *primi Rhedonenſes Epiſcopi: cum perpetua ſucceſſione, uſque ad Conſtantinum Magnum deducuntur, cujus tempore, octavus ordine ponitur S. noſter* Leonorius, *ſitque adeo, duobus & quod excurrit, ſeculis ſenior, quam in Actis repræſentetur; ut proinde non formidem aſſerere, vix quidquam certi de ætate aut geſtis S. Leonorii ſupereſſe, ſolamque aliquam nominis ejus famam cœpiſſe increbreſcere, circa finem ſeculi x, dum reliquiæ ex Britannia Pariſios allatæ ſunt.*

Memoria in Uſuardinis, occaſione tranſlationis;

4 *Longa ad id ſtabiliendum probatione opus non eſt; cum nulla fide digna monumenta exhiberi poſſint, nec in ullis antiquis ſeu claſſicis Martyrologiis uſquam inſerta ſit S. Leonorii memoria; ſeculo forte undecimo, Pratenſi codici Uſuardino; ſeu vere, ſeu prætenſe autographo, item codici, ex quo Muneratus ſuum Uſuardum edidit, & alteri Ms. Reginæ Sueciæ, ſignato num.* 428, *qui etiam Pariſiis in uſu fuit, inſcripta: ex Munerato in Molanum, ex hoc in Caniſium & Ferrarium translata. Quæ omnia oſtendunt, S. Leonorii nomen Pariſiis ſolum innotuiſſe, occaſione tranſlationis reliquiarum. Quam autem confuſa fuerit ea memoria, inde etiam evidenter patet, quod nihil diſtincti, imo nec ipſe epiſcopatûs locus aſſignari potuerit, antiquiores enim codices Pratenſis & Munerati ſic ſimpliciſſime legunt:* In Britannia, S. Leonorii Confeſſoris & Epiſcopi. *Neque amplius quidquam adſtruit Sauſſayus, ſic in Supplemento pag.* 1139 *ſublimiori ſtylo ſuo prædicans:* Item in minori Britannia, S. Leonori Epiſcopi & Confeſſoris, tam patenti miraculorum coruſcatione, quam antiqua fidelium veneratione illuſtris. *Quæ veneratio in Franciam allata, cauſa fuerit cur Bello-montenſes vel alii, vitam concinnandam putaverint, ad exemplum aliarum Britannicarum Legendarum, ne Sanctus ſuus, minus quam ceteri, mirabilis videretur: ſic tamen ut in tota hiſtoria, nec verbum occurrat, quo de ejus epiſcopatu vel divinando probabiliter quidquam ſtatuas. Cur autem du Cheſne eam in Britannia majori compoſitam velit, dicam infra in annotatis. In Florario Sanctorum ſimplicius etiam legitur:* Item Leonarii ep. & conf.

& paulo diſtinctior à recentioribus:

5 *Hæc forte obſervans noſter Simon Motherius in annotationibus ad nuperam ſuam Martyrologii Romani verſionem pag.* 418, *S. Leonorium facit* Epiſcopum regionarium in Britannia, *quales apud Lobinæum ibidem fuiſſe cenſentur,* Manſuetus, S. Briocus & S. Samſon. *Caſtellanus porro, in Martyrologio Univerſali, ait,* diſcipulum fuiſſe S. Iltuti, qui à S. Germano Pariſienſi inſtitutus fuerat. *In quo erravit vir eruditiſſimus, nam Iltutus, Germano Pariſienſi ſenior eſt, nec ille magis in Gallia, quam hic in Britannia fuiſſe traditur: alii vero omnes ſcribunt Iltutum, vel Hidultum, ſi ullius Germani Galli diſcipulus fuit, fuiſſe Germani Autiſſiodorenſis, dum hic in Britannia Pelagianam hæreſim interimeret: quamquam & hoc gravi difficultate non careat. Interim & Motherius & Caſtellanus in eo concordant, quod S. Leonorii reliquiæ, cum plurimorum aliorum Sanctorum Britanniæ minoris lipſanis, primùm Pariſios ſub Hugone Duce, circa finem ſeculi x fuerint à S. Salvatore allatæ; hæ verò Sancti noſtri, ſeorſim ad Bellum-montem ſuper Iſaram devenerint, in diœceſi Bellovacenſi, unde eccleſia prioratûs, ubi exiſtentis, à S. Leonorio nomen ſortita ſit. Atque hæc ſola, cum aliqua certitudine de Sancto noſtro memoriæ prodita ſunt, quorum occaſione, ut jam dicebam, concinnata fuerit Legenda illa, quæ forte neglecta, à nullo hactenus ſaltem interge edita fuerit.* AUCTORE J. B. S.

E *hiſtoria à du Cheſne primùm edita.*

6 *Laudatus ſupra V. Cl. Andreas du Cheſne, hiſtoriæ Scriptorum Francicorum tomo* 3 *pag.* 344, *in fragmento hiſtoriæ Francicæ à Ludovico pio ad Robertum Hugonis Capeti filium deducto, primus, ni fallor, tranſlationis illius narrationem produxit, inde deſcriptam à Gerardo à Boſco (du Bois) tomo* 1 *hiſtoriæ Pariſienſis à pag.* 547, *& rurſus à Mabilione in appendice tomi* 3 *Annalium Benedictinorum à pag.* 719. *Annum, quo præfata tranſlatio facta fuerit, indeciſum relinquit Mabilio, ad Boſcum remittens; ex cujus opinione pag.* 550, *debuit res accidiſſe anno* 965 (*Caſtellanus notat* 966) *Salvatore Alethenſi Epiſcopo, cum aliquot Britannicis monachis, ſacras exuvias Lutetiam Pariſiorum deferente. Ad nos quod attinet; inter Sanctorum corpora numerantur* Samſonis, Dolenſis archipræſulis; Maglorii, ejuſdem præſulis; Machuti Epiſcopi, Senatoris Epiſcopi, Leonorii Epiſcopi. *&c. Scio circa tranſlationes horum Sanctorum nonnulla controverſa occurrere, tum de varia eorum repoſitione, tum de anno, quo eæ contigerint; verum hæc ad nos non ſpectant, qui multum nos detexiſſe putamus, quod nomen* Leonorii *expreſſum invenerimus.*

Reliquiæ in Bello-monte,

F 7 *Atque hæc prima illa eſt, niſi vehementiſſime fallor, accepta in Francia,* S. Leonorii Epiſcopi *memoria, cui deinde, ne ceteris Sanctis Britanno-Armoricis minus celebris eſſet, Acta adaptata ſint, retento in Francia ſacro corpore, ut in citato fragmento chronologico ſequitur:* Pace itaque in tota Gallia & Normannia vigente & florente, quidam eorum, qui de Britannia Pariſius advenerant, nutu, ut credimus, divino, ſumptis Sanctorum corporibus, quæ illic ſecum detulerant, almi videlicet Samſonis, & beati Leonorii & S. Wenalis, aliorumque quorùmdam Sanctorum; quidam eorum patriam repedare, quidam ad alia Galliæ loca migrare diſpoſuerunt..... *Itaque* recedentes, alii Corboilum caſtrum, alii Bellum-montem expetierunt. *Nimirum ad Bellum-montem delatum fuit corpus S. Leonorii, ut ſupra diximus, manente Pariſiis ejus veneratione, etiam in officio eccleſiaſtico, teſte Caſtellano, qui majoribus Actis noſtris propria manu adſcripſit:* De S. Leonorio facta eſt commemoratio Pariſiis uſque ad annum MDCVII, in octava S. Joannis Baptiſtæ; fiebat-

Pariſiis cultus.

AUCTORE J. B. S.

fiebatque jam anno MCCXXIX, ut patet ex parvo Paſtorali. *Hæc itaque celebrioris cultûs vera origo, ſed quæ nihil ad Actorum fidem aut ſinceritatem tutandam conferre poſſit.*

§. II. Acta non ſincera; Alberti hallucinatio.

Lobinæi ſententia de Actis,

Equidem fateor, diu me dubitaſſe, an expediret Legendam tam ſtudioſe decomptam, mutilam præterea & incompletam, operi noſtro inſerere, verum ne pro ſolo noſtro arbitrio, hujuſmodi monumenta ſuſpecta reddamus rejiciamuſque; viſum eſt, legentium judicio exponere, ad explorandum, rectene ex toto ſenſerit Lobinæus, dum lib. 2 num. 176, ſic prudenter exiſtimavit: Quamquam antiqui Britones, *inquit*, ex inſula ſua contulerint ingenium cudendis fabellis aſſuetum, quibus potiſſimum Legendas Sanctorum reſperſerunt; præſumendum tamen, id ipſis merito tribui, ut ſaltem credamus, non eſſe ſuppoſita ipſa Sanctorum nomina & præcipuas vitæ ipſorum circumſtantias. *Prudenti judicio lubens ſubſcribo; neque enim credibile eſt, S. Leonorii nomen falſo nobis obtruſum: at ex omnibus vitæ*

B *circumſtantiis, ſolas duas probaſſe videtur Lobinæus ipſe cap. 189, ita ſcribens:* Leonorius ſeu Lunarius Epiſcopus Brito, natus & conſecratus in Wallia, tempore Comorri ſe in ſolitudinem abdidit prope Alethum, cui uſque hodie à S. Leonorio (*S. Lunaire*) nomen impoſitum. (*Caſtellanus mavult Gall. reddere* S. Linuere.) *Si Acta ibi à Lobinæo citata, noſtris ſimilia ſunt, patet, pauciſſimas circumſtantias ab ipſo adoptari: primam nempe, quod Epiſcopus fuerit Cambro-Britannus; alteram, quod eremiticam vitam in Armorica duxerit tempore Comorri, cum Cramno occiſi in famoſo prælio, quo rebellem filium vicit Clotarius anno 560. Unde liquet, ſynchronum fuiſſe SS. Samſoni, Maglorio, Paulo & tot aliis, Armoricam eodem ipſo tempore incolentibus.*

pro ut jacent incredibilibus.

9 *De reliquis Actorum iſtorum circumſtantiis nihil habuit Lobinæus, quod pro certo venditare audéret; neque ego, ut candide fatear, adeo ſum credulus, ut tot concatenata portenta ſine fidis probatiſque teſtibus facile admittam, præſertim cum*

C *nec auctor, nec tempus, quo Acta ſcripta ſint, nec quidquam aliud innoteſcat, in quo vel tenuia credibilitatis motiva fundari queant. Adde quod multa videantur ex aliorum Actis accepta, ſic tamen exaggerata, ut diverſa appareant. Feliciſſimus fuit in litteris brevi tempore perdiſcendis S. Samſon: ſed immenſum ſuperat Leonorius, qui tribus diebus ferme novit omnia. Acceſſus ad aulam Francicam Regis Childeberti, miracula illic patrata, poſſeſſiones dono acceptæ ad ædificandum fundandumque monaſterium, Judualus proſequenti Comorro tyranno ereptus; hæc omnia non minus ſapiunt celeberrimi ſancti Samſonis Acta, inter Benedictina à Mabilione edita tomo 1, à pag. 165, de quibus plura diſſeremus ad* XXVIII *hujus menſis Julii. Hæc in ſpecimen adducta ſunt, ut quid de S. Leonorii Actis cenſendum ſit, lector intelligat.*

Quid de Sancto ſit veroſimile.

10 *Ego, ad exactam veritatis trutinam libratis omnibus, ut verum concedi poſſe opinor, S. Leonorium, forte etiam in S. Hilduti ſchola cum tot aliis Sanctis eruditum, à S. Dubricio, primùm Landavenſi deinde urbis Leonæ Antiſtite, ex more illius temporis, ordinatum abſque ſede Epiſcopum, vel cum Samſone & Maglorio, ab eodem & eodem modo conſecratis, vel cum ſociis aliis in Armoricam transfretaſſe, ut apoſtolico zelo gentem illam* D *Chriſtianis legibus inſtitueret; quemadmodum tot alios antea à S. Patricio, alios porro à S. Willebrordo initiatos, proximis inde ſeculis in Belgica fuiſſe, infra oſtendimus, in commentario ad Acta S. Rumoldi. Id ſi minus placet; dic, metu Saxonum fugiſſe cum ſociis monachis, ut in ſolitudine ſecurius & quietius Domino deſerviret; idque eo tempore quo Comorrus, pulſo Judualo tyrannidem occupabat, hoc eſt annis aliquot ante ſeculi ſexti ſexageſimum. Reliqua, quibus Acta contexta ſunt, narrationes tolerandæ an rejiciendæ ſint, eruditorum lectorum cenſuræ relinquendum, quibus & Albertinum opinamentum examinandum proponimus, ex chronologia Epiſcoporum Rhedonenſium, quod ſe ab Auguſtino du Paz accepiſſe teſtatur, ex antiquis ſchedis, numquam antea viſis, erutum, & cum Ogerii & Burræi apographo collatum, ut ibi habes pag. 5. Eſt autem inſtrumentum hujuſmodi:*

Expenditur Alberti commentarius

11 Tempore quo Lazarus, una cum ſororibus Maria Magdelene & Martha, poſt præperati minas naufragii, Gallias adveniens, Maſſilienſem docebat & regebat eccleſiam; Trophimus Pauli diſcipulus Arelatenſem inſtruebat eccleſiam: Sedonius, qui fuerat cæcus natus, eloquentiſſimus, apud Aquenſium fines; Saturninus Tholoſates; Dionyſius Areopagita, cum ſociis Pariſinos; Martialis Lemovicenſes; Urbinus poſt Stemonium, Arvernos, Gatianus Turonenſes; Sergius Narbonenſes; Lucianus Bellovacenſes; NAXIMINUS cum SYNCHRONIO (aliàs SUFFENIO) in Armorica VILLAM RUBRAM, quæ RHEDONUM civitas dicitur, miſerante Domino viſitavit atque inſtruxit, rexitque eccleſiam Rhedonenſem, in ſublimi ad confluentiam fluviorum poſitam & ædificatam, atque juxta eam oratorium (quod nunc CAPELLA DE CIVITATE dicitur) ſublato inde Tethios ad occidentem vano ſimulacro, Deo ſub invocatione beatæ Mariæ Virginis Deiparæ conſecravit Epiſcopus, VETERUM DEORUM VISIONIS turri purgata, & alio ad orientem dejecto Iſidis idolo, ulteriuſque ipſe progrediens, ſucceſſorem ſui epiſcopatûs dimiſit, SYNCHRONIUM, cui ſuccedens RAMBERTUS, ibidem multos ſibi adjunxit diſcipulos. *Plura hîc corrupta nomina; ſed clarius fallit ſchedа in* Ramberti *nomine, quale ante Francorum ingreſſum, numquam tota Gallia notum exiſtimo. Sic pergit:* E F

de primis Epp. Rhedonenſibus.

12 Ramberto SERVIUS & Servio JUSTUS, qui perſecutione Marci Antonini & Secundi Commodi Gallias agitante, martyrio coronatus eſt. Decii perſecutione HONORATUS, ejuſdem eccleſiæ Epiſcopus eſt truncatus. Diocletiani perſecutione PLACIDUS Epiſcopus, martyr glorioſus occubuit. LEONORIUS magni Conſtantini tempore, pace toti Eccleſiæ reddita, creſcente pio fidelium cœtu, deſideratus urbi Rhedonicæ paſtor exſurrexit, amplioremque illam, quæ Rhedonis videtur, ſancti Petri Apoſtolorum principis baſilicam, dejectis paganorum idolis, ſibi cathedralem eccleſiam conſecravit. *Hic uſque commentariolus, quem nec Albertus ipſe integrè tueri audet, præſertim qua parte primos illos & celebres urbium apoſtolos, contra Gregorii Turonenſis teſtimonium, primo æræ Chriſtianæ ſeculo in Gallias adducit. At de* Maximino *primo Rhedonenſium Epiſcopo, atque adeo de tota reliqua ſerie nullatenus dubitat. Abundet ipſe in ſenſu ſuo; nobis reliquum eſt, Acta ipſa ex manuſcripto fideliter exhibere.*

VITA

A

VITA

Ex Ms. Atrebatenſi deſcripta à Cl. V. Andrea du Cheſne.

CAPUT I.

De Sancti natalibus, prodigioſo in litteris progreſſu, deque ejus in Galliam tranſitu, perpetuis prope miraculis, & in Francicam aulam acceſſu.

FUit vir quidam in Britanniæ partibus nobiliſſimus, nomine Hoeloc, & uxor ejus dicebatur Almapompa. Quibus à Domino per angelum revelabatur, quod illis filius naſceretur, cui nomen eſſet Leonorius, & divino juſſu diſciplinis traderetur. Nato autem beato Leonorio, & quinquennio facto, ducunt eum ejus parentes ad ſcholam, & commendant eum Heltuto *a* viro ſapientiſſimo. Conceſſit autem virtus divina Leonorio beato tantam gratiam, ut in primo die, literarum omnium nomina; in ſecundo, conjunctiones earum; in tertio, ſcribendi notitiam agnoſceret *b*. Deinde quotidie in ſcripturarum ſententia & in laudibus Dei ita floruit, ut per omnem regionem laus & fama ejus exiret, & multitudo populorum frequenter ad videndum eum veniret, & multa munera ei deferret, quæ accipiens, egenis, orphanis, viduis diſtribuit, & nihil ad uſum ſuum retinuit. Cumque quindecim annorum eſſet, omnes homines regionis illius uno conſenſu, una voce, ad epiſcopatûs *c* honorem venire cum cupiebant atque exhortabantur.

Per revelationem natus,

B

a

tribus diebus litteras addiſcit.

b

c

2 Divina igitur diſpoſitione factus Epiſcopus, cum LXXIII diſcipulis, exceptis aliis, ſervitio fratrum deputatis, navem aſcendit, & in Galliam *d* tranſivit, ubi cum fratribus ſuis ſylvam complanavit. Cujus fratres cum in laborando fatigati eſſent, angelus Domini nocte quadam beato Leonorio aſtitit, dicens: Craſtino ſex boum juga, cultros, vomeres, & omnia utenſilia ad arandum convenientia facere accelera. Peracta ea, præcipe ponere in campo, ex quo complanata ſylva divinitus mane fuit everſa. Operabitur pro te Chriſtus inauditum *e* miraculum, ex quo per multas præſentes atque futuras generationes omnipotentia majeſtatis ejus glorificetur. Crepuſculo quoque auroræ tranſacto, & jam ſynaxi expleta nocturnali, fratribus ſummatim pandit ſibi revelata. Deinde impigrè facta utenſilia omnia, ſibi juſſa ad arandum, in campo memorato jubet portari. Secundo autem die inſtante, duodecim cervos grandiſſimos vident, quaſi ad aliquid deſudandum paratos; & ante eos unus vaſtiſſimus jacebat cervus eorum cornibus enecatus.

Factus Epiſcopus, tranſit in Galliam;

d

C

ubi accepta revelatione,

e

3 Intelligens autem vir Domini divinum donum, jubet excoriari cervum, atque ex ejus pelle lora incidere. Tunc poſtea cervi numero duodecim appropinquantes aratris, deprimunt colla, ut ſuper ea ponerentur juga; &

cervos 12 aratro jungit;

ſtatim imperio Patris peragunt fratres. Ammirabili diſpenſatione Dei omnipotentis concordes, pari progreſſione atque retractatione, ſine ulla inſtimulatione tangentium, arando traxerunt tota die, uſque ad horam diei congruam à labore diſſolvendi boves. Inſtante autem ea, ſolo fixi manſerunt, donec deligarentur; deinde ſtatim ad paſcua concurrerunt deſerti. Mane autem facto reverſi ſunt ad ſuum jugum. Sic aſſueti quinque ſeptimatibus * ac diebus tribus diurno labori, excepto die Dominico. Poſtea gregatim ante veſtigia ſancti Leonorii ſtantes, licentiam petunt abeundi. Quos manu ſua benedicens, jubet impavide recedere. Sicque aëripedes expetunt abditiſſimas ſylvas, numquam deinde viſi.

EX MSS.

& completo opere dimittit.

* Septimanis.

4 Sancto autem Leonorio, fratribus ſibi ſociatis perſiſtentibus in Dei laudibus, tempus opportunum ſeminandi advenit. Tunc ipſe vir Domini manu propria, cum reliquis fratribus totum voluit ſeminare agrum. Quadam autem die cum vellet ſcire, qualiter meſſis proficeret, ſumptis tribus diſcipulis, ad eum vadit. Dum autem in capite campi ſuper baculum requieſceret, apparuit forma aurei arietis in terra, quem talpæ ex more fodiendo terram in circuitu diſcooperuerant. Quo extracto à loco, ait: Aurum convenit Regibus, non ſacerdotibus, quem poſtea pro munere grandi præſentavit Childerico *f* Regi. De illo vero campo, primo anno juxta Euangelicam vocem collegit centeſimum multiplicatum fructum, & ſexageſimum annis ſingulis. Illo autem tempore Childericus Rex Franciæ imperabat, ſimulque Britanniæ tranſmarinæ. Audita itaque ſanctitatis ejus fama *g*, oravit eum ad ſe venire. Qui Regis parens voluntati, acceptis fratribus aliquantis cœpit ire.

Agrum deinde ſeminans,

E

invenit aureum arietem.

f

g

5 Cum autem deveniſſet ad fluvium Rhenum *h* in villa, Mortrue *h* vocata, fortuitu accidit adventum, ut duo cæci ſecus viam, qua gradiebatur Vir Domini, quæ ſibi eſſent neceſſaria mendicantes, invicem confabularentur. Ex quibus unus ait: Videbatur mihi in ſomnis nocte præterita, quòd quidam Antiſtes aſpectu reverendus, oculis perſpicuus, læta facie, Anglus *i* genere, Leonorius nomine, vultu hilari me percunctabatur, his verbis: Eſne Chriſtianus? Cui reſpondebam; fonte perenni regeneratus, veram ſanctæ & individuæ Trinitatis adoro omnipotentem *k*. Et ille ſtatim ex ſputo mixto oleoque benedicto liniens, immittit in eorum *l* orbes oculorum, ac ſigno vivificæ Crucis facto, benedicens me illuminabat. Hoc Vir Domini audito, repletur gaudio. Accedenſque pronus ait: Si ea, frater, quæ dixiſti, vera ſunt, ſecundum ordinem rei oſtenſum agamus, invocato Chriſti nomine, & ait: JESUS CHRISTUS, Dei verbum, quod cæco nato reddidit lumen, ipſe quæ petis, concedat tibi per meam deprecationem, moxque ad hanc vocem Sancti cæcus clariſſimè vidit; laudans & glorificans nomen Domini. Cognoſcens verò alter cæcus, illuminatum ſodalem ſuum, orare cœpit Virum Dei, reddi ſibi ab eo lumen, erat autem Cathechumenus, cui beatus Leonorius reſpondit, credis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum? Et ille, Credo. Cui Vir Domini, ſicut credidiſti fiat tibi. Et linivit oculos iſtius ſicut & prioris, & apertus eſt oculus unus, alter verò manſit cæcus. Videns Famulus Dei hoc, intellexit non verè eſſe

quem Regi præſentaturus, hh.

duos cæcos

F

k

l

mirabiliter ſanat.

EX MSS. Christianum, & ait : Confitere peccata tua. At ille, nondum baptizatus sum. Cui sanctus Leonorius : Vis baptizari ? Qui ait : Volo, & baptizavit eum. Renatus in fonte perenni, peccatorum remissionem, simulque alterius oculi recepit lumen.

m Ad regiam perveniens,

6 Igitur beatus Leonorius ad palatium perveniens Regis Childeberti *m*, invenit hominem flentem, nervis coxarum contritis, scabellorum munimine se trahentem; cui juvenis protervus, satelles Regis, scabella tulerat. Quem intuens beatus Leonorius, ait : Quid ploras ? Cui infirmus : Quia hic superbus juvenis mea abstulerat scabella. Conversus Antistes sanctus, ad juvenem, obsecrat, quatinus reddat. Ille autem superbissimus, etiam aliquid famulo Dei respondere dedignatur. Tunc servus Domini, tres sapientes atque nobiles adhibens secum, ait juveni : Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus : ne tam obstinato perseveres animo; sed obnixè precor, redde, precor, scabella misero. Cui ait è contra, diabolico inflatus responso : Quid tua refert ? Quis te constituit meum Dominum ? Quis sis, & unde, ignoro, & pro te nihil ago. Tunc S. Leonorius misericordia motus super egenum & pauperem, accessit ad eum, & fusa oratione ad Deum, ait : In nomine Salvatoris Jesu Christi, surge sanus & ambula. Et ille cito surgens, nihil in ullo membrorum suorum mali sentiens, videntibus cunctis lætus exilivit. Memor itaque Antistes, esse dictum Psalmographi dicentis, vultus Domini super facientes mala, & perdet de terra memoriam eorum, iratus ait juveni : Quæ tulisti infirmo, à modo sint tibi necessaria, & statim in terram decidit, qui antea erat superbia elatus.

alteri misero opitulatur,

sed protervum aulicum punit.

B

Dum coram Rege sacris operatur,

7 Childebertus autem Rex conjuxque illius, nomine Ultrogodis, & optimates regni obviaverunt festinè sancto Antistiti, & petita ejus episcopali benedictione, gaudentes eum deducunt. Et hoc silentio non est prætereundum, quod in crastina evidenter apparuit signum. Rege memorato humillima prece exorante, ut coram eo divina celebraret mysteria, ad declarandam puritatem ejus vitæ, & sanctitatem animæ : dum venerabilis vir & Deo dignus, intentis in cælum oculis, vestem manicalem exueret, atque ad dexteram partem ponere speraret, radius solis per fenestram egrediens, suscepit fortiter, & tamquam in ordine prior, in ipso tenui solari radio vestis pependit *n*. Dum autem infula comptus sacerdotali, accessisset ad altare, duæ columbæ, candidiores nive, de cælo sunt visæ descendere, una quidem super scapulam ejus, altera mansit super aram, quousque divina mysterii solemniter peracta est celebratio. Hoc quibusdam corde mundis datum est videre, & ipsi qui viderunt, & omnes qui audierunt, ingenti perculsi sunt miraculo.

C

n vestem è solari radio suspendit.

ANNOTATA.

a *De celeberrimo illo Sanctorum Cambro-Britannorum magistro, jam diximus supra in commentario. Videatur vita S. Samsonis apud Surium* XXVIII *Julii.*

b *Mirus sane & prodigiosus discendi modus, de quo etiam supra. Non ita profecit S. Samson. Hoc & similia prodigia in fragmento à Du Chesne edito, caute omissa sunt.*

c *Nimium contracta videtur in principio Legenda hæc nostra : nam quæ ratio, cur S. Leonorius ad episcopatum promoveatur ? Vide lectiones ex Breviario S. Maclovii infra subjiciendas.* D

d *Neque hic historiæ filum recte deducitur : præmittenda sunt ex præfatis lectionibus quæ transitum illum in Galliam suadeant. Præterea, non ita in Armorica statim collocandus, quasi eò transvolaverit. Miranda alia hîc congerunt lectiones, tum in ordinatione, tum postea peracta, quæ hîc ad historiæ perfectionem desunt. Inserendæ hîc plane essent lectiones* 1, 2, 3, 4, 5, 6 *&* 7, *quas eodem ingenio & stylo compositas facile advertes.*

e *Recte ait, inauditum fore miraculum; sed non ita stupendum foret, si descripta hîc essent ex citatis lectionibus prægressa miracula, non minus mirabilia, de nautis in veste candidissima, de columbis Sanctum alloquentibus, & ejus altare ex mari deferentibus &c. De cervis & lupo aratrum ducentibus agitur in vita S. Kentigerni, cujus compendium exhibet Camerarius pag.* 81 *ultra medium. Vide tomum* 1 *Januarii pag.* 818, *in ipsa S. Kentigerni vita.* E

f *In sequentibus ponitur nomen* Childeberti; *aptius, opinor, quamvis nec uni, nec alteri, totam illam narrationem convenire existimem. Novus Legendarius Adrianus Baillet, pridem Romæ confixus, audet asserere, Leonorium nostrum cum S. Samsone ad aulam Childeberti perrexisse. Sic ille Sanctis pro arbitrio tribuit, quæ pari jure alibi eripit.*

g *Nimium properat scriptor : vix in Armoricam advenit S. Leonorius, & jam totam Franciam nominis sui fama implevit. Nota ex verbis, proxime superioribus,* Britanniæ transmarinæ, *collegisse Usserium & forte du Chesne, vitam hanc in Britannia scriptam.*

h *Quis hîc, obsecro, fluvius* Rhenus *adstruitur, quæ villa* Mortrue ? *Certe ut ad Regem Neustriæ pergeret, nihil opus habuit ad Rhenum deflectere. De villa* Mortrue, *cum hîc ad rem non faciat, non est quod plura indagemus.*

i *Melius diceret,* Brito *vel* Britannus, *nam* Anglorum *nomen, eo saltem tempore necdum invaluerat.*

k *Quid si substituatur* omnipotentiam ?

l *Non satis consequenter somnium suum narrat cæcus ille, cur enim non dicit,* in nostrorum orbes oculorum ?

m *Patet, quod supra dicebam, scribendum esse* Childeberti. *Sic etiam habet fragmentum Du Chesne, sic ex eodem Usserius pag.* 1012. F

n *Videtur hic scriptor undecumque miranda sua corradere. Tale quid recurret* VI *Julii in vita S. Goaris, ubi id genus miraculo, ad Sancti innocentiam comprobandam, locus datur; an inde acceperit, nescio : saltem hîc non opportune inseritur.*

CA-

A

CAPUT II.

De aliis patratis miraculis; de regia liberalitate; & quomodo Judualum furenti Comorro eripuerit.

NEc non hoc de felicibus ſancti Leonorii geſtis dignum eſt admirari. Nocte ſubſecuta, abeunte de Regis convivio Sancto viro, & eunte dormitum, amici & parentes paulo ſuperius memorati juvenis, machinati ſunt extinguere veneno, tali commentato dolo. Tres pincernæ, Regis juſſu, cauſa veræ dilectionis, diriguntur poſt eum, cum poculis, pretioſis pigmentis confectis, inter quos antecedere fecerunt illum, qui mortiferum deferebat poculum. Qui venientes ſteterunt ante eum. Protinus vir Dei intellexit, & ait: Ego jam diſcalciatus hac nocte niſi à diſcalciatis pocula *a* [non] ſumam. Qui ſtatim extrahunt pedibus læti calciamenta. Ille autem, qui propinabat potum mortiferum acceſſit propius. Sedente autem viro Dei in lecto, & cum poculum ad benedicendum fuiſſet oblatum, venerandus Leonorius, extenſa manu, ſignum Crucis edidit, & vas, quod tenebatur plenum veneno, eodem ſigno rupit, & ſuper pedes tenentis cecidit, eaque nocte illum extinxit. Viſo hoc, illi tres timore exterriti omnia renuntiant Regi.

Poculum venenatum ei porrigens

a

B

ſubitanea morte extinguitur;

9 Rex vero & Regina cum ſuis optimatibus mane proſtrati Sancti pedibus, precantur ut extinctum reſuſcitare dignaretur. Quibus vir Dei juſſit, ut corpus illius ad januam deferrent eccleſiæ. Ubi cum ſacerdos Dei cum fratribus perveniſſet; flexit genu, & ſuper corpus defuncti diu oravit, ſeque erigens, palmas ad cælum tendit, dicens: Domine in hoc corpuſculo redde ſpiritum juſte abſtractum. Vix in oratione verba compleverat, & regrediente anima, corpus omne contremuit, ut concuſſione mirifica apparuerit, tremendo palpitaſſe. Cujus mox manum tenens, ait; In nomine Domini noſtri Jeſu ſurge, & amodo talia noli agere.

ſed Sancti oratione ſuſcitatur.

10 Quo viſo Rex & omnes qui aderant, vehementer territi, amplius virum Dei cœperunt honorare, & juſſit Rex deferri aurum, argentum, pretioſas gemmas, & veſtes auro textas. Cui famulus Dei reſpondit: Nihil ex his accipio; ſed trado arietem aureum, ſolidis *b* tribus millibus argenteis valentem: pro quo mihi & ſucceſſoribus meis tantum de tua terra tribuas, in hæreditatem perpetuam, quantum valere dicitur. Itaque Rex libenter conceſſit, tradens illi quatuor miliaria ex omni parte ſui monaſterii poſita: [&] adjecit; Hoc donum pro ariete aureo concedo. Ceterum pro me & uxore, & ſobole addo tantum prædiorum ex meo tranſmarino *c* fiſco, quantum ſpatii percurrerit tinnitus ſigni *d* tui ſuper cacumen montis excelſi poſiti. Interea amici & propinqui memorati ſæpiſſimè juvenis, proſtrati genibus ſancti Antiſtitis obtulerunt maxima exſenia *, flagitantes reddi ſanitatem male merito juveni. Quibus reſpondit venerabilis Leonorius: Munera peccatoris non ſunt accepta Deo: ſed ut manifeſtentur opera Dei in eo, ſubſequatur noſtrum iter ad Britanniam, & ibi recuperabit plenam valetudinem.

Tradito Regi aureo ariete,

C

b

miram donationem obtinet.

c

d

* xenia.

11 Cum igitur de virtutum ejus floribus & gratia ſignorum ejus, & aula Regis pulcro decore vernaret, & velut ſplendor quidam luminis huic mundo effulſiſſet, & odoris ſui fragrantia longe lateque compleſſet, demum licentia à Rege accepta, cum maximo honore reverſus eſt ad Britanniam patriam, quem ſecutus juvenis languidus, cum grandi comitatu, ut beatus vir promiſerat, illic ſanitate recepta pleniſſima, iterum reverſus eſt ad Franciam.

Ex Mss.

Punitus juvenis ipſum ſequi juberat.

12 Per idem tempus vir Dei inſignis per omnia, & in verbo atque actu ſimpliciter apoſtolicam obſervans ſententiam, monentem, qui præeſt in ſollicitudine, munificentiam Childeberti Regis, uti imperaverat, implere ſtuduit. Convocatis itaque Regis procuratoribus, montem unum aſcendit, ſignum tintinnabuli *e* ſupra ponit, quatit plectro, evolat ſonus in tantum nutu Dei prolixius, ut audiretur in circuitu æquali modo, à quatuor miliaribus. Deſcendentibus autem beato Leonorio, miniſtriſque regiis, perambulant loca in quibus ſonuerat vox ærea. Percunctantur in terra illa habitantes, ſi tinnitus aures eorum ſenſerant. Plerumque, ut aſſolet, alii ſplendore veritatis accenſi, quæ audierant profitentur verè, alii impie mentientes, terra caligine ſuffuſi mendacii, denegaverunt ſe audiſſe. Veridicos autem teſtes ſanctus Pontifex ad dexteram ſuam ordinans, ait: Chriſtus, verè Dominus, repleat frugum opulentiâ omnium in præſenti vita, ſeſſuroſque venturus faciat judicare in parte altera. Deinde derogantibus veritati, dixit: Quicumque auditò ſoni tintinnabulo *f* denegaverunt, in egeſtate permaneant: ſterilis & infructuoſa perſeveret illorum terra. Nam tribus annis zizania & vepres ſolummodo protulit.

Tintinnabuli ſonitu

e

E

poſſeſſionum limites circumſcribit.

f

13 Ecce inter ceteras virtutes ſancti Leonorii, hoc opus dignum pietati veſtræ ac beatitudini inſinuare cenſeo, in quo mens plena pietatis Sancti, & manus victrix divina in unum apparent convenire. Extitit igitur quidam Dux Britannus, Rigualdus nomine, uxorem habens & filium, qui præventus morte, reliquit utrumque. Nefandiſſimus autem vir, vocabulo Comnorus, invaſit ducatum, & uxorem illius violenter duxit, privato dignitate & honore filio Rigualdi, nominato Judualo. Interim mater pueri vidit in ſomnis *h*, quia filius ejus in vertice ſederet montis porrecti, ad quem Proceres Britonum venientes, virgas quas ferre manibus videbantur, proclivi vultu Judualo offerebant. Ille autem eas ſuſceptas, ociſſimè ſurgens antecedebat omnes, qui proſequebantur poſteriori ordine, dignanter ovantes Mater evigilans, ignara quid portenderet ſomnium, ſigillatim aperit viro ſuo Commoro. Continuo felle commotus, indignans graviter, ait: Numquid tuus filius in iſta regnabit ſuper me patria? Pro certo ſcito, repertus ſummo mane plectetur capite, amodoque carebit ducatu oſtenſo tibi.

Quæſitus ad eadem Judualus,

g

h

F

14 Illa hoc audito, nimium dolore filii perterrita, occaſione reperta, ſurgit è ſtratu, vocataque puella, omniaque juſſit pariter crudelia dictu *i* ..... privinno Commori, filio videlicet ſuo, imperat, ociſſimè tutelam fugiendo arripiat. Ille audito matris juſſo, quanto-cius ſurgit, & cum omni velocitate fugam

monitu matris

i

Ex Mss. iniit, ignorans cujus conamine poſſet tueri : cum repente, Deo inſpirante, memor famæ beati
ad Sanctum fugiens, Leonorii, quæ longe lateque reſperſa, præcipuè in parte, quæ ſub axe ponitur occidentis *k*, perveniſſet, ſub ejus tutela, Chriſto duce pervenit, rem omnem aperit. Quem conſolans beatus Pontifex paterno affectu, ait : Viriliter confide in Deo, & ipſe liberabit te iniquiſſimo pervaſore patrimonii tui Commoro. Interim ſecure mane nobiſcum.

k

vitrici Comorri manus 15 Splendore itaque roſei Phœbi irradiante mundum, de lecto Commorus ſurgens, ore torvo comminans, rabie cordis anhelus, Judualum ſibi adduci jubet, ut eum traderet neci. Audito autem quod fuga lapſus eſſet, ferox veluti belua, ſibi prædam abſtractam, inſtat perſequi, & miſſa legatione, mandat ſancto Pontifici, quatinus inimicum ſuum reddat ſibi. Cui beatus Leonorius reſpondit : Non eſt noſtræ diſciplinæ, homines mortificare, ſed vivificare. Temperato autem reſponſo, metuens ne violenter Commorus, conſtipatus ſatellite, eum ſibi abſtraheret; in craſtino, inquit, die circa horam tertiam, Judualum pro certo monſtrabo. Nocte autem inſtante, & mortalibus indulgentibus quieti, parata jam navi, Judualum cum ſodalibus ſuis *l*.

l

B *mirabili, modo evadit.* 16 In craſtino adeſt feſtinus Commorus, grandi pompa militum circumvallatus, requirit promiſſum oſtendi ſibi inimicum. Cui ſanctus Leonorius ait : Reſpice illam navim, & vide, qui in medio ſtat, juvenem, hic eſt quem tu quæris. Commorus illum videns, furia invectus, rabie obſeſſus, palmam in faciem ſancto Pontifici dedit, & habenas equi ſpumantis reflexit : ſtatim divinitas ultrix adfuit. Calcaribus itaque tondens caballi latera, dum agit celerem curſum, ſubito elabitur cornipes, eliſoque collo, enecatus jacet *m*. Commori denique coxa confringitur in partibus tribus : ſic Commorus ad domum evehitur propriam, diuturnoque & inſanabili vexatus dolore, diutius excruciatus, expiravit. Audita itaque morte, Judualus, ad proprias Britanniæ revertitur ſedes. Orationibus denique ſancti Leonorii adjutus, honorem paternum ſine effuſione ſanguinis, recipere meruit integrum *n*.

m

n

ANNOTATA.

C a *Inſerui particulam* non, *conſtructione ita, ni fallor, exigente ; tametſi valde mirus videatur hic Sancti ſcrupulus.*

b *De ſolidis aureis & argenteis diſputat Cangius in Gloſſario. Si duodecim denariis æquivalebant ſolidi, de quibus hîc, magni pretii tunc fuiſſe oportet arietem iſtum aureum, ſi non cum vellere ad fabulas amandandus eſt.*

c *Quid ſibi vult* tranſmarinus fiſcus *in ore Childeberti, qui nec palmum terræ ultra mare poſſedit ? Quid autem in Armorica dare potuit, ubi veroſimilius nihil umquam juris habuit ? Vide Lobinæum.*

d *Ubi cetera omnia mira ſunt, etiam accedere debuit mirum donationis genus.*

e *Quidni æs campanum, illudque non minimum vocavit, quod ad quatuor milliaria ſonum diffundere debuit ? Quamquam daremus ſingula milliaria, nonniſi pro mille paſſibus geometricis accipi*

f *Melius legeret*, ſono tintinnabuli.

g *Juduali pater, à Comorro interemptus, apud Lobinæum lib. 1 num. 29, vocatur* Jonas ; *undenam igitur* Rigualdus *hîc acceptus eſt ? Forte ex aliqua alia Legenda fabuloſa, ubi nomen immutatum fuerit.* D

h *Puto hoc eſſe merum ipſius ſcriptoris ſomnium, ad ornamentum hiſtoriæ : certe alibi quam in ſimilibus ſcriptis non facile reperietur.*

i *Hiatus eſt, de quo implendo non eſt operæ pretium multum laborare. Facile conjicitur, quid ſcriptor velit.*

k *Diceres S. Leonorium ſub alio axe poſitum, aliquot centenis leucis inde abfuiſſe, qui interim paulo poſt vicinus oſtenditur.*

l *Suppleri poteſt*, impoſuit.

m *Hæc omnia hiſtoricæ veritati apertiſſime contradicunt. Conſtat, Comorrum (quem Greg. Turon. lib. 4 cap. 4.* Chonomorem, *capite autem* 20 Chonobrum *appellat) in eodem prælio cecidiſſe, in quo periit famoſus Cramnus, Clotarii regis filius, cum uxore & liberis in tugurio combuſtus. Hinc etiam nonnulla refelle, quæ ex hujus vitæ fragmento intulit Cointius ad annum 529 num. 8, hinc S. Samſonis Acta impugnans, quæ licet undequaque tueri non auſim, certe majoris fidei exiſtimo, quam ſit hæc tota S. Leonorii Legenda.*

n *Deeſt operis concluſio, quæ tota habebitur, ſi hîc addatur ultimus paragraphus vitæ S. Samſonis.* E

Cum jam ſupra oſtenderimus, in lectionibus Breviarii Maclovienſis aliqua contineri, quæ in Actis deſiderantur, viſum eſt eaſdem hic ſubnectere.

LECTIONES

De S. Leonorio Epiſcopo.

Ex antiquo Breviario ad uſum eccleſiæ S. Maclovii, impreſſo MDXVII.

Nativitas & diſcendi facilitas. POſt Paſſionem & Reſurrectionem Domini noſtri, Apoſtolica per univerſum mundum crevit prædicatio : ita ut multi crederent Dominum Jeſum Chriſtum eſſe mundi Redemptorem. Factum eſt autem, ut uni viro nobiliſſimo, nomine Eloc, & nomen uxoris Almapompa, revelatum fuiſſet ; quod & illis filius naſceretur, & ut ei Leonorium nomen imponerent. Nato itaque puero, cum eſſet quinque annorum, duxerunt eum parentes ejus ad ſcolas. Et in eum tanta divina gratia reſplenduit, ut in primo die, litterarum omnino nomina cognoſceret ; in ſecundo, conjunctiones ; in tertio, notitiam ſcribendi haberet. F

Lectio 2. *Annorum 15, fit Epiſcopus.* Cum autem eſſet ætate quindecim annorum, omnis illius regionis clerus & populus, licet multum recuſans : una voce ad epiſcopatûs honorem eum elegerunt. Cum autem ſanctus Dubricius in ordinatione ejus, cum aliis duobus Epiſcopis procederet, & ad genua flectenda ſe fratres jactaſſent, viderunt columbam cælitus emiſſam ſuper eum deſcendere, & ſuper dextram ejus conſtanter manere, donec totum officium ordinationis ejus conſummaretur.

Lectio 3. Sanctus autem Leonorius in Dei ope de die in

A *Diſceſſum meditatur,*

in diem creſcebat. Die vero quadam, dum Evangelium ante eum legeretur, ubi Dominus ait, niſi quis reliquerit patrem aut matrem &c. cogitavit, ut Chriſti diſcipulus efficeretur, venit ad eum vox, & dixit: Dilecte Dei Leonori, bene cogitas, ultra mare pergere non differas, quoniam illic gentes te expectant, ut eas convertas ab errore paganorum. Ille lætus, evigilans à ſomno, convocatis ad ſe ſecreto fratribus enarravit: tunc illi reſponderunt: Pater fac quod tibi placet, & ſequemur te quocumque ieris.

Lectio 4. *& ſedata tempeſtate,*

Factum eſt autem in eadem regione, omnibus lugentibus, venit ad mare: & invenit navem ultra mare navigare paratam, & in ea tres viros veſte candidiſſima veſtitos: quos ſalutavit, dicens: Pax vobis. Et intravit navem cum diſcipulis ſeptuaginta duobus: navigantibus autem illis, ecce procella venti flavit. Et, eo dormiente, jactaverunt pene omnia in mari, una cum altari ſuo: ſed præ timore excitaverunt eum, dicentes: Pater ora pro noſtra ſalvatione. Sanctus verò Leonorius, ſignum crucis faciens, dixit: Salva nos, Jeſu Chriſte, ne pereamus, & ſtatim compeſcuit mare. Et ad

B Pontual, Deo ducente, pervenerunt.

Lectio 5. *ab angelis altare recipit.*

Deſcendens autem è navi, vidit duas columbas nive candidiores, altare prædictum unguis ſuis de mari profundo levantes, quouſque ad Sanctum deferentes, dixerunt: Sancte Dei Leonori, en tuum altare deferimus. Et ſcias, quod quicumque à modo ſuper eum falſum juraverit, ad annum non perveniet plenum. Quod de mari profundo angelicis manibus elevatum. Sanctus itaque reſpondens, ait: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, quia conſolatus es me: precor tuam miſericordiam, ut confirmes corda fratrum meorum in tua fide: ne deficiant præ egeſtate in iſta incognita regione. Et ecce vox de cælo dicens: O dilecte Leonori, memor eſto, quod Jeſus Chriſtus ſatiavit quinque millia hominum, ex quinque panibus & duobus piſcibus. Illi autem tres, quos Sanctus in navi repererat, ultra non comparuerunt.

Lectio 6. *Avis ſpicam defert.*

Poſt multum verò temporis, cum ſanctus Leonorius in ſecretiori loco oraret, ecce unus paſſer candidiſſimus ſpicam frumenti in ore tenens. Hoc videns ſanctus Leonorius, ſignum

C crucis fecit, dicens: Domine Deus omnipotens te adoro, te laudo, te benedico, & tuam precor miſericordiam, ut non ſit hoc mihi pro tentatione dæmonum, & cum hoc dixiſſet, avis volans ante pedes ejus deſcendit, & converſus ad avem, & advocans unum de ſuis famulis, dixit volucri: In nomine Jeſu Chriſti magiſtri mei, præcipio tibi, ut antecedas iſtum Dei famulum, uſque ad locum, de quo abſtuliſti ſpicam. Avis autem volabat. Frater verò ſecutus eſt uſque ad locum, ubi erat frumentum: videns frater gaviſus eſt. Et revertens narravit Leonorio. Tunc Sanctus cum fratribus laudaverunt Deum, dicentes: Te Deum laudamus, uſque ad finem. Tunc Sanctus monens fratres, ut laborarent, dixit eis: Qui non laborat, non manducet: quia otioſitas inimica eſt animæ.

Ex brev. S. Macl. Lectio 7. *Sociis labore feſſis,*

Poſt hæc paraverunt ſe fratres ad laborandum, & in galli cantu ſurgentes, celebrant nocturnas vigilias: mane autem facto, labori inſudabant. Et circa horam nonam ab opere recedentes; ad oratorium perveniebant, laudantes & benedicentes Deum. Hæc igitur omni die, exceptis Dominicis diebus, facientes, cœperunt laſſi deficere, & perrexerunt ad Sanctum, & dixerunt: Pater, oramus te, ut de loco iſto recedas, & in alium locum nos conducas, ubi Dominus ſervis ſuis ſolatium impendat. Tunc Sanctus dixit eis: Tentatio diabolica eſt, confortamini in Domino, & induite armaturam Dei; mane autem facto conduxit ad ſylvam fratres ſuos & adoraverunt. Tunc invenerunt ſylvam cælitus everſam & in mari pictam, & in illa die nihil aliud fecerunt, niſi laudare Deum. Iterum autem mane facto, Sanctus cum fratribus exiens, ad fodiendum in campo, cogitaverunt fratres, feſſi præ nimio labore, noctu, magiſtro ignorante, fugere. Et hoc eſt revelatum beato Leonorio: & Deum oravit, ut vellet E fratres ſuos confortare.

Lectio 8. *arant cervi.*

Tunc angelus Domini apparuit & dixit ei: Oratio tua exaudita eſt apud Deum, & mane ſurgentes, repererunt duodecim cervos in campo, Dei virtute domeſticos, qui cornibus ſuis unum eorum occiderant. Tunc Sanctus juſſit cervum mortuum excoriari: & de corio ejus lora fieri ad arandum, & aliis cervis virtute Dei juſſit arare. Tunc cervi caput inclinantes, tamquam ad benedictionem, opus perfecerunt. Sanctus autem benedicens eis, dixit: Ite in pace. Sanctus autem Leonorius cum ſuis fratribus die noctuque orationibus perſeverabant, & cum tempus ſeminandi adeſſet, juſſit ſemen afferri, & ſpargit in campum; & crevit ad fructum centeſimum & ſexageſimum. Altera die dum exiret in campum, vidit arietem aureum, quem talpæ, more ſolito, diſcooperuerant, quem accipiens attulit, dicens: aurum Regibus convenit, non ſacerdotibus, & recuſavit, præſentandum Regi Gilberto.

Lectio. 9. *Regem adit.*

Rex igitur Gilbertus, qui in illo tempore regnabat in Francia, audiens famam S. Leonorii, & virtutes ejus, legationem mittens, præcepit ad ſe venire. Nec mora, iter arripuit F cum quibuſdam ex fratribus. Et cum iter ageret, duos cæcos illuminavit in villa, quæ vocatur Mortrue, unus Chriſtianus alter cathecumenus, qui non vidit, niſi ab uno oculo, donec fuit à Sancto baptizatus. Et hoc divulgantes, pervenit ad locum, ubi Rex erat: qui accedens ad portam palatii, plorantem paraliticum ſanavit. Et quemdam juvenem de curia Regis, qui ſcabella paralitici, ſuperbe deridendo, cum abſtulerat, nec admonitus à ſancto viro reddere voluit, indigens ſcabellis in paraliſi cadere fecit. Tunc Rex, hæc audiens, cum Regina & comitibus, obviam ſancto viro venit & humiliter adoravit. Et ad petitionem Regis, ante altare celebraturus acceſſit, & quaſdam manicas exuens à brachiis, ſolis radio impoſuit, qui eas ſuſtinuit, donec officium completum fuit.

DE S. GOLVENO LEONENSI EPISC.

IN BRITANNIA ARMORICA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

S. Golveni patria, Acta, ætas, cultus.

SECUL. VI. ALterum hic exhibemus in minori Britannia ſanctum Epiſcopum Golvenum, *ex majori ſeu antiqua Britannia ortum, cujus parentes, ſatis miro modo, certè ſoli quodammodo & incomitati, in eam Galliæ partem appulerint, ut oſtendit Legendæ principium, ex Renato Benedicto & Gonono cum tota hiſtoria infra producendum. De hoc non tacuit magnus ille Albertus de Monte Relaxo, Sanctorum Armoricorum operoſus encomiaſtes, toties à Majoribus noſtris citatus, toties refutatus; numquam tamen eo ornatus elogio, quo ipſum non ita pridem decoravit, qui accuratiorem Britanniæ iſtius hiſtoriam condidit V. C. & ſupra laudatus Guido Alexius Lobinæus, Ordinis S Benedicti, Congregationis S. Mauri. Hic in ſua præfatione, rotunde aſſerere non dubitat*, totam eam Alberti collectionem, non eſſe niſi merum fabellarum contextum, aptioremque adeo recreandis incredulis, quam ædificandis fidelibus. *Sit hæc acrior fortaſſe, & juſto ſeverior cenjura; tanta ſane libertate in vitis illis Armorico-Britannicis, ſine diſcrimine coacervandis, oratoriè concinnandis, & liberaliſſimè amplificandis utitur auctor ille, ut in eo ſcribendi genere paucos ſibi anteferri patiatur, etiam Hibernos vel Scotos, de quibus videnda Bollandi præfatio ante Februarium cap. 3, & Papebrochii Reſponſiones ad art. 21. num. 43.*

Alberti collectio a Lobinæo acrius cenſurata

2 *Ad ſanctum noſtrum* Golvenum *quod attinet, non omnia finxit Albertus; habet enim, quos ad calcem citat, auctores plurimos: quaſi hic ingentem navarit operam, ad congreganda, quæ ad Sanctum noſtrum ſpectabant certiora monumenta. Verum, exceptis tabulis Leonenſibus, quas ante ipſum viderat Renatus Benedictus, reliqua nomina ad oſtentationem potius quam ad dictorum fidem faciendam adducuntur: ſic Robertus Cænalis, Wion, Argentræus, Chenu, Claudius Robertus, du Paz aliique vix verbum adferunt, quo tota Alberti Legenda vel per umbram confirmetur, præterquam quod Argentræus directiſſime Alberto ipſi oppoſitus ſit. Ex uno alterove, de reliquis facias conjecturam. Hæc ſunt Claudii Roberti verba:* S. Golvenus Pauli ſucceſſor, obiit apud Rhedones in monaſterio ſancti Melanii. *Wion ſic habet in adjectis tomo 2 pag. 879:* S. Golvenus Brito, ibidemque monachus & poſtmodum eremita, S. Paulo ad patres appoſito, Leonenſis Epiſcopus creatus, poſt multos pro grege ſuo perpeſſos labores, præmium eorumdem percepturus migravit ad cælum poſt annum DC, die primo Julii, & in numerum Sanctorum relatus eſt. *Non rectè aſſerit, ſe hæc omnia habere ex vita apud Renatum Benedictum.*

multos ſæpe auctores citat,

3 *At vero Argentræum, Albertinis directe oppoſita aſſerere, fatetur Albertus ipſe in notula textui ſuo appoſita, aitque neſcire ſe, unde Argentræus ea excerpere potuerit. Neque ego ſcio, unde acceperit; verum id certum eſt, falſo adduci in confirmationem eorum, quæ cum ipſius ſententia tam aperte pugnant. Sic loquitur iſte Britanniæ hiſtoriographus libro 1, cap. 19.* S. Golvenus primum S. Pauli in cathedra Leonenſi ſucceſſor, inde Rhedonenſis Epiſcopus factus eſt. Natus erat in territorio Leonenſi, & adminiſtrato aliquamdiu epiſcopatu, auſterioris vitæ ſtudio ductus, abdicavit, ſeque ad Burgum S. Deſiderii, quàtuor leucis Rhedonibus diſtans, recepit, in locum cui nomen Motte-merioul, ubi eremitorio ſibi conſtructo, obiit 1 Julii anno reparatæ ſalutis DC, corpus in eccleſiam S. Melanii apud Rhedones tranſlatum eſt. *Quam hæc parum conformia ſint Legendæ noſtræ aut Albertinianæ, infra manifeſtius patebit; hæc tamen pro majori parte ſequi maluit Caſtellanus in ſuo Martyrologio Univerſali ad hunc diem, quam longioribus aut Gononi, aut Alberti narrationibus ſubſcribere.*

etiam ſibi oppoſitos.

Ex lectionibus Rhedonenſibus

4 *Ceterum in diœceſi Rhedonenſi tamquam Epiſcopus proprius non agnoſcitur* S. Golvenus, *ut patet ex Breviarii ejus eccleſiæ lectionibus pro* VIII *Julii, quas ex editione anni* 1620 *hîc ſubjicio:* B Golvennus, relictis tranſmarinis partibus, applicuit in partes minoris Britanniæ, in parecia Plebis Deſiderii. Qui mundi inanem ſpernens gloriam, elegit ſibi locum in ſolitudine inter vepres condenſos, divinæ contemplationi aptum. Quo in loco, ædificato ſibi parvo oratorio, ſolutus ſecularibus impedimentis, cæleſtis vitæ genus colere inſtituit: jejunium enim adeo coluit, ut ab ipſa infantia, nonniſi ſemel in die panem cum aqua & paucis eduliis, pro ſuſtentatione tantum, numquam pro delectatione ſumere conſueverit. *Hæc prima eſt lectio; ſequitur ſecunda:* Barbari Britanniæ partem occupare volentes, non tam armis Comitis cujuſdam Britannorum, quam meritis & precibus ſancti viri fugati ſunt. Tanta demum ejus fama ſanctitatis fuit, ut poſt diſceſſum beati Pauli Leonenſis Epiſcopi, ſummo omnium conſenſu, quamvis invitus, Epiſcopus conſecratus fuerit: quem honorem ne acciperet, quamdiu potuit, recuſavit.

Sancti ætas inquiritur,

5 *En modo lectionem tertiam:* Nam Romam ire ſe finxit, ut interim alius ordinaretur. Sed Romanus Pontifex, per clerum & populum, de ejus ſancta converſatione certior factus, eum ad epiſcopale onus aſſumpſit. Tandem cum eccleſiaſtici negotii cauſa Rhedonas veniſſet, febre correptus, & miraculis clarus, dignum Deo ſpiritum reddidit, & in monaſterio S. Melanii ſortitus eſt ſepulchrum. *Nihil in his de S. Golveni ætate, aut tempore quo vixerit, determinatur, niſi hoc unum, quod fuerit celebris S. Pauli, Leonenſis primi Epiſcopi ſucceſſor, nulla facta mentione trium intermediorum, quos ex Pauli vita adducit Albertus, in ſuo catalogo chronologico pag. 269. Cum autem juxta calculum Papebrochii, in commentario ad vitam S. Pauli*

A *li* XII *Martii pag.* III, *Sanctus hic toto fere ſexennio poſt abdicationem ſupervixerit, mortuus autem ſit circiter annum* 573, *conſequens fieret, S. Golvenum noſtrum, Leonenſem cathedram conſcendiſſe anno* 567. *Ratio cur ita ſtatuat Papebrochius, deſumitur ex concurſu diei Dominicæ cum* IV *Idus, ſeu* XII *Martii, qui anno* 573 *contigit. At cum hæc etiam coinciderint, ejuſdem ſeculi* 79, 84 *&* 90; *contendit Cointius, ultimo anno Pauli mortem conſignandam. Vide ipſum ad annum* 590 *num.* 29.

6 *Alia omnia comminiſcitur rotundiſſimeque definit Albertus, ſic vitam incipiens, ut nec de nativitatis tempore vel minimum dubium relinquat.* Tempore, *inquit*, Vigilii Papæ, & Juſtiniani Imperatoris, anno ſalutis DXL, regnante in Britannia Aremorica Hoële II *&c. Eo nimirum anno natum ipſe ſtatuit S. Golvenum, multa congerens prodigia, ut in annotatis noſtris breviter obſervabimus. Pergit porro, & ut tempus nativitatis, ſic & ſucceſſionis in epiſcopatum determinatis annis belliſſime affigit. Sic in ejus calculo S. Paulus ordinatus fuit* 529, *ceſſit autem epiſcopatu* 553. *S. Joava, aliàs Johevius, ejus diſcipulus, obiit* 555, *Tiernomalus, alter ſucceſſor, mortuus eſt anno* 556. *Tum ad eccleſiam ſuam rediit Paulus, eamque gubernavit uſque ad annum* 590, *quando iterum abdicavit, deſignato ſucceſſore Cetomerino: cui anno* 611 *vita functo, demum ſuffectus eſt S. Golvenus noſter, ſeditque uſque ad annum* 616. *Hæc omnia ſatis nitide diſpoſita ſunt, ſed quis Alberto fidat, in ordinatione Cetomerini aliiſque ſibi contradicenti, ubi Renatus Benedictus, Argentræus & alii tam expreſſe affirmant, Golvenum* obdormiviſſe in Domino, anno DC? *Habes epocham Papebrochii, Alberti, Benedicti & Cointii, ex quibus, quæ præferenda ſit, in ea rerum incertitudine, nulla ſatis momenta perſuadent.*

contra Alberti chronologiam.

7 *Nec de S. Golveni cultu antiqua in Faſtis monumenta exiſtunt. Martyrologia omnia claſſica de eo altum ſilent, nec in ullis auctariis Uſuardinis conſignatus eſt. De Wione jam dictum eſt; citat ipſum Ferrarius; quibus ſi Sauſſayum in Supplemento pag.* 1139 *addas, hoc ſolum probaveris, recentiſſimam eſſe in Martyrologiis Sancti noſtri memoriam. Dempſterus referri non meretur, tametſi Sanctum bis ſignaverit,* XXIV *&* XXVII *Junii.* Nonnulli Scotum putant, *inquit*, ſed ego delibero *Recte ſane, ſed & in aliis matura deliberatione opus fuit, quam non adhibuit. Ceterum hæc eſt Sauſſayi metaphraſis:* Leonii in Armorica, ſub archiepiſcopatu Turonenſi, depoſitio ſancti Golveni, Epiſcopi ſecundi illius ſedis & Confeſſoris, qui S. Paulo ſuccedens, teneram ſibi relictam eccleſiam ablactavit, ſolidoque enutriens cibo ſanctæ prædicationis, & illuſtrans lumine piæ converſationis, ad plenam virtutis formam provexit; ſicque ex filiæ, imo ſponſæ decore, factus Deo gratiſſimus, ad agni perennis nuptias, quæ in ſuperna Hieruſalem aguntur, beatitudinis candidatus evolavit. Obiit autem apud Rhedones vir ſanctus, & in monaſterio S. Melanii ſepultus eſt. *Neſcio unde Caſtellanus habuerit pag.* 692, *quod olim* Vulvinnus *diceretur. Lectiones Rhedonenſes ſcribunt* Golvennus, *alii* Golveneus, *nos receptiorem nomenclaturam ſecuti ſumus.*

Recentiſſima in faſtis memoria.

8 *Ex dictis, ſaltem ut veroſimile ſtatui deberet, S. Golvenum ex majori Britannia, barbarorum incurſiones fugientem, ut eo tempore plures fecere, in Armoricam migraſſe, adulto jam ferme ſeculo* VI; *ibi primùm ſolitariam vitam duxiſſe, magnamque exemplis virtutum & miraculis famam ſibi conciliaſſe, non tantum, ut Pœnitentiarii dignitatem à S. Paulo Leonenſi Epiſcopo obtinuerit, cum in tota hujus vita notus non ſit, ſed talem tamen, ut quocumque modo, ejus ſucceſſor deſignatus, poſt Cetomerinum, tertium Pauli ſubſtitutum, ſedem adeptus ſit, tenueritque uſque ad ſeculi finem; probabiliſſime anno circiter* 600, *ad laborum mercedem à Domino evocatus. Atque hinc rejicienda foret Argentræi ſententia, à Caſtellano ferme adoptata, de ſeceſſu in ſolitudinem, relicto Leonenſi, & poſt Rhedonenſi quoque epiſcopatu, aliiſque eo ſpectantibus, quæ cum ſupra relatis lectionibus, ipſiſque Actis, proxime ſubjiciendis, non cohærent, ex quibus nimirum efficitur, S. Golvenum, ſolius eccleſiæ Leonenſis Epiſcopum, in monaſterio S. Melanii ſepultum fuiſſe; utique prope Rhedones, non quod ejus urbis Antiſtes fuerit, ſed quod ob aliqua negotia illuc divertiſſe memoretur.*

Probabilis vitæ ſeries

9 *Ita mecum ſentire tenebitur, quiſquis monumenta illa Britannica, neſcio ubi ſabricata, ad aliquam ſaltem probabilitatem, poſt perpetuas in ſingulis prope circumſtantiis ceſpitationes, reducere conatus fuerit. Favet etiam chronologica Epiſcoporum Leonenſium, tam erudita methodo, per Pontifices & Imperatores, determinato ſingulorum Epiſcoporum ingreſſu & exitu, deducta ab Alberto ſeries. Verum ecce, & ibi fallit greſſus, ubi firmiſſime poſitus videbatur. Habet Lobinæus, fabularum ſatis ſcrupuloſus oſor, ſub finem libri ſecundi, brevem elenchum Britannicorum Sanctorum, inter quos Golvenus non recenſetur: an quod ſuppoſitum velit? Non ita exiſtimo, ceterum ita ipſum ex ſerie Leonenſium Epiſcoporum excludit, ut niſi ſub alio nomine lateat, ei nullus ſuperſit locus... En ejus verba, citato lib.* 2, *num.* 220: S. Tenenanus ſeu Tinidor, ex inſula Britannica ortus, ſacerdotio initiatus erat, priuſquam in Armoricam tranſiret. Diu illic vixit ignotus in ſilvis prope locum, ubi deinde conditum eſt Landerneau: demum invitus è ſolitudine extractus eſt, ut eveheretur ad cathedram Leonenſem poſt Cetomerinum. *Si ita eſt, non video quem locum habeat S. Golvenus. Ignoſcant Britanni, ſi ex pugnantibus eorum commentariis nihil ſatis certi eruere valeamus. En modo Acta ipſa nihilo veriora.*

quamvis Lobinæus aliter ſentire videatur.

VITA

Apud Gononum de Vitis PP. Occidentis lib. 2, pag. 85.

Ex Renato Benedicto.

BEatus Golvenus *a* vir admirandæ ſanctitatis fuit, qui ex honeſtis & Chriſtianis parentibus progenitus, ad Sanctorum imitationem vitam ſuam conformavit. Hic igitur patrem habuit Glandanum, virum primum & egregium, matrem verò Gologuenam. Qui cum propriam deſeruiſſent patriam, nempe Angliam, tranſmiſſo vaſtiſſimo mari, ad quemdam pagum, nomine Odena, applicuerunt: ubi cùm multos dies manſiſſent, Gologuena, quæ prægnans erat, ſanctum hunc fructum, nempe beatum Golvenum, effudit in lucem. Poſtquam

a Cum recens natus, defectu aquæ baptizari non poſſet,

EX RENATO BEN. quam autem multi fluxiſſent dies à nativitate Golveni, & necdum ſacrum baptiſma ſuſcepiſſet, ob defectum aquæ; habitatores enim loci illius magnam aquæ penuriam & incommoditatem patiebantur, neque habebant puteos aut fontes, ſed ex remotiſſimo & longinquo loco aquam ad ſuſtentationem cum magno labore afferre cogebantur. Quod cernens Glandanus Golveni pater, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Deus, qui non pateris nos tentari ſupra id quod poſſumus, miſerere nobis: ecce enim quia ob defectum aquæ, ſacrum baptiſma non poteſt ſuſpicere filius meus.

fons miraculosè educitur. 2 Finitâ oratione, benigniſſimus & miſericors Deus, qui ſemper voluntatem timentium ſe facere conſuevit, fontem *b* è terra emanare fecit. Quod videntes loci habitatores, gratias omnipotenti Deo pro tanto beneficio agere cœperunt, & Glandanum ejuſque uxorem propter hoc miraculum in magno pretio & honore habuerunt. Unde & opulentiſſimus quidam & dives, Godianus nomine, eis omnia ad victum neceſſaria miniſtrabat. Golvenum quoque jam ſacro baptiſmate regeneratum, adoptavit in filium, eumque in moribus & litteris erudiendum curavit. Parentibus defunctis, mirum in modum proficiebat beatus Golvenus, tum in virtutibus, tum etiam in ſtu-
B diis litterarum. unde ab omnibus magno proſequebatur amore, & quaſi Sanctus habebatur, & honorabatur. Adhuc enim in pueritia conſtitutus, miracula edebat, & ſanabat ægrotos ſola manuum impoſitione.

A viro divite adoptatus, in ſolitudinem ſecedit. 3 Verum enim verò cum tantis polleret virtutibus, timens ne vanæ gloriæ ſtimulis titillaretur: ad eremi ſecreta credidit evolandum. Mox igitur, nemine ſciente ejus propoſitum, in horridum quoddam deſertum ſeceſſit: & cum ibi conſtruxiſſet cellulam *c* ex virgultis & arborum foliis, cœpit mirum in modum corpus ſuum, vigiliis & jejuniis affligere. In hoc autem deſerto per multa annorum curricula hominibus incognitus manſit: pane hordeaceo & herbarum radicibus ad vitæ utebatur ſuſtentationem: ſemel in die è cellula progredi conſueverat, & deambulabat circa cellulam, tres faciens ſtationes, & in unaquaque orabat pro felici ſtatu eccleſiæ, pro Regibus & principibus Chriſtianis, & devotiſſimè
C tres cruces, quas in his tribus ſtationibus collocaverat, amplectebatur & oſculabatur, & ita poſtmodum redibat ad cellam.

d Prædicit victoriam de piratis; *c* 4 Tunc temporis cum multi piratæ, *d* & Normanni & alii idololatræ, Britanniam ſuis incurſionibus devaſtarent & popularentur, quidam *e* potens & magnanimus Comes, collecto magno exercitu, voluit eos debellare. Sed antequam eos aggrederetur, venit ad virum Dei, petiitque orationum ſuarum ſuffragia. Sanctus autem anachoreta dixit ei, ut ſecurè procederet adverſus inimicos, quia eos debellaturus erat. Comes, hoc accepto reſponſo, abiit & cum Dei adjutorio inimicos fugavit. Victor igitur rediens ad Virum Dei, invenit eum proſtratum ſuper terram, & manus in modum crucis habentem & orantem pro victoria Comitis. Qui cum ſalutaſſet, & victoriam de inimicis reportatam ei attribueret, Vir graviter eum redarguit, dicens, non ſuis victoriam meritis eſſe tribuendam, ſed bonitati & potentiæ Dei. Quadam die cum miſiſſet D
virum, nomine Madenum, ad quemdam ruſticum valde divitem, qui ei eleemoſynam dare conſueverat, ut quidquid præ manibus haberet, ei mitteret: ille feſtinus abiens ad ruſticum, retulit ei verba Viri Dei. Ruſticus verò quoniam agriculturæ operam dabat, nihil præter aratrum habebat in manibus. Sed cum nollet nuntium vacuum ad Virum Dei remittere, accipiens aquam turbidam infudit eam in ſinum nuntii, quæ ſtatim in optimum aurum converſa eſt *f*.

& invitus Leonenſi eccleſiæ præficitur. 5 Interea accidit, ſanctum Paulum Leonenſem Epiſcopum, qui tunc temporis ſanctitate florebat, ex hoc mundo migrare: qui paulo antequam moreretur, convocans ſuæ civitatis proceres, dixit eis: Sibi divinitus fuiſſe revelatum, quod Golvenus anachoreta *g* ei in epiſcopatu ſuccederet. Quare eos rogabat, ut hunc Virum ſanctum poſt ejus obitum eligerent. Quod & fecerunt: Paulo enim Epiſcopo defuncto, eum elegerunt, atque invitum *h* in pontificali cathedra collocarunt. Factus Epiſcopus cœpit optimè ſuo fungi officio, & populum ſibi creditum ſapienter & prudenter gubernare. Demum cum multis claruiſſet miE raculis, ſenex & plenus dierum obdormivit in Domino, anno Domini ſexcenteſimo *i*.

ANNOTATA.

a *Magis hiſtorice ad fidem faciendam orditur Le Grand, ut ſupra diximus, per chronologicum principium:* Tempore Vigilii Papæ & Juſtiniani I Imperatoris, anno ſalutis DXL, regnante in Aremorica Hoël II *&c. Hoëlem iſtum pro ſeculo* VI *non novit Lobinæus, mihi non lubet quærere. Vide quæ notavit noſter Baertius* XVII *Junii pag.* 367 *ad litt.* c, *ubi cyfræ corrigendæ ſunt. Cetera Vigilii & Juſtiniani tempora non male hîc componuntur; utinam hæc & cetera ſatis fideliter exacta eſſent.*

b *Qua hæc auctoritate nitantur: non diſputo: in re vix differt Le Grand, ſtylo plurimum; nam omnia diffuſiori oratione amplificat, atque fontem illum vulgo appellari ait,* Feunteun ſant Goulven.

c *Hæc rurſus multis infarcit Le Grand; teſtaturque, etiam hodie eremitorio nomen;* Peneti ſant Goulven; *id eſt; locus pœnitentiæ S. Golveni.* F

d *Piratas admitto, fortaſſe & Saxones: ſed male Nortmannos hîc etiam canit Albertus, cum annis minimum ducentis S. Golveno poſteriores ſint, ſi recte in his Actis ætas ejus definiatur.*

e *In chronico Latino, inquit Le Grand,* Evenus *appellatur. An ex eodem, neſcio quo chronico, reliqua, quæ fuſius deducit, acceperit, non eſt operæ pretium diſquirere. Nihil hîc de monaſterio apud Albertum miraculoſe deſignato.*

f *Alberto ſatis non eſt, miraculum hoc referre: addit, ex eodem auro conflatum calicem; item tres cruces, imo inſignes, ſonique prorſus mirabilis,* tres campanas, *& quidem* quadratas.

g *Videtur Le Grand Sanctum noſtrum gradatim quodammodo promovere voluiſſe: nam munus pœnitentiarii ſuſcepiſſe ait, de quo nihil in hiſce Actis.*

h *Videndus hîc iterum Albertus, qui S. Golvenum fugientem Romam uſque proſequitur, quò & capituli Leonenſis deputatos adducit; tum S. Gregorium*

A *rium magnum, Golvenum ordinantem, & nescio quæ alia, non satis apte dispositа: quæ mirum est à Cointio tam facile adoptata ad annum 602 num. 26.*

i *De anno obitûs satis in commentario dictum est num. 6.*

APPENDICULA

De Miraculis

Ex Alberto le Grand.

EX multis, quibus post obitum fulsit miraculis, quindecim colligit citatus auctor. 1, *De puella, paralysi per ejus intercessionem liberata.* 2, *De infante ex incendio domus rusticanæ servato, combustis ejus cunis & linteaminibus.* 3, *De mercatoris chartis, quas cum malevoli studiosè comburere tentassent, ope S. Golveni, integræ & intactæ ex igne ereptæ sunt.* 4, *De punita vanitate mulierculæ, quæ profano cultu ad Sancti festivitatem*
B *se exornare tentabat.* 5, *Altera pœna sumpta de rustico, vicini sui arietem furato, cujus culter manui contractæ adhæsit, donec apud Sanctum, crimen confessus, damnum resarcire pollicitus est.* 6, *Alter vicini vervecem, quantovis igne accenso vumquam calefacere, nedum coquere potuit; qui agnitâ culpâ, furtum restituit, gratiasque Sancto egit.* 7, *De milite aliquo, bonorum ecclesiæ S. Golveni raptore, terribili punitione in se & suis afflicto;* 8, *Quod altero rursus & pari miraculo confirmatur.* 9, *Religiosus aliquis Brito, nomine Hervæus, liberatur febre bibendo aquam è fonte S. Golveni.* 10, *Tres pueri vivi & sani, ex domo flammis consumpta educuntur.* 11, *Infans submersus, ad S. Golveni delatus, ad vitam revocatur.* 12, *Incendium ad invocationem Sancti sopitum.* 13, *Femina marinis aquis circumdata, Sancto protegente, non submergitur.* 14, *Equus amissus, à rustico, Sancto rem commendante, inopinato reperitur.* 15, *Et ultimi miraculi annus exprimitur, nempe* 1187, *quando Henricus Anglorum Rex minorem Britanniam ferro & igne devastasse dicitur. Quo tempore fuit qui domum suam & bona omnia S. Golveno vovit, quo factum, ut domibus aliis vicinis & contiguis igne absumptis, sola illa quæ* E
Sancto dicata erat, intacta substiterit.

AUCTORE J. B. S.

DE S. SYMEONE SALO CONF.

APUD EMESAM IN SYRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§ I. Unde S. Symeon sit Salus dictus. Cultus ejus sacer alio die apud Latinos, alio apud Græcos celebratus.

SECUL. VI

DUm de rebus à S. Symeone *gestis dicere aggredior, historiam incipio prorsus mirabilem, & cujusmodi in Tabulis Ecclesiasticis perpaucas certe, ne dicam rarissimas sit reperire. Quippe philo-*
S. Symeon *sophum in uno* Symeone *nostro videor repræsentare geminum, Democritum videlicet & Heraclitum, sed professione Christianos. Nemo enimvero sapientius ostendit, mundum despere, nemo doctius aut flendo risit, aut ridendo flevit ejus insaniam, quam* Symeon, *dum, ut cum Apostolo loquar,*
1 Cor. 1. 19 *visus est velle* perdere sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobare; *dum, prout de ipso enuntiat Martyrologium Romanum,*
C stultus propter Christum factus est; sed altam ejus sapientiam Deus magnis miraculis declaravit. *Id causæ est quod cognomentum* Salus *illi inditum fuerit, de cujus etymo breviter nonnulla subjicio. Placuit venerandæ antiquitati eodem cognomine alios præterea compellare Sanctos, de quibus ad diem* XXV *Februarii, nec non ad* XXIV *&* XXVI *Maii. Porro hoc illis inditum fuit cognomen à Syriaca voce* σαλὸς, *quæ idem denotat, quod* simplex, stultus, fatuus, *conveniente rei significatæ nomenclatione; propterea quod illi Sancti sub affectato stultitiæ velo, cœlestem suam sapientiam occultarent. Hujus etymologiæ testem adduco Palladium in Historia Lausiaca cap.* 42, *ubi dicitur:* Ὑμεῖς ἐστε σαλοί. *Quod vetus interpres Latinè reddit:* Vos estis FATUÆ. *Expressius Apophthegmata Patrum in Ammona num.* 9: Senex verò stultitiam simulabat: & ecce mulier quædam prope ipsum stetit, & dixit: ὅτῳ ὁ γέρων σαλός ἐστι. Senex ille STULTUS est. *Vide Cangium.*

2 *Cognomentum hoc, tametsi abjectum ac vile,* unde Salus dictus. *Sanctus hîc noster in amore atque in deliciis habuit. Etenim quo fucatam ambitionis, elationisque sapientiam reprimeret certiùs, mundique fastum ac celebritatem nominis, quæ ut umbra corpus, sequi virtutem solet, tutius declinaret, promptus facere quidlibet ac pati, talem se gessit, qualem clarissimis monumentis consignata testatur antiquitas, qualem posteritas admirabunda intuetur, & vix credit, simplicem, fatuum pro Christo, ac dementem. Et verò honoris contemptio adeo penitus intimis ejus animi sensibus inhæserat, ut dedecus omne lucro apponeret, omnemque, quoad poterat,* F
infamiæ captandæ occasionem aucuparetur. Hac in parte ingeniosus erat ac gratiosus, alibi caudicem, plumbeum, stipitem, mentisq; impotem dixisses. Usque adeo totus fuit in imitando Christum cru-
1 Cor. 1. 23 cifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. *Proin non fuit* Symeoni *satis in abstrusas, & penitus ab hominum societate remotas Syriæ latebras sese abdere, opesque ac facultates suas omnes cum mendicitate ac sordibus commutare; verum divini spiritus impulsu, ex umbra & solitudine in solem & pulverem evocari se sensit ad prælianda prælia Domini; sed enim Origenistas vicit, Acephalos superavit, Judæos repressit, magos debellavit. De qua re Vita proxime à nobis illustranda, tibi plura dare singulatim poterit loco non uno.*

3 *Ea, quæ ad cultum ejus attinent, sic breviter expedio. In Menæis Græcorum impressis, in* Cultus sacer apud Græcos *Menologio eorum apud Sirletum, à Canisio inter*

AUCTORE J. P.

antiquas lectiones vulgato, prout etiam in Menologio Cryptæ Ferratæ, jussu Basilii Imperatoris edito; in Horologio denique typis excuso, anniversaria ejus festa lux celebratur vigesimâ primâ mensis Julii. Unum pro multis locum è Menæis produxisse sufficeret, in quo disertissimè prædicta dies signatur hoc versiculo:

Εἰκάδι ᾗ πρώτῃ Συμεὼν ἔθανεν πυκινόφρων.

Bis denâ & primâ, providus Symeon obit.

Habemus Menologium Sclavo-Russicum sive Kalendarium perpetuum totius anni Moscovitici, quod nobis communicavit prænobilis ac generosus Dominus Joannes Gabriel baro de Sparwenfelt, cum illud ipsum è Sclavonica lingua verbatim prius vertisset Latinè anno 1688; quod idem Menologium est collatum cum variis codicibus tam Mss. quam vario tempore editis, in quo ita annuntiatur Sanctus noster prædicta die XXI *Julii:* SS. PP. NN. Joannis eremitæ [*&*] Simeonis, propter Christum stulti. *De Joanne agetur die* XXI *hujus mensis, quo etiam die insertus legitur Fastis Latinis. R. P. Georgius David, Societatis nostræ sacerdos è provincia Bohemiæ, ac Missionarius, Moscuæ residens anno prælibato, navatâ rebus nostris*
B *operâ perquam de nobis præclarè meritus, aliud Synaxarium Ruthenorum communicavit cum P. Papebrochio, Latinè abs se redditum; ubi die dicta mensis Julii leguntur sequentia:* V. P. N. Simeonis Sali. *Atque adeo, videmus anniversariam* S. Symeonis *memoriam in Græcis tabulis, eodem ubique die recoli, atque ad exteras quoque multumque dissitas Moscorum ac Ruthenorum regiones longe lateque pervagatam esse. Secus faciunt Latini. Nam hi passim cum Martyrologio Romano,* Symeonis *festum recolunt Kalendis Julii. Habe totam atque integram (nam partem ejus supra jam dedimus) prout habetur in Martyrologio Romano, enuntiationem.* Apud Emesam S. Simeonis Confessoris, cognomento Sali, qui stultus propter Christum factus est. Sed altam ejus sapientiam Deus magnis miraculis declaravit.

& apud Latinos diebus diversis.

4 *Quæri jam possit, unde exorta sit diversitas Ecclesiæ Græcæ à Latina in die cultus hujus Sancti. Manifestè hanc nobis indicat Heribertus Rosweydus, dum in isthæc verba, à Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum expressa, die*
C 1 *Julii*, agunt de eo hac die Græci in Menologio, *notatum reliquit in Ms., in recenti Usuardi editione impresso, quo differentiam ecclesiæ Latinæ in hoc puncto ab ecclesia Græca solerter detexit, ita loquens:* Imo verò, Menologium uti & Menæa, XXI Julii Simeonem Salum statuunt. Existimo Baronium 1 Julii Simeonem posuisse in Martyrologio, quia Aloysius & Surius inter Vitas Sanctorum eo die exhibent, qui videntur eam opinionem sumpsisse è fine Vitæ, ubi dicitur 1 Julii obiisse. Sed consulendus textus Græcus, videndumque an ibi habeatur α', unde interpres 1 Julii expressit; an verò κά', quod est XXI Julii, uti Menæa & Menologium repræsentat. *Cum itaque festivitas* S. Symeonis *in Menæis, Menologio, & Horologio supra citatis non α', id est die prima, sed κά', id est* XXI *signetur, quo die etiam clarè & expressè notatur in Vita Ms. proximè à nobis illustranda, jam perspicuum est, Surium & Lipomanum, & post eos Baronium, aliorum fortasse errore potius lapsum quam suo, in assignando genuino cultûs apud Græcos die aberrasse, qui exinde irrepsit in Fastos Latinos. Quod si ulterius in primam lapsûs originem inquirere lubet, facile ille potuit oriri ex eo, quod in exemplaribus, quæ ipsi præ oculis habuerunt, exesum vel extritum fuerit κ; nisi malis dicere, amanuensium oscitantiâ fuisse omissum, quod æque pronum est. Nos autem, Martyrologii Romani ordinem secuti, Kalendis Julii de* S. Symeone *agimus, tametsi die non suo, quo etiam die in commentario prævio S. Symeonis Stylitæ Junioris* XXIV *Maii promissus fuerat. Mitto dicere de miraculis, quæ sparsim narrata inveniet lector in Vita.* D

§ II. De ætate S. Symeonis.

Floruisse Symeonem *seculo* VI *æræ vulgaris, certius puto constare, quam ut pluribus stabiliri opus sit. Sed indagandum præterea venit, quo anno dicti seculi in lucem prodierit, & exinde universa, si fieri possit, vitæ series per annos ex ordine definienda. De natali ejus anno nihil certi prodit auctor Vitæ Leontius. Lucis plusculum suppeditat Menologium Sparwenfeldianum, de quo supra, dum dicit:* S. P. N. Joannis eremitæ, Simeonis propter Christum stulti, & S. P. Ezechielis: quorum duo priores E
fuere anno DXXII sub Justino. *Quoniam* Symeon fuisse *dumtaxat, & non* natus *ibidem ponitur dicto anno, non determinatur nobis certum tempus pro anno natali. Neque quidquam habemus determinatius è Menologio, jussu Basilii Imperatoris collecto, quod Sanctum memorat floruisse* ἐπὶ τῆ βασιλείας Ἰουστίνου, imperante Justino. *Menæa Græca rem involvunt potius quam explanant, dum natalem figunt sub Justino Juniore, perperam, ut ego quidem censeo, & patebit ex dicendis, additâ particulâ* νέῳ, *fortasse operâ interpolatorum, aut amanuensium errore huc intrusâ. Utut est, præfatus Vitæ scriptor Leontius, duas nobis in Vita subministrat characteristicas notas temporis; alteram valde indeterminatam, alteram utcumque determinatiorem. Prima desumitur è peregrinatione Hierosolymitana, quam* Symeonem *instituisse narrat sub Justiniano Imperatore. Verum cum ille ad annos omnino 39 cum mensibus aliquot, imperium produxisse memoretur, manet æque series temporis obscura & indecisa quoad plures saltem annos; præsertim quia nusquam indicat auctor, quoto* Symeon
vitæ, aut suæ aut Justiniani anno, isthoc peregrinationis susceperit, F

Vixit Symeon seculo VI.

6 *Alia nota, eaque ad certum aliquod punctum temporis definiendum magis accommodata,* *Inquiritur in annum*
assignatur à jam dicto ac pluries dicendo Leontio, petiturque à terræ motu Antiocheno, qui accidit sub Mauritio Imperatore, quo tempore miraculosè stitisse Sanctum columnas, idem scriptor refert in Vita cap. 6. Oportet itaque meminisse triplicem diversis temporibus terræ motum Antiochiæ exstitisse. Quorum ordine prior fertur contigisse anno Domini 525; posterior anno 528. De duobus hisce actum in Commentario prævio S. Symeonis Stylitæ Junioris die XXIV *Maii. Tertius memoriæ proditur apud Euagrium, his verbis:* Anno, *inquit*, urbis Antiochenæ sexcentesimo trigesimo septimo, post annum unum ac sexagesimum ab ultimo terræ motu, postremo die mensis Hyperberetæi, dum ego virginem sponsam acciperem, & tota civitas feriaretur.... tertiâ circiter noctis horâ, terræ motus cum fragore ac sonitu irruens, totam urbem concussit. *Deme ab anno 637 Antiocheno annos 48, quot annis æra Antiochena antevertit Christianam, jam annus 637 Antiochenus concurret cum anno Chri-*

A *Christi* 588 *vel* 589, *inchoato. His præmissis, sic equidem statuo. Cum constet è vita*, Symeonem *nostrum peregrinatum esse Hierosolymam temporibus Justiniani Imperatoris; cum indidem quoque constet supervixisse ad usque tempora Mauritii Imperatoris, jam fluit sponte sua prima hæc conclusio, cum positionibus antegressis indivulsè connexa; videlicet ipsum vixisse sub quatuor continuis Imperatoribus, Justiniano, Justino Juniore, Tiberio II & Mauritio, imo etiam sub Justino vetere (qui fuerat nominandus primo loco) si verum dicit memoratum Menologium Sparwenfeldianum, in quo distinctè perhibetur fuisse anno* 522 *sub Justino prædicto.*

Series vitæ chronologicè deducta

7 *Conclusio altera sic à me instituitur, & vitæ* Symeonis *nostri series universa per annos continenter sibi succedentes deducitur in hunc modum. Vivere cœperit anno circiter vulgaris æræ* 522 *sub Justino vetere. Post exactos in paterna domo annos* 30, *peregrinatus sit Hierosolymam ad visenda loca sacra, cui peregrinationi, uti etiam secessui ad monasterium Abbatis Gerasimi (consule Vitam cap.* 1) *tribue annum* 1; *inde digressus, in eremo, non procul à mari Mortuo sita, exegerit annos novem & viginti, quot reipsà exegisse testatur Vita; jam annus primus, quo, relicta solitudine in publicum prodiit, atque Emesæ stultitiam*

B *mentitus fuit, ætatis ipsius erit* 60, *& concurret cum anno Christi* 582, *qui numeratur primus Mauritii Imperatoris; quod congruit cum Vita, in qua asseritur è solitudine venisse Emesam temporibus præfati Mauritii Imperatoris. Jam verò pone annos* 6 *vel* 7 *Emesæ transactos ante terræ motum, & facilè pervenies ad annum Christi* 588 *aut* 589 *inchoatum; respondebitque anno* 66 *aut* 67 *inchoato ætatis* S. Symeonis. *Quanto autem tempore ultra vixerit, nihil habeo comperti; cum annum mortis ejus nusquam expressum viderim, quem etiam haud credo facile alicubi expressum, reperiri posse. Atque hæc, quæ de ordine temporis* S. Symeonis *in medio posita sunt, erudito lectori sufficiant, ut de ejus vitæ mortisque chronotaxi per probabilem conjecturam statuat ac definiat conformiter ad Vitam, à nobis illustrandam.*

an cum calculo Euagrii congruat?

8 *Verum calculo annorum jamjam inito multum negotii facessit locus, ex Euagrii historia ecclesiastica desumptus. Ita scribit ipse de nostro* Symeone *libro* 4 *cap.* 34: Cum immineret terræ motus ille, quo Phœnice maritima concussa est, & quo Berythus & Byblus ac Tripolis præ reliquis urbibus vexatæ sunt, flagello in altum sublato ex columnis, quæ erant

C in foro, pleraſque verberare cœpit, inclamans his verbis: State, saltandum vobis est. Et quoniam nihil temere aut inconsulto ab eo fiebat, hi, qui aderant, studiosè notarunt, columnas, quas ille prætergressus minimè verberarat. Quæ quidem haud multo post corruerunt, terræ motu subversæ. *In quem locum audi commentantem Valesium in Annotationibus ad proximè citatum Auctorem:* Hic terræ motus contigit anno vigesimo quarto Justiniani, ut scribit Cedrenus in Chronico, & Theophanes. *Qui cum cœperit imperare anno* 527, *ducto regni exordio à Kalendis Aprilis, jam motus iste secundum dicta, acciderit versus annum* 550, *quo ipso tempore ab Auctore recentiore illum indicatum reperio in Vita* Symeonis Sali *Gallicè edita. Itaque inter supputationem temporis præsentem ex Euagrio, & superiorem ex Leontio, intercapedo intercedit circiter* 38 *aut* 39 *an-*

norum, totidemque unam inter atque aliam epocham annorum diversitas, juxta ea, quæ statuta à nobis supra & definita sunt, de quo discrimine sufficit obiter lectorem monuisse. Euagrius habetur, & reipsa est accuratus & magni nominis historicus, & Symeoni *fuit coævus; sed quoniam non nisi paucula puncta summatim de rebus ejus gestis, quasi ex incidenti, ut vocant, delibarit, non video quid cogat recedere à calculo Leontii; cum ille Auctor ex instituto res à* Symeone *gestas ab initio vitæ melioris, usque ad finem, ductu continuo prosecutus fuerit, quarum pleraſque, si non omnes, testatur se ex Joannis diaconi Emeseni, oculati testis ore accepisse, qui diaconus familiarissimè ac conjunctissimè cum* Symeone *vixit; cui se suaque omnia* Symeon *credere, & quocum agere seriò, ac deposita simulationis ac stultitiæ larvâ, candidè sincerè & apertè, mirabile vitæ suæ institutum communicare solebat, uti videre dabitur in decursu. Nunc quo major concilietur auctoritas vitæ, penè supra fidem in multis mirabili, atque incredibili, pauca subjungenda existimavi de meritis, sinceritate, ac veritate sæpissime memorati Leontii, qui hanc à se descriptam ad posteros transmisit.* AUCTORE J. P.

§ III. De Auctore Vitæ. E

Leontius Vitæ scriptor,

Ametsi alia, quæ in cognitionem nos ducerent Auctoris Vitæ, testimonia non adessent, vel è solo titulo Vitæ, à se conscriptæ præfixo, satis innotesceret. Inscriptio est hujus tenoris: βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀββᾶ Συμεὼν, καὶ ὅτι διὰ Χριστὸν ἐπονομασθέντος Σαλοῦ, συγγραφεὶς ὑπὸ Λεοντίου καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Νεαπόλεως τῆς Κυπρίων νήσου, ἐν ἑξήκοντα καὶ τρισὶ κεφαλαίοις διαλαμβάνων πάντα τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ τὰ καὶ ὅσιον Ἰωάννου. Vita & conversatio Abbatis Symeonis, qui cognominatus est stultus propter Christum, à Leontio, sanctissimo Neapoleos in insula Cypri Episcopo, conscripta, tribus & sexaginta capitibus complexa quidquid tam ad ipsum, quam ad S. Joannem spectat. *Sed dispiciendum præterea est, quibus potissimum præconiis Viri merita laudari celebrarique possint. Rerum etenim narratio, earum præsertim, quæ videntur omnem fidem superare, & humanum captum excedere, cujusmodi in Vitæ* Symeonis *decursu occurrunt non infrequentes, nisi auctoris fide ac sinceritate confirmentur, parum ponderis ac momenti apud lectorem habere solent. Nam quemadmodum monetæ tam à pondere quam à figura* F *suus constat valor, ita historiæ pretium non à mole sola, seu antiquitate, sed etiam ab auctore petitur.*

qualis fuerit.

10 *Omnis autem quæ de Auctore Vitæ instituitur potest tractatio, tribus maximè capitibus videtur absolvi posse. Primò si dicatur qualis fuerit; tum quo tempore vixerit; denique è quo hauserit fonte rerum tam inauditarum ac mirabilium narrationem. Ordior à primo. Concilium Nicænum* 2, *anno Christi* 787 *celebratum, ita de Leontio pronuntiat Actione* 4: Petrus & Petrus, Deo amabiles presbyteri, & locum retinentes Hadriani Papæ senioris Romæ, dixerunt: Librum habemus præ manibus beati Leontii Episcopi Neapoleos Cypri, & postulamus legi eum. *Lectâ verò Leontii pro cultu sacrarum imaginum apologiâ, quæ inserta habetur in concilio ibid.*, Constantinus sanctissimus Episcopus Constantiæ Cypri dixit: Hic, qui lectus est, Pater, in una urbium Cypri decore sacratissimo claruit:

AUCTORE J. P.

& multa præconia & feſtivos ſermones ejus habemus, cum quibus etiam eſt ſermo ejus, in transfigurationem Salvatoris noſtri. Conſcripſit autem Vitam S. Joannis Archiepiſcopi Alexandriæ, cognomento Eleemonis, id eſt miſericordis: quin & S. Symeonis Simplicis, atque alia quædam; atque in omnibus ſermonibus ſuis orthodoxus cernitur. *Multum hallucinatur Voſſius, quod obiter hic obſervatum velim à lectore, dum de loco, in quo epiſcopatum geſſit Leontius laudatus, loquitur in hanc ſententiam, de Hiſtoricis Græcis lib. 2. cap. 38:* Actione IV Synodi Nicænæ II, civitatis nomen præteritur. Nam ſimpliciter dicitur, Leontium hunc fuiſſe Epiſcopum, ἐν μιᾷ τῶν πόλεων Κύπρε, in una civitatum Cypri.

Non Conſtantiæ

11 *Sed prædictus Auctor, citatum Synodi locum, vel prorſus non inſpexit, vel integrum ſaltem non perlegit. Dic, amabo, quomodo in Actione* IV *dictæ Synodi diſertius ac luculentius nomen civitatis indicari potuit, in qua ſacras infulas geſſit Leontius, fuiſſe Neapolim Cypri, vulgo Lemiſſam ſeu Nemoſiam, quam quando uterque Petrus presbyter expreſſis verbis dixit:* Librum habemus præ manibus beati Leontii, ἐπισκόπε Νεαπόλεως τῆς Κύπρε, Epiſcopi Neapoleos Cypri. *Et quandoquidem in eum jam ſermonem incidimus, Leontium non Conſtantiæ, ſed Neapoli in Cypro, epiſcopatum adminiſtraſſe, ſolidè probat Bollandus in commentario prævio ad Vitam S. Joannis Eleemoſynarii die* XXIII *Januarii, hiſce verbis:* Meminit hujus auctoris [Leontii] Sigebertus de Scriptoribus eccleſiaſticis cap. 57. „Leontius, inquit, Neapolis Cypriorum inſu„læ Epiſcopus ſcripſit Vitam Joannis Alexan„drini Epiſcopi, qui ob eximiam in pauperes „miſericordiam, agnominatur Eleemoſynarius.“ Idem teſtantur Trithemius, Poſſevinus, Bellarminus de Scriptoribus, Molanus, Galeſinius, Baronius in Notat. ad Martyrologium. Et hic tomo 8 anno Chriſti DCX numero VII; & anno DCXX num. 2: quem tamen perperam Conſtantiæ Epiſcopum appellat ad annum DXCIV numero XXX, aut certè alium ab hoc judicavit. Binius in Bibliotheca Patrum ſeculo VII; Conſtantiæ vel, ut volunt, Neapoli in Cypro Epiſcopum ſcribit fuiſſe. Poſſevinus: „Leontius Conſtantiæ in Cypro Epi„ſcopus, Vir ſanctus, tribulationes, quas ec„cleſia Dei paſſa eſt tempore Gregorii Magni „Pontificis Maximi & Mauritii Imperatoris „ſcripſit, ut ex act. IV Nicæni II Conci„lii conſtat; ſed aut excidit, aut alibi delite„ſcit.“ Et mox de Leontio Epiſcopo Neapoleos „velut diverſo, ex Sigeberto & aliis agit. *Ita Bollandus.*

ſed Neapoleos in Cypro fuit Epiſcopus.

12 *Faciunt ad propoſitum ea quæ Roſweydus ſtudioſe collegit in Notationibus ad Vitas Patrum, ubi notatione 2 ad Vitam S. Joannis Eleemoſynarii hæc obſervat:* Anaſtaſius Bibliothecarius in ſua verſione VII Synodi, poſt Symeonem, addit, eum ſcripſiſſe turbationes propter Chriſtum, circa ea tempora in Eccleſia factas, quod hîc deeſt in Græco. Quare vel ipſe perfectius Græcum exemplar nactus fuit, vel certè ſ. σαλῆ, quod epitheton eſt Simeonis, quo ſimplex & ſtultus Syris deſignatur, ipſe metaphraſticè explicat ex Græco ſ. σάλε. Nam σάλος Græcis jactatio, turbatio. Quare fortè nihil deeſt textui Græco; ſed Anaſtaſius lapſus fuerit ambiguo vocabuli σαλῆ & σάλε. Quæ res Baronio Tomo VIII anno Chriſti DCXIV & anno DCXX labendi occaſionem præbuerit, ut exiſtimarit Leontium hunc hiſtoriam ſui temporis ſcripſiſſe, incipientem à Mauritio narrare eas, quæ fuerint in Eccleſia perturbationes. Eadem habet Poſſevinus noſter in Apparatu ſacro. Quare liber ille fortè non excidit, nec alicubi deliteſcit, quia numquam fortè ſcriptus fuit. Nec rectè priore loco apud Baronium & Poſſevinum dicitur Leontius Conſtantiæ Epiſcopus. Imo Neapolis fuit. Vide Onomaſticum in Neapolis. *Hactenus Roſweydus, recentioribus paſſim, quos quidem videre mihi licuit, ſuo calculo ſuffragantibus. Admittatur itaque tamquam certum & indubitatum, Leontium non Conſtantiæ, ſive Salaminæ, quæ moderno ſermone etiam Famagoſta dicitur, ſed Neapoli in Cypro, vulgo Lemiſſæ ſive Nemoſiæ, præſulem extitiſſe. Præterea, quod obiter hîc dictum ſit, librum, quo Leontius ſcripſerit* tribulationes, quas Eccleſia Dei paſſa eſt tempore Gregorii Magni, Pontificis Maximi, & Mauritii Imperatoris, *nuſquam* excidiſſe, aut alibi deliteſcere, *ſed veroſimiliter numquam fuiſſe in rerum natura, niſi aliis argumentis id probetur, hallucinationemque hanc ortam eſſe ex perperam accentuata & conſequenter perperam intellecta voce σάλ@, pro σαλός. Atque adeo* ex Act. 4. Niceni 2 Concilii *contrarium non videtur probari, nedum conſtare.*

Ejus elogia è Baron. & Conc. Nic. 2

13 *Sed nunc à Cardinale Baronio Annalibus Eccleſiaſticis inſperſa de Leontio præconia, excerpamus. In notis Martyrologii Romani ad diem* I *Julii ſic fatur:* Scripſit ejus [*Symeonis*] res geſtas, humanum captum excedentes, probatiſſimus auctor Leontius, Epiſcopus in Cypro. *Tum paucis interjectis profert locum è concilio Nicæno:* Pater, qui lectus eſt *&c. Quem etiam nos ſupra citavimus. Purpuratus idem Pater in laudem commendationemque ſæpiſſime laudati, ac nominati Leontii, in Vita S. Joannis Eleemoſynarii, ſic enuntiat ad annum Chriſti* 620 *num.* 2: Omni ſinceritate res ab ipſo Joanne geſtas ſcriptis mandavit. Sunt ea hujuſmodi, quæ in magnam admirationem legentem adducant, ut, niſi eſſent à graviſſimo ejus temporis ſcriptore prodita, vix fidem apud aliquem invenirent. *Ad hæc è prædicto Concilio* IV *Nicæno diſcimus alias Leontii lucubrationes, nimirum:* Multas laudationes ac orationes panegyricas; atque una cum iis etiam transfigurationem Soſpitatoris noſtri. *Apologiam præterea pro Chriſtianis contra Judæos, ex qua excerpſit nonnulla S. Joannes Damaſcenus orat.* III *de imaginibus, teſte Voſſio. Hiſce omnibus maturè libratis & expenſis nihil moror neotericum quemdam ſcriptorem, qui in tabula critica Auctorum, quam quot menſibus præmittit Vitis Sanctorum Gallicè abs ſe editis, poſtquam ex vero dixiſſet:* Leontius valebat doctrinâ & probitate, laudatuſque fuit à II Concilio Nicæno œcumenico ob ſua ſcripta, quæ orthodoxa ibidem declarata ſunt; *adjungit rotundè magis quam ſolidè, tamquam ex tripode, nullo citato auctore:* Sed bonus erat & credulus. *Talis viſus fuit eſſe viro iſti immodicè critico, cum ab aliis ſcriptoribus, de quibus ſupra, majoris notæ atque auctoritatis, quam ipſe ſit, longè alius orbi repræſentetur.*

Quæ ætate vixerit.

14 *Decurſis iis quæ ad perſonam Leontii pertinent, ſupereſt, ut de ætate, quâ vixit, breviter agatur. Tametſi de anno ejus natali, nihil certi liquet, conſtat tamen floruiſſe temporibus Mauritii Imperatoris. Idque probatur è verbis Synodi* II *Nicænæ actione* IV, *ubi è Conſtantio, Conſtantiæ*

in

A *in Cypro Episcopo, distinctis terminis asseritur,* ἤκμασε ἐπὶ τῆς χρόνους Μαυρικίου βασιλέως. Floruit autem temporibus Mauritii Imperatoris. *Jam verò cum regnare cœperit Mauritius anno vulgaris æræ* 582, *&, persoluto humanæ vicissitudinis debito, regnare desierit anno* 602; *præterea cum S. Joannes Eleemosynarius, cujus Vitam ad posteros transmissam fuisse à Leontio, supra probavimus, ex mortali vita excesserit anno* 616, *jam consequens est primò, ut vitam produxerit ad annum circiter* 20 *ejusdem seculi, vel etiam longius, vixeritque sub Imperatoribus Mauritio, Phoca, & Heraclio. Secundò, ut aliquamdiu vixerit cum S.* Symeone Salo, *juxtà calculum ex Leontii prædicti epocha pluribus deductum. Consule Bollandum in commentario prævio ad Vitam S. Joannis Eleemosynarii die* XXIII *Januarii, Doctrinam temporum Dionysii Petavii lib.* 3. *cap.* 49, *Criticam Historico-chronologicam Pagii ad annum* 616.

Quo ex fonte 15 *Deinceps de fonte, è quo Historiam Vitæ hausit Leontius, sicut initio hujus paragraphi dicendum mihi proposueram, ita pronuntio ex capite* 1
B *Vitæ* S. Symeonis, *ubi ipsemet auctor eum pandit, ac describit in hæc verba:* Hæc verò omnia virtute præstans Symeon Emesæ, ubi stultum etiam se simulavit, narravit diacono cuidam sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, ejusdem Emesenorum civitatis, viro mirabili, & virtutibus conspicuo, qui etiam divinâ, quâ pollebat, gratiâ, operationem Senis intellexit; in quem idem iste beatus Symeon stupendum miraculum contulit, cujus miraculi mentionem faciemus suo loco. Idem ille itaque, prædictus Dei amans Joannes, virtute insignis diaconus, totam pene vitam sapientissimi [*Symeonis*] nobis exposuit; Deum adhibens in testem eorum, quæ diceret, tantumque abesse, ut addendo aliquid narrationi, veritatem ejus contaminasset, quin potius plurima lapsu temporis esset oblitus.

Historiam suam hauserit. 16 *Primus itaque fons, è quo Leontius hortum suum irrigavit, fuit Joannes Emesenæ ecclesiæ diaconus, pietate ac virtute spectabilis,* Symeoni *non tantum coævus, sed multarum ipsius actionum testis oculatus & inspector, hospes, amicus, & familiaris. Quæ adjuncta solerter observanda sunt, propterea quod mirificè faciunt ad*
C *conciliandam fidem vitæ ac rebus à* Symeone *gestis, quantumcumque illæ appareant mirabiles ac penè incredibiles, utpote quæ intelliguntur à talibus principiis ad posteros esse propagatæ. Idem Leontius fatetur ad calcem Vitæ, nondum hoc detecto fonte, dumtaxat concinnasse se compendium quoddam de* S. Symeone Salo, *quod nuspiam vidi exstare. Porrò an fontis præmonstrati lymphæ semper æque manserint illimes ac limpidæ, ut interpolatorum operâ, nullâ umquam labeculâ fuerint infectæ, præstare equidem aut polliceri non ausim. Præsertim cum dubitari non videatur posse, quin Vita prius per manus transierit Metaphrastis, quam ad nos pervenerit. Interim, non habeo quidem causæ, cur subverear notabilem, & quæ ad rerum substantiam pertineat, addendo demendove intercessisse mutationem. Interpolatio si qua fuerit adhibita, levioris illa momenti fuerit, salvo veritatis historicæ relicto argumento. Vita à Surio vulgata, eumdem, quem nostra, fontem redolet, cum vix à nostra discrepet, si minutias nonnullas levioris momenti excipias, de quibus in annotatis.*

§ IV. De Auctoris stylo, divisione, & nostra interpretatione, monitiuncula ad Lectorem.

AUCTORE J. P.

Stylus non omnino incomptus, DE *Auctoris stylo, divisione, nostraque interpretatione visum est breviter lectorem monere. In stylo occurrunt sequentia, hìc insinuanda. Planus is est ac perspicuus, quæ dos est prima sermonis. Nec comptus omnino est, nec omnino neglectus. Occurrunt hinc inde nonnulla vocabula, barbariem redolentia, & primævo Græcanicæ palæstræ usui neutiquam accommodata. Ecquis enim Atticæ venustati accènseat hasce voces;* παλάτιον, palatium; καβαλλάριος, eques; πλάτεα, platea; ὁσπίτιον, hospitium; ὀψίκιον, obsequium; σάλτειν, saltare; κύριος, pro κύριε, dominus; ποτήριν pro ποτήριον, poculum, *& cetera id genus? Adde, quod pluribus locis ratio scribendi non consentiat cum orthographia legitima ac genuina. Quid si hæc menda irrepserint vitio amanuensium, non probè atque emendatè primævas orthographiæ leges callentium? Quod facile potuit contingere, si* E *exceptæ transcriptæque fuerint voces ex ore dictantis juxta pronuntiationem modernam Græcorum, in qua est pronum, vocales multas cum diphthongis confundere. Quomodocumque se res habeat, sufficit ad propositum, paucula istæc observasse, atque indicasse lectori, omnia ad grammaticæ regulas exacta à me correctaque esse. Audisti paucis de stylo auctoris, nunc de partitione seu divisione intellige. Ex titulo Vitæ, quem protulimus supra* § 3, *vidisti historiam hanc divisam fuisse in capita tria & sexaginta; verum quæ potiore jure numeros possis dicere, tum quia exiguo intervallo distant inter se, tum quia margini adscripta leguntur absque titulo, & consistunt in solis litteris alphabeticis, quas adhibent Græci pro notis numeralibus. Nos more nostro rem omnem in pauciora, ac prolixiora capita dispescuimus, suo quibusque præfixo titulo ad majorem rei distinctionem ac perspicuitatem.*

voces hinc inde barbaræ,

sphalmata scriptoria.

Partitio Auctoris,

& nostra.

Ratio interpretationis. 18 *Ut aliquid addam de interpretatione Latina. Hæc à me servata ratio est. Pronomina* ὅτος, αὐτὸς, hic, iste, *particulam conjunctivam* καὶ, *&, nec non adverbium* ἔν, igitur, itaque, *creberrimè in textu Græco repetita, sciens ac volens multis locis Latinè suppressi, ne lectori stomachum facerem tam frequenti & insipida earumdem particularum repetitione, quam tam sæpe recantari vix sine saliva Latini ferunt. Accedit eò, quod verba quædam præsenti tempore expressa, per futurum reddiderim iis in locis, quibus videbatur hoc apertè constructio exigere. Nec verò tam fui religiosus, ut verbum verbo scrupulosè reddiderim. Sua cuique linguæ loquendi atque scribendi proprietas est. Alia enimverò Græcis, alia Latinis constructionis est ratio: phrasis, energia, symmetria alterius linguæ ab altera perquam diversa. Dum fidus nimium quis affectat esse interpres, vix potest fieri, ut non eodem tempore sit hiulcus, infulsus, ingratus, ne dicam barbarus ac vitiosus. In versione Latina, à Surio edita, videntur non pauca occurrere, quæ Lector utriusque linguæ peritus, aliter fortasse enuntiata velit; de quibus in annotatis. De mea denique interpretatione sic habeto. Genuinum ac primigenium Auctoris sensum, quoad licuit salvis Latinæ locutionis idiotismis, sequi sum conatus, an verò sim assecutus, malim judicio id*

F

AUCTORE J. P.

potius decidi alieno, quam meo. Supremum est, ut breviter Lectorem moneam de Vita jamjam danda.

Gesta Symeonis miranda potius quam imitanda.

19 *Si lucubrationes nostræ tam angustis finibus continerentur, ut in illorum dumtaxat Vitis illustrandis operam ponerent, quorum tam ad veneration*em *clara est memoria, quam ad imitationem accommodata; pepercissem operæ, neque in mentem venisset umquam, Vitam* S. Symeonis Sali *latinitate donatam, ac notis illustratam typis vulgare. Nam sub finem ejusdem Vitæ tam multa occurrunt, inepta, stolida, absurda, ut rudibus offendiculo, doctis verò, & supra vulgus sapientibus, risu potius quam fide digna esse videantur. Sed alia prorsus ac longè melior erit rerum facies, si præcipiti rationis dictamine* Symeonis *gesta non metiaris, sed mature & pensiculate ea expendas, oculisque à terrena concretione defæcatis penitius introspicias; quo illud boni consequeris, ut Deum laudes, reverearis, ac mirabilem prædices in Sanctis suis, atque in nostro potissimum* Symeone, *quando illos ad nutum fingens suum, pertingit à fine usque ad finem, & fortiter ac suaviter disponit & ordinat omnem vitæ rationem, quantumlibet à communi hominum sensu abhorrentem; atque unum sic, alium aliter; per*

B *tramites toto cælo diversos, ad mansiones, quæ in domo Patris multæ sunt ac variæ, perducit. Plura ad præsens institutum suppeditat Prologus auctoris, quem tu inspice. Quorsum hæc pertinent? Ut perquam multa, quæ leges in decursu vitæ* S. Symeonis, *mirari noris, imitari non præsumas. Heroicam tamen sui despicientiam, fluxarum rerum contemptum, precandi studium, amorem Dei ac proximi, & cetera hujusmodi, quoad poteris, in offenso pede sequere & æmulare.*

Ejus elogium ex Baronio.

20 *Interea iis, quæ modo diximus, coronidis loco juvat imponere elegans ac disertum epiphonema eminentissimi Cardinalis Baronii, ad annum* 548 *ita loquentis:* Vides in his planè, quam vehementer admireris Dei providentiam, dum quo tempore infatuata videri poterat Græcorum sapientia, cum jam Oriens prorsus sterilis redditus, parere desiisset doctissimos illos atque sanctissimos viros, qui, sicut antea, orbem terrarum scientiâ illustrarent, atque adversus hostes fidei Christianæ pugnarent ac superarent, virum excitat, qui se stultum fingens, omnium sapientissimus demonstraretur, simulque lusu quodam adversantes religioni Christianæ hæreticos, Judæos & magos vincat, ut plane illud cum Apostolo liceat exclamare: Ubi sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor hujus seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus

C mundi? *Ita graviter & apposite more suo Baronius.*

§ V. Compendium vitæ S. Symeonis Sali è Menologio Græco & Menæis; nec non memorabilia quædam ex Euagrii Scholastici Historia Ecclesiastica, libro 4.

Compendia vitæ S. Symeonis è Menologio.

Menologium jussu Basilii imperatoris collectum, jam supra à nobis, & sexcentis aliis locis in hoc opere memoratum; brevi compendio nonnulla Symeonis *nostri gesta perstringit. Idem fit in Menæis, idem in Euagrio. Atque ut à Menologio dicto incipiam, Latine reddo, quæ de Sancto & Socio ejus enuntiat die* XXI *Julii:* Memoria SS. Patrum Symeonis, propter Christum stulti &

Joannis. *Deinde sic pergit*: Hi Edessa urbe D oriundi, sub regno Justini claruerunt. Postquam discessissent ad Sanctam civitatem, & vivificam Crucem adorassent, non amplius ad propria reversi sunt; sed ad monasterium sancti Gerasimi digressi, monasticum amplexi sunt institutum; & è monasterio egressi, iverunt in solitudinem, omnem exercitationem & austeritatem per annos quadraginta perferentes. Postea Joannes in solitudine remansit; Symeon verò ad Sanctam civitatem se contulit, & stultitiam mentitus, miracula multa in hac simulatione patravit. Dum autem extremum obiisset diem & ferretur ad sepulcrum à duobus hominibus pauperibus; Hebræus aliquis audivit plurimam symphoniam Angelicam, & ex ædibus suis prospiciens, videt duos solos, qui corpus ejus portabant. Et intellexit quod ille, qui non habebat cantantes homines, haberet cantantes Angelos. Joannes autem vitâ quoque excessit. *In Menologio Basiliano de gestis Symeonis tantum est.*

22 *Menæa Græcorum, typis excusa, aliquanto prolixiorem vitæ S. Symeonis synopsin exhibent eodem die* XXI *Julii, quam è Græca Latinam facio.* Hi *Symeon & Joannes* è civitate Edessa, quæ jacet in Syria, tempore Justini Junioris orti sunt (*An natus fuerit S. Symeon tempore Justini Junioris, diximus satis in Commentario prævio,* § 2.) divinoque desiderio accensi, iverunt ad Sanctam civitatem, & adorato vivifico ligno, ad S. Gerasimi monasterium se contulerunt. E Et postquam accepissent sanctum habitum à S. Nicone, è monasterio, nondum exactis ibidem septem diebus, egressi, solitudinem petierunt, in qua annos quadraginta perseverarunt, decurso omnis exercitationis & austeritatis curriculo. *Signatur fortasse hîc tantum annus quadragesimus inchoatus, & conciliari sic potest cum Vita, quæ signat annos dumtaxat* 39. Dehinc autem Joannes in solitudine permansit. Beatus vero Symeon ad Sanctam civitatem reversus est, precatusque, ut homines lateret, simulatâque stultitiâ, ad civitatem Emesam accessit, in qua sub specie stultitiæ, multis patratis miraculis, in Domino requievit. *In Menæis Græcis, à Matthæo Radero nostro Latinè versis, quorum Ms. habemus, ita lego:* Simulatâque stultitiâ, Edessam patriam suam, accessit, in qua sub specie stultitiæ multa miracula patravit. *Manifestus hîc est error: non enim* Symeon *noster stultitiam simulavit, ac tot mirabilia patravit Edessæ, sed Emesæ, prout disertè asserunt Leontius in Vita, Euagrius, Menologium Basilii imperatoris, ac Menæa impressa. Unde lapsus hic irrepserit, ipse viderit. Sane idem Auctor in Viridario Sanctorum, quod in lucem edidit,* Symeonis *theatrum, de quo hîc agitur, non Edessam, sed Emesam fuisse, scripsit ex Euagrio:* Erat autem in Emisa Symeones. Hic inanis gloriæ vestem sic exuerat, ut ignorantibus desipere videretur *&c. Reliqua dabuntur infrà, interprete Valesio. Nunc ad Menæa redeamus.* & *Menæis* F

23 Et post mortem demum suam agnitus est, alio aliud quodpiam è miraculis ejus enarrante. Quædam autem inter alia, quæ patravit, miracula, ut in cognitionem venirent, concessum non est. Aliud itaque, idque postremum recensere necesse est. Dum viri duo illum efferrent neglectum, illotum, odoramento & cantu destitutum, & deferrent ad aliquod cœmeterium, nec non transirent domum cujusdam Hebræi, tanta apparuit frequentia psalmodiæ,

A diæ, tantaque hominum, melos canentium turba comitari jam ac præcedere, ut Hebræus prospiciens, & Sanctum à duobus dumtaxat hominibus pauperibus efferri videns, diceret: Beatus es Sale! quia, qui non habes cantantes homines, cælestes nactus es virtutes, qui hymnis te honorent. Hebræus itaque descendens, suis illum manibus complexus, terræ mandavit. Ac post dies aliquot veniens amicus ejus & synasceta [*Joannes*] reperit ipsum jam migrasse ad Dominum. *A Menæis ad Euagrium venio.*

& ex Euagrio Scholastico

24 *Notior viris historiophilis Euagrii Scholastici auctoritas est, quam ut ejus fides, sinceritas, & accuratio pluribus hoc loco commendari debeant. Unicum dumtaxat à Lectore notari velim, seu potius in memoriam revocari, id quod præfati sumus jam nunc, Euagrium nostro Symeoni contemporaneum fuisse. Ad hæc, quo tempore hic patrabat res adeo mirabiles Emesæ, degebat Euagrius Antiochiæ. Quo fit, ut idem utriusque vitæ tempus, & regionis tractus idem, tametsi habitarint locis non adeo propinquis inter se, reddant indubitatiorem fidem eorum, quæ ex Historia ejus Ecclesiastica delibo, juxta interpretationem Henrici Valesii; ne quidquam, quod ad Symeonem pertineat, neglectum esse videatur:* Fuit etiam in

B *S. Simeon gloriæ osor,*

Emisenorum urbe Simeones, qui inanis gloriæ fastum omnem adeo exuerat, ut ab universis, quibus erat ignotus, pro fatuo haberetur, licet omni genere sapientiæ, & divinâ gratiâ abundaret. Porrò hic Simeones seorsum ab aliis plurimum degebat, nullum omnino mortalium sinens cognoscere, quandonam, aut quo modo Deum precaretur, nec quo tempore domi aut jejunaret, aut cibum caperet. Interdum etiam in viis publicis aut in foro agens, è statu mentis deturbatus videbatur, nec prudentiæ ac solertiæ quidquam præ se ferre. Nonnumquam in tabernam irrepens, obviis cibis utebatur, dum esuriret. Quod si quis inclinato capite eum salutasset, ipse iratus illico aufugiebat, metuens ne virtus illius à vulgo deprehenderetur. Et hoc quidem modo Simeones in foro se gerebat. Erant tamen

C quidam ejus familiares, quibuscum versari consueverat absque ulla simulatione. *Et verò intimum Symeoni fuisse Joannem diaconum Emesenum, cui & cor aperire, quocum agere solebat depositâ omni simulatione stultitiæ, narratur infra in Vita capite* I, IV, VI & VIII; *& jam nunc notavimus supra.*

amans infamiæ.

25 Ex his quidam ancillam habuisse dicitur, quæ cum à nescio quo stuprata, prægnans esset, & cogeretur à dominis ut auctorem hujus flagitii nominaret, Simeonem clanculo cum ipsa rem habuisse dixit, & ex illo se gravidam esse; juraturamque se, rem ita se habere, ac, si opus foret, etiam convicturam. Quod cum audiisset Simeones, assensus est, carnem se gestare dicens, rem admodum fragilem atque imbecillam. Cumque hujus rei fama ubique divulgata esset, gravique ignominia, ut quidem videbatur, aspersus esset Simeones, subducere è medio se cœpit, simulans se pudore suffundi. AUCTORE J. P.

Futura prædicit ac miraculum patrat:

26 Postquam igitur dies pariendi advenisset, & mulier parientium more sederet in lecto, parturitio quidem immensos atque intolerabiles dolores afferens, in extremum vitæ discrimen mulierem adduxerat: partus verò minime promovebatur. Cum igitur Simeones consulto illuc adveniisset, rogatus ab iis qui aderant, ut precationem faceret; affirmavit ille coram omnibus, mulierem non prius esse parituram, quam confessa esset, quisnam infantis, quem in utero gestabat, pater fuisset. Quod cum illa fecisset, & verum infantis patrem nominasset, statim infans erupit, veritate ipsa quasi obstetricante *Idem hoc factum narratur infra à Leontio capite* V.

subvenit inediæ meretricis:

27 Idem aliquando visus est introire in cubiculum meretricis: cumque januam occlusisset, solus cum sola moratus est. Ostio deinde reserato, cum se fugâ proripuisset, circumspiciens undique, num quis ipsum videret, eo magis auxit suspicionem. Adeo ut ii, qui illum viderant, mulierem adduxerint, & ex illa sciscitati sint, quid sibi vellet Simeonis ad illam ingressus, & tam diuturni temporis mora. At illa juravit se triduo, antequam ille veniisset, ob rerum necessariarum penuriam, nihil præter aquam gustasse; Simeonem verò obsonia & cibos & vas vini ad se attulisse, obseratisque foribus mensam appositisse, jussisseque ut cœnaret, & dapibus sese exsatiaret, quippe quæ satis afflicta esset inediâ. Simul reliquias ciborum, qui allati fuerant, proferebat. *Hoc quidem non invenio in Vita expresse narratum à Leontio; occurrunt tamen in ea non pauca, quæ ob affinitatem suadere possint illud verè contigisse.*

E

in terræ motu stare jubet columnas.

28 Idem præterea cum immineret terræ motus ille, quo Phœnice maritima concussa est, & quo Berythus & Byblus ac Tripolis præ reliquis urbibus vexatæ sunt, flagello in altum sublato, ex columnis, quæ erant in foro, pleraque verberare cœpit, inclamans his verbis: State, saltandum vobis est. Et quoniam nihil temere aut inconsultò ab eo fiebat, hi, qui aderant, studiosè notarunt columnas, quas ille prætergressus minimè verberarat. Quæ quidem haud multo post corruerunt, terræ motu subversæ. Sed & plurima alia ab eo gesta sunt, quæ peculiare opus desiderant. *Peculiare illud opus concinnavit Leontius, plura edoctus à Joanne diacono Emeseno, uti supra rursum insinuavimus; cum antea non scripsisset nisi compendium; prout fatetur ipsemet sub Vitæ finem, quam conscripsit. De terræ motu agitur apud Leontium capite* V, *uti & de tempore ejus, in Commentario prævio. Sed nunc his præmissis Vitam prolixiorem subjiciamus.*

F

VITA

A. LEONT. Ex Ms.

VITA

Auctore Leontio, Neapoleos in Cypro Episcopo, Sancti coævo.

Ex codice Vaticano, signato num. 819, *collata cum ea, quæ est apud Surium, Tom.* 3. *pag.* 1.

PROLOGUS AUCTORIS.

Aliorum doctores

QUi docendi auctoritate apud alios valere studeant, è propria sua vita debent ostendere doctrinam, quam alios doceant, juxta divinæ vocis oraculum: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Ne dum alios prius monere, instruere, & in viam ducere studeant, quam ipsi se docuerint, & expurgaverint per divinorum mandatorum observationem; ante obliviscantur proprium mortuum flere, quam de alieno laborent, & in illis impleatur, verum hoc, &

Matth. 5.

B ipsis congruum eloquium, quod dicit: Qui non fecerit & docuerit, hic minimus vocabitur in regno cælorum. Et iterum; Hypocrita ejice primùm trabem ex oculo tuo, & tunc inspicies: &c. Ideo sapiens quoque actuum Apostolorum scriptor de magno ac verace Deo nostro & magistro sic loquitur: Quæ cœpit Jesus facere & docere. Hoc enim & Paulus, magnum Ecclesiæ vas, Romanos increpans, scripsit, sic dicens: Tu, qui alium doces, te ipsum non doces? &c. Quoniam ergo è vita nostra, doctrinæ & operationis, quæ secundùm virtutem est, imaginem & figuram proponere non possumus, peccati affectiones ubique in nobis circumferentes; age, vel ex aliorum operatione, & ex sudoribus, qui ab aliis exantlati sunt, alimentum, quod vobis hodie non pereat, sed animas nostras adducat in vitam æternam, revelabimus.

Matth. 7.

Act. 1.

Rom. 2.

quales esse debeant.

Divinus sermo

2 Nam panis quidem confirmat corpus, divinus autem sermo animam excitat ad virtutem, maximè eorum, qui negligentiores sunt, & in divinorum mandatorum executionem segniter incumbunt. Nam diligentibus, & cogitatione Deo inhærentibus, sufficit conscientia, ad doctrinæ fundamentum jaciendum,

C

cibus animæ.

quæ omnia bona conciliat, & avertit ab omnibus malis. Sed illi, qui hisce viliores sunt, indigent legis scriptæ declaratione, & argumento. Si verò aliquis primum & secundum modum viæ, quæ ducit ad virtutem, repulerit; necesse est, hunc ex studio etiam aliorum & cura, quæ per auditum & narrationem ad ipsum devenerit, divino desiderio excitari, somnum animæ à se ipso excutere, angustâ tritâque viâ incedere, & vitam æternam in posterum auspicari. Etenim penes nos est, & in nostra positum potestate, desiderio futurorum, præsentia, tamquam pertransseuntia, contemnere; aut contra desiderio & cupiditate præsentium, bonis, numquam terminandis frustrari. Et verum esse id, quod dictum est,

Usum creaturarum, vel abusum

nobis liberum esse

convincunt nos quidem omnes homines, qui à seculo sunt, qui Deo placere studuerunt, tametsi ejusdem nobiscum consortes essent na-

Οἱ τὸ διδασκαλικὸν τοῖς ἀλλήλους σπεύδοντες μεταδιώκειν ἀξίωμα, ὠφείλουσιν ἐκ τῆ ἑαυτῶν βίου τὴν ἑτέρων διδασκαλίαν ὑποδεικνύειν, κ) τῳ θείαν φωνὴν, τὴν λέξασαν· οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τ ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, κ) δοξάσωσιν τ πατέρα ὑμῶν, τ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μήπως ἑτέρους νουθετεῖν κ) καταρτίζειν, κ) ὁδηγεῖν σπεύδοντες, πρὶν ἑαυτοὺς διδάξωσιν, κ) ἐκκαθάρωσιν δι' τ τ θείων ἐντολῶν ἐργασίας, λάθωσιν τοὺ τούτων οἰκεῖον νεκρὸν κλαῦσαι, τοῖς τ τ ἑτέρου ἀσχοληθέντες, κ) πληρωθῇ ἐπ' αὐτοῖς τὸ ἀψοφοδὲς, κ) ἁρμόζον αὐτοῖς λόγιον, τὸ φάσκον· ὅστις μὴ ποιήσῃ κ) διδάξῃ, E οὗτος ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τ οὐρανῶν. Καὶ πάλιν· Ὑπόκριτα ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τ ὀφθαλμοῦ σου, κ) τότε ἐμβλέψεις, κ) τὸ ἐξῆς. Διὸ κ) ὁ τ πράξεων τ ἀποστόλων σοφὸς συγγραφεὺς τοιοῦτο μεγάλου κ) ἀληθινοῦ ἡμῶν θεοῦ κ) διδασκάλου ἕως φησίν· ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖντε κ) διδάσκειν· ἦστο γὰρ κ) Παῦλος τὸ μέγα σκεῦος τ ἐκκλησίας, ἐπιστολὴν τοῖς Ῥωμαίοις, ἔγραφεν οὕτως λέγων· εἶτα ὁ διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; κ) τὰ ἐξῆς. Ἐπεὶ οὖν ἐξ οἰκείου βίου διδασκαλίας, κ) τ κατ' ἀρετὴν ἐργασίας εἰκόνα κ) τύπον προθεῖναι ἀδυνατοῦμεν, τὰ πάθη τ ἁμαρτίας ἐν ἑαυτοῖς πανταχοῦ περιφέροντες, φέρε κἂν ἐκ τῆς ἑτέρων ἐργασίας, κ) τ ἄλλοις πονηθέντων ἱδρῶν τροφὴν ὑμῖν σήμερον μὴ ἀπολυμένην, ἀλλ' ὁδηγοῦσαν πρὸς ζωὴν αἰώνιον τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, ἀνακαλύψομεν.

2 Ἀρ' ὧ μὲν γὰρ τὸ σῶμα στηρίζει· λόγῳ ὁ θεῖ τῇ ψυχῇ πρὸς ἀρετὴν σπουδαίως διαγείρει, κ) μάλιστα τ ῥαθυμοτέρων πρὸ τὴν ἐργασίαν τ θείων παραγγελμάτων ἀμελῶς διακειμένων· τοῖς μὲν γὰρ σπουδαίοις κ) τῇ διανοίᾳ πρὸς θεὸν ἀνακειμένοις, ἱκανὴ καὶ ἡ συνείδησις πρὸς διδασκαλίας ὑποθέσιν, πάντα τὰ ἀγαθὰ συμβουλεύουσα, καὶ πάντων τ πονηρῶν ἀποτρέφουσα. Τοῖς δ' ἔτι Ἰουδαίων ταπεινοτέροις χρεία ἐστὶν ἧς ἁπλῶς γραπτοῦ νόμου παραγγελίας καὶ ὑποθέσεως. Εἰ δέ τις τ πρῶτον κ) τ δεύτερον τρόπον τῆς πρὸς ἀρετὴν φερούσης ὁδοῦ διακρούσεται, ἀνάγκη τοῦτον κἂν ἐκ τῆς τ ἄλλων σπουδῆς καὶ φροντίδος, τῆς τε κατ' ὀφθαλμὸς αὐτὸ, τῆς τε δι' ἀκοῆς καὶ διηγήσεως πρὸς αὐτὸν καταυλώσης, πόθῳ θείῳ διεγερθῆναι, καὶ τ τῆς ψυχῆς ὕπνον ἐξ ἑαυτοῦ ἀποτινάξασθαι, καὶ τ σπουδῇ καὶ λεθλιμμένην ὁδεῦσαι ὁδὸν, καὶ τῆς αἰωνίου λοιπὸν ἀπάρξασθαι ζωῆς. καὶ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐξουσίᾳ κεῖται, τῷ πόθῳ τ μελλόντων, τ παρόντων ὡς παρερχομένων καταφρονῆσαι, ἢ πάλιν πόθῳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τ παρόντων, τ ἀπεραντίων ἀγαθῶν ἀπολυχεῖν· καὶ ὅτι ἀληθὴς τὸ λεγόμενον, ἐλέγχουσιν ἡμᾶς, πάντες μὲν οἱ ἀπ' αἰῶνος ἄνθρωποι, οἱ τῷ θεῷ εὐαρεστήσαντες, τῆς ἡμετέρας καὶ αὐτοὶ φύσεως ὑπάρχοντες, μᾶλλον ἢ οἱ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ φωστῆρες ἀναδειχθέντες· ὧν εἷς καὶ οὗτος ὁ πάνσοφος Συμεὼν καθέστηκεν, καὶ πολύγε τ πλειόνων αἰδεσιμώτερος, διόπερ εἰς τοσοῦτον καθαρότητος

A Τῷ, ἢ ἀπαθείας ὕψῳ ἀνέδραμλν, ὥστε δῆθ τ δοκούντων ἰοῖς ἐμπαθεστέροις ἢ σαρκοδεστέροις μόλυσμὸν καὶ βλάβλν καὶ ἐμπόδιον ᾗ πρὸς ἀρετὴν βίου αὐτοῖς ἐμποιεῖν, δῆθ τῶν οὕτω ὁ καθαρώτατος, ὥσπερ μαργαρίτης δῆθ βορβόρου ἀμολύντως διώδευσε. Λέγω δὴ δῆθ τῆς ἐν πόλει διατριβῆς, καὶ τ τ γυναικῶν ἀναστροφῆς, καὶ τ λοιπῆς βίε ἀπάλης, δεῖξαι σπεύσας ἀληθῶς τοῖς ῥαθυμοτέροις ἢ προφασιζομένοις ἀδυναμίαν πρὸς τ καθ' ἀρετὴν βίον, τῷ ὄντι θεῦ παρεχομένλν δύναμιν τοῖς γνησίως ἐκ ψυχῆς ἀπάσης αὐτῷ λειτουργοῦσιν, ἢ τ πνευμάτων τ πονηρίας.

3 Ἀ'λλ' ἢ πάντας, οὓς τ προκειμένης ἡμῖν προθέσεως ἀγγελικῆς αὐτε πολιτείας διηγήσεως ἀκροωμένους ἢ ἐντυγχάνοντας, μὴ φόβε δῆ Κυρίε τοῖς λεγομένοις προσέχειν, ἢ τῆς πεπούσης ἀληθινῆς χριστιανοῖς πίστεως ἀδιαστάκτε. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι τοῖς ἀφρονεστέροις ἢ καταφρονηταῖς, ἄπιστα δόξομεν ἢ λέγειν, ἢ γελοίων ἄξια. Εἰ ἢ ἤκουσαν τε ἐπόντος· Ὁ θέλων σοφός εἶναι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. καὶ πάλιν· ἡμεῖς μωροὶ δῆθ Χριστόν. καὶ πάλιν· ὅτι τὸ μωρὸν τε θεε, σοφώτερον τ ἀνθρώπων ἐστὶν, οὐκ ἂν τοῖς ἐκτὸς τούτου τε ὄντως ἀθλητε καταγελασθεῖσιν ὡς γελοίοις προσεῖχον. Ἀ'λλ' ἢ μᾶλλον ἢ πλέον τ τὰς λοιπὰς τ ἀρετῆς πολιτείας μετελθόντων ἐθαύμαζον. Οὐ ἢ δὲ ἀγύμναστος ἔλι ὢν, τε ἐπισταποῦντος δεόμενος ἐπὶ τ κόσμον ἐχώρησεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τ πολεμικῶν παρατάξεων ὁρῶμεν γινόμενον, ὅτ' ἂν ἅπας ὁ στρατὸς ὁμοθυμαδὸν ἔσηκεν, οἵλινες τῇ τε θεε δυνάμει, ἢ τοῖς ἐπικειμένοις αὐτοῖς στρατιωτικοῖς ὅπλοις, καὶ τῇ διαφόρῳ πολεμικῇ καὶ πολυχρονίῳ ἐμπειρίᾳ καταθαῤῥοῦσιν, οὗτοι ἢ μόνοι εἰς μονομαχίαν ἐκ τε πλήθους ἢ τ ἀνλιπάλων ἐκπηδῶσιν· Οὕτω καὶ αὐτὸς ποιεῖ, ὅτ' ἂν καλῶς ἢ νομίμως τ καλὸν ἀ'γῶνα ἐπύκτευσεν. Οτ' ἂν ἓῃ δὲ πνεύματος δυνάμει ἑαυτὸν ἐνθωρακισμένον ἴδεν, ὅτ' ἂν τ δύναμιν κατ' αὐτε, δὲ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, ἢ σκορπίων, εἴληφεν, ὅτ' ἂν τ τ σαρκὸς πύρωσιν, τῇ δὲ ἁγίε πνεύματος δρόσῳ κατέσβεσεν, ὅτ' ἂν ἀπάσης τῆς τε βίε αὐτε τυφῆς καὶ δόξης, ὡς ἀραχνης, κατέπτυσεν.

4 Καὶ τί δεῖ πλέον λέγειν; ὅτ' ἂν τ ἀπάθειαν ὡς ἱμάτιον ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν διὰ ταπεινοφροσύνης περὶς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο, καὶ τῆς ὑοθεσίας κατηξιώθη, ἓῃ τῷ φωνὴν, τ ἐν τῷ ἄσματι τ ἀσμάτων, πρὸ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀπαθοῦς ψυχῆς εἰρημένλν· Ὅτι ὅλη καλή, φησιν ὁ Χριστὸς πρὸς τὴν ψυχὴν, ὅλη καλὴ ἡ πλησίον με, καὶ μῶμος ἐν αὐτῇ οὐκ ἔστιν. Τότε ἢ αὐτὸς ἐπὶ τ κόσμον, ὥσπερ εἰς μονομαχίαν, ἐκ τῆς ἐρήμε ἓῃ τε διαβόλε θεόλεκτος ἐξεπήδησεν· οὐ δίκαιον γὰρ ᾠ'ετο τ οὕτω πρὸς θεὸν τιμηθέντα ἢ ὑψωθέντα, τῆς τ ὁμοφύλων καταφρονίσεως σωτηρίας, ἀλλὰ μνημονεύσας τε εἰπόντος· ἀγαπήσεις τ πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν, ὃς ἢ μορφὴν δούλε ἐνδύσασθαι ἀτρέπτως, διὰ τὴν τε δούλε σωτηρίαν, οὐκ ἀπηξίωσεν. Μιμεῖται καὶ αὐτὸς τ δεσπότην τ οἰκεῖον, τ οἰκείαν ἀληθῶς ψυχὴν καὶ σῶμα θεὶς, ἵνα πινὰς σώσει. Ἀναγκαῖον ᾗ πρὸ πάντων, τ τρόπον τῆς εἰς τ κόσμον ἐκ τῆς ἐρήμε αὐτε ἐλεύσεως ὑμῖν διηγήσασθαι. Εἶθ' οὕτως τὰ παράδοξα αὐτε καὶ ἀξιοθαύματα πράγματα.

B

C

turæ; maxime verò qui in *a* ætate noſtra, luminaria apparuerunt. Quorum unus hic ſapientiſſimus Symeon *b* extitit, multorum præ multis venerabilior. Eò quod ad tantum puritatis & impaſſibilitatis faſtigium conſcendit, ut per ea, quæ in via virtutis videntur afferre piaculum, damnum, ac impedimentum illis, qui pravis affectionibus & carni adſtrictiores ſunt, per ea, inquam, puriſſimus ille Symeon, ſicut margarita, impollutè tranſierit. Loquor ſanè de commoratione ejus in civitate, mulierum converſione, & reliqua vitæ ejus fraude; feſtinans verè oſtendere, deſidioſioribus, & impotentiam cauſantibus ad vitam cum virtute tranſigendam, præberi à Deo vires, ſincerè ex tota anima ipſi miniſtrantibus, contra ſpiritus malitiæ.

A. LEONT. Ex Mss. *a* *b*

Symeonis exemplo probatur.

3 Rogo autem omnes, qui de angelicæ converſationis ejus, quæ præ manibus eſt, narratione audiunt vel legunt, ut cum timore Domini attendant iis, quæ dicuntur, & verace, quæ Chriſtianos decet, atque inconcuſſa fide. Novimus enim futurum, ut iis, qui amentiâ & contemptu laborant, incredibilia videamur dicere, & riſu digna. Si verò audiverunt dicentem: Qui vult ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Et iterum: Nos ſtulti propter Chriſtum. Et iterum: Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; non rebus ab illo verò pugile geſtis, tamquam ridiculis, attendant; ſed potius & plus mirentur, quam eos, qui in ceterarum virtutum curriculo verſati ſunt. Nec enimverò adhuc inexercitatus exiſtens & præfecti indigus, in mundum venit; ſed quemadmodum in bellicis ordinibus fieri videmus, dum univerſus exercitus ſimul ſtetit; aliqui propriæ, ſeu potius Dei virtuti, & bellicis armis, quæ in promptu ſunt, & diverſæ in bellicis rebus, ac diuturnæ experientiæ confidunt; hi vel ſoli ad ſingulare certamen è multitudine contra adverſarios exſiliunt. Sic & ille fecit, quando bellè & legitimè pulcrum certamen certavit; quando virtute ſpiritûs tamquam thorace indutum ſe vidit; quando virtutem ab ipſo accepit calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones; quando carnis inflammationem rore Spiritus ſancti extinxit; quando univerſas vitæ hujus delicias & gloriam, ſicut araneam, contempſit.

Geſta ejus miranda.

E

F

4 Et quid verbis opus eſt? quando impatibilitatem, tamquam veſtimentum intra & extra per humilitatem ad ſe attraxit, & filii adoptivi dignitatem eſt conſecutus, juxta vocem, quæ in Cantico canticorum, de purâ & paſſionis experte anima, eſt dicta: Quia tota pulcra, dicit Chriſtus ad animam, tota pulcra, quæ mihi propinqua eſt, & macula non eſt in ea. Tunc ille in mundum tamquam in ſingulare certamen ex ſolitudine contra diabolum à Deo electus exſiliit. Non enim putabat æquum eſſe, ut, qui ita à Deo honoratus & exaltatus eſſet, proximi negligeret ſalutem; ſed memor illius, qui dixit: Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum; qui & formam ſervi induere immutabiliter, propter ſervi ſalutem, non eſt dedignatus; ipſe etiam imitatur Dominum ſuum, propriam verò animam & corpus ponens, ut haberet, quos ſalvaret. Neceſſarium verò eſt, ante omnia vobis narrare, quo pacto è ſolitudine in publicum prodierit: poſtea de rebus ab ipſo geſtis, quæ opinionem ſuperant, & admiratione dignæ ſunt, habiturus ſum ſermonem.

Cant. 4.

1 Cor. 3. 1 Cor. 4. 1 Cor. 1.

Matth. 5. 19. 22.

ANNOTATA.

a *Leontius itaque S. Symeoni coævus.*

b *Ab Evagrio lib.* 4. *Eccl. Hiſtor. cap.* 33, *& Nicephoro lib.* 17 *Eccl. Hiſtor. ſcribitur* Συμεώνης, *& Latinè redditur* Symeones.

A. LEONT. Ex Ms.

CAPUT I.

Symeonis & Joannis peregrinatio ad loca ſancta, occaſio melioris vitæ.

QUo tempore regnabat ſanctus *a* Juſtinianus Imperator, Chriſticolis convenientibus, & ſancta Chriſti loca adorare deſiderantibus, quæ ſunt in Sancta civitate, ſecundum conſuetudinem, in *b* exaltatione pretioſæ ac vivificæ Crucis (Noſcunt autem omnes, qui convenire ibi ſolent in hoc ſancto & celeberrimo feſto, quod fere ex univerſo terrarum orbe concurrant populorum turbæ, quibus crux & Chriſtus in amoribus eſt) In eodem hoc celebri feſto contigit duos quoſdam juniores, è Syria *c* oriundos, ſibi mutuò occurrere, Deo ſic diſponente. Nomen uni erat Joannes, & nomen alteri Symeon. Conſumptis ibidem paucis diebus, & ſancto Dei feſto finito, receſſit deinceps unuſquiſque ad propriam civitatem. A quo tempore juxta benigni Dei beneplacitum duo hi juniores cœperunt agere familiariter, & diligere inter ſe, non amplius à ſe mutuo ſeparati ſunt. Ideo dum redirent ad propria, redierunt ſimul cum ſuis etiam parentibus. Nam Joannes patrem quidem habebat, non autem matrem; & erat junctus uxori tum temporis. Erat enim quaſi annorum viginti duorum. Symeon verò patrem quidem non habuit, ſed ſolam matrem anum, quaſi annorum octoginta; neminem verò alium omnino habuit. Omnes itaque erant unius comitatus, & poſtquam deſcendebant in vallem Hiericho *d*, & tranſierant civitatem, contemplatur Joannes monaſteria, quæ jacent circumcirca Jordanem, & dicit Syriacè Symeoni: Noſti quinam habitent in illis hoſpitiis ex adverſo noſtrûm? Dicit ei ille: Quinam? Joannes autem dicit: Angeli Dei. Dicit ei Symeon, veluti miratus: An licet videre ipſos? Dicit ei ille: Si fiamus, ut aliqui ex ipſis, licet. Sedebant itaque duo hi in equis, erant quippe perquam divites eorum parentes. Cum ergo ſtatim deſcendiſſent ex equis, dederunt eos ſervis ſuis, dicentes: Præcedite nos: ſimulabant enim in loco ſedere. Caſu autem inventi ſunt in via, quæ deviat *e*, & quæ ducit ad ſanctum *f* Jordanem.

6 Stetit igitur uterque, & dicit Joannes, digito oſtendens Symeoni: En via, quæ ducit ad viam ſancti Jordanis, & en via quæ ducit ad mortem, oſtendens ei viam publicam, per quam præceſſerant parentes eorum. Agedum itaque, oremus, & ſtemus unuſquiſque noſtrûm in una ex illis, & ſortiamur, & hanc, quæ ſorte obtigerit, viam ingrediamur. Inclinato igitur genu, & editis ſuſpiriis, dixerunt: O Deus, ô Deus, ô Deus, qui vis univerſum mundum ſalvare, Tu ipſe voluntatem tuam manifeſta ſervis tuis. Et dum ipſi ſortem ducerent, fortè vicit decem Symeon à Joanne. Stabat autem in via, quæ ducit ad ſanctum Jordanem. Tunc hilares facti, omnium ſuarum facultatum, & parentum, tamquam ſi eſſent ſomnus, obliti, complexi alter alterum oſculatique ſunt. Erant autem litteris Græcis apprimè inſtituti, & multâ prudentiâ ornati. Hæc verò omnia virtute præſtans Symeon enarravit alicui in urbe Emeſa *g* (ubi & ſtultum ſe ſimulavit) diacono ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ ejuſdem Emeſenorum civitatis, viro mirabili & virtute conſpicuo, qui etiam ex divina gratia, qua

a *Peregrinatio Hieroſolymitana*

b

Symeoni

c

B

C

e

f

& ſocio ejus Joanni

d

occaſio ſanctioris vitæ.

g

Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως, παραγινομένων τῶ Φιλοχρίσων, καὶ τοὺς ἁγίους τοῦ Χριστοῦ τόπους προθυμουμένων προσκυνεῖν, τοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει καὶ συνήθειαν, ἐν τῇ ὑψώσει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Γινώσκουσιν ἢ πάντες οἱ ἐκεῖσε παραγενόμενοι εἰωθότες ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ πανυμνήτῳ ἑορτῇ, ὅτι σχεδὸν ὁπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης συντρέχουσι τῶ λαῶν τὰ φιλόσταργα, καὶ Χριστοφόρα πλήθη. Ἐν τῇ αὐτῇ ἀοιδήμῳ ἑορτῇ, συνέβη, δύο νεωτέρους, ἀπὸ Συρίας ὄντας, συντυχεῖν ἀλλήλοις κατ' οἰκονομίαν θεοῦ. ὄνομα τῷ ἑνὶ Ἰωάννης, καὶ ὄνομα τῷ ἑτέρῳ Συμεών. Ὡς οὖν διέτριψαν ἐκεῖσε ἡμέρας ὀλίγας, καὶ τῆς ἁγίας καὶ θεοῦ ἑορτῆς τελειωθείσης, ἀνεχώρει λοιπὸν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Ἐπεὶ κατ' εὐδοκίαν τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ ἦλθον οἱ δύο οὗτοι νεώτεροι τὴν συντυχίαν καὶ τὴν ἀγάπην μετ' ἀλλήλων, ὥστε ἐπ ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων. Διόπερ καὶ ἐπὶ τὸ ἀναλύσαι εἰς τὰ ἴδια, ὁμοθυμαδὸν ὥδευσαν μετὰ καὶ τῶν γονέων αὐτῶν. εἶχεν μὲν γὰρ ὁ Ἰωάννης πατέρα μὲν γέροντα, μητέρα δὲ οὐ· ἦν δὲ καὶ ζεύχθεὶς γυναικὶ ἐν αὐτῇῳ τῷ χρόνῳ. ἦν γὰρ ὡς ἐτῶν κβ'. Ὁ δὲ Συμεὼν πατέρα μὲν ὥστε εἶχεν, μητέρα δὲ μόνην γραῦν ὡς ἐτῶν π', οὐδένα δὲ ἄλλον τὸ σύνολον εἶχεν· πάντες οὖν ἦσαν μία συνοδία, καὶ ὡς κατέβησαν τὸ κατώφορον τῆς Ἱεριχῶ, καὶ ἐπέρασαν τὴν πόλιν, θεωρεῖ τὰ μοναστήρια τὰ πέριξ τοῦ Ἰορδάνου ὁ Ἰωάννης, καὶ λέγει τῷ Συμεών· Οἶδας τινες μένουσιν εἰς τὰ ὁσπίτια ταῦτα ἀπέναντι ἡμῶν; λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, τίνες; ὁ δὲ Ἰωάννης φησὶν, ἄγγελοι τοῦ θεοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ Συμεὼν ὡς θαυμάσας· δυνάμεθα ἆρα ἰδεῖν αὐτούς; λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, ἐὰν γινόμεθα ὡς τινες ἐξ αὐτῶν, ναί. Ἐκαθέζοντο οὖν καὶ οἱ δύο εἰς ἵππους, ἦσαν γὰρ εὔποροι σφόδρα οἱ τούτων γονεῖς· Κατελθόντες οὖν εὐθέως ἀπὸ τῶν ἵππων, ἔδωκαν αὐτοὺς τοῖς δούλοις αὐτῶν, εἰπόντες· προλάβετε ἡμᾶς. προσεποιήσαντο γὰρ πρὸς τόπον καθέζεσθαι. Κατὰ συγκυρίαν ἢ εὑρέθησαν ἐπάνω τῆς παρεσπαρτιζούσης ὁδοῦ, καὶ ἀποφερούσης εἰς τὸ ἅγιον Ἰορδάνην.

6 Ἐστάθησαν οὖν ἀμφότεροι, καὶ λέγει ὁ Ἰωάννης, ὑποδεικνύων τῷ δακτύλῳ τῷ συμεών· ἰδοὺ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, καὶ ἰδὲ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὸ θάνατον, δείξας αὐτῷ τὴν ὁδὸν τὴν δημοσίαν, δι' ἧς προέλαβον οἱ γονεῖς αὐτῶν. Δεῦρο οὖν δεξώμεθα, καὶ καθῶμεν ἕκαστος ἡμῶν εἰς μίαν ἐξ αὐτῶν, καὶ λάχωμεν, καὶ εἴτινι λάχει, ἐκείνῳ τὴν ὁδὸν προσώμεθα. Κλίναντες οὖν γόνυ, καὶ στενάξαντες εἶπον· ὁ θεὸς, ὁ θεὸς, ὁ θεὸς, θέλων ὅλον τὸν κόσμον σῶσαι, αὐτὸς τὸ θέλημά σου φανέρωσον τοῖς δούλοις σου. καὶ λαχόντων αὐτῶν, ἔλαχεν ὁπὸ τοῦ Ἰωάννου δέκα ὁ Συμεών. ἵστατο δὲ εἰς τὴν ὁδὸν τὴν ἀποφέρουσαν εἰς τὸ ἅγιον Ἰορδάνην. Τότε προχαρεῖς γενόμενοι, ἀπάντων τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, καὶ τῶν γονέων ὡς ὄναρ ἐπιλαθόμενοι, κρατήσαντες κατεφίλησαν ἑαυτούς. Ἦσαν ἢ καὶ τὰ γράμματα τὰ ἑλληνικὰ εἰς ἄκρον ἐκμαθόντες, καὶ φρονήσει πολλῇ κεκοσμημένοι. Ταῦτα ἢ πάντα ἐξηγήσατο ὁ ἐνάρετος Συμεών τινι ἐν Ἐμέσῃ, ἔνθα καὶ τὸ σκλὸν προσεποιήσατο, διακόνῳ τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Ἐμεσινῶν πόλεως, ἀνδρὶ θαυμασῷ, καὶ ἐναρέτῳ, ὃς καὶ ἐκ τῆς προσούσης αὐτῷ θείας χάριτος, ἐνό-

E

F

A ησε τῷ ἐργασίαν τῦ γέροντ@, εἰς ὃν καὶ θαῦμα φοβερὸν ἐπόίησεν οὗτ@ ὁ μακάρι@ Συμεών, οὗτιν@ θαύματ@ ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ μνημονεύσομεν. Οὗτ@ οὖν ὁ εἰρημέν@ Θεοφιλὴς Ἰωάννης, ὁ ἐνάρετ@ διάκον@ ; αὐτὸς ἡμῖν τ ἅπαντα βίον ἀκριβὲς τῦ πανσόφυ διηγήσατο, τ κύριον προβαλλόμεν@ τ λεγομένων μάρτυρα, ὡς ὅτι οὐδὲν τῇ προσθήκῃ ἐπέβλαψε τῷ διηγήματι, ἀλλὰ μᾶλλον τ τὸ πλεῖστα ἐκ τ χρόνυ ἐπελάθετο.

7 Κατερχομένων δ' αὐτῶν, φημι, τ ὁδὸν τὴν ἀληθῶς εἰς τὴν ζωὴν αὐτὲς ὁδηγήσασαν, ἦν ἰδεῖν αὐτὲς ἀγαλλιωμένες καὶ τρέχοντας, ὡς Πέτρον καὶ Ἰωάννην ὅτι τ ζωοποιὸν τῦ Κυρί@ τάφον, καὶ ἀλλήλες τῇ προθυμίᾳ διεγείροντες, καὶ προθυμοποιοῦντες. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης ἐφοβεῖτο, μήπως ἡ συμπάθεια τ μητρὸς ἀνακόψῃ τ Συμεών. Ὁ δ' πάλιν ἐδίσταζε, μὴ ἡ προσπάθεια τ νεογάμυ γυναικὸς, ὥσπερ μαγνῆτις λίθ@, πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέψῃ τ Ἰωάννην. Καὶ λοιπὸν ἐκ τούτυ ἕτερ@ πρὸς τ ἕτερον νουθετήσεις καὶ παρακλήσεις ἐκέχρηντο λόγοις· καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν· μηδὲν ῥαθυμήσῃς, ἀδελφὲ Συμεών· ἐλπίζομεν γὰρ εἰς τ θεὸν, ὅτι τῇ σημερινῇ ἡμέρᾳ ἀνεγεννήθημεν· τί γὰρ ἡμᾶς τὰ μάταια ἐκεῖνα τῦ βίου πράγματα, καὶ ὁ πλοῦτ@ ὠφελήσει ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἐξωνάντο, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ βλάψαι ; ἴδε ἡ νεότης πάλιν, καὶ τὸ κάλλ@, τὸ προσκείμενον τῷ σώματι ἡμῶν εἰς τέλ@ ἀμάραντον διαμένει. ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῦ γήρους τῷ καιρῷ, ἢ ἐπὶ θανάτυ γε προσκαίρου ἀπόλυτιν. καὶ ὡ, ταῦτα καὶ πολλῷ πλείονα ἔλεγεν πρὸς τ Συμεῶνα ὁ Ἰωάννης, πάλιν ἀντεφθέγγετο ἐκεῖν@, καὶ τὰ ὅμοια ἐδυσώπει καὶ ἔλεγεν· ἐγὼ μὲν, ἀδελφὲ Ἰωάννη, ἔτε πατέρα ἔτε ἀδελφὸν, ἔτε ἀδελφὰς κέκτημαι, εἰ μὴ τ ταπεινὴν μητέρα ἐκείνην, τ ἐμὲ γεννήσασαν· ἐ τοσοῦτον γὰρ πόνον ὀμίζομαι περὶ ἑαυτῦ, ὅσον σου τὴν καρδίαν φοβοῦμαι, μήπως τὸ κρᾶσμα * τ νεογάμυ γυναικὸς ἀποσπάσῃ σε ἐκ τ ὁδῦ ταύτης τ ἀγαθῆς. Ὡς ἓν ταῦτα καὶ πλείονα τούτων πρὸς ἀλλήλους ἀντεφιλολογοῦντο, καταντῶσιν εἰς μοναστήριον τὸ καλούμενον τῦ Ἀββᾶ Γερασίμυ. ἦσαν γὰρ καὶ τοῦτο δεξάμενοι· ὅτι κύριε ὁ θεὸς, ἐν οἵῳ κελεύεις ἡμᾶς καταξιωθῆναι μοναστηρίῳ, θύραν ἀνεῳγμένην εὑρεῖν, ὅπερ καὶ γέγονε. διὸ οὖν ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ ἀνὴρ θαυμαστὸς ὀνόματι Νίκων, ἄνθρωπ@ ἀληθῶς τῇ τῦ πρωτηρείαν, καὶ τὴν πολιτείαν κτησάμεν@. Νίκων γὰρ ὑπῆρχε πᾶσαν δαιμονικὴν παράταξιν, θαύμασι καὶ σημείοις καταλάμπων, καὶ προφητείας ἀξιώματι ὑπὸ θεῦ τετιμημέν@, ὃς καὶ πρώην τῦ τούτων τ μακαρίων παρουσίαν, φησὶ γὰρ ἑωρακέναι αὐτὸν καὶ τοὺς ὕπνυς τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ παρεγένοντο, τινὰ λέγοντα αὐτῷ· ἀνάστα καὶ ἄνοιξον τὴν θύραν τ ποίμνης ἵνα εἰσέλθωσι τὰ πρόβατά μου, ὅπερ καὶ ἐποίησεν·

8 Ὡς οὖν παραγενόμενοι εὗρον τ θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ τ ἀββᾶν καθεζόμενον, καὶ προσμένοντα αὐτούς· εἶπεν ὁ Ἰωάννης τῷ Συμεών· καλὸν σημεῖον, ἀδελφὲ, ἰδοὺ ἡ θύρα ἀνοικτὴ, καὶ ὁ ὁστιάριος καθήμεν@· ὡς οὖν ἐπλησίασαν, λέγει αὐτοῖς ὁ ἡγούμεν@· καλῶς ἦλθον τὰ πρόβατα τ Χριστῦ· λέγει οὖν εὐθέως τῷ Συμεών· Καλῶς ἦλθες, Σαλέ, ἀληθῶς δέκα σε ἀπὸ τ ἀββᾶ Ἰωάννυ. τὰ γὰρ δέκα σε προμένυσιν· ἔλεγεν τ ὅλ@ τ τελειότητα τ καθ' ὑπερβολὴν βίου. Δεξάμεν@ οὖν αὐτὲς ὡς θεοπέμπτυς, ἀνέπαυσε. Καὶ τῇ ἑξῆς ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν, πρὸ τ εἰπεῖν αὐτῷ, ὡς ὄντι κυρίου· καλὴ, καλὴ, καὶ ἀξία ἡ πρὸς θεὸν ἀγάπη ὑμῶν, μόνον, ἐὰν μὴ ὑπὸ τ ἀντιδίκυ τ σωτηρίας ἡμῶν ταύτην χαυνώσητε σβεσθῆναι. Καλὸς ὁ δρόμ@ ὑμῶν, ἀλλὰ μὴ ἐνδώσητε τρέχοντες ἄχρις τ στεφανωθῆτε. καλὴ ἡ πρόθεσις

tia, quâ pollebat, intellexit, operationem Symeonis, in quem idem iſte beatus Symeon ſtupendum contulit miraculum; cujus miraculi faciemus mentionem ſuo loco *b*. Idem itaque prædictus, Dei amans; & virtute inſignis Joannes diaconus, omnem penè vitam ſapientiſſimi Symeonis nobis expoſuit; Deum teſtatus de iis quæ dicebat, tantumque abeſſe, ut aliquid addendo narrationi, veritatem ejuſdem contaminaſſet; quin potius multa lapſu temporis eſſet oblitus. A. LEONT. Ex Mss. *b* Hiſtoriam hanc unde hauſerit auctor.

7 Dum itaque (ut dicebam) viam ingrederentur; quæ verè ducebat eos ad vitam, videre ipſos erat exultantes & currentes (non ſecus ac Petrum & Joannem ad vivificum Domini ſepulcrum) & mutuo alter alterum deſiderio & alacritate excitabant. Nam Joannes metuebat ne affectus matris Symeonem retardaret. Hic rurſum hærebat dubius, an non propenſio novæ nuptæ, ſicut magnes lapis, ad ſe convertiſſet Joannem. Et in poſterum ex illo tempore, monitoriis & conſolatoriis inter ſe utebantur ſermonibus. Et hic quidem dixit: Neutiquam torpeas, frater Symeon; ſperamus enim in Deum, hodierna die nos eſſe regeneratos. Quid enim nobis ſtultæ illæ vitæ res, & divitiæ prodeſſe in die judicii poſſint; imo potius quid poſſint niſi nocere? Nec rurſum juventus, nec pulcritudo, inhærens noſtro corpori, immarceſcibilis permanet uſque in finem; ſed vel tempore per ſenecturem vel mortem intempeſtivam perit. Et dum hæc & multo plura dixiſſet ad Symeonem Joannes; iterum hic reſpondit, & ſimilia verebatur, & dicebat: Ego quidem, Joannes frater, neque patrem, nequo fratres, neque ſorores habeo, præter humilem anum illam, quæ me genuit. Nec de hac re laboro tantùm, quantum timeo ne cor tuum novæ nuptæ deſiderium abſtrahat à bona hac via. Hæc igitur atque his plura inter ſe amicè conferentes, perveniunt ad monaſterium, quod vocatur Abbatis Geraſimi *i*. Nam hoc etiam oraverant: Domine Deus, in quo jubes nos monaſterio collocari, inveniamus januam apertam; quod & factum fuit. Erat itaque in hoc monaſterio Vir mirabilis, nomine Nicon, homo cui verè congrua *k* cognominatio converſationi erat indita. Nam vincebat omnem diabolicam legionem, miraculis & ſignis effulgebat, & prophetiæ dignitate erat à Deo honoratus; qui etiam beatus hoſce affore præmovit. Dixit enim vidiſſe ſe in ſomnis illa die, qua advenerunt, aliquem, qui dicebat ipſi: Surge & aperi januam gregis, ut ingrediantur oves meæ; quod & fecit. Symeonis & ſocii. *i* preces. *k* *l* ſancta colloquia.

8 Poſtquam ergo adveniſſent, invenerunt januam apertam, & Abbatem ſedentem, & ipſos expectantem. Dixit Joannes Symeoni: Bonum ſignum, frater, ecce janua aperta, & oſtiarius ſedens. Dum igitur appropinquaſſent, dicit ipſis Hegumenus *l*: Bene venerunt oves Chriſti. Dicit ſtatim Symeoni: Bene veniſti Sale; verè decem *m* tua ab Abbate Joanne. Decem enim te manent. Dicebat autem propter perfectionem vitæ cum virtute degendæ. Poſtquam itaque illos excepiſſet tamquam à Deo miſſos, quieſcere fecit. Et die poſtera cœpit ipſis dicere, priuſquam ei loquerentur, utique in Domino: Bona, bona & digna veſtra in Deum dilectio. Si modo non permittatis eam extingui ab adverſario ſalutis veſtræ. Bonus curſus veſter; verum ne deficite currentes, donec coronemini. Bonum propoſitum ingreſſus ad Niconem Abb. *m* divinitus præmonitum.

A. LEONT. Ex Mss.

vestrum; verum ne dormitate, ut non tepescat ignis, qui corda vestra hodie comburit. Bene illa, quæ manent, præposuistis iis, quæ pereunt. Boni quidem vestri secundum carnem parentes, & bonum illis servire: at sine comparatione melius est, patri cælesti placuisse. Boni fratres corpore: at fratres spiritu conducibiliores. Boni amici propter Christum, quos habetis in mundo: verum melius sanctos habere amicos & benignos apud Dominum. Boni præsides, quos habetis in necessitate contra eos, qui habent potestatem: verum non sunt tanti, quanti est habere sanctos angelos pro nobis supplicantes. Bona & laudabilis diviti distributio pecuniarum, & pietas in pauperes & beneficentia: sed neutiquam Deus tam quærit aliam à nobis oblationem, quam animarum nostrarum. Dulcis quidem vitæ bonorum fruitio: verum æquasi non potest deliciis paradisi. Jucundæ quidem divitiæ, & desiderabiles multis hominibus; verum non sunt æquales iis, quas oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.

Ejus hortatio ad virtutem,

1 Cor. 2.

Psal. 44.

9 Dilectabilis pulcritudo juventutis: verùm nihil simile est pulcritudini Christi, cælestis sponsi. Dicit enim David: Speciosus formâ præ filiis hominum. Magnum militare terreno regi: verum talis militia ad tempus est, & periculosa. Hisce & talibus monens illos Sanctus, cessare ab admonitione nolebat, spectans ex oculis eorum fontes lacrymarum effluentes. Ac veluti si divinum sermonem [prius] non audivissent, ita attendebant iis, quæ [tum] dicebantur. Iterum ergo conversus ad Symeonem, dicit: Ne te afflicta, neque lacryma canitiem dominæ tuæ matris. Nam multo magis illam consolari potest Deus, per certamina tua exoratus, quam tuus conspectus. Etenim si apud illam, usque ad mortem ejus perseverates, incertum enimverò, an tu ante illam è vita non excederes, destitutus virtutibus; & excederes, non habens, qui te à futuris malis possit liberare. Non enim matris, non patris dilectio, non fratrum turba, non divitiæ, non gloria, non conjugale vinculum, non filiorum affectus, judicem placare possunt; sed vita virtuti consona, & suscepti propter Deum labores ac molestiæ. Iterum ergo ad Joannem dixit: Neque tibi, fili, animarum nostrarum hostis subjiciat: Quisnam parentum meorum senectutem pascet? Quis vitæ consortem consolabitur? Quis illorum lacrymas sistet? Nam si illos alterius Dei curæ reliquissetis, & venissetis ad serviendum alteri; recte soliciti essetis, an quis eorum curam gerat, & consoletur, an non. Jam verò postquam accurristis ad illum, cui eos reliquistis, & vos ipsos consecrastis, oportet confidere, atque illud considerare; quod si, dum sumus in hoc mundo, & vitæ servimus, omnium gessit curam Dei bonitas; quanto magis curabit nunc domos nostras, quando, servituri ipsi, & placituri ex tota anima exivimus.

pluribus verbis

continuata.

Matth. 8.

10 Igitur, filii, memores Domini, dicentis ad eum, qui ajebat, Permitte mihi reverti primum & sepelire patrem meum; Sine mortuus sepelire mortuos suos, mentem induite, quæ mutari haud possit, nec vos pœniteat currere pone ipsum. Quid enim? Si quis terrenus rex & obnoxius corruptioni, acciret vos, zonâ induere volens, ut in patritiorum, & cubiculariorum ordinem adscripti, terreno palatio ejus, quod præterit, & tamquam umbra & somnium evanescit, præsidetis; nonne contemneretis omnes facultates vestras

ὑμῶν, ἀλλὰ μὴ νυσάξητε, ἵνα μὴ χλιανθῇ τὸ θερμὸν ὑμῶν τὰς καρδίας σήμερον πῦρ. καλῶς τὰ μέλοντα προεπιμήσασθε τῶν ἀπολλυμένων. καλοὶ μὲν εἰ κατὰ σάρκα ὑμῶν γονεῖς, καὶ καλὸν τὸ τούτοις δουλεῦσαι· κάλλιον δὲ ἀνενκαίσως τῷ ἐπουρανίῳ πατρὶ εὐαρεστῆσαι· καλοὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ σωματικοὶ, ἀλλ' οἱ πνευματικοὶ, συμφορώτεροι. καλοὶ οἱ φίλοι, οἱ διὰ Χριστὸν, οὓς ἔχετε ἐν τῷ κόσμῳ· ἀλλὰ κάλλιον τοὺς ἁγίους ἔχειν φίλους, καὶ δυνατοὺς πρὸς τὸν δεσπότην. καλοὶ οἱ προστάται, οὓς ἔχετε ἐν ἀνάγκαις πρὸς τοὺς δυναίστας· ἀλλ' οὐκ εἰσὶν οὕτως, ὡς τὸ ἔχειν τοὺς ἁγίους ἀγγέλους ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύοντας. καλὴ καὶ ἐπωφελὴς ἡ τῶν χρημάτων τοῦ δεομένου μετάδοσις, καὶ ἡ εἰς τοὺς πτωχοὺς εὐσέβεια, καὶ φιλοπόνια· ἀλλὰ πολλῷ οὕτω ζητεῖ ὁ θεὸς παρ' ἡμῶν προσφορὰν, ὡς τὸ προσενέγκαι αὐτῷ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. γλυκεῖα μὲν ἡ τῶν τοῦ βίου καλῶν ἀπόλαυσις· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴση τοῖς τρυφῆς τοῦ παραδείσου. τερπνὸς μὲν ὁ πλοῦτος καὶ ἐπιθυμητὸς τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴσος ὢν ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὓς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.

B

C

D

9 Τερπνὸν τὸ κάλλος τῆς νεότητος· ἀλλ' οὐδὲν ὡς τὸ τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου Χριστοῦ· φησὶν γὰρ ὁ Δαυὶδ· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. μέγα τὸ στρατεύεσθαι τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ· ἀλλὰ πρόσκαιρος ἡ τοιαύτη στρατεία, καὶ ἐπικίνδυνος. Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις νουθετῶν αὐτοὺς ὁ ὅσιος, παύσασθαι τῆς νεθεσίας οὐκ ἐβούλετο, θεωρῶν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν πηγὰς δακρύων ἐκχεομένας· ὡς μήπω γὰρ ἀκούσαντες λόγου θείου, οὕτως ἴσοις λεγομένοις προσεῖχον. Πάλιν οὖν γραφεὶς πρὸς τὸν Συμεών, λέγει· μὴ θλίβου, μὴ δάκρυε τὴν πολιὰν τῆς κυρίας σου μητρὸς· καὶ γὰρ πολλῷ πλέον σε προσώπου σου φιλοῦσαν παραμυθήσασθαι αὐτὴν ὁ θεὸς, δυσωπούμενος ὑπὲρ σῶν αἰώνων. εἰ γὰρ καὶ ταύτην ἄχρι τελευτῆς αὐτῆς προσεκαρτέρεις, ἀλλὰ ἄδηλον, εἰ σὺ πρὸ αὐτῆς τὸν βίον ὑπεξέρχῃ, ἔρημον τῶν δεήσεων ὑπαρχόντων, καὶ ἀπήρχου μὴ ἔχων τὸν δυναμένον σε τῶν μελλόντων κακῶν ῥύσασθαι. οὐδὲ γὰρ μητρὸς, οὐ πατρὸς ἀγάπη, οὐκ ἀδελφῶν πλῆθος, οὐ πλοῦτος, οὐ δόξα, οὐ γυναικὸς δεσμὸς, οὐ τέκνων διὰ παίδεια τὴν κρίσιν δυνάσθαι δυσωπῆσαι, ἀλλ' ἡ ἐναρέτου πολιτεία, καὶ οἱ τὸν θεὸν πόνοι καὶ κάμοι. Πάλιν οὖν πρὸς τὸν Ἰωάννην ἔφη· μήτε σοι, τέκνον, ὁ ἐχθρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν ὑποβάλλῃ· πῆς ἄρα ἐκ τῶν ἐμῶν γονέων συμβουλήσει; πῆς δὲ ἐμὴν σύμβιον παραμυθήσεται; πῆς τὰ ἐκείνων δάκρυα καταπαύσει; εἰ μὲν γὰρ πρὸς ἕτερον θεὸν τούτους ἐγκατελείφατε, καὶ πρὸς ἕτερον δεσπότην ἀπήρχεσθε, καλῶς ἂν ἐμεριμνᾶτε, εἰ ἄρα φροντίζει αὐτῶν καὶ παραμυθεῖται, ἢ οὔ. Νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν, ᾧ τούτους ἐγκατελείψατε προσφερόμενοι, καὶ ἑαυτοὺς ἀφιερώσαντες, θαρρεῖν χρὴ, κἀκεῖνα δὲ λογίζεσθαι· ὅτι εἰ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ὄντων ἡμῶν, καὶ τῷ βίῳ θαλλόντων, πάντων προνοίαν ἐποιεῖτο ἡ τοῦ θεοῦ ἀγαθότης, πόσῳ γε μᾶλλον ἐκ φρουτίσει νῦν τῶν ἡμετέρων οἴκων. ὅτε δυναίμεθα αὐτῷ, καὶ δυάρεστοι αὐτῷ ὁλοψύχως ἐσπουδάσθημεν.

E

F

10 Τοίνυν, ὦ τέκνα, μνημονεύοντες τοῦ κυρίου εἰπόντος πρὸς τὸν εἰπόντα, ἐπίτρεψόν μοι, ὑποστρέψαι πρῶτον, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου, ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. ἀμεταστρόφῳ γνώμῃ καὶ ἀμεταμελήτῳ καρδίᾳ καταθεράπευτε ὀπίσω αὐτοῦ. Τί γὰρ ἄρα; εἰ καὶ ὁ ἐπίγειος ὑπὲρ καὶ φθαρτὸς βασιλεὺς προτρέψατο ὑμᾶς, ζώσαι βουλόμενος, εἰς πατρικίους, καὶ κουβικουλαρίους ἐπιγεῖσαι αὐτοῦ παλατίῳ, τὰ παρερχόμενα, καὶ ὡς σκιᾶς καὶ ἐνυπνίῳ, ἀφανιζόμενα, ἄρχειν, ἐκ καταφρονήσατε ἂν ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων

A ὑμῖν, καὶ σπουδαίως καὶ ἀνεμποδίστως πρὸς αὐτὸν καταλαμβάνητε, τὸ παρ' αὐτοῦ τιμῶν, καὶ τὸ αὐτοῦ ἄψεως καὶ παῤῥησίας ἀπολαύειν ἐπιθυμοῦντες, καὶ πάντα πόνον, καὶ κόπον, καὶ θάνατον προσείλασθε ὑπομένειν, μόνον, ἵνα τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἰδεῖν ἀξιωθῆτε, ἐν ᾗ μέλλει ὁ βασιλεὺς ἅπασης τῆς συγκλήτου δέχεσθαι, καὶ στρατεύειν, καὶ φιλοτιμεῖσθαι ὑμᾶς; τί δὴ φησάντων οὕτως ἔχειν, εἶπεν ὁ μέγας Νίκων· πολλῷ μᾶλλον ἔν, τέκνα, μὴ πλείονι σπουδῇ, καὶ κατανύξεως τῷ ἀφθάρτῳ καὶ αἰωνίῳ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων καταντᾶν καὶ ἀκηλιδήτοις ἡμᾶς, οἱ δύγνώμονες δῆλοι ὀφείλομεν, μνημονεύοντες τῆς ἀγάπης, ἧς ἐνεδείξατο εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ οὐκ ἐφείσατο δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν; ὥστε οὖν εἰ καὶ τὰ ἑαυτῶν αἵματα ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξεχέαμεν, οἱ τῷ αἵματι αὐτοῦ τὸ φθορᾶς καὶ τῷ θανάτῳ λυτρωθέντες, καὶ εἰς υἱῶν γνησίων τάξιν εἰσποιηθέντες, ἃ ἦν οὕτως ἀντάξιόν τι προσηνέγκαμεν αὐτῷ· ἃ γὰρ ὅμοιόν ἐστιν ἐκχυθῆναι αἷμα βασιλικὸν, καὶ αἷμα δουλικὸν, ἀδελφοί.

stras, diligenterque & ſine impedimento ad ipſum accederetis, honoribus, qui ab ipſo ſunt, & conſpectu ejus, & collocutione frui diſideranteſ? Nonne laborem omnem, & moleſtiam, & mortem præeligeretis ſuſtinere, ideo ſolum, ut digni eſſetis videndi diem illum, quo futurum eſſet, ut rex cum omni ſuo ſenatu vos exciperet & [quo] vos militaretis & honoribus afficeremini? Cum autem illi dicerent, ita eſſe; dixit magnus Nicon: Quanto itaque magis, filii, cum majore diligentia & compunctione ad corruptionis expertem, & ſempiternum regnantium regem accurrere & ſequi nos, ſi volumus eſſe grati ſervi, debemus, in memoriam revocantes dilectionem, quam oſtendit Deus erga nos, ut filio ſuo unigenito non pepercerit noſtrâ causâ, ſed pro nobis omnibus tradiderit illum? Itaque tametſi ſanguinem quiſque noſtrum pro ipſo effunderemus, qui ejus ſanguine ab interitu & morte ſumus redempti, & in genuinorum filiorum ordinem adſcripti, nihil adeo ſat dignum ipſi reddiderimus. Nam ſanguinem regis effuſum eſſe, fratres; & ſanguinem ſervi, nimium quantum differt. A. Leont. Ex Mss.

ANNOTATA.

B a Multo latius olim Sancti nomen quam hodie patuit, teſte Velſero in Comm. ad Convers. S. Afræ; Epiſcopi vulgo Sancti, Sanctiſſimi, Beatiſſimi dicebantur.... Reliqui etiam Chriſtiani, certè probatæ vitæ, Sancti, quamquam adhuc mortales. Conſtantinus orationem, quam ad Chriſtianam eccleſiam ſcripſit, ad Sanctorum cœtum inſcripſit. *Ita Stengelius in Commentario ad Vitam B. Wilhelmi Hirſaugienſis; de quo nos* IV *die hujus menſis.* E

b *Oſtendi populo Crux, & proferri adoranda ſolebat, non ſolum in contigua Paſchæ die, ſed etiam in media jejuniorum hebdomade, quæ nobis eſt quadrageſima tertia, pront dicitur ad diem* III *Maii. Idem fiebat & cum multò majore concurſu populi, in feſto Exaltationis S. Crucis* XIV *Septembris. Uti colligitur è Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, ea occaſione converſa, de qua die* II *Aprilis.*

c *Orti Edeſsâ Meſopotamiæ urbe, quæ à Juſtino Imperatore reſtaurata, Juſtinopolis quoque dicta fuit, auctore Euagrio lib.* IV *Eccl. Hiſtor. Cap.* VIII.

d *Urbs quondam notiſſima Palæſtinæ,* 150 *ſtadiis diſtans Jeroſolymis in ortum, Jordanem fluvium verſus* 60, *teſte Adrichomio. A Joſue everſa fuit, reſtauratori ejus imprecante diras; nunc verò in viculum redacta eſt, jacetque in planitie perampla, montibus in theatri formam circumdata, amœnitate & palmarum fructu inſignis.*

e Deviare, à via deflectere, *Græco-barbarè* προστρατεύειν, *vel* προστρατίζειν, *ab Italico & Latino,* Strada, & Strata. *Vide Cangium. Interpres apud Surium derivavit à voce* στρατὸς, exercitus, *atque hoc ſenſu reddidit:* Contigit autem ut invenirentur in via, quæ declinat à via militari, *non ſatis apte, ut mihi quidem videtur.*

f *Fluvius Palæſtinæ celeberrimus, qui oritur in Galilæa, in limite Celeſyriæ, ex duobus fontibus* Jor & Dan *dictis, ad radices montis Libani.*

g *Urbs Syriæ, aliis* Emeſſa & Emiſſa, *vulgo* Hemz. *Nos* Emeſam *ſcribimus, modum ſcribendi Græcum ſecuti. Archiepiſcopali ſede claruiſſe, Chriſtianis in Syria rerum potientibus, ac quatuor* C *epiſcopatibus imperaſſe, auctor eſt Tyrius. Sita eſt ad Orontem fluvium inter Arethuſam ad Septentrionem, & Laodiceam ad meridiem.* F

h *Capite ſeptimo, invenies.*

i *Actum de illo fuit quinta die Martii.*

k *A verbo* νικάω, vinco, *cujus participium eſt* νικῶν, vincens, *aut* victor.

l ἡγούμενος, Abbas, monaſterio præfectus.

m Dum ipſi ſortem ducerent, ſorte vicit decem Symeon à Joanne, *uti dictum ſupra.*

CAPUT II.

Vita monaſtica, apparitiones

ΤΑῦτα δὴ πάντα καὶ πλείω τούτων ὑπετίθετο αὐτοῖς ὁ θεοφόρος προγνοὺς καὶ πληροφορηθεὶς ἐκ τοῦ θεοῦ τὸ προκείμενον αὐτοῖς ἀγῶνα καὶ δρόμον, λέγω δὴ τὸ ἐρημικὸν καὶ ἄοικον παντελῶς καὶ ἀναχωρητικὸν βίον. ἃ τὸ τυχὸν δὴ ὑπάρχειν ὑπελάμβανεν, τοῦτο, ἃδ' ὡς ἔτυχεν τοῖς πολλοῖς, καταφρονούμενον, καὶ ἀμέμπτως ὑπιπελλόμενον, μᾶλιστα ὁρῶν σώματα ἁπαλὰ, καὶ ἱματίοις μαλακοῖς ἠμφιεσμένα, καὶ νεότητα ἀπὸ τρυφηλοῦ βίου ἀναπεθραμμένην, καὶ ἐν ἀνέσει πάσῃ καὶ ἀπάτῃ συνειθισμένην. ὅθεν ὁ σοφὸς ἰατρὸς καὶ διδάσκαλος τῇ ἐνούσῃ αὐτῷ θείᾳ γνώσει καὶ πείρᾳ, τύπους τοῖς τοιούτοις ὑποδείγμασιν καὶ παραῤῥήσεσιν ὑφλίσας, λέγει πάλιν ἀμφοτέρους·

HÆc omnia, atque hiſce plura ſuggerebat ipſis Vir Deifer, præſcius divino monitu & certior factus inſtare illis certamen & curſum, ſolitariam videlicet, domo penitus carentem, & anachoreticam vitam. Non enim reputabat hoc vitæ genus leviter, nec communi multorum more amplectendum eſſe & perficiendum; maximè quando videbat tenella corpora, & veſtimentis mollibus induta, & juventutem in deliciis enutritam, & omni relaxationi & deceptioni obnoxiam. Unde ſapiens medicus & magiſter divina notione, quæ ei inerat, & experientiâ, illos exemplis hujuſmodi & monitis munitos, iterum ambos *Alia Nicetis monita.*

A. LEONT. Ex MSS.

compellat : An capitis vestri comam tonderi vultis, an in laico *a* habitu, quo induti estis hodie, aliquantisper perseverare ? Quasi uno consilio, seu potius uno Spiritu sancto acti, ambo acciderunt ad pedes Hegumeni, rogantes ipsum, ut mox & sine procrastinatione eos tonderet. Et dixit Symeon : nisi hoc faceret multa cum festinatione, statim ipsos discessuros ad aliud monasterium. Nam simplex erat & innocuus; Joannes autem majore sapientia, & rerum notitia præstabat. Nec mora : Sanctus Nicon unumquemque eorum seorsum prehendit, periculum volens facere, quam fervidâ rerum, è materia concretarum, fecessione *b* ad Deum accederent. Et quædam ipsi dixit, conatus moram injicere, ne illa die tonderetur, sed nullo operæ fructu, neque alterutro eorum consentiente. Ivit itaque ad alterum, & dixit : Ecce persuasi fratri tuo ut laicus, qualis est, maneat ad unum usque annum. Statim itaque illi respondit is, cui hoc dixerat : Si vult ille manere, maneat; verè, Pater, hoc ego non sustineo. Atque hoc dixit ipsi Symeon, quando seorsum cum eo locutus fuit : Festina, Pater, per Dominum [oro] etenim multum tremit meum cor propter Joannem fratrem, ne, quoniam ab anno uxorem duxit prædivitem & formosam, rursus rapiatur ipsius desiderio, & ab amore divino deficiat.

a probatio.

b Symeonis

D

12 Joannes iterum seorsim multa cum prece & lacrymis (utpote qui ea multo vivacius præ oculis habebat, quam frater Symeon) eidem viro spectatæ virtutis illud dixit : Ne permitte, Pater, ut fratrem meum amittam propter te. Etenim sola ipsi est mater, sed tam impensè amabant inter se, ut non posset duas horas sine ipsa transigere; sed usque hodie dormirent simul, & mater ejus, & ipse; neque noctu separari possent. Id quod maximè me urit & exedit, donec ipsum tonsum videro, & tandem de eo non amplius laborem. Audiit vir magnus alterius de altero curam, & certus quod non confundat Deus, neque despiciat eos, qui ex toto corde & fide non hæsitante ad ipsum confugiunt, adducto forfice, & eo, quo par est, ordine, altari superimposito, illos totondit *c*, & exutis eorum vestibus, induit eos aliis ad commiserationem quidem, sed simul ad sanctimoniam accommodatis. Compatiebatur ipsis vir sapiens & commiseratione plenus propter teneram corporis constitutionem, & molestiam, cui non assueverant. Postquam tonsi essent, Joannes ubertim flevit. Sed Symeon innuebat ut desisteret, omnino ignarus cur fleret. Existimabat enim ipsum flere præ dolore erga parentes suos, & dilectione conjugis suæ. Tonsura & synaxi absolutis, denuo consedit Hegumenus, per totam penè diem ipsos admonens. Sciebat enim eos non longo tempore apud se commoraturos, hoc quoque ita dispensante Deo. Posterâ ergo die, quæ erat sancta Dominica, dare ipsis volebat sanctum habitum. Dum nonnulli fratrum ipsis dicebant : Beati estis, quia cras regenerabimini, & mundabimini ab omni peccato, ut mundati fuistis eadem die, qua fuistis baptizati : turbati uterque ad divinum Niconem cucurrerunt, vespere Sabbati, & pedibus ejus acciderunt, dicentes : Rogamus te, pater, ne nos baptizes; nam Christiani sumus, & Christianis orti parentibus. Ille ignarus quidnam audivissent è patribus cœnobii, dixit ad ipsos : Quisnam baptizare vos vult, filii ? Dixerunt : Domini

ac Joannis fervor,

tonsura, *c*

C

simplicitas

Βάλεσθε ἢ κόμιν τ̃ κεφαλῆς ὑμῶν ἀποκήρασθαι, ἢ τέως μικρὸν χρόνον ἐνδιατρίψαι τῷ ἐπικειμένῳ ὑμῖν σήμερον ℣ λαϊκῷ σχήματι; ὥσπερ ἦ ἐκ μιᾶς σκέψεως, μᾶλλον δὲ ἐξ ἑνὸς πνεύματος ἀγίου, ἔπεσαν ἀμφότεροι ἐπὶ τοὺς πόδας ℣ ἡγουμένου, αἰτοῦντες αὐτὸν, δίχεως ἢ ἀνυπερθέτως κουρεῦσαι αὐτούς. ἢ ἔλεγεν ὁ Συμεὼν, ὅτι εἰ μὴ τάχιστα ποιήσει δι' ὀλίγης ℣ τάχους, δίχεως ἀπέρχεσθαι αὐτὸς εἰς ἕτερον μοναστήριον· ἁπλοῦς γὰρ ἢ ἀπέραντος ὑπῆρχεν· ὁ δὲ Ἰωάννης σοφώτερος, ἢ γνῶσιν πλείονα κεκτημένος. ἔλαβεν οὖν δίχεως ἕνα ἕκαστον αὐτῶν κατ' ἰδίαν ὁ ὅσιος Νίκων, δοκιμάσαι βουλόμενος ἀμφοτέρων τὴν θερμὴν ἐπιταγὴν, εἰ τῷ θεὸς ἢ θεόν, ἢ ἔλεγεν αὐτῷ τινὰ, ἀναπήδησιν αὐτὸν πειράζων, ℣ μὴ καρῆναι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, εἰ ὅλως ἦ τὸ σμῆλος· ὃ δὲ ἕτερος αὐτῶν σωθεὶς ἤρχετο πρὸς τὸν ἕτερον, ἢ ἔλεγεν αὐτῷ· ἰδοὺ τὸν ἀδελφόν σου ἔπεισα μεῖναι τέως ἕνα ἐνιαυτὸν, ὡς ἔστιν λαϊκός. δίχεως οὖν ἀπεκρίνατο αὐτῷ, πρὸς ὃν τοῦτο ἔλεγεν· ἐὰν θέλει ἐκεῖνος μεῖναι, μεινάτω, ὅλως, πάτερ, ἐγὼ οὐκ ἀνέχομαι. ℣ τοῦτο ἦ εἶπεν αὐτῷ ὁ Συμεών, ὅτι κατ' ἰδίαν ἐλάλησεν αὐτῷ· Σῶσον, πάτερ, διὰ τὸν κύριον, ℣ γὰρ πολύ με τέρπει ἡ καρδία διὰ τὸν ἀδελφὸν Ἰάννιλον, ὅτι ἀπ' ἔτους ἐζεύχθη γυναικὶ, πάνυ δύπορῳ ℣ ὡραίᾳ, μὴ πάλιν ὁ πρὸς αὐτὴν πόθος ἁρπάσει αὐτὸν, ℣ ἐκλείψει ἐκ ℣ πρὸς θεὸν πόθου.

E

12 Πάλιν ἦ ὁ Ἰωάννης πρὸς ℣ μόνας, τῷ αὐτῷ ἐναρέτῳ ἀνδρὶ εἶπεν μὴ πολλῆς ἱκεσίας ℣ δακρύων· ℣ γὰρ ἐκέκτητο αὐτὰ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ φυσικῶς πλείω ℣ ἀδελφοῦ Συμεών· πάτερ μὴ ἀποστερέσω τ̃ ἀδελφόν μου διὰ σοῦ, ℣ γὰρ μητέρα κέκτηται μόνον, ℣ τοιοῦτος ἦν ὁ ἑκατέρου πόθος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτὸν πεῖσαι δύο ὥρας ἔξωθεν αὐτῆς, ἀλλ' ἕως σήμερον ἐκοιμῶντο ἀμφότεροι, ἥτε μήτηρ αὐτὸς ℣ αὐτὸς, μήτε νυκτὸς χωρίζεσθαι δυνάμενοι· ὅπερ μάλιστα καίει ℣ τρώγει με ἄχρις ἂν κουρεύθεντα αὐτὸν ἴδω. ℣ τελείως ἀποπεριμνήσω πρὸς αὐτό. τῆς παρ' ἀμφοτέρων οὖν ὡσεὶ τ̃ εἰς ἄπληκτος φροντίδος ἤκουσεν ὁ μέγας, ℣ πληροφορηθεὶς, ὡς ὁ καταγχύνει ὁ θεὸς, ὁ ℣ παρεμβλέπει τοὺς ὁλοψύχως ℣ ἀδιστάκτως αὐτῷ προσδεχομένους, ἀγαλλιᾶν τὸ ψαλλόμενον, ℣ μὴ τ̃ προσηκούσης τάξεως, πεφηκὼς ὑπὸ τῆς ἁγίας θυσιαστηρίου, ἐκέρδυσεν αὐτούς, ℣ ἐνδύσας τὰ ἱμάτια αὐτῶν, ἐνέδυσεν αὐτοὺς, οἰκτιρμὸν μὲν, ὅμως ἅγιον, ἐλεῶν αὐτοὺς ὁ σοφὸς ℣ συμπαθέστατος, διὰ τὴν ℣ σώματος αὐτῶν ἀπαλότητα, ℣ ἀσυνείδητον κακοπάθειαν. κουρευομένων ℣ αὐτῶν, ὁ μὲν Ἰωάννης ἔκλαιεν πάνυ· ὁ ℣ Συμεὼν ἔνυσεν τοῦτον παύσασθαι, μὴ νοῶν ὅλως τὸ διὰ τί κλαίει· ἐδόκει γὰρ ὅτι ἀπὸ λύπης τ̃ γονέων αὐτοῦ, ℣ τ̃ ἀγάπης τ̃ γυναικὸς αὐτοῦ κλαίει. μετὰ ἓν τὸ κουρευθῆναι αὐτὸς, ℣ τὴν ἁγίαν σύναξιν ἐπιτελέσαι, ἐκαθέζετο πάλιν ὁ ἡγούμενος, διὰ πάσης σχεδὸν τ̃ ἡμέρας νουθετῶν αὐτούς. ℣ δεῖ γὰρ ὅτι οὐ πολυχρονοῦσιν πρὸς αὐτὸν, ℣ θεοῦ καὶ τοῦτο οἰκονομήσαντος. τ̃ οὖν ἑπαύριον ἐβούλετο, οὗσης ἁγίας κυριακῆς, δοῦναι αὐτοῖς ℣ τὸ ἅγιον σχῆμα. ὡς οὖν τινες τ̃ ἀδελφῶν ἔλεγον αὐτοῖς, Μακάριοί ἐστε, ὅτι αὔριον ἀναγεννᾶσθε, ℣ γίνεσθε καθαροὶ ὡς ἐγεννήθητε ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, ὡς ἵνα αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐβαπτίσθητε, ἐβαπτίσθησαν, ℣ ἔδραμον ἀμφότεροι πρὸς τ̃ θεῖον Νίκωνα, ὀψὲ τῷ σαββάτῳ, ℣ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ προσπίπτοντες λέγοντες· δεόμεθά σου, πάτερ, μὴ βαπτίσῃς ἡμᾶς, χριστιανοὶ γὰρ ἐσμὲν ℣ χριστιανῶν γονέων. ὁ ℣ μὴ γνοὺς τί ἦσαν ἀκηκοὼς ὑπὸ τ̃ ℣ κοινοβίου πατέρων, ἔλεγεν πρὸς αὐτούς· τίς γὰρ, τέκνα, θέλει βαπτίσαι ὑμᾶς; οἱ ℣ εἶπον, οἱ κύριοι οἱ

F

simplicitas

Domini

A δέσπόται ἡμῶν, οἱ τοῦ μοναστηρίου πατέρες, λέγουσιν ἡμῖν, ὅτι αὔριον ἐξαναβαπτίζεσθε. Τότε συνῆκεν ὁ ἡγούμενος, ὅτι περὶ τοῦ ἁγίου σχήματος εἶπον αὐτοῖς. καὶ λέγει πρὸς αὐτούς. Καλῶς εἶπον, ὦ τέκνα, καὶ γὰρ τοῦ κυρίου εὐδοκοῦντος, αὔριον θέλομεν ἐνδύσαι ὑμᾶς τὸ ἅγιον καὶ ἀγγελικὸν σχῆμα. Ὡς ἐνόησαν οἱ ἀπόνηροι τοῦ Χριστοῦ παῖδες, μηδὲν αὐτοὺς ἐλλείπειν τοῦ ἐνδύματος τοῦ μοναχικοῦ, λέγουσιν τῷ ἀββᾷ· τί γὰρ, πάτερ, ἄλλο τίποτε χρήζομεν, ἵνα ἐνδυσώμεθα τὸ ἀγγελικὸν ἐκεῖνο, ὃ λέγεις, σχῆμα;

13 Ἦν δὲ μέγας οὗτος τῇ προλαβούσῃ ἑβδομάδι, ἐν ᾗ καὶ ὑπῆρχεν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἡ ὕψωσις, δεδωκώς τινι τῶν ἀδελφῶν νεωτέρῳ σχῆμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐκ ἦν ἀκμὴν πληρώσας τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, ἀλλ' ἔτι ἐφόρει πάντα, ὥς ἐστιν ἡ κατάστασις, ὃν ἐπέτρεψεν ὁ μέγας εὐθέως εἰς μέσον ἀχθῆναι. Ὡς οὖν ἦλθε, θεωροῦσιν αὐτὸν ἀμφότεροι, καὶ ἔπεσαν εὐθέως εἰς τοὺς πόδας τοῦ ἀββᾶ, καὶ εἶπον αὐτῷ, δεόμεθά σου, ἐὰν οὕτως ἡμᾶς μέλλεις ἐνδύειν, καὶ τοιαύτης τιμῆς καὶ δόξης ἀξιοῦν, ἀφ' ἑσπέρας ποίησον, μή πως ἄνθρωποι ὄντες, διὰ τῆς νυκτὸς φθάσῃ ἡμῖν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἀπέλθωμεν τῆς τοιαύτης δόξης καὶ χαρᾶς, καὶ τοῦ τοιούτου ὀψικίου καὶ στεφάνου ἀποτυχόντες· ὡς οὖν ἤκουσεν αὐτῶν ὁ ἡγούμενος εἰρηκότων τῶν τοιούτου ὀψικίου καὶ στεφάνου ἀποτυγχάνειν, ἐνόησεν ὀπτασίαν αὐτοὺς εἰς τὸ ἅγιον σχῆμα φορουῦντα ἑωρακέναι, καὶ ἐπέστρεψεν ὑπελθεῖν αὐτὸν ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ, ὅπου ἦν ἐξ οὗ ἐνεδύσατο τὸ ἅγιον σχῆμα. Τούτου οὖν ἀπελθόντος, ἐλυπήθησαν σφόδρα οἱ παῖδες τοῦ Χριστοῦ, καὶ λέγουσιν τῷ ἡγουμένῳ, διὰ τὸν κύριον, πάτερ, ἀνάστα, ποίησον ἡμᾶς ὡς ἐκεῖνον, ὅτι εἰς τὸ μοναστήριόν σου ὅλον ἄνθρωπος ἐν τῇ τοιαύτῃ τιμῇ οὐκ ἔστιν, ὡς ἐκεῖνος. Λέγει αὐτοῖς ὁ ἀββᾶς· ποίᾳ τιμῇ; τότε εἶπον, μὰ τὸν ἀξιοῦντα ἡμᾶς, πάτερ, τοῦ σχήματος αὐτοῦ καὶ τῆς τιμῆς, μακάριοί ἐσμεν καὶ ἡμεῖς, ἐὰν ὑπὸ τοσούτου πλήθους μοναχῶν μετὰ κηρίων ὀψικευόμεθα, καὶ τοιοῦτον στέφανον λαμπρὸν λάμποντα ἐπὶ τῆς ἡμετέρας κεφαλῆς φορέσομεν. ἐνόμιζον γὰρ καὶ τὸν ἡγούμενον βλέπειν τὰ ὑπ' αὐτῶν ὁρώμενα. διὰ τοῦτο γνοῦς, οὐδὲ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι αὐτὸς οὐδὲν εἶδεν, ἀλλ' ἐσιώπησεν, καὶ κατεπλάγη τὴν πολλὴν ἀκεραιότητα καὶ καθαρότητα, μάλιστα δὲ τοῦ Συμεών.

14 Τοῦτο δὲ χαριεστάτως ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ μέγας, ὅτι αὔριον ἐνδύομεν καὶ ὑμᾶς διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος. μετὰ οὖν τὸ λαβεῖν αὐτοὺς τὸ ἅγιον σχῆμα, ὡς διεβεβαιοῦτο ὁ ὁσιώτατος διάκονος, διϊσχυρίζετο ὁ ἀψευδὴς Συμεὼν, ὅτι τὰ πρόσωπα ἀλλήλων ἐθεωροῦμεν τῇ νυκτὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ὁμοίως τοῦ πρότερον ὑπ' αὐτῶν θεαθέντος, στέφανον ἐπὶ τῆς τοῦ ἑτέρου κεφαλῆς ὁ ἕτερος. Ἐν τοιαύτῃ δὲ χαρᾷ ἦν, φημι, ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ὥστε μὴ δὲ θέλειν ἡμᾶς εὐχερῶς τροφῆς μεταλαμβάνειν ἢ πώσεως. Μετὰ οὖν δύο ἡμέρας τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς τὸ ἅγιον ἔνδυμα, θεωροῦσιν τὸν πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν τοῦτο λαβόντα, εἰς ὃν καὶ τὸν στέφανον καὶ τοὺς ὀψικεύοντας ἐθεάσαντο, καὶ ἐφόρει σακκομάχιν, καὶ ἐποίει διακονίαν. καὶ λοιπὸν οὐκ ἔτι οὔθε τὸν στέφανον αὐτῷ περικείμενον, οὔτε πάλιν τοὺς μετὰ κηρίων ὀψικεύοντας μοναχοὺς ἐκέκτητο, καὶ ἐθαύμασαν. καὶ λέγει ὁ Συμεὼν τῷ Ἰωάννῃ· πίστευσον, ἀδελφὲ, ἐὰν καὶ ἡμεῖς πληρώσωμεν τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἑπτὰ, οὐκ ἔτι ἕξομεν τὴν εὐπρέπειαν ταύτην, καὶ τὴν χάριν. καὶ λέγει ὁ Ἰωάννης· καὶ τί θέλεις ἵνα γένηται ἀδελφέ; Λέγει αὐτῷ πάλιν, ἐὰν ἀκούσῃς μου, ἵνα ὥσπερ ἐγκατελείψαμεν, καὶ ἀπεταξάμεθα τῶν κοσμικῶν, ἀποταξώμεθα τελείως ἀπὸ πάσης πνοῆς. ἄλλον γὰρ βίον καὶ ξένα πράγματα θεωρῶ ἐν τῷ σχήματι τούτῳ. ἀφ' ἧς γὰρ αὐτὸ ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ἐνέδυσεν ἡμᾶς, καίονται τὰ ἔσωθέν μου, οὐκ οἶδα πόθεν, καὶ ζητεῖ

Domini ac heri nostri, monasterii patres, dicunt nobis: Cras rebaptizabimini. Tunc intellexit Hegumenus quod ipsis dixissent de sancto habitu. Et dixit ad illos: Rectè dixerunt, filii; cras enim sancto & angelico *d* habitu, si Deo visum fuerit, induere vos volumus. Ubi innocui pueri Christi intellexerunt, nihil in se desiderari, ut monasticum vestimentum induerent, dicunt Abbati: sed enim quanam alia re indigemus, Pater, ut induamur angelico illo, quem dicis, habitu?

A. LEONT. Ex Ms.

d

13 Præterita autem hebdomade, quâ colebatur exaltatio pretiosæ Crucis, vir iste magnus juniori cuidam fratrum, sanctum dederat habitum, & tum temporis necdum expleverat septem dies, sed ferebat adhuc omnia, quæ constitutio exigebat. Quem vir magnus in medium produci permisit. Ubi ergo venit, contemplantur illum ambo, & acciderunt illico ad pedes Abbatis, & dixerunt ipsi: Oramus te, si animo fixum sedet sic nos vestire, & tali honore & gloria dignari, ab hoc vespere id agito, ne fortè, quoniam homines sumus, humani aliquid per noctem nobis contingat, & discedamus tali gloria & gaudio, nec non tali obsequio & corona frustrati. Postquam ergo eos audiisset Hegumenus dixisse de tali obsequii & coronæ privatione, intellexit vidisse eos apparitionem in eo, qui ferebat sanctum habitum, & permisit eum ire ad locum suum, ubi erat, à quo tempore induerat sanctum habitum. Postquam ille abierat, valdè doluerunt Christi pueri, & dicunt Hegumeno: Propter Dominum, Pater, assurge, & fac nos tales, qualis est ille; nemo enim in toto monasterio, est homo, quem non anteeat honore. Dicit eis Abbas: Quali honore? Tunc dixerunt: Per eum, Pater, qui nos dignatur hoc habitu & honore, beati sumus & nos, si à tali monachorum multitudine, cereos gestantium, fuerimus stipati, & talem coronam, splendidè lucentem, gestaverimus in nostro capite. Putabant enim Hegumenum etiam vidisse ea, quæ ipsi conspexerant. Hoc cognito, non dixit ipsis se nihil vidisse, sed tacuit, & simplicitatem magnam ac puritatem obstupuit, potissimùm Symeonis.

apparitio

E

14 Hoc autem gratiosissimè eis dixit Vir magnus: Die crastina vos quoque sancto habitu induemus, adspirante Spiritus sancti gratiâ. Quo assumpto, prout affirmavit sanctissimus diaconus, innocuus Symeon asseveravit, mutuos se vidisse vultus tempore noctis, sicut in die, & similes illi, qui ante apparuerat, alterum in alterius capite coronam. Tanto autem, aiebat, nostra mens affecta erat gaudio, ut nec cibum nec potum gustare luberet. Exactis itaque ab assumpto sancto habitu, duobus diebus, contemplantur illum, qui ante septem dies eum assumpserat, quem etiam coronatum & comitatum conspexerant (ferebat hic mantile & ministrabat; sed non amplius deinceps coronam capiti impositam, nec rursum monachos cum cereis comitantes habebat) & mirati sunt. Dicitque Symeon Joanni: Crede, frater, tametsi etiam nos septem hosce dies impleverimus, non adhuc elegantiam illam & gratiam sumus habituri. Et dicit Joannes: Quid vis ut fiat, frater? Cui ille iterum: Si me audis, ut res seculares, quas reliquimus, & valere jussimus, perfectè toto animi nisu valere jubeamus. Aliam namque vitam & res novas contemplor in hoc habitu. Ex quo enim, eodem nos induit Dei servus, flagrant mea præcordia, nescio unde, & quærit

habitus monasticus.

F

A. LEONT. Ex Ms.

rit anima mea non videre quemquam, neque alloqui, nec audire. Dicit ei Joannes: Et quid comedemus, frater? Cui Symeon: An comedunt, qui pascentes *e* vocantur, de quibus heri Dominus Nicon sermonem quoque ad nos habuit? Nam forsan ipse etiam volens, ut nos hujusmodi vitam amplectamur, exposuit nobis quam vitæ rationem teneant, quomodo dormiant *f*, & quidquid ad illos pertinet. Deinde dicit Joannes; & quomodo? Quia neque cantum, neque eorum institutum novimus.

e

f

g 15 Tunc Deus aperuit cor abbatis *g* Symeonis, qui dixit: Qui servavit eos, qui ante Davidem placuerunt Deo, nos quoque servabit; &, siquidem fiamus digni, nos item docebit, prout docuit Davidem, quando in solitudine pascebat oves. Noli, frater, desiderium meum retardare. Quod superest, ne rem, quo animum appulimus, reddamus irritam. Tum dominus Joannes dixit: Faciemus, uti vis. At quomodo exibimus? Nam noctu clauditur ostium. Dicit ei Symeon: Qui illud nobis aperuit interdiu, idem ille noctu aperiet. Stabilito igitur consilio, statim, ubi advenit nox, Hegumenus videt aliquem in somnis, aperientem ostium monasterii, & dicentem: Exite oves Christi signatæ ad pascua vestra. A somno excitatus, statim ad januam pervenit, quam ubi invenisset apertam, ratus exinde egressos; consedit mœstus, gemensque & dicens: Non eram dignus ego peccator, patrum meorum preces accipere. Illi sanè erant patres mei, & domini, ac magistri: Ideo scopum, quem sibi præfixerunt, non sum assecutus. Papæ! Quam pretiosi lapides, ut loquitur Scriptura, latentes supra terram volvuntur; qui à multis quidem videntur, sed à paucis apprehenduntur. Dum hæc mœstus secum agitabat, ecce puri sponsi Christi veniunt ut egrediantur, ante quos contemplabatur purissimus hegumenus Nicon eunuchos aliquot, quorum alii ferebant lampades, alii sceptra manu tenebant.

novum vitæ genus.

B

ἡ ψυχή μου μὴ θεωρῆσαί τινα, μήτε λαλῆσαι, ἢ ἀκοῦσαί τινος. λέγει αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, καὶ τί φαγώμεθα ἀδελφέ. Λέγει αὐτῷ Συμεών. εἰ τι φαγοῦσιν οἱ ἀκούοντες βοσκαὶ, ὡς καὶ ὧν καὶ χθὲς εἶπεν ἡμῖν ὁ κύριος Νίκων; Θάρσα δὲ καὶ αὐτὸς θέλων, ἵνα τοιοῦτον βίον διάξωμεν, διηγήσατο ἡμῖν τὸ πῶς ζῶσιν, καὶ πῶς κοιμῶνται καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτούς. Εἶτα φησὶν ὁ Ἰωάννης, καὶ πῶς; ὅτι οὔτε ψάλλα, οὔτε τὴν κατάστασιν παρελάβομεν. D

15 Τότε ἀνέῳξεν ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν τοῦ ἁγίου Συμεών, καὶ εἶπεν· Ὁ σώσας σοὺς τοὺς τοῦ Δαυὶδ εὐαρεστήσαντας αὐτῷ, σώζει καὶ ἡμᾶς. Εἰ δὲ καὶ ἄξιοι γενώμεθα, διδάσκει καὶ ἡμᾶς, ὡς ἐδίδαξεν τὸν Δαυὶδ, ὡς ἦν εἰς τὰ πρόβατα εἰς τὴν ἔρημον, μὴ θελήσῃς ἀνακόψαι τὴν προθυμίαν μου ἀδελφέ. ἀλλὰ λοιπὸν, ὅτι εἰς τοῦτο τὸ πράγμα ἐδώκαμεν ἑαυτοὺς, μὴ ἀφανίσωμεν αὐτό. Τότε ὁ κύριος Ἰωάννης εἶπεν· ὡς θέλεις, ποιήσομεν. πῶς οὖ καὶ ἐξερχόμεθα, ὅτι ἡ θύρα κλείεται τῇ νυκτί; Λέγει αὐτῷ Συμεών· Ὁ ἀνοίξας ἡμῖν τῇ ἡμέρᾳ, αὐτὸς ἀνοίγει καὶ τῇ νυκτί. Ὡς οὖν ἔσησαν τὸν βουλὴν, δύσις τοῦ νυκτὸς καταλαβούσης, θεωρεῖ ὁ Ἡγούμενός τινα καθ' ὕπνους ἀνοίγοντα τὴν θύραν καὶ μοναστηρίου, καὶ λέγοντα· Ἐξέλθετε πρόβατα ἐσφραγισμένα τοῦ Χριστοῦ εἰς τὴν βοσκὴν ὑμῶν. Καὶ διυπνισθεὶς, εὐθέως κατέρχεται εἰς τὸν πυλῶνα, καὶ εὗρεν αὐτὸν ἀνοικτὸν, καὶ νομίσας ὅτι ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, ἐκαθέζετο συγκὸς, στενάζων καὶ λέγων· Οὐ τοῦτο ἠξιώθην ἐγὼ ὁ ἁμαρτωλὸς λαβεῖν τὴν εὐχὴν τῶν πατέρων μου. Ἀληθῶς ἅγιοί μου πατέρες καὶ δεσπότης, καὶ διδάσκαλοι ἐτύγχανον, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ παρ' αὐτῶν παραθέσεως ἡσύχησα. Βαβαὶ, πῶς λίθοι τίμιοι, ὡς φησιν ἡ γραφὴ, λελημένοι ὑπὸ τῆς γῆς κυλίονται, ὑπὸ πολλῶν μὲν φαινόμενοι, ὑπὸ ὀλίγων δὲ καταλαμβανόμενοι. ὡς ταῦτα οὖν εἰς ἑαυτὸν ἀδημονῶν διελογίζετο, ἰδοὺ οἱ νυμφίοι οἱ καθαροὶ καὶ Χριστῷ ἐρχόμενοι ὑπὲρ τὸ ἐξελθεῖν, ὧν ἔμπροσθεν ἐθεώρει ὁ καθαρώτατος ἡγούμενος Νίκων πυρὸς δύνουχος λαμπαδιφόρους, τοὺς δὲ σκῆπτρα ἐν τῇ μιᾷ χειρὶ κατέχοντας. E

ANNOTATA.

a Laicus *est*, *qui vitæ institutione à populo non est discretus*, *quasi* popularis *seu* secularis, *à Græco* λαὸς, populus.

b *Observa circa vocem* ὑποταγὴ, *ex Isidoro Pelusiota lib.* 1, *epist.* 1 *ad Nilum monachum*: Sancti viri, monasticæ philosophiæ principes & antesignani, ex ærumnis & certaminibus, quibus perfuncti sunt, vocabula quoque rebus congrua, monendi nostri atque erudiendi causâ imposuerunt: cum ὑποταγὴν secessionem à rebus, ex materia concretis, & ὑποταγὴν propensionem ad obediendum nuncuparunt. C F

c *Breve est illud Auctoris de Eccl. Hierarch. cap.* 5. Sacerdos monachum signo Crucis consignans, tondet in nomine Patris; & Filii, & Spiritus sancti, detractisque vestimentis, nigra veste induit.

d *Duplex apud Græcos est monasticus habitus*, *parvus nimirum & magnus*, *sive angelicus. Cujus apparatum*, *& quæ huc spectant*, *dat Goar pag.* 490, *& Habertus observatione tertia.*

e *Ita appellati monachi quidam Palæstinæ* βοτανοφάγοι, *quia teste Euagrio lib.* 1. *Eccl. Hist. cap.* 21: Cibos quidem hominibus usitatos aspernantur, terram autem depascuntur, unde & pabulatores cognominati sunt; tantum carpentes, quantum ad vitam sufficit. *Sive*, *prout tradit Sozomenus lib.* 6. *cap.* 33, Neque domicilia habent, neque panem, neque obsonium comedunt, neque vinum bibunt. In montibus autem degentes, semper Deum celebrant, precibus & hymnis secundùm ritum Ecclesiæ vacantes. Quando verò vescendi tempus advenit, pabulantium in morem, quilibet falce arrepta, per montem vagantes, herbis pascuntur.

f *Ita ecgraphum nostrum*; *non* κομῶντα, *à* κομάω, *quod est* comam nutrio, *sicuti expressit Interpres apud Surium.*

g Abbas *non tantum* Hegumenum, *seu* præfectum monasterii *designabat*, *sed ita compellabantur monachi passim omnes*, *præsertim senio venerandi. Id quod semel hic indicasse sit satis in antecessum etiam pro locis sequentibus.*

A

CAPUT V.

A. LEONT
EX MSS.

Seceſſus in ſolitudinem, ſatanæ machinatio.

Ὡς οὖν τούτους ἐθεάσατο, μεγάλης σφόδρα ἐγένετο, διότι οὐκ ἀπέτυχεν τοῦ αὐτοῦ ἐπιθυμίας· οὓς θεασάμενοι οἱ μακάριοι, ἠβουλήθησαν ὑποστρέψαι, μὴ νοήσαντες ὅτι ὁ ἡγούμενός ἐστιν. Ἔδοξεμβλε οὖν ὁ ὅσιος Νίκων καὶ προσεκαλέσατο αὐτοὺς πρὸς ἑαυτόν. Ὡς οὖν ἔγνωσαν ὅτι ὁ ἡγέμενός ἐστιν, μεγάλως ἐχάρησαν καὶ αὐτοὶ ἐγένοντο, μάλιστα θεωρήσαντες καὶ τὸ πυλῶνα ἀνοικτὸν, ἐνόησαν γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς αὐτοῖς πάλιν καὶ τοῦτο ἀπεκάλυψεν. Ἠθέλησαν οὖν βαλεῖν μετάνοιαν, καὶ διεκώλυσεν αὐτοὺς λέγων, μηδὲν τοιοῦτον αὐτοῖς ἐξεῖναι ποιῆσαι, διὰ τὴν τιμὴν τοῦ περιτεθέντος αὐτοῖς ἀγγελικοῦ χήματος. Λέγουσιν οὖν αὐτῷ δεόμεθα, δυχαριστοῦμέν σοι πάτερ, καὶ τί προσάξομεν τῷ Θεῷ καὶ τῇ σῇ τιμίᾳ κεφαλῇ οὐκ οἴδαμεν. Τίς ἡμᾶς τοιούτων δωρεῶν ἀξιωθῆναι ἤλπιζεν; ποίῳ βασιλεῖ τοι-

B ούτῳ ἀξιώματι ἡμᾶς τιμῆσαι ἠδύνατο, ποῖοι ἐπίγειοι θησαυροὶ οὕτως ἐξαίφνης πλουτῆσαι ἡμᾶς ἐποίουν; Ποίων λουτρῶν ἀπολαύσειν ἔτως ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἐκαθάριζον. Ποῖοι γονεῖς οὕτως ἀγαπῆσαι, καὶ σῶσαι ἐδυνάσατο; Ποῖα ξένια δεῦρο τοῦ τὰ ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἄφεσιν συντόμως ἔτως ἐνέγκαι ἡμῖν ἴσχυον, ὡς σὺ τίμιε ἡμῶν πάτερ, καὶ ἀντὶ πάντων τῶν προγόνων ἡμῶν καὶ γονέων, σὺ ἡμῶν μὴ Χριστὸν πατὴρ καὶ μήτηρ. Σὺ διδασκάλος, σὺ συγκροτητὴς, σὺ χειραγωγὸς, σὺ ὁδηγὸς, καὶ ὅσα γλῶσσα εἰπεῖν οὐκ ἰσχύει. Διὰ σοῦ τὸ πολυτίμητον μαργαρίτου ἐκτησάμεθα, ἐμάθομεν ἀληθῶς τοῦ δεσπότου βαπτίσματος, οὗπερ ἡμῖν οἱ ὅσιοι πατέρες προέλεγον. Ἐγνωμεν ὄντως τοῦ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν κατάκαυσιν ἐκ τοῦ περικαίοντος ἡμῶν τὰς καρδίας πυρὸς, ὅπερ καὶ μὴ φέροντες, ἔτως τὰ ἡμῶν ἐντὸς περιφλέγων.

17 Αἰτοῦμεν βυχὴν ποιῆσαι ἐκτενῶς τοῦ μακαριότητά σου, πάτερ, καὶ ἀπολύσαι τοὺς σοὺς δούλους εἰς τὸ γνησίως καὶ ὁλοψύχως δουλεῦσαι ᾧ ἀφιερώσαμεν ἑαυτοὺς Θεῷ, δυσωπούμενος μηδέποτε λήθην ποιῆσαι ἀχρείων σου παίδων, ἐν καιρῷ ἐκτάσεως χειρῶν σου τιμίων. Ναὶ, ναὶ, δυσωπούμενος ὑπὲρ τῶν ξένων, ὅσιε. Μνείαν ποιοῦ τῆς αὐτῶν ὀρφανείας. Καὶ ἐπιλαβόμενοι τῶν γονάτων τοῦ Ὁσίου, πάλιν ἔλεγον· Μνήσθητι πάτερ τῶν σῶν ταπεινῶν προβάτων, ὧν ὁλοκαύτωσας τῷ Χριστῷ· Μνημόνευσον ξένων φυτῶν, οὓς ἐν τῷ καλῷ κήπῳ τοῦ παραδείσου φυτεῦσαι ἔσπευδες. Μὴ ἐπιλάθῃ ὀκνηρῶν ἐργατῶν, οὓς περὶ τὴν ἑνδεκάτην εἰς τὸ ἀμπελῶνα τῷ Χριστῷ ἐμίσθωσας. Ἐθαύμαζεν ἢ καὶ ἐξεπλήττετο ὁ ποιμὴν, θεωρῶν τοὺς πρὸ δύο ἡμερῶν ἰδιώτας, ἔτως ἐξαίφνης σοφισθέντας διὰ τῆς παιδεύσεως τοῦ θείου χήματος. Ὡς ἔκλαυσαν οὖν ἀμφότεροι ἐπὶ ἱκανὴν ὥραν, κλίνας γόνυ ὁ ὅσιος Νίκων, καὶ στήσας Συμεὼν ἐκ δεξιῶν, καὶ Ἰωάννην ἐξ ἀριστερῶν ἀνέστη. Καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν ἀέρα, εἶπεν. Ὁ Θεὸς ὁ δίκαιος, καὶ αἰνετός. Ὁ Θεὸς, ὁ μέγας καὶ ἰσχυρός. Ὁ Θεὸς ὁ προαιώνιος, ἐισάκουσον ἁμαρτωλοῦ ἀνδρὸς τῇ ὥρᾳ ταύτῃ. Ἐπάκουσόν μου ὁ Θεὸς, ἐπάκουσόν μου ἐν ἰσχύι. Μὴ μνημόνευσον ἐν ταύτῃ μου τῇ προσευχῇ τῶν ἀεὶ καὶ εἰς ἀεὶ παραβαινόντων τῆς ἐμῆς ἐξασθενώσεως. Ἐπάκουσόν μου, Κύριε, ἐπάκουσόν μου ἐν πυρὶ προσευχῆς, ὡς ποτε τοῦ σοῦ προφήτου, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ πρεσβείων, τὰς ἀνομίας μου κατάφλεξον, καὶ τὰς ἁμαρτίας μου καθάρισον. Ναὶ, ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων δυνάμεων. Ναὶ ὁ τῶν ἀσωμάτων πιστής. Ναὶ, ὁ εἰπών: Αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε. Μή με βδελύξῃ τὰ ἀκάθαρτα χείλη πε-

EOS *a* igitur conſpicatus, ſolidè gaviſus fuit; quia non erat fruſtratus ſuo deſiderio. Poſtquam hunc vidiſſent Beati, voluerunt redire, non cogitantes quod Hegumenus eſſet. Cucurrit itaque S. Nicon, & advocavit eos ad ſe. Ubi primùm eis Hegumenus innotuit; ipſi etiam valde gaviſi ſunt; maximè quando videbant oſtium apertum. Etenim Deum hoc illi rurſum revelaſſe, cogitabant. Jamque volebant pœnitentiam *b* facere, at vetuit illis dicens, nihil tale eis licere facere propter angelicum habitum, quo erant induti. Mox illi dicunt: Grates tibi agimus, ô Pater, & quidnam Deo ac venerando capiti tuo ſimus repenſuri, ignoramus. Quis nos hujuſmodi donis cumulandos, ſperaſſet? Qualis rex nos tali dignitate honorare poſſet? Quales terreni theſauri adeo repentè nos divites redderent? Qualium lavacrorum uſus adeo animam noſtram mundaret? Quales parentes ita diligere poſſent ac ſervare? Qualia xenia donaque remiſſionem peccatorum noſtrorum tam breviter nobis afferre? Sicut tu facis, venerande pater noſter? Tu progenitorum omnium, ac parentum loco nobis poſt Chriſtum pater & mater es. Tu Dominus, tu inſtructor, tu manuductor, tu viæ dux, & alia quæcumque, quibus referendis lingua non ſufficit. Per te pretioſiſſimam margaritam adepti ſumus, & verè baptiſmatis virtutem, cujus ſancti nobis prænuntii patres fuere, experti ſumus. Novimus verè peccatorum noſtrorum combuſtionem ex igne, qui corda noſtra comburit; cui tolerando impares ſumus, adeo præcordia noſtra inflammat.

a *Abbati Nicon.*

b

alias gratias

E

17 Beatitudinem tuam, ô pater, obſecramus, ut impensè pro nobis ores; & ſervos tuos abire ſinas, ut ſincerè & enixè Deo ſerviamus, cui nos conſecravimus. Sine te exorari, ut numquam obliviſcaris inutilium filiorum tuorum, eo tempore, quo manus tuas venerabiles extendis. Imò, imò, vir ſancte, ſine te exorari ab alienigenis: orbitatis eorum reminiſcere. Deinde genua ſancti hominis amplexi, rurſum dicebant: Pater, eſto memor humilium tuarum ovium, quas Chriſto in holocauſta immolaſti. Recordare externarum plantarum, quas pulcro paradiſi horto inſerere ſtuduiſti. Ne obliviſcere operariorum inertium, quos undecimâ circiter horâ in vinea Chriſti mercede conduxiſti. Mirabatur autem & obſtupeſcebat præſes, quando videbat eos, qui ante biduum fuerant idiotæ ac rudes, tam ſubito evaſiſſe ſapientes, ex eo, quod aſſumpſiſſent divinum habitum. Dum ergo uterque ſatis diu fleviſſet, genu inclinavit S. Nicon, & collocato Symeone à dextris & Joanne à ſiniſtris, ſurrexit, & protenſis in cælum manibus, dixit: Deus juſte & laudibilis, Deus magne & fortis, Deus, qui es ante ſecula, exaudi virum peccatorem in hac hora: exaudi me Deus, exaudi me in fortitudine. Eſto immemor tempore hoc, quo preces fundo, prævaricationum, à mea vilitate uſque & uſque profectarum. Exaudi me Domine, exaudi me in igne orationis, ſicut olim tuum prophetam; & ejus interventu combure meas iniquitates, & peccata expurga. Ita fiat, ô Deus ſanctarum virtutum! ita fiat, ô rerum incorporearum creator! ita fiat! qui dixiſti: Petite & accipietis. Ne abominare me, qui ſum labiis impuris, & in

ejuſque precibus poſtulatis

F

A. LEONT. Ex Ms. peccatis hæreo. Exaudi me, qui promisisti, te exauditurum eos, qui invocant te in veritate; dirige gressus servorum tuorum, & pedes eorum in viam pacis. Compatere innocuis pueris, in externa terra
Matth. 10. existentibus, qui dixisti: Estote simplices sicut columbæ. Clamavi ad te in toto corde meo; Deus, Deus exaudi me, spes omnium finium terræ, & eorum, qui sunt procul in terra aliena.

18 Increpa spiritus omnes immundos à facie pue-
& impetratis rorum tuorum: apprehende arma & scutum, & exsurge in adjutorium eorum: effunde frameam & conclude adversus eos, qui persequuntur illos: dic, ô Domine, animæ eorum; Salus tua ego sum. Recedat à mente eorum spiritus timoris, acediæ, superbiæ, & omnis malitiæ, & extinguatur in illis omnis flamma atque motio, quæ diaboli operatione exsurgit. Corpus eorum & anima & spiritus, cognitionis tuæ radiis illustrentur, ut occurrentes in unitatem fidei, & agnitionem sanctæ & adorandæ Trinitatis, in virum perfectum, in mensuram ætatis, glorificent te in seculum seculi, placitoque se tuo, qui Dominus es, conforment. Nam præsidium omnium populorum est nomen tuum, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Da illis, Domine, cum omnium bonorum cumulo, ut hujus meæ miserabilis & indignæ orationis sermones, assiduè cordi suo insculpant, ad gloriam & laudem
B bonitatis tuæ. Iterum multis cum lacrymis ad ipsos dixit: Deus, quem elegistis, boni filii, & ad quem accurristis, Deus ipse emittet angelum suum ante faciem vestram, & præparabit viam suam ante pedes vestros. Angelus, qui sicut dicit magnus Jacob, liberat me ab omnibus contrariis potestatibus, ille præcedet ante vias vestras. Qui prophetam suum liberavit ab ore leonum, ille vos quoque liberabit à manibus leonis. Qui elegit vos Deus, ille sacrificium meum ab ignominia vindicabit. Hæc & plura precatus, & colla eorum strinxit vir deifer, & dixit: Serva, Deus, serva eos, qui toto corde diligunt nomen tuum: neque enim iniquus es Domine, ut illos, qui stultas hujus vitæ res reliquerunt, contemnas & deseras.

19 Postea rursum ad illos sermonem convertit:
ad constantiam incitantur Symeon & Joan. Attendite, filii, terribili vos & occulto bello dedistis; sed metum pellite: potens enim est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis sustinere. Certate, filii, ut non superemini. Sed state animo erecto, opponentes inimico sacri
C habitus armaturam. In memoriam revocate verba illius, qui dicit: Nemo mittens manum suam
Luc. 9. ad aratrum, & conversus retro, aptus est regno cælorum. Et rursum de ædificatione turris: ne viam perfectam incipientes, in Dei obsequio desides sitis; & in vobis impleatur, quia cœperunt ædificare, & non sat habuerunt virium & animi ad opus consummandum. State securi, ô filii: parvum est bellum, sed magna corona; temporalis
c labor, sed æterna requies. Itaque cum tempus procederet, & jam deinceps lignum *c* pulsaret; & illi è janua essent egressuri, Hegumeno seorsim prehenso dixit Symeon: Propter Deum, mi Pater, ora, ut Deus ex animo fratris mei Joannis deleat memoriam conjugis suæ, ne maligno machinante spiritu me deserat, & ego interea præ dolore, ob ejus exitium & recessum. Ora, obsecro, propter Dominum, ut Deus etiam parentes ejus consoletur, ne de illo laborent.

20 At verò Senex, miratus fraternum affectum,
ac spe confirmati, nihil ei respondit. Rursus Niconem eodem modo prehendit Abbas Joannes & seorsim sevocavit, sic loquens: Propter Deum te obtestor, ô Pater, ne fratris mei curam depone; sed ora, ne matris

ελβεβλημένον, ἢ ἐν ἁμαρτίαις σωεχόμενον. Ἐπάκουσόν μου ὁ ἐπαγγειλάμενος ἐπακούειν τῶν ἐν ἀληθείᾳ σε ἐπικαλουμένων σε, ἢ κατεύθυνον τὰ διαβήματα τῶν δούλων σου, ἢ σοῦ πόδας αὐτῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Συμπάθησον ἀκάκοις παισὶν ὅτι ξένης εἰσίν, ὁ εἰπών· Γίνεσθε ἀκέραιοι ὡς αἱ περίστεραι. Ἐκέκραξά σοι ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, Ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς, ἐπάκουσόν μου, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ὅτι ξένης μακράν. D

18 Ἐπίτιμησον πᾶσιν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ὑπὸ τὸ σκέπασμα τῶν παίδων σου. Ἐπιλαβοῦ ὅπλου ἢ θυρεοῦ, ἢ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν αὐτῶν. Ἔκχεον ῥομφαίαν καὶ σύγκλεισον ἐξεναντίας τῶν καταδιωκόντων αὐτούς. Εἶπὲ, ὦ κύριε, τῇ ψυχῇ αὐτῶν· Σωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ. Ὑπαναχωρησάτω ὑπὸ τὸν αὐτῶν διανοίας, πνεῦμα δειλίας, ἀκηδίας, ὑπερηφανίας, καὶ πάσης κακίας, ἢ κατασβεσθήτω αὐτῶν πᾶσα πύρωσις ἢ κίνησις ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας σωισταμένη. Φωτισθήτω αὐτῶν τὸ σῶμα, καὶ ψυχὴ, καὶ τὸ πνεῦμα τῷ φωτὶ τῆς γνώσεώς σε, ἵνα καταντήσαντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τῆς ἁγίας καὶ σεβασμιωτάτης Τριάδος, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας, δοξάσωσίν σε εἰς αἰῶνα αἰῶνος, ἢ διαρεσήσωσιν σοι τῷ Κυρίῳ, ὅτι πάνδημον τὸ φυλακτήριον ὄνομά σε, ἢ Πατρὸς ἢ Υἱὸς, ἢ ἁγίου Πνεύματος. Ἀμήν. Δὸς ἢ αὐτοῖς σὺν πᾶσι τοῖς ἁγαθοῖς, ὦ Κύριε, καὶ σοῦ λόγους ἢ ἡμῶν τῆς σῆς χρηστότητος. Πάλιν ἢ σεβασμοὺς μὲ πολλῶν δακρύων ἔλεγεν. Ὁ Θεὸς, ὃν ἐξελέξασθε, τέκνα καλὰ, καὶ ᾧ καταδέχεσθε, αὐτὸς ἐξαποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ σεβασμοῦ ὑμῶν, καὶ κατασκευάσει τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν ὑμῶν. Ὁ ἄγγελος, ὡς φησὶν ὁ μέγας Ἰακὼβ, ὁ ῥυόμενός με ὑπὸ πάντων τῶν ἐναντίων δυνάμεων, αὐτὸς προπορεύεται τῶν τρίβων ὑμῶν. Ὁ ῥυσάμενος τὸν ἑαυτοῦ προφήτην ἐκ στόματος λεόντων, αὐτὸς ῥύσεται ἢ ὑμᾶς ὑπὸ τῶν χειρῶν ἢ λέοντος. Ὁ ἐκλεξάμενος ὑμᾶς Θεὸς, αὐτὸς ἀκαλαίσχυντον τὴν θυσίαν μου φυλάξει. Ὡς ἢ ταῦτα καὶ πλέον τούτων αὐτοῖς ἐπηύξατο, καὶ σωεπλάκη ὁ θεοφόρος τοῖς τραχήλοις αὐτῶν καὶ ἔλεγεν· Σῶσον, ὁ Θεὸς, σῶσον σοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἀγαπήσαντας τὸ ὄνομά σου, ἐπειδὴ εἶ, Κύριε, τὰς καταλείψαντας τὰ μάταια ἢ ἐκ θέσεως πράγματα, σεβεσθῆναι καὶ ἐγκαταλεῖψαι.

19 Εἶτα πάλιν σεβὸς αὐτούς. Βλέπετε τέκνα, εἰς πόλεμον ἑαυτοὺς ἐξεδώκατε φοβερὸν καὶ ἀθέατον. Ἀλλὰ μὴ φοβηθῆτε, δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι, ὑπὲρ ὃ δύνασθε ὑπενεγκεῖν. Ἀγωνίσασθε, τέκνα, μὴ ἡττηθῆναι αὐτῷ, ἀλλὰ σῆτε γυναῖοι, ἔχοντες τὸ ὅπλον ἢ ἁγίου σχήματος καθ' αὐτοῦ, μνημονεύσατε ἢ εἰπόντος, ὅτι οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ γραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Καὶ πάλιν σεβὲ τῆς ἢ πύργου οἰκοδομῆς· Μὴ δεξαμένων ὑμῶν τῆς τελείας ὁδοῦ, τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἀποχαυνωθῆτε, καὶ πληρωθῇ ἐφ' ὑμῖν, ὅτι ἤρξαντο οἰκοδομῆσαι, καὶ οὐκ εἶχον δυνάμιν, καὶ σεβυμίαν σεβὸς τὸν ἀπαρτισμὸν ἢ θεμελίου. Ἀσφαλίσασθε, τέκνα, μικρὸς ὁ πόλεμος, ἀλλὰ μέγας ὁ στέφανος, σεβσκαιρος ὁ πόνος, ἀλλ' αἰωνία ἡ ἀνάπαυσις. Τῆς ὥρας οὖν σεβενθυμήσεως, καὶ ἤδη λοιπὸν ἢ ξύλα κρεμάντος ὡς ἔμελλον ἢ πυλῶνος ἐξέρχεσθαι, ἔλαβεν ὁ Συμεὼν τὸν ἡγούμενον κατ' ἰδίαν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, διὰ τὸν Θεὸν, πάτερ, δός μοι, ἵνα ὁ Θεὸς διασκεδάσῃ τὴν μνήμην τῆς γυναικὸς ἢ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου, μή πως ἐκ ἢ πονηροῦ ἐάσῃ με, ἢ ἀπώλωμαι ὑπὸ τῆς λύπης αὐτοῦ, ἢ τῆς ἀπωλείας ἢ ἢ χωρισμοῦ. Εὔξαι, δέομαι διὰ τὸν Κύριον, ἵνα παρεμυθήσηται ὁ Θεὸς ἢ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα μὴ μεριμνῶσιν αὐτόν. E F

20 Θαυμάσαντος ἢ ἢ γέροντος τὴν σπουδὴν, ἣν ἔχει σεβὸς τὸν ἀδελφὸν, οὐδὲν ἀπεκρίθη αὐτῷ. Πάλιν ἢ τὸν αὐτὸν τρόπον ἔλαβεν αὐτὸν ἢ ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης, καὶ παρεκάλει κατ' ἰδίαν. Δι' ὃν Θεὸν, πάτερ, μὴ ἀμελήσῃς ἢ ἀδελφοῦ, δυσχόμενος ἵνα μὴ φύ-

γῃ

A γῆ με δῴῃ τὴν μητέρα αὐτοῦ, συμπαθῶν αὐτῇ, καὶ εὑρήσῃ ἐν τῷ λιμένι ὑποφερόμενον τὸ ναυάγιον. Ὡς οὖν εἴρηκε, καταπλαγεὶς τὴν ἀμφοτέρων πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, τελείως λέγει αὐτοῖς. Πορεύεσθε, τέκνα, ἀπαγγελίζομαι γὰρ ὑμῖν, ὅτι ὁ ἀνοίξας ὑμῖν ὧδε, προήνοιξεν ὑμῖν καὶ τὰ ἐκεῖ. Καὶ σφραγίσας αὐτῶν τὰ μέτωπα καὶ τὰ στήθη, καὶ ὅλον τὸ σῶμα, ἀπέλυσεν αὐτούς. Ὡς οὖν ἀπελύθησαν, καὶ ἐξῆλθον, τοῦτο ἔλεγον· Ὁ Θεὸς ᾧ δοῦλος σου ᾖ μεγάλος, ὁδήγησον ἡμᾶς σοῦ ξένους, καὶ ἀφωδιάστους, ὅτι οὔτε σοῦ τόπους, οὔτε τὴν χώραν ἐπιστάμεθα. Ἀλλὰ πρὸς σὲ ἐρχόμενοι, παρεδώκαμεν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, εἰς τὸ πέλαγος τῆς ἐρήμου ταύτης. Λέγει οὖν ὁ Ἰωάννης τῷ Συμεών· Τί ἐστὶν ἄρα; Ποῦ ὑπάγομεν; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ἐκεῖνος, βάλωμεν δεξιά, ὅτι ὅλα τὰ δεξιὰ, καλά εἰσιν. Καὶ ἐρχόμενοι κατήντησαν ἕως τὴν νεκρὰν θάλασσαν, ὡς ἕως τοῦ λεγόμενον Ἀρνωνᾶν.

21 Τοῦ Θεοῦ δὲ οἰκονομήσαντος, καὶ μηδέποτε τοὺς εἰς αὐτὸν πεποιθότας ὁλοψύχως ἐγκαταλιμπάνοντος, εὗρον τόπον, ἔνθα ᾤκει τις γέρων, πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τελευτήσας, ἐν ᾧ ὑπῆρχον καὶ μικρὰ σκεύη, καὶ βοτάναι τυφερὰι εἰς τὸ ἐσθίειν αὐτούς, ἐξ ὧν ἤσθιεν ὁ γέρων, ὁ ἐκεῖσε κείμενος. Ἰδόντες δὲ τὸν τόπον οἱ ἀοίδιμοι, διέφρύησαν, ὡς πινα θησαυρὸν εὗρον. Ἔγνωσαν γὰρ ὅτι ὑπὸ Θεοῦ ἡτοιμάσθη, καὶ ἐπέμφθη αὐτοῖς, καὶ ἤρξαντο εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ μεγάλῳ γέροντι. Ἔλεγον γὰρ, πίστευσον διὰ εὐχῶν αὐτοῦ κατευοδώθημεν. Ὡς οὖν ἔμειναν ὀλίγας ἡμέρας, μὴ φέρων τὸ δρεπτὸν ᾧ Χριστοῦ δοῦλον ὁ ἐχθρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν διάβολος, ἤρξατο πολεμεῖν αὐτούς, τὸν μὲν Ἰωάννην εἰς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, τὸν δὲ Συμεὼν εἰς τὴν ἀγάπην τὴν πολλὴν τοῦ ἑαυτοῦ μητρός. Ὅτε οὖν ἔβλεπεν ἑαυτὸν εἷς ἐξ αὐτῶν θλιβόμενον, εὐθέως ἔλεγε τῷ ἑτέρῳ· Ἀνάστα, ἀδελφέ, εὐξώμεθα. Καὶ ἠύχοντο τὴν εὐχὴν τοῦ μεγάλου γέροντος· ἠύξατο γὰρ, ὅτι δὸς αὐτοῖς Κύριε τοὺς λόγους τῆς εὐχῆς ταύτης ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Καὶ εὐθέως οἱ δύο εὑρέθησαν, γινώσκοντες αὐτὴν ἐκ στήθους, καὶ αὐτὴν ἤυχοντο πάντοτε εἰς ἕκαστον πειρασμὸν, καὶ εἰς ἕκαστον αἴτημα αὐτῶν πρὸς τὸν Θεόν. Ἔστιν γὰρ ὅτε ἐπύρωσε αὐτοὺς ὁ διάβολος, ὡς ἐξηγεῖτο ὁ θεοφόρος Σαλὸς, ὡς ἐὰν κρέας καὶ οἶνον ἤσθιον, καὶ πάλιν ὑπέβαλλεν αὐτοῖς πρὸς τὰς ἁρπαγὰς δειλίαν, καὶ ἀκηδίαν πρὸς τὴν ἄσκησιν, ὥστε διαφόρως ἐπιζητεῖν αὐτοὺς ὑποστρέφειν εἰς τὸ μοναστήριον ἀπὸ τῆς ἐρήμου, πάλιν δὲ καὶ σοῦ ὕπνους θεωρεῖν. Ἔστιν δὲ ὅτε καὶ ἐν φαντασίᾳ σοῦ ἑαυτῶν ἰδίους, σοῦ μὲν κλαίοντας, σοῦ δὲ δυσχεραίνοντας παρεσκεύαζεν ὁ πολύμορφος ὄφις, καὶ πολλὰ ἕτερα, ἃ οὐδὲ ἐξηγήσασθαι δυνατὸν, εἰ μὴ τούτων τὰ πειρασμῶν ἐν πείρᾳ γένηταί τις. Ἀλλ' ἡνίκα δ' ἂν ἐμνημόνευον τὰ στέφανων, οὓς εἰς ἀλλήλους ἐθεάσαντο, καὶ τὰ διδασκαλίας, καὶ τὰ δακρύων τοῦ Γέροντος, ὥσπερ ἐλαίῳ ἀγίῳ κατεπραΰνετο αὐτῶν ἡ καρδία, καὶ παρεκαλεῖτο.

suæ dolorem miseratus, me fugiat, & in portu inveniar naufragus. Hæc ubi dicta; ob alternam mutui amoris vicissitudinem obstupefactus Nicon tandem subjecit: Ite, filii, annuntio enim vobis, eumdem, qui aperuit vobis hîc, aperuisse jam nunc ea, quæ sunt illic: & postquam frontes eorum, pectora, totumque corpus signasset, illos dimisit. Dimissi itaque & egressi, illud usurparunt; ô Deus hujus magni servi tui, alienigenis nobis & auxilio carentibus esto viæ dux; etenim neque loca, neque regionem novimus. Verum accedentes ad te, morti, & solitudinis hujusce pelago nos commisimus. Tunc Joannes ita Symeonem compellat: Quid modo est? Quorsum tendimus? Cui ille: Pergamus ad dexteram: quidquid enim dexterum est, bonum est. Jamque tantum viæ erant emensi, ut ad mare Mortuum *d* venirent versus fluvium, cui nomen Arnon *e*. A. LEONT. Ex Mss.

d

e

21 Deo autem dispensante, & numquam deferente illos, qui toto animo in eum confidunt, invenerunt locum (quem senex quidam prius incoluerat, sed qui jam paucis antè diebus mortem obierat) in quo modica erat supellex, nec non herbæ ad vescendum gratæ & delicatæ, quibus E etiam vitam aluerat senex ille, qui ibi jacebat. Locum conspicari, non secus sunt gavisi, quam si thesaurum invenissent. Igitur viri illi, omni præconio celebrandi (eum quippe noverunt fuisse præparatum divinitus, & oblatum) Deo & magno illi seni gratias agere cœperunt. Enimvero, aiebant, orationis ejus præsidio feliciter nobis successit hoc iter. Paucis ibidem exactis diebus, servorum Christi virtutem non ferens animarum nostrarum hostis diabolus, impugnare eos cœpit, Joannem quidem uxoris, Symeonem autem magno erga matrem affectu. Quando itaque unus ex illis afflictum se vidit, statim alteri dixit: Surge frater, oremus. Et usurparunt orationem magni Senis. Oraverat enim: Da illis, Domine, ut orationis hujus sermones cordi suo insculpant. Et eventus illico docuit, ambos hanc calluisse expromptâ memoriâ. Et eam adhibebant, quoties tentatio ingruebat, aut aliquid à Deo petebant. Quadam vice instigabat eos diabolus, uti narrabat deifer Salus, ad usum carnis & vini; & in principio suggerebat timorem, & torporem in vita ascetica: adeo ut variis modis conaretur eos ex eremo in monasterium revocare. Nunc iterum quædam repræsentabat in somno; nunc amicorum aliquos, hos quidem flentes, hosce genio indulgentes in imagine corporea efformabat versipellis ac tortuosus coluber, & plurima alia, quæ recensere nemo valet, præter eum, qui tales tentationes expertus fuerit. Sed quando recordabantur coronarum, quas alter in altero contemplati fuerant, institutionumque & lacrymarum Senis; cor illorum quasi sancto quodam oleo delibutum recreabatur. *in cremum secedunt.*

Tentantur à diabolo:

F

ANNOTATA.

a *Quæ clauduntur* [] *hoc signo ab initio hujus capitis, desiderantur apud Surium, qualia tamen videtur sensus exigere. Qui etenim* ipsi etiam, *Symeon ac Joannes*, valde gavisi sunt? *si nulla* gaudii, *sed tantùm* tristitiæ, gemitus & anxietatis *Hegumeni, proximè antegressa fuerit mentio.*

b *Interpres apud Surium legit* καλεῖν μετάνοιαν, *& reddit* vocare pœnitentiam. *Nota cum Cangio vocem* μετάνοια, *præter* pœnitentiam *designare* corporis & capitis inclinationes, *monachis ac pœnitentibus usitatas. Et fortasse hoc sensu* μετάνοια *hîc accipitur.*

c *Quomodo lignis pro ære Campano utantur monachi Orientalis, explicat libellus Hieronymi Magii de Tintinnabulis.*

A. LEONT. Ex Ms.

d *Ingens lacus Palæſtinæ ad meridiem, & Terræ ſanctæ versùs Orientem, hebraica phraſi,* mare *dictus, quale vocatur omnis copioſior aquarum collectio.* Mortuum *nuncupatur, quod nullum gignat piſcem, nullumve aliud animal producat, ſed lacus prorſus ſit bituminoſus, peſtilens, & horribilis, unde &* Aſphaltites *appellatur à ſcriptoribus Græcis ac Latinis. Plura dabit Cotovicus Itinerarii Hieroſolymitani lib. 2. cap. 17.* D

e *Deſignatur hîc torrens Arnon, ni fallor, de quo Joſephus lib. 4. Antiq. Judaic.* παρὰ δὲ τὸν ποταμὸν Ἀρνῶν, ὃς ἐκ τῶν τῆς Ἀραβίας ὀρῶν ὁρμώνενος, καὶ διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων, εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην ἐκδίδωσι, διείργων τήνδε Μωαβίτην καὶ Ἀμορραίων· γῆ δ' αὕτη καρποφόρος καὶ πλήθος ἀνθρώπων ἴσον τοῖς παρ' αὐτοῖς ἀγαθοῖς ἱκανὴ τρέφειν. Pervenit ad fluvium, qui nominatur Arnon. Is ex Arabiæ montibus exortus, deſertum medium pererrans, in Aſphaltitem lacum influit, Moabitas ab Amorrhæis diſterminans; eſtque hæc regio frugifera, & fructus, quantum eſt ſatis, incolis ſuppeditat *Ita Joſephus. Porro in Ms. noſtro adjecta modica paragoge ſcribitur* Ἀρνωᾶν. *Vocabulum iſtoc vel non invenit in ſuo apographo, vel prætermiſit interpres apud Surium ad diem 1 Julii.*

CAPUT IV.

Apparitiones, orationes, egreſſus Symeonis ex eremo in publicum præ zelo animarum, occultatæ ejus actiones.

Apparitiones, IN ſomno etiam apparuit illis dominus Nicon; nunc eos inſtruens, nunc pro ipſis orans. Aliquando etiam eos docebat pſalmos; & experrecti memoriâ tenebant, quidquid in ſomno illos docuerat. Id quod magno eis gaudio fuit. Sciebant enim ſenem ipſorum causâ laborare, de quo ex rebus ipſis fiebant certiores. Et verò cum præomnibus peteret uterque à Deo, Symeon quidem, ut cor matris ſolatio recrearetur, & confirmaretur; Joannes autem, ut Deus conjugem ſuam ſuſciperet, & dolorem è ſeparatione ejus ortum ex animo fugaret; utrumque exaudivit Deus, qui dixit, ſe facturum voluntatem timentium ſe. Et jam duobus exactis annis, dominus Symeon certior à Deo eſt factus, quod mater ſuâ causâ non dolêret; quod noctu ei appareret, & ipſam conſolaretur, & diceret Syriaco ſermone: Ladéchre, Lichem. Hoc eſt: Ne luge, mater; etenim bellè habemus & ego & frater Joannes, & valemus, & militiæ nomen dedimus in palatio regis. Et ecce, coronas geſtamus, quibus rex nos induit, & *a* veſtes elegantes. At parentes *a* quoque conſolare fratris Joannis, quia mecum unà militat. Neutiquam ergo lugete. Et Joannes quoque conſpexit aliquem, candidis veſtibus indutum, qui dicebat: Ecce, patrem tuum dolore liberavi; conjugem verò tuam è vivis tollam propediem.

B C

ſolatia, 23 Igitur, quæ quiſque contemplatus fuerat, alter alteri narrabat; & gaudebant, & cor eorum exhilaratum eſt. Et tunc parentum curâ ſtatim levavit illos Deus; & impoſterum eam omiſerunt, nihil prorſus de ipſis dolentes; ſed ſine moleſtia & ſegnitie, exercitationis & ſilentii curſum peragebant quot diebus ac noctibus; ſeu potius tentationem, quæ non diſtrahebat, & ſolicitudinem, quæ minimè ſolicitabat, aſſiduæ orationis; quâ impigri operarii tam compendioſe proficiebant, ut exiguo tempore honorati fuerint divinis viſionibus, & *miracula.* miraculis confirmati. Nam parvo pòſt tempore, dum uterque ſilentio vacaret, quaſi ad lapidis jactum à ſe mutuo [diſtabant.] Sed enim hoc etiam ſibi præſcripſerant; hoc eſt ſeorſim ſecedere, quando alter ſingulatim ab altero volebat orare; ut, ſi inciderent ipſi cogitationes, aut negligentia obreperet, ad alterum accederet, & ambo ſimul Deum invocarent, ut à tentatione liberarentur. Die quodam cum Symeon loco ſibi conſueto ſederet, videt ſe in ecſtaſi veluti adeſſe apud matrem ſuam, ægrotantem Edeſſæ (ibi enim erat) & dicit ei linguâ Syriaca: Qui vales, mater? Et cum illa

Ἐφάνετο δὲ αὐτοῖς κατ' ὄναρ, καὶ ὁ κύριος Νίκων, ὅτε μὲν νεθελῶν αὐτοῖς, ὅτε δὲ προσδυχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν. Ἦν δὲ ὅτε καὶ ψαλμὸς, αὐτὸς διδάσκων, καὶ ἐξυπνίζοντο ἀπιστηθίζοντες ὅσα κατ' ὕπνους αὐτὸς ἐδίδασκεν, καὶ εἶχον χαρὰν διὰ τοῦτο μεγάλην. Ἐγίνωσκον γὰρ ὅτι πονεῖ ὁ γέρων δι' αὐτοὺς, καὶ ἐπληροφορεῦντο ἐξ αὐτῶν τὰ πραγμάτων. Καὶ γὰρ περὶ πάσης αἰτήσεως ἐκ Θεοῦ τοῦτο περὶ πάντων αὐτησαμένων ἀμφοτέρων, ὃ μὲν Συμεὼν, ἵνα παρακληθῇ ἡ καρδία τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πληροφορηθῇ· ὃ δὲ Ἰωάννης, ἵνα περιλάβηται ὁ Θεὸς τὸν αὐτοῦ σύμβιον, περὶ τῆς ἀποκοπῆναι τὴν χέσιν αὐτῆς ἀπὸ τῆς ἐνναίας αὐτοῦ, εἰσάκουσεν ὁ Θεὸς ἀμφοτέρων, ὁ εἰπὼν θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῆσαι. Καὶ δύο ἐτῶν παρελθόντων, ἐπληροφορήθη ὁ κύριος Συμεὼν ἐκ Θεοῦ, ὅτι ἄλυπός ἐστιν ἡ μήτηρ αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι φαίνεται αὐτῇ κατὰ νύκτα, καὶ παραμυθεῖται αὐτὴν, καὶ λέγει αὐτῇ τῇ Σύρων διαλέκτῳ· Λαδέχρε, λιχὲμ, ὅ ἐστιν, μὴ λυποῦ, μῆτερ, καὶ γὰρ καλῶς ἐσμὲν κἀγὼ, καὶ ὁ κύριος Ἰωάννης, καὶ ὑγιαίνομεν, καὶ ἐστρατόμεθα εἰς τὸ παλάτιον τοῦ βασιλέως, καὶ ἴδε στεφάνους φορούμεθα, οὓς ἀνέδυσεν ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς, καὶ στολὰς διπλοΐδας. Ἀλλὰ παραμύθησαι καὶ σὺ γονεῖς τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου, ὅτι μετ' ἐμοῦ ἐστιν ἐστρατευμένος. Ἀλλὰ μηδὲν λυπηθῇτε. Καὶ ὁ ἀββᾶς ἦν Ἰωάννης εἶδεν ὅτι λέγει αὐτῷ τις λαμπομένων· Ἴδε τὸν μὲν πατέρα σου ἄλυπον ἐποίησα, τὴν δὲ γυναῖκά σου ἐν ταχύτητι παραλαμβάνομαι.

ſolatia, 23 Ἐξηγήσαντο οὖν ἀλλήλοις ἃ ἐθεώρησαν ἀμφότεροι, καὶ ἐχάρησαν, καὶ εὐφράνθη αὐτῶν ἡ καρδία. Καὶ πῶς ἐκ τοῦ λογισμοῦ τῶν γονέων αὐτῶν εὐθέως ἐκένωσαν αὐτοὺς ὁ Θεός. Καὶ λοιπὸν ἐν ἀνέσει ὑπῆρχον, μὴ ὄλως λυπούμενοι περὶ αὐτῶν. Ἀλλ' ἀπόνως, καὶ ἀόκνως τὸ τῆς ἀσκήσεως καὶ ἡσυχίας διετέλεσαν δρόμον δι' παντὸς, ἡμέρας καὶ νυκτὸς, εἰ μὴ τὸν ἀπροσπάσατον πειρασμὸν, καὶ τὸ ἀμέριμνον μεριμναν, λέγω δὴ τὸ ἀδιαλείπτως προσευχῆς, δι' ἧς καὶ διὰ στωμυλίας περιέκοψαν οἱ ἄοκνοι ἐργάται, ὥστε δι' ὀλίγους χρόνους ἀξιωθῆναι αὐτοὺς θείων ὁραμάτων, καὶ πληροφοριῶν καὶ θαυμάτων. Μικρῷ γὰρ χρόνῳ παρελθόντος, καὶ ἀμφοτέρων ἡσυχαζόντων, ὡς ἀπὸ λίθου βολῆς ἀλλήλων. Ἦσαν γὰρ καὶ τοῦτο ἑαυτοῖς διατυπώσαντες, τοῦτ' ἔστι τὸ ἀναχωρεῖν κατ' ἰδίαν, ὅτε βούλεται ὁ καθεὶς ἐξ αὐτῶν καὶ μόνας δοξασθῆ. Ἡνίκα δὴ ἔλθωσιν αὐτῷ λογισμοὶ ἢ ἀκηδία, ἔρχεσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν ἕτερον καὶ κοινῶς τὸν Θεὸν παρακαλεῖν τοῦ ἀπαλλαγῆναι καὶ πειρασμοῦ. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν καθήμενος ὁ Συμεὼν ἐν τῷ εἰθισμένῳ αὐτῷ τόπῳ, θεωρεῖ ἑαυτὸν ἐν ὑπνώσει, ὥσπερ παρεῖναι πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἀσθενοῦσαν ἐν Ἐδέσῃ, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν, καὶ λέγει αὐτῇ τῇ Σύρᾳ φωνῇ· Πῶς ἔχεις μῆτερ; ὁ δὲ

A τῆς ἢ εἰπέσης, καλῶ τέκνον. Λέγει αὐτῇ πάλιν, Ὕπαγε πρὸς τὸν βασιλέα, μὴ φοβηθῇς, ὅτι παρεκάλεσε αὐτὸν, καὶ ἡτοίμασέν σοι καλὸν τόπον, καὶ ὅτε βάλεται, φθάνω σε ἰδεῖ.

24 Εἰς ἑαυτὸν ἢ ἐλθὼν, ἔγνω τῇ αὐτῇ ὥρᾳ τελευτῆσαι τ μητέρα αὐτε, καὶ δρομέως ἐλθὼν πρὸς τ ἀδελφὸν Ἰωάννην, λέγει αὐτῷ, ἀνάστα κύρι, ποιήσωμεν δίκην. Τῦ ἢ ταραχθέντος, ἐδόκει γὰρ πειρασμόν τινα συμβῆναι τῷ Συμεών, λέγει αὐτῷ Συμεών. Μηδὲν ταραχθῇς, ἀδελφὲ, ἐγὼ γὰρ ἔχω πώποτε κακὸν δι᾽ ᾧ Θεῦ. Πάλιν οὖν λέγει αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· Καὶ τίς ἡ αἰτία ᾧ τοσύτε σε δρόμε, πάτερ Συμεών; Πάνυ γὰρ ἐτίμα, καὶ ἐσέβετο αὐτὸν, ὥσπερ κἀκεῖνος. Τότε ἀρξαμένων αὐτε τ ὀφθαλμῶν λοτο τ δακρύων, καὶ ἀρξαμένων κατέρχεσθαι ὥσπερ μαργαριτῶν ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτε, λέγει αὐτὸς τῷ Ἰωάννῃ, ἄρτι τὴν καλήν με μητέρα καὶ εὐλογημένην ὁ Κύριος προσλαμβάνεται, καὶ ἐξηγήσατο αὐτῷ τ ὀπασίαν, καὶ κλινάντων αὐτῶν τὰ γόνατα, ἠύχοντο. Καὶ ἦν ἀκῦσαι ᾧ Συμεὼν λέγοντος πρὸς τ Θεὸν, ἐλεεινὸς ὄντως, B καὶ παρακλητικὸς λόγυς, συνεστρέφοντο γὰρ καὶ διεταράσσοντο τὰ σπλάγχνα αὐτε ὑπὸ τ φύσεως κινήματα, καὶ ἐβόα· Ὁ Θεὸς, ὁ τ θυσίαν ᾧ Ἀβραὰμ δεξάμενος, ὁ τ ὁλοκαύτωσιν Ἐφραὶμ ἐπιβλέψας. Ὁ τὸ δῶρα ᾧ Ἄβελ μὴ βδελυξάμενος, ὁ διὰ τ Σαμουὴλ, τ παῖδά σε τ Ἄννην προφήτδα ἀναδείξας, αὐτὸς Κύριέ με, Κύριε, δι᾽ ἐμέ τ δῶλόν σε πρόσδεξαι τ ψυχὴν τ καλῆς με μητρός. Μνήσθητι, Κύριε, τ κόπων αὐτῆς, καὶ τ μόχθων, ὧν εἰς ἐμὲ ἐκοπίασεν. Μνήσθητι, Κύριε, τ δακρύων αὐτῆς, καὶ τ στεναγμῶν, ὧν ἐξέχεεν, ὅτε πρὸς σὲ ἐξ αὐτῆς ἔφυγον. Μνήσθητι, Κύριε, τ μαζῶν, ὧν ἐθήλασεν ἐμὲ τ ταπεινὸν, ἵνα ἀπολαύσῃ τ ἐμῆς νεότητος, καὶ οὐκ ἀπέλαυσεν. Μὴ ἐπιλάθῃ, δέσποτα, ὅτι ἐδὲ πρὸς ὥραν χωρισθῆναί με ἐδυνάτο, καὶ ἐχωρίσθη με ὅλον τ χρόνον. Μνημόνευσον, δέσποτα, ὁ πάντα ἐπισάμενος, ὅτι, ὅτε ἐβούλετο χαρῆναι εἰς ἐμὲ, τότε αὐτῇ ἑαυτὸν διὰ τὸ ὄνομά σε ἐστέρησα. Μὴ ἐπιλάθῃ, δίκαιε, C τ διασπαραγμῶν τ σπλάγχνων αὐτῆς, ὧν ἔσχε τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε πρὸς σὲ κατέφυγον.

25 Γινώσκεις, Κύριε, πόσῃ ἀϋπνίαν ἐκτήσατο κῇ πᾶσαν νύκτα μνημονεύουσα τ ἐμῆς νεότητος, ἐξότε αὐτὴν ἐγκατέλειπον. Σὺ οἶδας, δέσποτα, πόσας νύκτας ἐποίησεν ἄϋπνος, ζητοῦσα τὸ συγκοιμώμενον αὐτῇ πρόβατον. Μὴ ἐπιλάθῃ, φιλάνθρωπε, οἵῳ πόνῳ αὐτῆς πρόσεσχε τῷ καρδίαν, ὅτε τὰ ἐμὰ ἱμάτια θεωροῦσα ἐφήσατο, διὰ τὸ μηκέτι εἶναι τ μαργαρίτην αὐτῆς τ ζῶντα ἐνδυόμενον. Μνημόνευσον, δέσποτα, ὅτι τῷ ἐξ ἐμῦ παρεμυθίαν, καὶ χαρὰν, καὶ ἀγαλλίασιν ἐζήτησε αὐτὴν, ἵνα σοι τῷ ἐμῷ καὶ αὐτῆς Θεῷ καὶ δεσπότῃ τ ἁπάντων δουλεύσω. Δὸς αὐτῇ ἀγγέλυς διασώζοντας αὐτῆς τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν πνευμάτων καὶ θηρίων ᾧ ἀέρος τότε τῶν πονηρῶν, καὶ ἀνελεημόνων, τῶν ἐπιχειρούντων καταπιεῖν πάντας τὺς δι᾽ αὐτῶν παρερχομένυς. Ἐξαπόστειλον αὐτῇ Κύριε, Κύριε φύλακας ἰσχυρὺς ἐπιτιμῶντας πάσῃ ἀκαθάρτῳ δυνάμει. Συναντήσῃ αὐτῇ καὶ ἀλύπως καὶ ἀβασανίστως. Ὁ Θεός με κέλευσον διαχωρισθῆναι αὐτῆς τινὰ ψυχὴν ἐκ τ σώματος, καὶ εἴ τι ὡς γυνὴ ἐν ἔργῳ, ἢ λόγῳ ἥμαρτεν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, συγχώρησον τῇ ψυχῇ αὐτῆς, ἕνεκεν τῆς θυσίας, ἧς ἐγέννησεν, καὶ προσήνεγκέν σοι, δέσποτα, ἐμὲ τὸν ἀνάξιον δῶλόν σε, ναὶ Κύριε ὁ Θεός με, ὁ δίκαιος κριτὴς καὶ φιλάνθρωπος. Μὴ εἰσενέγκῃς αὐτὴν ὑπὸ θλίψεως εἰς θλῖψιν, καὶ ὑπὸ ὀδύνης εἰς ὀδυνῶν, ὑπὸ στεναγμῶν εἰς στεναγμὺς, ἀλλ᾽ ἀντὶ λύπης, ἧς ἐλυπήθη διὰ τ μονογενῆ αὐτῆς, εἰς χαρὰν, ἀντὶ δακρύου εἰς ἀγαλλίασιν τοῖς ἁγίοις σε, ὁ Θεὸς, ὁ Θεός με, εἰς τὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

26 Τῶν αὐτῶν ἐκ τ δύχης, ἤρξατο ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννης παραμυθεῖσθαι αὐτὸν καὶ λέγειν· Ἰδὲ, ἀδελφὲ Συμεών, ἐπληροφόρησέν σε ὁ Θεὸς, καὶ εἰσήκυσεν τ δύχης σε, καὶ προσελάβετο τὴν μητέρα. Ἀλλ᾽

diceret: Rectè, fili. Ille rursum: Vade, ait, ad regem, ne metue: nam rogavi illum, & bonum tibi locum præparavit, &, ubi voluerit, te sequar illuc. A. LEONT. Ex Ms

24 Ad se reversus, intellexit eâ ipsâ horâ matrem è vivis excessisse; & curriculo currens ad fratrem Joannem, dixit: Surge Domine, orabimus. Cumque ille turbaretur (existimabat enim aliquam tentationem accidisse Symeoni) dicit ei Symeon: Noli turbari, frater; nihil enim mali habeo, per Deum. Cui Joannes: Et quæ causa talis cursus, pater Symeon? (Nam impensè venerabatur, & colebat ille Symeonem, sicut Symeon Joannem) tunc oculis fletu perfusis, & gemmarum instar lacrymis in pectus ejus decurrere incipientibus, dicit Joanni: Jam bonam meam & benedictam matrem Dominus ad se vocat. Et narrabat ei visionem, ac flexis genibus orabant: audiebaturque Symeon Deum compellare verè miserabilibus & supplicibus sermonibus (nam commovebantur & conturbabantur viscera ejus, affectu naturali commota) & clamabat: O Deus, qui sacrificium Abrahæ suscepisti; qui ad Jephtæ victimam respexisti; qui dona Abelis aversatus non fuisti; qui per Samuelem puerum tuum, Annam prophetissam esse ostendisti; tu idem, Domine, mi Domine, propter me servum tuum, suscipe spiritum bonæ matris meæ. Memento, Domine, laborum ac molestiarum ejus, quæ meâ causâ pertulit. Memento, Domine, lacrymarum ejus, & gemituum, quæ emisit, quando relictâ illâ confugi ad te. Memento, Domine, uberum, quibus me lactavit vilem, ut gauderet juventute mea, & gavisa non fuit. Ne obliviscere, quod ne vel ad horam separari à me potuerit, & separata fuerit à me toto tempore. Recordare, Domine, qui omnia scis, quod, quando in me oblectare se volebat, tunc me ei subtraxerim *b* propter nomen tuum. Ne oblivisceré, juste Deus, dilacerationis viscerum ejus, quam sustinuit illo die, quo ad te confugi. *Ecstasis,* *b*

25 Nosti, Domine, quantum vigilarit noctibus singulis, in memoriam revocans juventutem meam, ex quo ipsam dereliqui. Nosti, Domine, quot noctes duxerit insomnes, quærens ovem, quæ secum dormiebat. Ne obliviscere, benigne Deus, quantus dolor cor ejus pupugerit, quando in vestium mearum contemplatione defixa hæsit, quia nuspiam erat margarita ejus, hisce indui consueta. Memento, Domine, quod ipsam solatio, gaudio, & exultatione, quæ ex me sperabat, privaverim *c*, ut tibi, & meo, & ipsius Deo ac Domino universorum servirem. Da ei angelos, qui animam ipsius servent à spiritibus & feris malignis aëriæ hujus regionis, quæ sine misericordia conantur devorare transeuntes. Domine, Domine, emitte custodes fortes, qui increpent omnem impuram potestatem, quæ occurrat ei sine dolore & tormento. O Deus meus! Jube separari animam ipsius à corpore, & si aliquid tamquam femina in opere vel sermone peccavit in hac vita, condona animæ ejus, propter sacrificium, quod genuit, & tibi, Domine, obtulit, me indignum servum tuum. Utique Domine Deus meus, qui justus es judex & benignus. Ne illam inducas de tribulatione in tribulationem, de dolore in dolorem, de gemitibus in gemitus; sed à dolore, quo propter filium suum unigenitum doluit, in gaudium, è lacrymis in exultationem, præparatam Sanctis tuis, ô Deus, ô Deus meus in secula. Amen. *Ejus pro ea preces.* *c*

26 Finita oratione, cœpit frater Joannes consolari ipsum, ac dicere: Ecce, frater Symeon, votis annuit Deus, exaudivit orationem tuam, & matrem tuam assumpsit. Sed tu nunc laboris in *Mors uxoris Joanni revelata.*

A. LEONT. Ex Ms.

partem veni. Oremus, propter Dominum, ambo, ut Deus quoque faciat miſericordiam ſuam cum illa, quæ, Deo indulgente, uxor mea eſt vocata; ut eam quoque ad monaſtici habitus inſtitutum inducat, aut faciat miſericordiam ſuam, & aſſumat ipſam. Pauco tempore precibus dato, nocte quadam videt Abbas Joannes matrem Symeonis venientem, ac tenentem uxoris ejus manum, & dicentem: Surge, ſoror, accede propius ad me; quia pulcram domum donavit mihi rex, qui filium meum militiæ ſuæ & ſervitio adſcripſit. At veſtes tuas muta, & mundas indue. Et illa ſurrexit, inquit, protinus, & ſecuta ipſam fuit. Et cognovit [Joannes] quod ipſa quoque mortem obiiſſet, & quod ambæ in bono loco eſſent; & gaviſus fuit gaudio magno valde. Atque ita perſeverarunt in eremo exercentes ſe in omni exercitatione, tolerantia, frigore, & æſtu, per viginti novem annos, multaſque & inexplicabiles ſuſtinuerunt à diabolo tentationes. Et hunc ſuperarunt, maximè verò Symeon, per eam, quâ pollebat, vitæ innocentiam & integritatem: ſentiebat enim ſe, per

B

virtutem Spiritus ſancti, ſibi inhabitantis, nec timere dolorem, nec frigus, nec famem, nec æſtum, ſed ipſam naturæ humanæ conditionem prope eſſe prætergreſſum.

ſtudio ſalvandi animas

27 Dicit Joanni: Quid proficimus impoſterum, frater, in hac ſolitudine commorantes? Enimvero, ſi me audis; ſurge, diſcedamus, alios etiam reddamus ſalvos. Hic enim, præterquam nobis, proſumus nemini, & à nullo mercedem accipimus. Et incipiebat ei dicere nonnulla hujuſmodi è ſacris paginis: Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod proximi. Et iterum: Omnibus omnia factus ſum, ut omnes ſalvarem. Et ex Euangelio: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Atque alia quædam iſtiuſmodi. Et reſpondens Dominus Joannes, dicit ipſi: Puto, frater, ſatanas quieti noſtræ invidit, & hanc tibi cogitationem injecit. Quin tu potius mane, & curſum noſtrum, quo vocati ſumus à Deo, impleamus in hac eremo. Tum Symeon: Crede, ego non maneo, ſed diſcedo in virtute Chriſti, mundum ludificaturus. Cui rurſum frater ejus: Ne bone frater, oro te propter Dominum, ne me humilem deſeras; neque enim eò virtutis perveni, ut poſſim mundum ludificare. Sed propter eum, qui nos junxit, noli disjungi à tuo fratre. Noſti, quod poſt Deum non habeam ullum, præter te, frater mi; ſed renuntiavi omnibus, ut tibi adhærerem. Et nunc tu vis in hac ſolitudine tamquam in pelago me linquere. Memento hujus diei, quâ ſortem duximus & audivimus Abbatem Niconem; quod convenerit inter nos, mutuo non ſeparari. Memento terribilis horæ, quando ſanctum habitum induti ſumus, & eramus duo, ſicut anima una, adeo ut omnes dilectionem noſtram tamquam rem novam mirarentur. Nolito obliviſci ſermones magni ſenis, quibus nos admonuit ea nocte, quâ egreſſi ſumus. Ne, quæſo, ne forte peream, & requirat Deus animam meam abs te.

Symeon in publicum prodit.

C

Fruſtra reniſtente,

28 Cui iterum Symeon: Cogita me eſſe mortuum; nonne haberes, unde tui curam gereres, tametſi ſolus eſſes? Crede, ſi venias, rectè facies & belle; quoniam ego non maneo. Ubi vidit frater Joannes eum perſiſtere, cognovit quod divino inſtinctu hoc faceret. Nihil quippe eos potuiſſet ſeparare niſi ſola mors, & fortaſſe ne ipſa quidem. Nam ſæpius hoc etiam Deum rogaverant, ut ambos ſimul è vita vocaret, & credebant exaudiendos ſe fuiſſe à Domino in hac re, ſicuti in omnibus.

ἄφτι συγκοπίασόν μοι. καὶ δύξώμεθα διὰ τὸν Κύριον A
οἱ ἀμφότεροι, ἵνα ποιήσῃ ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ,
καὶ μὴ τῇ συγχώρησιν Θεοῦ ὀνομασθείσης γυναικός μου, ἵνα καὶ αὐτὴν φέρῃ ὁ Θεὸς εἰς λογισμὸν τοῦ μοναχικοῦ σχήματος, ἢ ποιήσῃ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ λάβῃ αὐτήν. Καὶ ὡς ἠύξαντο ὀλίγον χρόνον, ἐν μιᾷ νυκτὶ θεωρεῖ ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης τὴν μητέρα τοῦ Συμεὼν ἐλθοῦσαν, καὶ κρατήσασαν τὴν χεῖρα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν λέγουσαν αὐτῇ. Ἀνάστα, ἀδελφή, ἐλθὲ ἐξύ μου, ὅτι καλὸν οἶκον ἐχαρίσατό μοι ὁ βασιλεὺς ὁ στρατώσας τὸν υἱόν μου εἰς δουλείαν αὐτοῦ. Ἀλλὰ ἄλλαξον τὰ ἱμάτιά σου, καὶ φόρεσον καθαρά. Καὶ ἀνέστη, φησὶν, εὐθέως, καὶ ἀπῆλθεν αὐτῇ, καὶ ἔγνω ὅτι ἐτελεύτησεν καὶ αὐτὴ, καὶ ὅτι αἱ δύο εἰς καλὸν τόπον εἰσὶν, καὶ ἐχάρη χαρὰν μεγάλην σφόδρα. Καὶ ὡς διετέλεσαν εἰς τὴν ἔρημον ἀσκοῦντες ἐν πάσῃ ἀσκήσει, καὶ κακοπαθείᾳ καὶ ψύχει, καὶ καύσωνι ὑπὲρ εἴκοσι ἐνέα ἔτη, πολλὰς καὶ ἀφάτους πειρασμὸς ὑπομείναντες ἐκ τοῦ διαβόλου, καὶ τὸν νικήσαντες, μᾶλισα ὁ Συμεὼν ἐκ τῆς πεποιθήσεως αὐτῷ ἀκακίας καὶ καθαρότητος. Ηἰσθάνετο γὰρ ἑαυτὸν διὰ τῆς ἐνοικούσης ἐν αὐτῷ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμεως, μήτε πάθος φοβούμενον, μήτε ψύχος, ἢ πεῖναν, ἢ καύσωνα, ἀλλὰ χεδὸν ὑπερ τὰ μέτρα τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης γινόμενον.

27 Λέγει τῷ Ἰωάννῃ· Τί ὠφελούμεθα λοιπὸν, ἀδελφὲ, ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ διατρίβοντες; Ἀλλ' ἐὰν ἀκούσῃς μου, ἀνάστα, ἀπέλθωμεν, σώσωμεν καὶ ἄλλους. Ὧδε γὰρ εἰ μὴ ἑαυτοὺς μόνους, ἕτερόν τινα οὐκ ὠφελοῦμεν, οὐ μισθὸν παρά τινος οὐκ ἔχομεν· καὶ ἤρξατο λέγειν αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας γραφῆς ἵνα τοιαῦτα. Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίου. Καὶ πάλιν· Τοῖς πᾶσιν πάντα γέγονα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. Καὶ ἐκ τοῦ εὐαγγελίου· ὅτι οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα καὶ δοξάσωσιν τὸν πατέρα ὑμῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα. Καὶ ὑποκριθεὶς ὁ κύριος Ἰωάννης, λέγει αὐτῷ· Νομίζω, ἀδελφὲ, ὁ σατανᾶς ἐφθόνησεν τὴν ἡσυχίαν ἡμῶν, καὶ ὑπέβαλέν σοι τὸν λογισμὸν τοῦτον, τοὐναντίον κάθισον, καὶ τὸν δρόμον ἡμῶν, ὅπερ ἐκλήθημεν ὑπὸ Θεοῦ, εἰς τὴν ἔρημον ταύτην πληρώσωμεν. Λέγει αὐτῷ ὁ Συμεὼν, πίστευσον, ἐγὼ οὐ μένω, ἀλλ' ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Χριστοῦ ὑπάγω, ἐμπαίζων τῷ κόσμῳ. λέγει αὐτῷ πάλιν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Μὴ, ἀδελφὲ καλὲ, παρακαλῶ σε διὰ τὸν Κύριον, μὴ ἐάσῃς με τὸν ταπεινόν. Οὔπω γὰρ ἐγὼ εἰς τοῦτο τὸ μέτρον ἔφθασα, ἵνα δυνηθῶ ἐμπαῖξαι τῷ κόσμῳ. Ἀλλὰ διὰ αὐτὸν, τὸν ζεύξαντα ἡμᾶς μὴ θελήσῃς ὑποζευχθῆναι τοῦ σε ἀδελφοῦ. Συὶ οἶδας, ὅτι μετὰ Θεὸν οὐδένα ἔχω, εἰ μή σε, ἀδελφέ μου, ἀλλὰ πάντας ἠρνησάμην καὶ παρεκλήθην σοι, καὶ ἄρτι σὺ θέλεις, ὥσπερ ἐν πελάγει, ἐάσαί με εἰς τὴν ἔρημον ταύτην. Μνημόνευσον τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅτε ἐλάχομεν, καὶ κατηρχόμεθα ὑπὸ τὸν κύριον Νίκωνα, ὅτι συνεθέμεθα, μὴ χωρίζεσθαι ἀπ' ἀλλήλων. Μνημόνευσον τοῦ φοβεροῦ ὥρας, ὅτε τὸ ἅγιον σχῆμα ἐνεδύθημεν, καὶ ἦμεν οἱ δύο ὥσπερ μία ψυχὴ, ὥστε πάντας ξενίζεσθαι ὑπὸ τῆς ἀγάπης ἡμῶν. Μὴ ὑπολάθῃ τὸ λόγων τοῦ μεγάλου γέροντος, ὧν ἡμᾶς ἐνουθέτησεν ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ ἐξήλθομεν. Μὴ, παρακαλῶ, μή πως ὑπόλωμαι, καὶ ἐκζητήσῃ ὁ Θεὸς τὴν ψυχήν μου ἀπό σου.

28 Λέγει αὐτῷ πάλιν ὁ Συμεών· Νόμισον, ἀπέθανον, οὐκ εἶχες φροντίσαι ἑαυτοῦ καὶ μόνος ὤν; Πίστευσον, εἰ μὲν ἔχῃ, οὐ καλῶς, ἐπεὶ ἐγὼ οὐ μένω. Ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννης ὑπομένοντα, ἔγνω ὅτι ἐκ Θεοῦ ἐπληροφορήθη τοῦτο πεάξαι. Ἐπεὶ οὐκ ἐχώρησεν αὐτὸς, εἰ μὴ ὁ θάνατος, τάχα ἦ ἤδη αὐτός. Καὶ γὰρ ἦσαν καὶ τοῦτο πολλάκις παρακαλέσαντες τὸν Θεὸν, ἵνα ὁμοῦ παραλάβῃ τοὺς δύο, καὶ ἐπίστευον ὅτι εἰσακούσῃ αὐτῶν ὁ Κύριος καὶ ἐν τούτῳ, ὡς ἐν ἅπασιν.

Λέγει

A Λέγει οὖν αὐτῷ. Βλέπε Συμεών, μή πως ὁ διάβολος χλιάσαι σε θέλῃ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ. Σὺ μόνον μὴ ἐπιλάθῃ μου ἐν τῇ δεήσει σου, ὥσπερ κἀγὼ σου, καὶ ὁ Θεὸς καὶ αἱ δεήσεί σου σώζουσίν με. Πάλιν οὖν ἤρξατο νουθετεῖν αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ λέγειν. Βλέπε, ἀσφάλισαι σεαυτόν, ἀδελφὲ Συμεών, ἵνα μὴ ὅσα σωπήσῃ ἡ ἔρημος, σκορπίσῃ ὁ κόσμος· καὶ ὅσα ὠφέλησεν ἡ ἡσυχία, βλάψῃ ἡ ταραχή· καὶ ὅσα ἤνεγκεν ἡ ἀκηδία, διὰ ὕπνου ἀπωλέσῃς. Ἀσφάλισαι, ἀδελφὲ, μὴ ἡ σωφροσύνη τῆς μοναχικῆς διαφθείρῃ βίου ἡ ἀπάτη τῶν κοσμικῶν. Βλέπε μὴ τὸν καρπὸν τῆς ἐρημίας τῶν γυναικῶν, ἐξ ὧν σε ἔσωσεν ὁ Θεὸς ἕως σήμερον, ἀπωλέσῃ ἡ μετ' αὐτῶν διατριβή. Βλέπε μὴ ἡ ἀκτημοσύνη, ἣν σοι ὁ ἀναχωρητικὸς προεξένησε βίος, διασκεδάσῃ ἡ πολυκτημοσύνη, μή πως ὃ ἔσηξεν ἡ νηστεία σῶμα, παχύνῃ τὰ βρώματα.

29 Βλέπε, ἀδελφέ, μή πως ἡ κατάνυξίν σε ἀπωλέσῃς διὰ τοῦ γέλωτος, καὶ ἡ προσευχήν σε διὰ τῆς ἀμελίας σου. Βλέπε, παρακαλῶ, μή πως γελῶντος τοῦ προσώπου σου, σωδιαχείητται ὁ νοῦς σου, μὴ τῶν χειρῶν ψηλαφούντων, συνψηλαφήσῃ καὶ ἡ ψυχή, μὴ τοῦ σώματος ἐσθίοντος, συνηδυνθῇ καὶ ἡ καρδία, μὴ τῶν ποδῶν βαδιζόντων, συνορχήσηται ἀτάκτως καὶ ἡ ἔνδον ἡσυχία, καὶ συντόμως εἰπεῖν, μὴ ὅσα πεάττει
B τὸ σῶμα ἔξωθεν, πεάττῃ καὶ ἡ ψυχὴ ἔσωθεν. Ἀλλ' εἰ καὶ ὅλως εἴληφας ὑπὸ Θεοῦ δυνάμιν, ἀδελφὲ, ἵνα, ὅσα ἐὰν τὸ σῶμα πεάξει σχήματα, ἢ λόγους ἢ πεάγματα, ἀκίνητος καὶ ἀτάραχος διαμένῃ ὁ νοῦς σου καὶ ἡ καρδία, καὶ ὁλοτρόπως ἐκ τούτων μολύνεται, ἢ βλάπτεται, ὄντως ἐγὼ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ σου χαίρω, μόνον ἵνα δόξῃ τῷ Θεῷ, ἵνα ἐκεῖ μὴ χωρήσῃ ἡμᾶς ἐξ ἐαυτῶν. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Συμεών. Μὴ φοβηθῇς, ἀδελφὲ Ἰωάννη, ὁ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ τοῦτο βούλομαι πεάξαι, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κελεύοντός μοι, καὶ ἐν τούτῳ γνώσῃ, ὅτι εὐηρέστησεν τῷ Θεῷ τὸ ἔργον μου διὰ τῆς αὐτοῦ συνεργείας, ὅτι πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με, ἔρχομαι, καὶ καλῶ σε, καὶ ἀσπάζομαί σε, καὶ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις φθάνεις με· Ἀλλὰ ἀνάστα, καὶ ποιήσωμεν εὐχήν. Καὶ δύξαμένων αὐτῶν ἐπὶ ἱκανὰς ὥρας, καὶ φιλησάντων τὰ ἑαυτῶν σήθη, καὶ βρεξάντων αὐτὰ ἀπὸ τῶν δακρύων ἑαυτῶν, ἀπέλυσεν αὐτὸν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης συνοδοιπορήσας αὐτῷ, ἱκανὸν διάστημα, ἐ γὰρ ἐδύνατο αὐτῷ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ χωρισθῆναι ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καθότι ἔλεγεν αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Συμεών, ὑπόστρεψον,
C ἀδελφὲ, ὡς ἵνα ἐχώριζεν αὐτὸν μάχαιρα ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ, οὕτως τοῦ λόγου τούτου ἤκουεν, καὶ πάλιν παρεκάλει αὐτὸν συνακολουθῆσαι ἄλλο ὀλίγον. Ὡς οὖν ἐβιάσατο αὐτὸν ὁ ἀββᾶς Συμεών, ὑπέστρεψεν, βρέχων τῇ γλώσσῃ τοὺς δάκρυσιν, εἰς τὸν ἴδιον τόπον.

30 Ὡρθοδρόμησεν ἐν τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλει· Ἐδίψα γὰρ πάνυ, ὡς ἔλεγεν, καὶ ἐκαίετο ἐπιποθῶν ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι διὰ τοσούτων χρόνων τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ τόπων, καὶ καταλαβὼν τὸ ἅγιον καὶ ζωοποιὸν τοῦ Χριστοῦ μνῆμα, καὶ τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον, καὶ νικηφόρον κρανίον, τὸν πόθον ἐπλήρωσεν. Ἐνέμεινε γὰρ τρεῖς ἡμέρας εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καθημένῳ. Ἐρχόμενος καὶ προσκυνῶν ἀδιαπαύστως τοῦ Κυρίου τόπους, καὶ δεόμενος. Ἡ γὰρ δέησις αὐτοῦ πᾶσι ὑπῆρχε τοῦ σκεπασθῆναι αὐτὸν τῆς ἐργασίας μέχρι τῆς αὐτοῦ μεταστάσεως ἐκ τοῦ βίου, ἵνα διαφύγῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν, δι' ἧς παραχθεὶς τῷ ἀνθρώπῳ ὑπερηφανείᾳ καὶ οἰήσει, ἣ καὶ ἀγγέλους ἀπέλεσεν ἐξ οὐρανῶν. Εἰσήκουσεν οὖν αὐτοῦ, ὁ εἰπών, ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ γὰρ τοσούτους θαυματουργίας αὐτοῦ ἐπιτελέσαντος, καὶ τοσαῦτα παράδοξα κατεργασαμένου, ὡς ἐκ τῆς ἐξῆς ἐστι μαθεῖν, οὐκ ἐγένετο δήλη ἡ τοῦ Οσίου ἐργασία τοῖς ἀνθρώποις. Ἡ γὰρ αἴτησις αὐτοῦ ὥσπερ κάλυμμα ἐγένετο ἐπὶ τὰς καρδίας τῶν θεωρούντων τὰ ὑπ' αὐτοῦ τελούμενα, ἕως τοῦ αὐτοῦ κοιμήσεως. Πῶς γὰρ, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, λέγω δὴ

Dicit itaque ei [Joannes,] Videſis, Symeon, he diabolus fortaſſe tibi velit ſtruere inſidias. Reſpondit ille: Tu modò ne mei obliviſcare in tuis precibus, ſicut nec ego tui obliviſcar; & Deus, nec non preces tuæ ſervabunt me. Iterum ergo monere ipſum cœpit frater ejus, & dicere: Vide ut cautus ſis, frater Symeon, ne, quidquid collegit eremus, diſpergat mundus; quidquid promovit ſilentium, lædat tumultus; quidquid congregaverunt vigiliæ, ſomnus perdat. Cave, frater, ne vitæ monaſticæ moderationem, mundi fraus corrumpat. Vide ne fructum, quem percepiſti ex abſentia feminarum, à quibus te hactenus ſervavit Deus, perdat futura cum eis converſatio. Vide ne inopiam, quam tibi conciliavit vita ſolitaria, diſpergat opulentia; ne forſan corpus, quod afflictavit jejunium, cibi impinguent. A. Leont. Ex Mss.

29 Vide, frater, ne compunctionem amittas per riſum, & orationem per negligentiam. Vide, obſecro, ne dum ridet tuus vultus, diffundatur mens tua; ne dum contrectant manus, ſimul contrectet anima; ne dum comedit os, ſimul dulcedine afficiatur cor; ne dum pedes vadunt, ſimul inordinatè ſubſultet interna quies, & interna pax: atque, ut paucis complectar omnia, ne quidquid agit corpus extrinſecus, anima etiam agat intrinſecus. Sed ſi prorſus à Deo accepiſti virtutem, frater, ut, quo ſe cumque modo habuerit corpus, aut ſermo, aut actiones, careat animus tuus & cor motione & perturbatione; & neutiquam ab illis rebus polluatur aut lædatur; verè de tua ſalute gaudeo, modo ut Deum ores, ne hîc nos alterum ab altero ſeparet. Tunc dicit ei Abbas Symeon: Ne timeas, frater Joannes: non enim proprio Marte id volo agere, at Deo jubente. Et in hoc cognoſces, placuiſſe Deo opus meum, ipſo cooperante; quia priuſquam moriar, veniam ad te, & vocabo te, & amplectar te, & paucis pòſt diebus me ſequeris. At ſurge, & orationem inſtituamus. Et poſtquam ſat diu oraſſent, & alter alterius pectora amplexi, lacrymis ſuis ea rigaſſent, dimiſit ipſum Abbas Joannes, factus ipſi comes per ſatis longum ſpatium; non enim patiebatur anima ejus ab ipſo ſeparari. Sed quando ipſi dicebat frater Symeon: Revertere frater: non aliter ſermonem hunc audivit, quam ſi gladius eum ſeparaſſet à ſuo corpore. Et iterum orabat eum, ut ad aliud modicum ſpatium comitari permitteret. Itaque, cogente ipſum Abbate Symeone, rediit ad locum ſuum, lacrymis terram irrigans. E F

30 Symeon in ſanctam Chriſti civitatem rectà contendit. Nam vehemente aiebat ſitire ſe & ardere deſiderio jam dudum fruendi ſanctis Chriſti locis. Et poſtquam perveniſſet ad ſanctum ac vivificum Chriſti monumentum, ſanctamque ac ſalutarem & victricem calvariam, deſiderium explevit: Nam triduum in Sancta civitate moratus fuit, accedens & adorans perquam veneranda Chriſti loca, & precibus vacans. Omnis autem oratio ejus erat, ut actiones ejus tegerentur, donec ex hac vita migraret, quo hominum gloriam defugeret, per quam accedit ad hominem ſuperbia & exiſtimatio propria, quæ vel ipſos angelos perdidit in cælo. Exaudivit ergo ipſum ille, qui dixit: Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos. Et- Pſal. 35. enim quamquam tanta patraret prodigia, & res tam incredibiles ſupra opinionem, prout intelligi datur ex iis, quæ ſequuntur; non fiebant actiones Sancti, hominibus manifeſtæ. Nam petitio ejus facta eſt veluti tegmen ſuper corda eorum, donec in Domino obdormiret, qui videbant ea, quæ perficie- *ac abſterrente Joanne,* *venit Hieroſolymam.*

A. LEONT. Ex Mss. ficiebat, [& non intelligebant.] Quomodo enim, niſi res ita ſe habuerit; niſi, inquam, Deus virtutem beati Viri hominibus occultarit, propter eam, quam ab ipſis adepturus erat, gloriam, non innoteſcebat omnibus? Qui nunc quidem dæmoniacos ſanabat, nunc rurſus ignem *e* ferebat manu; nunc verò ſæpius nonnullis futura prædicebat, & aliis ſignificabat ea, quæ in loco remoto de ſe erant dicta; nunc cibos omnis generis ac delicias, occulta virtute, & ridiculo modo, in eremum inferebat; nonnumquam etiam Hebræos, aut à fide devios ad pietatem convertebat, ſanabat ægrotos, & alios è periculis liberabat. Sæpius item mulierculas impudicas & meretrices, partim quidem ad legitimas nuptias ludicro modo traducebat, partim ad frugem, pecuniis ineſcans; quin imo per inſitam ſibi pietatem tangebat earum cor, ut vitam ſolitariam amplecterentur. Nec miror, Chriſticolæ, eum, qui hæc per Deum patravit, incognitum permanſiſſe. Etenim [ſicut] ille famulorum ſuorum virtutes, quæ abſconditæ latent, ſæpe manifeſtat, ſic diſpenſatione ſua hujus Sancti [virtutes] omnibus incognitas, manifeſtavit. Triduo itaque, uti dictum eſt ſupra, in ſanctis locis conſumpto, in Emeſenorum civitatem pervenit.

Petit & impetrat à Deo, ut homines lateat.

e

τὸ τὸν Θεὸν σκέπειν ἐκ ἀνθρώπων τ̃ ἀρετὴν τ̃ Μακαρίτε, δι᾽ ἣ παρ᾽ αὐτῶν δόξαν, ἐ πᾶσιν κατάδηλ@ ἐγένετο; Νῦν μὲν δαιμονῶντας ἰώμεν@, πάλιν δ᾽ ἐν τῇ χειρὶ λαμπρὰ βαστάζων. Τισὶν δ᾽ πολλάκις τὰ μέλλοντα προλέγων, ἢ ἄλλοις τὰ ἀπὸ μακρόθεν πρὸ αὐτ῀ λαληθέντα σημαίνων. Ἐξ ἀοράτε τροφὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ παντοίας τρυφῆς γελοιοδῶς ἐπικομίζων. Ἔστιν δ᾽ ὅτε καὶ Ἑβραίους, ἢ κακοπίσεις πρὸς ἣ δυσέβειαν ἐπιστρέφων, ἢ νοσοῦντας ἰώμεν@, ἄλλες ἐκ κινδύνων ῥύόμεν@. Πολλάκις δ᾽ καὶ γυναῖα ἄσεμνα καὶ πορνικὰ, τὰ μὲν ἐπὶ νόμιμον γάμον παιγνικῶς ἔφερεν, τὰ δ᾽ σωφρονεῖν διὰ χρημάτων ἀνηρυθμόμεν@ ἐποίει. Ἄλλα δ᾽ καὶ τ̃ μονήρη βίον μεθέρχεσθαι διὰ τ̃ προσούσης αὐτῷ καθαρότητ@ κατένυτε. Καὶ ἐ θαυμάζω, φιλόχριστοι, τῷδε Θεῷ ταῦτα κατεργαζόμενον, ἄγνωστον διαμεῖναι. Ὁ γὰ ποιῶν τὰς κεκρυμμένας χρετὰς τ̃ ἑαυτ῀ θεραπόντων πολλάκις καταδήλες πᾶσιν, οὕτως τῇ αὐτ῀ οἰκονομίᾳ, ἢ τὰς τότε τ῀ Ὁσίε πᾶσιν ἴσας ἀγνώστες, καταδήλες ἐποίησεν. Ὡς ἀνωτέρω γέγραπται, διατρίψας τὰς τρεῖς ἡμέρας ἐν τοῖς ἁγίοις τόποις καταλαμβάνει τὴν Ἐμεσηνῶν πόλιν.

Triduo itaque, uti dictum eſt ſupra, in ſanctis locis conſumpto, in Emeſenorum civitatem pervenit.

ANNOTATA.

a *Interpres apud Surium legit in numero ſingulari* parentem, *conformiter ad ea, quæ ſupra, cap.* 1, *ubi narratur Joannes fuiſſe* ἀμήτωρ. *Niſi per τὸ* parentes, *hîc fortaſſe ſignificentur* amici.

b *Juxta communes probæ Syntaxeos leges, dicendum erat : τότε αὐτῷ ἐμαυτ῀ διὰ τὸ ὄνομά σε ἐρήσα. Exempla paſſim ſunt obvia, ut videre eſt apud Gretſerum lib.* 2. *Inſtitutionum linguæ Græcæ cap.* 10.

c *Verbum* στρῶ, privo, *hic conſtruitur cum gemino accuſandi caſu, contrà quam fieri communiter ſolet.*

d *τ̃ αὐτῶν ἐκ τ̃ δίχης, num.* 26. *Senſus eſt mutilus, niſi ſubaudiatur* ἀνεσώτων, *aut quid ſimile.*

e *Interpres apud Surium non ſatis propriè ſic reddit :* Rurſum autem res ſplendidas manu ferret. *Nam τὸ* λαμπρὸν, *vulgò* ſplendidum, *denotat prætereà* ignem, flammam, ignis fulgorem; *& hîc* μετωνυμικῶς, *effectus videtur poni pro cauſa, nimirum* ſplendor ignis, *pro igne ipſo. Plura de hac re exempla reperies in Gloſſario Cangii.*

CAPUT V.

Stultitiam ſimulat Emeſa. Ejus ibidem famulatus, verbera, res mirabiles, jejunia, miracula.

C *In aſticinibus Symeon*

IN ipſo autem civitatis ingreſſu ita ſe geſſit. Cum inſignis [Symeon] in ſterquilinio, quod erat extra civitatem, inveniſſet canem mortuum, ſolutâ, quam portabat, zonâ, è funiculis textâ, & canis pedi alligatâ, trahebat ipſum currens, & ingreſſus eſt per portam, prope quam ſchola erat puerorum. Hoc viſo, pueri cœperunt clamare: Vah! abbas hic ſtultus eſt. Et inſtiterunt poſt illum currere, & alapis eum impetere. Poſtridie verò hujus diei, quæ erat Dominica, cepit nuces, & ingreſſus eccleſiam, in principio divini officii nuces projecit, & candelas extinxit. Ubi autem accurrerunt eum ejecturi, ambonem *a* conſcendit, & exinde nucibus appetebat mulieres. Itaque dum multo cum labore eum ejicerent, inter egrediendum tabulas *b* placentariorum ſubvertit, qui plagis illum mulctarunt uſque ad mortem. Quando itaque contuſum ſe vidit, hæc ſecum: Humilis Symeon, verè, verè, ſic non vives in manibus eorum unâ horâ. Deo igitur ita ordinante, conſpicatus eum quidam puſcarius *c*, & ignarus quod ſtultitiam ſimularet, dicit illi : Viſne Domine abba *d*, qui jam gyrando circumis, ſtatorem agere, & vendere lupinum? Cui ille : Equidem volo.

apparens ſtultus, dirè cæditur.

a

b

c

d

Ὁ δὲ τρόπ@ τῆς ἐν τῇ πόλει εἰσόδε αὐτ῀ ἐσχημάτιστο ἔτως. Εὑρὼν ὁ ἀοίδιμ@ ἐπὶ τῆς κοπρίας τ̃ ἔξω τ̃ πόλεως, κύνα νεκρὸν, λύσας, ὃ ἐφόρει, ζονάριον ἐκ χοινίδ, ἢ δήσας τ̃ πόδα αὐτ῀, ἕσυρεν αὐτὸν τρέχων, ἢ εἰσερχόμεν@ διὰ τ̃ πύρτης, ὅπ@ πλησίον ἐστὶν τὸ σχολίον τ̃ παιδίων. Ὡς τοῦτον οὖν ἐθεάσαντο οἱ παῖδες, ἤρξαντο κρέζειν, ἔ, ἀββᾶς μωρὸς, καὶ ἔβαλλον τρέχειν ὀπίσω αὐτ῀, καὶ κοπίζειν αὐτόν. Τῇ οὖν ἐπαύριον, κυριακῆς ὔσης, ἔλαβεν κάρυα, ἢ εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἀρχῇ τ̃ λειτργίας καρυδίζων, ἢ σβέσων τὰς καυδήλας. Ὡς δὲ τοῦτον ἐξενέγκαι κατέτρεχον, ἀνέρχετο εἰς τὸν ἄμβωνα, ἢ ἐκεῖθεν ἐλίθαζεν τὰς γυναῖκας τοῖς καρυδίοις. Πολλῷ οὖν κόπῳ ἐξενεγκάντων αὐτὸν, ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι, ἔστρεψεν τὰ ταβλία τ̃ πλακουντοπρατῶν, οἱ ἢ ἔδωκαν αὐτῷ πληγὰς εἰς θάνατον. Ὡς οὖν εἶδεν ἑαυτὸν συγκλασθέντα, ἔλεγεν εἰς ἑαυτόν· Ταπεινὲ Συμεὼν, ἕντως ἔτως ἐ ζῇς εἰς τὰς χεῖρας τούτων μίαν ὥραν. Κατ᾽ οἰκονομίαν οὖν Θ̃ Θεὸς θεωρεῖ αὐτὸν εἰς Φασιάδ@, ἢ ὃν ἤδει, ὅτι τ̃ σαλὸν προσποιεῖται, ἢ λέγει αὐτῷ, θέλεις, κύρι ἀββᾶ, ἀντὶ δ᾽ γυρόβιον, ἵνα ἵστασι, καὶ πωλεῖς τὸ θέρμα; Καὶ εἶπεν αὐτῷ ἐκεῖν@, ναί.

32 Ὡς

A 32 Ὡς οὖν ἔσησαν αὐτὸν μίαν ἡμέραν, ἤρξατο πάντα ῥογδύειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τρώγειν καὶ αὐτὸς ἀπωλείας. Ἦν γὰρ μὴ φαγὼν ὅλην τὴν ἑβδομάδα. Λέγει οὖν ἡ γυνὴ τοῦ φερναρίου τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς· Πόθεν ἤγαγες ἡμῖν τὸν ἀββᾶν τοῦτον; ἴντως ἐὰν ἔτως τρώγει, ἡ χρεία, ἵνα πωλήσωμέν τί ποτε, κἂν μίαν γὰρ γάγραν, ἐξ ἧς ἔχω κανονίζεσθαι αὐτὸν, ἔφαγεν θερμίων. Οὐκ ἐγίνωσκον ὃ ὅπου ὅσα εἶχον καὶ τὰ λοιπὰ γαζεία, τοῖς συναδελφοῖς καὶ τοῖς λοιποῖς ἦν ῥογδύσας, τοῦτ' ἔστιν τὰ φάβατα καὶ τὴν φακὴν, καὶ τὰ τρωγάλια καὶ πάντα, ἀλλ' ἐνόμιζον ὅτι ἐπώλησεν αὐτά. Ὡς οὖν ἤνοιξαν τὴν ἐμβωλὴν, καὶ ἀχ δῦρον φολερὸν, ἔπτυσαν αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσαν, πλήσαντες καὶ τὸ ταμεῖον αὐτοῦ. Τῆς ἑσπέρας οὖν καταλαβούσης, ἠθέλησεν βαλεῖν θυμίαμα, ἐπεὶ γὰρ ἀνεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν ὁ ὄφις, ἀλλ' ἐκεῖ ἐκοιμήθη ἔξωθεν τοῦ θύρας. Καὶ μὴ δίρων ὅ ἐστιν, ἔβαλεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὴν ἑστίαν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὴν λαμπρᾶς, καὶ ἐθυμία. Τοῦ Θεοῦ καὶ θελήσαντος σῶσαι τὸ φερναρεῖον, ἦν γὰρ αἱρετικὸς τῶν Ἀκεφάλων Σεβηριτῶν, εἶδεν αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ θυμιῶντα τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκπλαγεῖσα λέγει· Εἷς Θεὸς, ἀββᾶ Συμεών, εἰς τὴν χεῖρά σε θυμιᾷς;

33 Ὡς ὃ τοῦτο ὁ γέρων ἤκουσεν, ἐντροπιήσατο τὸ καιόμενον, καὶ πυράτων τὰ λαμπρὰ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, μετέβαλεν αὐτὰ εἰς τὸ παλλίον αὐτοῦ
B τὸ παλαιὸν, ὃ ἐφόρει, εἰπὼν αὐτῇ· Καὶ ἐὰν μὴ θέλῃς, εἰς τὴν χεῖρά μου, ἴδε εἰς τὸ παλλίον μου θυμιῶ. Καὶ ὡς ὑπὸ κυρίου διαφυλάξαντος τὸν βάτον ἄφλεκτον, καὶ τοὺς παῖδας, ἃ ὃ ἔτως ὁ Ὅσιος ἤθετο λαμπρᾷ, ἃ ὃ τὸ παλλίον αὐτοῦ. Ὁπίσω ὃ τρόπῳ ἐσώθησαν ὁ φερναρεῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ ῥηθήσεται. Ἐπεπόθησεν ὃ καὶ τοῦτο ὁ Ὅσιος, ὅπ καθότ ἐποίει ἵ ποτε παρέδοξον, θεότεως ἤλασε τὴν γειτονίαν ἐκείνου, ἕως ἂν λησμονηθῇ τὸ πεῦγμα, ὃ ἐποίησεν. Ἔπασθεν ὃ καὶ παραυτὰ σχηματίσασθαι ἀκαιρόν τί ποτε, ἵνα δι' ἐκείνου ἐπικαλύψῃ τὸ κατόρθωμα. Ποτὲ ὃ θερμοδοτῶν ἐν καπηλείῳ, ἐλάμβανε τὴν τροφὴν αὐτοῦ. Ἦν ὃ ἄσπλαγχνος ὁ κάπηλος, ὥστε πολλάκις ἃ ὃ τὴν τροφὴν αὐτοῦ ἐδίδε, καίπερ πολλὴν πρόσιν ἔχων διὰ τὸν Σαλόν. Ὡς ἐν τάξει γὰρ μετεώρου, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους οἱ πολῖται· Ἄγωμεν, πίωμεν ὅπου ὁ Σαλός. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν εἰσῆλθεν ὄφις, καὶ ἔπιεν ἐξ ἑνὸς τῶν βυτσίων τοῦ οἴνου, καὶ ἐξέρρισεν κάτω τὸν ἰὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνεχώρησεν. Οὐκ ἦν ὃ ἔσω ὁ ἀββᾶς Συμεών, ἀλλ' ἔξω ἐβάλλιζεν μετὰ τῶν δημοτῶν. Ἐλθὼν οὖν
C ὁ Ὅσιος, θεωρεῖ τὴν βίοταν ἐπηγεγραμμένην ἀορίστως, θανάτου. Εὐθέως οὖν ἐνόησεν τὸ γεγονὸς εἰς αὐτὴν, καὶ ἐπάρας ξύλον, ἔκλασεν αὐτὴν, ὡς ἔγεμε. Λαβὼν οὖν ὁ αὐθέντης αὐτοῦ τὸ ξύλον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτῷ μετ' αὐτοῦ, ἕως οὗ ἠτόνησεν, καὶ ἐδίωξεν αὐτόν. Ἐπὶ τὴν αὔριον ὃ ἦλθεν, καὶ παρεκρύβη ὀπίσω τῆς· θύρας ὁ ἀββᾶς Συμεών, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ κάπηλος, ἔλαβεν τὸ ξύλον τὸ αὐτὸ, καὶ ἰδὲ, πάλιν ὁ ὄφις ἦλθεν πρὸς· θέλων φονεῦσαι αὐτὸν, καὶ ἀποτυχὼν, ἔδωκεν καὶ ἔκλασεν ὅλα τὰ βιοτία καὶ τὰ ποτήρια. Τότε εἰσεπήδησεν ὁ Σαλὸς, καὶ λέγει αὐτῷ, τί ἐστιν ἔξηχε, ἴδε, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ μόνος ἀπέρχῃς. Τότε οὖν ἔγνω ὁ κάπηλος, ὅπ διὰ αὐτὸ ἔκλασεν ὁ ἀββᾶς Συμεὼν τὸ βιοτίν, καὶ ᾠκοδομήθη, καὶ εἶχεν αὐτὸν ἅγιον.

34 Θέλων οὖν ὁ Ὅσιος ἀναλῦσαι τὴν οἰκοδομὴν αὐτοῦ, ἵνα μὴ θεαμβάσῃ αὐτὸν, ἐν μιᾷ κοιμωμένης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ μόνης, καὶ κείνης πεμβάλλοντος οἶνον, ἐπέβη πρὸς αὐτὴν ὁ ἀββᾶς Συμεών, καὶ ἐσχημάτισατο ἐκδύεσθαι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. Ἐκείνης οὖν βοησάσης, εἰσῆλθεν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκείνη· Βάλε ἔξω τὸν πεισπατάρακτον τοῦτον, ὅπ βιάσασθαι ἐθέλησέν με, καὶ πυγμαῖς τύπτων ἐξήνεγκεν αὐτὸν ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου εἰς τὸ κρύος,

32 Postquam ergo ipsi hoc officii dedisset uno die, cœpit omnia erogare hominibus, & vorare etiam ipse insatiabiliter; nam tota hebdomade non comederat. Dicit itaque puscarii uxor marito suo: Unde adduxisti nobis hunc abbatem? Verè si ita vorat, non opus, ut aliquid ampliùs vendamus. Etenim, ex quo accuratè ipsum observavi, amphoram integram lupinorum comedit; non noverant autem, eum consodalibus suis & reliquis erogasse vasa quæcumque habuerat reliqua, id est fabas, lentes & legumina omnia, sed putabant illa vendidisse. Aperto itaque armario, & nec merce, nec pretio ejus reperto, verberarunt ipsum & dimiserunt, ejus quoque barbam vellentes. Inclinata in vesperam die, voluit thuris suffitum emittere (neque enim recessit ab eis illâ vesperâ, sed dormiebat ibi extra portam) & non inventâ testâ, manum immisit in focum, & implevit eam igne *e*, & suffitum dedit. Deo autem volente salvum facere puscarium (nam hæresim Acephalorum *f* Severianorum *g* sectabatur) vidit Symeonem manu sua suffitum emittere puscarii uxor, & perculsa dixit: Unus Deus! Abba Symeon, an suffumigas in manu tua?

33 Hoc audito finxit senex se uri, & ignem è manu sua projiciens, transtulit in pallium suum vetus, quod gestabat, dicens ipsi; Si nolis, ut in mea manu, ecce in pallio meo suffumigo. Et sic virtute Dei, qui conservavit rubum incombustum, & pueros; nec ipse Sanctus sensit ignem, nec pallium ipsius. Quomodo autem puscarius & uxor ejus salvi evaserint, dicetur in alio capite *h*. Illud etiam studiosè observabat Sanctus, ut, quandocumque fecerat aliquid præter opinionem mirabile, viciniam illam protinus mutaret, donec res, quam fecerat, esset oblivione sepulta. Studebat etiam, ut inepti aliquid præ se ferret, quo contegeret illud, quod rectè gesserat. Evenit aliquando ut ille, qui lupinos distribuebat in caupona, acciperet cibum ejus: erat autem caupo adeo immitis, ut sæpè non daret ei cibum, tametsi multa venderet propter Symeonem. Nam cives, quasi rei novitate suspensi, dicebant inter se: Eamus, bibamus, ubi Salus est. Quadam igitur die ingressus est serpens, & bibit vinum ex una ampulla *i*, & evomuit desuper venenum suum, & abiit. Non erat intus Abbas Symeon, sed foris ducebat choreas cum popularibus. Postquam venisset Sanctus, videt ampullæ inscriptum, mors; sic tamen, ut videri non posset. Statim igitur intellexit, quid in ea factum esset: & sublato ligno, fregit eam, sicuti plena erat. Arrepto itaque ligno è manibus ejus, verberavit ipsum herus, donec deficeret, & insequebatur ipsum. Venit autem postridie Abbas Symeon, & abscondit se post januam; & ecce rediit serpens, ut biberet; eumque conspicatus caupo, arripuit lignum idem, volens ipsum occidere; & cum percussisset & aberrasset, fregit omnes ampullas & pocula. Tunc accurrit Salus, & dicit: Quid est stulte? Vide, non ego solus sum iners *k* & minus dexter. Tum intellexit caupo quod ob eamdem causam Abbas Symeon fregisset ampullam, & ædificatus fuit, & habuit eum pro sancto.

34 Cum itaque vellet Sanctus abolere sui existimationem, ne herus gloriosè de se prædicaret; die quadam, cum uxor ejus dormiret sola, & ipse vinum venderet, accessit eam Abbas Symeon, & præ se tulit exuere se vestes suas Illa clamante, ingressus est vir ejus. Cui illa, Ejice, inquit, sceleſtissimum hunc, quia vim mihi inferre voluit; & pugnis eum cædens, ex officina expulit in

A. LEONT. Ex Ms.

Ignem ferè

e

f g

illæsa manu & pallio:

E

fugit laudem;

h

i

arcana sanctitatis malè multatur.

F

k

Ex odio vanæ gloriæ

A. LEONT. Ex Ms.

glaciem (erat enim tempestas perfrigida & pruinosa.) Atque ex hoc tempore caupo non modò eum habuit pro homine emotæ mentis; verùm si

facit miranda,

alium quempiam audiret dicentem: Enimvero fortasse se talem esse simulat Abbas iste; statim illi respondebat: Verè purus putus dæmoniacus est; non fallit me homo: nam uxori meæ vitium offerre volait, si potuisset, & carnes vorat sicut atheus. Sæpius etenim carnes quoque vorabat Vir justus, quando per totam hebdomadem non gustaverat panem, & nemo jejunium ejus intelligebat. Et carnes quidem coram eis vorabat, ut illos falleret. Totus verò quasi corporis expers erat, neque curabat dedecus aut hominum, aut naturæ. Sæpius enim, volens alvum exonerare, nullius causâ erubescens, mox ad locum aliquem sedebat in foro coram omnibus; atque hoc faciebat, ut vel ex eo persuaderet, verè se esse emotæ mentis. Etenim Spiritus sancti, uti dictum sæpius est, ei inhabitantis virtute munitus, incendium diaboli superabat, nequaquam ab illo læsus.

sed non imitanda.

35 Die quadam postquam vidisset eum præ exercitatione maceratum (nam Pascha præterierat, & sine cibo sacra omnia jejunia transegerat) prædictus spectatæ virtutis Joannes, Dei amans; idem ille, qui vitam ejus nobis exposuit, nec non miseratus ac miratus ineffabilem ejus austeritatem, tametsi in civitate esset, & cum mulieribus pariter ac cum viris versaretur; volens quasi per modum ludi corpus ipsius refocillare, dicit: Veni lavatum, Sale. Subjecit ille: Imo verò, eamus, eamus. Dictum factum; exuit vestem suam, capiti superimposuit, & tamquam fasciam eidem alligavit. Dicit illi Dominus Joannes: Indue, frater; quia verè, si nudus ambulas, ego tecum non venio. Cui Abbas Symeon: Apage stulte: opus agendum præveni *l.* Si autem venire renuis, en, præcedo te pauxillùm; eoque relicto aliquantulùm præcessit. Duo erant lavacra, mutuo sibi propinqua, virorum alterum; alterum mulierum. Reliquit Salus id, quod erat virorum, & contulit se ad illud, quod erat mulierum, sponte sua. Inclamabat Dominus Joannes: Quo tendis Sale? Mane; mulierum illud est. Conversus vir mirabilis: Apage, inquit, stulte; illîc calida aqua *m*, & hîc calida aqua. Quidnam est amplius aut illîc, aut hîc? Et currens, transivit per medium mulierum, quasi in Domino glorians. Omnes autem irruerunt in eum, & verberantes ejecerunt. Interrogavit ergo eum Dei amans diaconus, quando totam ei vitam suam exposuit. Dic, propter Dominum, Pater, quomodo fuisti affectus, postquam es introgressus lavacrum mulierum? Cui ille: Crede, fili, sicut lignum est cum lignis, sic ego tunc eram. Neque enim quod corpus ferrem, neque quod ingressus essem locum, ubi erant corpora, sentiebam; sed mens mea tota erat in opere Domini, ab eoque non destiti. Nam ea, quæ gessit Sanctus, effecit partim ex studio salutis, & ex commiseratione hominum, partim ut obtegerentur ipsius rectè facta.

l

m

Dæmoniacum liberat

36 Nonnulli extra civitatem agitabant cursum, lysoporta dictum. Erat inter illos filius Joannis diaconi, Symeonis amici, qui paucis ante diebus rem habuerat cum muliere conjugata: cumq; domo ejus egrederetur, nemine ipsum vidente, à dæmone est obsessus. Voluit eum Sanctus simul ad frugem reducere, simul sanare, & dixit currentibus: Enimvero si ego vobiscum unà non lusero, non sinam vos currere: cœpitque in eos lapides mittere. Voluerunt ergo admittere illum ea parte, quâ currebat is, quem erat sanaturus. Hoc viso, Abbas

ἦν γὰρ χειμὼν μέγας καὶ βροχὴ, καὶ ἔκοπτε δὲ μόνον ὅτι εἶχεν αὐτὸν ὁ κάπηλος παράφρονα, ἀλλὰ καὶ εἴ ἄλλ τινὸς ἤκουεν λέγοντος, ὄντως τάχα ἑαυτὸν πείθει ἔτως ὁ Ἀββᾶς ἔτος, εὐθέως, ἔλεγε αὐτῷ· Οὕτως δαιμονιάζεις ἐὴν καθαρὸς, ἐ πλανᾷ με ἄνθρωπος, ὅτι τὴν γυναῖκά μκ ἠθέλησεν μοιχεῦσαι, εἰ ἐπέτυχεν, ἢ τὰ κρέα τρώγει ὡς μὴ ἔχων Θεόν. Ἐτρωγεν γὰρ πολλάκις ὁ Δίκαιος καὶ κρέα, μὴ γευόμενος ἄρτον ὅλην τὴν ἑβδομάδα, καὶ τὴν μὲν μνησείαν αὐτὲ ἐδεὶς ἐνόει. Τὰ δὲ κρέα ἔτρωγεν ἔμπροσθεν αὐτῶν πρὸς ἀπάτην αὐτῶν. Ὅλος δὲ ἦν ὥσπερ ἀσώματος, ἢ μὴ δὲ ὑφορώμενος τὴν ἀχρημοσύνην, μήτε τὴν τῶν ἀνθρώπων, μήτε τὴν τῆς φύσεως. Πολλάκις γὰρ τῆς ἡσρὸς αὐτὲ τὴν οἰκείαν χρείαν ἐπιζητέσης ποιῆσαι, εὐθέως μηδένα ἐρυθριῶν, ἐπὶ τὸ ἀγορᾶς πρὸς τόπον ἐκαθέζετο ἐπὶ πάντων, κἀντεῦθεν πᾶσιν βκλόμενος, ὡς ὅτι τῇ φύσιν φρενῶν ἐξεστηκὼς, τᾶτο ἐργάζεται. Φρεμόμενος γὰρ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τῇ ἐνοικούσῃ αὐτῷ δωνάμει ἁγίᾳ Πνεύματος, τὸ ἐκ τῆ διαβόλε πυρώσεως ἀνώτερος ἐπύγχανεν, μηδαμῶς ὑπὸ ταύτης βλαπτόμενος.

35 Ἐν μιᾷ οὖν θεασάμενος τοῦτον καταπεπονημένον ἐκ τῆ ἀσκήσεως (ἦν γὰρ Δεσπόζα, καὶ ἦν ποιήσας ἅσιτος τὰς ἁγίας νηστείας πάσας) ὁ πρεσμνημονευθεὶς ἐνάρετος Ἰωάννης ὁ Θεοφιλὴς, ὁ κὴ τὸν βίον αὐτὲ ἡμῖν ὑφηγησάμενος, καὶ συμπαθήσας, κὴ θαυμάσας τὴν ἄφατον αὐτὲ σκληραγωγίαν, καίπερ ἐν πόλει τυγχάνοντος, κὴ γυναιξὶν κὴ ἀνθρώποις συναναστρεφομένε, βυληθεὶς ὡς ἐν τάξει παιγνιδίε ἀνακτήσασθαι αὐτὲ τὸ σῶμα, λέγει αὐτῷ, ἔρχῃ λάσειν, Σαλέ. Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος λέγων, ναί. Ἄγωμεν, ἀγωμεν, κὴ σὺν τῷ λόγῳ ἐπεδύσατο τὸ ἱμάτιον αὐτὲ, καὶ ἐπετέθη αὐτὸ εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτὲ, δήσας αὐτὸ εἰς αὐτὴν, ὡς φακίολιν. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ κύριος Ἰωάννης, φόρεσον ἀδελφὲ, ἐπεὶ ὄντως ἐὰν γυμνὸς πρσπατεῖς, ἐγὼ μὴ σὲ ὧδε ἔρχομαι. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἀββᾶς Συμεών. Ὕπαγε ἔξηχε, ἐγὼ ἔργον πρὸ ἔργε ἐποίησα, εἰ δὲ ὧδε ἔρχῃ, ἰδὲ ἐγὼ προλαμβάνω σε μικρὸν, κὴ ἀφεὶς αὐτὸν προέλαβεν ὀλίγον. Δύο οὖν λετρὰ ἦσαν ἐγγίζοντα ἀλλήλοις, ἓν ἀνδρῶν, κὴ ἓν γυναικεῖον. Εἰσεν οὖν τὸ τῶν ἀνδρῶν ὁ Σαλὸς, κὴ ὥρμησεν εἰς τὸ γυναικεῖον ἐκθυσίως. Ἐκέκραζεν οὖν αὐτῷ ὁ κύριος Ἰωάννης· Πῆ ὑπάγεις Σαλὲ, μεῖνον, τῶν γυναικῶν ἐστιν ἐκεῖνο. Στραφεὶς ὁ Θαυμάσιος, λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε, σὺ ἔξηχε, ἐκεῖ θερμὸν κὴ νερὸν, κὴ ὧδε θερμὸν κὴ νερόν. Καὶ τί ποτε πρέσεσον ἔτε ἐκεῖ, ἔτε ὧδε ἦνι. Καὶ δρομῶν, εἰσῆλθεν ἀναμέσον τῶν γυναικῶν, ὡς ὑπὸ κυρίε τῆ δάξης. Ὥρμησαν δὲ πᾶσαι κατ' αὐτὲ, κὴ τύπτεσαι αὐτὸν ἐξήνεγκαν. Ἠρώτησεν οὖν αὐτὸν ὁ Θεοφιλὴς διάκονος, ὅτε ὅλον τὸν βίον αὐτὲ ἐξέπεν αὐτῷ, δὸς τὸ κύριον, πάτερ, πῶς ἠθάνε σεαυτὸν, ὡς εἰσῆλθες εἰς τὸ λετρὸν τὸ γυναικεῖον; λέγει αὐτῷ· Πίσθυσον, τέκνον, ὥσπερ ξύλον μὲ ξύλων, ἔτως κἀγὼ ἤμλιν τότε· Οὔτε γὰρ ὅτι σῶμα ἐφόρεν, ἤδε ὅτι εἰς σώματα εἰσῆλθον, ἠθανόμλιν. Ἀλλ' ὅλος με ὁ νῆς εἰς τὸ ἔργον τῆ Θεῆ λῦ, κὴ ἐξ αὐτὲ σὐκ ἀπέστλν. Τὰ μὲν γὰρ τῶν αὐτὲ πραγμάτων ὁ Δίκαιος ἐπετέλει δὲ σωτηρίαν καὶ συμπάθειαν τῶν ἀνθρώπων, τὰ δὲ ἵνα ὑπκαλυφθῶσιν αὐτὲ τὰ ὑπτιηδεύματα.

36 Ἦσάν ποτε πάλιν ἔξωθεν τῆ πόλεως τρέχοντες λυσόπορται, ὧν εἷς ὑπῆρχεν υἱὸς τῆ κυρῆ Ἰωάννε τῆ διακόνε τῆ φίλε αὐτὲ, ὃς πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἦν πρανδύσας εἰς ὕπανδρον, καὶ ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι αὐτὸν ἐκ τῆ οἴκε αὐτῆς, ἐδαιμονίσθη, μηδενὸς ἰδόντος αὐτόν. Ἠθέλησεν οὖν ὁ Ὅσιος ἅμα καὶ σωφρονίσαι, καὶ ἰάσασθαι αὐτὸν, κὴ λέγει τοῖς τρέχουσιν, ὄντως εἰ μὴ κὴ ἐγὼ παίζω μεθ' ὑμῶν, σὐκ ἀφῶ ὑμᾶς δραμεῖν, κὴ ἤρξατο λιθάζειν αὐτές. Ἠθέλησεν οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ μέρος ὅπε ἔτρεχεν, ὃν ἔμελλεν ἰάσασθαι. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἀββᾶς Συμεὼν μᾶλλον εἰς τὸ

A τὸ ἐξεναντίας μέρος ἀπῆλθεν. Ἤδη γὰρ τὸ τί ἤμελλεν ποιεῖν, καὶ ὡς ἤρξαντο τρέχειν, ὁρμᾷ ὁ Ὅσιος κατὰ τοῦ παιδὸς τοῦ δαιμονῶντος, καὶ φθάσας αὐτὸν, μηδενὸς νοήσαντος, τύπτει αὐτὸν εἰς τὴν σιαγῶνα, καὶ λέγει, Μηκέτι μοίχευε, ταπεινέ, καὶ σὸν ἐγγίζει σοι ὁ δολίμων. Εὐθέως οὖν ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνήχθησαν πάντες ἐπάνω αὐτοῦ. Ὡς οὖν ἔκειτο χαμαὶ ἀφρίζων, θεωρεῖ τὸν Σαλὸν ὁ πάσχων διώκοντα ἐξ αὐτοῦ κύνα μαῦρον, καὶ τύπτοντα αὐτὸν μὴ ξυλίνῳ σαυρῷ. Εἰς ἑαυτὸν δὲ μὴ πολλὰς ὥρας ἐπανελθών, ἠρωτᾶτο· Τί πέπονθας; καὶ σὸν ἠδυνήθη εἰπεῖν, εἰ μὴ μόνον ὅτι τίς ποτε, εἶπέ μοι, μηκέτι πόρνευε. Τῷ δὲ ἀββᾷ Συμεὼν τελειωθέντος ἐν εἰρήνῃ, ὥσπερ ἀνένηψεν, καὶ ἐξηγεῖτο πᾶσι λεπτομερῶς τὸ πρᾶγμα.

Symeon potius in oppositam partem recessit. Sciebat enim quid esset facturus. Et quando incipiebant currere, prosequitur Sanctus juvenem, quem dæmon invaserat, & eum assecutus, nullo id intelligente, maxillam ejus verberat, dicitque: Ne posthac mœchare, ô infelix! & dæmon non appropinquabit tibi. Statim itaque discerpsit eum dæmon, & omnes accesserunt ad illum. Dum itaque jaceret humi spumans, aspicit is, qui patiebatur, quod Salus persequeretur canem nigrum, ex se [ejectum] & percuteret ipsum cruce lignea. Multis post horis ad se reversus interrogabatur: Quidnam es passus? Et nihil poterat dicere, præterquam hoc unum: Dixit mihi aliquis: Ne posthac mœchare. Abbate autem Symeone ad Superos translato, rediit ad se, & rem gestam singulatim omnibus exposuit. A. LEONT. Ex Mss.

37 Ἐθεάτριζόν ποτε μίμοι εἰς τὸ θέατρον. Ἦν δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν, Ψηφᾶς. Θέλων οὖν τὸ τοιοῦτον κακὸν ἀναιρῆσαι ὁ Δίκαιος. Εἶχε γάρ τινα καλὰ ἔργα ὁ λεγόμενος Ψηφᾶς, σὸκ ἀπηξίωσε τοῦ ἀπελθεῖν, ἀλλὰ ἀπῆλθε, καὶ κάτω ἵσατο εἰς τὸ πέλμα, ὅπου ἔπαιζον οἱ μίμοι, καὶ ὡς εἶδεν τὸν Ψηφᾶν ἀρξάμενον ποιεῖν ἀθέμιτα πράγματα, ῥίπτει λίθον μικρὸν πάνυ, ποιήσας εἰς αὐτὸν σαυρὸν, καὶ βάλλει κατὰ τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοῦ Ψηφᾶ καὶ ἐξήρανεν αὐτήν. Οὐδεὶς δὲ ἐνόησε τό πις τὸν λίθον ἔρριψεν. Φαίνεται οὖν αὐτῷ τῇ νυκτὶ κατὰ σὸν ὕπνος ὁ Ὅσιος καὶ λέγει αὐτῷ· Οὕτως ἐπέτυχον, καὶ εἰ μὴ ὁμόσεις ὅτι σὸκ ἔπι ὑπιτηδόεις τοιοῦτόν τι πρᾶξαι, σὲ ὑγιαίνεις. Ὤμοσεν οὖν αὐτῷ κατὰ τῆς Θεοτόκου, ὅτι σὲ μὴ παρέλθω λοιπὸν δόλῳ τοιοῦτο παιγνίδιον. Καὶ ἀναστὰς, δοῦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὑγιῆ, καὶ ἐξηγεῖτο τὰ ὀφθέντα αὐτῷ πάντα. Πλὴν ὅτι ὁ Σαλὸς ἦν ὁ εἰπὼν αὐτῷ κατὰ σοῦ ὕπνος, σὸκ ἠδυνήθη εἰπεῖν, τοῦτο δὲ μόνον εἶπεν, ὅτι τίς ποτε μοναχὸς, φορῶν στέφανον ἀπὸ βαΐων, εἶπέ μοι ταῦτα. *Manum arefactam sanat.*

37 Scenicæ rei operam dabant in theatro mimi. Unus ex illis dicebatur Psephas. Itaque cum à malo hujusmodi vellet eum absterrere Vir justus (habebat enim opera quædam bona prædictus Psephas) non dedignatus est eò discedere: sed illuc se contulit, & stetit infra in area circi, ubi ludebant mimi. Conspicatus quod Psephas agere inciperet res quasdam nefarias, parvum admodùm lapidem arripuit, Cruce priùs insignitum, projecit in manum dexteram Psephæ, & illam exsiccavit. Nemo autem tum observavit quisnam projecisset lapidem. Sanctus itaque noctu apparet ei in somnis, & dixit: Revera scopum attigi; & nisi juraveris fore ut hoc vitæ institutum non amplius sectaris, neutiquam sanaberis. Juravit ergo ei per Deiparam, fore ut de cetero non amplius talem ludum exerceret. Et cum surrexisset, invenit manum suam sanam, & narravit, quæcumque viderat. Verùm, quod Salus esset, qui ipsi locutus fuerat in somnis, asserere non poterat. Tantum dicebat: Monachus, nescio quis, ferens coronam ex palmis, hæc mihi dixit.

ANNOTATA.

a Pulpitum, tribunal ecclesiæ, *ab* ἀναβαίνειν, ascendere.

b *Non* libros, *prout Interpres apud Surium vertit. Et verò* ταῖβλα *seu* ταβλίον *sumi pro* tabula lusoria, *evincunt loca à Cangio allata in Glossario.*

c *Non est nomen proprium, ut putavit Interpres apud Surium, sed appellativum. Sive etenim* posca *vel* pusca *significet* ὄξυκρατον, vinum acidum aquæ mixtum, *sive* potionem aquæ & vini, *sive denique* potionem quamcumque, *semper* puscarius *erit ille, qui potionem istiusmodi vel conficit vel divendit. Ineptè itaque dictus interpres:* Videt eum unus, nomine Puscarius.

d Κῦρις, κῦρ, κύρης, κυρὸς *Græco-barbarè pro* κύριος, Dominus.

e *Ridicule legitur apud Surium:* Præclarè implevit. *Idem error apud eumdem recurrit paulo post:* Et nescio quæ lucida è manu sua transtulit in vetus pallium. *Recole ea, quæ supra dixi in Annotatis ad caput* IV *littera* e.

f Hostes concilii Chalcedonensis inter se ipsos more hæreticorum pugnarunt; ut planè acciderit hoc, veluti portento quodam, ut bellua sine capite (ita Acephalorum hæresis appellata) eadem pluribus prodierit armata capitibus inter se pugnantibus. Nam ex eis primum eminuit caput Severus, ex quo denominati sunt Severiani. *Ita Baronius ad annum Christi* 535, *apud quem plura.*

g *De quintuplici Severianorum classe, ac multiplici errore tractat Nicephori Callisti historia Ecclesiastica lib.* 18, *cap.* 49.

h Eo, *nimirum, ait Baronius*, quo ab æthiopis formam induto pravo dæmone, ea ipsos passos esse damna Auctor narrat, *in quo mentio fit conversionis puscarii & uxoris ejus, refragante nota marginali apud Surium, qua dicitur caput hoc desiderari in hac vita. Vide dictam conversionem sequenti capite, quod & legitur apud Surium.*

i *Est*, βίκος, vas *vel* urna habens ansas, *uti ab Hesychio exponitur, vel* vas vinarium, *uti Eustathio placet. An inde* βυσσίον, *vel, ut sequitur proximè in textu,* βίσσα, βίσσιν?

k *Vox* ἀπέργης *obscurioris est notæ. Videtur habere affinitatem cum significatione vocum* ἄεργος *&* ἀέργηλος, iners, otiosus. *Interpres apud Surium vertit*, Cave.

l *Interpres apud Surium vertit:* Ego enim ante opus, opus feci; *utinam satis congruè & significanter.*

m τὸ ναρὸν, *idem sonat quod* ὑγρὸν, humidum; liquidum. *Vide Auctorem Etymologici in voce* ναρόν. *Noster scribit* νᾶρον.

A. LEONT. Ex Ms.

D

CAPUT VI.

Alia Symeonis miracula, prædictiones; hæreticorum, Judæorum & meretricum conversiones, fugatio dæmonis, donum castitatis.

Prædictio terræ motûs, *a* *b*

MAgno terræ motu, urbem aliquando invasuro, quando Antiochia *a* concidit, temporibus sancti *b* Mauricii Imperatoris (tunc enim è solitudine in publicum exiit Sanctus) arripuit lorum ex funiculis, & cœpit columnas percutere, ac dicere singulis: Dixit Dominus tuus, sta. Et orto terræ motu, nulla ex omnibus columnis, quas percusserat, cecidit. Venit itaque ad unam columnam, & dixit: Tu verò nec cade, nec sta. Et scissa est à summo usque deorsum, fuitque modicè inclinata, & sic permansit. Nemo intelligebat id quod fecerat Sanctus; sed uno omnes ore dicebant, quod columnas percussisset ex dementia. Laudandus & admirandus Deus, quod, per quas figuras existimabant Symeonem se stolidè gerere, per eas sæpe ostenderit res, opinionem hominum excedentes. Impendente civitati lue, scholas ubi omnes adiissent, cœpit salutare pueros, dicens singulis quasi joco; Apage benè, mi bone. Neque salutavit omnes, sed quos Dei gratia indicavit. Dixitque magistro uniuscujusque scholæ: Per Deum, stulte, ne excarnifices pueros; amo illos: longam enim viam conficere debent. Magister autem, ei ludos faciens, nonnumquam cædebat scuticâ, nonnumquam annuebat pueris, & procaciter ei insultabant *c*. Suborta jam lue, ne unus quidem remansit ex iis, quos salutaverat Abbas Symeon, sed omnes mortui sunt.

& miraculum.

B

Alia prædictio cum miraculo.

c

Prædictio tertia

39 Solebat etiam Sanctus adire divitum domos, & ludere; & non rarò etiam simulare se osculari eorum ancillas. Dum die quadam aliquis plebeius imprægnasset ancillam unius ex illustrioribus, & nollet ancilla prodere stupratorem, interrogabatur à sua Domina, quisnam se corrupisset. Respondit illa: Symeon Salus vim mihi attulit. Ingredienti illi de more domum, dicit puellæ domina: Præclarè, Abba Symeon; quia corrupisti & imprægnasti ancillam meam. Igitur ipse ridens, incurvato capite in dexteram suam manum, & contractis quinque digitis, dixit: Sine, sine ô misera! Illa tibi jam pariet, & habebis parvum Symeonem. Donec itaque veniret dies ejus, mansit Abbas Symeon, adferens *d* ipsi siligineos *e* panes, & carnes & obsonia, & dixit: Comede mea uxor. Quando autem aderat tempus & hora ejus, ut pareret, dies tres uteri cruciatu *f* ad mortem usque laboravit. Dicit itaque domina ejus ad Salum: Ora Abba Symeon, quia tua uxor non potest parere. Respondit ille tripudians: Per Jesum, per Jesum! ô misera! non egredietur inde infans, donec prius ipsa dicat quis sit Pater ejus. Hoc audito, illa quæ periclitabatur, dixit: Hoc ego crimen ei affinxi, [non illius, sed] alicujus è plebe proles est. Tunc ergo statim peperit; & mirantibus omnibus, domesticorum alii æstimabant ipsum sanctum, alii autem dicebant: Ope satanæ divinat, quoniam prorsus est emotæ mentis.

C

d

e

f

cum miraculo.

De lapsu Origenis

g

40 Dum duo quidam patres, qui tunc erant in aliquo monasterio prope Emesam, quærerent inter se, & indagarent, quid causæ fuisset, quod Origenes in hæresim *g* inciderit, qui tali ingenio & sapientia à Deo honoratus fuerat. Cumque al-

Μέλοντός ποτε τὴν πόλιν καταλαμβάνειν σεισμῷ μεγάλῳ, ὅτε ἡ Ἀντιόχεια ἔπεσεν, ὑπὸ τῷ χρόνων τοῦ ἐν ἁγίοις Μαυρικίου τοῦ βασιλέως, (τότε γὰρ κατήντησεν εἰς τὴν οἰκεμένην, ὁπ τὸ ἐρήμου ὁ Ὅσιος) ἤρπασε τὸν λῶρον ὁπ τοῦ ζοινίκος, καὶ ἤρξατο τύπτειν σὺν τοῦ σύλους καὶ λέγειν ἑκάστῳ· Εἶπεν ὁ κύριός σε, ἵστᾶ· Καὶ ἐλθόντος τοῦ σεισμοῦ, οὐδεὶς ἐξ ὅσων ἔτυψεν σύλων, ἔπεσεν· Ἦλθεν οὖν καὶ εἰς ἕνα σύλον, καὶ λέγει αὐτῷ· Σὺ μὴ τὴ πέσῃς, μὴ τὴ καθῇς. καὶ ἐκρίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, καὶ ἔκλινε μικρὸν, καὶ ὕτως ἔμεινεν. Οὐδεὶς τὴ σωῆκεν ὁ ἐποίησεν ὁ Μακαρίτης. Ἀλλ' ἔλεγον πάντες, ὅτι ἀπὸ παραφρονήσεως ἔτυψε σὺν τοῦ σύλους· δοξάσαι, καὶ θαυμάσαι ἦν τὸ Θεὸν, ὅτι δι' ὧν τινες ἐνόμιζον αὐτὸν ἀστωτεύεσθαι χημάτων, διὰ τούτων πολλάκις τὰ παράδοξα ἐνεδείκνυτο. Θανατικὸς γάρ ποτε τῇ πόλει ἐπέρχεσθαι μέλλοντι, παρελθὼν ὅλα τὰ σχολία, ἤρξατο ἀσπάζεσθαι σὺν παῖδας, λέγων ἑκάστῳ, ὡς ἐν γελοίῳ. Ὕπαγε καλῶς, καλέ μου. Οὐ πάντας τὴ ἠσπάσατο, ἀλλ' ὅτε ἡ Θεοῦ χάρις ἐγνώρισεν αὐτῷ. Καὶ ἔλεγε τῷ διδασκάλῳ ἑκάστου σχολίου· Τὸν Θεὸν, ἔξεχε, μὴ δήρῃς τὰ παιδία, τὰ φιλῶ, ὅτι μακρὰν σφάταν ἔχουσιν ἀπελθεῖν. Καταπαίζων τὴ αὐτοῦ ὁ διδάσκαλός, ἐστιν ὅτε ἐδίδου αὐτῷ ἀβίνας, ἐστὶ τὴ ὅτε καὶ τοῖς παισὶν ἔνδυε, καὶ ἐσύλιζον αὐτόν. Τῷ τὴ θανατικῷ καταλαβόντι, σὺν ἔμεινεν ὁ δὲ εἷς ἐξ ὧν ἠσπάσατο ὁ ἀββᾶς Συμεὼν, ἀλλὰ πάντες ἀπέθανον.

39 Εἶχε τὴ καὶ ἔθος ὁ Ὅσιος ἀνέρχεσθαι εἰς σὺν οἴκους τῶν πλησίον καὶ παίζειν, πολλάκις τὴ πειρᾶσθαι καταφιλεῖν καὶ τὰς δούλας αὐτῶν, ἐν αἷς ἐν μιᾷ τινὸς δημότου ἐγκατοικήσαντος μίαν δούλῃ ἑνὸς τῶν ἐμφανῶν, καὶ μὴ βουλομένης τὴ δούλης ἐκφάναι τὸν πορνεύσαντα εἰς αὐτὴν, ἠρωτᾶτο πολλὰ τὴ κυρίας αὐτῆς τὸ τίς αὐτὴν διέφθειρεν. Ἡ τὴ εἶπεν, ὁ Σαλὸς Συμεὼν ἐβιάσατό με. Ἐλθόντος οὖν αὐτοῦ κατὰ συνήθειαν εἰς τὴν οἴκην, λέγει ἡ αὐθέντισσα τὴ κόρης· Καλῶς, ἀββᾶ Συμεὼν, ὅτι ἔφθειρας καὶ ἐνεκάτρωσας τὴν δούλην μου. Εὐθέως οὖν ἐκεῖνος γελάσας, καὶ συσκύψας τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν τῇ χειρὶ τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῇ, ὑπισυνάγων ὁμοῦ σὺν πέντε δακτύλους ἑαυτοῦ· Ἄφες, ἄφες, ταπεινὴ, ἄρτι γεννᾷ στι, καὶ ἔχεις μικρὸν Συμεών. Ἕως οὖν ἔφθασεν ἡ ἡμέρα αὐτῆς, ἔμεινεν ὁ ἀββᾶς Συμεὼν, κυβαλὼν αὐτῇ σιλίγνια, καὶ κρέατα καὶ ὀψάρια, καὶ ἔλεγε· Φάγε, γυνή μου. Ὅτε τὴ ἔφθασεν ὁ καιρὸς καὶ ἡ ὥρα τοῦ γεννῆσαι αὐτὴν, ἐκυλισπόνησεν τὰς τρεῖς ἡμέρας ἕως θανάτου. Λέγει οὖν ἡ κυρία αὐτῆς πρὸς τὸν Σαλόν· Εὖξαι ἀββᾶ Συμεὼν, ὅτι ἡ γυνή σου ἤδη τέθνηκεν. Ὁ τὴ εἶπεν αὐτῇ βαλλίζων· Μὰ τὸν Ἰησοῦν, μὰ τὸν Ἰησοῦν, ταπεινὴ, σὺν ἀπέρχεται τὸ παιδίον ἐκεῖθεν ἕως ἃ εἴπῃ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ὡς οὖν ἤκουσεν τοῦτο ἡ κινδυνεύουσα, εἶπεν· Ὅτι κατέπλεξα αὐτὸ, ἀλλ' ὐκ ἔστιν δίκαιον δημότου ἐστίν. Τότε οὖν εὐθέως ἐγέννησεν. Καὶ θαυμασάντων πάντων, εἶχον αὐτὸν, οἱ μὲν ἔξω οἴκου ἅγιον, οἱ τὴ πάλιν ἔλεγον· Ὅτι ὐκ ἔστιν σατανᾶ μαντεύεται, ἐπεὶ ἔξηχος καθαρός ἐστιν.

40 Δύο δέ τινων πατέρων τότε ἐν μοναστηρίῳ τινὶ πλησίον Ἐμέσης εἰς ἑαυτοὺς ζήτησιν ποιουμένων, καὶ ἐξερευνόντων, τὸ διὰ τί ἄρα Ὠριγένης ὁ αἱρετικὸς ἔπεσεν, τοιαύτῃ γνώμῃ καὶ σοφίᾳ παρὰ Θεοῦ τιμηθείς. καὶ ἕν μὲν λέγοντος, ὅτι ὐκ

A οὐκ ἦν ἐκ Θεοῦ ἡ τοιαύτη αὐτῷ γνῶσις, ἀλλὰ φυσικὸν πλεονέκτημα, λοιπὸν ὀξὺ καὶ δεξιὸς νοῦς ὑπάρχων, μάλιστα δὲ καὶ τῇ ἀναγνώσει τῶν θείας γραφῆς, καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν σχολάσας, ὠξύνεν τὸ ἑαυτοῦ νοῦν, καὶ ἐκ τούτου τῶν βιβλίων αὐτοῦ συγγραφὴν ἐποιήσατο. Τοῦ δὲ πάλιν ἀντιλέγοντος, ὅτι δύναταί τις λαλῆσαι ἐκ φυσικοῦ πλεονεκτήματος λόγους, οὓς ἐξέθετο, μάλιστα σοὶ τῶν Ἑξαπλῶν αὐτοῦ. Διὸ καὶ μέχρις σήμερον δέχεται αὐτοὺς ὡς ἀναγκαία ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία. Πάλιν δὲ ἐκείνου ὑποκρινομένου, ὅτι, πίστευσον, εἰσὶν Ἕλληνες πλείονα τούτου σοφίαν κτησάμενοι, καὶ πλείονας αὐτοῦ βίβλους συγγραψάμενοι. Τί οὖν ἄρα καὶ τούτους ἐπαινέσαι χρὴ διὰ τὸν πολύλογον αὐτῶν φλυαρίαν; Ἀσυμβιβάσων ποτὲ μεταξὺ, τέλος, λέγει ὁ εἷς πρὸς τὸν ἄλλον· Ἀκούομεν γὰρ τῶν ἐρχομένων ἐκ τῶν ἁγίων τόπων, ὅτι μεγάλης μονὰς ἔχει ἡ ἔρημος ἡ Ἰορδάνου, ἀπέλθωμεν, μάθωμεν ἀπ' αὐτῶν. Καταλαβόντες οὖν οὗτοι ἁγίους τόπους, καὶ εὐξάμενοι, ἐρχόντων καὶ ἐπὶ τὴν ἔρημον τῆς νεκρᾶς θαλάσσης, εἰς ἣν καὶ ἦσαν ὑπαναχωρήσαντες οἱ ἀοίδιμοι, καὶ ἀείμνηστοι Ἰωάννης καὶ Συμεών. Τοῦ Θεοῦ δὲ μὴ ποιήσαντος εἰς κενὸν τὸν κόπον αὐτῶν, ὄρος τὸ ἀββᾶν Ἰωάννου, ἤδη λοιπὸν, καὶ αὐτὸν εἰς μέτρα τέλεια φθάσαντα, ὡς γὰρ εἶδεν αὐτοὺς, λέγει· Καλῶς ἦλθον οἱ τὴν θάλασσαν ἀφέντες, καὶ ἐπὶ
B τὴν λίμνην τὴν ξηρὰν ἐλθόντες ἀνιλῆσαι.

41 Πολλῆς οὖν τῆς θεοφιλοῦς συντυχίας μεταξὺ αὐτῶν γινομένης, λέγουσιν αὐτῷ δι' ὧν τὴν ὁδοιπορίαν τοσαύτην ἤνυσαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς, ὅπως, πατέρες, ἐγὼ τὸ χάρισμα διακρίσεως τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων εἴληφα, ἀλλὰ ἀπέλθετε πρὸς τὸν Σαλὸν Συμεών, τὸν ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν, καὶ αὐτὸς διώσαιτο ὑμῖν καὶ αὐτὸ καὶ πάντα ὅσα βούλεσθε, ἐπιλῦσαι, λέγοντες αὐτῷ· Εὔξαι καὶ Ἰωάννῃ, ἵνα λάχῃ καὶ αὐτῷ δέκα. Ὡς ἦλθον εἰς Ἔμεσαν, καὶ ἠρώτησαν ποῦ ἐστιν ἐκεῖ Σαλὸς, Συμεὼν καλούμενος; πάντες κατεγέλων αὐτῶν, καὶ ἔλεγον· Τί θέλετε ἐξ ἐκείνου, πατέρες; ἄνθρωπός ἐστιν παράφρων, καὶ πάντας κυλοῖ καὶ μακίζει, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς μοναχούς. Τῶν δὲ ἐπιζητησάντων αὐτὸν, καὶ δύντες εἰς φασκάριον τρώγοντα θέρμια, ὡς ἄρτον, δύο ἕως ὁ εἷς ἐσκανδαλίσθη, καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, ἀληθῶς μέγαν Γνωστικὸν ἤλθομεν ἰδεῖν, ὅτι πολλὰ ἔχει ἐξειπεῖν ἡμῖν. Ὡς οὖν ἐψηλάφησαν, λέγουσιν αὐτῷ, εὐλόγησον. Λέγει αὐτοῖς ἐκείνος, καλῶς
C ἦλθετε, καὶ ὁ πέμψας ὑμᾶς ἔξηχος. Κρατήσας οὖν τὸ ὠτίον τοῦ σκανδαλισθέντος, δίδει αὐτῷ κόσον τοιοῦτον, ὅτι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐφαίνετο, καὶ λέγει· Τὰ θέρμια τί μέμφεσθε, τεσαρακόνθητα ἡμέρας ἐβρέχησαν, ὁ δὲ Ὠριγένης ἐξ αὐτῶν ἓ τρώγει, ὅτι ὑπερεισῆλθεν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐξελθεῖν, καὶ ἐπνίγη εἰς τὸν βυθόν. Ἐκπλαγέντων οὖν αὐτῶν, ὅτι προεῖπεν αὐτοῖς ὅλα, καὶ τοῦτο δὲ, ὅτι τὰ δέκα θέλει ὁ Σαλὸς, ἀλλ' ἔξηχος ἐστιν ὅμοιος ὑμῶν· Λαμβάνεις, εἰπὲ, ἀντὶ κνίμιλα, ναὶ, ναὶ, ὑπάγετε, καὶ ἑπάρας δύο τὴν χύτραν τοῦ φύσαντος τοῦ ζεούσης, ἔκαυσεν αὐτοὺς εἰς τὰ χείλη τοῦ μιᾶς, ἵνα μὴ δυνηθῶσι λαλῆσαι τὸ πεπρωμένον εἶπεν αὐτοῖς.

42 Ἔλαβεν ὡς ἦν εἰς τὸ φασκάριον ἐν μιᾷ πανδοῦραν, καὶ ἤρξατο αὐλεῖν εἰς ἓν στενοχώριον, ὅπερ ἦν πνεῦμα ἀκάθαρτον. Ἡ δὲ ὕλη δὲ καὶ ἔλεγεν τὴν δύσιν τοῦ μεγάλου Νίκωνος, ἵνα ἀποδιώξῃ ἐκ τοῦ τόπου τὸ πνεῦμα, πολλοὺς γὰρ ἐκύλισεν. Ὡς οὖν ἔφυγε τὸ δαιμόνιον, παρῆλθεν ὡς αἰθίοψ διὰ τοῦ φασκαρίου, καὶ ὅλα συνέτριψεν. Ὑποστρέψας οὖν ὁ Θαυμάσιος, λέγει τῇ αὐθεντείᾳ αὐτοῦ· Τίς ἔκλασε ταῦτα; Ἡ δὲ εἶπεν, εἷς μαῦρος δαιμονισθεὶς ἦλθε, καὶ ὅλα συνέτριψε. Λέγει αὐτῇ γελῶν, κονδός, κονδός; Ἡ δὲ φησι,

ter diceret, scientiam, quâ pollebat, non fuisse ex Deo, sed ex naturali ingenii ubertate; porrò felicem animam nactum, præsertim verò cum Scripturæ divinæ lectioni, & sanctis patribus vacaret, acuisse ipsum ingenii vim, & ex hac re ortum, quod libros *h* suos conscripserit. Dum contra diceret alter; non posse aliquem dicere tales ex naturali ingenii ubertate sermones, quales ille vulgaverat, præsertim illos, qui Hexapla *i* dicuntur, & quæ ideo usque in hodiernum diem Ecclesia Catholica admittit tamquam necessaria *k*. Alio iterum respondente: Crede, Gentiles sunt, qui sapientiâ illum superarunt, & plures, quam ille, libros *l* scripserunt. Quid ergo? An opus est eos laudare propter verbosas suas nugas? Dum discordarent inter se, tandem dicit unus alteri: Audimus ex iis, qui veniunt è sanctis locis, quod Jordanis solitudo magnos habeat monachos: Eamus, discamus ab ipsis. Itaque euntes ad sancta loca, & orantes, perveniunt etiam ad solitudinem maris Mortui, in quam secesserant Joannes & Symeon, perpetuis præconiis celebrandi. Deo autem faciente ut non frustra assumerent id laboris, invenerunt abbatem Joannem, qui ibidem restabat, & qui pervenerat ad apicem perfectionis. Ubi autem illos vidit, dixit: Bene venerunt, qui, mari relicto, ad siccam paludem hausturi veniunt.

41 Longa igitur ac religiosa inter eos ultro citroque habita collocutione, dicebant ipsi, cur hoc iter suscepissent. Respondit: Nondum, Patres, charisma accepi discernendi judicia Dei; verùm abite ad Symeonem Salum, qui est in regione vestra; & potest ipse & hoc, & alia quæcumque vultis, solvere, & dicite illi: Ora pro Joanne, ut ipsi etiam decem forte obtingant. Postquam venissent Emesam, & scisciteti essent, ubinam illic esset Salus, qui vocabatur Symeon, omnes deridebant eos, dicentes: Quidnam ab ipso vultis, Patres mei? Emotæ mentis homo est: omnibus *m* irascitur, irridet omnes, præcipuè monachos. Postquam ergo inquisivissent, & invenissent eum, instar ursi, lupinos vorantem, apud piscarium, statim unus scandalizatus fuit, & dicebat secum: Verè magnum Gnosticum *n* visuri venimus. Hic scilicet multa habet, quæ nobis exponat. Postquam accesserant, dicunt ei: Benedic *o*. Quibus ille: Malè venistis, & ille, qui vos misit, stultus est. Apprehensâ itaque auriculâ ejus, qui fuerat scandalizatus, alapam ei infregit hujusmodi, ut per triduum appareret ejus signum, & dixit: Cur lupinos reprehenditis? Diebus quadraginta madefacti sunt; Origenes autem ex iis non comedit, quia subiit mare, & egredi non potuit, sed in fundo suffocatus fuit. Obstupefactis itaque illis, eò quod omnia prædixerat, & hoc quidem ipsum, quod decem *p* velit Salus, sed stultus est similis vobis. Accipis, dic, in crure *q*; imo, imo abite; & sublatâ mox ollâ, in qua erat fervida pusca *r*, ussit eos ambos in labris, ne possent proferre, id quod ipsis dixerat.

42 Die quodam accepit panduram *s*, in pusca rio *t*, & canere eâ cœpit in angiportu, ubi erat spiritus immundus. Canebat autem & dicebat orationem magni Niconis, ut è loco fugaret spiritum. Multos quippe vexaverat. Postquam fugisset dæmonium, transiit in forma Æthiopis per pusca rium, & omnia diffregit. Ubi redierat vir mirabilis, dicit Dominæ suæ: Quisnam hæc confregit? Cui illa: Maurus quidam diris devovendus venit, & omnia confregit. Rursus ille subridens. Pumilio, pumilio?

A. Leont. Ex Mss.

h

i

k

l

E

consulius

m

n

o

F

quid responderis.

p

q

r

Acephalos convertit.

s

t

A. LEONT. Ex MSS. Hæc autem ait: Vera dico Sale. Et ille denuo: Verè ego ipsum misi, ut omnia frangeret. Hoc audito, voluit eum cædere. Qui ubi se inclinasset, & sustulisset pulverem, projecit, & oculos ejus obscuravit Sanctus, dixitque: Certè non me captabis; sed vel in ecclesia mecum communicate, aut Maurus universa confringet in dies. (Erant autem hæresi Acephalorum infecti.) Postquam ergo ab illa recessit, ecce postera die eâdem horâ iterum venit, & in conspectu eorum iterum universa Æthiops diffregit. In angustias *u* itaque redacti, religioni Christianæ nomen dederunt, & habuerunt Symeonem pro servo Dei, nemine ipsi audente obloqui, quamvis quotidie transiret Salus & eos irrideret.

Alia ejus prodigia.

u

Judæum punis

43 Quidam civitatis operarius, cognita ejus virtute, voluit eum vulgare. Semel enim vidit, dum se lavaret, duos cum eo angelos versantes. Operarius autem erat Hebræus, & multa in Christum blasphemabat. Sanctus apparuit ipsi in somnis, dicens, ut nemini proderet id quod viderat. Manè volebat alter de ipso triumphum agere, & mox adstans ei Salus, tetigit labia ejus, ac compressit, & non valebat ulli loqui. Accessit igitur Salum, & signum dabat manu sua, ut loquelam redderet. Sed Abbas Symeon præ se ferebat stultum, & vicissim ipsi annuebat amentis in morem. Innuebat autem ei ut se signaret. Et videre erat utrumque alteri annuentes, horrendum præbentes spectaculum. Iterum itaque apparuit ei Symeon in somnis, dicens: Aut baptizare, aut mutus eris *x* usque ad mortem. Et tunc quidem non poterat adduci, ut ei fidem haberet. Postremo autem, ubi mortem obiit Abbas Symeon, & videbat Judæus se angustiis premi, maxime quando corpus ejus transferebatur, tunc ipse & tota domus ejus baptizati sunt. Et egressus è sancto lavacro, statim locutus est. Sali autem quotannis memoriam celebrabat, & pauperes invitabat. Eò autem puritatis & impatibilitatis pervenerat Sanctus, ut sæpenumero saltaret *y* ac choreas duceret, tenens aliam mulierem scenicam hinc, aliam inde, & in medio populi versaretur, ac luderet, & nonnumquam impudicæ mulieres immitterent manus suas in sinum ejus, irritarent, alapas impingerent, ac titillarent. Senex autem non secus ac purum aurum, nequaquam ab hisce rebus contaminabatur.

x

y

Donum castitatis,

44 Fuit, uti retulit, quando in solitudine bellum habuit cum libidine, precatus Deum, & magnum Niconem, ut arduo rei voluptariæ conflictu se levarent. Contemplatus fuit semel venientem hunc virum celebratissimum, & dicentem sibi: Quî vales, frater? Cui ille respondens, dixit: Malè, si non succurras: nam caro mihi molesta est, nescio quare. Subridens itaque mirabilis Nicon, uti retulit Symeon, sustulit aquam è sancto Jordane, & projecit subter ejus umbilicum, signo facto venerandæ Crucis, & dixit ipsi: Ecce sanus factus es. Ab hoc tempore, uti jurabat, neque in somnis, neque vigilans, corporis flammam sensit. Hac re potissimùm fisus vir ille generosus, in mundum reversus est, compati volens & servare eos, qui oppugnabantur. Evenit aliquando, ut cuidam meretrici diceret: Visne ut amicam te habeam, & dem tibi centum aureos *z*. Multæ igitur animo lubenti ipsi credebant. Nam ostendebat eis pecuniæ *aa* summam; habebat enim, quantam volebat; Deo invisibiliter ei suppeditante propter divinum, quem sibi præfixerat, scopum. Porrò juramentum exigebat ab illa, quæ acceperat, se promissa non reddituram irrita,

z

aa

καὶ ὄντως Σαλέ. Λέγει αὐτῇ· Ἀληθῶς ἐγὼ αὐτὸν ἔπεμψα, ἵνα κλάσῃ ὅλα. Ὡς τοῦτο ἔν ἤκουσεν ἐκείνη, ἐζήτησε τύψαι αὐτόν. Ὁ δὲ κύψας, καὶ ἐπάρας χόματα, ἔρριψε, καὶ ἐσκότισε σοῦ ὀφθαλμὸς αὐτῆς ὁ Ἅγιος, καὶ εἶπεν· Οὕτως δ' χριτίζεις με, ἀλλ' ἢ εἰς τ ἐκκλησίαν μετ ἡμῶν ἔλθητε, ἢ ὁ μαῦρος ἡμερήσιον κλάσῃ ὅλα. Ἦσαν γὰρ τ Ἀκεφάλων αἱρετικῶν. Ὡς οὖν ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς, ἰδὲ τῇ ἐπαύριον αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἦλθεν, καὶ πάλιν σωέτριψεν ὀφθαλμοφανῶς ὅλα ὁ μαῦρος. Στενοχθέντες οὖν, ἐγένοντο ὀρθόδοξοι, ἔχοντες τ Συμεὼν θεοφόντα Θεῷ, μηδενὶ τολμῶντες λέγειν ὡς εἰ αὐτῷ, καίπερ καθ' ἡμέραν τ Σαλῆ παρερχομένου, καὶ μυκίζοντος αὐτούς.

D

43 Τὶς τ ἐργασηριακῶν τ πόλεως, ἠθέλησε δημοσιῦσαι αὐτόν, γνοὺς τ ἀρετὴν αὐτοῦ. Εἶδεν γὰρ αὐτὸν ἅπαξ λαλοῦντα, καὶ δύο ἀγγέλους συνομιλοῦντας αὐτῷ. Ἦν δὲ ὁ ἐργασηριακὸς Ἑβραῖος, καὶ ἐβλασφήμει εἰς τ Χριστὸν πολλά. Φαίνεται οὖν αὐτῷ καὶ σοὶ ὑπνος ὁ Ὅσιος, λέγων· Μηδενὶ εἰπεῖν, ὃ εἶδε. Τῇ οὖν ἑωθεν ἐβάλετο θαμβοῦσαι αὐτόν, καὶ βύθεως παρελθὼν αὐτῷ ὁ Ὅσιος, ἥψατο τ χειλέων αὐτοῦ, καὶ ἐφημόθη, καὶ σὺν ἴσχυσε λαλῆσαί τινι. Ἤρχετο δὲ ὡς εἰς τ Σαλὸν, καὶ ἔνδυσεν αὐτῷ τῇ χειρὶ ἑαυτοῦ, ἵνα πείσῃ αὐτὸν λαλῆσαι. Προσεπιεῖτο δὲ ὁ ἀββᾶς Συμεὼν τ σαλὸν, καὶ ἀντένδυσεν αὐτῷ ὡς ἔξεχος. Ἔνδυσεν δὲ αὐτῷ, ἵνα καταισχυνθῇ. Καὶ ἦν ἰδεῖν τοὺς ἀμφοτέρους νεύοντας πρὸς ἀλλήλους, φοβερὸν θέαμα. Φαίνεται οὖν αὐτῷ πάλιν ὁ Γέρων κατ' ὄναρ, λέγων, ἢ βαπτίζῃ, ἢ αὐτὸν [τελευτᾷ] ἔχεις. Τότε μὴ οὖν σὺν ἠνέσχετο αὐτῷ πρόσθηναι. Ὅτε δὲ ἀπέθανεν ἐκάτερος ὁ ἀββᾶς Συμεών, καὶ ἰδὲν ἑαυτὸν στενωθέντα ὁ Ἰουδαῖος, μάλιστα ἐν τῷ μεταπιθέναι τὸ λείψανον αὐτοῦ, τότε ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ. Καὶ ἠνίκα ἀνῆλθεν ἐκ τ ὕδατος καὶ ὁλοκλήρως ἐλάλησεν. Ἐποίει δὲ ἁγίας πανυμβίθρας, βύθεως ἐλάλησεν. Ἐποίει δὲ καὶ τ μνείαν τ Σαλῆ κατ' ἐνιαυτὸν, καὶ ἐκάλει πτωχούς. Εἰς τοσοῦτον δὲ καθαρότητος καὶ ἀπαθείας ἤλασεν ὁ Μακάριος μέτρον, ὥστε πολλάκις σάσειν αὐτὸν καὶ χορεύειν, κρατοῦντα μίαν θυμελικὴν ἔνθεν, καὶ μίαν ἔνθεν, καὶ μέσον ὅλου τ δήμου συνεῖναι αὐτὸν καὶ παίζειν. Ὥσε ἔσιν ὅτε ἔβαλλον τὰς χεῖρας αὐτῶν τὰ ἄσεμνα γυάλια εἰς τ κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐσάλευον, καὶ ἐκάστιζον, καὶ ἐμαργάλιζον αὐτόν, ὁ δὲ γέρων ὥσπερ χρυσὸς καθαρὸς, ἀδαμῶς ὑπὸ τούτων ἐμολύνετο.

E

F

44 Ἦν δὲ, ὡς ἔλεγεν, ὅτε τ πύρωσιν καὶ τ πόλεμον ἔχειν εἰς τ ἔρημον, δεηθεὶς τ Θεοῦ, καὶ τ μεγάλου Νίκωνος, ἵνα κεφίσῃ αὐτὸν ἀπὸ τ μεγάλου πολέμου τ πορνείας, καὶ θεωρεῖ ἅπαξ ἐλθόντα τ ἀοίδιμον τοῦτον, καὶ λέγοντα αὐτῷ· Πῶς ἔχεις, ἀδελφέ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ, φησὶν, εἰ μὴ φθάσῃς, κακῶς, διότι ἡ σὰρξ σαίνει με, σὺν οἶδα διὰ τί. Μηδιάσας δὲ, φησὶν, ὁ θαυμάσιος Νίκων, ἐπῆρεν ὕδωρ ἀπὸ τ ἁγίου Ἰορδάνου, καὶ ἔβαλεν ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ αὐτοῦ, σφραγίσας τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας. Ἀπὸ τότε οὖν, ὡς ὤμνυεν, ἔτε καθ' ὕπνους, ἔτε γρηγορῶν, πυρώσεως σωματικῆς ἤσθετο. Διὸ μάλιστα καὶ θαῤῥῶν ὅτι τ κόσμον ὑπέστρεψεν ὁ Γεννάδιος, συμπαθήσαι καὶ σῶσαι τοὺς πολεμουμένους βελόμενος. Εἴ γὰρ ὅτε καὶ τοῦτο ἔλεγε πρὸς μίαν τ ἐπιμελόμενον· Θέλεις ἔχω σε φίλην, καὶ δίδω σοι ἑκατὸν ὁλοκοτίνα. Αἰρεθιζόμενοι οὖν πολλαὶ αὐτῷ ἐπίστευον. Ἐδείκνυε γὰρ αὐταῖς καὶ τὸ λογάριον, εἶχε γὰρ ὅσα ἤθελε, τοῦ Θεοῦ ἀοράτως αὐτῷ χορηγοῦντος διὰ τὸ ἔνθεον αὐτοῦ σκοπόν. Καὶ λοιπὸν ὅρκον ἀπῄτει παρ' αὐτῶν λαμβάνουσα, ὅτι οὐκ ἀθετεῖ αὐτόν. Πάν-

τα

A τα δε δι' ἡχημάτων σαλῶν καὶ ἀχήμων ἐποίει.

45 Ἀλλ' ἐ δυνάτω ὁ λόγ@ τὴν τ῀ πεφυγμάτων εἰκόνα ὑποδεῖξαι. Ἦν γὰ ποιῶν ἑαυτὸν, ποτὲ μὲν ὑποχωλαίνοντα, ποτὲ δ' ὠηδῶντα, ποτὲ δ' συρόμενον εἰς τὰ καθίσματα, ποτὲ δ' βάλλοντα πόδα πνὶ τρέχοντι, κ῀ ῥίπτοντα αὐτόν. Πάλιν δ' κ῀ τ῀ σελήνης γένναν ὑπὸ γῆς κυλιόμενον καὶ λαὲ αὐτὴν παίοντα τοῖς ποσίν. Ἔ῎σι δ' ὅτε κ῀ τ῀ διαλαλοῦντα πεφσεποιεῖτο. Ἔλεγε γὰρ πολεῖον ὅλων τ῀ ἡχημάτων ἁρμόζειν κ῀ συμβάλλεσθαι τὸ τοιῦτο ἦχημα, τοῖς πεφαποιεμένοις μωείαν διὰ χειρόν. Διὸ τάτε γὰ πολλάκις κ῀ ἤλεγχεν, κ῀ ἀνέκοπεν ἁμαρτίας, κ῀ ὀργήν τινι πεὸς διόρθωσιν ἔπεμπε, κ῀ πεθέλεγέ τινα, κ῀ ὅσα ἤθελεν ἐποίει, μόνον δ' τ῀ ἑαυτῦ φωνὴν, κ῀ τὰ μέλη ἐξήλαστε, κ῀ ὅσα πεὶ ἂν ἐποίει, εἶχον αὐτὸν ὥσπεὶ τοὺς πολὲς τὲς ὑπ' δαιμόνων διαλαλῦντας κ῀ πεοφητεύοντας.

Omnia autem faciebat per ſtultas & indecoras figuras.

45 Verum non eſt rerum imagini repræſentandæ par oratio. Nunc enim ſimulabat ſe claudicare, nunc ſaltare, nunc trahi ad ſedilia, nunc alicui currenti pedem impingere, & ipſum projicere; aliquando autem ſub ortum lunæ, volvi per terram, & pedibus & calce eam impetere: nonnumquam ſimulabat non cohærentia loqui; dicebat enim, præ aliis omnibus hanc figuram convenire & conducere iis, qui amentiam ſimulant propter Chriſtum. Per hoc enim ſæpe arguebat & reprimebat peccata; & bilem evomebat adverſus aliquem, ut corrigeretur; aliqua prædicebat, & faciebat, quæcumque volebat, vocem dumtaxat, ac ſitum membrorum commutans, & quidquid faciebat, habebant eum tamquam unum è multis, qui afflatu dæmonis loquuntur & vaticinantur.

A. LEONT. Ex Ms. *affectata ſtultitia.*

ANNOTATA.

a *Sat multis de hac epocha actum in Commentario prævio.*

b *Circa hanc vocem, quædam notavimus cap.* 1, *quæ hic pro inſertis haberi volumus.*

c *Pro* συλίζω *communiter dicitur* ϛηλιτδύω, infamiâ noto, publico, oratione invectiva uror.

B *Hinc orationes S. Gregorii Nazianzeni adverſus, Julianum dicuntur* λόγοι ϛηλιτευτικοὶ, *pro quo etiam dicitur* συλομαχία. E

d Κεβαλεῖν *eſt*, afferre, adducere *&c. quod vulgo dicitur* ἐποχεῖν, διακομίζειν, ἀνάγειν.

e Σιλίγνιον *&* σιλίγνις, ſiligo, *videtur hîc debere accipi pro* ſiligineo pane, *qui apud Galenum lib.* 1. *de facult. alimentor. vocatur* σιλιγνίτης ἄρτ@. *Niſi malis hic ſumi panem ſiligineum pro* quovis pane indeterminato, *tamquam ſpeciem pro genere per ſynecdochen.*

f *à* κυλίω volvo, *&* πονέω, laboro; *quaſi dicas*, torquere ſe in omnem partem præ moleſtia.

g *Platonis philoſophia in varios illum errores induxit. S. Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap.* 30 *dicit, Origenem non habuiſſe ſanas de Spiritu ſancto opiniones. S. Epiphanius in libris de hæreſibus Origenem numero accenſet aliorum hæreticorum. S. Hieronymus Latinos fecit libros Origenis* Περὶ ἀρχῶν, *ut oſtenderet errores plurimos ibidem inſperſos. Denique in quinta Synodo generali collatione* 8 *can.* 11 *dicitur anathema Origeni & ſcriptis ejus, ſicut Ario, Eunomio, Macedonio, Neſtorio, & Eutycheti. Plura Bellarminus de ſcriptor. Eccleſiaſt, & Baronius ad annum Chriſti* 538.

h *Sex librorum millia eum conſcripſiſſe, auctor eſt Honorius de Luminaribus Eccleſiaſt. num.* 54 *ad annum* 261. *Cardinalis Bellarminus pro eodem numero librorum citat & ſequitur Epiphanium in hæreſi Origenis. Hinc dictus eſt* συντακτικὸς, compoſitor, *&* ἀδαμάντ@, *quaſi* adamantis inſtar ſtudio indefeſſus.

i *Id eſt* ſextuplicata. *Sic appellat Euſebius lib.* 6 *Hiſtoriæ editionem S. Scripturæ, opus Origenis ingens, cujus ſpinoſum pariter ac longum laborem ſeceſſu Tyrio mitigavit Auctor, & in ſex columnas diſtinxit pro ſex ejuſdem variis verſionibus, nempe duabus Hebraicis, & quatuor Græcis, Symmachi, Aquilæ, ſeptuaginta duorum Interpretum ac Theodotionis. Vide Baronium ad annum* F
C *Chriſti* 231.

k *S. Hieronymus in epiſtola ad Titum cap.* 3 *quamlibet ab Origene alienus, Hexapla ejus his verbis commendat:* Hæc immortale illud ingenium ſuo nobis labore donavit, ut non magnopere pertimeſcamus ſupercilium Judæorum, ſolutis labiis & obtorta lingua, & ſtridente ſaliva, & raſa fauce gaudentium. *Hieronymo adſtipulatur S. Epiphanius lib. de Menſur:* Sex columnas interpretum alternatim collocans, magnam utilitatem cognitionis exhibuit.

l *Non occurrit, qui librorum multitudine Origenem vicerit. Didymus, teſte Suida, edidiſſe libros traditur ter mille ac quingentos. Suidæ quoad hunc numerum conſentit Athenæus lib.* 4. *Seneca eum extendit uſque ad quater mille. Dicitur ab Hieronymo ob laborem indefeſſum* χαλκέντερ@, æneis inteſtinis præditus. *Athenæus* βιβλιολάθαν *à Demetrio Trazenio compellatum tradit, quaſi dicas* oblivionem librorum, *videlicet quod ſæpe nec eorum meminiſſet, quæ ſcripſerat.*

m *Verbum* κυλλόω, *uti & ſequens* μεκίζω, *à me quæſita, at non reperta.*

n *Ita dicti hæretici quidam, propterea quod inſignem eruditionem ſibi vendicarent, cum nihil ipſis eſſet indoctius & ſtultius.*

o Conſueta ſalutandi forma inter Eccleſiaſticos, quâ alter ab altero benedici ſibi petebat. Sic in Actis S. Mariæ Ægyptiacæ num. 1, de ipſa & Zoſimo *dicitur*: Jacebant ambo, alter ab altero benedici volens, nec aliud utrimque audiebatur, quam, Benedic. *Ita in Annotatis ad caput* 19 *Symeonis Stylitæ Junioris die* XXIV *Maii littera* e. *Sed obſerva pro ſequentibus cum Baronio:* Iſta ſymbolicè de Origene Symeon, quod deferens ille Chriſtianam bene probatam ſimplicitatem, per lupinorum eſum repræſentatam; cum plus ſapere vellet quam oportet ſapere, evanuit in cogitationibus ſuis, & putans ſe ſapientem, vere ſtultus factus eſt. Iſtiuſmodi igitur ludibrio Symeon Origenem voluit condemnaſſe. *Ita Baronius ad annum Chriſti* 548 *num.* 18.

p *Alludit* Symeon *ad verba à Joanne dicta:* Ora pro Joanne, ut ipſi etiam decem ſorte obtingant; *quorum etiam ſe conſcium oſtendit. Vide, quæ ſupra diximus in Annotat. ad cap.* 1.

q *Interpres apud Surium vertit:* Accipitiſne, ait, plagam in cruce? *Aliter lego in Ms. noſtro,*

aliter,

A. LEONT. Ex Mss. *aliter, quam ille, reddidi. Porro videtur dictio disparata, & neutiquam ad rem pertinens.* Nam nonnumquam simulabat non cohærentia loqui; dicebat enim præ omnibus aliis hanc figuram convenire & conducere iis, qui amentiam simulant propter Christum, *prout habes in fine hujus capitis.* D

r *Insulsè interpres apud Surium:* Statimque sublata olla, in qua erat levis vesica. *In Ms. nostro ligitur* ζεσὸς, fervidus, bulliens, *non* ξεσὸς, lævis. *Vocis* φῦσκα *ignoratio, aut saltem notitia non satis distincta, dicto interpreti erroris ansam præbuit, quæ præter vesicam etiam significat* puscam, *de qua in annotatis ad caput 5 littera* c. *Favent versioni nostræ rei adjuncta. Res agebatur apud Puscarium, & verosimiliter in* puscario, *id est, in loco, ubi* pusca *coquebatur; ollam sustulit Symeon, labra monachorum adussit. Quorsum huc pertinet* levis vesica? *Præsertim cum Phamon dicat in Cynopsophio, paginâ, ut citat Cangius,* 264: Φῦσκα δὲ ἐστιν ὄξος καὶ ὕδωρ θερμὸν καὶ ὠὰ δύο. Pusca verò est acetum & aqua calida, & ova duo.

s Πανδῦρα, pandura, instrumentum musicum, *Polluci & Athenæo* πανδούρα. *Pandurizo*, panduram pulso. *Pandurizavit*, organo modulatus est. *Ita Lampridius in Heliogabalo, uti est in Hierolexico Macri.*

t *Hic sumitur pro loco, ubi conficitur* pusca, *seu* officina puscarii, *& patet partim ex articulo præpositivo neutro* τὸ, *partim ex iis, quæ postea sequuntur:* ἄνοιξον φυσκάριον ἐφέτος, aperi puscarium quotannis. *Accedit Nicephorus presbyter in Vita Ms. S. Andreæ Sali:* Εἰσῆλθεν ἐν φυσκαρίῳ. Ingressus est in puscarium.

u *Interpres apud Surium habet:* Confirmabantur itaque Christiani: *qui indubiè in suo exemplari legit:* στερεωθέντες ἓν ἐγένοντο ὀρθόδοξοι. *Ego nostram lectionem præfero. Et sic puscarii & uxoris ejus conversio, ab Leontio alibi promissa, hic datur. Recole, quæ dicta sunt in annotatis ad caput 5 littera* h.

x ἕως αὐτῷ, *subintelligo* τελευτῷ. Usque ad ipsam mortem.

y *Perperam interpres sæpe dictus* τὸ σάσειν *reddit*, sederet, *de quo Cangius, & patet ex sensu.*

B z *Probat Cangius voces* ὁλοκοτίνα, ὁλοκοτίνιν, λοκοτίνιν (*apographum nostrum habet* ὁλοκοτίνα) *significare* nummum *seu* solidum aureum; *pro quo interpres mox citatus habet* assem. E

aa λογάριν *&* λογάριον *significare* pecuniæ summam, *seu* certam quantitatem nummorum, *in Glossario Cangius affirmat.*

CAPUT VII.

Scrutatio arcanorum, diuturna jejunia, sanati oculi, cibi divinitus allati, amicus ab injusta morte liberatus.

Scrutatur corda,

SI quando una ex his, quæ putabantur esse ejus amicæ, prævaricata esset, statim instinctu spiritûs intelligebat fornicatam; & dicebat loquens, & suum os aperiens clamabat; Prævaricata es. Sancta, sancta da ipsi; orabatque ut infirmitas usque ad mortem ei eveniret, aut non rarò, si perseverabat indulgere libidini, diabolum etiam ei immittebat. Ab hoc tempore tandem effecit, ut quotquot ei suberant, ad frugem redirent, & non prævaricarentur. Prope Emesam habitabat protocomes aliquis; qui ubi audivit vitam Symeonis: Crede, inquit, dummodo illum videro, stultusne sit in speciem, an verè emota sit mente [comperiam.] Dum itaque venisset ad civitarem, forte fortuna comperit, quod una, quæ ejus gerebat curam, ipsum bajularet, & quod alia ipsum loris cæderet. Statim protocomes scandalizatus est, & secum cogitabat, & dicebat Syriacè: Numquid ipse satanas credet fictum hunc abbatem cum ipsis rem habere? Illis itaque relictis statim Salus ad protocomitem venit, qui aberat ab ipso quasi ad jactum lapidis, & dedit ipsi alapam; exuit vestes suas, dixitque ei saltans: Adesdum, lude ô vilis homo! Hîc non subest *a* dolus. Cognovit igitur ille, scrutari eum, quæ latebant in corde. Et quando rem miratus, veniebat, ut diceret alicui id quod contigerat, ligabatur ejus lingua, & non poterat proloqui. C

a

47 Gratiâ item abstinentiæ præ multis Sanctis excelluit. Adveniente enim sanctâ sanctorum jejuniorum Quadragesimâ, non gustabat aliquid usque ad sanctam feriam quintam. Mox autem à primo diluculo, feriâ eâdem quintâ sedebat in itra *b*

tota Quadragesimâ jejunat,

b

Ἐπί ποτε ἦ παρέβη αὐτῷ μία ἐκ τῶν νομιζομένων αὐτῷ φίλων, δῆθεν τῷ πνεύματι ἐνόει, ὅτι ἐπόρνευσε, καὶ ἔλεγε λαλῶν, καὶ ἐξανοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ καὶ κράζων, παρέβης. Ἅγια, ἅγια δὸς αὐτῇ, καὶ τλῶ ἀσθένειαν αὐτῇ ἕως θανάτου ἤνυχετο ἐλθεῖν, ἢ πολλάκις, ἐὰν ἐπέμεινε μὴ σωφρονεῖσα, καὶ δαίμονα αὐτῇ ἐπεμπεν. Ἐκ τούτου λοιπὸν πᾶσαι τὰς ζωσομένας αὐτῷ, σωφρονεῖν καὶ μὴ παραβαίνειν αὐτῷ ἐποίει. Ἦν δέ τις πλησίον Ἐμέσης μένων πρωτοκωμήτης, καὶ ὡς ἤκουσεν τὸν βίον αὐτοῦ, λέγει· Πίστευσον, ἐὰν ἴδω, ἐὰν πραπτοίητός ἐστι, καὶ ἐάν τε ἐν ἀληθείᾳ ἐστὶν ἔξηχος. Παραγενομένου οὖν εἰς τλῶ πόλιν, καὶ συγκυείαν δοῦναι, ὅπ ἐβάσαζεν αὐτὸν μία πρωϊσαμένη, καὶ ἄλλη ἐλώειζεν αὐτόν. Εὐθέως ἦ ἐσκανδαλίσθη ὁ πρωτοκωμήτης, καὶ εἰς ἑαυτὸν διελογίζετο καὶ ἔλεγε συριστί· Ἆρα αὐτὸς ὁ σατανᾶς δύναται πιστεύει, ὅτι πορνεύει μετ' αὐτῶν ὁ ψευδοαββᾶς ἔτος; Καὶ ἀλείπων οὖν αὐτὰς, δῆθεν ὁ Σαλὸς ἔρχεται πρὸς τὸν πρωτοκωμήτην ἀπέχοντα ἀπ' αὐτοῦ, ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ δέδωκεν αὐτῷ κόπον, ἐγύμνωσε δῆθεν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν βαλλίζων· Δεῦρο παίζων, ταπεινὲ, ὧδε δόλος σὸν ἔνι. Ἔγνω οὖν ἐκεῖνος, ὅτι τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐνόησε, καὶ θαυμάσας καθότι ἤρχετο εἰπεῖν τινι τὸ πρᾶγμα, ἐδεσμεῖτο ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ σὸκ ἠδύνατο φθέγξασθαι.

47 Εἶχε δὲ καὶ τὸ χάρισμα τῆς ἐγκρατείας ὑπὲρ πολλοὺς τῶν ἁγίων· Καθότι γὰρ ἔφθανεν ἡ ἁγία παρασκευὴ τῶν ἁγίων νηστειῶν, σὸκ ἐγεύετό τινος ἄχρι τῆς ἁγίας πέμπτης. Εὐθέως δὲ ὁπότε πρὸ τῆς ἁγίας πέμπτης ἐκαθέζετο εἰς τὴν ἰτραν, πρώγων,

A τεώγων, ὥσε ἡ ἐν τότε ἐσκανδαλίζοντο οἱ θεωρῶντες αὐτὸν, ὡς ὅτι φησὶν ὁ ἢ τὴν ἁγίαν πέμπτην νηστεύει. Ὁ δὲ κύριος Ἰωάννης ὁ διάκονος ἐγίνωσκεν ἔνθεον εἶναι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ. Ὡς ἴδε δὲ αὐτὸν τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ καθεζόμενον εἰς τὴν ἰτραῶνα καὶ τεώγοντα ἀπὸ πρωΐ, λέγει αὐτῷ· Πόσου τοῦτο Σαλέ; Λέγει αὐτῷ κἀκεῖνος κρατήσας ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, τεσαρακόντα ἔχων νομία, τὸ φολερὸν ἔξηχε, δηλῶν δὴ τοῦτο, δὴ τεσαρακόντα ἡμερῶν ἐσθίειν αὐτόν. Ἐφιλοχώρει πάλιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῆς πόλεως ἀμφόδῳ δαίμων. Ἐν μιᾷ οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ Ὅσιος παριόν, θέλοντα κρῆσαί τινα τῶν παρερχομένων, καὶ λαβὼν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ λίθους, ἤρξατο λιθάζειν ἔνθεν καὶ ἔνθεν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἐκώλυε πάντας τοὺς θέλοντας περᾶσαι. Ἐν τούτοις παρῆλθε κύων, καὶ ἔκρουσεν αὐτὸν ὁ δαίμων, καὶ ἤρξατο ἀφελίζειν. Τότε λέγει πᾶσιν ὁ Ἅγιος, ἄρτι παρέλθετε ἔξηχοι. Ἤδει γὰρ ὁ πάνσοφος, ὅτι ἐπέρασεν ἄνθρωπος, αὐτὸν ἤμελλε κρύειν ὁ δαίμων ἀντὶ τοῦ κυνὸς, διὰ τοῦτο ἐκώλυσεν αὐτοὺς παρελθεῖν πρὸς βραχύ. Ὅλος μὲν οὖν ὁ σκοπὸς, ὡς ἤδη προείρηται, τοῦ πανσόφου τότε Συμεὼν ἔτως ὑπῆρχε. Πρῶτον μὲν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὰς, εἴτε δι' ἀπιφορῶν, ὧν αὐταῖς γελοιοδῶς, ἢ μεθοδευτικῶς ἐπέμπεσεν, εἴτε πάλιν διὰ θαυμάτων, ὧν ἀνοήτως
B ἐπέσειλε, εἴτε διὰ παραγγελιῶν, ὧν πρὸς αὐτοὺς μωροποιῶν ἔλεγεν. Ἔπειτα δὲ ἵνα μὴ γνωσθῇ αὐτοῦ ἡ ἀρετὴ, καὶ λάβῃ ἔπαινον παρὰ ἀνθρώπων καὶ τιμήν.

48 Χορευόντων γὰρ ἐν μιᾷ [ῥύμῃ] κορασίων, καὶ καταλεγόντων αὐτῶν, ἔδοξεν αὐτῷ παρέρχεσθαι δι' ἐκείνης τὴν ῥύμης. Ὡς οὖν εἶδον αὐτὸν, ἤρξαντο καλαλέγειν εἰς ἀββάδας. Εὐξάμενος δὲ ὁ Δίκαιος, θέλων σωφρονῆσαι αὐτὰς, δάκρυσιν ἐραύωσεν ὅλας, καὶ ὡς ἤρξαντο ἀλλήλαις λέγειν τὸ συμβὰν αὐτῇσι κακὸν, ἔγνωσαν ὅτι αὐτὸς αὐτὰς ἐραύωσε, καὶ κατέτρεχον αὐτῷ κλαίουσαι ὀπίσω αὐτοῦ καὶ κράζουσαι· Ἀνάλυσον, Σαλὲ, ἀνάλυσον. Ἐνόμιζον γὰρ αὐτὸν ὑπὸ φαρμακείας γραῶσαι αὐτάς. Ὡς οὖν ἔφθασαν αὐτὸν, ἐκράτησαν αὐτὸν βίᾳ. Καὶ ὤρκιζον ἵνα ἀναλύσει, φησὶν, τὸ ἔδησε. Λέγει οὖν αὐταῖς παίζων· Οἷα θέλει ἐξ ὑμῶν ὑγιᾶναι, φιλήσω τὸ ὀφθαλμὸν αὐτῆς τὸ γραωθέντα, καὶ ὑγιαίνει. Ὅσας ἂν ἠθέλησεν ὁ Θεὸς, ἵνα ὑγιανῶσι, φησὶν ὁ Ὅσιος, κατεδέξαντο, αἱ δὲ λοιπαὶ, αἱ μὴ καταδεξάμεναι ἵνα φιλήσῃ αὐτὰς, ἔμειναν ἕτως κλαίουσαι. Μετὰ οὖν τὸ ἀναχωρῆσαι αὐτὸν ἀπ' αὐτῶν ὀλίγον, ἤρξαντο καὶ αἱ λοιπαὶ κατατρέχειν αὐτῷ, καὶ κράζειν,
C Μεῖνον, Σαλὲ, μεῖνον, τοῦ Θεοῦ μεῖνον, φίλησον καὶ ἡμᾶς. Ἦν οὖν ἰδεῖν τὸ Γέροντα τρέχοντα, καὶ τὰς νεανίδας ὀπίσω αὐτοῦ. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον ὅτι παίζεσι μετ' αὐτοῦ· οἱ δὲ ἐλογίζοντο, ὅτι ἐξηχώθησαν καὶ τὰ κοράσια. Ἔμειναν οὖν ἕτως ἀθεράπευτα διὰ παντός. Ἔλεγε γὰρ ὁ Ὅσιος, εἰ μὴ ἐραύωσεν αὐτὰς ὁ Θεὸς, ὑπερβάλλον εἶχον εἰς ἀσωτίαν πάσας τὰς γυναῖκας Συρίας. Ἀλλὰ διὰ τὸ νόσε τοῦ ὀφθαλμῶν αὐτῶν ἐνδίδοσιν ἐν τοῖς πολλῶν κακῶν. Ἐκάλεσεν αὐτὸν ἅπαξ εἰς ἄριστον ὁ κύριος Ἰωάννης, ὁ φίλος αὐτοῦ, καὶ ἐκρέμαντο ἐκεῖ λαρδία. Ἤρξατο οὖν κόπτειν καὶ τρώγειν ὠμὸν τὸ λαρδίον ὁ ἀββᾶς Συμεών. Ὁ δὲ πάνσοφος Ἰωάννης, μὴ θέλων μέν πρωγῆς τι εἰπεῖν αὐτῷ, ἐγγίσας πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ· Οὕτως δὲ σκανδαλίζεις με, ἐὰν φάγῃς ἀπὸ καμηλίου ὠμὸν, λοιπὸν εἴ τι θέλῃς, ποίησον. Ἐγίνωσκεν γὰρ τὴν ἀρετὴν τοῦ Σαλοῦ, διότι πνευματικὸς ἄνθρωπος καὶ αὐτὸς ὑπῆρχεν.

49 Ἦλθόν ποτε τινες Ἐμεσηνοὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ πασχαλίᾳ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν ἑορτάσαι, ὧν ὁ εἷς κατῆλθεν εἰς τὸν ἅγιον Ἰορδάνην ὀυξασθαι. Καὶ περιερχόμενος σὺν πατέρας, ἠτεῖτο

comedens, adeo ut ſcandalizarentur ſpectatores, eo quod ne quidem ſanctâ feriâ quintâ jejunabat. Joannes verò diaconus cognoſcebat divinam ejus eſſe operationem. Ubi ergo ſanctâ feriâ quintâ vidit eum ſedere in itra, & comedere à prima luce, dicit: Quanti hoc eſt, Sale? Cui ille, prehenſa ejus manu; Follaris *c* iſte, ô ſtulte, quadraginta valet nummis *d*, ſignificans per hoc, poſt dies quadraginta ſe demum comedere. Dæmon iterum in alio quodam urbis compito frequens verſabatur: quem die quadam vidit Sanctus, tranſiens illac, quod vellet pulſare aliquem eorum; qui præteribant; & arreptis in ſuo ſinu lapidibus, cœpit eos projicere hinc & inde ad forum, & impediebat omnes, qui volebant tranſire. Inter hæc tranſibat canis; quem dum percuſſiſſet dæmon, cœpit ſpumas emittere. Tunc dixit omnibus Sanctus: Nunc tranſite, ſtulti. Noverat enim vir ſapientiſſimus, quod, ſi tranſiviſſet homo, pulſaturus ipſum fuiſſet [dæmon] loco canis; idcirco aliquantiſper prohibuit eos tranſire. Totus quippe ſcopus, ut jam prædictum, ſapientiſſimi hujus Symeonis ita ſe habuit, primò quidem, ut animas ſalvas faceret ſive per rationes, quas ipſis ridiculè, vel captiosè ſuggerebat; ſive per miracula, quæ aliis non advertentibus perpetrabat; ſive per promiſſa, quæ, ſtultum mentitus, proferebat. Deinde ut virtus ejus non innoteſceret, & nullam apud homines laudem & gloriam acciperet.

48 Nam cum in quodam vico puellæ choreas ducerent, & numerum inirent, viſum eſt ei tranſire per illum vicum. Ubi eum conſpexerunt, accenſere eum [colludentibus] *e* cœperunt. Vir itaque juſtus, fuſis precibus, volens eas frugi reddere, mox omnes fecit ſtrabones; dumque inter ſe referre inciperent malum, quod ſibi evenerat, cognoverunt ab ipſo diſtortos ſibi fuiſſe oculos. Et accurrerunt flentes poſt ipſum & clamantes: Diſſolve, Sale, diſſolve. Putabant enim ſtrabones ab illo ſe eſſe factas per verborum incantationem. Igitur ad illum digreſſæ, tenuerunt eum vi, & adjurarunt, ut diſſolveret, quod ligaverat. Dicit itaque illis ludens: Quæcumque ex vobis vult ſanari, oſculabor oculum ejus ſtrabum, & ſanabitur. Quotquot ergo voluit Deus ut ſanarentur, inquiebat Sanctus, accipiebant conditionem; reliquæ verò, quæ non permiſerunt, ut ſe oſcularetur, manebant ſic flentes. Dum paxillùm itaque ab iis eſſet digreſſus, cœperunt & reliquæ ad illum currere, & clamare: Mane, Sale, mane, per Deum mane, oſculare & nos. Videre igitur erat ſenem currentem, & puellas poſt ipſum. Et hi quidem dicebant, quod puellæ ipſum luderent; illi cogitabant, quod etiam ipſæ emota eſſent mente. Atque ita in perpetuum non ſanatæ permanſerunt. Dicebat enim Sanctus: Niſi ſtrabones illas feciſſet Deus, futurum fuiſſe, ut morum licentiâ omnes Syriæ mulieres ſuperarent; ſed per morbum oculorum multa eas mala declinaſſe. Invitavit ipſum quadam vice ad prandium Joannes, amicus ejus, & ſuſpenſa ibidem erant larida. Cœpit igitur ſcindere & comedere crudum laridum Abbas Symeon. Sapientiſſimus verò Joannes, nolens ipſi aliquid dicere clamosè, accedens ad aurem ejus, dicit: Haud ſanè ſcandalo mihi es, tametſi crudum è camino comedas. De cetero fac quod lubet; norat enim Sali virtutem; propterea quod & ipſe vir ſpiritualis eſſet.

49 Venerunt aliquando nonnulli Emeſeni in ſolennitate ſancta paſchali, ad ſanctam civitatem celebraturi feſtum; quorum unus ivit ad ſanctum Jordanem ut oraret. Et circumiens patres, petebat

A. LEONT. Ex Ms.

c *d* *uſque ad feriam quintam hebdomadis ſanctæ.*

E

Puellas à viſio oculorum

e

alias ſanat,

F

alias non item,

& quare.

Joannes

A. LEONT. Ex Ms. bat, ut ſibi, bene precarentur. Contigit ergo, ut Abbas quoque Joannes, Symeonis Abbatis frater occurreret, Deo ſic diſponente, mercatori [huic] in ſolitudine. Ubi illum conſpexit mercator, projecit ſe humi, rogans ab eo preces. Cui Abbas Joannes: Cujas es? Subjecit ille: Emeſenus, Pater. Tum reſpondit ipſi: Qui habes ibi Abbatem Symeonem, qui dicitur Salus, quid à me abjecto petis? Nam ego quoque precibus ejus indigeo, & totus mundus. Itaque Joannes Abbas mercatorem in ſpeluncam ſuam admiſit, & opiparam menſam illi appoſuit. Nam Dei virtute in arida illa ſolitudine inveniebantur mundi panes ſiliginei, & opſonium in olla coctum, & vinum optimum, & vitrea vaſcula. Poſtquam ergo comediſſent & ſaturati eſſent, dat ipſi tres calidas eulogias *f*, à Deo itidem ſubmiſſas, & dicit: Da Salo, & dic ipſi meis verbis: Propter Dominum, ora pro fratre tuo Joanne. Domino itaque veritatis teſtimonium perhibente, ſimul atque Emeſam venit mercator, occurrit ipſi Abbas Symeon prope portam civitatis, dicens: Quid eſt, ſtulte? Quî valet ſtultus, tui ſimilis Joannes? Non comediſti eulogias, quas tibi dedit? Verè, verè, ſi comediſſes haſce tres, malè illas decoxiſſes. Ille itaque obſtupuit, ubi audivit omnia, quæ volebat ipſi dicere: Excepit itaque eum ſtatim in tugurium ſuum Salus; atque ita confirmabat mercator, omnia ſibi eadem appoſuiſſe eum ſine ulla mutatione, ſicut fecerat Abbas Joannes, uſque ad ipſam poculi magnitudinem, quod in ſpelunca ejus viderat. Et quando comederamus, dedi ipſi, inquiebat, tres eulogias, & receſſi in domum meam, erubeſcens quidquam cuiquam de ipſo dicere, quia omnes pro certo habebant eum eſſe fatuum.

f

& Symeon

B

divinitus paſti.

g *Amicus Symeonis*

50 Diximus ſuperius *g*, quod patrarit miraculum aliquod in viro Dei amante, qui vitam ejus nobis expoſuit. Contigit autem miraculum hoc modo: Malefici quidam hominem occiderunt, & arreptum cadaver *h* projecerunt per feneſtram in domum viri Dei amantiſſimi prædicti. Non parvis igitur concitatis turbis, res ad prætorem delata eſt, qui ſuſpendio addixit Dominum Joannem. Tendens ad mortem, nihil aliud ſecum dicebat, quam hoc: O Deus Sali, adſis mihi in hac hora. Deo autem volente illum liberare à tali calumnia, venit aliquis ad Abbatem Symeonem, & dixit: Infelix! Amicus iſte tuus Dominus Joannes diſcedit, ut in furcam agatur; & verè ſi ille moriatur, morieris & tu præ fame; nam talem nemo tui curam habet atque ille. Dixit autem ei quomodo crimen cædis eſſet adornatum. Abbas Symeon ſtultitiam mentitus, dimiſit eum, qui hoc referebat, & ſeceſſit in occultum locum, ubi ſemper orabat, quem nemo norat, niſi amicus ejus, Dei amans Joannes, & flexis genibus orabat Deum, ut ſervum ſuum liberaret è tali periculo. Poſtquam hi, qui eum ducebant, ut ſuſpenderetur, perveniſſent ad locum, ubi erant poſituri furcam; eccè accurrunt equites *i* & dicunt, ut virum abſolverent; inventos eſſe, veros cædis auctores.

h

precibus ejus

C

i

ab injuſto ſuſpendio liberatur.

51 Abſolutus itaque ſtatim, rectà cucurrit ad locum, ubi ſciebat ſemper orare Abbatem Symeonem, & conſpicatus eum procul manus extendentem ad cælum, timuit. Juravit enim ſe vidiſſe globos igneos, qui ab ipſo erumpebant in cælum, & in circuitu ejus quaſi clibanum accenſum, & ipſum in medio, adeo ut non appropinquarit, donec orationem abſolviſſet. Et converſus [inquit] vidit me; & poſtquam vidiſſet, dicit: Quid eſt diacone Joannes? Verè, verè adbibiſti immodicè. Aſt abiſis, ora. Hæc namque tibi accidit tentatio,

δίλογίαν. Συνέβη οὖν τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν D
τοῦ ἀββᾶ Συμεὼν ἀπαντῆσαι κατ' οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ,
τῷ πραγματευτῇ εἰς τὴν ἔρημον. Ὡς δὲ εἶδεν αὐ-
τὸν ὁ πραγματευτὴς, ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαὶ, αἰ-
τῶν δέησιν παρ' αὐτοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἰωάν-
νης, πόθεν εἶ; Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, Ἀπὸ Ἐμέ-
σης, πάτερ. Τότε ἀπεκρίθη αὐτῷ, καὶ ἔχων ἐκεῖ
τὸν ἀββᾶν Συμεὼν τὸν λεγόμενον Σαλὸν, ἐξ ἐμοῦ τοῦ
ταπεινοῦ τί ζητεῖς; Τῶν γὰρ δεήσεων ἐκείνου χρήζω
κἀγὼ, καὶ ὅλος ὁ κόσμος. Ἔλαβεν οὖν τὸ πραγ-
ματευτήριον ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης εἰς τὸ σπήλαιον αὐ-
τοῦ, καὶ παρέθηκεν αὐτῷ τράπεζαν πλουσίαν. Ἐκ
Θεοῦ γὰρ διείσκετο εἰς τὴν ἔρημον ἐκείνην τὴν ξηρὰν,
σιλίγνια καθαρὰ καὶ ὀψάριον ζεστὸν τηγάνῳ, καὶ οἶνον
ἄριστον, καὶ βιοτία ὑέλινα. Ὡς οὖν ἔφαγον καὶ
ἐχορτάσθησαν, δίδωσιν αὐτῷ τρεῖς δίλογίας ζε-
σὰς, καὶ αὐτὰς ὁμοίως ἐκ Θεοῦ ὄσας, καὶ λέγει·
Δὸς τῷ Σαλῷ, καὶ εἰπὲ αὐτῷ ἐξ ἐμοῦ· Ὄφε τὴν Κύ-
ριον δύχα τῷ ἀδελφῷ σου Ἰωάννῃ. Τῆς ἀληθείας
οὖν τοῦ κυρίου ὑπομαρτυρούσης, ὡς ἦλθεν εἰς Ἔμεσαν
ὁ πραγματευτὴς ἀπαντᾷ αὐτῷ εἰς τὴν πύρταν τῆς
πόλεως ὁ ἀββᾶς Συμεὼν, λέγων αὐτῷ, Τί ἐστιν
ἔξηχε, πῶς ἔχει ὁ Σαλὸς ὁ ὅμοιός σου Ἰωάννης;
μὴ ἔφαγες τὰς δίλογίας, ἃς δέδωκέ σοι; ὄντως
ὄντως ἐὰν ἔφαγες τὰς τρεῖς, κακῶς αὐτὰς πέπτεις. E
Ἐκεῖνος οὖν ἐθαμβήθη, ὡς ἤκουσε πάντα, ὅσα
ἠθέλετο εἰπεῖν αὐτῷ. Ἔλαβεν οὖν αὐτὸν δίφεως
εἰς τὸ καλύβιον αὐτοῦ ὁ Σαλὸς, καὶ ὅτως διϊσχυρί-
ζετο ὁ πραγματευτὴς, ὅτι πάντα ἀπαρεγλάκτως πα-
ρέθηκέ μοι καὶ ὅτως ὡς καὶ ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης, ἕως καὶ αὐτοῦ
τοῦ μεγέθους τοῦ βίατος, ἧς εἶδεν εἰς τὸ σπήλαιον αὐτοῦ, καὶ
ὡς ἐφάγομεν, ἔδωκα αὐτῷ τὰς τρεῖς δίλογίας, καὶ
ἀνεχώρησα εἰς τὸν οἶκόν μου, ἐρυθριῶν εἰπεῖν τινι τί
ποτε πρὸς αὐτόν. Διότι πάντες ἐπληροφορῆντο ὅτι
ἔξηχός ἐστιν.

50 Ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ὅτι ἐποίησέ τι θαῦμα
εἰς τὴν θεοφιλῆ ἄνδρα, τὸν καὶ τὸν βίον αὐτοῦ ἐξηγησά-
μενον ἡμῖν. Ὃς δὲ τρόπος τοῦ θαύματός ἐστιν ὅτως.
Τινὲς κακοῦργοι ἐποίησαν φόνον, καὶ λαβόντες τὸ
σκήνωμα, ἔρριψαν διὰ θυρίδος ἕως εἰς τὸν οἶκον τοῦ
εἰρημένου θεοφιλεστάτου ἀνδρός. Ταραχῆς οὖν οὐκ
ὀλίγης γενομένης, ἦλθεν εἰς τὸν ἄρχοντα τὸ πρᾶγ-
μα, καὶ ἐψηφίσατο, ἵνα φερκισθῇ ὁ κύριος Ἰωάννης.
Ὡς οὖν ἀπεῖδε ἀποθανεῖν, οὐδὲν ἄλλο ἔλεγεν εἰς ἑαυ-
τὸν, εἰ μὴ, ὁ Θεὸς τοῦ Σαλοῦ παρέστηθί μοι τῇ ὥρᾳ
ταύτῃ. Τοῦ Κυρίου δὲ θέλοντος σῶσαι αὐτὸν ἐκ τοι-
αύτης συκοφαντίας, ἦλθέ τις, καὶ λέγει τῷ ἀββᾷ
Συμεών· Ταπεινὲ, ὁ φίλος σου ἐκεῖνος ἀπάγε F
φερκισθῆναι ὁ κύριος Ἰωάννης, καὶ ὄντως εἰ ἀποθάνῃ,
ἀπὸ πείνας ἀποθνήσκεις, ὅτι οὐδείς σε φροντίζει ὡς
ἐκεῖνος. Εἶπε δὲ αὐτῷ καὶ τὸ τρόπον τῆς καταπλοκῆς
τοῦ φόνου. Ποιήσας οὖν ἑαυτὸν ὁ ἀββᾶς Συμεὼν ἔξηχον,
ἀφῆκεν τὰ εἰπόντα αὐτῷ, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς τόπον
κρυπτὸν, ὅπου ἤυχετο πάντοτε, ὃν οὐδεὶς ἐγίνωσκεν,
εἰ μὴ ὁ φίλος αὐτοῦ ὁ θεοφιλὴς Ἰωάννης, καὶ κλί-
νας τὰ γόνατα, παρεκάλει τὸν Θεὸν ῥυσθῆναι τὸν αὐ-
τοῦ δοῦλον ἐκ τοιούτου κινδύνου. Καὶ ὡς ἔφησαν οἱ
ἐξενέγκαντες φερκίσαι αὐτὸν εἰς τὸν τόπον ὅπου ἤμελ-
λον σῆσαι τὴν φύρκαν αὐτοῦ, ἰδοὺ καβαλλάριοι τρέ-
χοντες καὶ λέγοντες ἀπολυθῆναι τὸν ἄνδρα, ὅτι εὑρέ-
θησαν οἱ τὸν φόνον ἐν ἀληθείᾳ ποιήσαντες.

51 Ἀπολυθεὶς οὖν δίφεως, ὠρθοδρόμησεν εἰς
τὸν τόπον, ὅπου ἤδει πάντοτε προσεύχεσθαι τὸν ἀββᾶν
Συμεών, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀπὸ μήκοθεν ἐκτείνοντα τὰς
χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐφοβήθη. Ὤμνυεν γὰρ ὅτι σφέ-
γας πυρὸς ἀνερχομένας ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν
ἐθεώρει, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ ὡς κλίβανον καιόμενον, καὶ
αὐτὸν εἰς τὸ μέσον, ὥστε μὴ πλησιάσαι αὐτῷ, ἕως
οὗ τὴν δύχην ἐτελείωσεν, καὶ γραφεὶς ἴδεν με, καὶ
ἰδὼν δίφεως λέγει μοι· Τί ἐστι, διάκονε Ἰωάννη;
ὄντως, ὄντως, πολὺ κέρμα ἔπινες αὐτῷ, ἀπὸ
ὕπαγε, δύξαι. Οὕτως γὰρ ὁ πειρασμὸς συνέβη σοι, διότι

A διότι ἦλθον χθὲς οἱ δύο πτωχοὶ πρὸς σὲ, καὶ δύπορῶν δῶναι αὐτοῖς, ἀπέστρεψας αὐτούς, μὴ γὰρ σά εἰσιν, ἃ δίδως ἀδελφέ. Εἰ ἀπιστεῖς τῷ εἰπόντι, ὅτι ἕκαστος τὰ πλασίονα ὁ μεταδιδοὺς, λείψεται ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Εἰ μὴ οὖν ἀπιστῇς, δός. Εἰ δὲ μὴ δίδως, φανερὸς εἶ ὅτι ἀπιστεῖς τῷ Κυρίῳ. Ἴδε λόγοι σαλῆ, μᾶλλον δὲ σοφῆ αἰγίδι. Πρὸς τοῦτον μὲν γὰρ τὸν κύριν Ἰωάννην, ὅτι διελέσκοντο οἱ δύο καὶ μόνας, οὐδὲν ἐποίει ἔσω σαλῆ. Ἀλλ' ἔτως δυσθύμως καὶ κατανενυγμένως σωετύγχανεν αὐτῷ, ὡς πολλάκις δυωδίαν ἐξέρχεσθαι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὡς διεβεβαιῶτο ἔτος ὁ κύριος Ἰωάννης, ὥστε μικρὸν δεῖν, ἀπιστεῖν με, αὐτὸν εἶναι τὸν πρὸ ὥρας σαλόν. Πρὸς δὲ ἅπαντας ἑτέρως διέκειτο.

quia duos mendicos, qui heri venerunt ad te, pro eo ac poteras, non sublevasti, sed rejecisti. Non enim tua sunt, frater, quæ das. An non credis ei, qui dixit: Quod unusquisque, qui largitus fuerit, accepturus sit plura in præsenti seculo, & in futuro hereditatem æternam? Si credis, da. Si verò non des, manifestum est, te Domino non credere. Ecce non tam sali, seu fatui hominis verba, quam sancti sapientis. Nam apud Dominum Joannem, quando duo simul agebant seorsim, nihil faciebat stulti; verum adeo concinnè & tanta compunctione agebat cum illo, ut sæpius bonus odor ex ore ejus erumperet; uti asseveravit idem Dominus Joannes, & parum abesset, quin non crederet, eumdem illum esse, qui paulo ante erat fatuus. Sed apud alios aliter se gerebat. A. LEONT. Ex Ms.

ANNOTATA.

a *Per apocopen Jonicè pro* ἔνεστι, *ponitur* ἔνι.

b *Vocem* ἰτζᾶν *nullibi reperio. Quid si ponatur pro* ἰτζίον, *quod Mss. Græco-Latina vertunt* itrium, tractum? Ἰκρίον *emendat Salmasius ad histor. August. pag.* 155 & pergulam *interpretatur. Vide Hesychium in* Ἴτζιον & *Favorinum in* Ἴτζον.

c *Genus est monetæ, de quo consule Cangii Glossaria, ubi plurima curiosè congessit. Ineptè igitur Latinè videtur verti* esculentum *apud Surium.*

d Nummus *pars tertia est quadrantis, talenti autem seu solidi* 18000. *Nam in tot νομία dividi, observat Hesychius.*

e *Quid sibi vult* εἰς ἀββάδας? *Interpres apud Surium accepit pro* lusu calculorum, *quo ex fonte, quo vade, quo teste, nescio. Sic itaque reddit Latinè hunc sensum:* Et cœperunt eum referre in catalogum eorum, qui erant lusuri calculis.

f Eulogiæ *sunt* panes, *aut* alia edulia sacerdotis benedictione consecrata. *Vide Glossarium Cangii.*

g *Capite primo.*

h Τὸ σκήνωμα *est* tentorium, tabernaculum, habitatio: *hic usurpatur* μεταφορικῶς *pro* corpore *vel* cadavere, *quod habitatio animæ fuit.*

i *Lexicon Cyrilli Ms. & Glossæ Basilic.* Καβαλλάριος, ἔφιππος, ὁ ἐν ἵππῳ καθήμενος. Κάβαλλος δὲ ὁ ἵππος. Cavallarius, eques, qui equo insidet. Cavalus enim est equus.

CAPUT VIII.

Reliqua miracula expediuntur.

Ἔστι δὲ, ὅτε καταλαμβανέσης τὴν ἁγίας κυριακῆς, λαμβάνειν αὐτὸν σιτὸν σαλσικίων, καὶ φορεῖν αὐτὰ ὡς ὀφόριον, καὶ κρατεῖν ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ σίνηπι, καὶ ἔτως βάπτειν καὶ τρώγειν ἀπὸ πρωΐ. Τινὰς δὲ καὶ ἔχειν εἰς τὸ στόμα αὐτῶν ἐκ τοῦ σινήπεως ἐκ τῶν ἀρχομένων πᾶιξαι μετ' αὐτοῦ. Ὅθεν καὶ τις ἐλθὼν προσπαῖξαι αὐτῷ χωρικὸς, ἔχων ἐν τοῖς δυσὶν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ λευκώματα ἄσπρα, ἐχρίσθη ὑπ' αὐτοῦ ἐκ τοῦ σινήπεως εἰς σὺν ὀφθαλμὸς αὐτοῦ. Τῷ δὲ συφθέντι ἕως θανάτου, λέγει αὐτῷ, ὕπαγε, νίψε ἔξηχε εἰς ὄξος καὶ εἰς σκόρδα, καὶ δύθυς ὑγιαίνεις. Ἐκεῖνος δὲ ὡς δοκῶν τι ποιεῖν, δύσεως εἰς ἰατρὸς ἔδραμεν, καὶ πλεῖον ἐτυφλώθη. Τέλος δὲ ὑπὸ μανίας ὀμνύει Συριστὶ, Μὰ τὸν Θεὸν τοῦ ἥλιος, ἐὰν ἔχωσι δύσεως πηδῆσαι οἱ δύο μου ὀφθαλμοὶ, εἴ τι εἶπεν μοι ὁ Σαλὸς, ποιῶ. Καὶ νιψαμένου αὐτοῦ ὡς εἶπεν αὐτῷ, δύσεως ἐγένοντο οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὑγιεῖς, ὡς ἐκ γυνητῆς καθαροὶ, ὥστε δοξάζειν αὐτὸν τὸν Θεόν. Τότε ἀπαντήσας αὐτῷ ὁ Σαλὸς, λέγει αὐτῷ· Ἴδε ὑγίανας, ἔξηχε, μηκέτι κλέπῃς τὰ αἰγίδια τοῦ γείτονος. Ἐκλάπη τις λοιπὸν ἐν Ἐμέσῃ νομίσματα πεντακόσια, καὶ ὡς ἐζήτει αὐτὰ, ἀπαντᾷ αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Συμεὼν, καὶ θέλων μεταβάλαι ἑαυτὸν, λέγει πρὸς αὐτὸν, δώσομεν ποιῆσαι τί ποτε ἔξηχε, ἵνα δύρεθῶσι τὰ ὁλοκότινά μου; Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, ἐὰν θέλῃς, ναί. Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, ποίησον, καὶ ἐὰν δύρεθῶσιν, δίδω σοι δέκα. Λέγει αὐτῷ ὁ Σαλὸς, εἴ τι εἴπω σοι, ποίησον, καὶ εἰς τὸ σκευρίν σου δυρήσεις τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Συνέθετο οὖν αὐτῷ μετ' ὅρκων ὅτι εἴ τι εἴπῃ αὐτῷ, ἀκόει αὐτοῦ, μόνον μὴ ἀκαιρόν τι ποτε εἴπῃ.

DUm adveniſſet ſancta dies Dominica, contigit, ut acceperit ſeriem *a* farciminum *b*, & illa ferret tamquam orarium, & teneret ſiniſtra manu ſinapi, & ſic à prima luce tingeret & comederet. Aliquorum verò ex iis, qui luſum cum ipſo venerant, oblinebat os ſinapi. Hinc cum veniſſet aliquis ruſticus cum eo luſurus, cujus uterque oculus laborabat candida albugine, inungebat utrumque ejus oculum ſinapi. Cui, ad mortem uſque afflictato, dicit: Abi ſtolide, alliis & aceto te lava, & ſanabere jam jam. Ille verò, ut qui exiſtimaret ſe quidquam effecturum, protinus ad medicos cucurrit, & magis cæcutiebat. Tandem itaque furore percitus, jurat Syriacè: Per Deum cæli, tametſi ſtatim duo mei oculi deberent exſilire, quod mihi cumque Salus dixerit, faciam. Poſtquam laviſſet ex præſcripto Sali, mox oculi ejus ſanati fuerunt, & tam defæcati, quam primo natali die, adeo ut laudaret Deum. Salus ei obviam factus, dixit: Ecce ſanus factus es, ſtulte; noli poſthac furari capellas vicini. Alicui quærenti quingentorum nummorum ſummam *c*, Emeſæ ſurreptam, occurrit Abbas Symeon. Et ille, invertere ſe volens, dicit Symeoni: Potin' es efficere, ſtolide, ut nummi mei inveniantur? Cui ille: Poſſum utique, ſi velis. Reſpondit alter: Effice, &, ſi inveniantur, dabo tibi decem. Tum Salus: Si quid dixero tibi, facito; & invenies in armario *d* hac etiam nocte. Dato jurejurando ille ad ſe recepit, quod, ſiquid ipſi diceret, auditurus ipſum eſſet, modo ut nihil importuni ipſi diceret. *a b* *Sanat oculos,* *c* *ſurreptos nummos reſtituit* *d*

A. LEONT. Ex MSS. e

Dicit ei rursum: Abi, nummos tuos abstulit servus tuus, qui à poculis *e* tibi est. Sed ecce, da mihi fidem fore, ut ipsum non cædas, vel aliquem è tua domo (cædebat autem acerrimè.) Ille igitur putabat, dictum sibi esse, ut neminem cæderet propter nummos; sed Abbas Symeon ipsi dicebat, ut nullum umquam cæderet. Dedit itaque ipsi fidem cum juramento gravissimo, quod neminem esset verberaturus. Et abiens, servum suum blandè prehendit, & recepit ab eo quantum perdiderat.

Λέγει αὐτῷ πάλιν· Ὕπαγε τὸ ὁλοκότινά σε D ὁ δοῦλός σε ὁ ὑπηκέρνης ἐπῆρεν. Ἀλλ' ἰδὲ, δός μοι λόγον, ὅπ δέρεις αὐτὸν, ὅτε ἄλλον ἔχ οἰκε σε, ἔδαρεν γὰρ σφοδρῶς. Ἐκεῖνος οὖν ἐνόμισεν ὅπι χάριν τ ὁλοκοτίνων εἶπεν αὐτῷ, ἵνα μὴ δείρῃ πινά. Ὁ δὲ ἀββᾶς Συμεὼν δι' τὸ μηδέπω δεῖραι αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ. Ἔδωκεν οὖν αὐτῷ λόγον μεθ' ὅρκων φελκτῶν, ὅπ δέρει πινὰ, καὶ ἀπελθὼν, ἐκράτησεν τ δοῦλον αὐτε καλοθελῶς, καὶ ἔλαβεν παρ' αὐτε τὸ πόσον.

Severitatem heri ac perfidiam punit.

53 Accidit, ut veniret ab illo tempore, aliquem cæsurus; & non potuit; sed manus ejus emarcuit. Rei gnarus, dicebat: Enimverò hoc Salo acceptum fero; & adivit ipsum, & dixit: Solvè, Sale, juramentum. Et mox ille stultum se fingebat, adeo ut non sciret quid sibi diceret. Quando itaque pergebat molestus esse, apparuit ipsi in somnis, & dixit: Verè solvam juramentum; promissa verbis inita solvo, & prorsus reddo irrita. Quid ineptis? Cur vis cædere servos tuos, qui præcedent te in futuro seculo. Postquam hæc vidit, in posterum quievit. Compatiebatur Symeon dæmoniacis tenerrimo affectu, ita ut discedens, variis modis se illis similem redderet, & cum iis agens, multos ex illis sanaret precibus suis, & nonnulli, à dæmone obsessi, obmurmurarent, ac dicerent: O violente Sale! Totum mundum subsannas; etiam venisti ad nos, ut nos vexares? Recede hinc: non es ex nostro grege. Quid nos crucias per totam noctem, & uris? Quando igitur ibidem aderat Sanctus, multos etiam, ut qui loqueretur ex instinctu Spiritus sancti, corripiebat; hos quidem, quod furati essent, illos, quod scortati; alios reprehendebat cum clamore, quod non assidue communicarent; alios insectabatur, tamquam perjuros, eo successu, ut totam penè civitatem hac indústriâ à peccato coërceret. Erat per id tempus mulier divinatrix, quæ amuletis & incantationibus navabat operam. Hanc sibi demereri studebat Sanctus, dans ipsi ea, quæ ex aliorum beneficentia colligebat, sive obolos, sive panes, sive vestes. Quadam die dicit illi: Visne ut ego tibi amuletum conficiam, quo numquam *f* capias [molestiam] ex oculo? Respondet illa: Volo equidem, Sale: sic reputans: tametsi sit fatuus, forsitan id efficiet. Abiens igitur scripsit in tabella Syriacè: Faciat te Deus desistere ac cessare, ne homines ab ipso avoces, & ad te convertas. Dedit itaque illi, & ferebat tabellam, & non amplius potuit alicui divinare, aut facere amuletum.

Quid mulieri divinatrici,

f

C

Λέγει αὐτῷ πάλιν ἄπαξ καθήμενος μετ' ἀδελφῶν, καὶ θερμαινόμενος πλησίον τ καμινίε τ νελεψᾶ. Ἦν δὲ ὁ νελεψὸς Ἑβραῖος, καὶ λέγει τοῖς πλωχοῖς παίζων· Θέλετε, ποιῶ ὑμᾶς γελάσαι; Ἰδὲ μέλλω ποιῆσαι, ὁ ποιεῖ ὁ τεχνίτης, ποιῶ σαυρὸν, καὶ κλᾶται. Ὡς οὖν ἔκλασεν ἐνορδίνως καὶ ἐπᾶε, ἤρξαντο γελᾶν οἱ πλωχοὶ, καὶ εἶπον αὐτῷ τὸ πεᾶγμα, καὶ ἐθίωξεν καυτηριάσας αὐτόν. Ὡς οὖν ἀπῆρχετο, ἔκραξεν, αὐτῷ λέγων, ὄντως μάντζυρε, ἕως ὃ ποιήσῃς εἰς τὸ μέτωπόν σε σαυρὸν, ὅλα συντελέσονται, καὶ κλάσας πάλιν ἄλλα δέκα τρία ἐνορδίνως, καλενέγκη [κατενύχθη] καὶ ποιεῖ σαυρὸν εἰς τὸ μέτωπον αὐτε, καὶ οὐκέτι ἔκλασέν τ ποτε. Ἐκ τότε οὖν ὃ τρόπε ἀπῆλθεν, καὶ ἐγένετο χρισιανός. Δέκα ἡμοτῶν ποτε πλυνόντων τὰ ἑαυτῶν ἱμάτια ἔξωθεν τ πόλεως, προελθὼν ὁ Μακαρίτης, λέγει αὐτοῖς· Δοῦτε ἔξηχοι, καὶ ποιῶ ὑμῖν ἄριστον κομψόν. Οἱ οὖν πέντε ἐξ αὐτῶν εἶπον· Οἶδεν ὁ Θεὸς, ἄγωμεν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐκώλυον αὐτοὺς, λέγοντες, ναὶ, ἐκ δ σκότος ἔχει ὑμῖν ποιῆσαι ἄριστον, αὐτὸς ἀπὸ θυρῶν εἰς θύραν ἐπέσῃ, καὶ πόθεν ἔχει. Ἀλλὰ μόνον ἐξαγῆσαι ἡμᾶς βάλετε.

quid Hebræo g

g

h

i

per signum S. Crucis.

54 Alia quadam vice sedebat cum fratribus, & calefaciebat se prope caminum figuli vitrorum *g*. Erat autem figulus Hebræus. Et dicit Symeon pauperibus, ludens. Vultisne, ut risum vobis moveam? Ecce supra poculum, quod fingit artifex, faciam crucem, & frangetur. Postquam itaque ad usque septem ex ordine fregisset, cœperunt ridere pauperes, & rem indicarunt artifici. Qui ferro candente eum persecutus est. Symeon ab eo digressus exclamavit: Verè mantzere *h*, donec crucem formes in fronte, omnia conterentur. Et postquam iterum alia tredecim ex ordine fregisset, compunctus est *i*, & formavit crucem in fronte, nec quidquam amplius fregit. Itaque ab hoc tempore mores mutavit, & Christianam fidem amplexus est. Viris decem plebeis extra civitatem vestimenta lavantibus, interveniens Sanctus, dixit: Adeste stulti, & apparabo vobis splendidum prandium. Quinque igitur ex illis dixerunt: Novit Deus, eamus. Ceteri prohibuerunt ipsis, dicentes: Scilicet apparabit nobis prandium è tenebris. Ipse mendicat ostiatim, & unde habebit? Verùm dumtaxat vult, ut cessemus.

55 Ἐπὶ-

A 55 Ἐπίσθυσαν οὖν, καὶ ἀπῆλθον οἱ πέντε. Καὶ λέγει αὐτοῖς, μείνατε ὧδε· Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ὡσεὶ τόξου βολὴν ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῶν, καὶ κρυφῆ ἠύξατο. Λέγουσιν ἐκεῖνοι πρὸς ἑαυτούς· Ὄντως ἐνεπαίχθημεν, νομίζω γὰρ χόρτον θέλει ἐνέγκαι ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Συμεών, ἵνα βοσκηθῶμεν. Καὶ ἰδὲ ὡς ταῦτα ἔλεγον, θεωρῶσιν αὐτὸν νεύοντα αὐτοῖς ἀπελθεῖν πρὸς αὐτόν, ἦν γὰρ ὡς προείρηται ὑξάμενος, καὶ ἐκ Θεοῦ ἑτοιμάσας αὐτοῖς πάντα. Καταλαβόντες οὖν αὐτὸν, εὗρον ὡς ἀπὸ κυρίου κείμενα ἔμπροσθεν αὐτῶν σιλίγνια, καὶ πλακοῦντας, καὶ σφάελα, καὶ ὀψάρια, καὶ οἰνάρια διάφορα, καὶ ψαθύελα, καὶ γλυκύ, καὶ ἁπλῶς ὅσα πάντα ἔχει ὁ βίος λιμβά. Καὶ φαγόντων αὐτῶν λέγει· Λαμβάνετε, ταπεινοί, καὶ λόγῳ τῶν γυναικῶν ὑμῶν· Καὶ ἐὰν μηκέτι γίνεσθε δημότιοι ἔξηχοι, ὄντως ἐὰν μὴ ὑστερήσωσιν τὰ σιλίγνια ταῦτα ἐκ τῶν οἴκων ὑμῶν, ἕως οὗ ἀποθάνω. Λέγουσιν ἐν ἑαυτοῖς ὅτε ἀπῆλθον· Δοκιμάσωμεν μίαν ἑβδομάδα, καὶ ἐὰν μὴ ἐκλείψωσιν, μηκέτι κατέλθωμεν μετὰ τῶν ἑταίρων ἡμῶν εἰς τὸ δημοτικόν. Ὡς δὲ εἶδον ὅτι οὐκ ἐξέλειπον τὰ σιλίγνια καίτοι καθ' ἡμέραν ἐξ αὐτῶν δαπανώντων αὐτῶν, οὐκέτι παρῆλθον διὰ κακὸν
B πράγματος. Ἀλλ' οἱ τρεῖς ἐξ αὐτῶν καὶ ἐμόναζαν καλαυνγέντες ὑπὸ τῇ πολιτείᾳ τοῦ Σαλέ. Πλὴν ὅτι πινὶ εἰπεῖν τί ποτε, ἄχρις οὗ ἔζη ἐν σαρκὶ ὁ Σαλὸς, οὐκ ἠδυνήθησαν.

56 Ποῖον δὲ πρᾶγμα καὶ λινὶ ἀθλίῳ μᾶλλον δὲ βερδυναρίῳ ἐποίησεν, ἄξιον τῇ γραφῇ παραδοῦναι τῇ καθ' αὐτόν. Ἦν γὰρ ἐλεήμων ὁ βερδυνάριος, καὶ ὑπὸ συμβαινόντων ἐφύρησεν. Ἐν μιᾷ οὖν ἐξερχομένῳ αὐτῷ ἐνέγκαι λόγῳ τοῦ οἶκος αὐτοῦ, καὶ εἰς πρᾶσιν οἰνάριον, ἀπαντᾷ αὐτῷ ὁ Μακάριος, καὶ λέγει αὐτῷ· Πῇ ὑπάγεις, ἔξηχε; Εἶχεν γὰρ ἀεὶ τοῦτον τὸν λόγον ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπὶ σώματος. Λέγει οὖν αὐτῷ ἐκεῖνος, διὰ οἰνάριον, Σαλέ. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Συμεών· Φέρε καὶ γλιχόνιον ὡς ἔρχῃ. Οἰονιοθεὶς οὖν ὁ βερδυνάριος, ἔλεγεν καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἀπίει· Ἄγε ποῦ σατανᾶς ὑπὸ πρωὶ ἐπεμψέν μοι τὸν ἀββᾶν τοῦτον, λέγοντά μοι· Φέρε μοι γλιχόνιον; Οὕτως κακοπάδινον τοῦτο τὸ οἰνάριον τοῦτο, καὶ ἢ ὀξίζει, ἢ οὐκ οἶδά πω. Ὡς οὖν ὑπέστρεψεν ἐνέγκας οἶνον καλὸν πάνυ, ὑπὸ χαρᾶς ἔλαθεν ἐνέγκαι τὸ γλιχόνιον. Λέγει αὐτῷ πάλιν ἐκεῖνος, ὄντως, ταπεινέ, ἔλαθον. Μεσιάσας οὖν ὁ Ἀββᾶς, λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε μόνον, τὸ γὰρ πρᾶγμά σου ἐδιοικήθη. Ὡς οὖν ἦλθε μεταβάλαι τὰ ἀσκίδια, εὗρεν αὐτὰ ὄξος, ὅπερ ἐφόρει ἄνθρωπος καὶ ὀσφρανθῆναι
C αὐτοῦ. Τότε οὖν ἐνόησεν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἤρξατο λέγειν· Οὕτως ἄρα καὶ ἄρτι ἄγομεν διὰ γλιχόνιον. Ἐδεήθη οὖν καὶ ἦλθεν πρὸς τὸν Σαλὸν, καὶ παρεκάλει αὐτόν. Ἔλεγεν γὰρ ὅτι ὥσπερ ὁ ψηφᾶς ποιεῖ ὀφθαλμοπλανίαν, ὅτως καὶ αὐτὸς ἐποίησεν, ἀνάλυσον ὃ ἐποίησας Σαλέ. Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, τί ἐποίησα; Ὁ δὲ φησι· Καλὸν οἶνον ἠγόρασα, καὶ διέρρηξεν ὀζίδιν εἰς δύο ὥρας· Λέγει αὐτῷ πάλιν· Ὕπαγε, ὕπαγε, ἐμέλλησι, ἄνοιξον ἐφετῶς φρεσκάριον, καὶ συμφέρει σοι.

57 Ἦν γὰρ ὁ σκοπὸς καὶ ἡ δέησις τοῦ Γέροντος, ἵνα εὐλογηθῇ ὁ κάματος αὐτοῦ, ὅτι ἦν ἐλεήμων, ἀλλ' οὐκ ἤθελεν προφανῶς ποιῆσαί τι ποτε, ἀλλ' ὅλα διὰ παιγνιδίων. Κατενύγη οὖν ὁ βερδυνάριος, καὶ λέγει· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, φρεσκάριον ἀνοίγω, καὶ ἀνοίξαντος αὐτοῦ, ηὐλόγησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ ὑπὲρ ὧν ἔδει εὐχαριστεῖν τῷ Σαλῷ, μᾶλλον καὶ ἐχόλα αὐτῷ, μὴ νοῶν τό τι αὐτῷ προσεξένησεν. Τὸ δὲ πᾶν δὲ πράγματος ἦν ὁ Θεὸς, σκέπων τὸν σκοπὸν δὲ ἀββᾶ Συμεών. Ἠῤῥώσησέν πότε τις τῶν μεγιστάνων τῆς πόλεως. Εἶχεν δὲ ἔθος ὁ Ὅσιος ἀνέρχεσθαι καὶ παίζειν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐβαρήθη, ἐθεώρει ἑαυτὸν καὶ σὺν ὕπνῳ ταυλίζοντα μετά τινος αἰθίοπος. Ἦν δὲ ἔτος, ὁ θάνατος. Ἔφθασεν οὖν καὶ ἦλθέν φησι, καταῤῥῖψαι ὁ ἀοθενῶν, καὶ εἰ μὴ ἔβαλεν τρίκτα, ἡττᾶτο. Φθάνει οὖν αὐτῷ καὶ σὺν ὕπνῳ ὁ ἀββᾶς Συμεὼν, καὶ λέγει· Τί ἐστιν, ἔξηχε;

55 Crediderunt itaque quinque, & abierunt: quibus dicit: Manete hîc. Et relictis illis, quasi ad teli jactum recessit, ut clam oraret. Dicunt illi inter se: Enimvero delusi sumus. Fœnum, opinor, nobis afferre vult Abbas Symeon, quo pascamur. Et ecce, ubi hæc dixerant, conspiciunt, eum signum dare, ut accederent ad se. Etenim, uti supra est dictum, oraverat, & virtute Dei omnia ipsis præparaverat. Postquam ad illum pervenerant, invenerunt ante eum, utique à Domino positos, siligineos panes, placentas, tragemata, pisces, diversi generis vina, psatyria *k* & dulce *l*, &, ut paucis absolvam, quidquid vita habet lauti. Dum comedissent, dicit: Accipite, ô miseri, pro vestris etiam uxoribus. Et siquidem non amplius fiatis populus stultus, revera non deficient hi panes siligines in domibus vestris, donec moriar. Dicunt secum, quando abierant, Periculum faciamus vel una hebdomade, & siquidem non defecerint, non prodeamus amplius in publicum cum sociis. Itaque ubi viderunt panes non deficere, tametsi quotidie ex iis consumerent, non amplius egressi sunt, ut rei quidquam malæ committerent: sed tres ex iis vitam vixerunt solitariam, Sali conversatione compuncti. At nihil cuiquam dicere potuerunt, quoad vixit Salus.

56 Cujusmodi autem rem misello cuidam, seu potius Burdonario *m* præstiterit, dignum est mandare iis, quæ de illo tractant, litteris. Erat vero Burdonarius misericors, & è rebus, quæ ad ipsum redibant, dispergebat. Quadam die exeunti illi, ut pro domo sua afferret, & vinum emeret, occurrit Beatus, & dicit: Quo te agis stulte? (Sermo enim iste identidem ei erat in ore.) Cui ille: Eo empturus vinum, Sale. Respondit ei Abbas Symeon: Affer etiam pulegium *n*, ubi redieris. Auguratus itaque Burdonarius, dicebat secum, quando abiret: Quisnam satanas à tempore matutino ad me misit hunc Abbatem, qui dicit: Affer mihi pulegium? Sanè malum est hoc vinum, & vel acescit, vel [vitii habet] nescio quid. Ubi itaque rediit, ferens vinum perquam bonum, præ gaudio oblitus est afferre pulegium. Dicit ille iterum Symeoni: Verè, ô miser homo, oblitus sum. Subridens ipsi Abbas: Abi modo, inquit, res tua administrata est. Quando ergo venit, ut mutaret utres, invenit in eis acetum; prorsus ut homo vel odorari eos pertimesceret. Tunc itaque rem intellexit, & cœpit dicere: Enimvero jamjam afferimus pulegium. Cucurrit igitur, & venit ad Salum, & oravit eum (dicebat enim fecisse de more præstigiatoris, qui oculos fascinat) Dissolve Sale, quod fecisti. Reposuit ille: Quid feci? Hic ait: Bonum emi vinum, & tempore horarum duarum inventum est acetum. Cui ille iterum: Abi, abi, mitte hanc curam, aperi mox piscarium, & proderit tibi.

57 Nam scopus & oratio Senis erant, ut quia erat misericors, labor ejus benediceretur. Sed nihil quidquam voluit apertè facere, sed omnia per ludum. Compunctus itaque Burdonarius, dixit: Benedictus Deus; piscarium aperiam. Quo aperto, benedixit ipsi Deus. At pro quibus rebus ille debebat Salo gratias agere, potiùs succensuit, non intelligens, quam benè de se esset meritus. Sed hoc totum fiebat, ut Deus tegeret scopum Symeonis. Ægrotavit nonnemo è primoribus civitatis (accedere eò, & in domo ejus ludere consueverat Sanctus) & videt æger, se in somno ludere aleis cum quodam Æthiope. Erat autem ille mors. Festinavit itaque infirmus, & venit, ut projiceret, & nisi jaceret ter sex, victus erat. Convenit illum in somno Abbas Symeon & dicit: Quid est stolide?

A. LEONT. Ex Mss.

Impetrat pauperibus

k l

à Deo convivium.

Panes

non consumpti.

Mutat vinum

m

E

n

in acetum

& acetum denno in vinum.

F

Ægrotum à morte liberat

A. LEONT. Ex Mss. Revera jam Maurus iſte te vincet Sed da fidem, te poſthac non violaturum uxoris tuæ cubile, & tuo loco projiciam, & non vincet te. Poſtquam juraſſem, uti retulit, qui iſta vidit, & accepiſſet à me aleas, projecit, & ceciderunt ter ſex. Experrecto itaque infirmo, aſcendit ſtatim Salus, & dicit illi: Benè ter ſex jeciſti *o*, inſane. Crede, ſi juramentum tuum violes, Maurus ille te ſuffocabit. Et poſtquam ipſi & omnibus ejus domeſticis inſultaſſet, curſu ſe inde proripuit.

o *& corrigit.*

Οὕτως ἄρα νικᾷ σε ὁ μαῦρος ἔτος. Ἀλλὰ δός μοι λόγον, ὅπι οὐκ ἔτι μιαίνεις τὴν κοίτην τοῦ γυναικός σε, καὶ ἐγὼ καταῤῥίπτω ἀντί σε, καὶ οὐχ ἥττᾶ σε. Ὡμόσας οὖν φησιν ὁ ταῦτα ἰδὼν, καὶ λαβὼν ἐξ ἐμοῦ τὰ βόλια ἔῤῥιψεν, καὶ ἔπεσαν τρίκτα. Ἐξυπνισθέντος οὖν ἀῤῥώστου, ἀνῆλθεν εὐθὺς ὁ Σαλὸς, καὶ λέγει αὐτῷ· Καλὰ τρίκτα ἔβαλες μάταιε. Πίσθυσον, ἐὰν παραβῇς τὸν ὅρκον σου, ὁ μαῦρος ἐκεῖνος πνίγει σε, καὶ ὑβρίσας αὐτὸν, καὶ πάντας σοὺ τοὺς οἴκους αὐτοῦ, κατῆλθεν τρέχων.

ANNOTATA.

a *Vox* σιρὰ, *pro qua Latinè poſui*, ſeries, *quæſita*, *ſed nuſpiam inventa.*

b *Legitur* σαλσιποπώλης, *& exponitur apud Auctorem Etymologici*, fartor, farciminum venditor *E quo vocis* σαλσίκιον *ſignificatio haud obſcurè eruitur.*

c Λογάριν *non ſignificare* exactorem, *prout legitur apud Surium*, *ſed* ſummam pecuniæ, *ſen* certam quantitatem nummorum, *exemplis benè multis oſtendit Cangius in Gloſſario.*

d *Vox* σκεύειν *abſtruſa. Videtur derivari à* σκεῦος, vas, quæcumque utenſilia; *& quid nî* τὸ σκεύειν *ſignificatione coincidat cum vocabulis* σκεύαρον, σκευοτήκη.

e Επικέρνης *idem ſignificat quod* πινκέρνης, *qui cultiore lingua dicitur* οἰνοχόος, pincerna, qui eſt à poculis. *Lego apud Surium:* Servus tuus epicernes.

f *Legit interpres apud Surium:* ut numquam ſit tibi lema in oculo.

g *Pro Græco* ὑελεψὸς *dicitur communiter* ὑαλουργὸς, , fictor vitrorum.

B h *Scribit Hamartolus in Copronymo:* Μανσὴρ ἐπωνόμασεν ὃ ἐστι βλάσφημον. Manſur cognominavit, quod eſt, blaſphemum. *Porrò* μανσὴρ *apud Saracenos indigitare* redemptum, *auctor eſt Cangius*; μανσὺρ *verò Arabibus eſſe* victorioſiſſimum, *teſtatur Scaliger. Sin legendum* manzer, *uti exſtat apud Surium*, *ſignificare dicitur Hebræis*, nothum, ſpurium, è ſcorto natum. *A quo indubiè Græcum* μανξὴρ *apud Gregentium*, *Theophanem*, *Cedrenum. Deuteronomii* 23 *legitur:* Non ingredietur mamzer, hoc eſt, de ſcorto natus, in eccleſiam Domini, uſque ad decimam generationem. *Quomodocumque vox iſtæc ſcribenda ſit* (*nam* μάντζερε, *quod in apographo noſtro legitur*, *necdum inveni*) *videtur à* Symeone *adhiberi*, *ut hominis irati impetum reprimeret*, *nuncupando illum* blaſphemum, *cum Hebræus ac Judæus eſſet*; *vel* Spurium, *quem fortaſſe divino inſtinctu talem eſſe cognoſcebat. Adi Gloſſarium Cangii.*

i *Interpres apud Surium etiam legit* compunctus eſt, *atque adeo* κατενύχθη.

k Ψαθύριον placentæ ſpecies. *Hinc* ψαθυριανοὶ *dicti*, *hæretici Ariani Conſtantinopoli*, *qui Patrem ſemper fuiſſe Patrem aſſeverabant*, *etiam cum Filius*, *ut ipſi ſomniabant*, *non exiſteret*; propterea quod, *ut habet Socrates lib.* 5 *Hiſtor. Eccl. cap.* 22, Theoctiſtus quidam pſathuropola, id eſt, placentarum venditor, ardenti ſtudio huic opinioni patrocinatus eſt. *Ita ibidem interpres. Conſonat Sozomenus lib.* 7 *Eccl. hiſtor. cap.* 17 *de Pſathurianis agens.*

l *Neophytus monachus in gloſſis Iatricis Mss.* Quando in libro medico inveneris γλυκὺ indefinitè dictum, nihil aliud dicit, quam dulce vinum. *Vidi textus noſtri vocem & citari & ſcribi* γλυκὺν, *pro* γλυκύ.

m Burdonarius *eſt* agazo. *Conſule Gloſſarium Cangii.*

n Herba eſt fruticoſa, ſemipedali altitudine, foliis ſampſuchi, ſurculis per intervalla purpureo flore coronatis; unde multis *pulegium regale* nominatur. Alterum genus eſt flore candido, cui magna cum nepeta, & mentha ſocietas, multum excalefacit, & extenuat. Si à
C pecore guſtetur, balatum illico dicitur concitare. Idcirco quaſi βλήχων vocatur. Pulegium autem Latini appellant, quod recens incenſum pulices enecet. Ita Gorræus. *Forſan hic* pule- F
gium *ponitur pro qualibet alia herba*, *aut olere*, ἢ συνεκδοχικῶς.

o *Inſulsè legitur apud Surium:* Pulchra trajecta trajeciſti, ſtolide.

CAPUT XI.

Symeonis virtutes, prædictio obitûs, ſancta mors, Angelorum cantus, ſepultura, corpus divinitus ablatum.

Symeonis paupertas,

VIr ille verè ſapiens nihil quidquam poſſidebat in ſuo tugurio (Nam habebat tugurium, ubi dormiret, ſeu potius ubi vigilaret noctu) præter unum faſcem ſarmentorum. Sæpius itaque noctem producens in oratione uſque ad lucem, & terram lacrymis rigans, egrediebatur manè, & ſcindebat vel ex olea vel ex herbis, faciebat ſibi coronam, quam geſtabat, tenebatque manu ſua ramum, & ſtabat clamans: Regi ac civitati victoria! Civitatem quidem eſſe animam, regem verò rationem dictitans, quæ pravis animi affectionibus dominantur. Petierat autem Sanctus à Deo, ut

ſtudium orationis,

fuga vanæ gloriæ,

Οὐκ ἐκέκτητο γὰρ ἕτος ὁ Σοφὸς ἀληθῶς ἐν τῷ καλυβίῳ αὐτοῦ π. Εἶχεν γὰρ καλύβιον ἐκεῖ τὸ κοιμᾶσθαι αὐτὸν, μᾶλλον δὲ διὰ τὸ ἀγρυπνεῖν αὐτὸν τὰς νύκτας, εἰ μὴ ἐν φορτίον κλημαπίδων. Πολλάκις οὖν τὴν νύκτα διατελῶν ἕως πρωῒ ἐν προσευχῇ, καὶ τὸ ἔδαφος βρέχων τοῖς δάκρυσιν, ἐξήρχετο ὀπὸ πρωῒ, καὶ ἔκοπτεν ἢ ὀπὸ ἐλαίας, ἢ ὀπὸ βοτανῶν, καὶ ἐποίει ἑαυτῷ στέφανον, καὶ ἐφόρει, καὶ ἐκράτει ὅπι τῇ χειρὸς αὐτοῦ ἕνα κλάδον, καὶ ἔκραζεν κράζων, Νίκην βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει. Ἔλεγεν δὲ, πόλιν μὲν τὴν ψυχὴν, βασιλέα δὲ τὸν αὐτεξούσιον τῶν παθῶν λογισμόν. Καὶ τοῦτο δὲ ἐποίουν

A † Θεὸν ὁ Ἅγιος, ἵνα μὴ αὐξήσῃ ἡ κόμη τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἢ ὁ πώγων, μή πως δόξῃ ὃ καρῆναι, φανερὸς γένηται ὅτι ἑαυτὸν ποιεῖ σκῶλον. Διὸ καὶ πάντα τὸν χρόνον, ὃν διετέλεσεν ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ὐδεὶς αὐτὸν ἐθεάσατο, ὅτι ηὐξήθη ἡ κόμη τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἤτε ὅτε ἐκήρυττο αὐτῷ. Πολλῷ οὖν καὶ ἐπωφελῆ σωτυχείαν πολλάκις σωτυχεν τῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ διακόνῳ μόνῳ, καὶ ἠπείλει, ὅτι εἰ φανερώσει τισὶ τὸν ἐναρετον σκοπὸν αὐτοῦ, βασάνῳ μεγάλῃ καὶ τὰ μέλλοντα αἰῶνα θλιβέσῃ.

59 Ἔλεγεν οὖν αὐτῷ ὅτε ἅπαντα τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐξέτρεν αὐτῷ, τοῦτ' ἔστιν πρὸ δύο ἡμερῶν ὃ μεταστῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ βίου, ὅτι σήμερον ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννην, καὶ εὗρον αὐτὸν δόξαν τοῦ Θεοῦ πρηκόψαντα μεγάλως καὶ ἐχάρην. Εἶδον γὰρ αὐτὸν φοροῦντα τὸν στέφανον αὐτοῦ, καὶ ὑπογεγραμμένον· Στέφανος ὑπομονῆς τοῦ ἐρήμου. Καὶ πάλιν, φησὶν ἐκεῖνος ὁ εὐλογημένος, εἶδον, φησὶν, ὡς ἦλθες πινὰ λέγοντά μοι· Ἐλθὲ, ἐλθὲ Σαλὲ, ἵνα κομίσῃ ἐχ ἕνα στέφανον, ἀλλὰ σοὺ στέφανος, ὧν προσήνεγκάς μοι ψυχῶν. Ἔχω οὖν, κύριε ἀρχιδιάκονε, ὅτι οὐδὲν εἶδεν εἰς ἐμέ τι τοιοῦτον, ἀλλὰ προσηχαρίσατό μοι. Σαλὸς γὰρ καὶ ἔξηχος ἄνθρωπος ποῖον μισθὸν ἔχει κομίσασθαι; Πάλιν ἐκεῖνος, δυσωπῶ σε, ἵνα πᾶσαν ψυχὴν, μάλισα οὖν μοναχὸν ἢ πτωχὸν, μηδέποτε ἐξουδενώσῃς, ὡς ἔτυχεν. Οἶδεν γὰρ ἡ ἀγάπη, ὅτι εἰσὶν εἰς σοὺ πτωχοὶ, μάλισα οὖν εἰς σοὺ τυφλοὶ, ἄνθρωποι, ὡς ὁ ἥλιος καθαίρουσι καθαρθέντες διὰ τὴν ὑπομονῆς, καὶ τὴν κακοπαθείας αὐτῶν. Πόσους ὑπηχωρεῖκς γεωργοὺς ἴδον ἐν τῇ πόλει πολλάκις εἰσερχομένους κοινωνῆσαι, καὶ ὄντας καθαρωτέρους οὖν χρυσίου, διὰ τὸ ἄκακον αὐτῶν καὶ ἀπραγμόνητον, καὶ διὰ τὸ ἐν ἱδρῶτι οὖν προσώπου αὐτῶν ἐσθίειν τὸν οἰκεῖον ἄρτον.

60 Ἀλλὰ μηδέν με ὑπὸ τοῖς λεγομένοις πρὸς σὲ, δεσπότα, ὑπομέμψῃ, διὰ τὸ ὅλου ἀμέλειαν οὖν οἰκτρᾶς μου βίου ἐξειπεῖν σοι. Γίνωσκε οὖν ὅτι καὶ σὲ ὁ κύριος διὰ τάχους προσλαμβάνεται. Ἀλλ' ὅση σοι ἰσχὺς καὶ δυνάμις, φρόντισον τῆς οἰκείας σου ψυχῆς, ἵνα ἀχειμάσως τοὺ κοσμοκρατόρας οὖν σκότους οὖν αἴρος τούτου διαπερᾶσαι δυνηθῇς. Οἶδεν γὰρ ὁ Κύριος ὅτι πολλὰ μέριμναν καὶ φόβον ἔχω, ἕως ὃ ἀμεριμνήσω ἐξ αὐτῶν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡμέρα ἡ πονηρὰ, περὶ ἧς ὁ Ἀπόστολος, καὶ ὁ Δαυὶδ εἶπεν. Διὸ παρακαλῶ σε, τέκνον καὶ ἀδελφὲ Ἰωάννη, πάσῃ σου δυνάμει, εἰ ἐστιν δεκτὸν, ἐλέει, καὶ τὰς ὑπὲρ πάσας ἀρετὰς βοηθῇ ἡμῖν τότε. Φησὶν γὰρ, Μακάριος
C ὁ συνιὼν ὑπὲρ πτωχὸν καὶ πένητα, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος, καὶ μηδέποτε τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ παρᾖς ἔχων κατά τινος, μή πως ἡ σὴ ἀνομία ἀναξίως ποιήσῃ καὶ ἄλλους τοῦ ὑπαφοιτήσεως οὖν ἁγίου πνεύματος.

61 Ταῦτα καὶ ἄλλα ὃ πλεῖσα παρήγγειλεν αὐτῷ, ἐξ ὧν τινα μήτε εἰπεῖν αὐτά ποτέ τινι παρεκέλευσεν διὰ τὸ μὴ πάντας μὴ πίστεως δέχεσθαι τὰ λεγόμενα. Παρακλήθητι οὖν, ἐπειδὴ διὰ τῶν τριῶν τούτων ἡμερῶν προσλαμβάνεται ὁ κύριος τὸν Σαλὸν τὸν ἐλάχιστον, καὶ τὸν κύριον Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἐγὼ αὐτὸς ἀπελθὼν εἶπον αὐτῷ, ὅτι ἀδελφὲ δεῦρο, ἀγωμεν. Καιρὸς ἐστ λοιπὸν, ἀλλὰ μὴ δύο ἡμέρας ἦλθε εἰς τὸ καλύβιόν μου, καὶ βλέπε εἴ τι εὑρήσεις. Θέλω ἵνα ἔχῃς μνημόσυνον οὖν ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ Σαλοῦ. Καὶ ταῦτα καὶ πλείονα τούτων εἰπὼν αὐτῷ, ἀπελθὼν, συνέσειλεν ἑαυτὸν ἐν τῷ καλυβίῳ αὐτοῦ. Νυνὶ οὖν καιρὸς καλεῖ, ὦ φίλοι, καὶ τὸν ἀξιοθαύμαστον αὐτοῦ θάνατον, μᾶλλον οὖν ὕπνον, ὑμῖν διηγήσασθαι. Καὶ γάρ ἐστιν καὶ αὐτὸς ὁ τὸν τυχοῦσαν παρέχων ὠφέλειαν, ἀλλά τε καὶ πάντων τῶν προειρημένων ἐξαιρετώτερον, ὅσις καὶ σφραγὶς καὶ βεβαίωσις τοῦ ἀμολύντου αὐτοῦ πολιτείας καθέσηκεν. Ἀθόμως οὖν ὁ Μέγας τὸν κοινὸν ὥραν,

non crescerent crines capitis sui, aut barba; ne, A. LEONT. dum tonderetur, innotesceret, eum se stultum si- Ex Ms. mulare. Idcirco per totum tempus, quod exegit D in hujusmodi vitæ instituto, nemo vidit crescere comas capitis ejus, nec ab eo tonderi. Frequenti pariter atque utili solius Domini Joannis diaconi consuetudine utebatur, & minabatur, quod, si alicui manifestaret suum virtute præstantem scopum, in magnum cruciatum incideret in futuro seculo.

59 Dixit autem illi, dum vitam ei omnem exposuit, id est biduo ante, quam è vita excederet: *animi demissio,* Hodie adivi fratrem Joannem, & inveni ipsum valde per Deum profecisse, & gavisus sum. Vidi enim eum gestare coronam suam, cui erat inscriptum: Corona tolerantiæ in solitudine. Ac rursum benedictus ille vir, Vidi, inquit, aliquem, qui, *amor paupe-* dum adveniisti, mihi diceret: Veni, veni Sale, ut *rum;* accipias non coronam unam, sed coronas animarum, quas mihi obtulisti. Persuasum verò habeo, Domine archidiacone, eum nihil tale in me vidisse, sed gratificari mihi voluisse. Quænam enim merces manet hominem fatuum & emotæ mentis? Pergebat ille: Obsecro te, ne ulla anima, maxime autem monachus vel pauper, umquam tibi vilescat, prout *a* contigit. Novit enim charitas *a* quod inter pauperes, ac præsertim inter cæcos, inveniantur homines, qui instar solis, purgatione E purgati sunt per patientiam & ærumnas suas. Quot rusticos agricolas sæpe vidi ingredientes civitatem, ut [ibidem] communicarent, qui puriores erant auro, quia innocuè vivebant, & quia panem suum in sudore vultus sui comedebant.

60 Sed ne propter ea, quæ apud te dicta sunt, Domine, me reprehendas; etenim exposui omnem miserabilis vitæ meæ negligentiam. Cognosce autem, quod Dominus te quoque brevi assumpturus sit. Sed, quantum vales ac potes, curam gete animæ tuæ, ut per principes tenebrarum hujus aëris, periculi expers transire possis. Scit enim Dominus magna me solicitudine & timore affici, donec securus ab ipsis requiescam. Psal. 40. Hæc enim est dies mala, de qua Apostolus & Eph. 5. & 6. David locuti sunt. Ideo rogo te, fili ac frater Joannes, quanta potes contentione, misericordiam exerce; hæc nos tunc juverit plus quam omnes Psal. 40. virtutes. Dicit enim: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; in die mala liberabit eum Dominus; & numquam assistas altari, habens quidquam adversum aliquem, ne forte iniquitas tua alios etiam indignos reddat adventu Spiritus F sancti.

61 Hæc & plura alia enuntiavit, & prohibuit, *prædictio ab-* ne aliqua ex iis umquam cuiquam diceret, pro- *itus sui, & Joannis:* pterea quod non omnes accipiant cum fide, illa, quæ dicuntur. Hoc tibi sit solatio, quod post hosce tres dies Dominus assumpturus sit minimum hunc Salum, & Dominum Joannem, fratrem ejus. Etenim ego ipse discedens, dixi ei: Adesdum frater, eamus. Tempus etiamnum supereſt; sed post biduum veni ad tugurium meum, & vide an aliquid inventurus sis. Volo autem ut habeas mnemosynon humilis & peccatoris Sali. Hæc & plura ipsi effatus, discessit, & in tugurium suum se abdidit. Nunc autem tempus vocat, ô amici, ut ejus quoque mortem admiratione dignissimam, seu somnum potius, vobis exponam. Hæc enim non levem etiam vobis præbebit utilitatem. Quin imo, id quod omnibus, quæ prædicta sunt, est excellentius, illa sigillum extitit *sancta ejus* & confirmatio intaminatæ conversationis ejus. *mors.* Dum enim Vir magnus sentiret communem ad-

esse

A. LEONT. Ex Ms.

esse horam, & ne post mortem quidem vellet humanum referre honorem, quid facit? Ingressus subter fascem sarmentorum, qui in sacro ejus tugurio erat, ibidem obdormiens, spiritum suum Domino in pace reddidit. Familiares ejus, qui à biduo illum non viderant, dicunt: Eamus, videamus, num forte infirmus sit Salus. Et invenerunt eum jacentem subter fascem sarmentorum, mortuum. Tum dicunt: An jam credent omnes, quod mentis compos iste fuerit? Ecce, ipsa etiam ejus mors ad scalmos *b* est. Et duo quidam tulerunt eum non lotum, sine psalmodia, sine cereis & odoramentis, & abeuntes sepelierunt ipsum in tumulo peregrinorum.

62 His autem, qui eum portabant, & tumulaturi ipsum abierant, progressis ad usque domum cujusdam Hebræi, figuli vitrorum, quem Salus Christianis sacris adscripserat, audit prædictus Hebræus psalmodiam tam concinnam, ut talem labia humana cantare non possint, & turbam tantam, quantam humanum genus congregare nequeat. Verum ille perculsus ordinato ac concinno angelicæ harmoniæ sono, incurvans se, videt virum sanctum efferri à duobus dumtaxat, qui venerabile ejus corpus portabant. Tunc dixit ille, qui hoc non spectabile melos audierat: Beatus es Sale, quia, qui non habes homines, qui tibi psallant, habes cælestes virtutes, hymnis te honorantes, & mox descendens, eum suis manibus sepelivit. Et tunc audita à se cantica angelorum, omnibus narravit. Audivit etiam hoc Dominus Joannes diaconus, & curriculo accurrit cum multis aliis ad locum, ubi sepultus erat, volens tollere pretiosum ejus corpus, ut honorificè ei justa persolveret. Aperto itaque sepulcro, illud non invenit; nam Dominus, qui eum glorificabat, transtulerat. Tunc omnes veluti è somno excitati sunt, & narrabant inter se, quænam unicuique fecisset miracula, & quod propter Deum finxisset se stultum.

Angelorum canitus,

sepultura,

corpus aliò delatum divinitus.

βελόμενος μηδὲ μετὰ θάνατον τιμὴν ἀνθρωπείαν ἀπενέγκασθαι, τί ποιεῖ; Εἰσελθὼν ὑποκάτω ὄντος φορτίου τῶν κληματιδίων ἐν τῷ καλυβίῳ αὐτοῦ τῷ ἱερῷ, ἐκεῖσε καθεύδων, τῷ κυρίῳ παρέδωκεν τὸ πνεῦμα ἐν εἰρήνῃ. Οἱ οὖν συνήθεις αὐτοῦ, ὡς οὐκ εἶδον αὐτὸν τὰς δύο ἡμέρας, λέγουσιν· Ἄγωμεν, ἴδωμεν, μή πως ἀσθενεῖ ὁ Σαλός· Καὶ εὗρον αὐτὸν ὑποκάτω κείμενον ὑπὸ φορτίου τῶν κληματιδίων νεκρόν. Τότε λέγουσιν, ἆρα ἂν ἄρτι πιστεύσουσιν πάντες, ὅτι παρ' ἑαυτὸν ἦν ὅτος; Ἰδοὺ καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος αὐτοῦ κατάσκαλμος. Καὶ βαστάσαντες αὐτὸν δύο πνες, χωλεὸς δὲ πλύναι αὐτὸν, καὶ χωλεὸς ψαλμῳδίας, καὶ χωλεὸς κηρίων καὶ θυμιαμάτων, ἀπελθόντες ἔθαψαν αὐτὸν εἰς τὸ ξενοτάφιον.

62 Ὡς οὖν ἀπήρχοντο διὰ οἴκου τινὸς ὄντος Ἑβραίου ὑελεψοῦ, ὅπερ αὐτὸς ἐποίησεν Χερσιανὸν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, οἱ τὸν βαστάζοντες, καὶ ἐξερχόμενοι θάψαι αὐτὸν, ἀκούει ὁ εἰρημένος ὄντος Ἑβραίων ψαλμῳδίας, οἷον μέλος δυνάτην ψάλαι χείλος ἀνθρώπων, καὶ πλῆθος ὃ δυνάτην συνάξαι πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης. Ἐκπλαγεὶς οὖν ἐκεῖνος ὅτι τῷ συντόνῳ καὶ παναρμονίῳ τῆς ἀγγελικῆς ἡδυμελείας ἤχῳ, παρακούει καὶ θεωρεῖ τὸ Ὅσιον περικομιζόμενον ὑπὸ δύο καὶ μόνον τῶν βαστάζοντων αὐτοῦ τὸ τίμιον σῶμα. Τότε εἶπεν ἐκεῖνος ὁ τότε δὲ ἀφανὴς μέλος ἀκούσας· Μακάριος εἶ Σαλὲ, ὅτι μὴ ἔχων ἀνθρώπους ψάλλοντάς σοι, ἔχεις ἀγγέλους δυνάμεις ἐν ὕμνοις τιμῶσάς σε· καὶ αὐτὸς κατελθὼν, ἰδίαις χερσὶν αὐτὸν ἔθαψεν. Καὶ τότε τὰ ἀκουσθέντα αὐτῷ ᾄσματα τῶν ἀσωμάτων, πᾶσιν ἐξηγήσατο. Ἤκουσεν οὖν τότε καὶ ὁ κύριος Ἰωάννης ὁ διάκονος, καὶ ἦλθεν δρομαίως μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν εἰς τὸν τόπον, ὅπου ἐτάφη, βελόμενος ἀνελέσθαι τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ὅπως τὸ ἐντίμως αὐτὸν κηδεῦσαι. Ὡς οὖν ἤνοιξαν τὸν τάφον, οὐχ εὗρεν αὐτό· μετέθηκεν γὰρ αὐτὸν δοξάσας ὁ Κύριος. Τότε ἅπαντες ὥσπερ ἐξ ὕπνου ἀνένηψαν, καὶ ἐξηγοῦντο ἀλλήλοις ὅσα ἐποίησεν ἑνὶ ἑκάστῳ θαυμάσια. Καὶ ὅτι διὰ τὸν Θεὸν προσεποιεῖτο τὸν σαλόν.

ANNOTATA.

a *Uti narratum invenies capite* VII.

b *Græcè* σκαλμὸς, paxilius, *sive* teres lignum, cui alligatur remus. *Derivatur à* σκάλλω, fodio, *quia paxillus cavo quasi infoditur. Hinc facilis notio vocis* κατάσκαλμος, *pro qua fortè legendum* κατὰ σκαλμούς.

EPILOGUS.

Simeonis laudi

nulla par oratio.

HÆc vita est & conversatio, amantes Christi animæ, mirabilis hujus Symeonis. Hæ paucæ sunt ejus, è multis collectæ virtutes. Hic ipsius est verè occultus ac cælestis cursus, qui à nullo quidem videbatur, sed omnibus repentè manifestus innotuit. Novus hic Lot, qui, sicut hic Sodomam, sic ille in mundum clam ingressus est. Ac mirabilia ejus, & celebratissima certamina, quoad per tenuitatem nostram licuit, litteris mandare studuimus; siquidem ante hanc [vitam] aliam compendio conscripsimus, propterea quod necdum nobis innotuerant singulatim apices omnes hujus mirabilis narrationis. Eum verò præconiis celebrare, non est in nostra scientia situm, sed eorum, quibus facultas adest, ut dicendo virtutem ejus exæquent. Quænam autem laudarit illum oratio, qui omni oratione altiùs est evectus? Aut quomodo illum laudarint labra carnea, qui in carne carnis expers apparuit? Quomodo linguæ sapientia prædicarit illum, qui omnem sapientiam ac prudentiam affectatâ propter Deum stultitiâ superavit? Verè in faciem [respicit] homo; Deus autem ad cor. Verè non sicut videbit.

Οὗτος ὁ βίος καὶ ἡ πολιτεία, ὦ φιλόχριστοι, καὶ θαυμασίου τύπου Συμεών. Αὕτη αὐ αὐτοῦ ἐκ πολλῶν ὀλίγα συλλεγεῖσα ἀρεταί. Οὗτος αὐτοῦ ὁ κρυπτὸς ὄντως καὶ θεῖος δρόμος, ὁ μηδενὶ μὲν ὁρώμενος, πᾶσιν δὲ ἐξαίφνης ἀρεθεὶς κατάδηλος. Οὗτος ὁ νέος Λωτ, ὥσπερ ἐν Σοδόμοις ἐκεῖνος, ὅτως ἐν τῷ κόσμῳ ὅτος ἀφανῶς ὑπελθών. Καὶ τὰ μὴ θαυμαστὰ αὐτοῦ, καὶ πολύμυητα ἆθλα, κατά γε τὰ ἡμῖν τοῖς ὑδαμινοῖς ἐγχωρῆν, χαρᾷ παρεδράμαμεν, εἰ καὶ ἑτέρων πρὸ ταύτης δι' συντομίας πεποιήκαμεν, διὰ τὸ μή πω ἐλθεῖν εἰς ἡμετέρων γνῶσιν, τὴν λεπτομέρειαν δὲ θαυμασίου τότε διηγήμαλος. Τὸ δὲ τῶν ἐγκωμίοις τιμᾶσθαι, ἀπὸ ἡμετέρας γνώσεως καθέστηκεν, ἀλλ' ἐκείνων, οἷς δυνάμις πρόσεστι, καὶ τῇ τότε ἀρετῇ ἁμιλλᾶσθαι. Ποῖος γὰρ λόγος ἐπαινέσειεν τὸν ὑπὲρ λόγον τιμηθέντα, ἢ πῶς σάρκινα χείλη τὸν ἐν σαρκὶ ἄσαρκον ἀναφανέντα; Πῶς δὲ σοφία γλώσσης τὴν πᾶσαν σοφίαν καὶ φρόνησιν τῇ κατὰ Θεὸν μωρίᾳ ἐξαφανίσαντα; Οὕντως ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν. Οὐχ ὅτως ὄψεται

A ἄνθρωπος, ὡς ὄψεται Κύριος. Οὕτως οὐδεὶς γινώσκει τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. Οὕτως μὴ πρὸ καιροῦ ἵνα κρίνωμεν, ὦ φιλόχριστοι, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει πάντα. Τίς ἔλεγεν, φιλόχριστοι, τὸν Ἰούδαν μετὰ τῶν μαθητῶν διάγοντα σωματικῶς, μετὰ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀπαρχόντα καρδιακῶς; Τίς ἐν Ἱεριχὼ τὴν Ῥαὰβ ἐν τῷ πορνείῳ ὄσαν σώματι, ἐδόκει ἐν κυρίῳ τῷ πνεύματι; Τίς τὸν Λάζαρον ἐκεῖνον, τὸν πτωχὸν, ἤλπιζεν ἐν τοιαύτῃ βλασφημίᾳ τῶν ἑλκῶν διατρίβοντα, ἐν τοιαύτῃ δὲ ἡμερείᾳ ἐν τῷ τοῦ Ἀβραὰμ κόλπῳ γενέσθαι;

64 Ταῦτα ἰδόντες, ἀγαπητοὶ, καὶ ἡμεῖς πειθώμεθα τῷ καλῶς συμβουλεύοντι· Πρόσεχε σεαυτῷ μόνον, καὶ μηδὲ τοῖς σοῖς, μηδὲ τοῖς περὶ σὲ, ἀλλὰ σεαυτῷ μόνον. Δίοτι ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει, καὶ τὸν ἴδιον μισθὸν λείψεται παρὰ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ἀνεπαύσατο δὲ ὁ τὰ ἀγγελικὴν καὶ ὑπερθαύμαστον βίον πολιτευσάμενος Συμεών, ὁ δὴ Χριστὸν κληθεὶς Σαλὸς, μηνὶ Ἰουλίῳ ΚΑ΄, μεγάλως ὑπερεκπερισσεύσας ἐν τοῖς κατὰ Θεὸν αὐτοῦ κατορθώμασιν, καὶ ἀρετῶν καταπλήξας καὶ τὰς ὑπερκοσμίους τῶν ἀσωμάτων δυνάμεις, καὶ τῷ ἀσάλῳ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῶν φώτων παρεστάμενος· ὡς παῤῥησίαν εἰληφὼς, ἀκαταπαύστοις ὕμνοις γεραίρει σὺν πάσαις ταῖς ἐπουρανίοις δυνάμεσιν. Μεθ' ἡμῶν δοίη ὁ Κύριος ἔχειν μέρος καὶ κλῆρον τοῦ ἁγίου τούτου Συμεὼν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων ἐν τῇ ἀγήρῳ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

bit homo, sic videbit Dominus. Verè nemo novit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis. Verè ne ante tempus aliquem judicemus, ô amantes Christi animæ, donec venerit Dominus, qui omnia illuminabit. Quis dixisset, Judam versari quidem corpore cum discipulis, corde autem esse cum Judæis? Quis Rahab, quæ in Jericho corpore erat in prostibulo, existimasset spiritu esse in Domino? Quis speraſſet, mendicum illum Lazarum, in tanta ulcerum miseria degentem, futurum in sinu Abrahæ in tanta felicitate? A. LEONT Ex Ms.

64 Hæc videntes, ô Dilecti, & nos obediamus ei, qui rectè consulit: Attende tibi ipsi solùm, & neque tuis, neque quæ sunt circa te, sed tibi ipsi solùm. Quia unusquisque onus suum portabit, & propriam mercedem accipiet à cæleſti rege Christo; cui gloria & potestas cum Patre & S. Spiritu in secula. Amen. Requievit autem, postquam angelicam & perquam mirabilem egisset vitam, Symeon, dictus propter Christum Salus, mensis Julii die vigesima prima, & in rectè factis secundùm Deum admodùm coruscavit, & virtutibus in admirationem rapuit ipsas quoq; cæleſtes spirituum corpore carentium potestates; & perenni solio Dei & Patris luminum adstat, ut qui libertatem acceperit, perpetuis illùm hymnis celebrandi unà cum omnibus cæleſtibus virtutibus. Itaque det nobis Dominus habere partem & hereditatem cum sancto hoc Symeone, & omnibus Sanctis, in regno suo, quod senescere non potest. Quia ipsius est gloria in secula. Amen. Gal. 6 v. 5. 1 Cor. 3. *Dies obitûs Symeonis.*

DE SANCTO RUMOLDO EPISCOPO ET MARTYRE

MECHLINIÆ IN BELGIO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. B. S.

§ I. De S. Rumoldi Mechlinienſium Apoſtoli primis Actorum illuſtratoribus, deque difficultatibus in iis occurrentibus.

SEC. VIII. *Mechliniæ conſpectus.*

Mechlinia, Belgii civitas celeberrima, Metropolitica & primatiali sede, nec non supremo Burgundiæ Senatu nobilis, quam alibi, ut provinciam cum suburbanis pagis à reliqua Belgica distinctam, comitatûs titulo aliisque prærogativis illustrem, paulo fusius describo, in meditullio incliti Brabantiæ ducatus sita est. Gemmam non incongrue dixeris, eamque pretiosissimam Brabantino annulo non minus eleganti insertam, Bruxellas inter Antverpiam & Lovanium, æquali ab istis, quatuor ferme leucarum distantia. Sacra hæc totius Belgii metropolis, ut tutelarem Patronum ac protectorem eximium, colit S. Rumoldum *Episcopum & Martyrem, suum olim Apoſtolum, doctorem, quid ni & conditorem, reſtauratorem, omniſque religionis, fidei & pietatis propagatorem, idque tanta, tam singulari tamque constanti veneratione, ut vere dici possit, nulli aliarum Belgicarum, forte nec totius orbis Catholici urbium, in hac parte cedere, ſi non omnibus palmam præripiat. Quam vera prædicem, docebit hæc noſtra tractatio, in qua nonnulla principio explicanda ſunt, quæ totius rei ideam clarius repræſentent.*

2 *Daturus itaque illuſtriſſimi toto Belgio Martyris & pontificis Acta, in ipſo limine præfari libuit, cum de iis, qui eamdem provinciam ante me ſuſcepere, tum de ſumma difficultate eam pro merito adminiſtrandi. Inter Heriberti Rosweydi, primi operis noſtri molitoris, quem numquam ſatis laudabunt, qui ejus lucubrationes attentius expenderint; inter Rosweydi, inquam, ſchedas, majoribus noſtris Bollando, Henſchenio & Papebrochio relictas, videor nonnulla deprehendere, ex quibus conjiciam, eum ab annis fere centum id tentare voluiſſe, quod ego modo, ita ferente rerum noſtrarum ſerie, exequi compellor. Conjecturam firmo ex epiſtola ad ipſum data à noſtro P. Joanne Martinio, viro ſummæ exſpectationis, ſed præmaturè nobis erepto, quem de rebus Rumoldianis Rosweydus conſuluerat; fortaſſe ut Vardæo, multa de S. Rumoldo commentanti, manum adjutricem porrigeret, cui Vitam à Domynſio editam commodaverat, diu multumque ſed fruſtra à me in Muſeo noſtro quæſitam. Non pigebit totam epiſtolam Martinianam huc inſerere, ut pateat quam impervium iter ingrediamur, dum deſertam ab illis ſpartam reſumimus.* Summa operis difficultas

3 Reddo vobis B. Rumoldi vitam ingenti

AUCTORE J. B. S. ex noſtri Martinii

cum gratiarum actione. Conatus ſum, ſed conatus tantum, reſpondere, quærendo indagandoque, ſiquid quod V. R. uſui eſſe poſſet, reperirem. Quod reperi, mitto; nempe officium particulare de B. Rumoldo, à R. D. Petro vande Wiele Archidiacono mihi traditum, &, ni fallor, compoſitum, ac Romam, ut à Sede Apoſtolica confirmetur, miſſum. Deſumpſit is id, cum è vita B. Rumoldi, tum è traditione, aliiſque: vetus enim de B. Rumoldo officium, una cum archivio ac ſupellectile pene omni eccleſiæ Mechlinienſis, incendio periit, unde ægrè quid certi Mechliniâ peti poteſt. Sunt picturæ facile viginti in ſacello D. Rumoldi, quibus ob antiquitatem, fidem haberi poſſe, cenſet Archidiaconus: ex iis ipſe deſumpſit multa, & ego plura per otium, ſi id uſui fore & gratum V. R. intellexero, bona fide deſumam & mittam. Quæ Archidiaconus in ſuo habet officio, ea ipſe fulcit probatque vel ſuo vel majorum teſtimonio, locis, plateiſque & nominibus eorum. Unde ab eo (ut vir magno mihi videtur judicio) petendum putarem, ſiquid obtineri vellemus. Nos ne conemur tenues grandia. De vita B. Rumoldi nihil dabimus. Occaſione novi Archiepiſcopi, de inſtitutione Cleri quid enarraſſemus & adornaſſemus, niſi Cimmeriis omnia eſſent tenebris obvoluta. Vale.

B

ad Roſweydum epiſtola:

4 *Scriptionis dies & annus in epiſtola appoſiti non ſunt, at eos facile aſſequor ex ſcriptorum noſtrorum Bibliotheca, in qua Martinius in Societatem admiſſus dicitur anno* 1613, *mortuus autem* 1625. *Cum autem novus indicetur Archipræſul, Mechliniam venturus aut jam appulſus, iſque alius eſſe non poſſit ab Illuſtriſſimo Jacobo Boonen, ſatis certum videtur, epiſtolam ſcriptam eſſe circiter annum* 1621. *Quas autem in iis litteris ſignificat lectiones de B. Rumoldo ſe à R. D. Archidiacono accepiſſe, eas cum aliis vitis noſtris Mss. conjunctas reperi, numquam probatas aut uſu receptas, nec, opinor, umquam recipiendas; vel quod Romæ, vel quod venerando ipſi Capitulo, tot doctiſſimis viris referto, non placuerint. Notavit inadverſariis ſuis Ampliſſimus olim Metropolitanæ Decanus R. A. D. Antonius de Mol, anno* 1622 *pluribus actum fuiſſe ut officii S. Rumoldi approbatio & confirmatio Romæ obtineretur, verum id ſucceſſu caruiſſe,*

C

oſtendunt ea quæ poſtmodum geſta ſunt. Porro de Wielii lectionibus agendum erit in ſequentibus, nunc ea proſequamur, quæ Martiniana epiſtolæ veritatem, ſeu ſummas, quæ in hiſce rebus occurrunt, difficultates confirment.

item ex Gurnezio,

5 *Veriſſima à Martinio ſcripta fuiſſe, expertus eſt vir eruditiſſimus Joannes Antonius à Gurnez (quem Gurnezium deinceps appellabimus) Congregationis Oratorii presbyter, in ſua ad vitam S. Liberti Face hiſtorica, novem diſſertationibus accenſa, quæ utinam pluſculum luce & claritate præfulgere nobis poſſet, in denſiſſima ſilva, obſcura & lubrica, quam ſubire cogimur. Multa ille operoſè diſquiſiviſſe videtur, at vero ſæpe plus eruditionis grammaticæ quam veritatis hiſtoricæ congeſſiſſe. Idem teſtatur ac multoties profitetur Gramayus, Mechlinienſis hiſtoriæ dicam, an hiſtoriunculæ compilator, multa delibans, vix quidquam explicans, ſibi ipſi paſſim oppoſitus, ut non immerito laudatus Gurnezius Protheo ipſum & Vertumno comparet, dictum Lipſii de Lazio ipſi applicans:* Vir multæ induſtriæ & lectionis: judicium & fidem, eſt ubi requiras. *Eſt profecto ubi ſæpe requiras, teſte prænobili viro ac Mechlinienſium rerum longe peritiſſimo D. Daniele Franciſco Cuypers, Toparcha de Rymenam, urbiſque ipſius digniſſimo Graphiario, cum paſſim monumenta Mechlinienſia appellet Gramayus, quibus plane oppoſita docent illa ipſa ex archivo Mechlinienſi expluratiſſima diplomata, à prædicto Domino in elegatiſſimo membraneo opere collecta atque ad autographorum fidem accuratiſſime exacta, quæque ſatis probant, in rebus Mechlinienſibus, tum ſacris tum profanis, ſubſultorium fuiſſe hiſtoricum Gramayum, quem eo ſolo titulo quis excuſet, quod res obſcuriſſimas ſalutare maluerit, quam ad criſim hiſtoricam laborioſius explorare.* D

plures in eamdem rem adducente,

6 *Ut ad Gurnezium redeam, ea diligentiſſimo viro laus debetur, quod longe majori conatu, judicio & ſolertia, ſua elaboraverit; non pauca admiſcens, quæ ad* S. Rumoldi *Acta illuſtranda conducent, tametſi* denſam noctem, tenebras pluſquam Cimmerias, antiquitatis latebras, ſyrtes, ſcopulos, labyrinthos perplexos *ubique ſe offendiſſe profiteatur, quod identidem apud ipſum deplorat Lipſius, tenebras illas, quibus offuſa eſt Belgica hiſtoria,* paucitati ſcriptorum aſſignans & malo fato, *quod* neque noſtra; neque alia lingua, res majorum curioſè & fideliter proditæ, & pauca, quæ exſtant, fabulis aut ludibriis aſperſa *ſint. Huc etiam ſpectant verba noſtri Bucherii, ab eodem Gurnezio pag.* 120 *relata*: Vides, amice lector, quantopere in his tam abſtruſis, tam vetuſtis laborandum ſit; ut non mireris, ſi curis ſecundis ac tertiis, ſemper aliquid caſtigandum aut addendum occurrat. *Item iſta Ponti Heuteri:* Tanta fuit hominum eo tempore ſimplicitas aut barbaries: ut in re parvi momenti eſſent nimii: cum vero diligentia opus erat, dormire aut aliud agere diceres. Cui accedit, quod tot ſeculorum decurſu, ac variis rerum viciſſitudinibus multorum diligentium ſcriptorum labores interierint. *Puta, per immanes illas gentium Borealium graſſationes, quibus omnia ferro & flammis abſumpta ſunt.* E

cauſantesque graſſationes Normannicas;

7 *Juvat & alio loco loquentem audire laudatum Gurnezium, Facis ſuæ diſſertatione ultima, tempus martyrii S. Liberti diſquirentem, quod cum Gramayus indeciſum reliquiſſet, pergit ipſe veteſtorum ſcriptorum excidium deplorare.* Cautius proinde deplango, *inquit*, cum meræ ſint circa id rei tenebræ, deeſſe ſcriptores ad firmandum vel dirigendum; pauci enim & ſparſim, ut alibi queror, obiterque in aliis hiſtoriis tangunt: ita ut neceſſitatis magis quam voluntatis meæ vel conſilii fuerit, quod totam prope Normannicæ populationis faciem expreſſi; ut ex his aliiſque quæ ſubjicio, quid certum in hac hiſtoria, quid probabile mecum arbitreris. Siquæ enim ab oculatis vel auritis vicinæ ætatis teſtibus litteris commiſſa fuerant; eamdem illa ſortem ſubiere, quam vetera pleraque monumenta, quorum pene nulla Normannorum, mox Hungarorum faces effugerunt. Qua de re videre potes Molanum in Natalibus ad xxx Julii, xix Septemb. Cal. Oct. Miræum paſſim, Bucherium diſp. Tungr. cap. 3 in fine. Et ne lamentantis præficæ recentem hanc næniam credas; noris Ebonem, de quo alias, Rhemorum præſulem, & Normannorum per æſtatem unam an. DCCCXII in tradendis Chriſtianis ſacris & molliendis pietate animis Apoſtolum, paria de aliis barbaris fuiſſe conqueſtum. Donatiani, inquit, ſanctique Remigii ac innumerabilium Sanctorum F

A rum vitæ ſcripta Vandalorum vaſtatione ſcias eſſe deleta. *Hæc, ſi Vandalis Normannos ſubſtituas, geſtis* S. Rumoldi *tam aptè quadrant, acſi ſtudioſe de ipſis excogitata fuiſſent.*

fatentibus idem Mechlinienſibus.

8 *Pluribus opus non eſt, ut unicuique perſpectum ſit; rem prorſus arduam eſſe, illius Sancti res geſtas illuſtrare, in quibus homines eruditiſſimi tot tenebras, latebras, ſalebras, labyrinthos, & quidquid ambiguum & incertum dici poteſt, ſe reperiſſe pridem faſſi ſunt, & porro agnoſcunt eruditi Mechlinienſes, quorum in hiſce auxilio, opera, conſiliis, conjecturis & rerum peritia non ſemel uti neceſſe fuit. Eadem omnia obſervavit pridem noſter Franciſcus Baertius, dum in iis tenebris ambularet, ſummo noſtro dolore hemiplexia tactus, coactuſque adeo conatus ſuos ad finem perducendos alteri relinquere, quod modo facere aggredior, ita alienis uſurus, ut obſervationes ejus a meis diſtinctaurus ſim, aut per appoſitas, ex uſu noſtro, initiales nominis & cognominis litteras F. B. aut aliter exprimendo, quidquid ab ipſo, ut eſt in rebus Hibernicis verſatiſſimus, elaboratum eſt. Selegit ipſe vitas duas, ſeu mavis encomia, alterum Abbatis Theodorici, alterum Joannis Domyns, paſtoris Gavriani, præfixo utrique brevi commentario, nonnulliſque annotatis, quæ ſuis lo-*

B *cis, in decurſu diſtinctius indicabimus.*

Quid Vardæus intenderit.

9 *Baertium noſtrum in eadem arena præceſſerat R. P. F. Hugo Vardæus, vir doctiſſimus ex Ordine FF. Minorum Hibernorum Lovanii olim S. T. Profeſſor & hagiographus, in opere poſthumo bene magno de* Actis, martyrio, liturgia antiqua, & patria S. Rumoldi, recognito & in nonnullis ſuppleto *à V. A. P. F. Thoma Sirino, atque ab hoc edito Lovanii* 1662, *in quo præfatæ illæ Sancti noſtri Vitæ per Theodoricum & Domynſium pluribus notis & obſervationibus explanantur. Tantæ molis opus in tanta rerum ſolidarum penuria ſæpe demiratus ſum, at dum omnia attentius evolvo & pervolvo, id unum ex profeſſo tractatum video, ut conquiſitis undecumque argumentis, illud demum evincatur,* S. Rumoldum, Martyrem inclytum, Archiepiſcopum Dublinenſem, Mechlinienſium Apoſtolum, advocatum ſterilium conjugum, agricolarum, piſcatorum, inſtitorum & navigantium, *fuiſſe ac dici debere natione* Hibernum, *quem ſcopum, utrum ſatis attigerit, ex Baertii obſervationibus aliiſque ſuo loco diſquiremus. Certe in præfatione ſua id expreſſiſſime Vardæus profitetur his verbis:* Vere pro aris & focis hîc, ſicubi alias pugnandum foit, pro patriis & cognatis Divis,

C & præclariſſimo gentis ornamento. *Hæc ad totius lucubrationis noſtræ notitiam prælibanda fuere; jam ipſa Acta eorumque auctores atque interpolatores penitius inſpiciamus.*

§. II. De ſcriptoribus Actorum S. Rumoldi; ac primum de Theodorico Abbate Trudonopolitano.

Primus de S. Rumoldo ſcriptor Theodoricus

HIc *applicare incipimus querelas eruditorum noſtrorum Belgarum ſupra memoratas, Actis ſanctiſſimi Mechlinienſium patroni* Rumoldi, *cujus geſtorum ſeu vitæ ſatis confuſam ſeriem non niſi trecentis & amplius annis poſt martyrium litteris conſignatam novimus, ex ſola à tot ſeculis Mechlinienſium narratione oretenus, opinor, facta ſcriptori, qui primus non hiſtoriam contexuit, ſed en-*

comium ſeu orationem panegyricam alicubi ad populum habuit, in laudem Sancti noſtri, quem Mechliniæ ut natione Scotum & ab impiis occiſum coli intellexerat, illac Trudonopoli Gandavum, atque hinc rurſus ad S. Trudonis cœnobium transiens. Neque eſt quod altius ſcrutari velimus aut antiquæ Mechliniæ, funditus à Normannis everſæ, tabularia fingere, è quibus vetuſtiora de S. Rumoldo *monumenta erui potuerint; unum hoc fulcrum atque unicum ſupereſt, cui tota rerum hîc dicendarum moles innitatur. Eſt autem apud hiſtoricos omnes, & apud Vardæum ipſum (qui tamen vetera à novis non ſatis diſcrevit) recepta regula, quam ejus verbis exprimere lubuit,* ſemper præferendum... auctorem ipſis rebus geſtis viciniorem, quamquam fortaſſis commatis minus politi; utpote qui à fuco & fallacia tantum abeſſe cenſendus eſt, quantum à novitatis ſuſpicione, tamquam qui eò firmiorem fidem venerationemque, ſenectutis comitem, meretur, quo magis ad fontem ipſum primamque ſcaturiginem accedit, canalium turbulenta traductione minus contaminatus.

AUCTORE J. B. S.

poſt Sancti obitum ſeculo 4,

11 *Atque hæc tum quidem obtinent, dum de Sancti aut alterius cujuſcumque rebus geſtis plures ſcribunt, ejus, quo de agitur, ætati proximi alii, alii paulo remotiores: aſt hîc fateri cogimur, primum omnium, qui* S. Rumoldi *vitam proſecutus ſit, tribus integris ſeculis ipſo poſteriorem eſſe, atque eo tempore ſua ſcripſiſſe, quo poſt Normannorum devaſtationes, nil quidquam de rebus tum ſacris tum profanis ſupererat, quod ſatis tutò prodi poſſet, præter ſola nomina & mortes virorum illuſtrium, quibus tum apud populos ſuperſtes fama, multa pro affectu aut pietate, adjecerat dicam, an affinxerat; ſic ut viris etiam induſtriis & perſpicacibus, quorum tum magna penuria, difficillimum eſſet, abſque veritatis diſpendio, ſepultas ferme Sanctorum memorias ab interitu revocare. Quod qui præſtare conati ſunt; eos neceſſe eſt fateamur, toties & tam turpiter hallucinatos, ut quoties Majorum noſtrorum lucubrationes evolvi, vehementer obſtupuerim, eorum laboribus, ſtudiis & induſtria, tot intricata involutaque monumenta illuſtrari potuiſſe. Ut Servatios & de Trajectenſibus Epiſcopis Diatribam, Vedaſtos, Amandos, Pipinos & innumeros alios taceam, vix in Actis dies occurrit, quo id genus ſcriptiones excutiendæ operoſeque eruderandæ non fuerint. Longa vero experientia edoctus Henſchenius tomo 2. Martii pag. 593 diſerte aſſerit,* Vitas S. Lamberti, Bavonis & aliorum in Belgio, ſec. XI & XII, *magis id etiam pro ſequentibus pugnat,* ineptè reformatas & interpolatas eſſe.

E

F

quando Vitæ multæ Sanctorum Belgii

12 *Porro ſincerorum de Sanctis Belgii Actorum penuriam, nimis quam clare oſtendunt tot breviſſimi de ipſis toto Semeſtri jam edito commentarii, ut eos qui primo memoriæ occurrunt appellem, de S. Aldegunde Trunchinienſi, S. Ida Gandavenſi, Idaberga Winoci Bergenſi* XX, *de S. Rotrude* XXII, *de S. Theodulfo Lobienſi* XXIV, *de S. Oduino Hugardienſi* XXV, *de S. Clotſende Marchianenſi & Adilia Orpienſi* XXX, *uno menſe Junio, ubi Actis aut non repertis aut rejectis, ſolus cultus potuit ſtabiliri. In aliis autem ſæpe conjectandum aut ferme divinandum, ut in S. Aya ad* XVIII *Aprilis ejuſque ſancto conjuge Hidulfo* XXIII *Junii, in S. Wirone* XII *Maii, in S. Dympna* XV, *in S. Itisberga* XXI *ejuſdem menſis; in S. Gudwalo & Godoaldo* VI & VII *Junii, plurimiſque aliis ibi paſſim reperiendis: ne mirum aut novum videatur, ſi ſupra vulgus aliquid hic ſa-*

AUCTORE J. B. S.

pere, aut ſcrupuloſius antiquitatem egerere conemur, quæ, teſte Henſchenio, tomo 3 Februarii pag. 180, alias veneranda, turpi labe obſcuratur, *dum* commentitiæ fabulæ vix anicularum lucubratione dignæ proferuntur.

male reformata ſunt.

13 *Nemo itaque mihi vitio verterit, quod Henſchenii judicia, vel ſi ita vis, opinamenta magni faciam, utpote quem in Belgicis rebus diſcutiendis egregiè verſatum noverim, adeo ut Brugenſibus præjudicia quantumvis inveterata, de B. Caroli Boni parricidis, evidentiſſime falſa demonſtraverit, aliaque viris eruditis modo notiſſima incredibili labore è tenebris eruerit. Hujus veſtigiis inſiſtens, multa & hîc & alibi proferre non formidabo, tametſi plebi diſplicitura, virorum doctorum approbatione contentus, quorum opiniones exploratas habeo. Quidquid igitur ſit de variis Actorum* S. Rumoldi *ſcriptoribus, interpolatoribus aut deformatoribus, ne eorum more in incertum divagemur, illud apud nos meritam venerationem habebit, quod qualicumque antiquitate excellit; atque adeo ceteris omnibus, qui de* S. Rumoldo *ſcripſerunt, præferendus erit, qui ætate propior, tametſi tribus, ut dixi, ſeculis à Sancto diſtans, primus ea poſteritati reliquit, quæ deinceps pro variorum hagiophilorum ſtudio, ornata, reformata & amplificata ſunt: vere an falſo hîc non diſputo; ſingulos enarrabo ordine, ut de iis æquus lector prudenter queat ſtatuere.*

B

Abbas ad S. Trudonis

14 *Eſt itaque primus* S. Rumoldi *encomiaſtes (nam qui paulo ante ipſum ſcripſit Baldericus, pluribus poſtea explicandus, de ſolo nomine, eremo & martyrio teſtatur) eſt, inquam, encomiaſtes primus Reverendus admodum Pater & Dominus Theodoricus, quem ex chronico noſtro Trudonopolitano Ms. ſic depinxit Baertius:* Hic prius ad S. Trudonis monaſticam vitam profeſſus, ſed ob frequentes contentiones Abbatum, quibus omnia perturbabantur, peſſumeunte monaſtica diſciplina, Gandam ad monaſterium S. Petri ſe receperat, ut ibi in pace & quiete Domino deſerviret. Sed inde anno MXCVIII ab Epiſcopo Leodienſi eductus, monaſterio S. Trudonis Abbas conſecratus eſt. Dignitatem quam rogantibus fratribus, adnitente Imperatore, cogente Epiſcopo, invitus ipſe ſuſceperat, non minori pietate quam laude geſſit; quippe monaſterii ſui bona non pauca è manibus uſurpantium recuperavit, ædificia, quæ pene omnia incendio perierant, reſtauravit; monaſticam diſciplinam, inducta Cluniacenſium reformatione, priſtino vigori reſtituit. Erat autem pro ratione ſui temporis, litteris apprime excultus, & feſtis ſolennioribus dicebat ad populum, eaque occaſione non modica pecuniarum ſubſidia, ad reſtaurandum monaſterium ab auditoribus eliciebat. Hæc pluribus narrantur in chronico Trudonenſi. *Hactenus ille, quæ videri poſſunt in prædicto chronico ſub finem libri 5 & toto libro 6, ubi Rodulphus Theodorici in munere & immanibus perſecutionibus ſucceſſor, atque adeo oculatus teſtis, cœnobii iſtius ærumnas lamentabili ſtylo deſcribit.*

C

virtute & eruditione inſignis,

15 *Ad nos ſpectat Theodorici breve elogium:* Quoniam theutonica & gualicana lingua expeditus, liberalibus artibus egregie eruditus, in proſa & verſu nulli eſſet ſecundus, dulci & altiſſima ſonorus vocalitate, brevis ſed pluchra perſona, mediaque ætate. *Et alibi:* Erat enim tam clero quam populo & monachis gratiſſimus, multa litterarum ſcientia & egregiæ vocis jubilo acceptiſſimus, tum placidiſſimis moribus & vultus hilaritate ſereniſſimus. *Vide Acherii Spicilegium tomo 7 pag. 397 & 409. Porro pag.* 398: Anno igitur ab Incarnatione Domini MXCIX. (*Lege* 1098, *ut eſt in noſtro Ms.*) Theodoricus ejuſdem loci antea nutritus, ad eamdem eccleſiam regendam à Domino Olberto Epiſcopo & primis Leodienſium, tertiis jam miſſis litteris, à Flandria, monaſterio S. Petri Gandæ, tandem eſt revocatus, neſcio magis an coactus, & Nonas Martii presbyter & Abbas loci noſtri conſecratus. Quantam deſolationem intus & foris invenerit, crede omnis mihi, qui hæc legis, quia nulla vi ingenii poſſum exprimere. *Pag.* 402, *dubitat auctor utrum* Hieroſolymiticam, an magis Babylonicam deſolationem *velit appellare. Demum pag.* 418 *Theodorici obitum conſignat his verbis:* Obiit autem VII Kalend. Maii, die Litaniæ majoris anno MCVII, exactis in Abbatia annis novem, menſibus tribus, ſex diebus minus. *Puta à die quo baculum accepit,* III *Kal. Februarii, jam dicto anno* 1098.

D

orationem habuit verſ. ſimiliter Gandavi

E

16 *Ex his abunde innoteſcunt Theodorici ætas, meritum & doctrina, nec quiſquam eſt qui dubitet, quin inter alias Sanctorum vitas, quas enarrat Valerius Andreas, hanc etiam de S. Rumoldo elaboraverit. Pergo cum Baertio:* Inter ſcripta ejus reperitur latina oratio de vita S. Rumoldi, quam ipſe videtur ad populum recitaſſe Leodii, in feſtivitate ejuſdem Sancti, quæ ibidem celebratur XXVII Octobris, ſaltem à tempore Epiſcopi Notgeri, qui ſeculo decimo floruit, de quo pluribus agemus. Poſſet tamen quis ſuſpicari, orationem iſtam Mechliniæ in feſto ſancti Rumoldi habitam à Theodorico, ſpecialiter invitato, nec ad dicendum invito; dum iſtac tranſiret Gandavo proficiſcens ad ſuum S. Trudonis monaſterium, futurus Abbas. Sed huic opinioni obſtant loquendi quædam formulæ, quæ in oratione iſta reperiuntur: ait enim: *Incolæ Mechliniam dicunt*, qua phraſi ordinarie non utimur, cum de loco præſenti agimus. *Plane ſubſcribo, at quid ſi Gandavi dicta ſit, feſto aliquo die jam ad veſperam inclinante, ut habes num.* 16, *coram monachis, latini ſermonis peritis; nam ad plebem latine dicere incongruum videtur; aliunde vero conſtat, numquam plus otii ad ſcribendum & dicendum Theodorico fuiſſe, quam dum in monte Blandinio tranquillam vitam ageret. Addo Baertii obſervationem ultimam.*

F

de iis quæ Mechliniâ tranſiens dixerat:

17 Scripſit autem Theodoricus quarto poſt mortem S. Rumoldi ſeculo, cum jam Mechlinienſis eccleſia, ab Epiſcopo Leodienſi Notgero erecta eſſet in collegiatam, fundatis duodecim præbendis. Scripſit, inquam, non ea quæ viderat ipſe, quæve ab iis, qui vidiſſent, acceperat, ſed quæ indagando comperërat ex ore vulgi, ſimpliciter ea referentis, quæ longa per majores traditione, ad ſuam cognitionem pervenerant. Nec credo, Theodoricum retuliſſe omnia, ſed ea dumtaxat, quæ rationi & hiſtoriæ congrua judicabat, adeoque ſaltem credibilia. Opportunitatem autem indagandi præbuit, dierum aliquot in urbe Mechlinienſi commoratio, cum Trudonopoli Gandavum, aut Gandavo Trudonopolim proficiſceretur. Hanc Theodorici Abbatis orationem, antiquiſſimum eſſe de S. Rumoldo & maxime ſincerum, quod ſcripto exſtet, monumentum mihi perſuadeo, & perſuadebo tam diu, donec antiquius aliquod, aut magis ſin-

cerum

A cerum prodierit. *Eamdem esse oportet estque omnino virorum apud Mechlinienses patriarum rerum peritorum sententia, candide fatentium, rarissimas esse partis hujus Brabantiæ historias seculo* XI *antiquiores, quæ veræ & genuinæ dici possint. Rectissima itaque Baertii persuasio, in Actis* S. Rumoldi, *unicè Theodorico fidendum, donec antiquius aliquid aut magis sincerum prodierit.*

18 *Id frustra quæsivimus hactenus, & cassa erit quæcumque ulterior investigatio, Theodorico ipso satis insinuante, nihil à se prætermissum, quo accuratam rerum omnium notitiam acquireret, ad originem usque Sancti, ad* parentes & proavos *rimatus, de quibus tamen ex Mechlinienſibus* nihil certum se comperisse *diserte testatur. Nec quidquam compererat Theodorico antiquior Baldericus Noviomensis & Tornacensis Episcopus, dum Cameracense chronicon scriberet, in quo libro* 2 *cap.* 47 *in hanc sententiam loquitur:* Apud Maslinas quoque monasterium est canonicorum, ubi quiescit pretiosus Dei Martyr Rumoldus, genere Scotus, qui vitam eremiticam ducens inibi martyrizatus est: *ut mirari satis nequeam, unde tam illustria & tam splendida, perpetuis ferme prodigiis exornata repererint, qui tot annis & forte seculis à Theodorico remoti, Legendam aliquam* germanicam, *intelligo belgicam, compilarunt, latinitate subinde donatam, ex qua tam varia, semper auctiora prodierunt, quæ nullis nostris conatibus & laboribus ad exactam veritatem valemus reducere. Quæ cum eruditis Mechlinienſibus non semel proposita essent, in uno Theodorico sistendum nobiscum fassi sunt, quotquot ea super re consuluimus. Advertant autem nimium zelosi hagiophili, qui Sanctis detrahi sibi imaginantur, quod eorum Legendis non conceditur; advertant, inquam, non continuo falsitatis argui, quod tamquam sincerum approbari nequit. Id solum asserimus, ei scriptori præ reliquis habendam fidem, qui puriora tradere potuit, & prudentius tradidit. Alios scriptores minime negligimus, imo eorum narrationibus, omnem eam verisimilitudinem concessam volumus, quam in eis viri eruditi repererint*

atque hoc est vetustius & sincerius instrumentum,

19 *Reliquum est, ut pauca subjiciam, de genuino & maxime sincero ipsius Theodoriciani operis exemplari, à quo interpolatores aliqui manum non abstinuerunt; eâ, opinor, causâ impulsi, ne ex ipso refellerentur, quæ ipsi Sancto suo sensim*

quod Vardæus germanum protulit,

C *tribuenda censuerant: in eo imperitissimi, quod non adverterint, interpolationes suas ineptè & ridiculè Theodorici textui immiscere; imo Theodoricum ipsum, virum sua ætate doctissimum, puerliter, sibi contradicentem induci, ut postea latius demonstrabitur. Plura sub Theodorici nomine Mss. consului, quorum nonnulla immensùm à prima ejus puritate deflexerunt, multis turbatis, truncatis & inversis, adeo ut Theodorici lineamenta vix agnoscantur. Neque incorruptum apographum præ oculis habuit Surius, nec alii satis noti Legendarum compilatores, aſt in exordio & pluribus aliis locis fœde depravatum, quale apud nos Ms. in minori forma exstat, uti & aliud à Rosweydo desumptum ex Ms. codice S. Salvatoris Ultrajecti, cum quibus prædictæ editiones ferme conveniunt. Præclarè de Theodorico meriti sunt Vardæus & ante ipsum Colganus, qui rejectis spuriis illis omnibus, suppositis & adulteratis, fontem consulendum censuerunt, ex quo certius & securius purissimam aquam, hoc est germanum ipsum Theodorici fœtum nobis educerent. Atque editionem hanc sequi plane decrevimus, de qua Vardæum ipsum loquentem audire juvat pag.* 58 *&* 59.

AUCTORE J. B. S. apud Surium & alios interpolatum.

20 Cum autem in Surio notent viri docti, alienatam sæpius phrasim veterum autographorum, & mutilatam aliquando vel mutatam rerum ipsarum seriem ac narrationem; hanc Theodorici daturus eram ex fide codicis membranacei Ms. in celebri abbatia Alnensi, Ordinis Cistercienſis & Leodienſis ditionis; quam ideo genuinam existimes, quod aliæ vel contractiores, vel quibusdam fragmentis alterius stili auctiores viderentur, quam illa primitus scripta ab auctore fuerat, aut, ut creditur, habita pro concione. Quare ratus, hunc Alnensem codicem, ceteris, quos tunc videram; exactiorem, anno MDCXXVI eum ibidem existens, ad verbum transcripsi, ut omissa Suriana lectione ederetur. Ceterum posteaquam opera R. P. F. Joannis Colgani, S. T. Lectoris, Surius cum antiquo autographo ipsius Trudonensis cœnobii, ubi Abbatem agebat auctor, conferretur, & constaret, codicem Alnensem ex Trudonensi discriptum primo fuisse & fideliter, demptis quibusdam minutulis verborum variationibus & transpositionibus, Trudonopolitanum exemplar, velut loco ipso denotante, magis genuinum & minus adulteratum fœtum Theodorico, ad verbum & apicem (qui non ex mala vel jam antiquata ortographia sit) mihi videor secutus &c. *Recte omnino, solerter & fideliter; neque enim sagacius aut prudentius germana Theodorici narratio erui umquam potuit: cui proinde soli præ ceteris fidem habendam, nobis tam certum est, quam quod certissimum: quamvis recte observaverit Henschenius tomo* 2 *Martii supra citato pag.* 593, constare, eum in annis Christi & certis Imperatoribus ac Pontificibus adjungendis plane aberrasse, *ut ibidem de ætate S. Bavonis ostendit, & pluribus ad Kalend. Octobris dicendum erit. Hæc de Legenda Theodoriciana; ad alteram typis editam progredimur.*

E

§. III. De Legenda ab Anonymo Belgicè scripta & à R. D. Joanne Domyns latinitate donata.

F

Proximam voco, quod intermediam nullam tam ample extensam & typis editam noverim, sive ab uno, sive à pluribus successu temporis scripta & aucta fuerit. Ea autem est fusè & latè per capita XXIX *deducta apud Vardæum, & distincta historia, cum variis additamentis, quæ simul implent paginas* 42, *in forma, ut loquimur,* 4, *nam à pag.* 12 *ad* 53 *producitur; cum tota Theodorici panegyris, miracula multa complectens, ad solas undecim in eadem editione pertingat, à qua si præfata miracula aliaque parerga rescindantur, tota Actorum Sancti materia ad tres quatuorve facies commodè contrahatur. Nihilominus Legendam illam passim recepit vulgus, ut taceam nonnulla magis etiam amplificata, quam prior illa exhibeat, ut manifestum est ex vita postremò vulgata sub Wachtendonckii nomine, de qua alibi: jam rem propositam intueamur. Descripsit Baertius editionem Vardæi, de qua hic ita loquitur pag.* 57: Domynsii ergo translationem (quam genuinam esse, & cum autographo rite concor-

Multo amplior Legenda Jo. Domyns,

AUCTORE J. B. S.

dare teſtatus eſt, facta collatione exemplarium, R. D. Alexander vander Laen, Archipresbyter Mechlinienſis) dedi ex fide codicis excuſi Bruxellæ apud Michaëlem Hamontanum anno Domini MDLXIX, cujus copiam mihi fecit R. A. & bonæ memoriæ P. Heribertus Rosweydus, magno ſui apud Hagiologos relicto deſiderio, è vivis ante biennium ſublatus. Titulum ab eodem etiam ſuæ translationi præmiſſum, eumdem affixi, & nuncupatoriam ejus epiſtolam ad Mechlinienſes concives, quod contineat aliqua ad rem præſentem facientia, ſecus atque altera ejuſdem ad RR. DD. Canonicos, ideo hîc omiſſa.

à Vardæo non integre recuſa,

22 *Poterat & ea dedicatio adjici, quamvis ex altera ſatis intelligatur auctoris intentum. Notatur ipſa illa vita in noſtris indicibus, idemque procul dubio exemplar indicatur, quod à Rosweydo commodatum Vardæo fuit, aliiſque ſubinde conceſſum, à quibus veroſimiliter redditum non ſit. En titulum, ut à Vardæo expreſſus eſt:* Divi Archipræſulis Chriſtique Martyris RUMOLDI Machlinienſium Præſidis, ſive Tutelaris eximii
B vita. Abs Joanne Domyns Machliniano, Guavrianorum parocho, latinitate quondam & typis donata. Hebræorum 13. Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis; imitamini fidem. Senatui populoque Machlinienſi, Joannes Domyns Machlinianus S. D. P. *Particula* quondam, *majorem vetuſtatis notam indicat, quam præferat ipſa eadem dedicatoria, ex qua liquet, tum vitam illam compoſuiſſe Domynſium, cum* hæreticorum hujus ævi deliramenta *invaluerant, eorumque* portenta ad ravim uſque reclamarent majorum noſtrorum religioſis inſtitutis: *ex quibus ſolis prima lectione judicaveram, auctorem ſcribere debuiſſe circa anno* 1570. *Quæ & id genus alia, cur ſuppreſſa à Vardæo ſint, miror vehementer: annum expreſſe ſignat Domynſius ipſe in prima nuncupatoria, à me ſuo loco reſtituenda, his verbis:* E Guavria divæ Virginis Deiparæ, ipſis præcidaneis feriis Aſcenſionis Dominicæ, à Chriſti cunabulis anno MDLXIX. *Nec placuere Vardæo inſignia Scotica, ſemel atque iterum*
C *expreſſa, quæ ſubinde ex Domynſio Ms. opera R. A. & eruditiſſimi D. Canonici Sebaſtiani vanden Cruys reperto, tum vero ex apographo excuſo, quod bibliotheca noſtra Lovanienſis ſuggeſſit, Actis ipſis cenſui inferenda. Sed ad inſtitutum redeamus.*

Capitulo & Magiſtratui dicata,

23 *Sic nuncupatoriam alteram ad Senatum exorditur Domynſius:* En vobis, Viri prudentiſſimi, S. Rumoldi, Tutelaris veſtri Divi hiſtoriam, latine à me qualicumque ſtylo depictam. Hactenus quidem eam germanice impreſſam manibus triviſtis, at quia pauciſſima jam exſtant exemplaria, rem haud infrugiferam me feciſſe autumo, dum ejuſdem Divi vitam Latinam reddidi: idque in eorum potiſſimum gratiam, qui præter maternam linguam etiam latinam calleant. Neque addubito, quin quod præſtare conatus ſum, vobis, pro ſolita benignitate veſtra, ſit gratum futurum *&c. Ubi obſerves velim, ſcriptorem de ſtylo magis, quam de exacta rei veritate fuiſſe ſolicitum, ut ex ejus epilogo clarius perſpicies, dum in hunc modum opus ſuum concludit:* Miraculorum ſeriem (amice Lector) quæ germanico in exemplari ſuperioribus jam annexa eſt, data opera, volenſque hîc omiſi, non equidem ideo, ut eam tamquam fabuloſam & minus veriſimilem reſpuam, aut etiam latina hac verſione indignam exiſtimem. Ego, ut quod res eſt, eloquar, hac rudi mea opella, ſolum volui, ut eruditioribus, quibus ego homuncio minime ſum conferendus, viam tantum præmonſtrem, qua nimirum hæc, rudi quidem minerva à me deſcripta, terſius tandem ac latinius, atque pro rei magnificentia, tractent. D

mutila eſt & elegantior quam verior;

24 *Nobis longe gratior eſſet ſubacta ad rectam criſim rerum narratio, quocumque demum verborum ambitu circumſcripta. Diſpliceret maxime, quod* miraculorum ſeriem data opera volenſque omiſerit, *niſi ex Mſs. noſtris Ultrajectino & Rubeæ vallis utcumque colligerem, nihil in tota illa ſerie contineri, quod ex Theodorico deſumptum non ſit. Ea tamen cauſa amicos rogavi, operam conferrent ad Legendam illam Belgicam quoquomodo reperiendam; quod demum nuperrime, ubi hæc jam prælo ſubjicienda erant, feliciter accidit, dum in auctione vetus exemplar Belgicum venumdatum, mihi à R. adm. D. Cornelio Paulo Hoyuck de Papendrecht, Canonico Metropolitico atque Excell.mi Archiepiſcopi Secretario procuratum eſt; accurate per omnia diſcuſſum. Cur autem antiquiorum illorum avidior ſim, non mirabuntur ii, qui quanti ea in his rebus facienda ſint, probe compertum habent: id vero eò magis neceſſarium hîc erat, quod vel ex* miraculorum ſerie, *vel ex aliis adjunctis, quaſi manu duci poſſemus ad certò deprehendendum, quo primum tempore Legenda illa Belgica ab Anonymo compilata fuerit, quæ nobis, tamquam remotiſſimæ antiquitatis monumentum porrigitur, cum, meo quidem judicio, vix ſeculo* XIV, *imo forte* XV *vetuſtior eſſe poſſit. Id me non infeliciter conjectaſſe, docet ipſum exemplar Belgicum, tam diu deſideratum; quod autem recte antea cenſuerim, oſtendet refutatio argumentorum Vardæi, quibus pro præfata antiquitate, utpote ad ſcopum ſuum neceſſaria, operoſe decertat.* E

nec vero tam antiqua

25 *Sic animadverſiones ſuas auſpicatur pag.* 53: Anonymum nobis eſſe primum hujus vitæ ſcriptorem, qui exſtet, perſpicuum vel hinc ſolum fiet, quod omnium antiquiſſimus ille ſit, qui quæ ſervantur & creduntur, inter vetuſtiſſima eccleſiæ Mechlinienſis monumenta ſcripſit, ſive latina primum ſive vernacula Belgarum lingua hujus Martyris Acta, hîc à Domynſio in latinam tranſlata. *Pergit pag.* 54: Porro hinc eumdem Anonymum reliquis F anteriorem, ratio in auctoritate fundata demonſtrat: nam ex nominatis ſcriptoribus rerum Rumoldi, nominatiſſimus & primus eſt Theodoricus..... ſed hunc latuiſſe conſtat, quæ palam apud illum habentur de Rumoldi parentibus, ſtupendis primordiis, conceptu, ortu, baptiſmo, & ſub Guallafero ſancto diſciplina, atque in Archiepiſcopum mirabili electione, quod & expreſſis verbis Theodoricus fatetur & facto; nam cap. 2 ait: Parentes autem & proavos tacuimus, aut quia nihil certum de ipſis comperimus, aut quia ſupervacuum æſtimamus &c. & ea, quæ maxime memoratu digna fuere, de facto omiſit, facta aliquarum rerum minoris momenti, & ad vitam Sancti minus ſpectantium, mentione; nempe quia ea non vidit, ac proinde ex ipſo, aut quos legit auctoribus, deſumi non poterant, neque exſtat ulla antiquior aut recentior Mechlinienſi codice, in quo leguntur, niſi ex hoc tamquam ex prima origine derivata.

26 *Atqui hujus ipſius originis epocham quærimus;*

A *quam ſibi & aliis perſuadere voluit.*

rimus ; verum ignoſcet vir doctiſſimus , ſi hanc ejus in rebus hiſtoricis argumentandi rationem ab inſtituto alienam pronuntiem. Non potuit quiſquam majori diligentia res Rumoldianas indagare, aut è Mechlinienſibus majori cura veritatem exquirere , quam fecerit Theodoricus ; neque ipſum latuit , quidquid aliqua ſaltem probabilitate aut veroſimilitudine , poſt tria integra à glorioſo Sancti martyrio ſecula memoriæ Mechlinienſium inhærebat ; apud quos de Rumoldi parentibus , ſtupendis primordiis , conceptu , ortu , baptiſmo & ſub Guallafero ſancto diſciplina , atque in Archiepiſcopum mirabili electione , *tum haud dubie necdum cogitatum erat. Unde immerito arguitur hîc Theodoricus , acſi* ea quæ maxime memoratu digna fuere , *& quæ tunc Mechliniæ oportebat eſſe notiſſima , ſtudioſe quodammodo* omiſerit , facta *dumtaxat* aliquarum rerum minoris momenti , & ad vitam Sancti minus ſpectantium mentione. *Ego vero tam multa Theodoricum dixiſſe antumo , ut ſiquis ad rigidiſſimam trutinam ſingula expendere voluerit , & Vardæi & aliorum fides ſit vacillatura. Et quid demum à viro , poſt trecentos & amplius à Sancti exceſſu annos ſcribente deſiderari poteſt , cum tam ſancte* B *conteſtetur* , nihil certum de ipſis ſe comperiſſe.

Vardæus, multa congerens,

27 *Vardæum ſequamur* : Atqui vice verſa , nihil apud Theodoricum legere eſt , quod Mechlinienſium Anonymum latuit. *Non magis rectum eſt hoc argumentum. Ex eo antecedenti manifeſte ſequitur ; ergo Anonymus Theodoricum præ oculis habuit , cetera ornamenta de ſuo adjecit , quemadmodum in ſexcentis Legendis contigiſſe novimus , quæ quo ampliores ſunt , ex omnium eruditorum concordi ſententia , eò plus perdunt credibilitatis. At* miracula quædam *Anonymo deſunt* , ipſo fortaſſe poſteriora. *Verbo dicam : Tot ſtupenda in Anonymo ſuo legerat Domynſius , ut miracula poſt obitum facta negligenda putaverit , ſatis habens ita cum illo vitam concludere :* Declarare enim volens Altiſſimus ſanctimoniam & tanti Martyris meritum , morbidos complures curavit , multaque in ejus gratiam edidit ſigna ; *quæ ſcriptor Belgicus per modum appendicis ordine ſubjunxit , ex Theodorico fermè accepta , ut oſtendunt Mss. noſtra bina Ultrajectinum & Rubeæ vallis , de quibus alibi plura. Eſt itaque rurſus præpoſtera hæc illatio :* Quamobrem , hujus (*Anonymi*) compendium aliquod mutilum Theodorico lectum fuiſſe exiſtimarem *&c. Inferre debuit , Theodoriciana omnia ab Anonymo tranſumpta , atque in immenſum* ſtupendis primordiis , conceptu , ortu *&c. aucta , quæ longe melius intra Theodoricianos terminos concluſa manſiſſent. Verum hæc à Vardæo aſſumenda fuere , ut vel ex hac Legenda oſtenderet , ab omni ævo* S. Rumoldum *pro Hiberno habitum , quo unicè collimat tota ejus operoſiſſima lucubratio.* C

quibus id demonſtrari putat ;

28 *At demonſtrationibus ſuis necdum ſatis fidit Vardæus ; etenim pag. 55 Anonymi tempora diſquirens , ſic pergit :* Ceterum quo tempore Anonymus vixerit , non eſt facile veſtigatu , quamquam videatur propemodum vicinus ipſius ævo Rumoldi. Primo , quod cap. 22 ſubinſinuet , ſibi ſynchronos quoſdam , fuiſſe teſtes oculatos miraculi converſionis ſcipionum SS. Rumoldi & Gummari in frondentes arbores. Secundo quod cap. 29 indicet , corpus S. Martyris Rumoldi adhuc humatum jacuiſſe in primo loco , tumulo & ſacello , atque ita nondum fuiſſe elevatum è terra , neque eminenti in ſarcophago , publica Epiſcopi & cleri auctoritate repoſtum , & conſequenter neque adhuc ſolenni feſtivitate & liturgia cultum Rumoldum... cum tamen de tam illuſtri Martyre , miraculorum & pietatis laude famoſiſſimo , haud ſit credibile , inter devotiſſimos clientes , nimis diu poſt martyrium cæleſtibus honoribus , reliquorum Sanctorum more non fuiſſe celebratum. Tertio demum ; quod miracula ea omiſerit , quæ non longe admodum à fine ſeculi , quo Rumoldus in cælum abivit , patrata fuerunt. *Ex his tribus antecedentibus , ſequi debet hæc concluſio , quod Anonymus* propemodum vicinus *fuerit* ipſius ævo Rumoldi. AUCTORE J. B. S.

ſed quæ facillime

29 *Sunt igitur hæ baſes Vardæanæ , quibus totam prætenſam Anonymi ſui antiquitatem fulcit , ſed quas cuilibet obvium ſit nullo molimine concutere. Primum argumentum fundatur in his Anonymi verbis cap. 22 apud Vardæum pag. 33 :* Spectantibus iſtud quamplurimis , qui hoc ipſum atteſtati ſunt. *Recte ; ſed per quam , obſecro, aut Dialecticæ aut Grammaticæ regulam ex citatis verbis educetur , Anonymo* ſynchronos quoſdam fuiſſe teſtes occulatos miraculi converſionis ſcipionum ? *Dolendum eſt , interpolatorem aliquem non ſatis aſtutum fuiſſe , ut eo loco inſereret particulam* mihi *vel* nobis ; *alias quidquid ibi affirmatur , veriſſime à me prædicari poteſt de ipſius Chriſti Servatoris miraculis , nempe patrata eſſe* ſpectantibus quamplurimis , qui hoc ipſum atteſtati ſunt , *quamvis nullus eorum mihi ſynchronus fuerit. Quin & ſimili argumento probaretur , non tantum ſynchronus Sancto fuiſſe , ſed intimus etiam diſcipulus : narrat enim quid angelus* S. Rumoldo , *quid parentibus ejus dixerit , & id genus plura , quæ nemo ſcire potuit , niſi ex ipſo Sancto audiverit. Appello omnes , qui citatum caput lecturi ſunt , ſi vel uni unico in mentem veniat , id inde extundere , quod ſe illic deprehendiſſe exiſtimavit Vardæus.* E

hîc & alibi convelluntur.

30 *Quid altero antecedente elicere velit , utut expenderim ſæpius , fateor , me prorſus non intelligere. En in pari forma ratiocinium : Theodoricus indicat* , corpus S. Martyris Rumoldi adhuc humatum jacuiſſe in primo loco , tumulo & ſacello *&c. Ejus verba ſunt :* Ado Comes ſacrum illud funus impoſitum vehiculo , QUO NUNC REQUIESCIT LOCO deportat , & ſepulturam celebri ſumptu procurat , *nulla ullius elevationis facta mentione , ergo* propemodum vicinus fuit ipſius ævo Rumoldi , *is quem ſupra oſtendimus , trecentis ab eo annis abfuiſſe , quod tamen eſt Vardæi conſequens ; par utrobique eſt , ſed æque falſa conſequentia. Miſſa iſthæc faciamus : de prima Sancti elevatione , erit alibi dicendi locus , ubi & aliam Vardæi opinionem refellemus , cenſentis præfatam elevationem , & in Steynockeſeel tranſlationem factam tempore Normannorum , quæ tametſi aliqua veroſimilitudine veſtirentur , attamen & hiſtoriæ & Mechlinienſium traditioni omnino repugnant. Ridiculum porro eſt ſibi imaginari , corpora Sanctorum , paucis poſt obitum annis , è terra levata fuiſſe , cum plurima ſint , quæ multis ſeculis ſepulta remanſerunt ; quod de* S. Rumoldo *diſertiſſime pronuntiat Theodoricus , de aliis autem Sarchinii , ſeu ad S. Trudonis ſepultis infra oſtendemus. Poſtremum argumentum jam ſatis diſſolutum eſt ; Anonymi opus Belgicum jam è tenebris erutum , aperte demonſtrat , nihil eorum prætermiſiſſe , quæ in Theodorico themati ſuo apta repererat. Jam nobis paulo aptiori inveſtigandi* F

ratio-

AUCTORE J. B. S.

ratione, quam verosimillime fieri poterit, stabilienda est Anonymi jam sæpe dicti ætas, deque aliis gestorum S. Rumoldi *scriptoribus agendum. Pro quibus sit*

§ IV. Quo tempore scripsisse videatur Anonymus Belga, & quâ linguâ primùm scripta sit vulgatissima Legenda.

Anonymi ætas colligi possit

H*Actenus negative quodammodo Anonymi antiquitatem evertimus, ea refellendo, quibus subnixam illam existimabat Vardæus, præterquam quod ex ejus confessione, imo ex collatione utriusque vitæ Theodoricianæ & Domynsianæ constet*, nihil apud Theodoricum legi, quod Mechlinienſem Anonymum latuerit; *seu, quod eodem recidit, Theodoricianis omnibus usum esse Anonymum, quodque inde rectissime consequitur, dictum toties Anonymum Theodorico juniorem esse, neque adeo seculum* XII *ætate superare, quo quam obscura fuerit* S. Rumoldi *rerum gestarum historia, nemo, qui res Belgicas vel à limine salutaverit, diffiteri ausit, qui non contra scriptorum nostrorum omnium torrentem cæcè enuti præsumpserit; ac diserti*ſſ*imis Theodorici & Chronici Mechlinienſis testimoniis refragari. Atque hinc prudenti lectori considerandum relinquo, unde Legendarius ille Belga, tam minuta, tam singularia, tam distincta, in tam densis tenebris assecutus sit, ut vel ipsa angeli nuntia apud Vardæum cap.* 2, 5, 7, 10, 14 *expressissimis terminis retulerit, quemadmodum & personarum omnium verba, allocutiones, responsa, orationes, preces, & ejusmodi arcana, quæ apud Domynsium ita describuntur, acsi Anonymus præsens omnibus, auritus & oculatus testis adfuisset. Verum hæc annotationum nostrarum erit materia.*

ex tempore archiepiscopatûs Dublinienſis,

32 *Hic ex professo dispiciendum, nusquamne Anonymus rimam aliquam exhibeat, per quam in accuratiorem ejus cognitionem deveniri possit. Primam sibi aperuit Baertius in eo, quod toties repetatur titulus* Archiepiscopi Dublinienſis, *quem non est verosimile ab Anonymo confictum fuisse: unde est consequens, eum tali ævo scripsisse, quo archiepiscopatus Dublinienſis institutus erat, adeoque de talis nominis Antistite aliquid in Belgio percrebuerat: atqui certum videtur, idque in decursu demonstrabimus, Archiepiscopi dignitatem Dublinii notam non fuisse ante annum* 1152: *est igitur consectarium alterum, vitam istam ante illud tempus adornari non potuisse, quæ est satis certa probatio, ipsum non solum Theodorici ætate, sed anno saltem* 1160 *posteriorem esse. Imo magis adhuc removenda erit scriptionis epocha, si Guallaferus* S. Rumoldum *in archiepiscopatu præcesserit. Quo autem pacto tituli Sancto nostro paulatim accreverint, disquiremus in decursu, quando de ætate, genere, episcopatu &c. erit agendum; ad præsentem controversiam satis est, auctorem Anonymum, quiscumque ille sit, ante seculum* XII *jam adultum sua componere non potuisse.*

nisi Domynseum primus nominasset.

33 *Nititur Baertii ratiocinatio Domynsii paraphrasi, in qua rotunde & intrepide omnia definiuntur; verumtamen paraphrastes ipse in suo ad Lectorem Monito, apud Vardæum pag.* 46, *mutationem à se factam ultro fatetur his verbis:* Haud miraberis, candide Lector, locum quo episcopale munus olim exercuit Divus hic Rumoldus, appellatum à me DUBLINIENSEM, cum tamen Germanici libelli auctor, quisquis is fuerit, eumdem locum nuncupare videatur à DÆMONE, sive DÆMONIACUM, quain re hallucinatus est ille, ni fallor, ob temporis diuturnitatem. *Nimirum absterritus Domynsius titulo* Archiepiscopi Duvelenſis, *quæsivit in Hibernia nomen proxime accedens, & pro suo mero arbitrio substituit* Dublinienſem, *qua ratione sensim elimatæ sunt* S. Rumoldi *dignitates, ut alibi dicemus. At enim ex his sequeretur, non concludere quidem Baertii conjecturam, pro stabilienda Anonymi ætate; at certe id genus mutationes, dicam an depravationes nimis quam manifeste ostendunt, quam parum fidei monumentis Mechlinienſibus haberi possit, in quibus tam notabiliter corruptas videmus præcipuas rerum circumstantias, adeo ut nonnemo Domynsio perspicacior, non* Dublinienſem *ex* Duvelenſi *faciat, sed serio inquirat*, anne forsitan B. Rumoldus oppidi sui nomen, Duffele pago propter Mechliniam sito indiderit. *Ubique brevia, ubique syrtes. At quid si alia rima plusculum lucis præbeat?*

Ex fama Siciliæ Regum,

34 *Meditemur tantillum caput* I, *in quo hæc verba expendenda proponam*: Quæ cum Rex volutaret animo; claris quædam natalibus orta, illustrissimi nimirum Siciliæ Regis filia, cui & Cecilia nomen, miris apud eum efferebatur præconiis. *Satis belle concordant* Sicilia & Cecilia, *at quam facile præconia illa ex Sicilia in Hiberniam per id tempus transvolaverint, equidem non satis intelligo. Ceterum per Siciliam patet rima, quæ nos doceat quærere, quo potissimum ævo apud Belgas noti fuerint Siciliæ Reges. Lectores precor, ut Vardæi ad hunc locum annotationem pag.* 79 *consulere dignentur: non pœnitebit laboris, ob congestam illic multam eruditionem Hibernicam, nusquam alibi reperiendam; cujus ea demum sequela est, ut cum* S. Rumoldi *ætate Regem in Sicilia Vardæus non reperiat, pro suo in patriam studio, putet*, Casiliam *Siciliæ substituendam. Non nugemur: ego ex solius* Regis Siciliæ *nomine, non dubito conficere, eo seculo scriptam esse Legendam, quo de Siciliæ & Neapolis Regibus fama in Belgium illustria quædam gesta pertulerat; nisi novo miraculo fingamus, scriptam in Hibernia vitam, quæ huc delata, perperam intellecta fuerit, contra quam pugnet Vardæus, qui pag.* 55 *aperte & vere pronuntiat*, vix quidquam de Rumoldi gestis apud veteres Scotos.... reperiri.

seculo 13 notissimorum,

35 *Neque ruminemur subtilius; Legenda Domynsiana, est hominis Belgæ, verosimiliter Mechlinienſis popularis opus, qui regiam prosapiam in Theodorico interpolato & brevioribus Legendis reperiens, nullo negotio patrem Regem* Davidem, *quod nomen in Scotia non esse ignotum sciebat, (Chronicon Mechlinienſe* Joannem *appellare maluit) matrem vero* Ceciliam *ex* Sicilia *accersiverit. Redeo ad argumentum, indeque rursus elicio, seculum reperiendum, quo maxime inclaruerant nomina Regum Siculorum, qualia seculo* XII *&* XIII *erant notissima. Hoc postremum magis convenit, quamquam nec à priori abhorream; ea potissimum de causa, quod nullius translationis in ea & aliis vitis Mss. memoriam ullam reperiam. Convenit, inquam, nam cum paulatim, ut fit, accrevisset* S. Rumoldi *sacra & profana nobilitas, in diplomate authentico anni* 1265, *quod apud laudatum nobis Prænobilem & Clarissimum Cuperum exstat, quo Walterus Bertholdus, de cura fabricæ templi disponit; invenio hæc verba*, S. Rumoldi Episcopi & Martyris, Patroni dictæ eccle-

A ecclesiæ, *ex quo postmodum secutus est titulus* Archiepiscopi. *Primus sufficiebat seculo* XIII, *nec quidquam pronius est, quam ut paulo post, pro generis etiam nobilitate, accesserit* Sicilia *tum maxime celebris, quæ* S. Rumoldo *matrem dederit* Ciciliam *Regis Siciliæ filiam. Evidentiam desideras: tenebris imputa; in quibus versamur; majori luce opus esset, ad clarius perspicienda, quæ iis obvoluta sunt, at quidquid conatus & diligentiæ adhibuerimus, impossibile hactenus fuit noctem illam dispellere.*

arguitur eo tempore floruisse Legendarium,

36 *Ceterum conjecturæ nostræ nihil solidi opponi potest, nisi quis Vardæo suppetias ferens, contendat, Domynsium, quemadmodum ex* Duvel *formavit* Dublinium, *sic ex* Casilia *finxisse* Siciliam. *Gratis id quidem, sed tam incerta documenta suppositionis insimulare quis vetet? Porro Domynsium Belgicam Legendam in hoc puncto presse secutum, probant Mss. Rubeæ vallis & Ultrajectinum S. Salvatoris, in quibus* Siciliæ *nomen æque diserte exprimitur. Peremptorio argumento rem conficit autographum ipsum Belgicum, in quo eadem est & regni & regiæ sponsæ efformatio* Cecilia. *Utcumque sit, digladientur inter se qui voluerint, tum de gente tum de episcopatu Rumoldi, quem alii in hodierna Scotia collocant, nos textui Domynsiano inhærentes, putamus scriptoris Belgæ ætatem ex Regibus Siciliæ satis verosimiliter à nobis erutam; & quamquam ab archiepiscopatu non recte arguisset Baertius, aliunde probatum manebit, quod dictum est, nimirum nulla certa auctoritate constare,* S. Rumoldo *adscriptam Episcopi dignitatem, ante citatum nuperrime Walteri Grimbergensis diploma, ex quo patet, tali titulo insignitum anno saltem* 1265: *unde denuo fluit conjectarium nostrum, circa seculum tertium decimum, & forte proxime sequenti floruisse & scripsisse Anonymum Legendæ Domynsianæ primum auctorem. Nunc alteram propositi tituli partem exequamur, quo nempe idiomate primum scripta fuerit Mechlinienses Legenda.*

qui primo Latine scripserit;

37 *Toties laudatus nobis Vardæus pag.* 56 *de primo, quo Vita illa Belgica stylo aut sermone scripta fuerit, conjecturam promit:* Denique existimo nihilominus hanc eamdem Anonymi historiam prius latinâ scriptam quam theutonica linguâ, tum quia ita frequentius contingit, nempe quod vitæ Sanctorum in patrium &
C vulgare idioma ex latino traducantur, quam è converso; tum etiam quia saltem lectiones propriæ de Sanctis in suis ecclesiis decantari solitæ, vulgo sunt latine scriptæ, & aliis narrationibus, vel coætaneæ, vel priores. Eas autem, quæ olim de Rumoldo in ecclesiæ Mechlinienses, dum non fuisset cathedralis, legebantur, si non sunt eædem, quæ exstant in Breviariis antiquis & modernis diœcesis Leodiensis (cui illa fuerat subjecta ante annum MDLIX, dum primo in Metropolitanam & Cathedralem unâ erigeretur) interiisse credibile est, sive humanâ incuriâ, sive injuriâ temporum, vel hæreticorum. Nam licet operosè in illas inquisiverim, nusquam genuinas inveni, quæ possint non ostendi Theodorico recentiores. *De Breviariis agemus infra. Obiter noto, errasse Vardæum, dum Mechliniam ait spectasse ad diœcesim Leodiensem, quæ sedi Cameracensi in spiritualibus, ut loquimur, semper subjecta fuit; sed ad institutum redeamus, qua lingua primum scripta fuerit Mechlinienses Legenda.*

38 *Non displicet Vardæi opinio, ad quam amplectendam me inducunt citata superius & mox expendenda Mss. alterum S. Salvatoris Ultrajecti; cœnobii Rubeæ vallis alterum, quorum utriusque idem omnino & ad verbum principium:* Regnavit in regno Scotiæ Rex quidam nomine David, in civitate dicta Verwyck (*alias* Veerwich) quæ principalis & capitalis civitas totius regni existit. Hic namque conjugem nobilem & illustrem, illustris Regis Siciliæ filiam, Ceciliam nuncupatam duxit in uxorem *&c. quæ sola scribendi ratione differunt ab elegantiore Domynsii phrasi, cui expoliendæ eum unice intendisse, supra ex ejusmet verbis ostendimus. Si rei totius analysim satis percipio, verosimile mihi videtur, breviorem fuisse Legendam, primitus ex Theodorico aliisque accrescentibus traditionibus, sod finem seculi* XII, *vel principium* XIII *ab aliquo non satis latine perito elaboratam, quam deinde aliis ornamentis ampliaverit, sive unus sive alter Sancti cultor, quamque postea elimaverit celeberrimus apud Rubeam vallem Hagiologii Brabantini collector Gillemannus, vita functus* 1487. *Ex simili aliquo Legenda apographo, certum est, scriptorem Mechlinienses vernaculam suam composuisse, ut apertissime indicat pag.* 34; *ex hac demum prodiit palmare Domynsii opus, de quo jam satis diximus.*

B

E

à Domynsio iterum latine versus.

39 *Paulo attentius atque altius ruminando, ad rerum caput, quam paterit proxime accedemus. Domynsianum Anonymum Belgicum, utpote magna parte auctiorem Legendis Tungrensi, Ultrajectinâ & Rubeæ vallis; hisce posteriorem statuere omnino oportet: hæ enim, cum prima Domynsiana capita omnia referant, desinunt in ea sanctorum Rumoldi & Gummari conferentia, quæ à Domynsio ponitur cap.* 22; *ex Theodorico autem, quem expressis terminis de nomine citat Ms. Rubeæ vallis, martyrium & miracula desumentes. Verum ultra progressus Domynsianus Anonymus, totis octo capitibus plurima subjunxit de S. Liberto, aliisque* S. Rumoldi *gestis, deque ejus martyrio, qua in Mss. desiderantur, haudquaquam prætermittenda, si earum scriptoribus nota fuissent, aut si illi post Anonymum & ex Anonymo suas Legendas deprompsissent. At vero Legendæ istæ Mss. sæpissime citant antiphonas metricas ex Officio ecclesiastico Leodiensi, hac vel simili phrasi:* Hinc est quod in matutinali Officio ejusdem Sancti canitur hæc antiphona, *puta de Sancti ortu:* Stirpe natus ex serena, Rumoldus vir inclytus, ad cælorum peramæna, suspirat medullitus. *Item illa, de ejus infantia:* Oriundus ex Scotorum regali prosapia, honestate vitam morum ornat ab infantia;
F *cum reliquis ordine suo, quas dabimus hujus commentarii* § 9, *ubi totum Officium describitur: ex quo laciniæ nonnullæ, relictâ metri ratione, Domynsianæ historiæ insertæ sunt.*

Horum jam exoletorum genesis explicatur,

40 *Est igitur ipsum illud Officium vitis Mss. Tungrensi, Ultrajectina & Rubeæ Vallis antiquius, & si conjecturam prodere audeo, metrica tota esse potuerit prima amplior vita, pro liberiori poëtæ ingenio exornata, quam deinde alius soluta oratione, sed eâdem audendi potestate, ad eum modum amplificaverit, quo hodie in prædictis Mss. refertur: quibus tandem accedens Anonymus Belga, sic rem totam deduxerit, prout sub Domynsii nomine circumfertur. Atque ea est, nisi vehementissime fallor, sincera genesis Legendarum istarum, speciosius quam verius Mechliniæ adoptatarum, quamquam haud obscure observaverim, eas æque ac Domynsium ibi hodie prorsus ignorari; ex quo nimirum ab annis ferme octoginta ex hominum memoria omnes delevit Wachtendonckiana histo-*

AUCTORE J. B. S.

historia, cum Gramayi commentario totius populi manibus Belgicè teri solita; at levi sane jactura, utpote cum ex Legendis illis nihil prorsus prætermiserit, alia vero non minus miranda, adeoque plebi indoctæ gratissima cumulaverit, ut dicemus parographo sequenti.

ætas officii Leodiensis.

41 *Jam ex me quærent* S. Rumoldi *ardentiores zelatores, ad quod seculum probabilius referendum putem Officium Rumoldianum Breviarii Leodiensis? Quid sentiam, non dissimulabo. Ostendam inferius* §. 8, *nullum Martyrologium reperiri, cui inserta sit ad* 1 *Julii* S. Rumoldi *memoria, quod seculo* XIV *vetustius esse probari possit, indeque ex conjectura non infundata colligam, publicationi & extensioni cultûs sanctissimi Martyris præcipuam ansam dedisse celeberrimam corporis translationem, solemnissimamque elevationem anni* 1369, *quando in primam illam pretiosissimam, & ab impiis templorum spoliatoribus subinde direptam, capsam depositum est, ut ex instrumento authentico postea demonstrabitur. De Leodio aliter licet conjicere; nam cum ibi* S. Rumoldus XXVII *Octobris olim cultus sit, & adhuc colatur; pro eo autem die in aliquo Usuardino seculi* XII *codice, ut infra dicam, relatus sit; facilius admitti potest, officium ecclesiasticum ab ipso fortasse seculo* XIII *Leodii receptum fuisse: ex quo hæc alia deducetur conclusio, prædictum Officium sub finem seculi* XII *compositum, porro Acta Mss. prout Trajecto, Tungris & ex Rubea valle accepta sunt, illo posteriora, circa idem tempus coaluisse, tum nempe, cum teste Henschenio, ut supra diximus, vitæ multorum Sanctorum Belgii ineptè reformatæ & interpolatæ sunt. Legendam vero Domynsianam multo ampliorem, ab Anonymo Mechlinienſi seculo* XV *concinnatam; quam sexto decimo proxime insequenti Domynsius, non satis integrè, latinitate donavit.*

Vita Belgica 700 annis post Sancti martyrium scripta.

42 *Hæc, uti pridem palpando quandoque & ex variis congruentiis res combinando determinaveram, ita scripta relinquere volui, ut pateat, nihil me temere definiturum fuisse, tametsi vita Belgica tenebris suis sepulta mansisset. Ast ubi ipsum autographum palam est, non satis sincera Domynsii fides ultro revincitur, qui è versione sua expuncta voluit illa, unde Belgicæ scriptionis tempus apertè colligitur, admixtas in antepenultimo capite auctoris vindicias omittens, quibus* S. Rumoldum *verè Martyrem dici posse & esse demonstrat, adversus eos, opinor, qui, teste chronico Mechlinienſi, Confessoris ritu colendum contendebant. Hoc inter alia argumento utitur, quod non sine evidenti miraculo & veri martyrii testimonio* recens sanguis in sacro vertice, *tum apparere potuerit, cum jam* à septingentis annis, *inquit, interemptus fuisset. Alludit procul dubio auctor ad causas, cur aperta fuerit lipsanotheca prior deaurata in Paschate anni* 1480, *quando nimirum incredulis nonnullis exhibenda fuere sacra B. Martyris ossa, ac præsertim calvaries, insitum capiti vulnus referens. Ex* ANNIS *autem* SEPTINGENTIS, *qui tum à Sancti cæde effluxerant, invictè conficitur, scripsisse Anonymum Belgicum, quem præ oculis habuit Domynsius, sub finem seculi* XV, *postquam peracta fuerat prædicta visitatio, de qua in altera sui opusculi parte pag.* 204 *satis rotunde asserit nonnulla, quæ sola ejus auctoritate non admiserim, idque imprimis quod tum in ipsa theca reperta fuerint instrumenta, ex quibus constaret, sacrum corpus in scrinio ligneo jacuisse* annis quatuor & septingentis, *nimirum, quos ipse computavit; sed cujus rei nec verbum faciunt diplomata authentica paulo post proferenda: ex his aliud eruere non voluimus, præter Anonymi scriptoris ætatem.*

§ V. De aliis S. Rumoldi Legendarum Scriptoribus.

Legendæ Mss. Ultrajectina & Rubea vallis.

FOntes *præcipuos & capitales assignavimus Theodoricum, Acta Mss. & Anonymum Domynsianum Belgicum, ex quibus profluxere omnia, quæ alii de hoc sancto Martyre saltem cum aliquali verosimilitudine vel typis vel scripto mandarunt; celebriores autem duos, Theodoricum & Domynsium, ut primigenios scriptores, suis de* S. Rumoldi *patria dissertationibus, præmisit Vardæus. Jam vero in museo nostro exstant prædicta Mss. Legendæ geminæ Rosweydi curâ transcriptæ, altera ex codice Ultrajectino S. Salvatoris, cujus titulus est:* Vita S. Rumoldi Archiepiscopi Duvelenſis; *ubi neglecto, qui apud Domynsium legitur, aucto postea Theodorici prologo, à capite primo incipitur:* Regnavit in regno Scotiæ Rex quidam nomine David, in civitate dicta Verwyck (*alias* Verwich.) *Sequitur major pars vitæ Domynsianæ, uti verosimiliter primo composita est, nullis divisa capitibus, sed variè interpolata antiphonis rhythmicis ex vetusto officio Leodiensi, sic tamen, ut martyrium ex Theodorico desumptum sit, cujus rei causam jam dedimus, rejectis ad calcem miraculis, inter quorum narrationes plura rhythmorum fragmenta ex præfato officio desumpta interseruntur. Aliud manuscriptum, ex Rubea valle acceptum, alteri consimile est, sed priori magis variegatum, adscripto Theodorici exordio, & post Legendam, in capita* 2 *divisam, assuto per alium novo capite, subjunctâ ex eodem Theodorico passione atque miraculis; de qua Legenda audiendus Vardæus, ipsam cum simili altera Tungrensi conferens: verum ex præjudicatis, perperam supponens, præfatam Legendam ex Domynsio acceptam esse; cum nihil certius sit, quam quod compilator Anonymus ex Legendis illis & Theodorico sua omnia corraserit.*

uti & Tungrensis Vardæo visa

44. *Sic loquitur Vardæus pag.* 56: Existimare quis posset, codicem Tungrensem Ms. apud RR. DD. Canonicos regulares ibidem, Theodorico & Anonymo Belgico præcellere, nisi totam priorem partem sui ex hoc desumptam fuisse constaret, facta collatione; ex illo autem, & quidem verbatim, posteriorem. (*nempe aliquis ita desipuerit, ut ex duobus integris operibus, duas lacinias male consutas collegerit.*) Quare eam missam feci, quamquam ad manum sit inde transcripta, quod nihil vel antiquitatis, vel auctoritatis, nihil rei aut elegantiæ habeat (præter quod memoret Londinenſem & Legionenſem Episcopos interfuisse consecrationi S. Rumoldi) supra ipsa illorum verba, ibi minus concinnè & nuperius coacervata, quamquam Mechlinienſi Senatui dono oblata & gratanter accepta nuper fuerit, arbitrante exscriptore, illam offerente (quod & ego primo arbitrabar) ibi quid contineri monumenti singularis. Quare superfluam ejus editionem judicavi, ut & aliarum recentiorum, quas RR. PP. Lippelous & Grassius Cartusiani, Ribadineira, Haræus & alii neotherici ex Theodorico, Domynsio, aut ex his collecto Tungrensi Ms., aut alio vix ab hoc differenti codice Rubræ vallis compilarunt, nam nihil, demptis pauculis verbis, afferunt ulterius

A rius, quam illi antiquiores, quos, licet minus politi commatis aliquando sint, semper in re historica præferendos, ad lectorem sum præfatus, simul atque, quod ad pedem litteræ, ut ajunt, ipsa auctorum verba ponenda statuerim.

vetustiores sunt Domynsiano Anonymo,

45 *Istud* ad pedem litteræ, *si recte observasset Vardæus, alia in Ms. Tungrensi notare potuisset, ex quibus Domynsii Anonymo antiquius esse omnino perspexisset, quæ cur intacta reliquerit, facile assequitur, quisquis doctissimi viri, pro* S. Rumoldi *patriâ decertantis, scopum semper habet præ oculis. Episcopos* Londinensem *&* Linconiensem, *seu fere* Lincolniensem, *exprimunt etiam Mss. nostra: verum de* Duvelensi archiepiscopatu *altum siluit Vardæus, tametsi in eodem Tungrensi Ms. referri certo debeat, siquidem codex iste corruptorum manus effugit. Ego* elegantias *& magis* concinne coacervata *in antiquis Legendis quærere numquam didici, quo* minus politi commatis *sunt & breviores, eo majorem apud nos antiquitatem sapiunt, majoremque proinde auctoritatem merentur. De cetero* monumenti singularis *nihil* continet *Tungrensis iste codex, quod nostri ad verbum non exhibeant, quos eidem præferre audeo, certe Domynsiano longe vetustiores,*

B *prorsus non dubito. In reliquis bene opinatur Vardæus: nam in Theodorico & Domynsio reperiuntur omnia, quæ in Mss. illius sæpius legi non sine magna admiratione, quod cum post Theodoricum scripta sint, tam mira & prodigiosa referant, quæ ipsi ignota fuisse, ex ejus silentio abunde constat. Dubitavi aliquoties, num operæ pretium esset, alterum ex Mss. istis typis edere; verum, cum, ut jam diximus, in Theodorico & Domynsio contineantur, quid opus erat eâdem rerum serie repetita lectorem fatigare? Ut tamen apud Mechlinienses fidem meam liberem, ipsis Legendam totam suo loco repræsentari curabo. Ad Vardæum regredimur.*

qui ex ipsis & Theodorico

46 *Pergit is pag. 57 in fine*; Theodoricum vero, quod styli sit antiquioris, brevioris, nec non magis elegantis (*addere poterat simplicioris & veracioris*) præmisi Domynsianæ translationi, quamquam hæc sit rei & materiæ, quâ copiosioris, quâ dignioris ob antiquitatem (*quam Vardæus se videre credidit*) quamvis & illum tamquam probatissimum auctorem (*imo unice probandum*) vitæ S. Rumoldi atque aliorum etiam Sanctorum universi scriptores Catholici,

C de iis agentes, fuerint inoffenso pede secuti, Surius, Molanus, Baronius, Antonius Yepes Hispanus, perdoctus auctor Chronicorum generalium Ordinis S. Benedicti, & reliqui infra nominandi, ex quibus solus Molanus Mechlinienſia Mss. volvisse videtur, reliqui solum Theodoricum, etiam ante Surium &, centum jam amplius annos, Lovanii typis mandatum; cum aliis Sanctorum Vitis. *Quam hîc Legendam Lovanienſem indicet, non satis intelligo: antiquissima nostra editio Lovanienſis est anni* 1485, *ast in ea confusè digesta, nulla* S. Rumoldi *vita comparet. Interim vere hîc asserit Vardæus*, universos scriptores Catholicos, inoffenso pede *Theodoricum* secutos; *verùm & illud certum est, non omnes sincerum Theodorici opus vidisse, cui soli utinam semper adhæsissent Mechlinienses.*

(in quo & aliis multi hallucinati sunt)

47 *Ad rem nostram etiam facit alia Vardæi observatio pag.* 58. Ceterum, *inquit*, crassus error nonneminis fuit (parcendum nomini) Vitam hujus Martyris exstare Ms. Walciodori à S. Forannano, primo ejus loci Abbate con-

cinnatam, nulloque fundamento veritatis subnixus. Omnia enim hujus monasterii antiqua documenta cum perlustrassem jam ante sexennium, nihil ibi auctore Forannano scriptum reperi, præter vitam S. Eloquii, eò per S. Forannanum gentilem suum, atque Domnachmorensem in Hibernia pontificem, translati; & quoddam metrum pium de vanitate mundi: quæ quidem ipsa, sola virorum eruditorum conjectura, non vetus scriptura asscribit Forannano, nisi aliquem fortassis viderit doctissimus Molanus, quid id asserit, & nihil absque magno judicio, eruditione & fide..... Item & Wionis oscitantia est, vitam, Rumoldi editam à Theodorico, fuisse Bruxellis impressam anno MDLXIX, cum ea Domynsii sit, quæ tunc ibi primum prodiit, à Theodorici narratione toto cælo diversa, *& nisi vehementer fallimur, tantumdem ab historica sinceritate remota.* AUCTORE J. B. S.

Legendam suam composuit.

48 *Ut hîc demum simul & semel plane convellantur, tum Vardæana tum aliorum quorumcumque argumenta pro antiquitate Legendæ Domynsianæ, sufficiet, ex citato Rubeæ vallis Ms. ea describere, quæ leguntur cap.* 24, *ubi perductâ prius ad collationem sanctos Rumoldum inter & Gummarum historiâ, sic prosequitur*: Interea vir beatissimus & verè Deo dignus sacerdos Rumoldus, pater patriæ & suis temporibus lucerna in tenebris lucens, peccatorum caliginem circumquaque fugabat, & ibat in bonis proficiens atque succrescens, donec cunctis virtutibus redimitus, occurreret in virum perfectum, & pertingeret ad bravium felicitatis æternæ, quam sibi Dominus per certamen accelleravit condonare. Ipsum vero passionis ejus ordinem, quoniam à venerabili quodam Abbate S. Trudonis in Hasbania nuper, quamvis breviter, luculenter tamen desertum [descriptum] novi, idcirco eum stylo meo non prosequor, sed lectoris studium ad illius scripta remitto. *Sunt igitur Legenda ista, atque ei similes, Tungrensis & Ultrajectina Theodorico nostro posteriores: atqui ex illis & Theodorico sua omnia accepisse Domynsianum Anonymum, vel ex ipsa Domynsii confessione, qui Guervicanam urbem & Duvelensem archiepiscopatum ceteraque inde eruit, evidentissimum est: ergo inutilem operam sumunt, qui Domynsii Anonymum Theodorico & Legendis vetustiorem fingere meditantur; præterquam quod num.* 42 *veram ejus ætatem demonstraverimus.* E F

Lectiones 24 fere Domynsianæ.

49 *Possent & aliorum scriptorum hallucinationes referri, qui nonnulla hinc inde decerpentes, de suo addentes alia, posteris errandi occasionem præbuere. At enim scriptionibus illis examinandis operam abuti non vacat, cum ad assignatas supra scaturigines omnia plane revocanda sint, ex quibus ipsa officia ecclesiastica diœcesis Leodiensis mirabili mixtura contexta sunt, ut infra latius deducimus. Locum mererentur Lectiones quatuor & viginti Mss.* de B. Rumoldo, ex officio particulari ecclesiæ Mechlinienſis nondum approbato, *de quibus paragrapho primo ex Martinii epistola locuti sumus, easque compositas diximus à R. D. Petro vande Wiele, in varios dies divisas ad celebrandam quodammodo* S. Rumoldi *octavam. Verum neque istas magni pendendas video, utpote merum Domynsii compendium, cum Molani elogio, in varias itidem lectiones distributo; quod postremum infra daturi sumus. Alios Legendarios seu patrios seu extraneos non enumero. De Surio jam supra memini. Dum Haræum appellari audis; puta tibi oggeri Legendæ Surianæ non satis bene*

AUCTORE J. B. S.

contextum compendium. Cornelius Graſius in Zachariæ Lippeloi editione S. Rumoldo *novum titulum tribuit, falsò citans Theodoricum, cum vita ibi excuſa ex ſolo Domynſio contracta ſit. Fruſtra alios recitavero; vel ſi decem adduxeris, ex iiſdemmet fontibus omnia accepiſſe demonſtrabo. Nihil hîc reliquum, niſi ut paucis vitam illam recenſeamus, quæ ſub nomine J. V. W. eccleſiæ Mechlinienſis Decani, poſtremò vulgata eſt anno* 1638.

Legenda Wachtendonckii,

50 *Legi ipſam atque pervolvi non ſemel attentiſſimè, ad duo ſupra quinquaginta capita, paginas* 79, *in paulo minori forma quam Domynſiana apud Vardæum, diffuſam, eo ferme ſtylo, quem Domynſius in epilogo ſuo tantopere optaverat, dum* viam præmonſtravit, quâ nimirum hæc rudi quidem minerva *à ſe* deſcripta, terſius tandem ac latinius atque pro rei magnificentia tractarentur; *quod permagnificè præſtitit, vir tunc Ampliſſimus; poſtea Illuſtriſſ. Ep. & Archiep. nam ibi Domynſius ex codice Rubeæ vallis Latinitati fluidiori & comptiori ita redditus eſt, ut nihil aliud totis viginti quatuor primis capitibus actum videatur, præter id unum, ut Domynſius magis terſè & ornatè loqueretur; quæque apud ipſum non ſatis chronologice & genealogice ordinata erant, ſignatis annis & Adonis propinquis, valde liberaliter determinarentur, aliaque admiſcerentur non injucunda parerga, quibus ſingulatim excutiendis, cum plane obvia ſint, non immorabor. Liceat verbo inſinuare, non temere quemquam opinatum eſſe, forte è vicina* S. Rumoldo *palæſtra oratorem, ſubſidiariam manum Wachtendonckio miniſtraſſe, quamvis de cetero virum litteratum & Latine peritum non ignoremus.*

ex vernaculis chronicis aucta,

51 *Brevior eſt & contractior in referendis miraculis capite* 25, 26, 27 *&* 28, *ſed omnibus audendi palmam præripit, dum cap.* 29 *ex nullius auctoritatis chronicis, forte à ſeſquiſculo Belgice conſarcinatis, totam Pontificiam Leonis* III, *& cæſaream Caroli Magni unam ſub annum* 803 *Mechliniam adducit, tamquam ad metropolim aliquam tam auguſtis majeſtatibus dignam, quæ per id tempus vix oppidi, dicam, an municipii nomen merebatur. Certe nullus* S. Rumoldi, *quantumvis eximius encomiaſtes, tam glorioſam Sancti apothoeſim eatenus excogitare præſumpſerat; puta dum prædictum caput ſic concludit:* Mechliniæ, in dicta Martyris (*Rumoldi*) æde, latina lingua concionem in laudem illius habuit, & aliquot eccleſiæ donaria contulit *Leo Papa* III. *Si ipſe Theodoricus, annis ferme* 500 *chronographos prægreſſus, talia tradidiſſet, apud hiſtoriæ Francicæ peritos nullam fidem inveniret: qualem, obſecro, merebitur, qui decimo prope poſt* S. Rumoldi *exitum ſeculo ſimilia recenſet? Necdum exortus eſt, qui nobis demonſtret, S. Leonem* III *in Brabantiam pedem umquam intuliſſe, quidquid templa ab eo ibi conſecrata nonnulli comminiſcantur. Allegat Wachtendonckius* diverſos codices Mss., *illos, opinor, quos mihi exhibuit adm. Reverendus & eruditiſſimus Sebaſtianus Crucius, eccleſiæ Metropolitanæ Canonicus Graduatus, eadem de ipſis mecum ſentiens, eadem nimirum, quæ olim ſenſit Lipſius in Lovan. cap.* 2: Qui annales? Illine plebei & triti, quos pleroſque (& initia præſertim) ſomniculoſa anus condidiſſe videatur: *vel quæ ſenſit Molanus, dum* hiſtorias noſtras vulgares, mendaciis plenas eſſe, *in commentariis Lovanienſibus oſtendit. Citat item Wachtendonckius* Vincentium de antiquitate. *Teſtes alios & vades quærimus; ſaltem jure poſtulamus, hujuſmodi codices, toties in eadem vita tacito nomine citatos, tali auctoritate dignos, ut in rebus per tot ſecula remotis hiſtoricam fidem mereantur, qualem apud nullos ſapientes invenient. Quæ duobus capitibus proxime ſequentibus dicuntur de Normannorum irruptionibus, facilius ſalvari poſſunt. Caput* 32 *pro majori parte omnino reſpuimus:* 33, *quantum ad miraculum attinet, ut Theodoricianum, rejici non debet, uti neque quatuor proxima, uſque ad* 37 *incluſive.*

magis miranda quam probanda congeſſit.

52 *Paucula alia percurramus. Cap.* 38 *aſſeritur*, Religioſas de Blyenberg, Cleri accreſcentis *cauſa* tranſmigraſſe anno DCCCC ad locum, ubi nunc degunt PP. S. Auguſtini in eremo. *Apage palæophiliam, ex iiſdem chronicis nimis avide arreptam: difficillimum erit, ante ſeculum* XIII *monaſteria Mechliniæ reperire, præter ſolum* S. Rumoldi *Canonicorum monaſterium, de quo circa annum* 1050 *meminit Baldericus. Neque ullam veri ſpeciem habent, quæ ſub finem capitis habentur*: Clero apud S. Sedem inſtante, beatus Martyr Rumoldus anno DCCCCXXX, omnibus ex ordine diſcuſſis, in Sanctorum numerum adſcribitur: Alexandro vero IV Pontifice, feſtus ille dies, ipſa Joannis Baptiſtæ octava indicitur. *Hoc poſterius ex Molano vel ex citato ab eo Martyrol. ad alios tranſiit, ſed fruſtra hactenus monumenta inveſtigavi, ex quibus probari id poſſit, Theodorico apertiſſime reclamante, cujus expreſſa verba hæc ſunt:* Sed ne quid Baptiſtæ celebritati & officio detraheretur, octava ab hac die Martyris officium percolitur, *ergo duobus ferme ante Alexandrum* IV *ſeculis (nam hic anno* 1261 *obiit) jam tum tranſlata erat* S. Rumoldi *feſtivitas. Primum admitti nullo modo poteſt, neque enim antiquior ſolennis Pontificia canonizatio agnoſcitur, quam ſit Udalriciana per Joannem* XV *celebrata anno* 993. *Quam boni rerum mirabilium compilatores ſunt indocti illi vernaculi chronographi; ex quibus ſua ſumpſit Wachtendonckius, tam ſunt in rebus ordinandis combinandiſque ſui immemores. Sufficere profecto ipſis debuerat prior illa inaudita canonizatio, de qua numero ſuperiori egimus, à Leone* III *in tam auguſto conſeſſu inſtituta*, concione latina in laudem Sancti habita *Miraculum capitis* 39 *etiam alibi legitur: Reliqua tredecim capita ſuo loco ad incudem revocabuntur.*

Origo archiepiſc. Dublinienſis.

53 *Liceat hîc curſim obſervare, totam illam & tam ſpecioſam* Archiepiſcopatûs Dublinienſis S. Rumoldi *apud Mechlinienſes inolitam traditionem, leviſſimo, imo nullo prorſus fundamento ſubniti, cum ea à ſolo Domynſio procuſa fuerit, ſeculo primum* XVI, *octingentis ferme poſt Sancti martyrium annis, contra diſertam formulam manuſcriptorum omnium, tum Latinorum, tum vernaculorum. Et de his quidem reum corruptorem fatentem habemus Domynſium ipſum ſupra num.* 30. Haud miraberis, candide lector, locum, quo epiſcopale munus exercuit Divus hic Rumoldus, apellatum à me Dublinenſem *&c. De Latinis evidentius eſſe non poteſt, ex paulo ſuperius relatis, quandoquidem Mss. noſtra bina Ultrajectinum S. Salvatoris & cœnobii Rubeæ vallis, non aliam exprimant Wallaferi & Rumoldi ſedem archiepiſcopalem, præter* DUVELENSEM. *Et hanc ita efformaverat Anonymus Belga, per* Duvelen, *tametſi pag.* 34 *aſſerat, in autographo ſuo Latino ſe legiſſe* Dubbelenſis, per geminum bb. *At nullam, inquis, iſtius nominis metropolim tota veteri aut nova Scotia reperire eſt. Non inficior; idque ipſum majori adeo me ſtupore afficit, quod*

A *quod tam debili argumento pro archiepiſcopatu Dublinienſi pugnent patriarum traditionum vindices. Magis id etiam miror in ſcriptore vitæ Wachtendonckianæ, qui citato paſſim Rubeæ valles Hagiologio, ſuppreſſo vero epiſcopatûs nomine, pro* Duvelenſi, *ſubſtituit & ipſe* Dublinenſem *ſedem, nulla mutationis data ratione, quam Domynſius, in ea parte ſincerior, indicare non prætermiſit. Sed de his differendum erit* § 7.

Circa SS. Hibernos plurimæ difficultates

54 *Ibi de Sancti dignitate epiſcopali agetur, proxime ſequenti de ipſius patria & parentibus, quæ capita ſunt in Sanctis Scotis præſertim & Hibernis ſupra modum obſcura & intricata, ut pridem in Actis loco non uno obſervatum eſt, cum ſæpe figmentis ſcateant genealogiæ Sanctorum Britannorum, qui in has partes tranſmigrarunt, ut habes in Actis* XXV *Junii pag.* 95 *de* S. Adalberto Egmundano, *prætenſo filio* Edilbaldi Regis Deirorum, *& locis aliis, quæ modo aſſignare promptum non eſt. Exemplum aliud, hiſce deſſertationibus non minus affine exhibet Bollandus tomo* 2 *Maii pag.* 311, *dum in aſſignanda S. Wironis patria & epiſcopatu multum deſudat, non majori quam nos hic facturi ſimus, operæ pretio. Videatur ibi*

B § 2, *à num.* 11, *unde paucula hæc ſequentibus diſquiſitionibus præmitto. S. Wiro patria Scotus dicitur: quærit Bollandus, an quoties* Scotia *appellatur, de veteri ſeu* Hibernia *intelligendus ſit ſcriptor? Id enimvero conſectarium negat*, ut quoties Sanctus aliquis Scotus appellatur, aut è Scotia oriundus, continuo Hibernus habeatur: neque è diverſo, ut in ea regione, quæ ſola ad hoc tempus Scotiæ nomen retinet, natus cenſeatur, quia Scotus vocetur, ſi aliunde evidens fiat, prognatum alitumque in Hibernia. *Notanda ibidem, quæ de ſede epiſcopali* Dumblanenſi *diſſerit, quò forte reducenda erit* Duvelenſis S. Rumoldi: *propius etiam accedente orthographia ſuperiori* Dubbelenſis, *quæ cum* Dumblanenſis *paulo majorem affinitatem habere videtur. Cetera per te confer cum iis, quæ de Sancti noſtri, Scoti an Hiberni, patria & epiſcopatu jam diſceptare aggredimur.*

C § VI. De S. Rumoldi patria, ætate & parentibus.

Quam hæc dubia ſint,

AD particularia ſenſim deſcendimus, quibus paulo accuratius enodandis ea præmittenda fuerunt, quæ documentorum & ſcriptorum fidem auctoritatemque in vero ſuo gradu collocarent. His itaque expeditis, primum indagamus, cujas fuerit S. Rumoldus, *quo tempore vixerit, quos parentes ſortitus ſit. In quibus decidendis me multum titubare, ii ſoli mirabuntur, qui recentioribus Legendis iſtis ſuis aſſueti, quæ in iis reperiunt, tam indubitata exſtimant, ut crimini ſibi ducerent, ea vel à longe in dubium revocare. Sic hodie apud multos* S. Rumoldus *ſine controverſia Regum Scotiæ Davidis & Ceciliæ filius, Wallaferi Archiepiſcopi Dublinienſis diſcipulus, ejuſdem poſtea in eadem metropoli ſucceſſor habetur, cum tamen ea omnia ad rectam critices normam examinata, nihil minus ſint quam veroſimilia, nedum ea veritate prædita, quam rerum patriarum amantes ſibi tam facile imaginantur. Vetuſtiſſima, quæ uſquam in Martyrologiis exſtet,* S. Rumoldi *memoria, ea reperitur in Uſuardo Ultrajectino, quem in noſtra editione* Rosweydinum *diximus, & ad ſeculum* XII *pertinere. Ibi autem ad* XXVII *Octobris ſimpliciſſime legitur:* Rumoldi Martyris; *ſicque in Adone S. Laurentii Leodii etiam ſignatur:* Eodem die apud Maslinas, S. Rumoldi Martyris. *Sed propoſita excutienda ſunt. Incipio ab iis quæ circa* S. Rumoldi *patriam cenſuit Baertius.*

AUCTORE J. B. S.

ostendit ingens Vardæi opus;

56 *R. P. Hugo Vardæus ſupra laudatus, inquit, multis ſtudioſe & erudite perſuadere conatus eſt,* S. Rumoldum *fuiſſe natione Hibernum, contra hagiocleptas quoſdam Scoto-Albienſes, qui ſuæ patriæ ipſum vendicare volunt; quorum argumenta omnino enervat Vardæus, ſolide oſtendens, nullam antiquis hiſtoricis cognitam fuiſſe Scotiam, præter eam, quam nunc Hiberniam dicimus inſulam; adeoque in hypotheſi rectè concludit, quod* S. Rumoldus, *ſi Scotus fuerit, Hibernus fuit. Verum utinam æque dilucide oſtendiſſet, aut oſtendi poſſet, ex Scotia fuiſſe oriundum: in quo verſatur cardo quæſtionis. Sane quotquot afferuntur à Vardæo, pro patria* S. Rumoldi *Hiberniæ aſſerenda, Martyrologiorum & ſacrorum hiſtoricorum teſtimonia, cum nulla antiquiora ſint Theodorico & Anonymo Domynſiano, patet ex iis nihil amplius quam ex illis concludi poſſe. Et cum omnia ex his fontibus profluant, nihil conferre poteſt ad rei controverſæ deciſionem, ſive pauci, ſive plures, ſive ſacri, ſive profani hiſtorici, eoſdem ſecuti, idem ſcribendo narrent: hi enim ducuntur,* E *non ducunt; & lumen quidem oſtendunt, ſed non illuminant.*

in quo licet Scotos refellat,

57 *At neque Theodoricus neque Domynſius tantæ ſunt auctoritatis, ut quæſtionem dirimere poſſint: nam, ut ſupra diximus, non ſcripſerunt ea, quæ viderant ipſi, vel ab iis, qui vidiſſe ſe teſtarentur, acceperant: ſed quæ obſcura fama & longa traditione ad ſuas aures pervenerant. Atqui eo quo ipſi ſcribebant tempore, uti & nunc, quidquid peregrinum in Belgio erat, Scoticum dicebatur, vulgari proverbio, inde orto, ut reor, quod Belgium multos ex primis ſuis doctoribus, è Scotia, quæ Hibernia eſt, accepiſſet. Illi autem, relictâ patriâ, ex pietate Romam peregrinabundi petebant, aut alia loca, Sanctorum reliquiis & monumentis celebriora, iidemque, ſi ita diſponente Deo, locum alicubi aptum inveniſſent, monaſterium exſtruebant, & ex indigenis adoptantes ſocios, regiones circumcirca perluſtrantes, quos illic inveniebant diabolicis ſuperſtitionibus adhuc obcæcatos,* F *prædicatione & miraculis convertebant, myſteriis fidei erudiebant, illuminabant ſacro baptiſmate, verique Dei cultui conſecrabant.*

non evincit S. Rumoldum non fuiſſe Anglum,

58 *Iſtos inter* S. Rumoldum *numerandum non dubito; attamen inde non omnino liquet, Hibernum fuiſſe. Potuit quippe apud Anglo-Saxones natus, in Hibernico aliquo Scotorum monaſterio religioſæ vitæ præceptis eruditus, imo monaſticam vitam profeſſus, ſacriſque ordinibus initiatus, cum aliis viris apoſtolicis in Galliam & Belgium, aut etiam Romam pietatis cauſa profectus, tandem Mechliniæ ſedem fixiſſe, condito ibidem monaſterio. Nihil hîc à me peregrinum dici fatebitur, credo, quiſquis hiſtoriam Bedæ perpenderit, præſertim quæ habet lib.* 3, *cap.* 27; *ubi cum narraſſet, anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto peſtilentiam ſæviiſſe per Britanniam & Hiberniam, ſic proſequitur:* Erant ibidem (*in Hibernia*) eo tempore multi nobilium ſimul & mediocrium de gente Anglorum, qui tempore Finani & Colmani Epiſcoporum, relictâ inſulâ patriâ, vel divinæ lectionis, vel continentioris vitæ gratiâ illò ſeceſſerant. Et quidam quidem mox ſe monaſticæ converſationi fideliter mancipaverunt, alii magis circumeundo per cellas magiſtrorum, lectioni operam dare

AUCTORE J. B. S.

gaudebant. Quos omnes Scoti libentiſſime ſuſcipientes, victum eis quotidianum ſine pretio, libros quoque ad legendum, & magiſterium gratuitum præbere curabant.

cum multis aliis SS. in Hibernia inſtitutum.

59 *Idem Beda lib.* 4, *cap.* 4 *de ſancto Colmano*, & conſtructo, *inquit*, ſtatim monaſterio.... Anglos ibidem locavit relictis in præfata inſula (*In his bouinde*) Scotis. Quod videlicet monaſterium uſque hodie ab Angliæ tenetur incolis: ipſum namque, quod nunc magnum de modico effectum, Maigeo conſuetè vocatur, & converſis jam dudum ad meliora inſtituta omnibus, egregium examen continet monachorum, qui de provincia Anglorum ibidem collecti, ad exemplum venerabilium Patrum, ſub regula & Abbate canonico, in magna continentia & ſinceritate proprio labore manuum vivunt. *Hinc, & ex iis, quæ laudatus Beda narrat lib.* 5. *cap.* 10, 11 *&* 12 *de Belgii & Germaniæ Apoſtolis, patet, multos nobiliter apud Anglo-Saxones natos, in Hibernia vitam monaſticam amplexos, inde ad predicandam fidem in Germaniam & Belgium eſſe profectos. Tales fuerunt Wichbertus, Swibertus, Willibrordus & ſocii, Ewaldus uterque &c. qui ab omnibus Scoti & Hiberni habebantur: quid ni & talis fuerit ſanctus Rumoldus? Certe nomen Saxonicum* Rombaut, *cum vulgari fama, qua Hibernus creditur, videtur id ſuadere. Atque hæc juſtiſſima veriſſimaque nationis Hibernicæ gloria, quod ipſi Germaniæ & Belgio fidem non tantum annuntiaverint, ſed magiſtri etiam fuerint eorum, qui nobis locuti ſunt verbum Dei.*

B

In re tam dubia,

60 *Hactenus Baertius, pro ſua in verſandis rebus Hibernicis ſolertia, prudentiſſime & veroſimillimè. Nec mihi cum Vardæo & Sirino de* S. Rumoldi *patria lubet contendere. Evicerint ipſi nec ne, Hibernum fuiſſe, parum ad me attinet; quamvis ex Boſſchartio de primis Friſiæ Apoſtolis, facillime oſtendi poſſit, Rumoldum æque ac Willibrordum verè Anglo-Saxonem fuiſſe. Jam dixi mihi fixum eſſe, à Theodorico non recedere, tum in iis quæ ad patriam, tum quæ ad ætatem & parentes ſpectant. Cum vero de gente jam ſatis egerit laudatus collega Baertius, pauca adjiciam, haſurus in definienda ætate, inquirendoque, unde tam illuſtres natales* S. Rumoldo *paulatim acceſſerint. Monitos dumtaxat velim eruditos lectores, habendum ſemper præ oculis commentarii hujus noſtri paragraphum primum, quo ex communi Belgarum querela oſtendimus, ita intercidiſſe veras & genuinas hiſtorias, ſed præſertim ſincera & integra Sanctorum Acta, ut minimè mirum ſit, ſi ſæpius palpando, imo quodammodo divinando, è tenebris, ſi non omnino vera, ſaltem veroſimilia eruamus.*

C

quidquid à Balderico Scotus appelletur,

61 *Primus & vetuſtiſſimus rerum Belgicarum ſcriptor, eruditorum æſtimatione dignus, is eſt, quem ſupra laudavi, Baldericus Noviomenſis, & Tornacenſis Epiſcopus, qui circa annum* 1050 *chronicon ſuum ſcripſiſſe cenſetur, ex cujus verbis id unum certo educitur,* S. Rumoldum *fuiſſe* pretioſum Dei Martyrem, genere Scotum, apud Maslinas (*hoc eſt eo ipſo loco, ubi nobilior Mechliniæ pars modo conſpicitur*) eremiticam vitam duxiſſe & inibi martyrizatum *eſſe. Non pigebit hic verbo notare, quoſdam, qui de Sancto ſcripſere, pueriliter ludere in iſta voce* apud, *quaſi ea ſic accipi debeat, ut* S. Rumoldus *non Mechliniæ, ſed in loco Mechliniæ vicino ſolitariam aut monaſticam vitam egerit; qui locus Mechlinienſi urbi ſubinde acceſſerit. Hos ego diſcere velim, partitulam illam à ſacris ſcriptoribus, præſertim Martyrologis, paſſim ſumi pro ipſa urbe in qua Sanctus colitur; unde* apud Cæſaream, apud Tarſum, apud Nicomediam, *&c. idem prorſus ſonat, quod* Cæſareæ, Tarſi, *&c. ut innumeris aliis exemplis demonſtrari poteſt. Adde quod tempore* S. Rumoldi *vix veſtigia exſtiterint illius civitatis, quæ modo Mechlinia appellatur, eam enim poſt Normannorum depræda tiones, in aliquam oppidi formam primùm exſtrui cœpiſſe, in confeſſo eſt: atque hæ ſunt Maslinæ, ſeculo* XI *exiſtentes, &, ut alibi dicemus, creſcentes, de quibus loquitur Baldericus. Ad argumentum regredior.*

D

Theodorico Scotia certe Hibernia eſt.

62 *Proximus Balderico ſcriptor, qui de* S. Rumoldo *meminit, ipſus eſt Abbas Theodoricus quem paragrapho ſecundo genuinis ſuis coloribus depinximus. Is paulo diſtinctius, ſecundùm Mechlinienſium traditiones, rem explicans, ex Scotia etiam oriundum dixit* S. Rumoldum; *ex illa nimirum Scotia, unde hos alios quatuor* Kilianum, Furſæum, Columbanum & Bertuinum *prodiiſſe deſignat:* Ex horum numero, ex hoc orbis terræ remotiſſimo angulo beatus Rumoldus emicuit. *En pomum diſcordiæ & tantarum conflictationum materies, ex eo nempe quod à Theodorico Scotis illis adſcriptus ſit ſanctus noſter Rumoldus, de quo pluribus diſputare ſuperſedeo: at inde nondum eruitur figenda ætatis ejus epocha, pro qua ſecure determinanda vix quidquam ſuggerit Theodoricus, niſi quis ex dictis colligi poſſe cenſeat, eodem tempore è Scotia egreſſum* S. Rumoldum, *quo alii iſti quatuor ad miſſiones ſuas perrexerunt. Cum autem conſtet, Columbanum, Furſæum & Kilianum, forte etiam Bertuinum ante finem ſeculi* VII *laborum metam attigiſſe, conſequens eſſet, eodem illo ſeculo floruiſſe* S. Rumoldum, *quo tota Mechlinienſium traditio everteretur, apud quos conſtans ſententia eſt, Sanctum martyrio coronatum anno* 775, *quamvis calculus ille ſatis arbitrarius ſit.*

E

Nec ex Theodorico nec ex Gramayo,

63 *Neque dicas, Theodorici encomium,* S. Rumoldi *ætatem non obſcurè prodere, ex ejus familiaritate & conjunctione enim Adono Comite, cujus tempora ex diplomatum fide exploravit Gramayus in hiſtoria Mechlinienſi lib.* 1, § 3, *dum nobis protulit vetus Pipini inſtrumentum Pariſiis datum anno* 753, *Auguſti die* XXII, *regni anno tertio, quo tradit Adoni, affini ſuo* terram in Bratuspantii medio, ubi Scalda Tylam excipit, dictam Francis Maſlinas, quod nobis ſonat maris lineam. *Si tum facta donatio, & Rumoldus ab Adone exceptus eſt, poſteaquam diu cum ſterili conjuge vixiſſet, quid dubii ſupereſſe poteſt, quin Sancti ætas recte & chronologice ſtabilita ſit. Gramayo, multa libere aſſerenti, non credo; qui autem ejus diploma aut ſaltem authenticum diplomatis fragmentum proferat, hactenus inventus eſt nemo. In brevi periodo titubant omnia. Non ſolet apponi in diplomatibus Pipini annus Chriſti aut Incarnationis: dies numerantur more Romano per Kalendas, Nonas &c. Annus* 753, *debuit eſſe, ut minimum, Pipini quartus: Bratuſpantium pro Brachantia ſupponi non debet, ut fuſius alibi oſtendo, licet apud Sigebertum legatur & pro eo multi certent: ſitus Mechlinienſis,* ubi Scalda Tylam excipit, *omnino fallit, nec pluris facienda eſt* maris linea. *Igitur ſive ex hoc prætenſo diplomate, ſive ex Theodorico, juſtam* S. Rumoldi *ætatem demonſtrare, multo difficilius eſt, quam creduli homines exiſtiment. Quod ex Theodorico elici poteſt, & calculo noſtro apprime convenit,*

F

A *venit, illud est*, S. Rumoldum *peremptum esse antequam de Normannorum in Belgio grassationibus cogitaretur.*

neque ex Domynsio aut aliis

64 *Quam bene consistat Domynsii ejusque sequacium determinatior temporum ratio, scrupulosius examinare non lubet. Ætatem auctoris Anonymi Latini omnium præcursoris, revocandam putavimus ad finem circiter seculi* XIII, *quo tempore vitæ* S. Rumoldi *& rerum ab eo gestarum distincta series haberi haudquaquam potuit, testante chronico Mechlinienſi, aliquot post ejus obitum seculis* Sancti memoriam obscuratam fuisse. *Ceterum à prædicta epocha recedendum non videtur, nisi nos cogat martyrium S. Liberti à Theodorico irruptioni Normannorum ita involutum, ut Molanus aliique passim illud differant ultra annum* 880, *quo pacto necesse esset admittere, sanctum illum Rumoldi discipulum ad annos fere triginta supra centum vitam produxisse, quod vix credibile esse, mihi ultro fassi sunt eruditissimi viri amici Mechlinienses, haud invitè passuri, si* S. Rumoldi *martyrium ad principium seculi* IX *retraheretur. At mihi quidem certum est, à statuto calculo non deflectere, tametsi indubitato fundamento non nitatur. Accedit nonnullum auctoritatis pondus à vetusto codice Lipsiano Sigebertini chronici, cui in editione Miræi ad præfatum annum* 775 *adscriptum legitur :* S. Rumoldus Episcopus ab impiis occiditur. *Notabis, Sigebertum obiisse* 1113.

B

indubitata redditur S. Rumoldi ætas :

65 *Confirmat receptam Mechlinienſium opinionem antiquum nostrum chronicon Ms. Ducum Brabantiæ, à variis, ni fallor, Affligemienſibus monachis ad annum* 1470 *perductum, in quo sic habetur :* Hujus Carolomanni (*fratris Caroli magni*) tempore floruerunt sancti Rumoldus Mechlinienſis & Gummarus Lierenſis, pluresque alii magnæ sanctitatis viri & mulieres. Hic tandem Carolomanus anno Domini DCCLXXI, regni sui anno tertio migravit ex hoc mundo. *Hæc nota chronologica obitûs Carolomanni verissima est, additque proinde chronico illi tantam fidem, ut facile credam, priorem illius partem ab illo compositam esse, qui in alio Ms. Chronico Ninovienſi mire laudatur, diciturque chronicam suam produxisse usque ad annum Domini* 1143, *quod ex nonnullis indiciis collegisse videor. Idque adeo fit verosimilius, ex eo, quod ibi* S. Rumoldus *seu* Rumboldus *necdum appelletur* Episcopus, *quem titulum, omnibus rite perpensis, ipsi tribui cœpisse non puto, ante finem seculi* XII : *sane scriptor nullus alicujus momenti, ante ea tempora, quod saltem sciam, tali dignitate* S. Rumoldum *donavit; unde auctarium Sigeberti supra relatum, ad seculum* XIII *vel forte posterius pertinere plane mihi persuadeo. Verum de ea dignitate proprius sequitur dicendi locus; supereſt indaganda* S. Rumoldi *nobilitas.*

C

regium autem à Davide genus

66 *Theodoricum anno* 1107 *obiisse extra controversiam est, neque dubium, quin Rumoldiana ejus panegyris spectet ad finem seculi* XI : *in ea autem de illustri* S. Rumoldi *stemmate nec verbum reperias, multo minus, unde regios natales Sancto possis asserere. En Theodorici verba :* Ut in virum profecit, ad quid in terra sua adspiraret non inveniens, de peregre cogitat, in id se totum expedit & præparat; *nullo utique impediente, nulla repugnante dignitate, nullis ad regium fastigium eum evehere volentibus. Plana sunt omnia :* Ad quid in terra sua adspiraret non inveniens. *Hæcne, obsecro, in Regis filium, jam tum Archiepiscopum quadrare possunt ? Quis vero credat verosimile, Theodoricum, qui tam solicite omnia à Mechlinienſibus exquisierat, quæ ad sancti eorum Apostoli gloriam spectare poterant, tam notabilem circumstantiam prætermissurum fuisse, si tum apud Mechlinienses ea regiæ prosapiæ invaluisset traditio. Quis credat, inquam, tam disertis verbis ausurum exprimere :* Ad quid in terra sua adspiraret non inveniens, de peregre cogitat ? *At, inquies, ea subinde innotescere potuere, & ex aliis documentis probari. Scilicet, dum* S. Rumoldi *memoria ita erat obscurata, loquor ex Chronico Mechlinienſi, ut vel de ejus martyrio dubitaretur. Hoc aliis suaderi facile concedimus, nobis, qui argumentorum historicorum momenta libramus, absque certiori auctoritate numquam ita videbitur.* AUCTORE J. B. S.

Theodorico plane ignotum fuit;

67 *Id quærimus, quæ monumenta exstent fide digna, ex quibus Sancti patriam, ætatem & stemma liceat tuto, saltem verosimiliter circumscribere; & unde paulatim patescat, traditionis istius immensa prope superjectio, ut prima simpliciter, ex ore vulgi, Scotus, subinde Regis, tum Davidis & Ceciliæ filius, denique ad thronum quæsitus, tametsi jam Archiepiscopus, fugere compulsus sit. Hactenus enim ex monumentis, quatuor post Sancti obitum seculorum, id unum probabiliter evicimus, fuisse ex Scotia saltem ex aliqua Britanniæ insula oriundum, at non magis regio sanguine progenitum, quam Sancti illi quatuor* Kilianus, Furseus, Columbanus & Bertuinus, *quos* S. Rumoldo *zelo Apostolico pares constituit Theodoricus. Cetera omnia, quæ ad tam illustrem originem conferre quidquam poterant, tam erant per id tempus Mechliniæ ignota, saltem obscura & dubia, ut laudatus scriptor testari non dubitet;* parentes ejus & proavos se tacuisse, aut quia nihil certum ex eis (*Mechlinienſibus*) comperisset, aut quia supervacaneum existimavit, in trunco fructûs saporem requirere, quem in ramo constat satis superque pullulare. *Præclare dictum, prudenter & sapienter; neque Sanctis ullis, aut huic Rumoldo alia accersenda est gloria, quam quæ ex propria virtute & sanctitate proficiscitur.*

E

imperitè ejus textui insertum,

68 *Huic disquisitioni coronidem imponam, conjectura, in tam densis tenebris non inverosimili, nobilitatis* S. Rumoldi *genesim aliquam breviter proponendo. Ex Theodorico jam liquet, profundam Mechliniæ fuisse sub finem seculi* XI *de* S. Rumoldi *parentibus ignorantiam. Primum illustris sanguinis gradum ei addidit is, qui Theodorici encomium depravavit, eo modo, quo apud nos Ms. exstare jam diximus, à Surio aliisque editum, ibi pro his Theodorici ipsius verbis :* Parentes autem ejus & proavos tacuimus *&c. hæc perperam supposita sunt :* Ne autem parentes ejus aut proavos omnino taceamus, ex regali quippe prosapia exstitit oriundus; illustris Regis Scotiæ satus, exstiturus heres ejusdem ..... Hic denique sceptro regni potiturus erat; generis insignia, deliciarum commoda, præsulatûs culmina, lubrica existimavit *&c. Ut autem falsarii imperitiam manifeste advertas, post tam illustres titulos* S. Rumoldo *afflictos, satis cerebri non habuit, ut sequentia Theodorici verba expungeret :* Ut in virum profecit, ad quid in terra sua adspiraret non inveniens, de peregre cogitat, *quæ cum superioribus collata, non obscuram contradictionem involvunt. Nihilominus ex tali corruptore promanant regii sanguinis & episcopatûs prima lineamenta, quæ postmodum scriptori Anonymo campum aperuere, in quo eloquentiæ suæ vela*

F

AUCTORE J. B. S.

vela expanderet, Regem in Scotia quærens, regni metropolim, matrem ex Sicilia, & hujuſmodi alia tam non perite coagmentata, ut ſcriptor aliquis apud nos Ms. ita Domynſii principium merito ſugillet.

unde à Scotis vapulat Domynſius.

69 *Domynſii prima verba ſunt :* Regni gubernacula quondam apud Scotos urbe metropoli Guervicana tenebat David Rex *&c. Ad hæc obſervator :* Percurrenti mihi Scotiæ Regum catalogum in hiſtoria Scotorum Hectoris Boëthii Scoti, viri longe doctiſſimi, ad Jacobum V Scotiæ Regem ſcripta, duo in univerſum Davides Scotorum Reges ſeſe offerunt, quorum prior fuit ordine XCI Scotorum Rex, qui per novem ſupra viginti annos rebus rite adminiſtratis, anno à Chriſtianæ religionis ortu MCIII vitæ ſuæ finem impoſuit. Poſterior David ordine fuit XCVIII : hic anno regni ſui XXXIX, Chriſti vero MCCCLXX defunctus eſt. Jam vero quandoquidem vixerit Rumoldus ſub annum Domini DCC, cum beato Scilicet Gomaro, imprimis illud perſpicuum eſt, neutrum è Davidibus Rumoldi patrem fuiſſe. Et cum plures in Scotiæ Regum catalogo Davides non inveniantur, nullus fuit David Scotorum Rex Rumoldi pater.

B Atque hoc collabente fundamento de genitore Rumoldi, quis non reliquam omnem vitæ ejus hiſtoriam gerris Siculis vaniorem autumet, quæ in ipſo ſtatim limine ceſpitet, imo verius, tam procul aberret à janua? *Sic ille pro Scotia* S. Rumoldi *patria decertans. Sed quid miri, à janua tam procul aberrare eum, qui plura confundit ; id ſolum indicans, ſe Davidem aliquem in Scotia Regem quæſiviſſe, qui ei aptus viſus ſit, ut* S. Rumoldi *pater appellaretur. Atque hæc tota eſt nobilitatis Rumoldianæ à Scotis æque ac Hibernis inextricabilis genealogia, quam innumeris aliis tricis involvunt, qui ipſam cum Vardæo explicare conantur, aut cum Domynſiana Legenda conciliare ; quod paſſim uſuvenire ex Majorum noſtrorum ſententia ſuperius abunde indicatum eſt.*

C

§ VII. De S. Rumoldi dignitate Pontificia.

S. Rumoldi epiſcopalis dignitas,

EX *eodem fonte proceſſit* S. Rumoldi præſulatus, *de quo nihil apud antiquiores Baldericum, Theodoricum, Uſuardum Ultrajectinum ſeculi* XII, *Adonem S. Laurentii Leodii, codicem antiquum aut Affligemienſe Ducum Brabantiæ chronicon reperire eſt, ut facile dictam ſupra conjecturam noſtram admittas, ſeculo primum* XIII *Epiſcopi titulum* S. Rumoldo *fuiſſe adſcriptum, ut habet Sigeberti additamentum :* S. Rumoldus Epiſcopus ab impiis occiditur. *Non placuit ſcriptori Anonymo vagus ille & indeterminatus præſulatus, verum quemadmodum* S. Rumoldi *parentes ex neſcio quibus traditionibus adinvenit, ſic & epiſcopalem, imo archiepiſcopalem ſedem eidem ſe aptare poſſe exiſtimavit, quam tamen adeo barbare expreſſit, ut ubi terrarum quæri debeat, nec Hiberni, nec Scoti ſatis hactenus deprehenderint ; neque deprehendiſſet Vardæus, niſi Domynſii arguta metamorphoſis opportunè ſuccurriſſet. Non eo hæc dicta ſunt, ut beatiſſimo Martyri dignitatem epiſcopalem immerito adſcriptam cenſeam : abſit. Nam Epiſcopum fuiſſe, jam in ipſo titulo declaravi, non quidem Dublinienſem, ut ſupra monui, & hîc ex profeſſo oſtendam, verum ex eorum numero, quos frequentiſſimos ex inſulis Britannicis in Belgium, Galliam & Germaniam trajeciſſe compertiſſimum eſt. Hæc paulo altius repetenda erunt, iis denuo præmiſſis, quæ de eodem argumento diſputavit Bæritius : quibus noſtra ſubjiciemus.* D

quamquam ab antiquis non memoretur,

71 *Initium ſumit ab argumento negativo ex laudato ſæpius Balderici chronico, in quo dum* S. Rumoldus pretioſus Dei Martyr, genere Scotus, & vitam eremiticam duxiſſe *dicitur, nulla epiſcopatûs ſit mentio. At quid vetat, inquit, Epiſcopum vitam eremiticam ducere, ſubinde verbi Dei prædicatione interruptam ? Recte omnino ; nam & plures alii è Scotia & aliis partibus in Belgio Epiſcopi, idem vitæ genus amplexi videntur. Quidquid tamen de eo ſit, iterum Baertii verbis utor, Archiepiſcopum Dublinienſem fuiſſe, nulla ratione credi poteſt. Dublinium enim in metropolim & archiepiſcopatum erectum eſt, annis circiter quadringentis poſt* S. Rumoldi *martyrium. Hujus rei teſtem audiamus Jacobum Waræum, qui licet acatholicus, diligenter tamen Hibernicarum eccleſiarum monumenta ſcrutatus eſt, in ſuo de Præſulibus Hiberniæ commentario, edito anno* 1665, E *in quo de Gregorio, primo Dublinienſium Archiepiſcopi ſic habet :* Gregorius hic, illico ut electus eſt, in Angliam trajecit, ut ibi pro more, conſecrationem à Cantuarienſi Archiepiſcopo acciperet, ac præter litteras à Rege, in ejus gratiam conſcriptas à Clero civibuſque Dublinienſibus litteras commendatitias ſecum detulit. Ordines primos accepit à Rogero Sarisburienſi Epiſcopo XXIV Septembris MCXXI, & II inſequentis Octobris (profeſſione conſueta præſtita) Lamethæ à Rodulpho Cantuarienſi Archiepiſcopo, in Epiſcopum hujus eccleſiæ conſecratus eſt.

nec dici poſſit archiepiſcopus,

72 *Hæc omnia tam clara & perſpicua ſunt, ut veritatem ſpirent. Sic pergit :* Poſt reditum, cum annos circiter XXXI ſediſſet (anno ſcilicet Domini MCLII) Joannes Paparo Cardinalis, & Chriſtianus O-Conarchy Epiſcopus Liſmorenſis, uterque Legatus Pontificius, Kenanuſæ ſynodum coëgerunt, ubi pallium ei traditum eſt, & archiepiſcopalis dignitas tunc primum huic cathedræ conceſſa. Sic à pleriſque traditur. Si verò eccleſiæ hujus archivis credamus ; pallium accepit in eccleſia ſua cathedrali, in Dominica qua cantatur, Lætare Jeruſalem. *Nota eſt hæc Dominica, Quadrageſimæ quarta, quæ eo anno biſſextili, currente ſecunda littera Dominicali* E, *Paſcha cadente in* XXX *Martii, fuit ejuſdem menſis* IX, *nitido & rotundo calculo. Quæ ne quis credat fidei quidquam amittere, ex eo quod ab acatholico narrentur, conſulat fontes ipſos, quos adducit Labbeus Chronologiæ hiſtoricæ parte 2 pag.* 498 *ſub canone anni Chriſti* 1151 ; *ubi ſic leget :* Joannes Paparo, Legatus ab Eugenio Papa in Hiberniam miſſus eſt, ut deferret pallia quatuor Archiepiſcopis, quos in ea inſtituerat inſula, de quibus Henricus, Rogerius, Robertus *&c. Hæc ſi non ſufficiant, adi Baronium ad annum eumdem* 1151 *num.* 4, *ipſiſſima omnia fuſius referentem, quæ cum Waræi dictis ita concordant, ut ovum non poſſit eſſe ovo ſimilius. Jam Baertii textum reſumo.* F

aut Epiſcopus Dublinienſis,

73 *Non exiſtimo, inquit, inveniri poſſe aut deſiderari firmius argumentum, quo oſtendatur* S. Rumoldus *numquam Archiepiſcopus Dublinienſis fuiſſe. Sed forſan ibidem fuerit Epiſcopus, antequam archiepiſcopali dignitate eccleſia iſta ornaretur ; ideoque nominatus & creditus fuerit Archiepi-*

A *episcopus, quod ejus in episcopatu successores, tales fuerint. Id quoque assertu difficile : sane Waræus nihil definire voluit. Hoc est commentarii ejus de Episcopis Dublinien*ſ*ibus principium :* De Sanctis Wirone, Rumoldo & Sedulio, deque Cormaco quodam, qui sedem Dublinensem ante Donatum administrasse dicuntur, apud Historicos fit mentio. E contra autem in vetustis hujus ecclesiæ monumentis, à quibus ægre dissentiam, Donatus hic, aliàs Dunanus, primus ejusdem sedis Episcopus exstitisse traditur. An primus fuerit nec ne, non definiam. Sed certo constat, Ostmannorum Dublinensium eum primum fuisse Episcopum. *Non omittam hîc notare, quod primæ De Præsulibus Lageniæ editioni anni* 1628 *Waræus ipse propria manu adscripsit :* Placeat videre, Card. Baronium in notis ad Martyrol. Romanum, & Joannem Molanum in Indiculo SS. Belgii 1 Julii, & F. Zachariam Lipeloo in Vitis SS, eodem die & mense. Dicti, ibidem in Vita & martyrio S. Rumoldi, agunt de quodam
B Guallafero Archiepiscopo Dublinensi; cujus nulla inter sequentes Dublinenses mentio fit. *Reliqua ejus verba ex majori editione referamus.*

cum ea sedes seculo XI *primùm erecta*

74 Ad ecclesiam cathedralem S. Trinitatis quod attinet, eam in civitatis meditullio, Sitricus, filius Amlavi, Rex Ostmannorum Dublinii & Donatus hic Canonicis secularibus construxerunt, circa annum salutis MXXXVIII. Canonicos autem seculares Laurentius Archiepiscopus Dublinensis in Canonicos mutavit regulares Ordinis Arroacensis circa annum Domini MCLXIII. De ecclesiæ fundatione ita liber niger ejusdem ecclesiæ. „ Sitricus Rex Dublin. filius Ableb comitis Dublin. dedit S. Trinitati & Donato primo episcopo Dublin. locum ad ædificandam eccesiam S. Trinitatis, ubi fornices sive voltæ sunt fundatæ, cum terris subsequentibus, viz. Beal-dulek, Rechen, Portrahers, cum villanis, & vaccis, & bladin; nec non aurum & argentum sufficienter ad ædificandam ecclesiam, cum tota curia contulit. „ Exstructa ecclesia : Donatus hic, prope eam palatium episcopale excitavit, in loco, ubi nunc sunt ædes Decani. Construxit porro capellam S. Michaëlis, quam, qui illi post aliquot secula successit, Richardus Talbotus, in
C ecclesiam erexit parochialem. Obiit tandem Donatus VI Maii MLXXIV, & in ecclesia sua Cathedrali prope summum altare sepultus est.

ex certis monumentis ostendatur;

75 *Hujusmodi instrumenta consulere debuit Vardæus, dum per totas* 36 *paginas à* 138 *pro antiquioribus Archiepiscopis & Episcopis Dublinien*ſ*ibus tam operosè desudavit, omnia tandem reducendo ad Legendam Domynsianam, cui nomen Dublinii perperam insertum, tam facile observare potuit. Verum ne à Baertii argumento deflectamus, ipsum concludit in hunc modum : Itaque in monumentis ecclesiæ Dublinien*ſ*is* Donatus *nominatur primus Episcopus ecclesiæ Cathedralis, erectæ circa annum millesimum trigesimum octavum, annis fere trecentis post* S. Rumoldi *martyrium; eodemque tempore fundatum est capitulum Cathedrale : adeoque si* S. Rumoldus *fuerit Dublinien*ſ*is Episcopus, fuerit ante ecclesiam Cathedralem trecentis annis, & ante fundatum inibi Capitulum, atque tam brevi tempore sederit, ut nulla ejus superfuerit apud Dublinienses memoria, nullus per annos fere trecentos successor, nisi forte unus alterve, de quo pariter dubitatur. Hæc quam credibilia sint, prudentis lectoris judicio censendum relinquo.*

Julii Tomus I.

AUCTORE J. B. S.

76 *Veneror tamen antiquam Mechlinien*ſ*ium traditionem, & pontificalem dignitatem* S. Rumoldo *denegare non audeo; at neque audeo definire, cujus ecclesiæ, quando aut à quo ordinationem episcopalem susceperit; hæc enim perquam incerta sunt. Dum vero de his inquirendo, perlego & attentius considero historiam & Acta Patrum eorum, qui nos in Christo Jesu per Euangelium genuerunt; si tantisper conjecturis uti liceat, dum aliunde clarior lux affulserit, non verebor ipsum potius Mechlinien*ſ*em, quam Dublinien*ſ*em Episcopum credere, à S. Willibrordo consecratum. Venerabilem Bedam audiamus lib.* 5 *cap.* 12 *Historiæ Anglorum. Ibi cum narrasset gesta S. Willibrordi in conversione Frisonum, aliorumque Belgarum, subjungit :* Nam non multo post, alios quoque illis regionibus ipse constituit Antistites, ex eorum numero fratrum, qui vel secum, vel post, illò ad prædicandum
E venerant, ex quibus aliquanti jam dormierunt in Domino.

ex traditione admiti potest:

*non quod Mechlinien*ſ*is Ep. fuerit,*

77 *Hæc, inquam, consideranti & conferenti cum ius, quas Mechlinien*ſ*es habent, de* S. Rumoldo *traditionibus, perquam verosimile videtur,* S. Rumoldum *in Anglo-Saxonia natum, vitam monasticam duxisse in Mageonen*ſ*i Hiberniæ monasterio; ubi cum audivisset fructum, quem S. Willibrordus cum sociis in conversione Belgarum referebat, & forte etiam glorioſum utriusque Ewaldi martyrium, quod in antiqua Saxonia subierant, zelo animarum & ejusdem coronæ desiderio accensus, trans mare in Belgium venerit : atque, ut omnibus fere Sanctis inde venientibus in usu erat, Romam ad Apostolorum limina venerabunde peregrinatus, redierit in Belgium ad S. Willibrordum, ab eoque sit ordinatus Episcopus; ut prædicationem Euangelii, quam S. Willebrordus circa Mechliniam, Liram, Antverpiam inchoaverat, prosequeretur; exstructisque ecclesiis, consecratisque presbyteris, firmam stabilemque redderet gentium earum conversionem. Ita poterit* S. Rumoldus *Hibernus dici, & credi Episcopus, si non Dublinien*ſ*is, non incongruè Mechlinien*ſ*is, utpote ad illos in fide instruendos, conservandosque consecratus & missus.*

sed regionarius seu Apostolicus,

78 *Huc usque firmæ & solidæ nostri Baertii animadversiones, quibus pro ea parte subscribo, quod* S. Rumoldus *Dublinien*ſ*is Archiepiscopus nec fuerit, nec esse potuerit; ut ex eo etiam capite evidenter ostendimus, quod nullus Domynsio antiquior, de Dublinio umquam somniaverit, sitque proinde, inter traditiones Mechlinien*ſ*es omnium recentissima. Addo hic suffragium eruditi juxta ac curiosi patriarum rerum indagatoris. R. D. van Gestel, pastoris in Westrem, ad Clarissimum Canonicum Crucium* XV *Januarii* 1717 *scribentis in hæc verba :* Asserunt, *inquit*, eum fuisse Episcopum Dublinensem in Hibernia, alii Archiepiscopum; nescio vero qua fide; cum episcopatus Dublinensis erectus sit anno MXXXVIII, in archiepiscopatum vero anno MCLII. Ut ego breviter dicam, quod sentio, de episcopatu S. Rumoldi, puto quod missione Apostolica Stephani Papæ, fuerit Episcopus ad conversionem infidelium. *Subscribit igitur & ipse quoque Baertio pro altera parte, quod nihilominus, episcopali dignitate præfulsisse omnino dicendus sit. Nec quidquam tantopere piaculi, si Mechlinien*ſ*is antistes, à præcipuo prædicationis & martyrii loco nominetur, quamvis ea valde impropria sit apellatio, quæ Scotis sive Hibernis omnibus, Euangelii apud nos præconibus, à loco, quem excoluerunt*

AUCTORE J. B. S.

runt, *tribuenda eſſet, ſicque S. Livinus* epiſcopus Gandenſis, *S. Foranannus*, Walciodorenſis, *SS. Viro & Plechelmus*, Ruræmundenſes, *S. Foillanus*, Foſſenſis, *S. Chilianus*, Albiniacenſis *in territorio Atrebatenſi: alii ab aliis locis denominationem acciperent, quod incongruum eſſe, nemo qui rem attentius interoſpexerit, deffitebitur. Ea propter, malim ego, annuente rurſus Geſtelio*, S. Rumoldum, *Epiſcopum Regionarium, ſeu Apoſtolicum appellare, quales in Actis noſtris recurrunt plurimi, qualèmque hoc ipſo die non ita pridem deſcripſimus*, S. Leonorium, *nullius certæ ſedis in Armorica ſeu Britannia minori Epiſcopum: cui S. Amandum alioſque liceret adjicere, diu nullius Sedis, ſed veros Apoſtolicos Epiſcopos.*

quales plurimi alii Hiberni in Belgio;

79 *At ne Belgio noſtro egredi cogamur; jam ſtatim ſex tales Epiſcopos, Scotos omnes indigitavi;* SS. Livinum, Forannanum, Wironem, Plechelmum, Foillanum, & Chilianum. *Adde his Scotos alios, vel Anglos aut Hibernos*, S. Liephardum *apud Hunonis curiam, vulgo Hunnecourt, non procul Cameraco*; S. Suitbertum, B *apud Teiſterbantos*; S. Cobanum, *apud Trajectenſes*; S. Vulganium, *in partibus Arteſiæ*; *apud Lenſenſes, vulgo Lens*, S. Luglium, *in Faſtis Mirei* XXIII *Octobris, Lillerium tranſlatum, ſed & ipſum Hiberniæ Archiepiſcopum: alios alibi. Accedant ſex in ſola abbatia Lobienſi Epiſcopi*, ad Eccleſiarum planationem *ordinati*, Abel, Amulwinus, Erminus, Theodulfus, Uſmarus, Vulgiſus, *cujuſcumque gentis aut nationis fuerint. Pro Anglis & Scotis exſtat diſertum Sigeberti teſtimonium in chronico ad annum* 651: Multi de Anglia & Scotia in Galliis peregrinantes, verbum Dei ſeminabant, multumque fructum Deo faciebant, ſcilicet Etto, Bertuinus, Eloquius; *quorum priores duos, Epiſcopos fuiſſe novimus*: S. Etto *hodie quieſcit in cœnobio Latienſi*; S. Bertuinus *Maloniæ. En quot Epiſcopi Apoſtolici, Scoti plerique, Angli aut Hiberni Belgium noſtrum eodem fere tempore fidei luce illuſtrarunt; ut mirum non ſit, ſi in eorum etiam numero* S. Rumoldus *collocetur. His porro ſi nobiliſſimos illos duos Belgarum & Friſonum Apoſtolos*, SS. Willibrordum & Bonifacium, *cum tot eorum ſociis, pleriſque Epiſcopis, accenſueris, de quibus apud Willibrordum Boſſchaerts, ſupra citatum, De primis Friſiæ Apoſtolis; omnis difficultas nullo negotio evaneſcet. Quis autem ignorat, eorum aliquos in noſtram Brabantiam penetraſſe, ut jam ſatis indicavit Baertius.*

C

quem aut S. Willibrordus, aut Papa conſecraverit.

80 *Ego certe nihil probabilius, veroſimilius nihil adduci poſſe video, quo ſarta tecta maneat Mechlinienſium de ſancti ſui Apoſtoli & Patroni epiſcopatu receptiſſima traditio. Nec quemquam, ut iterum dicam, feriat tantus Epiſcoporum ex inſulis Britannicis ad nos tranſvectus numerus, cum per ea tempora, nihil apud Britannos familiarius fuerit, quam Epiſcopos multiplicare, adeo ut in ſola Hibernia* 365 *Epiſcopos conſecraſſe dicatur unus S. Patricius. Quod vero ad rem noſtram propius attinet, Bedam teſtem habemus, quod multos* regionibus *noſtris Antiſtites conſtituerit Willibrordus ipſe; cui cum ſubæqualis fuerit* S. Rumoldus (*obiit enim ille anno* 736) *nihil pronius eſt cogitare, quam quod* ex eorum numero fratrum *fuerit*, qui vel ſecum, vel poſt ſe *huc* ad prædicandum venerint, *ab ipſomet S. Willibrodo, vel ab alio Epiſcopo, forte à Romano Pontifice (ſive is Stephanus* III *ſive alius fuerit) conſecratus; quod non obſcure indicare voluiſſe videtur Baronius, ſequenti §. referendus, per hæc verba:* Qui Romam petens, & à Pontifice Apoſtolico munere initiatus. *Nihil hîc aſſeritur, quod verſimilitudinis limites excedat, multo minus quod veritati hiſtoricæ repugnet; ut eſt illa* Dublinienſis archiepiſcopatûs, *audeo dicere, fabula, à ſeſquiſeculo per Domynſium primum conficta; cui præferri magnopere non debet alia æquè inepta Anonymi ſcriptoris narratiuncula de* archiepiſcopatu Duvelenſi, *extra notum orbem procul inveſtigando.* D

Vetus ſigillum Cap. Mechlin.

81 *Accedat confirmatio ultima, ex antiquiſſimis, quæ Mechliniæ exſtent, monumentis deſumpta, ex ipſo nimirum Capituli Mechlinienſis ſigillo, quod ſeculo* XIV *uſitatum, in Mechlinienſium Diplomatum collectione mihi exhibuit officioſiſſimus in hoc Commentario allaborator vir Prænobilis & Clariſſimus ſupra laudatus Cuyperus; exhibuit, inquam, & delineari curavit unum è multis ſigilli iſtius ectypum, præfato ſeculo* XIV *authenticis reſcriptis impreſſum, in quo ſanctum Rumoldum, epiſcopali habitu ornatum, oculis ipſe tuis contemplaris.* E



F

In adverſa facie ſimplicia ſunt omnia; in altera, adjecta martyrii & neſcio quæ alia argumenta, lilium præſertim & aquila, quæ in antiquiſſimo ſigillo anni 1304 *non exprimuntur, cauſam divinent alii, ego conjecturam meam, non prodam. Ceterum hoc uſum fuiſſe Decanum & Capitulum prædictum uſque ad erectionem archiepiſcopatûs, ex laudati Cuyperi opere demonſtrari poteſt. Quo tempore adoptata fuerint inſignia regni Scotici, ſequenti §. indicare conabimur.*

De Epp. Apoſtolicis Henſchenii judicium.

82 *Ne ex ſenſu meo omnia, hoc paragrapho dicta, diſputaſſe videar, Majorum meorum ſuffragio eadem roborare non pigebit, apud quos de ſanctis Epiſcopis Britannicis, inde in Galliam, Germaniam & Belgium appulſis, frequens eſt & ſæpe repetitus ſermo: ac primum quidem in S. Liephardo, quem proximè nominavimus, circa Hunonis curiam anno* 640 *à malevolis cæſo, tomo* 1 *Februarii pag.* 494, *declarat Henſchenius, exſtitiſſe eò ſeculo, imo & ſequentibus*, Epiſcopos multos Apoſtolicos, nulli ſedi affixos. *Expreſſius autem tomo* 3. *Februarii pag.* 25 *aſſerit*, complures ſeculo octavo è Scotia & Hibernia ſanctos

A ctos Episcopos in Belgium finitimasque provincias venisse, fidei ac pietatis proseminandæ causâ. *Aliis locis non semel reperio, multos viros Apostolicos, antiquæ religionis restauratores, propagatores pietatis, Hiberniæ & Scotiæ debere pleraſque Belgii nostri provincias. De Abbatum numero conjecturam facies, si memineris, in solo Walciodorensi cœnobio tres hujusmodi Sanctos numerari*, Forannanum, Kadroëm & Maccalinum. *Rursus de S. Silvino, qui etiam seculo octavo floruit, eodem tomo pag. 26, sic habet Henschenius:* Sed plures ea tempestate sancti viri, ut ad ethnicorum nationes Christo adjungendas, majori pollerent auctoritate, Episcopi ordinabantur. *Quamquam de cetero & ibi & alibi non dissimulet*, multis Apostolicis viris factum, ut venerationis ergo Episcopi appellati sint. *Ut pluribus supersedeam; in quacumque classe* S. Rumoldum *collocaveris, indubitatum est, jam à septem circiter seculis Episcopi titulum ei constantissime adhæsisse. Atque hæc satis dicta sint, ad vendicandam Sancto nostro pontificiam dignitatem: nunc quo pacto cultus ejus institutus & propagatus sit, quam poterit accuratissimè disquiremus.*

B

§ VIII. De S. Rumoldi cultu, ex Theodorico & Martyrologiis.

Extinctus per Normannos cultus

Antiquis Martyrologiis seu classicis, uti vocamus, non esse inscriptum S. Rumoldi *nomen, mirum nemini videatur cum sub finem seculi octavi martyrii lauream consecutus sit, abolitaque ferme per Normannorum incursiones ejus memoria, non nisi duobus post seculis sanctitatis & miraculorum famâ cœperit inclarescere, idque fortasse in ea solum Belgii parte, quæ Mechliniæ proxima fuit, pia incolarum & constanti traditione conservata: ex qua haud dubie manavit laudatum toties Balderici, quantumvis breve elogium:* Apud Maslinas quoque monasterium est Canonicorum, ubi quiescit pretiosus Dei Martyr Rumoldus, genere Scotus, qui vitam eremiticam ducens, inibi martyrizatus est. *Jam non semel protestati sumus, nos post adhibitam longam indefessamque diligentiam, antiquius Rumoldianæ sanctitatis & martyrii testimonium, neque per nos, neque per alios reperire uspiam potuisse. Leonis* III concio lingua latina *anno* 803 *coram Carolo magno* in laudem S. Martyris *Mechliniæ* habita, *& canonizatio* anno DCCCCXXX omnibus ex ordine discussis *facta, quæ à scriptore vitæ Wachtendonckianæ tam præsidenter narrantur cap.* 29, *& cap.* 38, *omnibus, qui de* S. Rumoldi *Actis ante annum* 1638 *scripserunt, prorsus ignotæ fuerunt, ex recentibus vernaculis chronicis adoptatæ.*

C

novis miraculis & Notgeri opera instauratur,

84 *Restauratio sacri cultûs, per Normannos ferme extincti, ut testatur Chronicon Mechlinienſe vernaculum*, memoria enim, *inquit*, S. Rumoldi valde obscurata erat; *debetur partim novis miraculis, quibus Sancti nomen celebrius factum est, & rursus* ut Sanctus coli cœpit, *tametsi dubitaretur*, Martyrne dicendus esset an Confessor; *partim insigni zelo magni illius Notgeri Leodiensium Episcopi, & Mechliniæ Domini temporalis, qui cum ab anno* 971 *ad* 1007 *immortali nominis sui gloria episcopatum tenuerit, eo præcise tempore vixit, quo è præteritis calamitatibus emersit Mechlinia, & per* S. Rumoldi *patroni sui cultum ita accrevit, ut velint nonnulli, partem ejus aliquam tunc muris cinctam fuisse. Illud certum videtur, quidquid apud Chapeauvillum non legatur, certum, inquam, videtur, à prædicto Notgero saltem dotatum fuisse Mechlinienſe Canonicorum duodecim collegium, de quo ex antiquioribus sic scribit noster Bartholomæus Fisen, in Floribus Leodiensis ecclesiæ ad* x *Aprilis cap.* 3: Mechliniam cum templis Normanni deformaverant: restaurandam sibi sumpsit Notgerus, ad Leodiensem enim ditionem jam tum pertinebat. Duodecim Canonicorum collegium condidit, addita Præpositi dignitate. *Atque hoc est collegium seu monasterium à Balderico memoratum, quod* ab antiquitate (*nempe ab ipso sancto Rumoldo*) constructum, *ab Adone & S. Liberto fundatum*, regalibus emolumentis, *Notgeri donationibus*, maxime augmentari *testatur; per quod supponere debemus*, S. Rumoldi *cultum mirifice illustratum; donec transeunte illac Theodorico, id effectum est, ut aliqua Legenda aut saltem panegyrica laudatio à scriptore non ignobili concinnaretur.*

translatio jam tum festo in 1 Julii.

85 *Redit thesis nostra, jam toties asserta, puta, primum, qui* S. Rumoldi *gesta scripto mandaverit, saltem cujus oratio ad nos pervenerit, fuisse præfatum Theodoricum, ex quo de Sancti cultu pluribusque ejusdem miraculis reddimur certiores, quam ex aliis quibuscumque, postmodum auctis & prò scriptorum ingenio adornatis Legendis. Sic sub elogii sui finem loquitur Theodoricus:* Redeamus jam tandem ad solennem diem Martyris, qui octavo Kalend. Julii est depositione ejus celebris: nec immerito, ut qua die Præcursoris nativitas, juxta angelicum præconium, cum gaudio celebratur in terris, eâdem, ob meritum Martyris, tripudium esset cælo & terris. Sed ne quid Baptistæ celebritati & officio detraheretur, octava ab hac die Martyris officium percolitur. *Atque hoc unicum & solum fundamentum est, cui innititur traditio, de B. Martyris cæde, ipsa S. Joannis Baptistæ festa luce perpetrata, deque ejusdem festi & Officii in octavum diem subsequentem translatione, quam cur Alexandro* IV *adscripserit Mechlinienſe Martyrologium à Molano relatum, prorsus non video. Qualiter autem, & quo Officio sub finem seculi* XI *à Canonicis illis cultus fuerit* S. Rumoldus, *nemo est qui divinare possit. Satis nobis sit, quod de tam antiquo cultu Theodoricum testantem habeamus. Cur apud Leodienses* XXVII *Octobris festivitas jam pridem celebrata fuerit, æque incertum est: sed de ea agemus* §. *sequenti.*

E

F

Sancti fama inclaruit seculo 14,

86 *Non adeo diffusum fuisse* S. Rumoldi *cultum, quemadmodum asserit Wachtendonckiana vita, ex eo manifestum est, quod nulla Martyrologia seculo* XIV *antiquiora, solo Ultrajectino excepto, de ipso memoriam faciant; ut non temere superius suspicatus sim, Sancti venerationem limites Mechlinienses aut circumvicinos populos vix prætergressam. Nec habeo, unde conjiciam, quod seculo* XII *multo latius se extenderit, nisi forte tunc contigerit translatio Steynockeſeelensis, ut modo apud Mechlinienses in proprio diœcesis Officio recitari solet, de qua agendum* § 13. *Potissima celebrioris cultus epocha desumenda videtur ab ecclesiæ ædificatione, non anno* 960, *ut vult vita Wachtendonckiana cap.* 40, *sed verosimillime sub finem seculi* XII, *ut ex citato superius Walteri Bertholdi diplomate colligi posse videtur, primum inchoata: de qua re alibi disputabitur. Singularem vero gloriam Sancto accessisse crediderim, ex transpositis in pretiosissimam capsam, anno* 1369,

AUCTORE J. B. S.

ut etiam alibi latius oſtendam, ſacris ejus reliquiis, quæ ſolennitas, meo quidem judicio, cauſa fuerit, cur in varios illius temporis ſacros faſtos S. Rumoldi *commemoratio conſignata inveniatur. Martyrologia plura, quæ, recepta phraſi Uſuardi augmentati appellantur, evidentia ſunt hujus rei argumenta & teſtimonia. Inter ejuſmodi codices, in nupra mea Uſuardi editione, quæ ſupplementi Junii partem facit, recènſui Ultrajectinos binos & Leydenſem, in quibus ad* XXIV *Junii, qui verus martyrii dies creditur, ita lego:* In Magliniis, paſſio S. Rumoldi Epiſcopi & Martyris. *Hagenoyenſis, modo non multum diſſimili:* In Mechlinia Brabantiæ, Rumoldi Epiſcopi & Martyris. *Molani auctarium ſic etiam breviter eodem die:* In Mechlinia, S. Rumoldi Epiſcopi & Martyris. *Sic codices illi ad* XXIV *Junii, nulla regii ſanguinis, nulla archiepiſcopatûs Dublinienſis facta mentione: ut hic non repetam, quod ſupra oſtendi, in vetuſtiori Uſuardo Ultrajectino ſeu Rosweydino, ſeculi* XII, *nullo alio, quam*
B Martyris *titulo decorari, quemadmodum & in Adone Laurentiano Leodii.*

87 *Pro prima Julii ſtant alii Uſuardi auctiores, quorum primus Lovanienſis:* Apud Mechliniam, paſſio S. Rumoldi Martyris, Epiſcopi Duvellenſis (*pro quo in edito irrepſit* Dunellenſis) filii Regis Scotiæ. *Ampliori elogio Sanctum decorat editio Lubeco-Colonienſis, quæ Mechlinienſem Legendam integram non vidit. Hæc ejus ſunt verba:* In Brabantia, civitate Mechlinia, ſancti Rumoldi Epiſcopi Hiberniæ & Martyris, filii Regis Scotiæ; qui licet ipſo die natalis præcurſoris Domini paſſus ſit, ejus tamen ſolennitas hîc feſtive peragitur. *Grevenus item in ſuis auctariis:* In Brabantia, S. Rumoldi Epiſcopi Hiberniæ & Martyris, qui paſſus eſt quidem VIII Kalend. Julii, ſed ejus celebritas hîc feſtivius recolitur. *Sequitur Molanus ampliori hoc die oratione, ex Uſuardo aliquo auctiori, Mechlinienſium aliquando proprio:* Mechliniæ, paſſio S. Rumoldi glorioſiſſimi Martyris atque pontificis, Scotorum Regis filii, ſignis & doctrina mirabilis. Qui regalis celſitudinis ſolium, & pontificalis dignitatis reſpuens honorem, Machliniam petiit, ſibi divinitus revelatam, quam VIII Kalend. Julii conſecravit martyrio: ſed quia eâdem die ſanctiſſimi Baptiſtæ & præcurſoris Domini celebratur nativitas, Romanus Pontifex Alexander IV, paſſionem noſtri Martyris in nativitatis prædictæ Octavis inſtituit ſolennizari.
C

88 *Hoc certatim ſecuti ſunt Martyrologi recentiores, ſive monaſtici, ſive alii. Incipio à Maurolyco, ſic corrupte ſcribente* XXIV *Junii:* Maclinii, S. Romoaldi Epiſcopi & Martyris. *Galeſinus eodem die nomen deformavit, at I Julii, quo eum Maurolycus non memorat, Molani veſtigiis inſtitit, quemadmodum & Caniſius. Ghinius autem, ſic bos bovem ſecutus eſt, Molani Indiculum conſuluit, ex quo encomium infra dabimus. Idem fere factitarunt Bucelinus, Sauſſayus & alii, quos hîc deſcribere ſupervacaneum eſt. Brevius agit Menardus, at quocumque ſtylo utantur neoterici iſti omnes, uti & Angelicanum, aliaque elogia à Vardæo congeſta, aut quæ in Scoticis Dempſteri & Camerarii circumferuntur, fontem indigitant unde ſua hauſerint, nec centies multiplicati plus habent auctoritatis, quam ex prægreſſoribus acceperint. Sufficiat Martyrologium Romanum:* Machliniæ, paſſio S. Rumoldi Martyris, Scotorum Regis filii, & Epiſcopi Dublinenſis. *In notis nihil addit Baronius, quod non melius aliunde illuſtretur: mihi præ ceteris ſemper placuit brevis ejus in Annalibus, ſelecta integraque narratio ad annum 775 num.* 11: Hoc eodem anno martyrio coronatur apud Machliniam in Belgio ſanctus Rumoldus, Apoſtolicus vir, genere Hibernus: qui Romam petens, & à PONTIFICE APOSTOLATUS MUNERE INITIATUS, Machliniani veniens illic Euangelium prædicavit, populumque illum ad Chriſtum convertit. Cumque Dei verbo & egregio virtutum exemplo, atque miraculis ex novis palmitibus illam plantaſſet eccleſiam, eamdem fuſo ſanguine irrigavit.
D

89 *Non potuit Baronius brevius, ſimplicius, nitidius & circumſpectius, rem totam complecti: nam excepta ſola voce* Hibernus, *nihil eſt quod in controverſiam vocari à quoquam poſſit; neque vero de Sancti patria diſceptare multum mihi lubuit. Id modo unice verſandum, ut ſtabilitum olim* S. Rumoldi *cultum, conſtantiſſima Mechlinienſium pietate accreviſſe demonſtremus, quod ex dicendis de elevationibus, tranſlationibus, oſtenſionibus &c. magis magiſque ſubinde eluceſcet Locum hic proprium habeat Molani Indiculus Sanctorum Belgii, ultimæ Uſuardi editioni adjectus, quem ipſi auctori tuto adſcribendum puto, utpote cujus dedicatoria notat annum* 1573, *cum Natales Sanctorum Belgii anno primum* 1595 *vulgati, ex ejus ſchedis collecti tantummodo ſint, teſte Miræo, codice Donationum piarum pag.* 85, *his verbis:* Natales namque Sanctorum Belgii, qui nunc exſtant, non ab ipſo Molano, ſed à Petro Lovio, ex ſchedis Molani, in ordinem ſunt digeſti atque editi, juſſu Henrici Cuquii, tunc Lovanienſis Academiæ Cancellarii, poſt Ruræmundenſis Epiſcopi, me Lovanii in ſtudiis theologicis tunc agente. *Hæc ex incidenti notata ſint: jam ex ipſo Molani Indiculo Rumoldiana excerpemus, quæ licet parum differant ab iis, quæ in Natalibus traduntur, nihilominus hîc inſerenda fuere, ut pateat, quos rivulos, deſerto fonte, ſecutus fuerit Molanus, ſatis accuratus alioquin hujuſmodi rerum explorator.*
E

90 *Neque ei vitio vertimus, quod Mechlinienſium traditionibus dicam, an Legendis recentioribus, non ſatis à ſe examinatis, impenſius faverit, à Domynſio, niſi multum fallor, inſtructus; ſic tamen, ut prima Uſuardi ſui editione non fuerit auſus in textu Martyrologii ponere* Dublinum, *ſed ſolum in margine de ſuo adjicere, quo ſatis oſtendit, rem illam recentioris ævi eſſe, neque in ullis aliis Martyrologiis, neque in manuſcriptis à ſe conſultis,* Cartuſiano Zeelemenſi & Rubeæ vallis., *repertam fuiſſe. Et vero liquet ex ſupra citatis omnibus, non alium ei titulum in Martyrologiis purioribus adſcribi, quam* Epiſcopi & Martyris, *vel* Epiſcopi Hiberniæ, *quod opinioni noſtræ omnimode congruit, ut inde etiam merito conjicias, accepta eſſe verba illa omnia ex Mechlinienſium conſtanti ſententia, ſeculo ſaltem* XIII *plane recepta. Solus codex Lovanienſis ſcripſit* Epiſcopi Duvellenſis, *quod non aliunde habuit, quam ex Legendis illis Mss. Anonymi Mechlinienſis, de quibus vide ſupra* § 3, 4 & 5. *Baronius in recenſione Martyrologii Romani Molanum deſcripſit, notula marginali in textum tranſlata, unde ibi legitur* Epiſcopi Dublinenſis, *non* Archiepiſcopi. *Verum in Annalibus, ex puriori ſcaturigine de ſuo loquens, à titulis regiis & epicopatu Dublinienſi prudentius abſtinuit, eo inſigni elogio contentus, quo ſincerius & certius dari*
F

non

Inſigne Baronii de Sancto elogium.

Molanus in Indiculo

ni probant Uſuardi auctiores;

quibus alii acceſſere.

A *non posse, supra monuimus. En modo Molani verba ex Indiculo.*

nonnulla popularia miscuit,

91 Sanctus Rumoldus Archiepiscopus & Martyr, ex ea parte Scotiæ, quæ hodie Hibernia dicitur, desertis patria, parentibus, nobilitate & archiepiscopatu Dublinensi, Romam ivit, & inde, habita Pontificis benedictione, juxta angeli apparitionem eò pervenit, ubi Scaldis fluvius in mare se exonerat, naturaque, Juxta Lunæ curriculum labitur ac perfluit. Hoc est, ad Mechliniam; ubi sic fidei rudimenta plantavit, ut merito Mechlinienſium Apostolus habeatur. Susceptus est ibi benigne ab Adone Comite, ejusque conjuge, quorum prolem S. Libertum baptizavit & in sanctitate erudivit; ac clericis regulariter viventibus præposuit. Sed anno DCCLXXV, in feriis Baptistæ, duo sicarii secure dirum vulnus capiti inflixerunt, unde mox Martyr migravit. Unus ad hoc facinus impellebatur cupidine auri; alter, quia à præsule de adulterio erat reprehensus. Natalis celebratur Mechliniæ, Calendis Julii, ubi thecam habet argenteam &
B valde sumptuosam, cui parem in his regionibus non reperias: eumdemque locum multis miraculis, & non raro victoriâ contra hostes decoravit. Est autem Mechlinia unica civitas in patria Mechlinienſi: æqualiter distans à primariis Brabantiæ urbibus, Lovanio, Bruxella & Antverpia. Dicitur etiam Machlinia, & à Gallis Malina. Quæ vox nunc extra usum est in Latino sermone; aliquando tamen tritissima fuit, quando etiam Lyra, oppidum vicinum, Ledo nominabatur. Ledo autem & Malina leguntur pro maris recessu & accessu apud Augustinum libro 1 de mirabilibus S. Scripturæ cap. 7 & alibi. Unde à maris fluxu, hæc nomina indita esse supradictis oppidis, annotatum est ante annos trecentos in historiis Rumoldi & Gummari. Est autem Rumoldi festum, ex constitutione primæ Synodi Mechlinienſis duplex per diœcesim, novem lectionum per provinciam.

à Miræo prudentius rescissa,

92 *In Natalibus præfigitur elogium, quod ex Molani Usuardo supra dedimus; Indiculi textus contrahitur, omisso parergo de Malina & Ledone: ad calcem autem primum prodit translatio Steinockeſeelana, de qua in antiquioribus nec verbum*
C *hactenus reperi. Ne ergo ad nauseam eadem repetantur, illâ transcribenda non putavimus. Neque vero Molani aut Lovii auctoritas huc quidquam conferre potest, nisi monumenta producant, quæ tali fide nitantur, ut prudens quisque rerum æstimator eis possit acquiescere. Rem paulo attentius perpendisse videtur in Fastis suis Belgicis Cl. Miræus, nonnulla ex prædictis rescindens, quæ non satis certa, saltem controversiæ obnoxia esse animadvertit; poterat & regiam stirpem omittere, si singula otiosius scrutatus fuisset. Sic incipit:* Rumoldus regia stirpe apud Scotos natus, patria relicta, Christi ministerium caducis rebus omnibus sibi anteponendum putavit. Romam igitur, perfectionis studio, & ut Apostolorum limina viseret, profectus est. In itinere existens, nullam prædicandi verbi Dei occasionem prætermisit. Romæ constitutus, Apostolorum & Martyrum memorias indesinenter frequentans, multis osculis & lacrymis eas complectebatur, & bellatorum Christi certamina animo suo ita repræsentabat, ut totus in martyrii desiderium raperetur.

93 Sed divinitus ut in Galliæ partes descenderet admonitus, pontificis obtenta benedictione, Machliniam venit. Ibi ab Adone Comite perbenigne exceptus, non multo post ipsius conjugi Elizæ, fusa oratione, fœcunditatem prædixit *&c.* Rumoldus vero orthodoxam fidem Machliniæ & vicinis in locis tanto studio tantoque proventu plantavit, ut Machlinienſium Apostolus merito habeatur. Hunc igitur, strenue prædicationis obeuntem munus, sicarii duo *&c.* Corpus ejus sicarii, ut crimen celarent, in aquam demerserunt; sed divino desuper radiante lumine, per Adonem Comitem aquis extractum, in Machlinienſi urbe conditum fuit, ubi hodieque sacra ejus ossa adservantur, in illustri sui nominis basilica, quam Notgerus Episcopus Leodiensis circa annum 1000 Canonicorum XII collegio auxit, & Paulus IV Papa anno MDLIX sede Metropolitana nobilitavit. *Sequitur Balderici textus, de quo satis alibi. Tum:* Ceterum cujus loci Episcopus fuerit Rumoldus, ante suum ad Belgas adventum, merito quis quærat: Hiberni, juxta Romani Martyrologii tabulas nuncupant illum, DUBLINIENSEM in Hibernia Antistitem. Scotus aliquis fortasse dixerit, ipsum DUMBLANENSEM in Scotia Episcopum fuisse. Hoc scio, Archiepiscopos Mechlinienses, insignia sua gentilitia cum insignibus regni Scotiæ mixta, uno in scuto gestare, in honorem & memo- E
riam patroni sui, natione Scoti.

AUCTORE J.B.S. *de gente & episcopatûs loco*

merito dubitante: quæ occasione

94 *Recte hîc observavit Miræus, nec de episcopatus loco, nec de gente, satis certo constare. Illud curiosioris disquisitionis adjecit, quis demum Archiepiscopis & Capitulo auctor esse potuerit, insignia regni Scotiæ Mechliniam accersendi post medium seculi XVI? An, quod antea Capitulum ignoraverit, patronum suum Scotum fuisse? Imo per id tempus pro Hiberno habitus est, ac Sedis Dublinienſis Archiepiscopus à Domynsio declaratus. Implexum plane negotium. Fruſtra ego quæsivi hactenus veram ejus rei causam, quæ, nisi fallor, ab ipso Domynsio repetenda erit, dum in toties citata Sancti vita* insignia D. Rumoldi, *nescio ubi terrarum reperta, expressit in hunc modum.* F

S. Rumoldi insignia.



AUCTORE J. B. S.

Hæc Mechliniæ ante Domynſium ignota fuiſſe ſatis probare videtur relatum præcedenti proxim parographo ſigillum Decani & Capituli, quale ibi in uſu fuiſſe oſtendimus, antequam eccleſia ad metropolim eveheretur. Apello rurſus Mechlinienſia apud Cuyperum diplomata, inter quæ pro anno 1599 refertur Sigillum hujuſmodi, hodieque uſitatum.

Modernum Capituli ſigillum.



B *Vides hic ſigillum novum, diverſum à priori, grandius, elegantius, atque inſignibus Scoticis, ſeu partim Domynſio-Rumoldianis exornatum, cujus mutationis nulla alia ratio afferri poterit, quam quod Capitulum tunc Metropolitanum, Archipreſules ſuos imitari voluerit, quibus ego prædictum Domynſium exiſtimo præluxiſſe, in operis ſui fronte ſcutum gentilitium Cardinalis Granvellani cum Scoticis illis inſignibus mixtum, repræſentantem, niſi id prius factum oſtendas à Granvellano ipſo, ea, quam notabat Mireus, de cauſa, nempe* in honorem Patroni ſui natione Scoti. *Nodum melius ſolvat, qui poteſt. utcumque ceciderit, in Vita Domynſiana primi iſtius Archiepiſcopi ſcutum ſic relatum invenio.*

& Granvellani ſcutum exhibentur. C



Exemplum ſecutus eſt Granvellani ſucceſſor Hanchinus, ut vide § 16. Secutus eſt Hovius, ſecuti ſunt in nonnullis reſcriptis alii uſque ad Illuſtriſſimum Alphonſum, ſub quo conſuetudinem illam deſiiſſe intelligo. Quo pacto miſceantur Archiepiſcoporum ſcuta cum Affligemienſi, huc non pertinet. Digreſſiuncula iſta ſatis diu me detinuit. Ad Sancti cultum redeo.

Marilia Hibernica & Scotica. 95 *Nequid autem de me conqueri poſſint Hiberni aut Scoti, paragraphum hunc, ſatis jam prolixum, concludam eo Martyrologio, quod Vardæus pag. 89, vocat Sanctorum Angliæ, Hiberniæ & Scotiæ, Anglice excuſum & Ms. Romæ in Collegio Anglorum, in quo ad diem* XXIV *Junii &* XXVII *Octobris legitur :* Mechliniæ in Brabantia, paſſio S. Rumoldi Epiſcopi & Martyris, filii Regis Hiberniæ *&c. ut ſupra.* Item ad XXVII Octobris : Mechliniæ in Brabantia, translatio S. Rumoldi Epiſcopi & Martyris, Regis Hiberniæ filii; qui ordinatus Dublinienſis in eodem regno Epiſcopus, devotionis ergo, limina Apoſtolorum Romæ viſitavit, & inde regreſſus in Germaniam inferiorem, primus in Mechlinienſi territorio fidem ſub Adone comite plantavit, illiuſque provinciæ meruit eſſe Apoſtolus. Poſtea in odium Chriſti interemptus fuit à duobus ſicariis an. DCCLXXV. Cujus deinde venerabile corpus translatum eſt Mechliniam, magna cum ſolennitate & veneratione, atque in ſpectabili feretro, ex argento & gemmis diſtincto, aliiſque ornamentis condecorato, reconditum fuit : ad quod diverſa miraculorum ſigna Dominus operatur. Ab Alexandro IV Pontifice maximo relatus eſt in album Sanctorum. *Hactenus ſcriptor, cultum quidem probans, ſed de cetero plura commiſcens, quæ ex dictis dicendiſque plane refelluntur, ut iis diutius immorari ſuperfluum ſit. Cetera proſequamur.*

D

E

§ IX De S. Rumoldi cultu ex antiquis eccleſiaſticis Officiis apud Leodienſes.

Proprium de S. Rumoldo

NOn minima S. Rumoldi *gloria eſt, quod à tribus circiter ſeculis aut eò amplius, in Leodienſi principe eccleſia proprio Officio gaviſus fuerit, quod utrum Mechliniâ eò transvectum ſit; an contra, ibi compoſitum, cum Mechlinienſibus fuerit communicatum; alterum in dubiis rebus problema dicam, an ænigma videri poſſet, cui ſolvendo parem nemo facile reperiret, niſi tam aperta narraret Vardæus, dum fruſtra Officium Mechlinienſe ſe quæſiviſſe teſtatus eſt, atque hodie ingenue faterentur eruditiſſimi viri, poſt rem accurate examinatam, Mechliniæ nullum in uſu fuiſſe unquam proprium de ſancto Patrono eccleſiaſticum Officium, ante illud, quod modo exſtat, ſub Illuſtriſſimo Jacobo Boonen, ex ſupra relatis elogiis, aut potius ex ſcriptis illis, quæ vita Wachtendonckiana auctor potiſſimum conſuluit, vel tunc editioni, paulo poſt ſecutæ, parata habuit, anno 1634 compilatum; unde etiam excerpta lectio unica, quæ pro ſecundo nocturno prima ponitur de Tranſlatione in Steynockeſeel, ad diem* XIX *Octobris, atque item alia,* XXVII *prædicti menſis, de ejuſdem Sancti ex Steynockeſeel Relatione; quæ quam non ſatis clara & plana ſint, infra patebit. Equidem fatebor, me non ſatis intelligere, quî fieri potuerit, ut inter tam illuſtria & magnifica cultûs ac venerationis argumenta, unum illud, proprii in propria eccleſia Officii, deſideratum fuerit. Feſtum Recollectionis ſacrarum reliquiarum, ab impiis iconomachis anno* 1580 *diſperſarum, indubitatis monumentis conſtat, de quibus agemus in decurſu, ut quæque ſuo ordine erunt digerenda.*

F

Leodii olim celebratum eſt:

97 *Certior itaque & antiquior* S. Rumoldi *cultus, qui ab officio eccleſiaſtico petitur, Leodio accerſendus eſt, ubi expreſſiſſimam Miſſæ & Breviarii rationem, non* I *Julii, ſed* XXVII *Octobris habi-*

A *habitam esse, omnino liquet ex iis, quæ in Museo nostro exstant, editionibus : cur autem tali potius die, quam* 1 *Julii, utut operose inquisiverim, necdum satis assequi datum est : nisi fortasse ecclesiæ isti notum fuerit supracitatum Rosweydinum Usuardi Martyrologium, in quo tali die legere potuerit :* Rumoldi Martyris, *vel potius vetustum Adonis apud S. Laurentii codicem secuta fuerit, in quo & eodem die, & eodem titulo colitur. Missale perantiquum in forma, ut vocant, octava, à collegio olim nostro Silvæducensi obtinuimus, sub hoc titulo :* Missale insignis ecclesiæ Leodiensis, *quod* venale reperietur in alma Parisiorum academia, in vico S. Jacobi, ad intersignium pellicani vel sancti Georgii. *Ultima libri facie hæc nota apponitur :* Exactum est inclyta in urbe Parisiaca, Missale hoc insignis ecclesiæ Leodiensis, sumptibus atque expensis Godefridi de Marnef & Wolffgangi Hopylii, anno Domini Salvatorisque mundi MDIX, XXVII Septembris. *Fueritne editio antiquior, incompertum est; neque illud satis constat, ut supra dicebam, quo primum anno Missam de S.* Rumoldo *fecerit præfata ecclesia Leodiensis. At certe non vana conjectura est, seculo* XV *receptam fuisse, fortasse etiam paulo citius, de quo plura disquiB rere, in ea rerum incertitudine supervacaneum judico. Vardæus pag.* 47, *allegat* Missalia antiqua, tam Mss. quam impressa, *ego ex puriori fonte nostro, totam, ut jacet, desumam, ubi prius monuero, binas eo die* XXVII *Octobris Missas ibidem extendi, primam de Vigilia Apostolorum Simonis & Judæ, alteram* de S. Rumoldo Episcopo & Martyre.

98 *Ad Introitum :* Lætabitur justus *&c. integre & plene, uti modo de Martyre legitur. Deinde* Gloria in excelsis *&c. Tum Collecta :* Deus qui intercedente beato Rumoldo, Martyre tuo atque pontifice, labentis fluminis undas tua virtute solidasti, & submersum à mortis nexibus, de profundis aquarum mirabiliter eripuisti : concede propitius, ut ejus intercessione à periculosis hujus seculi fluctibus eripiamur, & ad portum æternæ beatitudinis, te duce, feliciter perducamur. Per Dominum. *Quæ* sola dicitur. *Epistola* : Dedit Dominus confessionem. *Indicatur* commune, *seu de communi Mart. Pont. ut in eo missali ponitur fol.* 5. *Ecclesiastici* C 47. *Grad.* Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso ℣. Vitam petiit & tribuisti ei : longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. ℣. O Martyr, mundi speculum, Rumolde pater præsulum, lapsum revoca populum, ad veræ vitæ statum, qui revocasti parvulum à funere, sub pondere amnis exanimatum.

99 *Sequentia* : Jubilemus salutari nostro, Christo voto pari, pro Sancti memoria : quem decorat sanguis fusus, & virtutum frequens usus, cum cælesti gloria. O Rumolde Martyr sancte, aurem præbe laudi tantæ ; servis patrocinia. Qui liquisti facultates, & regales dignitates, paupertatis gratiâ. Justis fœtum desperatis, à te verbis veritatis, filius promittitur. Idem natum baptizasti, quem post mortem revocasti, flumine dum mergitur. Manum diu dissolutam, mulieris restitutam, tuo scimus munere. Miles, penè suffocatus turbâ dæmonum, curatus, per te cœpit vivere. Capta tristis, dum caulatur, frigus nescit, sed velatur, veste nondum habita. Non est leve declarare, quos & quantos decorare, solent tua merita. Ergo consors angelorum, sis patronus servulorum, in Christi præsentia. Et adjutos tua prece, muni à perenni nece, impetrata venia. Amen. AUCTORE J. B. S.

Missa,

in qua Sequentia.

Euangelium : Sint lumbi vestri. *In communi fol.* 12 ; *quod est Confessorum. Offertorium :* Posuisti Domine in capite ejus coronam de lapide pretioso ; vitam petiit à te & tribuisti ei, alleluia. *Secreta* : Oblatis, Domine, placare muneribus ; & intercedente beato Martyre tuo atque pontifice Rumoldo, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum. *Communio :* Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum, Domine. *Complenda :* Quæsumus, omnipotens Deus, ut qui cælestia alimenta percepimus ; intercedente beato Martyre tuo atque pontifice, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum. *Euangelium*, Sint lumbi *&c.*

100 *Sequitur apud Vardæum*, Officium ecclesiasticum S. Rumoldi ex Breviario Leodiensis diœcesis impresso. *Non video cur impressionis annum adscribere neglexerit. Apud nos exstant editiones tres diversæ, quarum prima hunc titulum præfert :* Breviarii Leodiensis pars hiemalis, ab æstivali apte distincta, & ad præcipuam ac antehac non visam completionis lineam redacta ; atque in alma Parisiorum academia, opera atque diligentia Wolffgangi Hopylii impressa anno Domini MCCCCCVI, ultima Julii. *Item alia :* Breviarium sacræ Leodiensis ecclesiæ, nova officia plurimorum Sanctorum complectens.... nuperrime, hoc anno, ab incarnatione Verbi MDXX, Parisiis efformatum. *Priores hæ duæ editiones litteris Teutonicis, vulgo Gothicis excusæ sunt, tertia purioribus Romanis, sed deest prima facies. In ultima pagina :* Impressum typis Joannis Latii anno MDLVIII. *Hæ omnes in referendo* S. Rumoldi *Officio consimiles sunt, atque ex earum aliqua, sua excerpserit laudatus Vardæus, omissis lectionibus, quas ego non censui prætereundas. Habe igitur jam sæpe dictum Officium ex integro transumptum.* *Ex antiquis Breviariis* E

101 *Die* XXVII *Octobris. In primis Vesperis, Antiph.* Triumphanti concordando militans Ecclesia, læta colat exultando, Rumoldi solennia. *Psalmi unius Martyris. Ant.* Sidus ortum in Scotorum regione nobile, lumen in F Brabantinorum terra dat mirabile. *Ant.* In Machlinia (*an non* Malina ?) Lux virtute refulsit prævalida, ubi facta statione, liquefecit gelida. *Ant.* Sed ibidem lux eclipsim passa, sole clarius relucescit, non passura defectum amplius. *Ant.* Crebris namque per Rumoldum signis floret populus ; sed & terra, quem patronum recipit divinitus. *Hymnus* ; Aulæ cælestis laudemus consulem, dilectum Christi Rumoldum præsulem, quem Dei nutu felix Machlinia fovit exulem. In qua defunctum orans sucitavit, quam operibus sanctis decoravit ; & eam fuso cruore proprio sanctificavit. Ibi Martyris corpus reconditur, supplicantium languor repellitur, si languentium pia devotio fide nititur. Laudemus ergo cum jocunditate, virum præclarum mira sanctitate, ut cum eodem perenni fruamur solennitate. Præstet hoc nobis beata Trinitas, & indivisa ejusdem unitas, ut sempiterna nobis paradisi detur amœnitas. Amen. *Resp.* O præclarum sidus, rarum nesciens solatium, desperatis sospitatis, dansque vitæ spatium : cæcis viam, harmoniam surdis, *antiphonæ propriæ ad Vesperas*

AUCTORE J. B. S.

furdis, mœſtis gaudium; & languorum diverſorum relevans ſupplicium. *Vers.* Cæli vernans in roſeto, divo madet rore, contemplando vultu læto, regem in decore. Et. *Vers.* Ora pro nobis. *Ad Magnificat.* Gratuletur & lætetur, quidquid orbis continetur, in figura ſphærica: laus Rumoldo prædicetur, quem laudando veneratur nobiſcum plebs cælica. *Collecta.* Deus qui intercedente.

Invitatorium proprium,

102 *Invitatorium.* Exultando jubilemus Chriſto roſæ Martyrum, qui Rumoldum in roſarum vexit hortum floridum. *Venite. In* 1 *Nocl. Ant.* Stirpe natus ex ſerena Rumoldus vir inclytus, ad cælorum peramœna ſuſpirat medullitus. *Pſalmi unius Martyris. Ant.* Oriundus ex Scotorum regali proſapia, honeſtate vitam morum ornat ab infantia. *Ant.* Sub tenella mox ætate creſcens ſapientia, vitæ florens ſanctitate ſpernit tranſitoria. *Vers.* Gloria & honore. *Lectio* 1. Divinitatis igitur ſe committens conſilio beatus Rumoldus, compendioſa peregrinatione Italiam reverſus, qua ſe Ap-
B pennini montis dorſo attollit, ſupergreditur, Galliaſque ingreſſus, in eas occidentalium partes ſe diſponit, qua Scaldis fluvius æſtum maris in Ruparam uſque remittit, locum incolæ Mechliniam, propter maris malinam, quæ certis temporibus, cum corniculantis lunæ conſonantia, nunc acceſſum nunc receſſum faciunt, nec ultra quam ad hujus loci fretum, damna vel lucra commutant. *Reſp.* Plebs Rumoldum veneretur, pia cujus moduletur laudes pleno pectore. Vita cujus & doctrina quondam floruit Machlinia, nunc dotata corpore. Erectus namque virtutum culmine, ut ſol emicuit plebis in agmine. Vita.

item antiphona omnes;

103 *Lectio* 11. Nobilium quidam, Ado nomine, comitatum regebat, cum æque moribus & genere nobili conjuge; ambo religioſi, ambo ante Deum florentes caſtitate conjugali, ut antiquos illos Abraham & Saram eſſe putares, præterquam Iſaac tertius aberat. *Reſp.* Hic eſt prudens & fidelis Jacob, formam ob Rachelis, parentes & patriam derelinquens, ad aſpectum Dei tendit per deſpectum ſpernens ignominiam. *Vers.* Genus & delicias, culmen præſulatus, regales divitias calcat vir ſacratus. Spernens. *Lectio* 111. Hi ſolita religione virum Dei mox viſum invitant, hoſpi-
C tio inducunt, convivio participant, ad commanendum poſtulant & impetrant: felices tali hoſpite, ad cujus ingreſſum divina jocundati ſunt benedictione. *Reſp.* Archipræſulatûs functus officio, honorem reſpuens non onus: ſolio relicto gloriæ, latet exilio. *Vers.* Corpus domans, calcat ſupplicia, carnis in ſe trucidans vitia. Solio.

lectiones IX *ex Theodorico,*

104 *In* 11 *Nocl. Ant.* Ortu clarus generoſo, virtute præclarior, in aſpectu gratioſo cunctis amabilior. *Ant.* In virtutem de virtute tendens vir amabilis, ſedem, Deo concedente, ſcandit Archipræſulis. *Ant.* In honorem ſublimatus, humilis in gloria, rerum cenſu dilatus, vivit in penuria. Poſuiſti. *Lectio.* 1v. Una enim dierum ſolus & ſine arbitris divinum aliquid dum ageret, tota ſpiritum mente prophetiæ concipiens, manu impoſita orationem præſtat, utriſque benedicens, fœcunditatem pollicetur, ſeipſum compatrem promittit, de nomine prædicit. *Reſp.* Juxta verbum viri Dei, novi velut Eliſæi, fœcundatur ſterilis, cujus natum ſacro lavit fonte demum, quem privavit vitâ curſus fluminis. *Vers.* Parentum itaque Sanctus ſolatium, vitæ reſtituit ſubmerſum filium. Quem. *Lectio* v. Accommodant fidem parentes ſtupidi, certi facilius naturam vinci, quam Rumoldum poſſe mentiri. Fidem efficacia comitatur, & juxta viri Dei dictum, de prius ſterili filius naſcitur; exceptus, homini Dei præſentatur. Ille ſuſceptum baptiſmate abluit, & Libertus nomen imponit. *Reſp.* Hoſtes tandem pietatis, contemptorem copiæ, amatorem vanitatis, cultu ſub inopiæ, æſtimantes, paupertatis virum mactant impie. *Vers.* Sicut rubens roſula cruore proprio, cæli ſublimia petit martyrio. Æſtimantes. *Lectio* v1. Ætas interea uſque ad adoleſcentiam profecerat, & ex pii doctoris magiſterio, dulcis puſio in omnis boni formam coaluerat. Parentes cum ſuis collateralibus [curialibus] exultabant, & de futuro herede quotidie cogitabant. Hujus talis lætitiæ diem maximi mœroris nox obtenebrat, & totam domum caliginoſa nube involvit, & cæcat. *Reſp.* O mirandum prædicandum virum, cujus meritis turba cedit & obedit dæmonum, quæ militis ſitit vitam, jam attritam ab ipſa ſuppliciis. *Vers.* Mox à turba liber qua premitur, ſemivivus ſoſpes efficitur. Quæ.

breviter ac cepta ſunt.

105 *In* 111 *Nocl. Ant.* Solum Deum concupiſcens, deſcendit de gloria, loca tendens ad deſerta, contemnit ſublimia. *Ant.* Tandem ductus in deſerto, ſacro duce Spiritu, ubi nunc Machlinia ſita, quievit à ſtrepitu. *Ant.* Ibi Chriſtum prædicavit, vitæ ſancto merito, ſed & curſum conſummavit felici martyrio. *Vers.* Corona. *Vers.* Magna. *Lectio* v11. Quodam enim dierum puer cum coævis ludos in alvei littore dum meditatur, dumque nimium undæ ripæ credidit, periculum iniit, elapſus ſubmergium facit. Triſti fremitu totum ſtatim littus concutitur, & projectus, qui mergentem extrahat, fruſtra omnis natantium conatus defecit. Captiva [præda] coram oculis abducitur, & abſorpta cameratis undis includitur. *Reſp.* Vetuſtate mulier doloris vexata, manum habens aridam, ſanitate gratâ, per Rumoldi merita, gaudet impetratâ. Chriſti ſervus, Chriſti miraculum vetus, novum facit per meritum. Sanitate. *Lectio* v111. Rumoldus interim aberat, rumor ad parentes uſque intonat, & nihil minus ſuſpicantes irremediabili vulnere tranſverberat. Appenſus præſens dolor cum priori lætitia, præponderat; & quo olim lætiores de recenter nato filio, eo nunc triſtiores de mortui ſubmergio. *Reſp.* Frigoris incommoda dum captiva querulatur, mira res, & tegmina tantum domi meditatur, veſtium ſolatia ſentit, quibus non velatur. *Vers.* Charitatis veſtitus podere, pater pius ſuccurrit miſeræ. Veſtium. *Lectio* 1x. Nihil enim ſine dolore amittitur, niſi quod ſine gaudio poſſidetur. Quid agerent, quo ſe verterent, quid conſilii caperent, non habebant: ſola hæc ſpes, ut quam impetrante [quo prophetante] non habitum acceperant, eo orante, amiſſum recipiant. *Reſp.* Vulpes gallum ſubito rapiens aſtuta; quo canente mulier matutinas tuta, pulſans horologium, ceſſant deſtituta. *Vers.* O prædicandi Rumoldi meritum, reportat vivum vulpes galliculum. Quo. Te Deum. *Vers.* Magna eſt.

106 *Laudes. Ant.* Deo noſtro ſit jocunda decoraque laus; qui munda corda replet gratia;

Propria rursus omnia ad Laudes.

gratia ; qui diviſa maris unda, viam ſuis per profunda, pandit ad cæleſtia. *Ant.* Corda jubilent & ora, decantando cum ſonora voce laudes Martyris ; quem ad bona potiora, hac in die mortis hora, Rex tranſvexit luminis. *Ant.* Felix ſervus & beatus, dignitate non elatus, nec parentum gloria, ab indignis trucidatus, cælos ſcandit laureatus, adepta victoria. *Ant.* Sit hæc dies præſens læta, ſit jocunda ſine meta, qua valle miſeriæ relicta, domoque ſpreta Ægypti, Chriſti athleta regem adit gloriæ. *Ant.* Quod ſitivit contemplatur, contemplando delectatur, delectando fruitur, perfruendo ſatiatur, ſatiatus non gravatur, dum ſitit quo paſcitur. *Hymnus.* Aulæ cæleſtis. *ut ſupra. Ad Benedictus Ant.* Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui degentem ſervulum hîc ſine querelis, vexit ad palatium, ubi demptis velis, videt abſque nubilo, faciem in jubilo regnantis in cælis *In ſecundis veſperis, quæ fiunt de Apoſtolis, pro ſuffragio ſive commemoratione de* S. Rumoldo, *Ant.* O Rumolde
B Dei roſa, qui jam in tam ſpecioſa Regis tabernacula introiſti cum decore, quod ſitiſti, pleno ore guſtans, per te macula peccatorum deleatur, & æternæ conferatur vitæ nobis gloria.

§ X. De eodem S. Rumoldi cultu ex Breviariis Aberdonenſi, & Canonicorum regularium Congregationis Windeſemenſis.

Officium Aberdonenſe in Scotia

HUc uſque *Officium primarium, primum & proprium, quo* S. Rumoldum *olim cultum fuiſſe deprehendere uſpiam potui ; neque de pluribus alibi propriis cogitaſſem, niſi alia hinc inde inveſtigando, in manus incidiſſent bina de Sancto noſtro Officia, alterum manuſcriptum Scoticum eccleſiæ Cathedralis Aberdonenſis, deſumptum ex antiquiori, impreſſo anno* 1509 ; *alterum in Breviario Canonicorum regularium Congregationis Windeſemenſis, ex ea, quæ apud nos exſtat, editione Bruxellenſi Franciſci Foppens, in principio annum præferens* 1672, *in fine autem, annum* 1678. *De Aberdonenſis ætate, ex titulo feremus judicium. Sic habet :* De S. Rumoldo (*in Officii textu legitur Rumaldo*) Epiſcopo Dunelenſi, ſive Dunblanenſi in Scotia, Regis Scotorum filio, Mechlinienſium Apoſtolo ac Patrono, Martyre. Ex Breviario Aberdonenſis civitatis Cathedralis eccleſiæ, quondam membraneo, jam Edimburgi excuſo, regnante Jacobo IV Rege, anno Domini MDIX. *Mitto hîc obſervationes, quæ fieri poſſent ſuper epiſcopatu* Dunelenſi ſive Dunblanenſi, *de iis enim ſæpe teſtatus ſum, nolle me diſceptare : obvium cuique, animadvertere, non ita exarmatos eſſe Scotos, ut vel hoc tempore pro* S. Rumoldo *ſibi vendicando decertare deſinant. Nobis ſatis eſt, ex præfato titulo colligere, Officium iſtud Aberdonenſe, non eſſe poſterius ſeculo* XV, *quo potiſſimum* S. Rumoldi *fama & gloria quaquaverſum divulgata eſt. Exſtat apud nos alia collectio Sanctorum Scotiæ, cui male præfigitur in titulo, quod floruerit* S. Rumoldus ſub Conſtantino Pogonato anno 670 ; *in reliquis tamen cum priori convenit.*

108 *Quis Antiphonas & Lectiones ordinaverit, fugio diſquirere, cum de eo certi nihil reperiri poſſe videatur : illud tuto dixerim, Officii iſtius concinnatori præluxiſſe Legendam iſtam manuſcriptam, Domynſiana antiquiorem, quæ ſub nomine Tungrenſis, Ultrajectinæ & Rubeæ vallis circumfertur, expenſa à nobis ſupra* § 5. *Probant hoc Antiphonæ aliquot, non ex integro Leodienſi, ſed veroſimilius inde excerptæ, unde & lectiones profectæ ſunt, pro compilatoris arbitrio deductæ ; ubi Leodienſes purum putum Theodericum auctorem habent. Caret etiam Aberdonenſe Officium reſponſoriis, nonnullis Antiphonis, aliiſque, quemadmodum paragraphum proxime præcedentem cum hoc conferenti, ad oculum patebit. Poteram equidem lectionibus iis deſcribendis ſuperſedere, contentus fontem indigitaſſe unde promanarunt ; at cum non mea, ſed monumentorum qualicumque fide ſubſiſtere velim, quæ de* S. Rumoldi *gloria non oſcitanter collegi, totum ipſum Officium hîc inſerere non piguit. Notandum ſupereſt, in eccleſia Aberdonenſi feſtum* S. Rumoldi *celebrari* 1 *Julii, uti notavit is, qui hanc clauſulam appoſuit :* F. Alexander Kennetus Aberdonenſis Scotus, Ordinis Seraphici perimmeritus religioſus curavit ſcribi. *Sic incipit ſæpe dictum Officium.*

Auctore J. B. S. ex Legenda Ms compoſitum eſt,

E *ut docent antiphonæ ad Veſperas*

109 Antiphona ad Magnificat in primis Veſperis : Stirpe natus ex ſerena Rumaldus vir inclytus ; ad cælorum peramæna ſuſpirat medullitus : oriundus ex Scotia, regali proſapia, honeſtate vitam morum ornat ab infantia. ORATIO. Deus, qui intercedente B. Rumaldo Martyre tuo atque pontifice, fluminum labentium undas tua virtute ſolidaſti, & triduo ſubmerſo, à mortis nexibus de aquarum humore eripuiſti : da, quæſumus, ejuſdem interventu, nobis de morte ad vitam transferri ſempiternam.

LECTIO I. In regno Scotiæ Rex quidam nomine David, qui civitatem Bervici inclytam pro nunc cohabitabat. Hic conjugem nobilem, Cæciliam nomine, illuſtris Regis Siciliæ filiam duxit in uxorem ; qui ſimul ut conjuges diu cohabitarunt, ſeſe mutuo diligentes, ſed ferventius omnipotenti Deo gratias invicem referentes in ſemine ſuo. Tu autem &c.

LECTIO II. Qui cum ſacri baptiſmatis unda regenerati fuerint, vitam ſuam ſancte, in omni doctrina Dei, duxerunt. Hi cum non haberent prolem, quam hæredem futuram in regno Scotiæ exſpectarent, omnipotenti Deo preces pro hærede nocte ac die fundere non ceſſarunt. Tu autem &c. F

LECTIO III. Ad quemdam igitur magnæ ſanctitatis & religionis virum, Wallaferum nomine, pro tunc Dunelenſis eccleſiæ Epiſcopum, [recurrunt] cujus viri ſanctitas per omne regnum Scotiæ divinitus erat divulgata. Hunc rogaverunt, ut omnipotentem Deum orare dignaretur, quatenus eis prolem, in dicto ſuo regno ſucceſſorem, concederet. Tu autem &c.

& lectiones omnes

110 LECTIO IV. Dictus Epiſcopus eorumdem acquieſcens precibus, invicem Rege & Regina in orationibus ſeſe proſternunt : quo in loco tale à Domino angelicum receperunt reſponſum : Prolem nobilem, non ſolum membris decoram, verum virtutibus illuſtratam, ſuſcepturam habes, in qua Deo beneplacitum fieret, & per quam magna populi multitudo converteretur ad Dominum. Tu autem &c.

LECTIO V. Demum juxta divinum oraculum Regina concepit, ac miræ pulchritudinis filium inde peperit. Unde parentes non modicum

AUCTORE J. B. S.

dium gavisi, Episcopum prædictum devote exoraverunt, ut hunc eorum filium sanctis suis manibus baptizaret: qui eisdem exhortationibus annuens, eumdem filium suum, in nomine Domini, nomen imponendo Rumaldum, divinitus baptizavit. Tu autem &c.

Lectio vi. Qui quidem deinceps tenerrimè nutritus, Spiritus sancti gratia repletus, in quinto ætatis suæ anno, præfato Episcopo scientiis & moribus traditur educandus. Qui bonæ indolis, sub eodem patre, viro famosissimo, scientiarum sapientiæque & virtutum pocula, cum summa diligentia, & ferventi corde suscepit. Puer autem Rumaldus, juxta præceptum Domini parentibus obediens, ad paternum regium venit palatium; sed omnes divitias regales, omnesque mundi pompas & honores caducos reputavit, & tamquam animæ suæ contrarios respuit. Tu autem &c.

indidem desumpta,

III Lectio vii. Hisque omnibus spretis, sese humiliando in ecclesia & regia capella, die nocteque devotis in orationibus jacuit prostratus. Omnia quæ sibi dabantur, pauperibus & egentibus distribuit, debiles, infirmos, ac captivos visitavit, operaque misericordiæ juxta Domini præceptum, diligenter adimplevit. Quare in ejus laudem, devotis canimus vocibus: Sub tenella mox ætate crescens sapientia, vitæ florens sanctitate, spernit transitoria. Tu autem &c.

B

Lectio viii Deinde beati viri meritis, insula pontificali decoratus, in superioribus partibus Galliæ, dum ibidem sermonem populo faceret, leprosus quidam ab eo petiit eleemosynam, licet gentilis fuerat. Cui Rumaldus respondit: Terrenam eleemosynam, quia aurum neque argentum, unde tibi dem, non habeo; sed spiritualem, & hoc quod mihi est, tibi do: quare in nomine Domini Jesu Christi, velocius tibi dico surge, & de loco, in quo sedes, tete erige; crede in Deum & à tua curaberis lepra. Et hoc verbo continuo resurrexit & restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, credidit que & baptisatus est. Perducto autem eo Romam, à Romano Pontifice tunc benigne receptus est. Tu autem &c.

C

Lectio ix. Regressus autem à Romana civitate, per Lombardiam venit; ubi varios languores & dolentes pro auxilio suarum infirmitatum reperit. Vir itaque S. Rumaldus intelligens, quod à dæmonio vexati erant, prece fusa primitus, devota oratione nomen Domini nostri Jesu Christi invocando, dæmonium illud exivit, apprehendensque manus infirmorum, statim sanitati restituti sunt. Tandem per Galliam rediens, Machliniam venit, ubi tunc locus erat multum desertus: ubi post varia & quam admiranda per eumdem virum Dei commissa miracula, subiit pro Christi nomine martyrium, & ibidem requievit in pace beata, infirmis & languidis, in præsens sanitatem hactenus præbens. Tu autem &c.

Respon. antiph. psal. hym. & cap. de communi unius Martyris & pontificis.

& quæ ad Laudes propria sunt.

112 *Sequuntur antiphonæ ad Laudes ex Legenda Ms. dispositæ, quæ in Officio Leodiensi responsoriis serviunt; ut supra recte dixerim; Officii hujus compilatorem, proprium Leodiense numquam vidisse. Capitulum est*, Omnis pontifex. *Hymnus*, Deus tuorum militum *&c. Sic ad Benedictus & ad Magnificat in secundis Vesperis, à Leodiensi differunt omnia, ex prædictis responsoriis, imo ex citatis Actis descripta. In præmissis lectionibus hiatus multi, truncatæ, imperfectæ & distortæ periodi passim occurrunt, quas corrigere aut restituere non placuit, ut auctoris peritia & industria magis pateseant, qui totas septem priores lectiones in enarrandis vitæ primordiis impendit, neglectis per incuriam certioribus Sancti gestis, quæ plane ignorasse videtur. Multo politiores sunt ternæ lectiones Windesemenses, non ex Ms. Legenda, sed ex Domynsio contractæ, nonnullis correctis aut præteritis, quæ scriptori displicuere, eoque imprimis, quod* S. Rumoldum, *Archiepiscopum vocandum non censuerit. Determinatum tempus definire, quo apud Canonicos regulares Windesemenses celebrari cœperit festum* S. Rumoldi, *integrum mihi non est; id nihilominus certum statuo, hodiernas eorum lectiones Domynsio antiquiores non esse, adeoque post annum* 1569, *verosimiliter elapso proxime seculo, ad exemplum Mechlinienssium primum adoptatas. Veram fuisse conjecturam meam, probavit subsecuta informatio R. A. & Erud. D. Canonici & Scholastici, Nicolai Slaets, ex qua intellexi, anno primum* 1655 *coli cœpisse* S. Rumoldum *à laudatis Canonicis Windesemensibus. Juverit & hoc Officium oculis subjicere, in quo Sanctus noster Canonicis regularibus accensetur.*

D

E

113 Festa Julii. Die tertia Julii. In festo S. Rumoldi Episc. & Mart. Can. Reg. Dupl. fuit prima hujus. Omnia de communi unius Martyris, præter ea quæ sequuntur. In primis Vesperis Commemor. tantum habet, & fit Comm. Octav. SS. Apostolorum. *Hactenus rubricæ; tum ponitur hæc* Oratio: Majestati tuæ nos quæsumus, Domine, beati Rumoldi Martyris tui atque pontificis supplicatio veneranda conciliet: ut qui incessanter pro nostra fragilitate delinquimus; assiduis ejus precibus expiemur. *Aliæ rubricæ notant, lectiones primi nocturni sumi de scriptura occurrente; tum pro secundo nocturno:*

Canonic. reg. Windesemenses

Lectio iv. Cum David Scotorum Rex, nulla jam prolis spe teneretur, precibus Dublinensis Antistitis filium impetravit, & eodem momento, in lucem editus Rumoldi nomen accepit. Puer egregia præditus indole, ab ipsis incunabulis ter in hebdomada à maternis uberibus abstinebat, quam abstinentiam usque ad vitæ extremum observavit. Sub Dublinensi præsule usque ad annum quintum decimum artium disciplinâ mirificè imbutus, à patre ad regiam aulam revocatur; ubi precationibus, eleemosynis, & ceteris pietatis operibus vacans, angelica visione confortatus, totum se nuditati, paupertati, corporis afflictioni ita devovit, ut regales nuptias & regnum, sibi à parentibus oblatum, constantissime recusaret.

F

ex Domynsio sua accepe-runt,

114 Lectio v. Dublinensi Episcopo defuncto, angelico monitu, in ejus locum, totis licet viribus reluctatus, sufficitur. Inito pontificatu, multos à dæmonum castris ad Christi stipendia traxit, plures à flagitiis ad pœnitentiam perduxit, egentes innumeros & verbis & eleemosynis allevavit. Mortuo patre, superno monente nuncio, regno excessit, & Romam contendens, dignitatem suam in manibus Stephani secundi, summi Pontificis resignavit: hoc unum ab Apostolorum principibus efflagitans, ut suis precibus optatissimam ipsi martyrii lauream obtinerent. Itaque, monitu angeli,

A geli, Brabantiam petens, inter Machliniæ ſilvas & dumeta demoratus, Adoni Archicomiti prolis ſpe deſtituto, ſuis precibus, & ſobolem feliciſſimam impetravit, & eamdem extinctam vitæ reſtituit.

Lectio vi. Ab eo Principe, cum locum in iis regionibus obtinuiſſet, inter ulmorum umbroſa, Canonicorum regularium monaſterium, & divi Stephani ædiculam exſtruxit, Dei miſerantis ope ita ſibi favente, ut licet Hunnis Daniſque, hoſtili furore graſſantibus, circumſtantes regiones, cœnobia, templa, ferro & igne fuerint abſumpta, Rumoldi locus immunis per omnia permaneret. Verum ædem ſacram auguſtiori forma dum exſtrueret, & fabros adiens, ad vitiorum, maxime vero ad adulterii fœditatem evitandam fervidius hortaretur; alter eorum omni libidinis genere corruptiſſimus, ſanctiſſimum virum ſalutaria monentem, infami odio averſatus, eumdem ex inſidiis valido ictu vulneratum occidit, & corpus, facinori obtegendo, in fluvium præterlabentem demerſit. Sed miro quodam lu-
B mine proditum, & expiſcatum, ſummo populorum concurſu & ejulatu in æde ſacra honorifice tumulatum fuit. In vita & poſt mortem, claruit miraculis.

cultu non ita pridem inchoato.

115 *Non erit abs re verbo notaſſe, exſtare apud nos Diurnale antiquum ad cujus calcem legitur:* Conſummatum eſt hoc opus Diurnalis, ſecundum ordinem Canonicorum regularium Capituli Windechinemenſis per honeſtum virum Theodoricum Martini, artis impreſſoriæ magiſtrum in urbe Antwerpienſi anno ſalutis milleſimo quingenteſimo, anno VIII. *In præfato Diurnali nulla* S. Rumoldi *commemoratio, verum inter additamenta manu recentiori exarata, reperitur oratio communis;* Deus qui intercedente *&c. Sic ut facile detur aſſequi, recentioris ævi eſſe non ſolum Officium ſed & Canonicatum* S. Rumoldi, *utpote qui in liberali eo Breviario, ſeculo primùm* XXVII *locum invenerit.*

§ XI. De S. Rumoldi cultu ex recentiori Leodienſium Breviario, item ex Breviario, & picturis Mechlinienſibus.

C

Expuncto apud Leodienſes officio proprio,

Officium Leodienſe antiquum § 9, *ex præcitatis Breviariis ſufficientiſſime probatum eſt; in quo velim obſervari, lectiones omnes ex Theodoriciani encomii medulla, ut ita dicam, ad verbum deſumptas, niſi quod hinc inde vitioſæ ſint; antiphonis, hymnis, verſibus, reſponſoriis, capitulis alium ſtylum redolentibus, rhythmicum nempe poëtæ illius, qui Theodorici oratione panegyrica non contentus, ad multo eminentiora muſam evexit, ſublimia canens de* ſtirpe ſerena, Scotorum regali proſapia, regalibus divitiis, Archipræſulatus officio, *aliiſque hujuſmodi decorationibus, quarum tamen nonnullæ, præſertim in antiphonis Laudum, Sanctis quibuslibet, ſaltem Martyribus applicari commodè poſſunt. Iſtud inſolitum, quod illuſtrior vitæ pars, quæ in ſuſo pro Chriſto ſanguine conſiſtit, præterita ſit. In toto illo ſatis longo Officio, de Dublinio altum ſilentium, utpote cujus appellationis ante Domynſium nulla uſquam exſtat memoria. Sed de his rurſus diſceptare non vacat, neque operoſius inquirere, quo primùm anno è ſupradicto Leodienſi Breviario expunctum fuerit* S. Rumoldi *proprium, nuperrime à nobis deſcriptum; quod factum eſſe inter annum* 1558 *&* 1623, *ex exemplaribus noſtris evidenter conſtat, habemus enim poſteriorem editionem & alteram anni* 1636, *à quibus abſunt omnia, quæ ad* S. Rumoldum *pertinent, præter unicam lectionem, quæ ad* XXVII *Octobris quarta eſt, ſeu ſecundi Nocturni prima. Non arbitror lectori injucundum fore, ſi totum illud officium hîc etiam ſubnectatur, quo apparebit novitas in lectione tametſi breviſſima, ſtylo recentiori Mechlinienſi non nihil adaptata.*

AUCTORE J. B. S.

ſubſtituta eſt hodie unica lectio.

117 *Hic titulus eſt:* Die XXVII Octobris. In feſto S. Rumoldi Epiſcopi & Martyris. Duplex. *Oratio mutatam habet in ultima editione poſteriorem clauſulam, quæ ibi ſic ſonat:* Concede ut ejus meritis, de fluctibus ſeculi hujus erepti, ad æternæ beatitudinis portum feliciter perducamur. *Primi Nocturni lectiones ex hodierno communi deſumendæ ſunt:* A Mileto. *In ſecundo Nocturno, lectio* IV. Rumoldus ex parte Scotiæ, quæ Hibernia dicitur, nobilibus ortus parentibus, ac Dublinienſis Præſul factus, Romam ivit, acceptaque Pontificis benedictione, juxta ſibi factam angeli apparitionem, eò inde pervenit, ubi Scaldis fluvius ad Mechliniam ſe in mare exonerat: ibique E
Chriſti fidem, per S. Lambertum Epiſcopum plantatam, ſic rigavit, ut poſt ipſum Apoſtolus Mechlinienſium habeatur. Qui cum religioni magis ac magis illic propagandæ inſiſteret, tandem à duobus ſicariis, quorum alter à præſule de adulterio reprehendebatur, capite graviter vulneratus, vitam martyrio conſummavit. *Reſp.* Stola jucunditatis. *Lectio* V *&* VI *de ſermone S. Auguſtini Epiſcopi,* Triumphalis beati Martyris, *ut in communi unius Martyris. In* III *Nocturno, homilia in Euangelium* Sint lumbi veſtri præcincti, *ut in communi Confeſſoris non Pontificis. Nona lectio legitur de Euangelio vigiliæ ſanctorum Simonis & Judæ.* Ego ſum vitis vera *&c. Ita poſtrema noſtra editio, ſed in altera anni* 1623, *nona lectio ponitur de Euangelio,* Deſcendens Jeſus de monte. *Hæc non continentur niſi Officia propria Leodienſia, alia poſterior Romano ritui immixta eſt.*

Proprium Mechl. editum eſt an. 1635.

118 *Diximus ſub initium citati paragraphi, nec à Vardæo nec ab alio quoquam reperiri huc uſque potuiſſe qualecumque demum proprium Officium, quod de* S. Rumoldo *celebraverit eccleſia Mechlinienſis, ſive collegiata, ſive Metropolitica, eo antiquius, quod per decretum ſuum præſcripſit Illuſtriſſimus Boonen* XXV *Auguſti anni* 1634, *quodque ex orationis rerumque narratarum ſimili-* F
tudine ab eodem compoſitum judico, qui illam ampliſſimam vitam ultimam quadriennio poſt typis mandavit. Nullum autem vetuſtius fuiſſe Officium, ſatis probare videntur lectiones illæ viginti quatuor Mſs. R. A. D. vande Wiele Archidiaconi, quas Martinium ad Roſweydum miſiſſe paragrapho I *oſtendimus, quæque ad hunc finem, ineunte ſeculo* XVII. *concinnatæ dicuntur, ut obtenta Romana approbatione, per totam* S. Rumoldi *octavam diſtribuerentur. Falli cupio; at donec officium Mechlinienſe, hodierno antiquius, exhibitum fuerit, tamdiu perſuaſum habebo, nullum exſtitiſſe. Quì rem illam accuratius poſtmodum inquiſivit Reverendus admodum & Eruditiſſimus D. Nicolaus Jacobus Slaets, S. T. L. Canonicus Metropoliticus & Scholaſticus, faſſus eſt, in editione Mechlinienſi apud Henricum Jaye anni* 1629, *nihil de* S. Rumoldo *proprium reperiri: lectionibus hodiernis*

AUCTORE J. B. S.

editioni anni 1635 *primum insertis. Notatur quidem* Officium passionis S. Rumoldi cum octava per omnia ut hodie, præterquam quod neque collecta, neque lectiones secundi Nocturni propriæ sint. *Sic item, inquit*, habentur Officia pro festis translationis, relationis & recollectionis reliquiarum, sed omnia sunt de communi. *Interim nequid à nobis desideretur, ex moderno Mechlinienſi proprio ea describemus, quæ de* S. Rumoldo 1° *Julii recitantur, in metropolitana & in diœcesi, sub ritu duplici primæ classis cum octava, ex decreto Synodi provincialis anni* MDLXX *cap.* 4 *de festis. Antverpiæ fit Officium sub ritu semiduplici die* VII *Julii.*

cujus lectiones describuntur.

119 *Lectio* IV. Rumoldus Dublinienſis Archiepiscopus, ex Scotiæ parte, quæ Hibernia nunc dicitur, & ex regia illius gentis stirpe natus, patriâ, parentibus, ac stemmatis successione desertis, Christi ministerium caducis & perituris rebus omnibus sibi putavit præferendum. E patria igitur Romam perfectionis studio, ac ut Apostolorum limina viseret, & religiosa loca præsens veneraretur, profectus est. In itinere constitutus, nullam prædicandi verbi Dei occasionem prætermisit : interdum quoque ubi res postulavit, ad infidelium conversionem miracula adhibuit. Romæ con-
B stitutus, Apostolorum & Martyrum memorias indesinenter frequentans, certamina eorum ita animo suo repræsentavit, ut martyrii incensus ardore, totus in illius desiderium raptus fuerit. *Lectio* V. Sed divinitus, ut in Galliæ partes descenderet, admonitus, obtenta Pontificis benedictione, Mechliniam venit. Ubi ab Adone Comite perbenigne exceptus, non multo post ipsius conjugi fœcunditatem prædixit, & susceptam prolem baptismate initiavit, ac Liberti ei nomen imposuit : quem etiam postea aquis submersum ad vitam revocavit. Hic Libertus Scythis & Danis, ab ora maritima usque ad Agrippinensem Coloniam bello omnia vastantibus, in Hasbaniam, ut periculo se eximeret, profugus, ante ipsam divi Trudonis aram victima Deo immolatus est. *Lectio* VI. Rumoldus vero orthodoxam fidem Mechliniæ & vicinis in locis tanto tamque indefesso studio, tantoque proventu plantavit, ut Mechlinienſium Apostolus merito habeatur. Qui cum religioni magis ac magis illic propagandæ insisteret, tandem à duobus sicariis, quorum alter à Præsule de adulterio reprehendebatur, in
C capite graviter vulneratus, vitam martyrio consummavit. Corpus ejus iidem illi sicarii, ut crimen celarent, in aquam demerserunt : sed divino desuper radiante lumine, ab Adone Comite aquis extractum, in æde divi Stephani conditum, dein ad ecclesiam, quæ nunc metropolitana est, translatum fuit. *In* I. *Nocl. legitur* A Mileto, *in* III. *homil. in Euang.* Si quis vult venire.

Picturæ sacelli S. Rumoldi

120 *Subnecti hîc deberent Officia alia Mechlinienſi metropoli propria, de translatione reliquiarum in Steynockeſeel* XIX *Octobris, de facta inde relatione,* XXVII *Octobris, de sacrarum reliquiarum recollectione,* III *Novembris, quæ, ut verum fatear, non minus ad Sancti cultum pertinent, quam pertineant ea, quæ jam supra hoc & præcedenti paragrapho fusè deducta sunt. At cum hæc proprium locum habitura sint, supereſt implenda tituli noſtri pars ultima, de antiquis Mechlinienſium picturis, in* S. Rumoldi *sacello ferme rotundo, cœmeterii angulum occupante, asser-*
vatis, atque in orbem circumcirca dispositis, quarum tres & viginti enumerat Vardæus pag. 107, *singularum epigraphas èx Belgico latine redditas describens, omniaque tam studiose & minutim observans, ut ex navigatione, ex habitu, ex vestium forma & compositione, pene dicerem & gestibus ipsis colligat, id quod præcipue intendit,* S. Rumoldum *certo certius in Hibernia natum esse. Id vero deplorat maxime, quod vetus aliqua Sancti effigies sepoſita sit, in* ejus *olim* ædicula Mechliniæ appensa, ante aram ejusdem Sancti & sacelli..... In qua S. Rumoldus, filius Regis Hiberniæ expresse & propriis terminis asserebatur. *Querelas mittat Vardæus, jacturam facile compensant picturæ superstites, ex quibus, id quod quærebat, potissimum, se eviciſſe existimat.* D

seculo 15 *antiquiores non sunt,*

121 *Imagines ipsas cum pluribus è Capitulo viris eruditissimis attente contemplatus sum, idque inter alia animadversum, plures in tabella vernacula picturas describi, quam in ædicula appendantur, ea procul dubio de causa, non male à Vardæo notata, quod sacellum, post restaurationem angustius factum, eas non caperet suo ambitu, vel forte perierint aliquæ, ab iconomachis, vel alio casu confractæ aut disruptæ. Supersunt, se recte memini, tres supra viginti, sic ut recte rationem iniisse videatur, qui singularum inscriptiones in Vardæi gratiam transumpsit. De ipsarum ætate aliqua fuit inter nos disceptatio, nonnullis ex characterum Belgicorum ductu, justo vetustiores æstimantibus, verum qui annis trecentis antiquiores pronuntiare auderet ; inventus est nemo. Modus Belgicus effingendi litteras, seculum* XV *nequaquam superat, ego, ut candide dicam, vix eò ætatis pertingere existimo ; neque vero tantam vetustatem præ se ferre picturas, nec magnæ auctoritatis esse, sed ex pictoris arbitrio formatas, brevi patebit. Nihilominus, data & concessa ea ætate, idipsum duntaxat probaretur, quod sæpe insinuavi, nimirum, post primam sacri corporis elevationem vel translationem solentiorem* 1369, *imo multis post annis, ex popularibus traditionibus compositas esse, & nisi multum fallor, successu temporis innovatas. Certe mirari liceat, in sacelli prioris & majoris destructione anni* 1580, *hæreticos iconoclastas ab iis manus abstinuisse, nisi impiorum hominum eo tempore in sacra grassantium metu, tuto loco tempestive absconditæ sint. Non deerunt fortasse, qui suspicentur, nonnullas ex anteriorum memoria restitutas fuisse, & pro scribentis captu appositas picturarum explicationes.* E F

nec satis conformes Legendis.

122 *Utut res habeat, ipsas amplector & veneror, tamquam vera Rumoldiani cultûs & Mechlinienſium erga sanctiſſimum Patronum pietatis argumenta & monumenta, atque adeo singularum epigraphas hîc exhibeo, quarum aliquæ plus dicunt, quam picturæ referant, picturæ vero ipsæ Legendis, quantumvis amplis, non semel adversantur. A prima incipiamus, cui adscriptus titulus sic habet:* S. Rumoldus fidem confirmabat, multos ægros sanabat ex charitate. Pater, è vivis excedens, ipsi consulebat, ut regno & episcopatu se abdicaret. *Prima inscriptionis pars à nullo Legendario traditur : secunda, vel ipsi Domynſiano Anonymo oppoſita est. Id advertens Vardæus, ut nodo cuique paratum habet cuneum, sic poſtremam partem salvare nititur.* Quod vero, *inquit*, in prima imagine scribitur, parentem jam morti vicinum, Rumoldo suasisse abdicationem temporalis & ecclesiastici regiminis atque honoris ; cum oppositum tradant auctores & scripta monumenta, ambiguum est ; nisi de patris devo-

devotione atque pietate præſumpſeris, conſilium ante datum mutaviſſe, quando perſpectam jam ſeculi pereuntis vanitatem & fallaciam, eò evidentius habebat, quò fortius impreſſam inchoandæ jam æternitatis conſiderationem: vel ni malis, ſcripturam flandricam in pluribus vetuſtate abolitam, aliud fortaſſis primitùs, quam jam appareat, ſignificaſſe. *Nos hæc prudentis lectoris judicio relinquimus, cui ſtatim occurret tritum illud:* Pictoribus atque poëtis, quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

123 *Picturæ ſecundæ inſcriptio eſt hujuſmodi:* S. Rumoldus mare tranſmiſit, ut ſingularis Dei amicus, navicula viminibus contexta. Viro in Francia cæco nato viſum reſtituit; plurimi eum quærebant. *Primum, ut Theodoricianum, non reſpuo. Miraculum Francicum eſt poſteriorum Legendarum. Tertium pie ſupponitur.* III. S. Rumoldus reſignato epiſcopatu in manus Domini Stephani Papæ II, operibus pœnitentiæ deinceps ſe dedit. *Malo ego cum Baronio credere, à ſummo Pontifice, quiſcumque is fuerit,* S. Rumoldum apoſtolatûs munere initiatum. *Quod autem tam audacter hîc ſignetur nomen Stephani Papæ* II, non error eſt pictoris, *inquit Vardæus*, vel alterius circa perſonam; ſed uſus ſeu abuſus plurimorum, ſic olim loquentium, atque exiſtimantium, Stephanum reapſe ſecundum, in Paparum ſerie prætereundum, ob brevitatem temporis, quo electioni ſupervixit, quippe intra quatriduum defunctus, & tantilli ſpatii ultimo & penultimo die ſui impos, ut ex Anaſtaſio Bibliothecario narrat Baronius ad annum DCCLII, num. 10. *Quid hîc innuere velit Vardæus, equidem non capio. Fruſtra excuſatur error vel fictio pictoris & aliorum, quibus non magis notus fuit Papa, ad quem acceſſit* S. Rumoldus, *quam annus aut dies nativitatis ejus, vel egreſſus è patria, ad ſuſcipiendam longam illam peregrinationem. At ſingulis picturarum epigraphis excutiendis inhærere non lubet, aliqua eruditorum lectorum conſiderationi relinquenda ſunt. Ad ſequentem properemus.*

Stephanus PP. II. male adducitur.

124 IV. S. Rumoldus martyrium ardenter popoſcit. Reſpondit angelus: Amice Dei lætare; nam exauditus es. Et licentiâ à Papa obtentâ, ei valedixit. Tandem in fine theſaurus requietionis ejus multipliciter benedicitur. *Videatur pictura ipſa, utrum hæc omnia exprimantur.* V. S. Rumoldus appropinquans territorio Mechlinienſi, copioſam multitudinem, ipſo Paraſceves die, invenit petulanter choreas ducentem: mox eis Dominicæ paſſionis lamentabile annuntiat præconium. Comes Adolpus eum ad ſe per internuntios advocavit. VI. Ut propheta prædixit, Eliſam filium parituram, eique fœcunditatis gratiam impertivit, fœcunditatis annos jam ſupergreſſæ. VII. Comitiſſa infantem peperit Libertum nomine, ipſum Rumoldus Mechliniæ heredem baptizavit. VIII. Triduo hunc infantem ſubmerſum, ut reſcivit Sanctus, precibus eum genuflexus, vitæ & incolumitati reſtituit. IX. S. Rumoldus hîc dæmonem expellit: liberatus, ad mortem uſque ſaucius, relinquitur; populus pro eo ad Sanctum intercedit, ut etiam ſanitatem obtineat corporalem. X. S. Rumoldus & S. Gummarus frequenter media via Lyrenſi conveniunt cum crucibus & vexillis eccleſiaſticis: ſcipiones, quos terræ infixerant, frondere cœperunt. XI. S. Rumoldus quemdam operarium ſuorum adulterii arguebat: hic intra ſe cogitans, facile tibi obſiſtam, alium ad necem ejus invitabat. XII. S. Rumoldus pro veritate occubuit, operariorum peccata increpans; ex cælo lumen effulſit ſuper corpus in aquas projectum. XIII. Noluit Deus hoc lumen latere, quod lumen fidei alios docebat. Piſcatores ad corpus appulerunt; illud occultatum invenerunt. Comes vehementer indoluit.

Omnium inſcriptiones

AUCTORE J. B. S.

125 XIV. Hunni, Dani & Nortmanni Mechliniam oppugnabant: S. Rumoldus ut patronus eam defendit. Quidam gallum aurarium attingens, reſupinus cadit. XV. Hæc Nonna navi imponitur; nemo poterat illam à littore movere, donec exoneretur: cæleſti indumento cooperitur. XVI. Nonna quædam diu cuſtos exiſtens, ex galli cujuſdam cantu horas cognoſcebat; is in conſpectu ſororum à vulpe rapitur, & contra naturam vivus ab ea reportatur. XVII. Quodam tempore, graſſantibus gentilibus, corpus defertur in caſtrum quoddam Steynockeſeel: Dominus infirmus ſanatur, & S. Rumoldum bonorum ſuorum ex aſſe ſcribit heredem. XVIII. Quædam femina manum habens aridam, eam ſepulcro ejus inferens, ſanam extraxit: tres obſeſſi libetantur à dæmone. XIX. Langeres ſacerdos diſſolutioris vitæ, bis lumen oculorum amiſit; confidenter Sancti opem implorans, continuo illud recuperat. XX. Mechlinia diuturna obſidione cincta, capitaneus quidam in nomine Domini egrediens, ac coram Sancti clypeo pergerens, obſeſſores omnes in virtute Dei, & auxilio Sancti repulit. XXI. S. Rumoldus Mechliniam multis ac variis liberat periculis: coſta ejus dat benedictionem in conflictu; in memoriam corpus circumfertur multis cum luminaribus. XXII. Patronus eſt mercium exercendarum S. Rumoldus, clientes ſuos terra marique protexit. XXIII. Dignaris quidam [*aliàs*; Helinardus] in venatione lapſus equo interiit; Mechliniam defertur ad ſepulcrum Sancti, & reviviſcit.

ordine refelluntur.

126 *Jam deſcriptarum picturarum epigraphæ, imaginibus ipſis non ſatis cohærentes, Legendis quandoque oppoſitæ, plures numero, quam ſint picturæ ipſæ, aliaque id genus attente obſervata, conjecturis nonnullis anſam dederant, quas eatenus proferre auſus non fueram, debito fundamento deſtitutus, quo eas alicunde firmarem. Dubium erat, num ex Anonymi Belgæ Legenda deſumptæ eſſent inſcriptiones, an potius Legenda ipſa Belgica ad earum normam exacta: Dubium item, an eædem, an aliæ picturæ in antiquo ſacello ſpectabiles fuiſſent; adeoque utrum manus alia poſtmodum non acceſſiſſet: quamdiu autem vita iſta vernacula reperiri non poterat, fruſtra erat in rebus ignotis hariolari. Ubi itaque in manus meas devenit, prima cura fuit, ſolicite inquirere, num in Legenda ipſa iſtiuſmodi inſcriptiones aut epigraphæ non invenirentur. Atque eccum primo ipſo intuitu, in ipſas incurro, obſervoque, opuſculum totum, non in capita, articulos aut paragraphos ſectum eſſe, ſed hinc inde immixtos titulos, idque vel in media, fluente, & incompleta adhuc conſtructione, adeo ut ſæpiſſime orationis ſenſus perturbetur. Sunt autem præfati tituli ſic plane concepti, ut magis picturæ alicui, quam hiſtoriæ conveniant, præpoſita ſemper particula* hîc, *ſeu talis hîc eſt repræſentatio, aëſi in dramate ſpectacula exhiberentur.*

Circa prædictas picturas dubia,

127 *Ut paulo clarius rem perſpicias, opuſculi Belgii*

AUCTORE J. B. S. ex eorum cum iis, quæ in vita Belgica habentur, collatione,

ideam habeto. Libellus eſt ducentarum viginti pagellarum, magno charactere, in exigua forma 12 ſatis legibiliter, quamvis per multas abbreviationes & inutiles rubricas, deſcriptus ab aliqua ſanctimoniali ſorore Anna van Thienen, adjectâ ad calcem hac clauſulâ: ſcriptum anno Domini MDLV, haud dubie ex autographo, quod ſequendum ſuſceperat. Porro pag. 7, conſtructioni necdum perfectæ, ineptiſſime inſeritur hæc periocha: Hîc matrimonio junguntur Rex & Regina Scotiæ; ut facile videas, ſcenam potius eſſe, quam dicendorum epitomen. Pag. 8, æque imperitè turbatur ſenſus: Hîc Rex & Regina ab Archiepiſcopo (*Walafero*) prolem efflagitant. Idem tenor eſt pag. 11: Hîc S. Rumoldus baptizatur. Pag. 16: Hîc angelus Domini S. Rumoldum orationi vacantem alloquitur. Rurſus pag. 19: Hic S. Rumoldum pater & mater ad nuptias pelliciunt. Tum. pag. 26: Hîc revelat angelus, S. Rumoldum conſecrandum eſſe Archiepiſcopum. Pag. 34: Hîc S. Rumoldus ordinatur Archiepiſcopus Duvelenſis. Pag. 38: Hîc S. Rumoldus in ſuo archiepiſcopatu Verbum Dei populo annuntiat.

128 Pag. 40: Hîc præcipit angelus S Rumoldo, è paterno regno diſcedat. Pag. 44: Hîc S. Rumoldus mare trajicit, vectus naviculâ è viminibus contextâ, obductâ corio bubulo, liquatâ pice oblitâ. Pag. 47: Hîc S. Rumoldus ethnicum paralyticum ſanat, eidemque baptiſmi gratiam impertitur. Eâdem ſemper phraſi & ex eodem fonte proceditur. En ſequentia: Pag. 51: Hîc S. Rumoldus annulum epiſcopalem ſummo Pontifici reſignat. Pag. 59: Hîc ab angelo monetur S. Rumoldus, Romam deſerat. Pag. 61: Hîc S. Rumoldus Papæ valedicit, accepta ab eo benedictione. 65: Hîc S. Rumoldus energumenum liberat. Pag. 68: Hîc S. Rumoldus Euangelium prædicat populo in ſolitudine choreas ducenti. Pag. 70: Hîc S. Rumoldus benigne excipitur ab Adone Comite ejuſque conjuge. Pag. 82: Hîc S. Rumoldus filium Comitis ſacris undis abluit, eique Lyberti nomen imponit. Pag. 86: Hîc aquis ſubmergitur Lybertus Comitis filius, & à populo inveſtigatur. Pag. 96: Hîc S. Rumoldus & S. Gummarus pia miſcent colloquia. Pag. 108: Hîc Lybertus aquis educitur precibus ſui ſancti patrini. Pag. 121: Hîc ſerit & plantat S. Rumoldus otii vitandi gratiâ. Pag. 126: Hîc S. Rumoldus, ſacellum exſtrui curat, quod etiamnum Mechliniæ exſtat. Pag. 133: Hîc ſanctus vir Rumoldus interficitur. Pag. 142: Hîc piſcatores mirantur lumen, quod ipſis inter cannas apparet. Pag. 145: Hîc ſacrum corpus S. Rumoldi in aquis invenitur.

facilius ſolvuntur.

129 *Atque his ſex & viginti præcipuis programmatis diſtinguitur tota illa Belgica Legenda, quæ ego haud difficulter crediderim ex picturis olim expoſitis ad verbum deſcripta eſſe, & operis contextui non ſatis appoſitè intruſa, quæ tamen ſequi ferme maluit Domynſius, quam in alias ſectiones verſionem ſuam diſtribuere. Hinc ad ſuperiorum dubiorum ſolutionem datur colligere, imagines illas omnes, prout olim exſtiterunt, Legendâ Belgicâ ſeu Domynſianâ antiquiores eſſe, ſpectareque adeo, ut ante conjeceramus, ad finem ſeculi* XIV, *poſt ſacri corporis in theca deaurata depoſitionem, imo potius ad principium* XV, *earumque argumenta deſumpta fuiſſe ex Actis Latinis, tum maxime vulgatis, quæ Anonymus Belgicus præ oculis ſe habuiſſe diſerte fatetur pag.* 34, *ut paulo ſuperius retulimus. Dixi*, prout olim exſtiterunt, *nam de hodiernis, inter quas plura miracula aliaque inſcriptiones prioribus ſuppoſitæ repræſentantur, non eadem eſt ratio, quamquam jam ultro admiſerimus, ex eruditorum Mechlinienſium judicio, ſi non omnes, ſaltem aliquas, trecentorum circiter annorum ætatem præ ſe ferre, niſi pleræque, per iconomachos diſruptæ & laceratæ, ad vetuſtiorum normam ſubinde efformatæ & reſtitutæ fuerint, auctæque epigraphæ pro imperiti alicujus arbitrio. Notabo hîc rurſus, Domynſium autographum Belgicum non integre reddidiſſe, dum ex cuata pag.* 34 *& aliis, nonnulla ſilentio preſſit, quæ ad rerum illuſtrationem poterant conferre. Jam cetera ad cultum quoque ſpectantia proſequamur.*

§ XII. De S. Rumoldi ſepultura, & de prima ſacri corporis elevatione ac tranſlatione.

Iv ecclesia à Sancto ædificata

DE *prima* S. Rumoldi *depoſitione ſeu ſepultura, teſtem habemus, in his Actis unicum, qui magis ſecurus, certe minus devius dici poſſit, auctorem noſtrum ſæpe laudatum Theodoricum, ubi num* 9, *relata Sancti per ſicarios patrata cæde, miraculo apparentis ſupra corpus luminis, eodem ex aquis extracto, ſic de Adone Comite ſubjungit:* Sacratiſſimum illud funus cum jubilo ad terram trahit; impoſitum vehiculo, quo nunc requieſcit loco, deportat, & ſepulturam celebri ſumptu procurat: nec defuit digitus Dei, operatus ſtatim mirabiliter ad glebam Martyris ſui. *Hæc aliis verbis & longiori phraſi, ſed eodem plane ſenſu enarrat Domynſianus Anonymus cap.* 29 *in noſtra editione num.* 40, *expreſſius notans;* delatum corpus ſacrum in ædiculam, quam Sanctus, dum in vivis eſſet, ipſe conſtruxerat. *Et vero non ſolum conſtructum monaſterium, ſed & eccleſiam à* S. Rumoldo *ædificatam tradit quoque Theodoricus num.* 7. *his verbis:* Adunantur illic Deo militantium copiæ, accreſcunt omnia, quæ ad uſus pertinent eccleſiæ, uſque ad conſummati operis ſummam. *Atque hæc eadem eccleſia eſt, quæ apud Theodoricum num.* 10 *dicitur* eccleſia noſtri Martyris, *quæ tempore Normannicarum incurſionum* illæſa permanſerit. *Sequenti num.* 11, *ſic habetur:* Mulier matricularia, eadem & nonna, Gerlendis nomine, pia devotione, eccleſiæ ejus (*S. Rumoldi*) adhæſerat. *Rurſus num.* 14: Quidam Lantegerus nomine, qui in eccleſia B. Rumoldi coaluerat. *Item & num.* 17, miles *ille* ſtipendiarius, confractus & velut totis deſtitutus viribus, ad eccleſiam B. Rumoldi alienis defertur manibus.

ſepultum ab Adone ſacrum corpus,

131 *Quocumque me verto, nullum aliud templum, ſacellum aut eccleſiam apud Theodoricum reperio, præter unam* ECCLESIAM S. RUMOLDI, *quæ ante ſcriptoris illius tempora, & eo, quo ſcribebat ævo, non ab alio, ſed à ſolo* S. Rumoldo *habuerit denominationem. In hoc ipſo templo fuit* ſepulcrum S. Rumoldi, *de quo meminit idem Theodoricus num.* 16; *item* menſa ejus altaris *num.* 18; medicinalis tumba *num.* 19: *quæ omnia auctor noſter ſoli* S. Rumoldo *adſcribit, nuſ-*

A *nuſquam de alia æde ſacra aut templo verbum faciens, ut nulla prorſus ratione aſſequi queam; unde Anonymus ille Domynſianus, & recentiores eum certatim ſecuti, nobis eduxerint* templum S. Stephano dicatum, *quod multis poſt ſeculis adhuc exſtiterit. Ego in tota Theodorici panegyri ſub annum* 1100, *quarto poſt Sancti martyrium ſeculo ſcripta, nihil prorſus reperio, quod vel à longe id inſinuare videatur, quapropter abſque ulla hæſitatione pronuntiandum cenſeo, templum qualecumque à noſtro* S. Rumoldo *ædificatum, ſacriſque corporis ejus exuviis ditatum, nullius alterius Sancti nomine, ſaltem poſt ſepulturam ab Adone procuratam, nuncupatum fuiſſe. At, inquies, Sancto alteri ſaltem ab ipſo vivo* S. Rumoldo *dedicari debuit. Quid tum poſtea? Quis inde conſequens dicat, titulum S. Stephani potius obtinuiſſe quam S. Laurentii, aut S. Mariæ Magdalenæ? Domynſianam Legendam adducis, ejuſque ſequacium gregem; Verum iſti omnes tanti mihi non ſunt, quanti ſolus Theodoricus, pro fine undecimi & principio duodecimi ſeculi indubitatam ferens ſententiam, à qua ſexcenti recentiores, mutua cæcè deſcribentes, eos non dimovebunt, qui*

B *non ſpecioſiora ſed veriora diſquirunt, ut rurſus dicendum erit* § 18.

ibi adhuc jacebat tempore Theodorici.

132 *In ea eccleſia, ut iterum dicam, fuit* S. Rumoldi ſepulcrum, *fuit* menſa ejus altaris, *fuit* medicinalis tumba, *eo* quo *Theodorici ætate* requieſcebat loco, *ab Adone olim* celebri ſumptu procurata. *Expendantur ea Theoderici verba, quæ ſola abunde ſufficiunt, ut refellantur vana eorum opinamenta, qui ſacrum corpus tempore Normannicarum vaſtationum aliò deportatum, & nominatim in Steynockeſeel cum Vardæo exiſtimant, freti ea pictura, quam præcedenti paragrapho, ordine ſeptimam decimam retulimus:* Quodam tempore, graſſantibus gentilibus, corpus defertur in caſtrum quoddam Steynockeſeel: dominus infirmus ſanatur; & S. Rumoldum bonorum ſuorum ex aſſe ſcribit heredem. *Satis certum eſt, nullas in hac Belgii parte gentilium graſſationes occurriſſe, poſt illas quæ ſub generali Normannorum nomine in annalibus noſtris deſcribuntur; neque proinde de aliis verificari poſſe adſcriptam picturæ epigraphen. Aſt ego illam, vel ſi de antiquioribus ſeculi* XV *fuiſſe dicatur, falſi plane arguo, Theodorici teſtimonio ita innixus, ut ſi in eo, quod oculis ſuis vidit, nos decipiat, tota* S. Rumoldi *rerum geſtarum & miraculorum ſeries corruat neceſſe ſit. Repetamus ejus verba:* Sacratiſſimum

C illud funus cum jubilo ad terram trahit, impoſitum vehiculo, QUO NUNC REQUIESCIT LOCO, deportat; & ſepulturam celebri ſumptu procurat. *Habes Sancti ſepulturam, habes ſepulturæ expreſſum locum,* S. Rumoldi eccleſiam, *habes denique, ſacrum corpus circa annum* 1100 *adhuc humi defoſſum, procul dubio ſub* menſa altaris *in ejus honorem erecti; quod idem ſub annum* 1050 *aſſeruerat Baldericus:* Ubi quieſcit pretioſus Dei Martyr Rumoldus. *Intellige adhuc ſepultus jacet, ut tot alia Sanctorum corpora & Trudonopoli & alibi humata relicta fuerant, ne à barbaris ludibrio haberentur.*

Elevationes citius factæ, à Gramayo

133 *Quæro, qui nobis oſtendat, quo primum tempore, ex primo illo tumulo elevatum, capſæ novæ incluſum, & decentiori honoratiorique loco repoſitum fuerit? Id ex Theodorico diſcere non poſſumus, ut ex dictis patet; Acta Mss. Tungrenſe, Ultrajectinum & Rubeæ vallis incompleta ſunt, aut potius ex duabus laciniis contexta; Domynſianus Anonymus æquè quidquam in medium protulit; neque ex Chronico Mechlinienſi vel ſcintilla lucis affulget. Gramayus nihilominus, pro ſua in rebus rotunde definiendis auctoritate, rerum Mechlinienſium lib.* 3. *ſect.* 3. *intrepide pronuntiat:* Hoc certius eſt, poſt duo fere ab obitu ſecula, percrebreſcente miraculorum fama, corpus & inventum & elevatum, & poſtridie feſti divæ Cæciliæ (*ſuſpicor, id ex alicujus pſeudo-chronologi ſcrinio extractum*) aromatibus conditum, ſericoque ornatum, in ligneam thecam decenter repoſitum. Et cum in dies peregrinorum creſceret & miraculorum frequentia, iterum ſolenni ritu elevata ſacri pignoris oſſa per Robertum Cameracenſem Epiſcopum, relataque in argenteam, cujus pretium exceptis margaritis exceſſiſſe conſtat ſexaginta ſex florenorum millia. Factum anno 1369. Cum autem ingruente bellorum periculo in Oſcaliam Petræam delata, humi defoſſa longo tempore latuiſſent, eadem, quæ nuper, miraculorum gloria vetuit ſub modio abſcondi candelabrum. Præſul itaque Cameracenſis, Duce Burgundo Abbatibuſque ſeptem teſtibus, anno 1479, reliquias viſitavit, populoque inſpiciente repoſuit. Theca hæc ſive feretrum, inter E pretioſiores totius Belgii facile habendum, ſacrilegûm hæreticorum manibus nuper & profanatum & direptum eſt, ſacellumque ipſius Divi funditus everſum, recenter reparatum eſt. *Hæc Gramayus.*

à Domynſio

134 *At mihi nihil incertius, quam quod de prima elevatione & deinde in Oſcaliam Petræam tranſlatione Gramayus comminiſcitur, nullo ſatis probo teſte ſuffultus. Et quidem primæ elevationis hiſtoria Theodorico apertiſſime repugnat; tranſlatio in Steynockeſeel ad ea tempora reducitur, ut neminem Mechliniæ credam exiſtere, qui rebus bene perpenſis, auſit Gramayo ſubſcribere. Prodeat modo Joannes Domyns vel potius Anonymus Belga, primus, quod ſciam, Steynockeſelianæ translationis narrator, in ſuis ad Sancti vitam additamentis à pag.* 188, *apud Domynſium latine cap.* 1, *de elevatione, quam quærimus, ſic loquens:* Poſt multa annorum curricula, & complurium ſignorum edita prodigia, quæ Deus per Sanctum ſuum operatus eſt, tam ante ejus ex hoc ſeculo commigrationem, quam poſtmodum, ſacratiſſimum hujus Martyris corpus humo levatum eſt, quam magnificentiſſime, idemque repertum diverſis aromatum ſpeciebus condi- F tum. Atque ſic lignea in arca ſacra oſſa recondebantur, veſtimento ſerico, quod multis erat aureis contextum lineamentis, involuta, ac argenteæ thecæ incluſa; quæ reponi ſolita eſt ſub atrio ſummi chori, nimirum ſupra aram Adnuntiatæ Divæ Deiparæ Mariæ. *Quam multa hîc perperam confundantur, nemo eſt qui primo intuitu non perſpiciat. Neque tamen abſterritus eſt Vardæus, quo minus ad prima Domynſii verba, inſignem annotationem adjiceret pag.* 86 *&* 87.

& à Vardæo perperam referuntur.

135 *Verba ejus referamus, ad* multa annorum curricula *potiſſimum collimantia.* Circa annum, *inquit*, ut reor DCCCIII. Nam veriſimile non eſt, Mechlinienſes, florente tum religione & pace in Belgio, ulterius diſtuliſſe ſui Tutelaris, interea coruſcantis continuis miraculis, & ubique terrarum inclyti, elevationem, celebremque cultum, præſertim ſi verum eſt, quod fama tenere dicitur, Leonem III Papam anno DCCCVIII, quo Carolum Magnum Remis coronavit, Machlinianam ejus ædem adiiſſ-

AUCTORE J. B. S.

AUCTORE J. B. S.

adiisse, ibique eum donatiis & latina laudum concione veneratum. Quod enim narrat Gramayus lib 3 de Mechlinia sect. 3, post duo fere ab obitu secula (hoc est post medium seculi decimi) percrebrescente miraculorum fama, corpus Rumoldi & inventum & elevatum, si referatur ad primam corporis elevationem, nec ipse vel uno teste probat, nec cohæret dicendis notatione sequenti; nec consentaneum fuisset, aut Rumoldi in Machlinianos multis mirificisque beneficiis, aut horum erga illum continuæ devotioni & observantiæ singulari, & multo minus, quod uti ibidem præmisit, vastante omnes circumcirca provincias Normannorum rabie, in oblivionem pene abierat vita, & mors, & merita magni hujus Antistitis, adeo ut in vulgo ignoraretur, censenduse esset in Confessorum, an in Martyrum numero.

Et thecam argenteam fingunt antequam exstiterit.

136 *Non ausim negare, Gramayum in transversa sæpe deflectere, id tamen immerito carpit Vardæus, in quo ducem ille habet auctorem Chronici Mechlinienſis, dum Vardæus ipse, omni teste & auctoritate destitutus, meris popularibus rumusculis, pro hominum ingenio adinventis, affigitur,* B *pias opinationes passim adoptans aut excogitans, ex hodierna rerum congruentia, magis quam ex antiqua rei veritate deductas. Præterquam quod textui ipsi Domynsiano contrariæ sint; nam dum hic scriptor* ligneam arcam, *in qua* sacra ossa recondebantur argenteæ thecæ inclusam *expressissime memorat, primam sacri corporis elevationem haud obscure differt ad annum* 1369, *quo indubitatum est, sacras* S. Rumoldi *reliquias in eam primum translatas & repositas fuisse, teste iterum eodem Chronici Mechlinienſis auctore, ubi, narrata celeberrima illa Mechlinienſium de circumvicinis oppugnatoribus victoria anni* 1303, *continuo subjungit, conceptum à civibus votum de supplicatione annua, in* S. Rumoldi *honorem instituenda, quæ in hodiernum usque diem quarta Paschatis feria perseverat; ac deinde unanimem resolutionem fabricandæ thecæ argenteæ, quæ non ante pradictum annum* 1369 *perfecta, & populo undecumque turmatim confluenti exhibita fuit, quemadmodum ex diplomate authentico demonstrabitur paragrapho* 14. *Quomodo autem cum translatione seculi* XIV *conciliandæ sint prima illa Domynsii verba,* post multa annorum curricula, *quomodo Vardæus pro anno* 803 *reperturus sit thecam argenteam, aliis examinandum relinquo. De translatione Steynockeseliana agemus proxime, nunc primam elevationem investigare pergamus.*

Certo elevata erant sacra ossa,

137 *Siquid valent piæ illæ ac religiosæ Vardæi conjecturæ, ut verosimile supponendum est, non quidem sub Leone* III, *aut Notgero Leodiensi, attamen non multis post Theodericum annis, propagata per famam miraculorum & vitam ab ipso scriptam vulgatamque,* S. Rumoldi *gloria, de elevando sacro thesauro, à Mechlinienſibus tum paulo opulentioribus, serio cogitatum fuisse, procul dubio, currente seculo duodecimo; tum nempe cum belli Grimbergensis tumultibus compositis, & dominis Bertholdis in gratiam à Duce Brabantiæ receptis, sub illorum aut dominio aut patrocinio (advocatiam per id tempus dicebant) magis in dies florere & augeri cœpit Mechlinienſium respublica; accrescente etiam tum clero, Cameracensium Episcoporum favoribus illustrato, quod pluribus dicitur in subjuncto Actis corollario; adeo ut de ampliori & magnificentiori templo in sanctissimi Patroni honorem exstruendo consilia contulerint,* C *& eo ipso aut sequenti mox seculo* XIII *manus operi admoverint. Hujus rei testem habemus irrefragabilem, citatum alias diploma, quo ad fabricam, si non fallor, pridem inchoatam, tum vero promovendam, multa disponuntur anno* 1265. *Certe eo seculo elevatas & jam tum in capsa aliqua repositas fuisse sancti Martyris reliquias, ex eo constare debet, quod durante famosa illa obsidione anni* 1303 *præfata capsa (sic refert Chronicum Mechlinienſe) à duobus Canonicis* ex templo in forum processionaliter fuerit deportata .... inde ad portam cœmeterii (*Kerck-hof-poorte*) eadem supplicatione delata, civibus victoriam per S. Rumoldi merita deprecantibus *&c.* D

tempore famosa obsidionis:

138 *Huc spectat Wachtendonckiana Legendæ caput* 48, *satis in hac parte sincerum, si debitos limites non excederet. Sic habet:* Hoc anno (MCCCIII) obsidebatur Mechlinia à Joanne Duce Brabantiæ, assistentibus ei civibus Lovanio, Bruxella, Antverpia evocatis, feria quarta hebdomadæ sanctæ. Obsidionis causam recensent aliqui, quod Mechlinienses venditionem medietatis urbis ab Hugone de Cambilone Episcopo Leodiensi, sine debitis solennitatibus Duci factam, impugnarent: aliqui, quod constitutum ab eo urbi prætorem admittere nollent; disquisitio penes eos sit. Hac E obsidione tanta erat apud Mechlinienses penuria, ut vel pugnando occumbere, aut intra unum vel alterum diem se dedere tenerentur. In tantis angustiis constituti, dum deliberant inter se, quid agerent; variis hinc inde propositis, incidit illis consilium bonum, ut ope beati Martyris implorata, cum feretro (quod in honorem ejus, ex cypresso confectum, & panno aureis lineis variegato, cooperтum erat) circumcirca civitatis muros, processionem nudis pedibus, & in lineis facerent: voto etiam addito, quod eam quotannis, perpetuis futuris temporibus, si obsidio solveretur, resumerent. Resolutione capta, Anglum equitem Petrum Dondelaer ducem suum statuunt, qui superposita clypeo suo costa B. Martyris, quæ etiamnum vitro inclusa visitur, in aciem cum civibus bene animatis procedit, & conflictu inito, Brabantos in fugam vertit, eodem Martyre incolas suos adjuvante. *Erat itaque tunc temporis* feretrum *portatile*, ex cypresso confectum *&c. verum quo illud tempore primum elaboratum fuerit, quo præcise anno elevatum corpus, cum nusquam certo notatum reperiam, tantisper inhærebo probabili conjecturæ supra positæ, accidere id debuisse circa finem seculi duodecimi: quo* reperta, elata & in thecas decenter F fuisse reposita *SS. Trudonis, Eucherii, ac Liberti sacra pignora narrat Gurnezius pag.* 215. *quæ* ab ævo Nortmannorum *humi defossa delituerant usque ad annum* 1169.

idque potuerit factum fuisse circa finem sec. 12.

139 *Quid si & aliquantulo tardius S. Rumoldi corpus elevatum sit; idque sub seculi insequentis principium, quo faciunt ea quæ mihi subinde suggessit R. A. & Eruditissimus D. Canonicus supra laudatus Crucius, ex Mss. annalibus vernaculis, (qui pro eo tempore fidem aliquam faciunt) diserte asserentibus, veterem Canonicorum Mechlinienſium habitationem, seu S. Rumoldi monasterium, ubi claustraliter vivere assueverant, eo loci fuisse, ubi nunc existit cœnobium PP. Franciscanorum, quibus ex Italia, quinto post S. Francisci obitum anno adductis, conventum Mechlinienſem ædificaverunt Bertholdi, teste Gonzaga pag.* 998 *sub annum* 1231; *postquam inde migraverant Canonici ad novam basilicam, corpus S. Rumoldi*

A *moldi eò ſecum transferentes, ut omnino neceſſe ſit admittere, ſacrum iſtud depoſitum ante prædictum annum* 1231 *elevatum fuiſſe, & non ſine pompa ad novam qualemcumque tunc temporis baſilicam deportatum, ſi recte Tongrenſe chronicon adduxit laudatus Eruditiſſimus Canonicus Crucius. Quæ omnia apprime conſonant iis, quæ huc uſque deduxeramus, quæque lucem aliquam inde accipere poſſe videntur, unde nemini incidit eam requirere.*

Eorum prima tranſlatio

140 *Legeram pridem in codice Uſuardino Bruxellenſi, ad uſum Eccleſiæ Collegiatæ S. Gudilæ, quem in nupera ad Uſuardum Præfatione pag.* LX *ſcriptum cenſui ſub finem ſeculi* XIV, *aut ſub initium* XV; *legeram, inquam, in eo Martyrologio ad* IV *Julii hæc verba :* Mechliniæ, Translatio S. Rumoldi, Epiſcopi & Martyris. *Excuſſi ſubinde quidquid ſcriptorum commentariorum in tabulariis Mechlinienſibus, quidquid populari traditione acceptum ſupererat, nullo uſquam hujuſmodi tranſlationis occurrente veſtigio, ſaltem ſatis diſtincto, cum præter Steynockeſelianam nulla apud Mechlinienſes nota hodie aut admiſſa ſit, nulla ſaltem annue recolatur. Inceſſit itaque cupido, rem alterius inveſtigandi, ſi qua forte ra-*

B *tione prædictam Martyrologii Bruxellenſis annuntiationem, rei Mechliniæ de facto geſtæ, commode adaptarem. Etenim nihil minus quam veroſimile viſum eſt, figmentum aliquod, vicinorum gratiâ, Bruxellis in ſacros Faſtos relatum fuiſſe; porro, cogitari non poſſe, indicatum illic ſacri corporis in veterem thecam argenteam depoſitionem anni* 1369, *quemadmodum nonnullos velle ſæpius obſervavi; nam tota ea res Paſchali tempore peracta eſt, die* 3 *Aprilis, non ultima Decembris* 1370, *ut chronica aliqua ſomniant, quod ex ipſo authentico inſtrumento evidenter demonſtrabitur* § 14.

alicubi notatur 4 Julii.

141 *Ad hoc certiſſimum eſſe debet, ex prima ſepultura; atque ex primo, in quo ſacrum S. Rumoldi corpus reconditum erat, ſacello, in hodiernam baſilicam aliquando tranſlatum fuiſſe ante finem ſeculi* XIII, *ut jam oſtendimus; idque eo modo & ſplendore; ea ſolennitate & pompa, quam tanta celebritas merebatur; quæque, ut paſſim fit, inter Sancti feſta connumerari conſueverit. His mecum attente perpenſis, vix dubitandum putavi, quin præfatum Martyrologium, eam ipſam tranſlationem nobis commonſtraret, quam toto hoc § quæſivimus, primam illam nempe*

C *ex veteri S. Rumoldi clauſtro ad novam baſilicam, quæ aptiſſime, ex rerum quodammodo exigentia, facta fuerit infra octavam ipſius pridem ſtabiliti natalis,* IV *Julii circa annum* 1230, *dicamus per conjecturam, anno* 1227, *quo currente littera Dominicali C,* 1 *Julii incidit in diem Jovis, atque adeo* IV, *tali tranſlationi convenientiſſima, fuerit Dominica, hoc etiam tempore ſub dedicationis, alius diceret encæniorum nomine, apud Mechlinienſes celeberrima. Quod vero ſucceſſu temporis neglecta videri potuerit tranſlationis iſtius ſolennitas, mirum nemini videatur, quandoquidem cum ipſo feſto concurreret, alia vero tranſlatio recoleretur menſe Octobri, de qua modo agendum eſt.*

§ XIII. De tranſlatione in Steynockeſeel.

Tranſlatio alia Martyrol. nota,

ESt *hæc Steynockeſeliana S. Rumoldi tranſlatio Mechliniæ hodie pervulgata, imo unicè nota & celebrata gemino Officio duplici, quorum alte-*

rum tranſlationi, alterum relationi reſpondeat. AUCTORE J. B. S. *Illam fortaſſe inter Uſuardina auctaria, ex proprio olim Mechlinienſi aut Martyrologio aut Kalendario, vel aliunde acceptâ notitiâ, ſignavit Joannes Molanus ad* XVIII *Octobris :* In Mechlinia, Tranſlatio ſancti Rumoldi Martyris atque Pontificis; *qui, ſi Steynockeſelianam noviſſet, haud dubie id verbo inſinuare non prætermiſiſſet. Hinc eamdem ſumpſiſſe cenſendus eſt Dempſterus in Menologio Scotico, qui* XVII *Octobris, de ſuo præmiſerat :* Mechliniæ, Rumoldi Archiepiſcopi Adventus. *Occurrit & eadem tranſlatio in Florario noſtro Sanctorum Ms. ſeculi, ni fallor,* XVI, *prædicto die* XVIII *Octobris :* Apud Mechliniam, Tranſlatio S. Rumoldi Epiſcopi & Martyris. *Atque hîc plane indicari ſupponimus, eam, qua de agimus, tranſlationem in Steynockeſeel, quæ in hodierno Officio Mechlinienſi* XIX *Octobris recolitur, procul dubio propter occurrentem S. Lucæ Euangeliſtæ feſtivitatem, in ſequentem diem tranſpoſita. Supponimus, inquam; cum alia vera tranſlatio non ſuperſit, ad quam deſcripti Martyrologiorum textus referri queant.*

143 *Succedit in citato Officio Mechlinienſi, ipſo illo menſe Octobri, die* XXVII, *ſeu in vigilia Apoſtolorum Simonis & Judæ, primùm notata apud Grevenum,* Rumoldi Epiſcopi & Martyris Relatio. *Tum apud Molanum in Uſuardi additamentis, eodem die,* In Mechlinia, Relatio B. Rumoldi Epiſcopi & Martyris. *Item in Menologio Scotico Dempſteri :* Mechliniam Relatio reliquiarum Rumoldi. *Scripſit Grevenus, vel quiſquis eſt iſtius editionis auctor, ut in Præf. Uſuardi diximus, aut ſub finem ſeculi* XV, *aut certe ſub initium* XVI, *adeoque tunc in aliqua Belgica Sanctorum tabula invenire debuit prædictam* Relationem; *quamvis Tranſlationem, quæ præſupponi debet, neglexerit. Ceterum cum altera alteri connexa ſit, non improbabiliter colligitur, utramque Mechlinia fuiſſe celebrem ab ipſo ſeculo* XV, *quamvis peculiari Officio, ſaltem proprio, in eccleſia S. Rumoldi, eam quotannis recolere, non videatur in more poſitum fuiſſe. Attamen feſtivitatem qualemcumque innuit fundatio Decani Joannis Robyns, reperta ad calcem necrologii Mechlinienſis, ſæpius alibi citandi, ubi pro anno* 1524, *notatur diſtributio facienda in feſto* Tranſlationis D. Rumoldi : *non eo, opinor, quod cum ipſo natali Sancti die confluere diximus, eo itaque, de quo jam dixi, Tranſlationis & forte Relationis Steynockeſelianæ, in ipſo illo vico* XXVII *Octobris pridem celebratæ.* F

aptanda narrationi Steynockeſelianæ,

144 *En utcumque probatam ſacri S. Rumoldi corporis* Tranſlationem & Relationem, *ſed abſque expreſſione termini, quo vel unde facta fuerint; quas nihilominus ex traditione jam receptâ, Steynockeſelianæ hiſtoriæ aptare cogimur, cujus veræ circumſtantiæ adeo obſcuræ & ignotæ ſunt, ut qui certum tempus, quo præfata tranſlatio & relatio contigerint, aperte ediſſerat, hactenus inventus ſit nemo. Faxo implexa omnia & involuta perſpicias. Sunt qui cum Vardæo, picturam appellante, ad Normannica tempora aſcendunt; ſunt alii, qui Wachtendonckianæ vitæ auctorem cap.* 43 & 46. *ſecuti, dum prioribus ſeculis involuta tenebris omnia offendunt, ad bellum Grimbergenſe ſeculi* XII *necdum adulti, confugiunt. Atque iſti quidem ut vetuſtiorem definiant eam, qua de agimus, tranſlationem : Gramayus vero Domynſii, ni fallor, veſtigia premens, aliâ plane ſemitâ progreſſus, ut inter ſolenniores elevationes ſeu oſtenſiones anni* 1369 & 1479 *eamdem*

AUCTORE J. B. S.

tranſlationem collocet. Nequid igitur, quod rei illuſtrandæ conducat, prætereamus, ſingulorum auctorum verba exhibenda ſunt. A Vardæo incipio, qui notatione in cap. 2 Domynſiani auctarii, ad vicum Steynockeſeel, *contra Scriptoris mentem ita loquitur pag.* 87 : Quo autem determinato anno eò allata, aut relata inde fuerunt ſacra ejus lipſana, nuſquam invenio : ut tamen certum ſuppono, illuc tranſlata occaſione imminentis Normannici furoris & belli, ſive ejus, quod ab anno DCCCLXXXI, ad finem fere noni ſeculi duravit, ſive alicujus anteriorum, quæ in annos DCCCXXX, DCCCXXXV, DCCCL & intermedios inciderunt. Unde inter epigraphas iconum Mechlinienſis ſacelli S. Rumoldi .... decima ſeptima hæc eſt : Quodam tempore graſſantibus gentilibus, corpus S. Rumoldi defertur in caſtrum quoddam dictum Steynockeſeel. *Atque hæc tota Vardæi baſis, quam ex Theodorico ſuperius ita evertimus, ut hujus opinionis propugnatores ſatis exarmatos exiſtimemus.*

B

obſcura, dubia & implexa :

145 *Ut inconcuſſum igitur & indubitatum admitti cupio ex apertiſſimo laudati Theodorici teſtimonio, præcedenti paragrapho ſatis expenſo, nullam ſacri corporis elevationem, neque adeo tranſlationem ullam, ante ejus tempora factam fuiſſe. Quod tametſi non tam diſerte affirmaret, vel ex ſolo celebris Steynockeſeliani miraculi & tam ſplendidæ donationis ſilentio quiſque conficeret, qui enim tam ſolicite ſub finem numeri* 16, *modicum* cenſum annuum, *eumque vitalitium, ex voto redditum, commemorat, an is, obſecro, pagi integri donationem neglexiſſe cenſeri poterit ? Certum item eſt, nulla Acta aut monumenta alia Mss. exſtare, Domynſii Anonymo antiquiora, quæ de tali determinata tranſlatione & ſubſecuta in Steynockeſeel toparchæ ejus loci tam celebri curatione, ac demum pagi donatione meminerint. Eſt ergo ad Legendam Belgicam, quæ ſeculo* XV, *vel ſorte* XVI *ſcripta eſt, revocanda tota tranſlationis illius hiſtoria, quæ utrum inter antiquas picturas expreſſa fuerit, ex dictis ſupra* § XI, *conjiciendum eſt. Utcumque ſtatueris, ſcripta picturis præferenda ſunt ; unde hic primo proponendus totus Domynſii textus, qui auctarii ejus caput alterum conſtituit, ſub hoc titulo :* Divi Martyris corpus, ob bellorum

C

tumultum, in vicum Steynockeſeele advectum. *Ex tituli hujus & picturæ epigraphæ diverſitate ſatis apparet, quam incerta Mechliniæ olim fuerit dictæ tranſlationis & epocha & cauſa : ſed Domynſium audiamus vel potius Legendam Belgicam à pag.* 190 *multa more ſuo imperitè confundentem. Sic vertit Domynſius :*

quam nec Domynſius,

146 Accidit ut bellum atrox moveretur, & plerique cives Machliniani, quod chari & pretioſi ſupellectilis habebant, urbe avectum, amicorum tutelæ commiſerunt, demandaruntque. Erant autem Canonicorum quidam, maximum rei diſpendium formidantes, qui & conſultarunt Martyris corpus ad vicum Steynockeſelanum deferendum. Fert fama, thecam argenteam, qua in ſacrum Præſulis corpus repoſitum erat, eo loci ruri defoſſam fuiſſe, corpore pluribus ibidem coruſcante ſignorum prodigiis. Verum ſopito jam bellorum diſſidio, corpus ipſum terra effoſſum fuit, quo illud ad priſtinum tandem reducerent locum, antelatis vexillis ſacris, ac ſolenni pompa. Erat eodem tempore equeſtris ordinis quiſpiam Steynockeſelanus princeps, iſque comitiali laborans morbo. Quoniam autem complura operatus eſſet inibi Deus ſigna per Sanctum ſuum, admittere ille noluit, ut divi Antiſtitis Rumoldi reliquias à ſua ditione auferrent, nî prius incolumis ſanus ope Sancti redderetur. Quamobrem totus Canonicorum grex in hæc prorupit verba : Cumprimis grate heros, abſit ut tentes Altiſſimum, at precaberis eumdem obnixe religioſeque, ut divini muneris te participem reddat, auxiliante ad eam rem ſancto ſuo Martyre. Hiſce auditis, ille ait : Quem in modum deprecabor Dominum ? Aiunt : Scelerum tuorum ſentinam purga, ex animoque defle commiſſa peccata, atque horum pœnitudine ducitor, quo tandem favore numinis auxilieris. Quo præſtito, domini Canonici in genua procubuere, Deum ipſum ardentius pro principe rogitantes, ita ut priſtinæ reſtitutus ſit ille incolumitati. Hoc edito in ejus gratiam ſigno, quod habebat dominii mox Canonicorum collegio contradidit : cujus vici Steynockeſelani dominium perpetuum impræſentiarum obtinet divi Rumoldi collegium Canonicorum, ita ut inveſtiendi & reveſtiendi jure inibi potiatur. In hujuſce rei memoriam lychnum penſilem divi Rumoldi Canonici diu noctuque accendunt in ſummi chori medio.

D

E

nec Legenda Wachtendonckii,

147 *Sola totius hujus farraginis, ſatis male coagmentatæ lectio, cordatum quemque convincet, Domynſium non uſquequaque intellexiſſe quid vellet aut quid ſcriberet. Miror* bellum *iſtud* atrox, *quod, florente re Catholica, Canonicos coëgerit, thecam argenteam, 66 florenorum millibus æſtimatam, ruri defodere, quaſi ibi tutius quam in urbe delituiſſet. Si id fama ferebat, dum Domynſius viveret, necdum elapſis duobus ſeculis à confecta prædicta capſa argentea, quid ita palpat, quaſi res remotiſſima ſit, ae qua nec temporis, nec perſonarum, nec illius diſtinctæ circumſtantiæ ſuperfuiſſet notitia ? Plura notarem, ſi mihi animus eſſet, rem ipſam ſuſpectam reddere. Minime vero; quantumvis obſcura ſint omnia, id ſaltem perſpicere videor, Domynſii tempore invaluiſſe aut memoriam, aut populärem traditionem, facta aliquando Sacri* S. Rumoldi *corporis in prædictum vicum Steynockeſelianum alicujus tranſlationis, loci toparchæ curationis, atque ea occaſione, tranſlati in capitulum juris directi,* quod perpetuum impræſentiarum obtinet. *Verum quam hæc omnia denſis ignorantiæ tenebris immerſa fuerint, docebit Legenda Wachtendonckiana, cujus auctor Vardæanam illinc Scyllam, inde Domynſii & Gramayi Charybdim reformidans, ſcopulos alios veritus, novam à ſe excogitatam viam ingredi coactus eſt ; ad bellum, ut dixi, Grimberganum dilapſus, quod tranſlationi utcumque ſalvandæ opportuniſſimum credidit, citatis ad marginem codice, neſcio quo, Ms., pictura, Molano & regeſtis capituli : melius ſolum Domynſium appellaſſet, ſed qui in determinando tempore ei plane oppoſitus eſt. De pictura jam ſatis diximus ; Molanus, aut potius Lowius in Natalibus, nec verbum habet de bello Grimbergano ; nec id magis innuere credo regeſta capituli, niſi recentiſſima ſint. Ceterum novum hîc nihil aut Legendæ illi inuſitatum, utpote ſolitæ ſcriptores multos marginibus adjicere, quos ubi in fonte conſulueris, vix quidquam eorum quæ recitat, tradere deprehendes, imo ſæpe contradicere. En ejus cap.* 43.

F

nec alii rectæ tempori aptarunt.

148 Rebus ita miſero loco conſtitutis (*nempe cæſis Grimberganis in decretoria pugna ter Lan-*

gen-

A *genhaegen, captoque, ut fertur, Gualtero anno* 1144) Clerus Mechlinienſis, merito turbatus, de transferendis ſancti Martyris reliquiis, iiſque ſecuro loco collocandis inter ſe deliberaverat. Nullo vero aptiori conſiderato, quam caſtro de Ham, in vico de Steynockerſeel, apud Dominum illius, pro loco obtinendo inſtiterat. Quo benevole votis annuente, dictæ reliquiæ eo translatæ, & circa dictum caſtrum in terra defoſſæ ſunt, ubi quoad ceſſarent tumultus, delituerunt, multiſque miraculis claruerunt: quorum intuitu altare dicti vici (quod à Nicolao Cameracenſi Epiſcopo Capitulo datum fuerat) poſtea ſancto Martyri dedicatum, & dein dies feſtus tranſlationi ejus indictus eſt XIV Kalendas Novembris, *nimirum ab anno forte* 1634, *quo Officia Mechlinienſi eccleſiæ propria publicari juſſit Illuſtriſſimus Archiep. Boonen* XXV *Auguſti aut paulo citius; die illo* XIV *Kalendas pro arbitrio ſelecto, cum in Martyrologiis* tranſlatio *notetur* XV. *Kal. Nov., altero jam pridem relationi conſecrato*, VI *Kalendas Novembris ſeu* XXVII *Octobris, quo apud Leodienſes* S. Rumoldi *natalis à tot ſeculis recoli ſolitus erat,*

B *ut ſupra latius deduximus* § 9. *Breviarii Mechlinienſis lectio* IV, *cum relato capite belle conſonat, præterquam quod in illa novum bellum inſinuetur, minus etiam hiſtoriæ conveniens:* Exorto inter Mechlinienſes & populos vicinos tumultu. *Lectio altera, itidem* IV, *capiti* 46 *deſcribendo ſimillima eſt: neque major Officiorum iſtorum propriorum antiquitas mihi hactenus innotuit. Quin & longe recentiorem oſtendunt variæ Breviarii Mechlinienſis editiones; cum non reperiantur niſi in impreſſione anni* 1673, *quamvis ab anno fortaſſe* 1629 *celebrari potuerint, ſed ſub ritu communi: imo vel ab anno* 1524, *quo Decanus Joannes Robyns, ut ſupra dixi, diſtributionem aliquam fundavit in feſto* tranſlationis D. Rumoldi, *non expreſſo die. Videamus modo an hæc omnia ſatis apte temporibus diviſa ſint, imo an à quoquam ſic diſpeſci commode queant.*

ſalvanda tamen rei ſubſtantia;

149 *Imprimis non video, nec videbit eruditus lector, res Mechlinienſes per qualemcumque cladem Grimberganam* ita miſero loco conſtitutas *fuiſſe, ut* clerus Mechlinienſis turbatus, merito de transferendis S. Martyris reliquiis, iiſque ſecuro loco collocandis deliberare *debuerit. Quid enim à victore Duce Brabantiæ, adhuc infantulo, aut proceribus probe catholicis metui per id tempus potuit? An ſacro corporis depoſito? Apage;*

C *id abſque ſumma Brabantinorum injuria, nemo auſit aſſerere. An thecæ argenteæ? Aſt illa poſt duo demum ſecula primum confici cœpta eſt. Quæcumque alia ratio fingatur, æque vana erit, caſſa & frivola. Quid ergo? Dicam; ſupponitur, vel ſuppoſita vel ſupponenda eſt, facta aliqua & aliquando in Steynockeſeel tranſlatio; iſtius rei pignus adducitur, jus directum Capitulo conceſſum, ob impetratam à loci Domino ſanitatis gratiam: verbo, id evincere videntur citata ſuperius Martyrologia, aliaque monumenta quantumvis obſcurata, ut ſarta tecta ſervanda ſit rei iſtius ſubſtantia; verum qui tolerabilibus aut veriſimilibus circumſtantiis eam veſtiat, tantum abeſt, ut quis inventus ſit hactenus, ut in diverſa potius abierint quicumque præfatam hiſtoriam vel primis labris deguſtarunt. Pictura* gentiles *in genere nominat; Vardæus ad Normannos retrocedit; Domynſius & Gramayus ad nimium vicina tempora propinquant; medii inter omnes Wachtendonckianus & Lectionum auctor, non magis feliciter tem-*

pora deſignarunt: ad Iliadem illam Brabantinam dilapſi, quam licet, ad hominem, tantiſper ſupponere viſus ſim, non aliter pridem habui, quam ut figmentum, quod vulgus Romanicum vocat, illud ipſum cum Butkenio & aliis ſapientioribus Belgis alibi omnino rejecturus, quamquam non negem, diſſenſiones aliquas ſub annum 1159 *interveniſſe, quæ Grimberganis damnum dederint, ſed ad quas ſcriptores illi non videntur reſpexiſſe. Ceterum ut candide dicam, plus temporis ei diſquiſitioni impendi, quam fateri audeam, neque tamen mihi magis datum eſt Corinthum adire, quam ceteris, eò demum redactus, ut aperte pronuntiare cogar, nodum eſſe ſcindendum magis quam ſolvendum. Tranſlationem qualemcumque, miraculum & donationem, in dubium revocare, duriuſculum eſt; apta tempora reperire, quibus ea geſta ſint, huc uſque incognitum & impervium.* AUCTORE J. B. S.

non per bellum Grimberganum.

150 *De cetero, qui tranſlationi ſæpe dictæ mediam viam aperuit, auctor Legendæ Wachtendonckianæ, non potuit non per eamdem ſacrum corpus ad priorem ſedem reducere cap.* 46. *his verbis:* Illis conditionibus, compoſitis ita rebus (*poſtquam in gratiam recepti ſunt Grimbergani*) de referendis ſacri Martyris reliquiis, cogitare cœpit Mechliniæ clerus. Dies indicitur, & multo comitante populo in Steynockerſeel itur, & ecce non exiguum id temporis ibi miraculum. Cum in Steynockerſeel clerus adveniſſet, Dominus vici eum rogat, quatenus pro ſe apud divinam bonitatem intercederet, ut à lepra, qua laborabat, precibus beati Martyris liberari mereretur. Clero in genua procumbente, Deumque per ſancti Martyris merita pro ſalute illius deprecante, ſtatim à morbo, quo affligebatur, convaluit, ſanctaſque reliquias è terra effoſſas reſtituit, ac loci ſui dominium, in accepti beneficii ſignum, Clero poſſidendum dedit: Clerus vero, qui dominium hodie adhuc directum poſſidet, reliquias cum exultatione & gratiarum actione receptas, Mechliniam cum magna celebritate reduxit, & in illius memoriam, relationis ſolennitatem inſtituit, ipſa vigilia SS. Simonis & Judæ. *Tarde profecto & non ſatis memori gratitudine, ſi quidem verum eſt, eam* relationis ſolennitatem *non anno* 1634, *cum* S. Rumoldi *Proprio, ſed anno* 1673, *primum fuiſſe* inſtitutam: *contra ipſius Domynſii ſententiam pag.* 44, *aſſerentis:* Tranſlatio hujus tam eminentis viri Rumoldi, peracta eſt ipſis feriis divi Euangeliographi Lucæ, tametſi eam recolat eccleſia, pridie Apoſtolorum Simonis & Judæ. *Sed neque hoc aſſerere potuit Domynſius, niſi divinando, nam apud Grevenum, ipſo antiquiorem, non ponitur* pridie Apoſtolorum Simonis & Judæ, tranſlatio, *ſed* relatio: *imo multis ante ſeculis in Uſuardo Roſweydi ſignabatur ea die natalis, quem Leodienſes, in hunc uſque diem celebrare conſueverunt.*

ſed per tranſlationem liberam

151 *In tanta tamque perplexa rerum incertitudine, pugnantiumque ſententiarum diverſitate, dicam an tempeſtate, una ſupereſt ad cluctandum naufragio tabella, ſi ſemota & dimiſſa certi temporis determinatione, quam aſſequi nullo ſtudio poſſumus, rerum ſaltem ſubſtantia eo pacto ſalvetur, ut admittamus Dominum aliquem vici de Steynockeſeel periculoſo morbo tum laboraſſe, cum* S. Rumoldi *miraculorum fama, ex Theodorico hibita, ad eum perlata eſt, idque fortaſſe ſeculo* XII *aut* XIII, *qua ille permotus, cum in*

AUCTORE J. B. S.

humanis remediis ſpei nihil ſupereſſe cognoſceret; ad ſuperna confugiens, Mechlinienſes Canonicos exoraverit, ut ſacra ſancti ſui Patroni pignora, tunc recens è primo ſepulcro levata, in Steynockeſeel ad ſe deferrent, ibique, quod licet ſupponere, ad aliquot dies in templo Steynockeſeliano expoſita relinquerent, quod ſatis eſſet, à XVIII *Octobris ad* XXVII; *quibus &* tranſlatio *&* relatio *in Martyrologiis recoluntur. Verbo, quo uſque per Sancti merita eorumque preces optatam ſanitatem adipiſceretur: quâ demum impetratâ, cæleſtem hoſpitem nolens vacuum dimittere, ut æternam gratitudinem teſtaretur, tabulas donationis confecerit; quo ex tempore (principium quærat qui poteſt) jus directum & prærogativæ quæcumque penes Capitulum Mechlinienſe in perpetuum manſerint. Qui antiquum morem norunt transferendi Sanctorum corpora, ad capiendum donatorum bonorum poſſeſſionem, ut de S. Theoderico habes ſupra à num.* 29. *pag.* 78; *forte conjicient, curatum primo miraculoſe ægrum Dominum, corpus vero ſacrum eò delatum, ut dato fundo quodammodo inveſtiretur. Hac vel alia ratione perſtat ſua Theoderico fides & auctoritas; Domynſii & Gramayi commenta, de defoſſa ruri pretioſiſſima capſa argentea, evaneſcunt; neque bella quærenda ſunt, quæ inter Principes Catholicos, aut adverſus circumvicinos geſta, ad tam procul occultandas ſancti Martyris reliquias, Clerum Mechlinienſem impulerint. Siquis conjecturis meis certiora ſubſtituerit, cum veritati perſcrutandæ unice incumbam, gratiam à me inibit prorſus immortalem.*

B

aut forte per civiles motus coactam.

152 *Non gravabor ſubjicere aliam Prænobilis & Cl. viri Cuyperi conjecturam, ſalvandæ utcumque rei ſubſtantiæ opportunam. Norunt, inquit, Annalium Mechlinienſium periti, quantas in ea urbe turbas exeunte ſeculo* XIV *excitaverint, iidem ipſi, qui ad capſam illam elegantiſſimam condendam, ingens argenti pondus conferre coacti ſunt, pannorum textores, lanifici, fullones, eo audaciæ & temeritatis provecti, ut à magiſtratu & reliquis civibus in ponte Befferano (eſt is qui è foro ad collegium Soc. Jeſu pergentibus tranſitur) ad internecionem cæſi, aliquot poſt annis perpetuo exilio multandi fuerint. Quid ſi ardentibus illis civilibus motibus & ſacro* S. Rumoldi *corpori & pretioſiſſimæ capſæ proſpiciendum putaverint Canonici Mechlinienſes, ne à furenti plebe profanarentur, cujus occaſione acciderint & miraculum & Steynockeſeliana donatio, de quibus jam tam multa diſquiſivimus. Eligant Mechlinienſes quod magis arridere cenſuerint, ego ſolius hiſtoricæ veritatis ſalvandæ intuitu ea omnia congeſſi, quæ in eum finem apta exiſtimavi. Controverſiam forte dirimeret ornatiſſimum Capitulum, ſi, quod ab annis ferme centum conceptum fuit, hoc tempore exequeretur. Notavit olim in adverſariis ſuis Ampliſſimus D. Decanus de Mol, ad annum* 1628, *die* XVII, *Novembris:* R. D. Vander Laen ſuſcepit in ſe commiſſionem petendi copiam accepti dominii de Steynockerſeel. R. D. Wachtendonck ſuſcepit commiſſionem petendi ab herede D. Clerici (p. m.) regiſtrum feudalium de Steynockerſeel & Humbeeck. *Si hæc documenta reperiantur, ſpes eſt, fore ut ad alia perveniri poſſit.*

C

D

§ XIV. De tranſlationibus & oſtenſionibus reliquiarum S. Rumoldi anno MCCCCLXIX & MCCCCLXXX.

Tranſlatio ſeu depoſitio in thecam argenteam anno 1369,

EX remotiorum ſeculorum tenebris tantiſper emergentes, ſereniora tempora ingredimur, ubi non ex meris popularibus traditiunculis, picturis aut incertiſſimis ſcriptis, ſed ex monumentis authenticis depromemus, quæ de primariis duabus notioribus tranſlationibus ſeu oſtenſionibus ſacri corporis S. Rumoldi *nos tam ſecurè doceant, ut dubitationi locus non ſuperſit. Eaſdem jam non ſemel ſupra notavimus, primam nimirum anni* 1369, *alteram* 1480, *aliàs* 1479, *quas ex diplomatum, per Prænobilem & Clariſſimum Cuyperum, jam ſæpe laudatum, mecum communicatorum fide, hîc ad verbum deſcribam, tacite refutaturus Wachtendonckianæ Legendæ auctorem, cap.* 50 *ita loquentem:* Theca perfecta, evocati Mechliniam Reverendiſſimi Gerardus Camerácenſis, & Adelbertus Ultrajectenſis, Epiſcopi, ut eam benedicerent, & ſancti Martyris reliquias illi incluſas, ex ſacello D. Stephani, ad baſilicam, eidem Martyri ſacram, transferrent. *Nec mica veritatis toti iſti periodo ineſt: Gerardus Cameracenſis aut Adelbertus Trajectenſis, anno* 1369 *non erant in rerum natura, ſaltem non Epiſcopi qui dicuntur. Jam id lectores præmonitos velim, annos iſtius temporis paulo aliter, ac modo fit, numerari ſolitos fuiſſe, Belgis non morem hodiernum, eos à Kalendis Januarii, ſed Gallicanum, à* XXV *Martii aut à Paſchate inchoandi ſequentibus, quod hîc plane uſuvenit, cum utraque feſtivitas circa tempus Paſchale peracta ſit. Diverſitas in eo conſiſtebat, quod cum annus v. g.* 1369, *initium apud nos ipſo Paſchatis feſto ſumeret, jam à Kalendis Januarii alibi fluere cœpiſſet; quæ non obſervata, magnam ſæpe pariunt confuſionem, aut diſputationibus anſam præbent, quæ nullo negotio componi poſſunt.*

E

& oſtenſio anno 1480 certiſſima ſunt:

154 *Id in prima exaltatione locum quidem non habet, cum in tertium Paſchatis feſtum inciderit, in ſecunda autem anni* 1479, *mihi* 1480, *plane attendendum eſt: primum enim reſcriptum à Joanne de Burgundia Epiſcopo Cameracenſi datum eſt Bruxellæ* anno Domini MCCCCLXXIX, more Gallicano ſcribendo, menſis Martii die tertia; *ipſa vero oſtenſio, in ſequenti teſtimonio facta, narratur* tribus vicibus & diebus, videlicet, in die Annuntiationis Virginis glorioſæ, menſis Martii vigeſima quinta, pro prima; feria quinta in Paſchalibus, menſis Aprilis ſexta, pro ſecunda; & Dominica, octava Paſchæ, ejuſdem menſis nona, anni ab incarnatione Domini MCCCCLXXX, pro tertia, vicibus. *Et ſic iterum in fine dicti inſtrumenti diſerte apponitur:* Datum & actum Mechliniæ... anno Dominicæ in incarnationis MCCCCLXXX Indictione XIII, menſis Aprilis die X. *Demum in definitione confirmatoria, quæ eſt inſtrumentum tertium, ſic teſtatur Joannes ipſe Cameracenſis Epiſcopus:* Datum & actum Mechliniæ, dictæ noſtræ diœceſis, anno Domini MCCCCLXXX, menſis Aprilis die XVI. *Ex quibus patet ſtyli diverſitas, hîc verbo inſinuanda, tametſi ad rei caput ſpectet minime, ſive enim anno* 1479 *ſive* 1480 *exhibita toti populo fuerint reliquiæ, nihil magnopere ad rem præſentem*

F

A *tem confert, modo de facta oſtenſione ſatis conſtet, prout ſole meridiano clarius conſtare demonſtrabitur. Utrum diplomata iſta viderit Domynſius, multum dubito; poſtremam oſtenſionem ex paulo recentiori hominum memoria diſcere potuit, quam, neglecta priori, paucis deducit cap. 4, quæ in opuſculo vernaculo habentur à pag. 201. Nos hîc indubitata ſubjicimus. Primæ tranſlationis inſtrumentum breviſſimum ſic in collectione Cuyperiana rem geſtam teſtatur.*

& prima demonſtratur ex inſtrumento authentico,

155 Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, die tertia menſis Aprilis, quæ fuit feria tertia poſt Paſcha Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Urbani divina providentia Papæ quinti, anno ſeptimo, Reliquiæ Sancti Rumoldi Archiepiſcopi & Martyris, de antiqua capſa tranſlatæ extiterunt ad præſentem capſam, per villam Machlinienſem ex pio voto conſtructam; præſentibus dictæ tranſlationi Prælatis infraſcriptis, una cum Dominis Canonicis, & Capellanis Eccleſiæ Sancti Rumoldi, ac Magiſtris Communitatis, Scabinis & Juratis, nec non

B aliis pluribus providis & honeſtis viris oppidanis dictæ villæ Machlinienſis. Sequuntur nomina Prælatorum, Johannes Egmondenſis, Ordinis ſancti Benedicti; Theodoricus de Vlierbeke; Bernardus de Boedeloe; Nicolaus Villarienſis; Johannes ſancti Bernardi prope Scelle, Ordinis Cyſtercienſis; Martinus ſancti Michaëlis Antverpienſis; Radulphus Grimbergenſis, Præmonſtratenſis Ordinis; humiles Abbates: Sigerus de novo lapide, ſancti Servacii Trajectenſis, Leodienſis diœceſis; Cornelius Eccleſiæ Sancti Rumoldi Machlinienſis, eccleſiarum Decani, & quia nos Abbates & Decani præſcripti dictæ tranſlationi interfuimus, noſtra ſigilla præſentibus duximus apponenda: nec non Johannes Abbas Jettenſis Ordinis Præmonſtratenſis, ſigillo caruit, nec non Willihelmus Cantor beati Rumoldi Machlinienſis, Henricus Prior beatæ Mariæ in Hanſwyc.

Sigilla pendebant inferius, inquit apographum.

item altera

156 *Ex hoc diplomate evidenter patet, quod ſupra dicebam, totam illam Wachtendonckianam periodum à vero abeſſe quam longiſſime, nam præterquam quod Epiſcopos nominet, quorum alter Gerardus necdum ad Cameracenſem ſedem evectus erat, alter apud Ultrajectenſes nuſquam notus eſt, quique proinde Mechliniam tunc evocari non potuerint, neque adeo tranſlationi intereſſe, quæ per ſolos ſubſcriptos Abbates &c. facta eſt. (Quis vero tunc Epiſcopus Cameracenſis fuerit, Mechliniæ etiam tum præſens, proxime explicabitur: hæc ſolum dicta ſunt in ordine ad jam relatum inſtrumentum.) In eo etiam labitur, quod* S. Martyris reliquias, ex ſacello divi Stephani ad baſilicam eidem Martyri ſacram tranſlatas *comminiſcatur, ubi inſtrumentum expreſſis terminis aſſerit, quod* de antiqua capſa tranſlata exſtiterint ad præſentem capſam, per villam Mechlinienſem ex pio voto conſtructam; *illo nempe, quod ſupra conceptum narravimus, pro obtenta famoſiſſima victoria, cujus anniverſaria memoria, per ſupplicationem quotannis celebratur.* Sacellum *iſtud* S. Stephani *Baertium pridem, alioſque eruditos Mechlinienſes diu multumque vexavit, & mihi moleſtias non paucas creaverat, quibus me expedire haud promptum erat; verum re tota accuratius examinata, ea principia ſuperius, paragrapho* 12, *ex Theodorico poſuiſſe videor, quæ non obſcure oſtendant, in ſolo imperiti hominis cerebro imaginarium iſtud ſacellum exſtitiſſe, ut proprio loco demonſtrandum erit. Sequantur modo reſcriptum, teſtimonium, & decretum, quæ alteram oſtenſionem anno* 1480 *celebrius factam ſatis fusè deſcribunt.* AUCTORE J. B. S.

Reſcriptum Joannis de Burgundia Epiſcopi Cameracenſis, quo reliquias S. Rumoldi viſitari & populo exhiberi præcipit.

ex pluribus reſcriptis.

JOannes de Burgundia Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Cameracenſis, Reverendo in Chriſto Patri, Domino Godefrido, eâdem gratiâ Dagnenſi Epiſcopo, noſtro ſuffraganeo, & in pontificalibus vicario, nec non venerabilibus in Chriſto patribus ſancti Bernardi, ſupra Schaldam; Villarienſi, & de Bauwelo, Ciſtercienſi; ſancti Petri Haffligemienſi, ſancti Benedicti; ſancti Michaëlis Antwerpienſi; ſancti Petri Grimbergenſi; beatæ Mariæ de Tongerloe; ejuſdem beatæ Mariæ Jettenſi, Averbodienſi & Parcenſi, Præmonſtratenſi; ac ſanctæ Gertrudis Lovanienſi, Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini Ordinis, noſtræ Cameracenſis, Leodienſis, & Tornacenſis diœceſium monaſteriorum Abbatibus, ac Præpoſito de Frigido monte, hujus oppidi Bruxellenſis, ejuſdem noſtræ diœceſis, aut tribus ſeu quatuor unà cum dicto noſtro ſuffraganeo ex eis, ſalutem in Domino ſempiternam. Gratum pariter & acceptum Domino Deo altiſſimo credimus impendere famulatum, cum Chriſti fideles ad illa ſtudioſius opera excitamus, per quæ Dei & Sanctorum ſuarumque Eccleſiarum veneratio & honor attollitur, populi creſcit devotio, dubia de medio tolluntur & ſalus augetur animarum.

E

Horum primo mandat Epiſcopus,

158 Sane expoſito nobis pro parte Vicedecani & Capituli atque Rectorum fabricæ Eccleſiæ ſancti Rumoldi oppidi Mechlinienſis, dictæ noſtræ diœceſis, aſſiſtentibus eiſdem legiſlatoribus ejuſdem oppidi: qualiter in dicta Eccleſia & feretro, valde ſumptuoſo & decoro, reconditum ſit corpus beatiſſimi Martyris & Pontificis Rumoldi, quod cum à memoria hominum apertum & viſitatum, populoque oſtenſum non ſit, à pleriſque dubitatur, ab aliis vero ignoratur, ſi ejuſdem beatiſſimi Martyris atque Pontificis corpus, ſive ſaltem corporis oſſa illic ſint recondita: quæ quidem reliquiæ propter dubium ſeu ignorantiam hujuſmodi, in debita veneratione haberi omittuntur: timeatur etiam quod panniculi, quibus ſunt involutæ, brevi cludendoque illic appoſiti, propter temporum lapſum, vetuſtate conſumpti formidantur: quare pro parte eorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ad Dei laudes dictique ſanctiſſimi Martyris & pontificis venerationem, ac Chriſti fidelium devotionem amplius excitandam, feretrum prætactum, cum ſolemnitatibus & ceremoniis ad hoc requiſitis, auctoritate noſtra aperiri & viſitari, populoque pro ipſius devotione augmentanda, oſtendi, ac deinde renovatis præfatis documentis, breviculis, & pannulis ſive telis iterato recludi, mandare vellemus & dignaremur.

F

AUCTORE J. B. S.

159 Nos itaque Sanctorum meritis, inclytam cælorum gloriam Christi fideles minime assequi dubitantes, qui eorum patrocinia, per condignæ devotionis obsequia promerentur. Illi namque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est, & retributio præmiorum. Devotis vestris supplicationibus piè inclinati, vobis omnibus seu saltem tribus aut quatuor ex vobis, si ceteri nequierint, vel nolint interesse, præsente tamen prælibato nostro vicario in Pontificalibus & suffraganeo; de quorum circumspectione & industria ad plenum confidimus, comitatum committimus, quatenus aliquo die solemni, ad hoc per vos ordinando, ecclesiam prætactam accedentes, feretrum prædictum cum solemnitate & reverentia, quibus decet, aperiendo, reliquias inibi reconditas, & illarum documenta, si quæ illis sint annexa, discrete & cum maturitate visitetis, capsulam seu capsulas eidem feretro inclusam, seu inclusas, & vestes, breviculos, pannulos, sive telas, quibus reliquiæ hujusmodi forsan involutæ reperientur, si vetustate consumptæ, vel consumpti fuerint, extrahendo, illosque seu illas, aliis in locis sacris & capsis reponendo, alias seu alios per dictum nostrum suffraganeum consecrandas, seu consecrandos, pro ipsarum reliquiarum reverentia & honore apponatis & applicetis.

per Suffraganeum suum

B

160 Reliquias hujusmodi dicta die solemni & duobus aliis diebus, per vos aut dictum Capitulum deputandum, ut dubium hujusmodi de medio tollatur, ipsæque eo amplius in reverentia habeantur, populo cum talibus reverentia & honore, quibus decet, ostendendo: nec non de hinc designationes earumdem reliquiarum, cum bona specificatione documentorum suorum, quæ illic reperiri continget, nobis fideliter remittendo, ad finem, quod, singulis visis & rimatis maturè, nostrum desuper decretum interponere valeamus, per quod ipsi Christi fideles præfati scire poterunt, quid illic venerari debeant & exinde populi devotio crescere & augmentari dubiumque removeri possit & valeat. Nos etiam de omnipotentis Dei misericordia, beatissimæque Dei genitricis Virginis Mariæ matris, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum, sancti Rumoldi præfati, omniumque Sanctorum meritis & intercessione confisi, omnibus & singulis verè pœnitentibus & confessis & contritis, qui

visitationem instituit.

C

dicti feretri apertioni, præfatarum quoque reliquiarum visitationi & ostensioni, nec non officio Missæ, quod pro tunc illic celebrari contigerit, quadraginta dies indulgentiarum, de injunctis eis pœnis misericorditer in Domino relaxamus. Datum & actum Bruxellæ, dictæ nostræ diœcesis; sub sigillo nostro anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, more Gallicano scribendo, mensis Martii die tertia. *Et paulo inferius in apographo erat scriptum:* Per Dominum Episcopum.

Et signatum Tswinnen.

Inferius pendebat sigillum Episcopi Cameracensis.



D

Testimonium Godefridi, Episcopi Cameracensis suffraganei & Abbatum, de facta solemni visitatione & ostensione reliquiarum S. Rumoldi.

Hic testantur Suffrag. & Abbates

REverendo in Christo Patri & Domino, Domino Joanni de Burgundia, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Cameracensi ejusve in spiritualibus vicariis, vestri humiles & devoti, Godefredus eâdem gratiâ Episcopus Dagnensis, vestræ paternitatis suffraganeus, ac in pontificalibus vicarius, nec non Franciscus Villariensis, Livinus de Boedeloe, Martinus sancti Bernardi supra Schaldam, Ordinis Cistercienſis, Bartholomeus Averbodiensis, Wernerus de Tongerloe; Joannes sancti Michaëlis Antwerpiensis, Marcus Grimbergensis, Rolandus Jettensis, Ordinis Præmonstratensis, Cameracensis, Tornacensis; & Leodiensis diœcesium monasteriorum Abbates, salutem cum omni honore & reverentia ac veritate subscriptorum.

E

factam visit. & ostensionem

162 Notum fecimus vestræ reverendæ paternitati, quod visis à nobis & cum ea, qua decuit reverentia, receptis vestræ paternitatis litteris, & ad requestam venerabilium dominorum Vicedecani & Capituli sancti Rumoldi, ac legislatorum oppidi Machlinienſis, dictæ Cameracensis diœcesis, impetratis & concessis, feretrum ac capsulam beati Rumoldi Martyris, in ecclesia ejusdem, in quo seu qua, corpus seu ossa, & reliquiæ ejusdem reconditæ esse credebantur, honorifice & sumptuosè constructum, juxta tenorem vestrarum litterarum, præsentibus annexarum, aperiri fecimus. In eo vero cum magna reverentia ossa ac reliquias corporis beati Rumoldi Martyris, sana, salva, integra, & incorrupta, ac bene redolentia; lethalis vulneris signo, in sinistra parte capitis invento, reperimus: & propterea ad populi devotionem augmentandam, dicta ossa & reliquias corporis ejusdem glorioſi Martyris, debitis ad hoc solemnitatibus & ceremoniis requisitis mediis, populo & Christi fidelibus cunctis ad ecclesiam ipsius Martyris adveńientibus, & in magna & copiosa multitudine confluentibus, eadem vestra auctoritate tribus vicibus & diebus, videlicet in die Annunciationis Virginis gloriosæ, mensis Martii vigesima quinta, pro primâ; feria quinta in Paschalibus, mensis Aprilis sexta, pro secunda; & Dominica octava Paschæ, ejusdem mensis nona, anni ab incarnatione Domini, millesimi quadringentesimi octuagesimi, pro tertia, vicibus, ostendi & exhiberi, nobis præsentibus & astantibus decrevimus & fecimus.

F

coram Margareta Duce Burgundiæ

163 Ostensione & publicatione & exhibitione hujusmodi factis, præmissis & elapsis, reliquias & ossa corporis ejusdem glorioſi Martyris, nil diminuendo vel abstrahendo, sed sana, integra, & illæsa, pro ut reperimus, cum novis panniculis, telis ac rebus aliis, ad hoc solemniter consecratis, iterato ubi unà nobiscum interfuerunt, Illustrissima Domina, Domina Margareta, Eduardi Regis Angliæ germana, & hujus oppidi Duaria relicta, quondam metuendissimi principis Domini Caroli

Ducis

A Ducis Burgundiæ, Brabantiæ &c. & Maria ejuſdem Caroli filia, ac illuſtriſſimi & invectiſſimi Domini Maximiliani Auſtriæ & Burgundiæ Ducis conthoralis, & domina Machlinienſis, ac nobiles Domini, Philippus De Croy, Comes de Symay; Ludovicus de Brugis, Comes Udonii; Princeps de Steenhuyſe ac Dominus de Gruethuſe, Balduinus de Lannoy, & Joannes de Boeveryes, Dominus de Wierres, Milites: nec non venerabiles viri Domini & magiſtri, Joannes de Platea Vicedecanus; Robertus Hendrick Cantor, Ægidius de Muſenis, Balduinus Hidde, Joannes de Kerckhove, Antonius Capitis, Judocus Nachtegale, Henricus Ghiſelberti, Canonicus & Plebanus; Petrus Laurentii, Joannes Pycoti, Matthæus Godefridi, Canonici; Hermanus de Buſco, Antonius Yſendyn, Lambertus de Thenis, Ludovicus Walteri, Bartholomæus Imbrechs, beneficiati de Cellaer; Joannes de Quercu junior, & ſenior, Auguſtinus Albi, Martinus Lancum, Henricus de Ghele, Cornelius Ducis, Joannes Dorſpoel, Joannes Huberti, Joannes Verneyen, Symon Roboſch, Capellani eccleſiæ ſancti Rumoldi; nec non
B Wilhelmus prior in Hanſwyca, Joannes Cattendyck &c. Leonardus de Merica, ſacræ paginæ profeſſores; Cornelius Vicegardianus Minorum, Joannes Boer Auguſtinianorum, & Godefridus Carmelitarum, Priores; Dominus Antonius vander Aa miles, Scultetus; Domicellus Henricus de Oeyenbrugge, aliàs de Colem, filius legitimus Domini Henrici de Colem militis; Ægidius Vranx, magiſtri Communitatis; Ægidius de Gheſtele, Rumoldus de Baerdeghem, Joannes de Hamme, Joannes de Duffele, Petrus de Cennen, Georgius de Dorpe, Jacobus Beckeve, Henricus Langhe, Arnoldus de Damme, aliàs de Beneden, Petrus Caluwaert, Joannes de Baeſrode & Jacobus Robbyns, Scabini; Wilhelmus de Winckele, Andreas Hoots decani Lanificii; Jannes Mol, Ludovicus de Heyſt, Antonius Boem, Wilhelmus de Beret, receptores ſive reddituarii; magiſter Hubertus Wellemans penſionarius; Theodoricus Adriani, Joannes Barbier, ſecretarii; Reynerus de Beelt, Bartholomæus de Buſco, Henricus de Erpe, Joannes de Beret, Joannes de Beckere, Godefridus Vrieſe, Rumoldus Quayvoer,
C jurati; Joannes de Platea griffier; Petrus de Boene de Yetegem, Rumoldus Vleminc, rectores fabricæ; Joannes de Brande, aliàs Cronaert, virgarius; Wilhelmus Oubeerts, aliàs Trabekier, cuſtos & gubernator feretri, & quam plures alii utriuſque ſexus incolæ hujus oppidi Machlinienſis & extranei: includi & recludi, magnis, reverentia, honore & diligentia intermediis, juſſimus & mandavimus, & perſonaliter duobus notariis ſubſcriptis ad hoc vocatis & requiſitis incluſimus, & ad priſtinum feretrum, unde per nos extracta fuerunt, repoſuimus.

Accedit

164 Quæ omnia & ſingula, ſic ut præmittitur, per nos acta, veſtræ paternitati ſub appenſione noſtrorum ſigillorum, ac ſubſcriptione notariorum fideliter & legaliter ſcribimus, teſtamur, notificamus & inſinuamus. Datum & actum Machliniæ, Cameracenſis diœceſis, in Eccleſia ſancti Rumoldi, præmiſſis præſentibus, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, indictione tertia decima, menſis Aprilis die decima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Sixti divina providentia Papæ quarti, anno nono. Sic ſubſcriptum. Et ego Georgius Monachi presbyter, Cameracenſis diœceſis, publicus ſacra Imperiali auctoritate, ac venerabilis Capituli hujus Eccleſiæ ſancti Rumoldi notarius & ſcriba juratus, & Viceplebanus ejuſdem, quia ſupra dictis apertioni, oſtenſioni corporis ac reliquiarum ſancti Rumoldi Epiſcopi & Martyris, inventioni & in loco ſuo priſtino reincluſioni, cæteriſque præmiſſis una cum dictis reverendis patribus interfui, eaque omnia ſic fieri vidi & ſcivi: ideo has patentes, dictorum dominorum ſigillis ſigillatas, & manu mei in hac cauſa connotarii ſubſcripti ſcriptas, manu propria ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis ſignavi, in præmiſſorum fidem & teſtimonium, rogatus & requiſitus. *Deinde habebatur id quod ſequitur:*

AUCTORE J.B.S.

& plurimis aliis.

Notariorum fides;

Et ego Hubertus de Weſemale, presbyter, Cameracenſis diœceſis, perpetuus beneficiatus de Cellaer, in Eccleſia ſancti Rumoldi, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, quia ſupradictis, etiam apertioni corporis ac reliquiarum ſancti Rumoldi, inventioni, oſtenſioni & in loco ſuo priſtino reincluſioni, cæteriſque præmiſſis, unà cum dictis reverendis patribus ac cum præſcripto connotario interfui, eaque ſic fieri vidi & ſcivi; ideo has patentes litteras manu propria ſcriptas, ac dictorum dominorum ſigillis ſigillatas, manu eadem ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis ſignavi in præmiſſorum fidem, rogatus & requiſitus. E

Appendebant ſigilla Abbatum Dagnenſis, Villarienſis, Boedeloe, S. Bernardi, S. Michaëlis, Averbodienſis, Tongerloe, Grimbergenſis, Fettenſis.

Decretum Joannis Epiſcopi Cameracenſis.

& auctoritas Epiſcopi,

UNiverſis & ſingulis ſanctæ matris Eccleſiæ Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, Joannes de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Cameracenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Gratum pa- F riter & acceptum Deo impendere credimus famulatum, dum à mentibus Chriſti fidelium, dubitationum nebulam propellentes, ad Dei omnipotentis laudem, honorem & gloriam, Sanctorumque ſuorum venerationem in lucem veritatis deducimus, quæ propter temporis diuturnitatem eiſdem Chriſti fidelibus erant inviſa, & ea propter aliis ſic, aliiſque ſic aſſerentibus, admodum ignota. Sane nuper pro parte dilectorum nobis in Chriſto Vicedecani & Capituli, ac rectorum fabricæ eccleſiæ Collegiatæ ſancti Rumoldi, nec non legiſlatorum & incolarum oppidi Mechlinienſis, noſtræ diœceſis, nobis ſerioſe expoſito; quod cum à memoria hominum feretrum ſanctiſſimi & glorioſiſſimi Martyris atque pontificis Rumoldi, ipſius eccleſiæ Collegiatæ Patroni, quod in eadem ſumptuoſiſſimo opere extructum, ſub magnis veneratione & honore ſervetur, apertum, neque dictis fidelibus oſtenſum non fuerit, à pluribus dubitatur, ab aliis vero ignoratur, ſi ejuſdem Martyris atque pontificis corpus, ſive corporis oſſa in eodem feretro ſint

AUCTORE J.B.S.

sint recondita : unde fit, quod ipse Martyr & Pontifex, ejusque reliquiæ, in tam grandi veneratione, sicuti merito deberent, præsertim ab aliquibus haberi omittuntur.

acta omnia

167 Quare pro parte præfatorum exponentium, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus feretrum hujusmodi per reverendum in Christo Patrem Dominum Godefridum Episcopum Dagnensem, nostrum suffraganeum & in pontificalibus Vicarium, nonnullosque alios ecclesiæ Prælatos aperiri ac illius reliquias, nec non documenta antiqua illis, ut verisimiliter putabatur, apposita, cum debitis diligentia, reverentia, & honore, nostra auctoritate visitari & examinari, ac dictis Christi fidelibus, pro eorumdem augmentanda devotione, ac dubitantibus procul pellendis, ostendi mandare dignaremur. Nos itaque devotis eorum supplicationibus inclinati, prælibato Domino Episcopo Dagnensi, nec non cæteris monasteriorum dictæ nostræ ac Leodiensis & Tornacensis diœcesium Abbatibus, super præmissis nostras vices impartiti sumus, committentes eisdem, quatenus feretrum hujusmodi
B aperiendum, reliquias in eodem reconditas ad documenta illis apposita, summa cum diligentia visitarent : illlasque populo tribus diebus solemnibus, pro ampliori magnificentia & gloria, ipsiusque Sancti veneratione ostenderent nobisque rescriberent, quid in præmissis & circa ea fecerint & invenerint, ad finem quod singulis visis & mature rimatis, nostrum desuper decretum interponere valeremus :

referentis

168 Cujus quidem commissionis vigore atque prætextu, prælibatus Reverendus in Christo Pater Dominus Godefridus Episcopus Dagnensis, nec non Franciscus Villariensis, Livinus de Boudeloe, Martinus sancti Bernardi, supra Schaldam Cisterciensis, Johannes sancti Michaëlis Antverpiensis, Bartholomæus Averbodiensis, Wernerus de Tongerloe, Marcus Grimbergensis, & Rolandus Jettensis Præmonstratensis Ordinis, dictarum nostræ, Leodiensis & Tornacensis diœcesium monasteriorum Abbates, feretrum hujusmodi aperiri facientes ; reliquias in illo existentes, & documenta illarum diligenter atque mature visitaverunt & examinaverunt, illasque populo tribus diebus solemnibus, de nostris auctoritate
C & consensu ostenderunt : per quas quidem visitationem, examinationem & ostensionem luculenter constitit & constat, qualiter in feretro hujusmodi ossa ac reliquias corporis prædicti sanctissimi Martyris & Pontificis Rumoldi, sana, salva, integra, incorrupta, ac bene redolentia, lethalis vulneris signo, in sinistra parte capitis invento, cum magna reverentia reperierunt, recondita : quæ cum simili reverentia, post dictorum trium dierum solemnium elapsum, nil addendo seu subtrahendo, sed sana, integra & illæsa, pro ut illa reperierunt, cum novis panniculis, telis ac rebus aliis, ad hoc per dictum suffraganeum nostrum solemniter consecratis, iterato recluserunt.

& confirmantis.

169 Nos itaque fide dignis relationibus prælibatorum dominorum Episcopi & Abbatum, fidem indubiam adhibentes, præsentium tenore decernimus & declaramus, ossa & reliquias corporis prædicti sanctissimi Martyris & Pontificis, in dicto feretro indubie fuisse & esse recondita, ac ea ut talia ac pro talibus, à singulis Christi fidelibus veneranda esse & venerari debere : in quorum omnium D & singulorum, fidem & testimonium præmissorum, præsentes patentes litteras exinde fieri, & per secretarium nostrum signari, nostrique sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Mechliniæ, dictæ nostræ diœcesis, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, mensis Aprilis die decima sexta. *In plica erat scriptum :* Per Dominum Episcopum, *& signatum*

Tswinnen.

Appendebat sigillum Episcopi.

§ XV. De prima pretiosissima lipsanotheca deaurata, anno MCCCLXIX perfecta.

Theca illa sane magnifica,

G*Ramayum audivimus supra paragrapho* 12, *num.* 133, *narrantem*, solenni ritu elevata *esse*, *seu transposita* sacri pignoris ossa, per Robertum Cameracensem Episcopum, relataque in argenteam [thecam] cujus pretium E exceptis margaritis, excessisse constat sexaginta sex florenorum millia : factum anno MCCCLXIX. *Melius Gramayus Cameracensem istius temporis Episcopum reperit, quam auctor Legendæ Wachtendockianæ ; erat enim id temporis Robertus Gebennensis, postea sub Clementis VII nomine Avenionensis pseudopontifex, quem ad eam solennitatem Mechliniam advenisse diserte scribit Chronicon Tongro-Mechlinienſe, quamvis factam ab ipsomet reliquiarum translationem seu transpositionem non memoret. Domynsius ex Legenda Belgica ante Gramayum scripserat, auctarii sui cap.* 3 ; promiscuum autem vulgus & cives Mechliniani, gratitudinis ergo, tantum donariorum accumularunt acervum, ut ex eis auream conflaverint Martyri thecam. *Legere debuit ut est in Belgico* deauratam **Vergulde** ; *sed tritas semitas calcare non solet Domynsius ; ceteris argentea theca sufficit, quam in hunc modum describit citatum Chronicon Mechlinienſe, ad dictum annum* 1369 : Capsa nova S. Rumoldi, ad quam spectandam ingens hominum multitudo confluxerat, tunc primùm perfecta est, pen- F dens argenti solidas MARCAS, ut vocant, TER MILLE SEXCENTAS, pro quarum singulis, artifici solvendi fuerunt floreni Rhenenses octo, sic ut tota res constiterit sex & sexaginta Rhenensium florenorum millibus, non computatis pretiosis monilibus aliisque adjectis ornamentis.

tempore quo rarius erat argentum,

171 *Notari hic posset florenorum nostratium & Rhenensium differentia, quorum hi, utpote totidem ferme medii pattacones, sexta sui parte nostros excederent, nisi perspectum haberem, nostrates florenos Belgicos, Rhenenses olim etiam quandoque appellatos. Verum qualicumque modo aut numerentur, aut æstimentur, certum est, tantum argenti pondus, ea tempestate in Sancti venerationem expensum, prodigio proximum fuisse, ne dicam paradoxum. Idque mecum sentire oportet peritos eorum temporum historiæ, quibus ignota esse non potest argenti raritas, non in Belgio solum verum & in aliis regionibus, priusquam fodinas in Europam effudisset America. Ne hic digressionibus immorer, non ignorant Belgæ, quam angustæ essent Principum nostrorum res erariæ, quam rara in templis monumenta argentea, quam tenues fundationes in rerum sacrarum stipendia, quam vilis operarum merces, quibus, ut pervulgatum*

A *gatum eſt, in diurnum laborem cedebat perexiguus nummus, aſſem noſtratem quinta parte excedens, quem inde dictum volunt* Byaſpenning / *quod ad ſatis lautam unius diei recreationem, imo ſuſtentationem ſufficeret. Sed ad chronicon redeamus.*

in chron. Mechl. conſtitiſſe dicitur fl. 66000

172 *Præmiſerat hujus auctor*, adveniſſe feria quinta hebdomadæ Majoris, ſeu die Jovis ſancto, Robertum Cameracenſem Epiſcopum, & quarta Paſchatis feria, in ſupplicatione (*nempe anniverſaria illa, ſub ejus ſeculi principium inchoata*) Venerabile Sacramentum deportaſſe ad domum uſque D. Zegeri Vleminx; hoc eſt, *inquit*, uſque ad Couwenbergen: atque in reditu ibi denuo reſumpſiſſe, tuliſſeque ad templum, ubi ſolenniter ſacris operatus ſit, aſſiſtentibus ei Abbatibus Vlierbecano & Baudeloënſi; *ut plane mirum videri debeat, nullam Roberti Epiſcopi in iſtius tranſlationis diplomate fieri mentionem; magis etiam mirum, in ejus nomine Legendæ Wachtendonckianæ auctorem aberrare potuiſſe, alium vero eumque imaginarium Ultrajecto accerſere. Ceterum deauratam fuiſſe prædictam lipſanothecam, etſi hic non exprimat Chronicon, ex alio ejus loco facile educitur,*

B *dum ſub annum* 1452 *refert, ipſam* diſſolutam fuiſſe & rurſus ex integro inauratam. *Ex laudato Chronico, prout diſcriptum habet Nobiliſſimus Cuyperus, unde ſuperiora verba accepi, quamquam in extracto apud nos longe aliter legerit Papebrochius; ex laudato, inquam, chronico perſonare incipit exorbitans pondus totius primæ capſæ argenteæ deauratæ, de qua Gramayus merito pronuntiavit*, inter pretioſiores totius Belgii habendam, quæ ſacrilegûm hæreticorum manibus profanata & direpta fuerit.

cui ſubſcribunt reliqui etiam in pondere 3600 marcarum.

173 *His conformia tradit Wachtendonckianus cap.* 49. Ab his (*textoribus, fullonibus &c.*) ſumptuoſiſſima beato Martyri theca ex argento deaurato procurata eſt, quæ deinde anno MCCCLXIX perfecta exiſtens TER MILLE SEXCENTARUM MARCARUM, abſque gemmis & lapidibus pretioſis, quibus diſcriminata apparebat, ad ſexaginta ſex florenorum millia æſtimata fuit. Hæc theca turbulentis hiſce temporibus, prô dolor, vendita, catholicis civibus multum mœroris attulit, & quam exigua ſalus bello ſit, ſufficienter edocuit. *Sic ferme etiam Miræus de Canonicorum collegiis cap.* 74:

C Ab iiſdem (*Geuſiis*,) dum ex improviſo urbem occuparunt, inventum eſt in medio eccleſiæ corpus S. Rumoldi & fœdiſſime conculcatum & diſperſum; Dei tamen benignitate caput, ex cranii cicatrice notum, ope virginis eſt conſervatum. Periit etiam feretrum ejus; ſiquidem cum multis miraculis & victoria contra hoſtes clareret, fullones & textores eorumque conſortes anno MCCCLXIX, ob victoriam recenter per ejus merita obtentam, ex voto ei conſtruxerunt feretrum, æſtimatum in regiſtro civitatis in argento & factura ad ſexaginta ſex millia florenorum, præter gemmas & alia quæ poſtea acceſſerunt. Noviſſime celebre donarium adjecit Margarita, Maximiliani I Imperatoris Filia, Belgii gubernatrix, ut feretri valor fuerit ultra vas auri, cum ab hoſtibus religionis profanabatur.

Unum eſt chronicum quod rationes recte ſubducit,

174 *Regiſtrum civitatis totics appellari audis, ſed ex eo nihil haurire potuit harum rerum deligentiſſimus inveſtigator Præn. Cuyperus. Conveniunt interim chronici Mechlinienſis & Lirani ſcriptores, Gramayus, Miræus, & Wachtendonckianus, in exprimendis illis* ſexaginta ſex florenorum millibus: *differunt chronica alia in marcarum numero, quorum bina,* ter mille ſeptingentas *referunt, aliud,* ter mille ducentas, *ſic tamen ut nihilominus eadem ubique pretii ſumma expreſſiſſimè taxetur. Equidem in ea ſupputatione errorem tam patentem oſtendi, ut fatentibus eruditis Mechlinienſibus, concipi omnino nequeat, quo pacto tot marcæ argenti deaurati, comprehenſo artificis ſtipendio, majori pretio non conſtiterint; ut cuilibet, rem tantillum expendenti, ultro in oculos incurrit. Dubio huic ſolvendo operam contulit, ſæpe mihi laudandus R. A. & Cl. Canonicus Crucius, producto chronico Henrici vanden Coelput, cujus verba ex Belgico latine reddo:* Anno, *inquit auctor*, MCCCLXIX perfecta eſt theca, pendens argenti marcas ter mille ſeptingentas. Marcæ ſingulæ conſtitere florenis ſedecim (*probè novimus, non unum, nec ſtabile fuiſſe marcarum per id tempus pretium, ut fuſe docet Cangius in Gloſſ.*) pro artificio, florenis alteris octo: porro marcæ cujuſque deauratio ducatos duos inſumpſit, ducatum computando ad binos florenos (*quid id auri fuerit neſcio*) ſic ut pro feretro integro, id eſt pro argento, auro, & aurifabri ſtipendio ſolvendi fuerint floreni ſexcenti ſupra centum & tria millia, præter uniones & pretioſos lapides incruſtatos, E valoris plane inæſtimabilis. Opus octennio abſolutum eſt, nempe ab anno MCCCLXI ad annum MCCCLXIX.

AUCTORE J. B. S.

quod mirum eſt à nullo alio obſervatum;

175 *Nemo hactenus, quod ſciam, calculum accuratius ſubduxit, & ſuppoſita totius narrationis veritate, juſtius repræſentavit; numeros tute multiplica, ſi mihi fidem habere recuſas: verum memineris, arithmeticum meliorem fuiſſe ſcriptorem illum, quam hiſtoricum; utpote qui non adverterit, multa ſe commiſcere, quæ ſi ad rectam criſim exigantur, facile convelli poſſint. Ea interim laus ipſi debetur, quod conſequenter pretii ſummam materiæ gravitati aptaverit, in quo ceteri omnes, nulla prorſus ratione inita, quaſi ſtudio hallucinati ſunt, quemadmodum fallere videtur receptiſſima illa Mechlinienſium traditio, nemine uno hodie dubitante, quin feretri totius pretium fuerit, ſex & ſexaginta florenorum millia, poſt tot Chronica, Gramayum, Miræum & Wachtendonckianum, quod ſcriptorum illorum nec unum unicum prius animadvertiſſe, vix credibile apparet, cum nihil magis obvium ſit, quam fl.* 16, *pretium marcarum, aurifabri ſtipendium, fl.* 8, *& deaurationis florenos quatuor, qui cum aliis conſtituunt octo ſupra viginti, in ipſum marcarum numerum ducere, atque inde juſtam ſummam contrahere, ponderi competentem. Quod ſi in re tam manifeſta, & vel à tironibus arithmeticis obſervanda, tamdiu aberrarunt,*

F

idque in re non adeo antiqua.

non eſt quod mihi ſuccenſeant Mechlinienſes, ſi lapſus alios hiſtoricos, antiquitate ſua denſiori caligine involutos, ſubinde retegam & reſtituam, ſolius veritatis & S. Rumoldi *ac ipſarum gloriæ ſolidius illuſtrandæ ſtabiliendæque gratiâ.*

Incredibile eſt tam immane pondus in feretro portatili

176 *Ceterum citati Chronici auctor, utut bene arithmeticus, non magis quam reliqui advertit, paradoxon ſe nobis obtrudere, dum thecam portatilem depingit, tam immanis ponderis, ut omnibus rite computatis, ad uncias ſexcentas argenti ſupra viginti novem millia aſcendat; quibus addendi ſepties mille & quadringenti ducati aurei quorum ſaltem novem certo unciam conficiunt, ut proinde inſumptæ fuerint pluſquam octingentæ & viginti duæ unciæ auri, adeoque univerſum pondus pertigerit ad unciarum triginta millia quadringentas & viginti duas; unde exſurgit portandum*

AUCTORE J. B. S.

onus librarum mille octingentarum nonaginta quinque & unciarum duodecim, præter ligna, ferramenta aliaque oneroſæ materiæ impedimenta. Quis autem obſecro ſibi perſuaſerit, tantam molem humanis humeris in ſupplicationibus circumferri potuiſſe, quod tamen omnino ſupponendum eſt, ex concepto voto, quod hodieque perſeverat, quarta ſaltem Paſchatis feria, ſacris exuviis circum urbem annuè deportatis. Patebit, opinor manifeſtiſſimè rei impoſſibilitas, ſi vetuſta illa theca, hîc in æs inciſa, conferatur cum recentiori, quæ exhibetur § ſequenti: fallor, ſi non ipſa evidentia oculos offendat, præterquam quod ipſis teſtibus pateat, novam antiquâ majorem atque adeo probabiliſſimè ponderoſiorem eſſe. Age vero, ut ibi demonſtrabitur, uncias argenti pendit nova, non amplius quater mille, ſeu marcas quingentas, ei autem ſubvectandæ vix ſufficiunt viri octodecim, quot putabimus, fuiſſe neceſſarios, ut pondus ferme octies

B *majus promoveretur. Et erit, qui id non plane adynaton exiſtimet?*

de quo verior hîc traditur,

177 *Detur aliquid fundatiſſimæ conjecturæ, brevi eluceſcet, in chronici ſupputatione grandem ſubeſſe errorem; ſumptas nimirum ab eo aliiſque ſcriptoribus, ſe invicem cæco modo deſcribentibus, marcas pro meris unciis; quomodo ferme legit Papebrochius, in eo quod præ oculis habuit, Tungro-Mechlinienſi Chronico, in quo melius expreſſas reperit* marcas trecentas ſex, *ubi procul dubio pro* ſex, *legendum* ſexdecim, *quem ego calculum plane exiſtimo ad verum accedere proxime. Eum mihi ſuggeſſit Reverendus admodum ac Conſ. D. Ambroſius de Smet, Canonicus graduatus Metropol. Excellentiſſimo Archiepiſcopo à ſecretis; ex authentica & jurata depoſitione R. D. Joannis de Froymont, Cantoris & Canonici Metropol. facta* XXXI *Auguſti* 1620, *ad interrogatorium Illuſtriſſimi Nuntii Apoſtol. pro ſtatu diœceſeos, vacante ſede per obitum Illuſtriſſimi Hovii. In eo inſtrumento ad interrogationem* VII, *ſuper reliquiis in templo* S. Rumoldi *aſſervatis, reſpondet Froymontius,* thecam *veterem* argenteam deauratam *fuiſſe* ponderis utique trecentarum & ſedecim marcarum argenti puri: *quod tam recte à D. deponente aſſeri exiſtimo, quam male decantatam pretii ſummam expreſſit. Dices, ea ratione ad pretium ſexaginta ſex millium florenorum numquam perventum iri: Fateor equidem, at in utroque & pondere & pretio erratum, facillime inducor ut credam; quamvis pretium commodius, quam gravitatem ſalvari poſſe exiſtimem, ſi deauratio & pretioſæ gemmarum decorationes computentur. Quot autem & quam raris monilibus unionibuſque diſtinctum & exornatum fuerit ſumptuoſiſſimum feretrum, nuſquam traditum reperi:* E *Annalium iſtorum ſcriptoribus viſum eſt ſatis, incredibilem illius elegantiam & inæſtimabilem valorem una voce conteſtari. Tale fuit olim ſuperbiſſimum illud Mechlinienſium in ſanctum Apoſtolum, Patronum, Tutelarem pietatis ac venerationis monumentum, quod poſt bina ſecula ſacrilegas & rapaces latrocinantium hæreticorum manus non evaſit. Ut curioſi lectoris non ſolum ingenio ſed & oculis ſatisfaciam, ejuſdem ideam, qualem à toties laudato Cuypero obtinui, delineatam atque in æs inciſam, hîc repræſentari curavi.*

Theca argentea deaurata
Reliquiarum Sancti Rumoldi.



A explicaturque veteris thecæ delineatio.

178 *Deſumpta eſt delineatio ex vetuſta grandiori pictura, quam non ſemel contemplatus ſum, expoſita in cubiculo, ad ingreſſum templi meridionalem, quo ſe eccleſiæ curatores ſolent recipere. Artificium nemo non perſpicit & admiratur, at intuentes fallit, ita expreſſum Sancti corpus acſi omnium oculis patuiſſet; contra quam teſtentur relata proxime inſtrumenta authentica, ex quibus conſtat, ſacra illa pignora ſic thecæ argenteæ impoſita fuiſſe, ut certò hominum nemini fuerint perſpicua: aliàs enim neque* dubitari *potuiſſet, multo minus* ignorari, ſi ejuſdem beatiſſimi Martyris corpus, ſive ſaltem corporis oſſa illic eſſent recondita. *Neque dubium putamus, quin præfatæ thecæ argenteæ alia arca lignea, ſacrum corpus continens, incluſa fuerit, ea ipſa nimirum, quam furentes hæretici, ut mox dicemus, confregerunt diripueruntque, diſperſis per templum ſacris reliquiis. Teſtatur id diſertiſſime Domynſius ex Belgico ſuo Anonymo, his verbis:* Repertum eſt in ipſa theca ſcrinium ligneum..... quo ſacra oſſa omnia involuta jacebant: *ut prorſus indubitatum ſit, è ſacris lapſanis nihil hominum oculis fuiſſe ſpectabile. Ad ſalvandam itaque picturæ veritatem, non vitra cryſtallina, per quæ ſupinum corpus apparuerit, concipere oportet, ſed*

B *in ipſa theca argentea penicillo adumbratum, vel aurifabri arte exſculptum fuiſſe ſacrum depoſitum, neque aliud quidquam conſpici potuiſſe; ſiquidem ita fuerint olim omnia, & non potius ad recentioris pictoris ingenium poſtmodum efformata. Sic mecum ſentiunt eruditi Mechlinienſes, quibus difficultatem non ſemel propoſui.*

§ XVI. De auguſtæ lipſanothecæ interitu, ſacrorum lipſanorum diſperſione & recollectione.

Occupata eſt ab hæreticis Mechlinia an. 1580,

C *IAm deſcriptum à nobis magnificentiſſimum* S. Rumoldi *mauſolæum, quod per bina & amplius ſecula totius Belgii admiratio fuerat, luctuoſiſſimo illo Catholicæ rei ſeculo, piiſſimis clientibus ereptum, fidei & Regi rebellibus in prædam ceſſit. Furialem clariſſimæ urbis depopulationem paucis, ſed more ſuo eleganter, depinxit noſter Famianus Strada, de Bello Belg. Decade* 1, *lib.* 3, *ad annum* 1580, *pag. mihi* 175 *&* 176: At Ninova oppidum Aloſto proximum, nec poſt multo Mechlinia, amiſſæ ſunt. Illam Franciſcus Lanua .... hanc Joannes Norricius Anglorum tribunus, aliquorum dolo, ac præſidii parte in proditionem aſſumpta, inopinatus intravit: nec niſi redintegrata aliquoties pugna, amiſſis ſuorum circiter ducentis, tandem obtinuit, continuata menſem integrum direptione, tam profundâ victorum avaritiâ, ut poſt abraſa expilataque templa pariter ac domos: poſt cives non ſemel vitam libertatemque redimere coactos; in mortuorum quoque monumenta ſævitum ſit, humo revulſis ablatiſque inde ſepulcralibus lapidibus, atque in Angliam avectis, ac palam, hæreſi ipſa erubeſcente, divenditis. Quibus profecto ſpoliis, & ſibi Norricius non leve dedecus, vel apud gentis ſuæ ſcriptores; & in Anglos omnes odium Belgarum, eam populationem, novo nomine, Anglicanas furias hodie execrantium, comparavit: *eo atriori calculo apud Mechlinien-*

ſes notatas, quod eodem impetu theſaurum ſuum, lipſanothecam illam incomparabilem direptam plerique omnes exiſtiment. AUCTORE J. B. S.

180 *Advertant, obſecro, veri* S. Rumoldi *clientes, quam non facile popularibus rumoribus annuere liceat, contra vero, quantam vel in minutiis, ad eorum res ſacras ſpectantibus, diſcutiendis curam & diligentiam adhibere oporteat; cum mihi diutiſſime indagandum fuerit, à quibus, quando & quomodo, toties jam dicta deaurata lipſanotheca* direpta *eſſet*, profanata *aut* vendita. *Dubium ex eo incidit, quod in iconomachorum Anglorum depopulatione nuſquam legerem aliud repertum, præter arcam ligneam, diſperſaque per templum, S. Martyris oſſa, nullibi facta mentione feretri deaurati, quamquam id aperte indicare videretur Gramayus, per hæc verba:* quæ ſacrilegûm hæreticorum manibus profanata & direpta fuerit. *Sic & Miræus*: ut feretri valor fuerit ultra vas auri, cum ab hoſtibus religionis profanabatur. *Item Wachtendonckianus:* Hæc theca turbulentis his temporibus, prô dolor! vendita, catholicis civibus multum mœroris attulit. *Ecquis ex talibus terminis aliud*

E *ſatis queat percipere, quam quod ab ipſis Anglis, urbis invaſoribus & direptoribus menſe Aprili* 1580, *ipſa capſa argentea*, profanata, direpta *& vendita fuerit? Et vero in ea opinione Mechlinienſes deprehendi, dum ea de re ſtudioſius interrogarem. Ad argumentum, quo urgebam, aliunde conſtare, ſolum ſcrinium ligneum in templo inventum & confractum; repoſitum eſt; credere non paucos, thecam argenteam prius tuto loco abſconditam, at neſcio cujus proditione, à ſacrilegis inventam*, direptam *ac* venditam. *Miratus ſum profecto in re ætati noſtræ tam propinqua, tam varias eſſe ſententias, nec certi quidquam deprehendi poſſe.*

181 *Non acquievi interim, donec alicunde ſolidi aliquid ſuggereretur, quo factum adeo notabile ad ſinceram veritatem reducerem. Aliis itaque ſubſidiis privatus, recurri ad citata ſuperius chronica popularia, quæ quam in antiquis rebus tradendis nullius momenti ſunt, tam in iis quibus ſcriptores ipſi, quantumvis plebei, præſentes aut proximi fuerunt, fidem aliquam merentur. In his vero reperi, vanam non fuiſſe dubitationem meam, neque ſatis clarè & diſtinctè locutos Gramayum, Miræum & Wanchtendockianum in relatis ſupra teſtimoniis. Falſum eſt, direptionis tempore abſconditam alicubi thecam argenteam; falſum eſt, ab urbis invaſoribus & expilatoribus* profanatam, direptam *aut* venditam; *cum anno* 1580, *in Anglicanis furiis à Famiano narratis, nullum jam amplius Mechliniæ exſtaret* S. Rumoldi *argenteum feretrum, ab anno* 1578, *juſſu Orangii Principis, Brabantiæ per id tempus prætenſi* Ruardi, *ſeu Advocati aut Protectoris, cum alia ſacra templorum ſuppellectile, nonnulliſque æneis campanis, ſi non ex urbe, ſaltem ex circumvicinis pagis violenter ablatum, & Antverpiam, per id tempus perduellium hæreticorum arcem, abſportatum, ut diſertiſſime teſtatur chronicon ſub nomine Cornelii Vermolen fol.* 29. *Cujus verba latinè verto:* Eodem anno MDLXXVIII (*notaverat immediate ſuperius* III *Julii*) ex omnibus pagis circumcirca auferuntur æra campana, cum omnibus argenteis lipſanothecis è templis Mechlinienſibus juſſu Orangii Principis: quando etiam ſpoliatoribus ceſſit hierotheca S. Rumoldi, pretioſiſſima illa gemma, pendens argenti marcas 3200, præter aurum & magni

eſt illa an. 1578 ab Auriaco allata fuerat.

quo tempore traduni profanatam lipſanothecam;

F

AUCTORE J. B. S.. pretii lapides. *Ita loquitur teſtis, ni fallor, oculatus, cujus aſſertum plane confirmat ſcriptor alius fide digniſſimus, qui & ipſe rei geſtæ interfuit, alibi referendus. Videatur Dionyſius Mutzaert in hiſtoria ſua eccleſiaſtica Belgice edita, ad dictum annum* 1578. *In quem porro uſum redacta ea omnia ſint, tam clare perſpicitur, ut ſuperflua ſit omnis explicatio. Immanem ejus temporis barbariem collige, ex eo quod eodem ipſo anno Mechlinienſia ſuburbana omnia, perantiquum Beginagium, Bethania, Blyenberg, templa S. Nicolai, Neckerſpoel & Hansuyck, incenſa & ſolo æquata ſint.*

Urbis invaſores ſolas reliquias diſperſerunt,

182 *Direptionis templi & ſacrarum reliquiarum hiſtoriam, nullus integrè, quod ſciam, deſcripſit hactenus, aut forte ſatis deſcribere potuit; utpote cujus præcipuarum circumſtantiarum nemo teſtis eſſe aut voluerit, aut auſus fuerit, omnibus metu diffugientibus, aut intra proprias domos concluſis, ſic ut miraculo ſimile videatur, diſperſas ab impiis per templum ſacri corporis partes colligi potuiſſe; & rurſus poſtmodum conjungi, ut ex longo proceſſu verbali, ſuper ea re habito, certum eſt. Sic breviter rem delibat Wachtendonckianus, dum relatâ cap.* 51 *oſtenſione anni* 1480, *quæ octo dies continuos tenuit, ita ſubjungit :* Quibus elapſis, dictæ reliquiæ, poſt gratias actas iterum incluſæ & ſigillis confirmatæ, perſeverarunt integræ uſque ad annum 1580, quando occupatâ ab hæreticis Mechliniâ, per eccleſiam ab illis diſperſæ ſunt. Verum Deus, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, non paſſus ſervi ſui membra illorum furori relinqui, pias aliquot & honorabiles perſonas commovit, qui diſperſas, quo meliori modo, reliquias colligerent. Illas, urbe liberata, Archiepiſcopus Hauchinus, poſtquam ſuper earum veritate, debita informatio ſumpta eſſet, approbavit, & ab omnibus, uti veras honorari præcepit: ac demum anno MDLXXXVI (*voluit dicere* MDLXXXV) ad eccleſiam Metropolitanam ſolemniter transtulit, Clero, Magiſtratu ac populo comitante, & Deum in Sancto ſuo collaudante. Cujus ſolemnitatis memoria celebratur, ipſa D. Huberti, III Nonas Novembris.

quas poſtmodum collectas

183 *Proceſſum ipſum ex archivo Archiepiſcopali Mechlinienſi, cum autographa ſeu originali Illuſtriſſimi Hauchini approbatione, inferius deſcribenda, pro ſingulari ſua in me benevolentia, nuper ad tempus concedere dignatus eſt Excellentiſſimus modernus Archiepiſcopus Thomas Philippus de Alſatia de Bouſſu, ex quibus totius Recollectionis apertiſſimam veritatem, ſummâ mea cum voluptate cognovi. Præmittitur ibi lamentabilis tragœdiæ brevis commemoratio, tum reductionis urbis ad obedientiam legittimi Principis Belgarum Philippi* II, *Hiſpaniarum Regis, ut & mandati Archiepiſcopalis, die* XXVII *Octobris anni* 1585 *emanati, quo ſub gravibus pœnis præcipitur, ut quicumque reliquiarum partes aliquas, aut è templo abſtuliſſet, aut ab alio accepiſſet, eas ad Reverendum admodum D. Mathiam vanden Hove, tunc Canonicum & Archidiaconum, poſtea ſub Hovii nomine Archipræſulem, atque ad Reverendum admodum D. Melchiorem Huys, itidem Canonicum, in hac cauſa deputatos, protinus deferrent, expoſitis ſub juramento occaſione, tempore, loco & modo, quibus eas conſecuti eſſent. Auditi jurati teſtes per paginas magnas duodeviginti in folio enumerantur, à quibus diſperſæ reliquiæ acceptæ ſunt, deinde in capſa collectæ & reverenter depoſitæ, ſolenni Decreto approbatæ ac confirmatæ; cujus ſubſtantiam tametſi jam abunde dederimus, operæ pretium tamen eſt, ipſummet ex originali hic tranſcribere.*

ſolenni decreto

184 Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, D. Joannes de Hauchin, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Mechlinienſis &c. Reducta hac civitate Mechlinienſi (quæ anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo, die nona Aprilis, per hæreticos, Dei & Eccleſiæ ſuæ Catholicæ inimicos, ex improviſo miſere invaſa & ſpoliata fuit, deſtructis & profanatis Dei templis, reliquiiſque Sanctorum disjectis & diſperſis) ad priſtinam potentiſſimi Regis noſtri Catholici, Domini & Principis ſui naturalis, obedientiam; ſua auctoritate pontificia protinus juſſit congregari & recolligi, omni qua fieri potuit diligentia, reliquias S. Rumoldi pontificis & Martyris, ſuæ metropolitanæ eccleſiæ, & hujus civitatis Patroni: deſuperque & illarum verificatione per Reverendos & egregios dominos & magiſtros, Mathiam vanden Hove Archidiaconum, & Melchiorem Huys Canonicum, presbyteros, ſacræ Theologiæ Licentiatos, ad hoc per Reverendiſſimam dominationem ſuam, ſuoſque confratres & Canonicos, præfatæ eccleſiæ capitulariter deputatos, diligentem capi, & per me notarium publicum, ejuſdem Reverendiſſimæ paternitatis ſuæ Secretarium infraſcriptum, fideliter conſcribi informationem & atteſtationem.

approbavit Hauchinus 1585

185 Quibus peractis oſtenſioneque earumdem recollectarum reliquiarum, populo, in præſentia totius Cleri, magnificorum & ornatiſſimorum Dominorum Conſiliariorum ſupremi parlamenti Conſilii, Gubernatoris, Schulteti, Burgimagiſtri & Conſulum, nec non notabiliorum civium hujus civitatis, ad hoc in hodiernam diem, tertiam videlicet menſis Novembris, quæ Dominica fuit, poſt Veſperas convocatorum, & in capella divo Martino ſacra ſimul congregatorum, publice factâ, atque dicta informatione, ſic, uti præmittitur, ſuper earumdem reliquiarum recollectione & verificatione captâ, una cum atteſtationibus fide dignorum, ſuper iiſdem factis & annotatis, alta & intelligibili voce, per me notarium & ſecretarium prædictum, de mandato eorumdem Dominorum, Reverendiſſimi & Canonicorum, prælectâ, idem Reverendiſſimus Dominus noſter, pontificalibus indutus, eaſdem recollectas, recognitas & approbatas divi Rumoldi reliquias, huic ciſtulæ ſive capſulæ reverenter immiſit & impoſuit, ejuſque ſeram ſuo contraſigillo obturari & communiri juſſit, ad tempus, & donec ſucceſſu felicioris temporis, decentiori & magis ornato feretro reponi poſſent; elargiendo liberaliter omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui huic Recollectionis reliquiarum divi Rumoldi ſolennitati interfuerant, & ſingulis annis in illius Recollectionis feſtivitate (quam in perpetuum die tertia Novembris in hac civitate Mechlinienſi celebrari & obſervari voluit) divinis officiis in dicta eccleſia devote interfuerint, quadraginta indulgentiarum dies in forma Eccleſiæ conſueta.

& honori priſtino reſtituit :

186 Quo facto, eadem ciſtula ſive capſula (cui præſentes, manu propria ejuſdem Reverendiſſimi Domini ſubſcriptæ, & dicto ſuo contraſigillo eis ſubimpreſſo munitæ, in rei ſic geſtæ perpetuam memoriam quoque impoſitæ ſunt) proceſſione cum toto Clero hujus civitatis præcedente, populoque eamdem devote ſub-

A ſubſequente, illinc ad præfatam metropolitanam eccleſiam reverenter delata fuit, in loco condecenti, ſicuti quondam ſolet, ad honorem Dei omnipotentis, & S. Rumoldi illius Patroni, cum ſolennitatibus, proceſſionibus & cæremoniis, antiquitus obſervari ſolitis & conſuetis, quam ſua Reverendiſſima dominatio, prædeceſſorum ſuorum veſtigia inſequendo, dicta ſua auctoritate approbat, & confirmat, in perpetuum conſervandam. Actum ut ſupra ſucceſſive, anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto, Indictione decima tertia, dicta die tertia Novembris, pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. Sixti, divina providentia ejus nominis Papæ quinti anno primo.

Signatum erat

Joan. Hauchinus, Archiepiſcopus Mechlinienſis.

Et ſigillum in cera rubra Hiſpanica hîc infra
B *efformatum.*

In altero latere paulo inferius, eâdem quâ decretum ipſum manu,

Ad præfati Reverendiſſimi Domini Archiepiſ. mandatum proprium
J. Gooſſens.



187 *Non ex hoc diplomate, ſed ex Wachtendonckiana Legenda acceptam eſſe lectionem, quæ quarto loco legitur die* 111 *Novembris, colliges ex male notato anno* 1586, *pro proxime præcedenti, tam diſerte ſuperius expreſſo, atque ex adjectis notis chronologicis indubitato. Ita habet præfata lectio, editioni Proprii Mechlinienſis anni* 1673 *inſerta:* Anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo, occupatâ per hæreticos Mechliniâ, ſacras Martyris Rumoldi reliquias, per eccleſiam ab illis diſperſas, piæ aliquot & honorabiles perſonæ collegerunt. Quas, urbe liberata, Archiepiſcopus, poſtquam ſuper earum veritate, debita informatio ſumpta eſſet, approbavit, & ab omnibus uti veras ſancti Martyris reliquias honorari præcepit; ac demum anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, ad eccleſiam Metropolitanam, indicta proceſſione, ſolenniter tranſtulit, Clero, Magiſtratu ac populo comitante, & Deum in Sancto ſuo collaudante. Hujus vero ſolennitatis memoria hodierna die celebratur. *Illuſtriſſimus Hovius die* XIV *Junii* 1598 *conſecravit ſacellum, & altare Palatii archiepiſcopalis Mechlinienſis, ac prædicto altari impoſuit reliquias* S. Rumoldi *Epiſcopi & Martyris & aliorum ſanctorum Martyrum. Ceteras porro reliquias, quas in examine ſupra relato Recollectionis, non judicaverat eſſe authenticas, propter circumſtantias perſonarum, quæ eaſdem collegerant,* *de quare ſit officium 3 Novembris.*

C

capſula lignea imponere maluit, quam eas cum approbatis relinquere: eadem vero capſula, ad latus jam dicti altaris hodiedum repoſita eſt. AUCTORE J. B. S.

§ XVII. De nova theca argentea, ſacri corporis in ea depoſitione, deque ultima viſitatione & oſtenſione anni MDCLXXX.

De nova hierotheca actum ab an. 1617.

P*Eracta ultima iſta collectarum reliquiarum per Hauchinum Archiepiſcopum depoſitione, deliberatum eſt apud Mechlinienſes de altera lipſanotheca comparanda, qua priorem ſi non ſuperare, ſaltem pretio & arte adæquare poſſet, qua de re ſatis jejune loquitur vita Wachtendonckiana capite ultimo his verbis:* Novâ huic ſacro [*opinor,* depoſito *ſeu* corpori] & ſumptuoſa ſub Archiepiſcopo Jacobo Boonen, Philippo quarto Rege Catholico regnante, Iſabella Clara Eugenia Hiſpaniarum Infante, Belgium gubernante, ex argento theca comparata eſt, quæ bis quotannis ſolenni proceſſione defertur, & omnibus, majoribus feſtis, cuivis videnda exponitur; ſive pro augmento devotionis populi, ſive pro impetratione auxilii Sancti, quod etiamnum ſentire dicitur qui illum invocat, & experiri qui eum in afflictione implorat. Multi adhuc hodie febricitantes, ſacellum ejus viſitantes, feruntur à febri liberari; multi qui ex aqua bibunt, cui ſacrum corpus injectum fuit (ubi nunc puteus prope noſocomium Hiſpanicum eſt) à morbis ſublevari. Benedictus ſit Deus in Sancto ſuo, confiteamur ei, qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, illi gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. *Hæ ultimæ clauſulæ priſcorum Actorum ſtylum ſapiunt, at cur tam perfunctorie, nullis prope circumſtantiis notatis, rem tanti momenti ſub oculis ſuis geſtam attigerit, haud equidem intelligo.*

Archiep. Hovio liberalitas præmunit.

189 *Satis certum eſt, argenti ſummam ad tam illuſtre opus moliendum, ſive publica, ſive privata liberalitate, non tam cito colligi potuiſſe. Regeſtum Capituli Metropolitici folio* 345 *fidem facit, Archiepiſcopum Mathiam Hovium, tria florenorum millia de ſuo contuliſſe* XIX *Januarii* 1618. *De reliquorum pia amulatione nihil ſigillatim mihi conſtat: id ſcio, rem tum temporis ſerio agitatam, impetrato à Sereniſſimis Belgii Principibus Alberto & Iſabella, paulo ante, nimirum* IV *Decembris* 1617, *indulto, quod ad repræſentationem ingentium ſumptuum, in novæ thecæ fabricam faciendorum, Mechlinienſibus facultatem concedit, argenti unciatim reducendi ad pretium aſſium noſtratium quadraginta octo, quod eſt uncias ſingulas nona circiter valoris ſui intrinſeci parte imminuere, idque intuitu operis pii, & ſub cautela, ne aurifabri conceſſo privilegio in aliis abuterentur. Ita me docet diploma ipſum, è collectione Cuyperiana extractum, quod ex Belgico vertere, operæ pretium non cenſui, cum præter jam dicta, nihil ſcitu dignum contineat. Hinc porro liquet, manum operi admoveri cœpiſſe, jam dicto anno* 1618, *larga digniſſimi Archipræſulis manu ceteris prælucente.*

Rem in diario deſcripſit

190 *Nullum non lapidem movi per amicos Mechlinienſes, ut tum de novæ iſtius lipſanothecæ pretio, tum de tempore quo perfecta eſt, tum demum de ſacri corporis in eam tranſlatione &*

AUCTORE J. B. S.

depoſitione, ex Actis publicis vel Capituli metropolitici vel civitatis tabulariis authenticè edocerer; at fruſtra hactenus laboratum eſt. Opportune ſuccurrit indefeſſus adjutor, ſæpe laudatus Canonicus Scholaſticus Slaetſius, qui reperto codice manuali A. R. & Ampliſſimi quondam Domini Decani Metropolitici Antonii de Mol, quo, quæ decanatus ſui tempore geſta erant, propria manu dietim annotaverat; ex eo decerpſit, quæ de prædictæ thecæ fabrica, pondere, pretio, prima expoſitione, aliiſque eo ſpectantibus accurate & certa fide ſcripto conſignata, lectori non injucunda fore exiſtimo. Ampliſſimi viri narrationem, ut nobis moris eſt, integram & immutatam tranſampſimus, licet hinc inde, utpote in proprios uſus compoſita, non uſque adeo terſe exarata ſit; veritatem in hiſce, non elegantiam ſectamur. Habe igitur Slaetſii extractum, à nobis poſtmodum cum autographo collatum, quouſque ad rem noſtram pertinet.

191 *Ad annum* 1617, XIX *Maii habetur:* Reſolutum, omnibus præſentibus, excepto D. Cantore, agendum cum diverſis de Magiſtratu, occaſione thecæ argenteæ, quæ conficienda erit, ut conſentiant, ut ſuo tempore

Ampliſſ. D. Decanus de Mol,

B à Clero ſolo deferatur, juxta mentem Illuſtriſſimi Domini .... & quoad confectionem clavium, ut ſaltem una à Clero deputando aſſervaretur. *Eodem anno ad* XX *Decembris:* Viſitavi cum R. D. Pœnitentiario vanden Eynden conceptum thecæ S. Rumoldi. Protractus eſt longitudinis quinque pedum cum medio, altitudinis trium cum dimidio; ponderis quingentarum librarum (*voluit dicere* marcarum) argenti; & lignea theca centum librar. vel circiter; ita ut affirmet primarius aurifaber, commode geſtari à ſex.... ſacerdotibus poterit.... *Ad annum* 1618, V *Februarii.* Illuſtriſſimus Dominus in pleno conſeſſu Magiſtratus, me & D. Archidiac. concomitante, propoſuit, & affectuoſe inducendo ſuggeſſit Magiſtratui, ut thecam S. Rumoldi, nunc inceptam ex argento Germanico valoris 48 ſt, confici curarent ex puro & optimo argento. Secundo, ut non tanti ponderis & magnitudinis, quo minus à Clero commode geſtari poſſet, ſed non ſucceſſit..... Aurifabro pro qualibet uncia addicti ſunt, ratione formæ, floreni tres & aſſes quindecim.

C

192 *Ad annum* 1624, III *Julii:* Habita matura deliberatione inter Illuſtriſſimum Dominum & deputatos ex parte Magiſtratus, ſimiliter & Capituli, placuit hinc inde, ut theca argentea S. Rumoldi, licet adhuc imperfecta, deinceps deferretur à Clero. Eo nomine actum eſt cum Superioribus omnium Ordinum, qui omnes unà annuerunt, & diſtributæ ſunt ſchedulæ ſtationum..... In quem finem, clauſis oſtiis templi, facta eſt proba, gravato feretro lapidibus, æqualis, ut putabatur, ponderis; & reſolutum à proba habita, requiri octodecim perſonas. *Eodem anno* VI *Julii:* Ab operariis civitatis delata theca è domo aurifabri, collocatis omnibus partibus confectis, ad templum in choro, inter pulpitum æneum & Cantores, tempore Veſperarum, uti ante Veſperas lignea theca unà cum reliquiis, inter altare & pulpitum æneum. Veſperis finitis, comparuit Decanus & Archidiaconus, induti pluvialibus rubeis, una cum Illuſtriſſimo Domino ad ſummum altare.

qui anno 1624 primùm expoſitam narrat

193 Et ſubſiſtente Illuſtriſſimo Domino ante altare in pontificalibus, Decanus unà cum Archidiacono ligneam thecam aperuerunt, elevantes thecam reliquiarum ſigillatim & ornatam rubro holoſerico, ibidem pridie ab Illuſtriſſimo Domino, aſſiſtente Decano, Archidiacono & Breamontio incluſam, demptis reliquiis è lignea parva ciſtula, in qua ab anno MDLXXXV ipſo S. Lucæ incluſæ ab Illuſtriſſimo Domino Hauchino P. M. fuerant, deferentes ad ſummum altare: recluſa lignea, una cum incertis reliquiis ibidem concluſis; delata ad antiquum locum. Progreſſus cum aſſiſtentibus Illuſtriſſimus Dominus ad benedicendam novam thecam argenteam, qua benedicta, reverſus ad ſummum altare, delatæ fuerunt reliquiæ, comitante Illuſtriſſimo Domino, ab Archidiacono & Decano, ad argenteam thecam, ibique impoſitæ præſente toto Clero & Magiſtratu. Secluſa theca, à Canonicis, Capellanis & eccleſiaſticis ſubſidiariis delata fuit ad navem eccleſiæ, ibique more conſueto expoſita, & ab iiſdem à ſecundis Veſperis relata. *Sequitur ordo ſupplicationis, & poſt varia:* Octiduo in Choro venerationi die & nocte [*patuit*] ..... Octiduo evoluto, comparuit Decanus cum R. D. Archidiacono, induti ſuperpelliceo & ſtola, præſente receptore civitatis cum operariis civitatis, reliquias detulerunt ad antiquam thecam ligneam in ſacello reliquiarum. Obſerarunt dictam ligneam thecam, quatuor diſtinctis locis, ſigillo Illuſtriſſimi Domini majori, tradendo argenteam thecam receptori, donec perfecta collocetur in templo.

D

perfectam an. 1631.

E

194 *Hactenus novæ thecæ oſtenſionis ac primæ idcircoſolennitatis deſcriptio, Decani Molii verbis, in cujus manuali totis ſequentibus ſex annis nihil, quod huc faceret, reperit Slaetſius. Primùm recurrit thecæ Rumoldianæ mentio* XXIII *Junii anno* 1631, *quo die ponitur:* Theca argentea coram deputatis de Magiſtratu, uti coram D. Snoy ponderata, inventa aſcendere quater mille uncias argenti, *quod eſt dicere marcas non plus quingentas, ut paulo ſuperius obſervabam. Hinc datur intelligi, magnificentiſſimo operi eo anno poſt varias mutationes & redintegrationes ultimatam coronidem fuiſſe impoſitam, atque adeo ex eo tempore ſacrum ſanctiſſimi Martyris corpus in argentea theca remanſiſſe, præterquam hebdomadis aliquot, dum imminentibus Lovanio anno* 1635 *fœderatis Franco-Batavis, diſſolvenda fuit & occultanda, ut ex aliis Molii annotatis manifeſtum redditur: ſic enim ſcribit ad* XXXI *Junii* 1632, inſtitutæ fuerunt preces XL horarum, congregato exercitu ad liberandam civitatem Trajectenſem ab obſidione. Hora V delatæ & repoſitæ fuerunt reliquiæ S. Rumoldi ſeu theca argentea. *Demum anno* 1635 *operosè deſcribit conatus & motus varios menſe Junio à ſe adhibitos ad diſſolvendum argenteum feretrum, illudque cum reliquiarum theca holoſerico tecta, tuto loco abſcondendum; quod ſoluta obſidione Lovanienſi rurſus coaptatum fuit, & poſt factam* XVIII *Julii debitam omnium recognitionem, ſic habet ejuſdem menſis* XXIX: Thecâ argenteâ in ordinem redactâ, habita fuit ſolennis ſupplicatio generalis, ac à Clero & Religioſis delata, præſente ac celebrante Illuſtriſſimo Domino officium, una cum laudibus veſpertinis celebratis, delata theca ad chorum, abſoluto Te Deum laudamus, in gratiarum actionem li-

Ejus pondus

F

be-

AUCTORI J.B.S.

A berationis civitatis Lovanienſis & patriæ. *Atque hæc, eatenus occulta, Slaetſii curis & diligentia revelata ſunt.*

pretium. 195 *Porro ex iſtis colligitur, ſatis juſtas & exactas eſſe rationes Belgice ſcriptas & ex tabulario Archiepiſcopatûs mecum communicatas ab admodum Reverendo & Conſultiſſimo D. Cornelio Paulo Hoynck, Canonico Metropolitano atque Excellentiſſimi Archipræſulis Secretario, quarum hæc eſt ſumma Latine reddita :* In confectionem & refectionem thecæ argenteæ S. Rumoldi uſque ad diem XXIV Januarii MDCXXXI, in materiam & formam expenſi ſunt floreni 24497-18-3. Ex donis atque eleemoſynis quocumque modo collectis accepti floreni 11868-6-1 ; unde plus expenſum quam receptum 12629-12-2. Hoc autem reliquum debitum in ſex diverſos urbis computus inferetur, eo pacto ab ipſa perſolvendum. Hæc omnia ex notitia privata & libro manuali in hunc finem exarato à juniori quæſtore Sebaſtiano Huens.

delineatio. 197 *Expendamus Decani Molii verba ſuperius relata, quibus aſſerit confectam capſam, anno*
B 1631 *die* XXIII *Junii, coram deputatis à Magiſtratu uncias quater mille ponderaſſe, unde ſit juſtum argenti pretium totidem pattaconum noſtratium ſeu florenorum novem millium & ſexcentorum. Jam vero ad* V *Februarii* 1618, *ait,* autifabro pro qualibet uncia addictos ratione formæ florenos tres, aſſes quindecim, *unde exurgit ſumma florenorum quindecim millium ; addatur hæc priori, excreſcent florenorum viginti quatuor millia ſupra ſexcentos, qui à quæſtoris Huens rationibus modicum differunt. Cum autem in his verbo belgico* hermaken *indicetur, thecam non ſemel refectam ſeu redintegratam, reſtauratam ſeu immutatam fuiſſe, facile eſt conjicere ; ſumptus alios fieri oportuiſſe, etiam à principio anni prædicti* 1631 *ad menſem Junium, priuſquam ad eam formam adduceretur ; quam hic in ære expreſſam habes, ex accurata delineatione, longitudinis paulo pluſquam ſex pedum ; altitudinis quatuor pedum & ſeptem digitorum, præter ſuperius ornamentum, demum latitudinis pluſquam duorum pedum ac dimidii. Ulteriorem explicationem non ſubjicio, cum res in aperto ſit ; pateatque Sancti virtutes & miracula inſigni artificio deſcribi, quæ ex Actis repetere poterunt curioſi lectores, dum interim oculos paſcunt auguſto ſpectaculo, cujus materiam, ut de ſolis regia canebat poëta, opus ſuperare fatebuntur.* E



LIPSANOTHECA ARGENTEA S. RUMOLDI, QUÆ HODIE STATIS DIEBUS POPULI VENERATIONI EXPONITUR.

H. F. Diamaer fecit.

AUCTORE J. B. S.

Hæc eſt theca illa celeberrima, de qua æque ac de vetuſtiori, tuto dici poteſt, pretioſiorem toto Belgio aut elegantiorem non reperiri. Locum, ſeu, ut vocant, repoſitorium tanto theſauro dignum, ab annis ferme ſexaginta paravit Archipræſul longe illuſtriſſimus Andreas Creuſen, magnificam aram exſtruendo, in qua perpetuo conſervaretur. Docet id appoſita inſcriptio, quam hîc ad verbum reddo:

SANCTO RUMOLDO
EPISCOPO, MECHLINIENSIUM APOSTOLO ET MARTYRI,
HUJUS URBIS ET ECCLESIÆ PATRONO,
ET EJUS SACRO CORPORI HIC RECONDITO,
ANDREAS CREUSEN
V ARCHIEPISCOPUS MECHLINIENSIS
VOTIVAM HANC ARAM MDCLXV
POSUIT, DEDICAVIT.

Adſcriptus annus per litteras numerales numquam felicius chronicè reddi potuit, quam in altaris fronte ſub eleganti ſtatua exprimatur

B SANCTVS RVMOLDVS.

Collatio ponderis

198 *Priuſquam à ſacris lipſanis recedo, attentos iterum velim defenſores enormis ponderis prioris thecæ deauratæ, cui cum popularibus ſuis chronicis & Wachtendonckio rotunde tribuunt marcas argenti* ter mille ſexcentas, *imo* ter mille ſeptingentas, *quod eſt dicere, uncias vigeſies novies mille ſupra ſexcentas, præter uncias auri ultra octingentas viginti duas, in deaurationem inſumptas, unde exurgit pondus ferme octies hodiernæ lipſanothecæ gravitatem ſuperans: attentos, inquam, velim, agnoſcereque ſuppoſitionem tantum non impoſſibilem, oculis plane refragantibus, dum theca recentior, vetuſta longè major apparet, adeoq; veroſimiliter & ponderoſior. Jam verò diſertiſſime notat Decanus Molius, docetque quotidiana experientia, portando hodierno feretro* requiri octodecim perſonas; *atqui antiqua illa, æque ac moderna, ſtatis temporibus per urbem circumlata eſt; quæro an ſufficientes eo tempore tota Mechlinia clerici fuerint, qui tam immanem molem, non dico humeris ferrent, ſed vel loco dimoverent.*

C

hujus & antiquioris

199 *Placet igitur, ut ſupra dicebam, fragmentum noſtrum, ex aliquo Tungrenſis ſeu Mechlinienſis chronici apographo ſumptum, ubi marcæ ſex dumtaxat vel potius ſexdecim ſupra trecentas numerantur, quod ab hodierno pondere aliquantum recedit, vel potius pro marcis ter mille ſeptingentis, totidem unciæ accipiendæ ſunt, in qua ſupputatione non tantum diſcrimen intercedet. Rem totam paragrapho* 15 *operoſius diſcuſſimus; de his jam pluſquam ſatis diſputatum ſit: ſubjungamus modo inſtrumentum ex Cuyperi muſeo etiam deſumptum, quo ultima oſtenſio anni* 1680 *tam fuſe & clare deſcribitur, ut commentario opus non habeat.*

D *Alphonſus de Berghes, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archiepiſcopus Mechlinienſis, Primas Belgii, ad exercitus regios delegatus Apoſtolicus, ſuæ Majeſtati à conſiliis ſtatus &c. Omnibus has viſuris ſalutem in Domino.*

QUoniam nunc agitur annus quintus ſupra nongenteſimum, quod ſanctus Rumoldus Mechlinienſium Apoſtolus, poſtquam Euangelii lucem huc invexerat, martyrii palmam eſt hoc loco adeptus: & ad nos delatum fuerit ardens ſtudium, quo fertur totus Clerus, Magiſtratus & populus hujus civitatis Mechlinienſis, ut pro converſionis ſuæ beneficio, quod à miſericordiarum Domino conſecuti ſunt per miniſterium dicti ſancti Martyris, agant E gratias in gaudio & jubilatione, & ut Apoſtoli, Patroni ſui, annuntient geſta, extollant merita, deprædicent martyrium, & magnificent triumphum, ad honorem ejus, qui martyrii dedit victoriam, eumque juvit, ut vinceret, & quod ad præfatos fines cœpta eſſet metropolitana noſtra, prædicto ſancto Martyri ſacra, auguſtius adornari, arcus triumphales erigi, paramenta ſacrificii & altaris, arte & pretio ſpectabilia præparari, ac demum omnibus eſſe in voto, ut hierotheca continens reliquias ejuſdem ſancti Martyris, ex argento affabre conſtructa, priſtino ſplendori & nitori, diuturno pulvere nonnihil obfuſcata, reſtituatur; & ex ea extrahatur notabilis aliqua pars ſacri corporis ibidem reconditi, quæ publicæ veneration̄i & conſpectui omnium exponeretur in tempore jubilæi (quod ad belli incommoda ad pauculos annos fuit dilatum) inchoandi à primis Veſperis Dominicæ quartæ poſt Pentecoſten, præſentis anni, & in Dominica ſexta ſubſequente poſt Pentecoſten incluſive terminandi, juxta bullam Apoſtolicam deſuper expeditam Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die vigeſima ſexta Aprilis, præſentis F anni, qui eſt quartus ſanctiſſimi Domini noſtri Innocentii Papæ undecimi.

201 Nos tam religioſis ſtudiis & votis cupientes cooperari, & in expurgationem hierothecæ, ejuſdemque apertionem & alicujus notabilis reliquiæ ad effectum ut ſupra, extractionem & publicam ejus expoſitionem conſentiendo, notabili infirmitate tunc detenti, coacti fuimus, dictas apertionem & extractionem committere, prout commiſimus, Reverendo admodum Domino Amato Coriache, in dicta Metropolitana noſtra Canonico Archidiacono, Vicario noſtro Generali, qui coram electis teſtibus, videlicet admodum Reverendo & Ampliſſimo Domino Franciſco Vanden Venne, Præpoſito prædictæ eccleſiæ & magni Concilii regii ſenatore eccleſiaſtico, & nobili viro Domino Nicolao vander Laen, civitatis Mechlinienſis Burgimagiſtro, & Domino Joanne Baptiſta vanden Venne Penſionario, ſupradictâ argenteâ hierothecâ, ſublato tecto, apertâ, invenit aliam ex ligno thecam rubro holoſerico obductam, bene clauſam & circumcinctam chorda ex byſſo & auro contextâ, & in diverſis

A sis locis munita minori sigillo Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Jacobi Boonen, quarti Mechlinienſium Archiepiſcopi, idem noſter Vicarius Generalis, coram antedictis teſtibus, dictam ligneam hierothecam, præfatâ chordâ byſſinâ reſectâ, aperuit & remoto goſſipio, quo obtegebantur incluſa, ac byſſini rubri velo aperto, deprehendit in hoc theſaurum Reliquiarum, infra latius ſpecificatarum, quas enixiori cultu & veneratione, qui aderant, excipientes (uti per tot ſecula fecerunt prædeceſſores noſtri) Deum in Patrono ſuo effuſe laudaverunt & Mechlinienſi Provinciæ & civitati gratulati ſunt de theſauro tam pretioſo, prout præmiſſa omnia, & quæ mox ſubſequentur, ex fide digna præmemoratorum teſtium relatione didicimus, & ſignanter ex ea quam nobis fecit præmemoratus Dominus Vicarius noſter generalis.

202 Qui, cum de præmiſſis facta eſſet relatio ſimilis, tam dictis Capitulo Metropolitico, quam Magiſtratui civico, & tam huic quam iſti increviſſet ingens deſiderium videndi, coram honorandi Reliquias antefatas, impetum
B ferventis devotionis non valens ſiſtere, eam hierothecam, cujus convenienter clauſæ & aſſervatæ clavem apud ſe retinebat, in choro ante ſummum altare, præſentibus Dominis Canonicis Capituli Metropolitani aliiſque multis de Clero, Dominis Conſulibus, hujus civitatis ædituis, aliiſque diverſis de regimine ejuſdem civitatis & magno civium numero, poſtridie feſti Præcurſoris Domini ante meridiem denuo aperuit, & eorumdem omnium conſpectui & venerationi expoſuit ſacras Reliquias ante dictas, & ſpecialiter cranium, in cujus parte ſiniſtra viſitur martyrii locus, id eſt apertura ſeu perforatio, cum vicinarum partium læſione, quam impius cæmentarius, de adulterio à ſancto Martyre admonitus, dolori ſuo indulgens, adunco ferro percutiens, in capite crudeliter intulit, & vitam ei abſtulit temporalem, qui percuſſori æternam procurare ſatagebat. Præterea idem noſter Vicarius generalis congregatæ multitudini exhibuit viſendas brachiorum & tibiarum fiſtulas, partes ſcapularum,
C diverſas coſtulas, & varia alia oſſium fragmenta, quæ religioſa prædeceſſorum noſtrorum ſolicitudo prædictæ hierothecæ veneranter incluſit & ſanctè ſervavit uſque in hodiernum diem. Quibus paractis & dimiſſa multitudine, iterato hierotheca fuit concluſa, & convenienter ſigillata, extra eam, de Capituli cum dicto noſtro Vicario generali deliberatione, remanente præmemorato cranio, quod durante jubilæo aptè ſuper hierothecam poſitum, totius populi Mechlinienſis & adventantis aliunde multitudinis conſpectui & veneration, in dicta noſtra Metropolitana, ad Dei honorem & gloriam exponeretur: pro ut & factum eſt.

203 Cum autem finito jubilæi tempore, eadem Reliquia reponi debeat in ſæpefata hierotheca, & apponi apud reliquum ſceleton antedicti ſancti Martyris, ea propter nos à ſupradicta infirmitate noſtra, per Dei gratiam, nonnihil relevati, præſentibus admodum Reverendo & Venerabili Domino Præpoſito præfato, Michaële vanden Perre Decano, ceteriſque Dominis de Capitulo ejuſdem noſtræ Metropolitanæ (aſſiſtente nobis præfato Vicario generali) nec [non] præſentibus nobilibus Dominis Martino Ignatio de Hornes, toparcha de Nil, Sculteto civitatis & provinciæ Mechlinienſis, Conſule præfato, aliiſque pluribus Dominis de Magiſtratu ac diverſis omnis generis ætatis ac conditionis perſonis, hierothecam juſſimus aperiri, & in eadem aptè cum reliquis ſacris oſſibus, repoſuimus ſupradictum cranium ipſum, pro majori in futurum fide & ſecuritate, minori noſtro ſigillo ceræ hiſpanicæ impreſſo ſigillavimus, uti & ceteras Reliquiarum ſaltem notabiliores partes, ubi id commode fieri potuit, eodem noſtro minore ſigillo munivimus: declarando ipſas omnes hactenus ſollicite conſervatas & publicæ venerationi à tot ſeculis fuiſſe expoſitas, & ab omnibus pro veris & indubitatis Reliquiis ſancti Rumoldi Martyris, ſemper habendas & in veneratione retinendas. Et ut id convenienter & pro antiquo more fiat, eamdem hierothecam fideliter clauſimus, & ſigillo noſtro obſignavimus diverſis in locis, & reponi eam juſſimus in ſummo altari. In quorum omnium fidem & robur has expediri mandavimus, & earum unum exemplar includi hierothecæ, alterum Capitulo F Metropolitano, tertium Magiſtratui, quartum ædituis ſuprafatis conſignari & noſtris quoque regiſtris Archiepiſcopalibus inſcribi. Datum Mechliniæ, ſub noſtris ſignatura & ſigillo, die vigeſima octava Junii anno milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo. *Paulo inferius erat ſcriptum*, Alphonſus Archiepiſcopus Mechlinienſis. *Et adhuc inferius* De mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi præfati, *Signatum* J. De Maeyere Secret.

Inferius appendebat ſigillum Archiepiſcopi Mechlinienſis.

AUCTORE J. B. S.

§ XVIII. De antiquo S. Rumoldi ſacello.

Prima Mechliniæ ades ſacra

I Am ſupra, paragrapho duodecimo, ea jacere cœpi fundamenta, quibus ſuper ædificari poſſit templum, eccleſia vel ſacellum, non S. Stephano, quod quidem conſtet, dicatum; ſed illud quod ab ipſo Sancti martyrio non aliud quam Rumoldi nomen apud Mechlinienſes obtinuerit. Theodoricum, ut in ceteris ad ſancti Martyris geſta ſpectantibus, ſic in hac parte Domynſio ejuſque ſequacibus longiſſimè præferendum putavi: idque mihi ita fixum eſt, ut ſi quo modo hujus fides & auctoritas vacillent, prorſus non videam, quo demum pacto ſubſiſtere queant S. Rumoldi *acta, paſſio, miracula, & quacumque alia, ad ejus cultum & venerationem ſpectantia. Præferatur itaque Theodoricus Domynſio & ejus Anonymo, patebitque, ex illorum penu primum prodiiſſe memoratum toties S. Stephani templum: nempe ex Legenda, ut à Vardæo edita eſt, capite 23, in noſtra editione num. 34, ubi ita habet:* Quo etiam loco vir ſanctus ædiculam dedicavit Deo, in honorem S. Stephani protomartyris, ubi & complures annos divus Rumoldus commoratus eſt, una cum Liberto. *Cum vero alibi aſſerat*, delatum corpus ſacrum, in ædiculam, quam Sanctus, dum in vivis eſſet, ipſe conſtruxerat, *inde à recentioribus paſſim ſcriptum reperies*, S. Rumoldum *in eccleſia S. Stephani primam ſepulturam accepiſſe. Id quam nobis diſpliceat, citato jam paragrapho diximus, cum Theodorico ſuſtinentes, non aliud templum primis illis temporibus Mechliniæ cis Diliam exſtitiſſe, præter illud ſolum, quod ab ipſo* S. Rumoldo *denominationem habuit.*

AUCTORE J. B. S. *non à S. Stephano.*

205 *Et vero ad ſancti* Rumoldi *gloriam longe illuſtrius eſſe, quod à primis ſeculis templum ſuo nomini nuncupatum habuerit, nemo, opinor, ibit inficias. Templum, inquam, at non quale modo conſpicitur, ſed quod pro eo tempore ſufficere potuerit primis Mechlinienſis urbis primordiis, quam à* S. Rumoldi *cultu incrementa ſua ſumpſiſſe, non ægre patientur ejuſdem urbis incolæ, Apoſtoli & Patroni ſui cultores pientiſſimi. Nec ſane id diffiteri poſſunt, cum præcipuas nonnullas Belgii noſtri urbes tunc à monaſteriis & Sanctorum cultu coaluiſſe aut accreviſſe in confeſſo ſit. Teſtor Leodium, Atrebatum, Audomaropolim, Gandavum, Montes Hannoniæ, Bergas S. Winoci, Lyram, Nivellam, Ruræmundam, ut tot alia oppida prætream, quæ à ſanctis ipſis Patronis ſuis nomina ſortita ſunt. Ac de Mechlinia, ut rurſus dicam, dubitari quidem non poteſt, quin ante* S. Rumoldi *tempora vix oppidi aut municipii apellationem merita ſit, per Normannorum depopulationes ita deleta, ut veroſimillimum exiſtimem, non niſi per* S. Rumoldi *crebra tunc patrata miracula, ex parvis initiis emerſiſſe, accedente ſub finem ſeculi* x, *Notgeri Leodienſis munificentia, ſub Epiſcoporum Leodienſium & Bertholdorum auſpiciis formatam. Sed hæc ad aliam diſquiſitionem ſpectant, hîc ſolum aſſerere tuto poſſe videor, primum templum, quod cis Diliam umquam exſtiterit, fuiſſe à S. Rumoldo* in Ulmo *exſtructum, quod ſive Normannorum rabiem evaſerit (ut innuit Theodoricus, negat ſcriptor vitæ S. Gummari Theobaldus) ſive ab iis deſtructum, poſtea reſtauratum fuerit; id, inquam, aſſerere tuto poſſe videor, illud ipſum templum, ab omni hominum, Theodorici tempore viventium, memoria, dictum ac nominatum fuiſſe, templum ſeu* ecclesiam S. Rumoldi.

B

206 *His tamen occurrunt citati recentiores, quibus placet templum, S. Stephano dicatum, Mechliniæ collocare, & adeo vetuſtum & permanens, ut Wachtendonckianæ vitæ ſcriptor, toties à nobis confutatus, cap.* 50, *ex chronicis recentioribus Mss. non dubitarit tradere,* S. Martyris Reliquias ex ſacello D. Stephani, ad baſilicam, eidem Martyri ſacram, fuiſſe tranſlatas, *idque anno* 1369. *Alios non enumero qui eamdem opinionem, non ſatis examinatam ultro amplexi ſunt, res perquam difficiles & obſcuras, novis difficultatibus intricantes, adeo ut cum eruditis Mechlinienſibus non ſemel conferendum fuerit, utrum & quo loco exſtitiſſe cenſerent præfatum S. Stephani ſacellum, & an diverſum ſtatuerent à prima Mechliniæ Ciſdilianæ ædificata eccleſia, apud* S. Rumoldi *monachorum vel clericorum monaſterium. Interim rebus omnibus attentius conſideratis, ne abſtruſioribus illis, ſola Domynſii ſeu Anonymi Belgæ auctoritati nixis, fruſtra inquirendis, oleum & operam perderem, ad unum Theodoricum confugi, cujus encomium, ut ſolum & unice genuinum, mihi ſequendum propoſui. Hunc autem, tam certum eſt, templum S. Stephani ignoraſſe, quam evidens ſit, nullam ab eo eccleſiam Mechliniæ nominari, præter unam* ſancti Rumoldi. *Verba ejus citato* § 12, *relata, hîc denuo oculis ſubjicienda ſunt. Num.* 10 *diſerte exprimitur,* eccleſia noſtri Martyris, *quæ tempore Normannicarum incurſionum* illæſa permanſerit. *Sequenti num.* 11., *dicitur,* mulier matricularia, eadem & nonna Gerlendis nomine, pia devotione eccleſiæ ejus (*S. Rumoldi*) adhæſiſſe. *Item num.* 14: Quidam Langerus nomine, qui in eccleſia S. Rumoldi coaluerat. *Denique num.* 17, miles *ille* ſtipendiarius, confractus & velut totis deſtitutus viribus, ad eccleſiam B. Rumoldi alienis deferetur manibus.

Sed à S. Rumoldo denominata eſt,

C

D

207 *Theodorico conſonat auctor Chronici Mechlinienſis, quamquam illis temporibus non plane accuratus ſit. Hic ad annum* 885, *de eccleſia loquens, non alteri illam adſcribit, quam ipſi* S. Rumoldo; *feminam item illam, quam Gerlendem Theodoricus vocat, à Normannis captam & avectam, appellans* S. Rumoldi, *non S. Stephani* Sacriſtanam. *Ubi de Notgero Leodienſi loquitur, tamquam primo Capituli Mechlinienſis fundatore aut reſtauratore, clare ediſſerit, inſtituiſſe* Canonicos duodecim S. Rumoldi, quorum Præpoſitus una eſſet Canonicus Leodienſis ad S. Lamberti. *Porro ad annum* 1250 *narrat,* Scholaſticum Arnoldum van Zellaer fundaſſe capellam cum duodecim præbendis, IN NOVO AMBITU S. RUMOLDI. *Hic ego ubique templum* S. Rumoldi *agnoſco, nec aliud agnoſcit Walterus Berthout in diplomate non ſemel citato, dum diſponit de fabrica templi* B. Rumoldi Epiſcopi & Martyris patroni dictæ eccleſiæ, *anno* 1265. *Colligamus modo adductarum auctoritatum ſeriem. Antiquum monaſterium* S. Rumoldi *dum à Normannis ſeculo* IX *deſtrueretur, eccleſia ab ejus nomine nuncupabatur: ſub finem ſeculi* X, *ſic à Notgero appellata eſt: medio ſeculo* XI, *quieſcebat apud ſuum monaſterium* pretioſus Dei Martyr Rumoldus, *teſte Balderico: ſub ejuſdem ſeculi finem & ſequentis principium, non aliam eccleſiam reperit Mechlinia Theodoricus, præter* eccleſiam S. Rumoldi: *pro ſeculo* XIII *evidenter militant citata nuperrime teſtimonia: pro ſeculis ſequentibus res per ſe loquitur: quæro quis locus ſuperſit Domynſii templo S. Stephani?*

ut ex Theodorico, Chronico &c.

E

208 *Ex iis capitibus Domynſianis, quæ ad Anonymi Belgici fidem exigere vehementer pridem optaveram, unum etiam fuit, vetuſti iſtius, ſeu primi Mechliniæ ſacelli appellatio, quæ in Legenda Wachtendonckiana perſeveraſſe fingitur ad uſque annum* 1369. *Ubi itaque exemplar vernaculum nactus ſum, mox locum ipſum quæſivi, ex quo id eruiſſet Domynſius, qui in autographo exſtat pag.* 116; *ubi denuo adverti, quod jam ſæpe conteſtatus ſum, non ſatis fideliter rem adminiſtraſſe Latinum interpretem, dum ſenſum Belgicum,* **ende die capelle heeft dzie namen / ſinte Stevens capelle / S. Rombouts clooſter / S. Rombouts capelle / turpiter truncavit,** *ita vertens:* Ædiculam dedicavit Deo in honorem Protomartyris Stephani; *ubi addere debuit:* Atque ædicula illa tribus compellatur nominibus; ſacellum S. Stephani, monaſterium S. Rumoldi, S. Rumoldi capella. *Inepta quidem videtur triplex illa & male compaginata indigitatio, ſeptem & amplius poſt Sancti obitum ſeculis excogitata; at textum integrum reddere debuit Domynſius, ex quo facile fuiſſet colligere, divinaſſe veroſimiliter Anonymum Belgam, dum S. Stephani nomen intruſit: quod tametſi aliquando obtinuiſſe daremus, id certe, non niſi pro exiguo illo tempore, quod Sancti martyrium præceſſit, locum habere poſſet, cum ab ejus obitu hactenus non alia Mechliniæ, ſaltem vera appellatio notat fuerit, præter templum & monaſterium antiquum* S. Rumoldi.

atque ex vita Belgica confirmatur

F

209 *Negotium aliquod faceſſere poſſet laudatum Chronicon, per aliam S. Mariæ Magdalenæ ædiculam, niſi commodiſſime explicaretur. En ejus verba ex Belgico latine verſa:* Poſt gentilium receſſum, urbes & oppida paulatim reſtaurari cœperunt, quemadmodum & Mechlinia, ubi an

De templo S. M. Magdalena.

A antiquæ habitationes in ditione Grimbergenſi impletæ ſunt, circumcirca templum B. V. Mariæ, quod per id tempus ſacellum erat ſubjacens parochiæ Zemps, tunc valde extenſæ. Exſtructæ præterea ſunt domus transfluvium circa monaſterium S. Rumoldi, in tanta amplitudine, ut eccleſia fundata ſit ad honorem Dei & S. Mariæ Magdalenæ: memoria enim S. Rumoldi tunc erat obſcurior, ſed brevi clareſcere cœpit ſingularibus miraculis, ita ut ejus cultus nova caperet incrementa. *Negotium, inquam, faceſſere poſſet* eccleſia fundata ad honorem Dei & S. Mariæ Magdalenæ, *quam nonnihil ampliavit Gramayus lib. 3, ſect. 5:* Et referunt memoriæ veteres, poſt receſſum Normannorum, loco ubi nunc templum eſt, exſtructam à convenis ædiculam B. Mariæ Magdalenæ, quæ munificentia peregrinorum, divi Rumoldi corpus viſitantium, in magnam excreverit eccleſiam, cujus ambitum verſus orientem exſtructum lego ſub annum MCCL, chorum aliaſque templi partes perfici cœptas B anno MCCCCLIV; turrim autem biennio ante inceptam ſubſidio oblationum & donariorum, quæ occaſione Jubilæi, à Nicolao V & Calixto III conceſſi, à Pio II aucti, undique confluentes ſuppeditabant.

(cui aliqua perperam tribuit Gramayus)

210 *Solens more ſuo facit Gramayus, dum falſa veris commiſcet, ut liberalius comminiſcitur ejuſdem libri ſectione 2, quam totam deſcribo:* His cum veteri atheiſmo in barbariam relegatis, ad fidei noſtræ fundamenta eamus, jacta probabiliter per ſanctum Willibrordum, confirmata certo per Lambertum Hubertumque antiſtites Leodiorum. Quorum ille (tametſi vulgo S. Rumoldi nomen magis innotuerit) ab antiquo oppidi Tutelaris haberi, & in juramentis ſolennibus compellari ſolet; quem ob id depingere ſolent equitis armati, gladio accincti, infulati tamen ſpecie; quod crederent ejus interventu, urbem à barbaris ſemel præſervatam. Doceo hæc ex juramenti Scabinalis formula anno MCCCIV renovata. Cur autem una cum Lamberto, peculiari titulo venerentur D. Magdalenam Mechlinienſes, cauſam dat vetus meum Chronicon Leodienſe C his verbis: Cum barbari naves ſuas præda & captivis oneraſſent, ſpoliatâ, excepto templo, tota urbe, inter alios abduxerunt feminam, ſacriſtanam cryptæ, quæ B. Mariam Magdalenam toto corde invocans, exaudita eſt. Cum enim vellent vela in altum dare barbari, navis, quæ feminam ferebat, moveri non potuit. Unde coacti illam dimiſerunt, & hinc B. Mariam Magdalenam oppidani colunt ad rei memoriam. In Tutelarium etiam genere ponendum quidam cenſent B. Stephanum, ob id, credo, quod B. Rumoldus iſti eccleſiam ſuam legatur inſcripſiſſe anno DCCLXXXV. *Nempe toto decennio poſtquam è vita migraſſe ſupponitur.*

ſejuncto à Canonicorum clauſtro.

211 *In aliis multis errat hîc Gramayus, uti & ſect. ſequenti, dum Sanctum ex Hibernia educit, eodem ipſo, quo martyrium ſubiit anno 775. Miraculum S. Mariæ Magdalenæ, ex neſcio cujus chronici fide, tribuitur, quod* S. Rumoldo *expreſſiſſimis verbis vindicat Theodoricus. Mitto cetera, cum huc proprie ſolum ſpectet prædicta* ædicula B. Magdalenæ, quæ munificentia peregrinorum, divi Rumoldi corpus viſitantium, in magnam excreverit eccleſiam, cujus ambitus, orientem verſus exſtructus ſit ſub annum MCCL. *Atqui hæc ipſa* S. Rumoldi AUCTORE *eccleſia eſt hodie metropolitana, ergo quæcumque olim fuerit* ædicula B. M. Magdalenæ, *brevi titulum iſtum amiſit. Rem totam ex veroſimillima conjectura ſic paucis expedio. Anguſtius fuerit primum iſtud* S. Rumoldi *ſacellum, ut adventantium peregrinorum multitudinem caperet, neque id commode extendi aut protendi potuerit; quapropter de alia eccleſia ædificanda conſilium cœperint Mechlinienſes, tum opinor, cum vulgatâ per Theodoricum vitâ & miraculis, illuſtrior reddita eſt Sancti fama ac gloria, vicinoſque populos excitavit ad implorandum ejus patrocinium, ea donaria afferentes, quibus inchoata ſeculo* XII *(nam Theodorici tempore non videtur exſtitiſſe) ædicula, ſic ſenſim aucta & perfecta ſit, ut poſt tria ſecula, in hodiernam magnificentiam excreverit, relictis iis memoriæ B. Magdalenæ veſtigiis, ut tamquam ſecundaria patrona hodieque à Mechlinienſibus honoretur. Manſit interim in priori ſuo ſacello* S. Rumoldi *corpus, donec elevatum, ad majus templum tranſlatum eſt ſub principium, ut putamus ſeculi* XIII. E

212 *Nihil hic trado, à quo quis merito abhorrere poſſit, quodve à Molani & Miræi opinione alienum ſit. Hic de Canonicorum collegiis cap.* 74, *monaſterium* S. Rumoldi, *ex Molani mente collocat* in pratis intra Ulmos; ſed paulatim, *inquit,* Mechlinia ex parva urbe transdiliana, adeo excrevit, ut nunc collegium S. Rumoldi in meditullio urbis ſitum ſit, & à Paulo IV Pontifice maximo erectum eſt in primam Archicathedralem Belgii eccleſiam. *Supponitur, ut patet,* Archicathedralem eccleſiam *eo ferme loco exiſtere, quo olim à* S. Rumoldo *exſtructum eſt præfatum monaſterium; vel, ſi ita vis, proxime ad ipſum monaſterium. Statuendum porro, ædiculam S. Mariæ Magdalenæ aut templi hodierni partem aliquam occupaſſe aut ſaltem ei etiam proximam fuiſſe: Supereſt aliquod* S. Rumoldi *ſacellum, de quo Miræus ita ex Molano proſequitur:* In cæmeterio hujus eccleſiæ ſitum erat oratorium ſive ſacellum à D. Rumoldo conſtructum, in quo is frequenter meditari ſolebat. Quod cum in ſumma apud plebem Mechlinienſem veneratione eſſet, fidei hoſtes, qui ſibi Geuſiorum nomen ſumpſerant, funditus cum multis aliis ſacris locis everterunt. *Non omnia ſcrutati ſunt laudati ſcriptores, dum prætereunt indicare, ubi & in quo ſacello quieverit ſacrum* S. Rumoldi *corpus, dumque ædiculam S. Mariæ Magdalenæ ignorare videntur. Aſt hæc à nobis ſatis erudita exiſtimo.* F

S. M. Magdal. altera Mechliniæ patrona.

§ XIX. De magnificentiori S. Rumoldi templo quod hodieque exſtat.

Hodiernæ eccleſiæ conſecratio:

INter *Legendæ Wachtendonckianæ dubias periodos, merito computavimus id quod cap.* 40, *ex neſcio quo chronico accepit, de* navi eccleſiæ Metropolitanæ inchoatæ anno DCCCCLX. *Veritati propius accedunt, quæ habet cap.* 49: Adſcito deinde in cathedram Leodienſem Theobaldo (*qui* XIII *Maii anno* 1312 *in Romano tumultu ſagitta transfixus eſt*) ſummo Pontifice ſententiam ferente, medietas dictæ urbis Joanni Duci abjudicata, & eccleſiæ reſtituta fuit, poſt iterum ad ſucceſſores Joannis variis venditionibus intercedentibus, reverſura. Hic Theo-

AUCTORE J. B. S.

Theobaldus, ſicut multa urbi privilegia contulit, ita ſub eo urbs florentiſſima fuit. Sub eo templum, quod nunc Mechliniæ Metropolitanum eſt, per Guidonem Epiſcopum Elenenſem, ejus ſuffraganeum, conſecratur. *Diploma conſecrationis ad calcem hujus paragraphi, cum aliis huc ſpectantibus ſubnectam, ubi probabiliſſimam aliam eruditiſſimi Crucii opinionem, cum mea facile conciliandam retulero, in ordine ad ſacellum S. Mariæ Magdalenæ, quod ille putat ipſum eſſe, quod hodieque exſtat, cœnobio P P. Minoritarum contiguum, ſed aliqua ſui parte imminutum, & ab adjacente domo, quæ ſpectat ad menſam pauperum, novo S. Spiritus nomine inſignitum.*

prioris parochialis locum

214 *Conjecturam firmat vir eruditiſſimus in eo, quod ante Canonicorum ex veteri clauſtro Rumoldiano migrationem, de qua curſim egimus ſub finem § 12, num. 139, parochiali eccleſia non caruerit Mechlinia, quam iis ſeculis in more poſitum erat à collegiatis clauſtralibus omnino ejungere, quò Canonici divinis officiis vacarent liberius,*

B *à populi concurſu ſtrepituque ſemoti; quippe cum minime ampla eſſent hujuſmodi templa clauſtralia, quale fuiſſe credidero primum illud à* S. Rumoldo *ædificatum, de quo jam locuti fuimus. Hoc poſito, non incongrue intelligitur, cur ob affluxum circumvicinæ multitudinis, aliam, ex collatis eleemoſynis ædiculam ſeu eccleſiam exſtruxerint Mechlinienſes, cui à ſancta Maria Magdalena, per id tempus valde celebri (utpote cujus feſtum in diœceſi Leodienſi indixerat Albero anno 1125) nomen indiderint, quæque parochiali titulo prædita fuerit, tranſlato illuc, ſi annalibus credimus, altari de Muſenis a S. Lamberto conſecrato; quouſque Canonicis ad ampliorem hodiernam baſilicam cum ſacro* S. Rumoldi *corpore, & toto paraciali jure tranſeuntibus (Leodienſium Canonicorum exemplum ſecuti, qui ab anno 1204, privatam vitam ducere cœperant) prædicta S Mariæ Magdalenæ ædicula frequentari deſiit, amiſſo etiam priori nomine; ſiquidem eadem ipſa ſit, quæ modo ad P P. Minoritarum ingreſſum ſupereſt; de quo quid certi ſtatuere non auſim, poſt tot incendia aliasque ruinas, quibus perire potuit, æque ac vetus* S. Rumoldi *templum, de quo an hodie veſtigium ſuperſit, ſatis exploratum non*

C *habeo.*

non eſt facile definire.

215 *At, inquies, ſaltem reſtauratum eſt in angulo cœmeterii: ita quidem fert vulgi traditio; at ſi ut vera admittatur Clariſſimi Crucii conjectura, non uſque adeo commodum erit vetuſtum Canonicorum clauſtrum ad uſque ſacellum extendere, ut inibi divina officia peregiſſe dicantur. Admitto etiam, ſpatioſius olim fuiſſe; qualecumque autem fuerit, à monaſterio Rumoldiano nimis diſſitum videtur, ſi iſtud vere exſtitit ipſo illo loco ubi hoc tempore ſpectatur P P. Franciſcanorum conventus. Obſcura volutamus; quis enim, obſecro, deſtructorum ædificiorum, & toties inſtauratorum mutatorumque limites exacte modo definiat? Potuit certe alio loco exſtitiſſe* S. Rumoldi *ædicula, ejuſdemque ſepultura, potuit & præfatum* S. Rumoldi *monaſterium hodierni noſocomii Hiſpanici partem complexum fuiſſe. Demus aliquid antiquis ruderibus, non tam facile eruendis dignoſcendiſque. Interim de ſacellis illis ſeu ædiculis antiquioribus ſatis dictum ſit, in præclariſſimam modernam baſilicam oculos iterum convertamus, non determinaturi, quæ partes primo & quando inchoatæ, quouſque eductæ, qua ratione evectæ aut ampliatæ ac demum quo ordine perfectæ fuerint, quod architecturæ peritis diſpiciendum relinquimus, ſed qua poteſt conjectura id dicturi, quod ex annalibus aliquo uſque educitur.*

D

Metropolitana inchoari potuit ſec. 12,

216 *Ignoſcant Eruditiſſimi amici & cooperatores ſeduli, quod perſuadere mihi non poſſint, templi hodierni initia ad annum* 960 *referenda, ex cujuſdam chronici, fabulis mixti, incertiſſima fide. Ita ſentire compellor, quod ante Notgeri tempora, ea Mechliniæ facies non fuerit, qua tantum opus aggrederetur. Adde Theodorici, aliàs in laudem* S. Rumoldi *nihil negligentis ſilentium. Demum, ne paradoxi quidquam admittere teneamur; nempe totus quinque ſeculis unius templi fabricam tenuiſſe. Malim ego, baſilicæ ipſius primordia exeunte ſeculo* XII *collocare, tum ſcilicet, cum Bertholdi Grimbergenſes, poſt Grimberganum excidium, à Duce Brabantiæ in gratiam recepti, pacificam bonorum ſuorum poſſeſſionem obtinentes, de amplianda exornandaque Mechlinia, in qua propter opulentiam ferme dominabantur, convenientius cogitare potuerunt. Statuamus itaque navim majorem & chorum,*

E *hodiernis longe humiliores, eo promotos fuiſſe, ut ſub initium ſecuti* XIII (*notant aliqui annum* 1203 *alii* 1209 *alii* 1219) *ſepulturam ſibi in chori ambitu elegerit Walterus Berthout ejus nominis tertius. Accreſcente paulatim machina, acceſſerunt ad templum Canonici, antea clauſtrales, circiter annum* 1227, *relictâ P P. Franciſcanis priori habitatione, in ruinam, haud dubie, vergente. Abſolutum non multo poſt fuiſſe, qualemcumque pro tempore chori ambitum, ex eo patet, quod inibi Arnoldus van Zellaer Scholaſticus, capellam ſuam cum duodecim beneficiis fundaverit anno* 1250.

aucta & ampliata. ſec. 13.

217 *At enim procul à perfectione eatenus abfuiſſe totum auguſti templi ædificium, nimis quam aperte docet alterius Walteri Bertholdi diploma anno* 1265 *conditum, quo ad fabricam promovendam è Dominis Canonicis unum, è ſcabinis alterum, tertium è civibus deſignat, qui eidem perficiendæ intendant. Porro operi augendo ampliandoque toto ſeculo* XIII *inſigniter progreſſum eſt, nam ſub annum* 1312 *eo perducta res erat, ut ſolennis conſecratio & dedicatio facta ſit ab Epiſcopo Elenenſi, cujus inſtrumentum cum aliis ſubjungam. Quæ autem tunc forma & amplitudo baſilicæ fuerit, non auſim arbitrio meo decernere, forte nihil magnopere defuerit ad integritatem templi, ſed paulo humilioris quam modo ſit. Qualecumque ſtatuas, certum eſt, annis poſt conſecrationem non amplius triginta, magnam ejus partem, puta tectum & quidquid ligneum erat, flammis abſumpta. Terribilis incendii annum non male deſignat citatum ſæpe Mechlinienſe chronicon,* 1342, *in die tamen turpiter aberrans, dum* vigiliam Aſcenſionis, *eo anno, quo Paſcha incidit in* XXXI *Martii, componit cum* XXIX *Maij.*

F

An. 1342 combuſta, poſt auguſtior reddita:

218 *Rectiſſime rem notavit Hocſemius apud Chapeauvillum tomo* 2 *pag.* 464, *teſtis ſynchronus, his verbis:* Eodem anno (MCCCXLII) menſis Maii die antepenultima, vigilia Sacramenti, circa horam nonam, igne fortuito fuit Mechlinia conflagrata, unde verſus:

Annis undenis, *totidem cubiceque, reatu
Es Mechlinia tu Sodomorum ſubdita pœnis:
Nocte Sacramenti te vaſtavit ferus ignis,
Inſiliens tignis, agitatus turbine venti.

Porro inter annotationes adfert laudatus Chapeauvillus verba Cornelii Zantfliet, ita tragœdiam deſcri-

*11 ducti in ſe, faciunt quadratum 121, hoc cubicè augetur per 11 ad 1331, adde 11, exurgit annus 1342.

A *deſcribentis*: Die præcedente, in profeſto Sacramenti, ignis vehemens caſu à quadam domo tranſiliens, eccleſiam collegiatam S. Rumoldi, & alias nonnullas eccleſias, & pene majorem partem domorum oppidi Mechlinienſis devaſtavit. In quo hoc mirabile cunctis videntibus apparebat, quoniam ignis ille tranſiliens de vico ad vicum, domos intermedias relinquens intactas, alias apprehendit & deſtruxit, uſurariorum & aliorum notoriorum ſceleratorum, nihil eis nocens, pertranſivit. Ex quo datur intelligi, diabolico flatu factum incendium, Domino hoc permittente propter peccata inhabitantium. *Vera hæc ſit, an ficta ab auctore ratio, noſtrum non eſt diſquirere; patet, quod dicebam, ſancti Rumoldi eccleſiam eo anno conflagraſſe, reſtitutam haud dubie, ante ſolennem ſacri corporis in thecam deauratam translationem anno* 1369; *at etiam tum, niſi fallor, leviori opere, quod per elevatiores fornices, ſucceſſu temporis in hodiernam altitudinem elegantiſſime evectum eſt, ultima manu fornici chori adjecta anno* 1451, *teſte metrica inſcriptione Belgica, quæ in ſupremo apice etiamnum viſitur.* In 't Jaer MCCCCLI, was 't jaer dan Jubileen hier gemeen / doen wort geſloten deſen ſteen; *quæ ſic Latine ſonat:* Anno MCDLI erat hîc commune jubilæum, quando hic lapis ultimus clauditur.

B

1451 perfectus chorus, deinde turris cœpta,

219 *Perperam itaque à Gramayo, plerumque titubante, ſignatus eſt annus* 1454, quo chorus aliæque templi partes perfici cœptæ ſint: *in eo non fallit, quod exſtrui cœpta ſit turris ab anno* 1452, *ſubſidio oblationum & donariorum, quæ occaſione jubilæi à Nicolao Papa V conceſſi, à Calixto III & Pio II extenſi, undique confluentes ſuppeditabant. In eo, inquam, non fallit, verum more ſuo uſque adeo properat, ut res eminus potius monſtrare quam narrare videatur; cumque paſſim ceſpitare ſolitus ſit, etiam in veris vix fidem inveniat. Digna ſane erat tam inſolita gratia, quæ monumentis hiſtoricis firmaretur, quibus inveſtigandis non arbitror currenti Gramayo otium*

C

fuiſſe. Inveni ego certiſſima in magno Chronico Belgico, cujus auctor, teſtis oculatus, relato jubelæo anni 1450 *pag.* 380 *editionis Francofurtenſis* 1607, *ſic proſequitur:* Anno ſequenti Dominus Nicolaus Papa ad inſtantiam illuſtris Philippi Ducis Burgundiæ, unum annum, ſub anni Jubilæi urbis Romæ indulgentiarum forma, Mechlinienſi oppido conceſſit: ita ut venientes Mechliniam vel inidem habitantes, ſi illo anno durante certas eccleſias ad hoc decretas cum oblationibus ſuis viſitarent, conſequi indulgentias omnium peccatorum poſſent. AUCTORE J. B. S.

variis Jubilæis conceſſis, quæ enumerantur,

220 *Hæc de prima conceſſione Nicolai Papæ V. Deinde pag.* 383 *ſic habet idem Chronicon:* Anno Domini MCCCCLVI, quinto die Maii, Calixtus Papa canonizavit S. Vincentium de Valentia, Ord. Prædicatorum. Eodem anno idem Calixtus Papa ordinavit & conceſſit in oppido Mechlinienſi, in ſubſidium Cruciatæ contra Turcam, indulgentias anni Jubilæi, per decem annos continuo duraturas: quarum primus annus cœpit in vigilia Pentecoſtes ejusdem anni, durans uſque ad feſtum omnium Sanctorum, tunc proxime futurum incluſive. *Hinc dabitur intelligi, quod aliàs dubium videri poterat in Brevi ejuſdem Calixti, de quo mox erit dicendum. Tum vero prafati Chronici pag* 404 *ad annum* 1458 *ita lego:* Iſte Pius Papa confirmavit & ratificavit indulgentias, quas prædeceſſor ſuus Calixtus Papa III conceſſit oppido Mechlinienſi. *Atque ibi ferme ſiſtit ſcriptor Anonymus, Canonicus reg. Cong. Windeſemenſis, vix alia Belgica memorans, alioquin procul dubio addidiſſet & Paulum II, Pii ſucceſſorem, quem ad templi Rumoldiani conſummationem aliquid etiam contuliſſe, Mechlinienſe chronicon teſtatur, & Jubilæum confirmaſſe* 1464; *idque haud obſcure probant ejus inſignia, trium prægreſſorum ſecutis gentilitiis adjuncta, in navis eccleſiæ prima feneſtra meridiei obverſa. Singula ad me miſit laudatus D. Canonicus Scholaſticus Slaets, digna quæ hîc in ſingulari prorſus modo indulti continuatique Jubilæi memoriam exhibeantur, cum alibi editis collata.*

D E F



& aliarum parrium epocha.

221 *Singulorum Pontificum Bullas, utut ſolicite quæſitas, reperire non licuit; ex Calixtina, quam ſuggeſſit Cuyperus, de aliis ſtatui poterit, colligique, non ad ſolius turris ædificationem, ſed & ad reliquarum templi partium complementum imo & ad aliarum eccleſiarum ornatum prædictas gratias fuiſſe ſucceſſive conceſſas. Majoris navis fornicem clauſum teſtatur inſcriptio anno* 1487. *Metrum Belgicum* (*quod ait*, opus iſtud *eo anno* publicè *eſſe* concluſum) *accipe:* Dit werck wort geſloten in 't jaer MCCCCLXXXVII openbaer. *Turris vero elegantiſſima concameratio, nullo iſtius veſtigio in eccleſia apparente, completa ſeu clauſa indicatur alio verſiculo:* Geſloten was ick tot elex aensien / doen men schreef MLXIII. (*idem eſt ſenſus, qui jam proxime redditus eſt.*) *Quod utrum de ſolo fornice, an etiam de magnifica turri in hodiernam elevationem educta intelligendum ſit, non definio. Obſervare me juſſit Cuyperus leunculum ſtylobatæ lapideæ, turri forinſecus vicinæ, inſi-*

AUCTORE J. B. S.

dentem, cujus baſi inſcripta eſt chronologica nota, uno latere exprimente hoc verbum : Anno, *altero* M, *tertio vero* CCCCLXIII, *forte quod tunc ingens iſta moles ad eam altitudinem evecta fuerit, vel ut ipſe opinabatur, poſtrema manus ei impoſita, cui interior fornix, annis poſt quinquaginta, acceſſerit, de quo alii diſceptent : gratius erit jucundiuſque lectori celeberrimæ turris partem perfectam, uti & deficientem oculis conſpicere, quarum delineationes illuſtri collaboratori Cuypero acceptas refero. Altitudo partis perfectæ ad trecentos quadraginta octo pedes aſcendere dicitur, cui ſi tertia pars accederet, vix ullam toto Belgio repertum iri crediderim, ad quam comparari poſſet, præter ſolam Antverpienſem. Gnomones ſeu horarum indices, non ita pridem elaborati, pedes quadraginta quatuor ſupra centum, ſuâ circumferentiâ ſinguli complectuntur ; cetera explicatione non indigent.*

B

§ XX. Pars altera, qua inſtrumenta referuntur, prioris probationi ſerventia.

Defundatione Zellariana.

Hæc, quantum fieri poterit, ea ſerie diſponentur, qua in præcedentibus apellata ſunt, ſervato antiquitatis ordine. Incipiam itaque à celebri fundatione Zellariana pro anno 1250, *de qua plura exſtant in Regeſto Capituli ; ſufficient ſequentia.*

Fundatio beneficiorum de Zellaer.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Ego Arnoldus de Zellaer, Scholaſticus Mechlinienſis, ſanus & incolumis ac mentis meæ compos, firmam ſpem fiduciamque in Jeſum Chriſtum habens, nullo præſentis periculi metu perterritus, ſed ſola ſpe æternæ retributionis, quædam beneficia ad laudem, & honorem Beatæ & gloriosæ Virginis Mariæ de poſſeſſionibus meis & reditibus inſtituere decrevi. Lego igitur & in primis aſſigno triginta lib. Lovanienſes, quas viri venerabiles Abbas & conventus de Flierbeke, de voluntate & ordinatione mea ſolvere tenentur.... Inſuper & omnia bona quæ habeo in Haverâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, duodecim Capellanis, ut deſerviant in honore ſanctæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, pro beneficiis beati Rumoldi in Mechliniâ, recepturis de prædictis reditibus, ſingulis pariter & univerſis tamquam inter ſe portionem. Sed Capellanus beatæ Mariæ in novo opere amplius habebit aliis Capellanis, de prædictis reditibus, xxx ſolidos Lovanienſes ; ad lampadem ante altare B. Mariæ in novo opere, quæ luminis beneficium jugiter, tam die quam nocte, præſtabit ibidem ; expenſas autem hujus lampadis, procurabit Capellanus dicti novi operis cum tantâ diligentiâ, ut lumine numquam careat, & ſi quidquam ſuper eaſdem expenſas ſupereſſe contigerit, hoc dictus Capellanus convertet in uſus ornamenti altaris ſui meliorandi.... Capellani autem qui dictis beneficiis deſervient, ſive ſacerdotes fuerint, ſive clerici, tali modo ipſis deſervient, quod horis Canonicis tamquam Canonici intereſſe tenebuntur, & niſi reſidentes Mechliniæ, iſtis beneficiis perſonaliter deſervierint, nihil omni-

C

no de redditibus ad ea aſſignatis percipient, nec habebunt ; Capellanus vero beatæ Mariæ de novo opere, qui cum prædictis duodecim connumeratus eſt, Miſſam qualibet die tenebitur celebrare. Ut autem hæc omnia & ſingula prædicta robur habeant perpetuum, & ut ab aliquo in poſterum & irritari non valeant vel infringi, ego ſigillo meo proprio una cum ſigillo venerabilis Patris Domini, D. Epiſcopi Longuenſis & Abbatis loci S. Bernardi, teſtamenti mei executoris, præſentem paginam duxi roborandam. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo. D

223 *Sequatur citata ſæpius ordinatio fabricæ templi* S. Rumoldi *anno* 1265.

Ordinatio fabricæ.

Ordinatio ad fabricam 1265.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis Decanus & Capitulum eccleſiæ Machlinienſis, Walterus Berthout Dominus Machlinienſis, juſticiarii, Scabini, & univerſi Burgenſes, ejuſdem loci, ſalutem in omnium Salvatore. Noverit univerſitas veſtra, quod nos attendentes honeſtatem & decorem eccleſiæ Machlinienſis, cujus fabrica ſtetit pro tempore aliquo antiquo deſpecta nimium, ex negligenti proviſione, & defectu conſilii & auxilii Canonicorum, Scabinorum, & aliorum Burgenſium Machlinienſium, ob quam cauſam, purè propter honorem Dei omnipotentis, gloriosæ Virginis Mariæ, ſancti Rumoldi Epiſcopi & Martyris, Patroni dictæ eccleſiæ, eidem fabricæ deinceps aſſiſtere volumus, cum omni benevolentiâ & honore, ſtatuentes inter nos, quod uſque ad conſummationem fabricæ dictæ eccleſiæ, ab anno in annum, de novo tres proviſores, Canonicus reſidens, Scabinus, & Burgenſis, ſemper ab intercedentibus proviſoribus, ſubſequentes eligant ad dictam eccleſiam, qui in anno proviſionis ſuæ, de fidelium eleemoſynis & aliis reditibus ad hæc pertinentibus, provideant utilitati ipſius eccleſiæ & dictæ fabricæ, ſecundum quod viderint expedire, in libris, ornamentis, & omnibus aliis rebus, ad decorem domus Dei ſpectantibus, ſicut decet : ex quibus proviſoribus primo principaliter eligimus Dominum Joannem, Cantorem Machlinienſem, ex parte dicti Capituli ; Waltherum de Standeken, ex parte Scabinorum ; & Joannem Mulart, ex parte oppidanorum Machlinienſium, in proviſores ipſius, ad regendum officium proviſionis dictæ eccleſiæ, ſicut dictum eſt [à feſto] nativitatis beati Joannis Baptiſtæ proximè venturo, ad annum immediatè ſequentem, poſt dictam nativitatem : volentes & in hoc unanimiter conſentientes, quod dicti Joannes Cantor ; Walterus & Joannes, anno proviſionis ſuæ lapſo, debitis ac eleemoſynis ipſius eccleſiæ, quantum in ipſis erit, diligenter computatis, de communi conſilio ipſorum trium, tres alios ſibi eligant proviſores, Canonicum reſidentem, Scabinum & Burgenſem Machlinienſem, ad hoc idoneos & competentes, ita quod ſi aliquem de dictis Proviſoribus electis, vel in poſterum eligendis, in anno proviſionis ſuæ decedere contigerit, quod alii duo proviſores ſuperſtites, poterunt ſibi eligere tertium proviſorem, & aſſumere loco decedentis, & quicumque Canonicus, Scabinus vel Burgenſis, E

F

ad

Delineatio Turris templi S. Rumoldi Mechliniæ.



Turris templi S. Rumoldi Mechliniæ, quousque hodie perfecta est.



H. F. Diamaer fecit.

A ad dictam Provisionem, ab antecedentibus provisoribus electus, contradicet electioni, & officium provisionis suæ in anno sibi assignato suscipere noluit, tenebitur fabricæ beati Rumoldi Machliniæ, ad XL Lovanien. novæ & legalis monetæ persolvendum. Et sic volumus, quod deinceps annis singulis fiat electio provisorum, usque ad consummationem fabricæ supradictæ; statuentes quod quicumque per annum Provisor dictæ ecclesiæ exstiterit, non possit eligi in Provisorem ipsius ecclesiæ, ab anno provisionis suæ, infra terminum quinque annorum immediatè sequentium, nisi pro Deo & voluntate propriâ, vellet officium provisionis acceptare. In quorum omnium testimonium, & ut qræmissa robur obtineant, & firmitatem, sigilla horum dictorum Waltheri Berthout, & Capituli villæ Mechlinien sis, litteris præsentibus sunt appensa. Actum octava Pentecostes, anno millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

224 *Subjungo quæ spectant ad prædicti templi consecrationem. Prioris instrumenti in tabulis Capituli titulus est:*

B

Copia consensus, seu authoritatis per P. Episcopum Cameracensem, Archiepiscopis & Episcopis Catholicis, ad consecrandam ecclesiam beati Rumoldi & duo altaria.

Facta potestas consecrandi templi &c.

REverendis in Christo Patribus, ac Dominis universis, ac singulis Dei gratia Archiepiscopis, & Episcopis Catholicis, & Ecclesiæ Romanæ devotis, ad quos præsentes litteræ pervenerint. Petrus miseratione Divina Cameracensis Episcopus salutem in Domino sempiternam. Ad parochialem ecclesiam, beati Rumoldi Mechliniæ, nostræ diœcesis, non valentes accedere de præsenti, pluribus arduis nostræ ecclesiæ Cameracensis negotiis impediti, Paternitates vestras attente rogamus & requirimus, quatenus præfatam ecclesiam beati Rumoldi, si sit perfecta, cum duobus altaribus, exstantibus in eadem, consecrare dignetur primus vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, vobis enim & vestrûm cuilibet, munus consecrationis cum plenitudine indulgentiarum, quæ ad honorem omnipotentis Dei in consecrationibus ecclesiarum dari solent, verè pœnitentibus & confessis, eidem ecclesiæ & prædictis duobus altaribus impendendi, adhibitis solemnitatibus, quæ consueverunt in talibus adhiberi, tenore præsentium committimus potestatem. Datum sub sigillo nostro, quo in talibus utimur, in castro nostro de Mala domo, prima die mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

C

AUCTORE J. B. S.

Copia litterarum Suffraganei Leodiensis, qui consecrat ecclesiam beati Rumoldi, cum duobus altaribus.

FRater Guido Cistercien sis, Dei gratia Elenensis Episcopus, vicem gerens Reverendi Patris & Domini, Domini Theobaldi, Divinâ providentiâ Leodien sis Episcopi, universis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem in Domino & subscriptorum cognoscere veritatem. Universitati vestræ, tenore præsentis chartulæ, quæ Reverendi Patris ac Domini, Domini Petri, Dei gratia Cameracen sis Episcopi litteris est affixa, facimus manifestum, nos de concessione & beneplacito dicti Reverendi Patris ac Domini, Domini Petri Cameracen sis Episcopi, feriâ sextâ post festum beati Marci Euangelistæ, ecclesiam Parochialem beati Rumoldi, cum duobus altaribus Cameracen sis diœcesis, E dedicasse in honore sanctæ Trinitatis, beatæ Mariæ Virginis, & beati Rumoldi Martyris atque Pontificis, ponentes dies anniversarios Dedicationis prædictæ, singulis octavis festi sanctæ Trinitatis. Præterea omnibus vere pœnitentibus & confessis, de prædicti Reverendi Patris ac Domini, Domini Petri Cameracen sis Episcopi authoritate, unum annum singulis diebus, & quadraginta dies, à die consecrationis prædictæ usque ad unum annum, singulis diebus & ex tunc in antea, prædicta authoritate perpetuo singulis annis, in die Dedicationis prædictæ & per octavas, unum annum indulgentiarum verè pœnitentibus & confessis, dictam ecclesiam devotè visitantibus, elargimur: in die quoque Dedicationis, & per octavas prædictas quadraginta dies indulgentiarum, dummodo Reverendus Pater ac Dominus Cameracen sis Episcopus prædictis assensum his adhibere dignetur, authoritate nostra conferimus verè pœnitentibus & confessis, F dictam ecclesiam devotè visitantibus. Datum anno Domini milesimo ccc. duodecimo, feriâ sexta, post Marci Euangelistæ prædictâ.

De Jubilæis.

226 *Ad Jubilæum quod attinet, habeo mandatum Philippi Boni tum Belgarum Principis, Gallicè scriptum datumque Bruxellis* XIV *Aprilis* 1450 ante Pascha, *seu more Gallico, quod est dicere anno Romano* 1451, *à Kalendis Januarii inchoato, ut supra explicui: quo decreto prædictum Jubilæum, anno proxime præcedenti Romæ celebratum, ex singulari Pontificis Nicolai* V *concessione, Mechliniæ eodem isto mense Aprili inchoandum monet die* XXIII, *qui fuit eo anno Parasceve Domini, Pascha incidente in* XXV *Aprilis. Pluribus ea describuntur in Chronico Mechlinien si, narrante inter cetera, quod septem templa Mechlinien sia, septem Romanas ecclesias repræsentaverint &c. Ut verò adventantium undecumque fidelium securitati prospiciat Philippus, districte præcipit summo suo prætori, ejus vices gerenti, omnibusque aliis justitiæ administris, accessus liberos, tutos & faciles reddant, soliciteque invigilent, nequid cuiquam incommodi aut detrimenti afferatur. Jam dixi, Bullam Apostolicam Nicolai* V *repertam non esse, defectum supplebit Calixtina, prout à Cuypero suppeditata est, usum eleemosynarum explicans, suppositâ indulgentiarum gratiâ, quam se indulsisse eodem Brevi testatur Pontifex. Sic habet:*

Ca-

AUCTORE J. B. S.

227 Caliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis magiſtro Antonio Ferrarii præcentori eccleſiæ Barchmonenſis, acolytho & cappellano, nec non familiari noſtro, ac Decano & Capitulo ſancti Rumoldi opidi Machlinienſis, Cameracenſis diœceſis, nec non ejuſdem, quæ etiam parochialis eſt, parochianorum curæ & aliarum parochialium ipſius opidi eccleſiarum Rectoribus, ac Magiſtris communitatis, Scabinis & Conſulibus opidi ejuſdem, nec non Nicolao Driele & Oberto Trabukier operario eccleſiæ ſancti Rumoldi eorumdem, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Præſcribit Pontifex

228 Hodie ſiquidem, pia conſideratione ducti, omnibus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, certas eccleſias opidi Mechlinienſis, Cameracenſis diœceſis, certis menſibus, diebus & annis, tunc expreſſis, viſitantibus & ad uſus, tunc ſimiliter expreſſos, pias eleemoſynas, oblationes, largitiones, ſeu dona erogantibus, ac etiam illis, qui in cauſis tunc

B expreſſis, præfatas eccleſias viſitare non valentes, eleemoſynas hujuſmodi, in uſus eoſdem convertendas, ad eccleſias prædictas deſtinarent, quod confeſſores ſui, quos eligerent, ipſis à commiſſis per eos criminibus, peccatis, delictis & exceſſibus, nec non à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententiis, abſolutionis beneficium, nec non pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem impendere & concedere poſſent, ſub certis modis & formis conceſſimus & indulſimus, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur.

eleemoſynarum recipiendarum

229 Volentes igitur ut eleemoſynæ, oblationes, largitiones ac dona prædicta in uſus, in quos illa juxta mentis noſtræ propoſitum converti diſpoſuimus, fideliter diſpenſentur, oportune providere; ſub interminatione divini judicii ac æternæ maledictionis, quam miſit Dominus ſuper Chore, Datan, & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, diſtrictius inhibemus, ne quis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis aut præeminentiæ fuerit, etiamſi archiepiſcopali, regali, ducali aut alia quacumque eccleſiaſtica vel mundana

C præfulgeat dignitate, de eleemoſynis, oblationibus, largitionibus ſeu donis prædictis quidquam ſubtrahat, auferat, detineat aut ſibi aliquatenus appropriet vel uſurpet, per ſe vel alium ſeu alios, directè vel indirecte, quovis quæſito colore: ſed duæ partes omnium eleemoſynarum, oblationum, largitionum, ac donorum hujuſmodi, quæ in ſeptem eccleſiis præfatis, ſive in illarum capſis ſive truncis vel ſuper illarum altaribus aut alibi, tempore prædicto durante & occaſione indulgentiarum hujuſmodi, erogari vel offerri contigerit, nobis per nos in ſubſidium reprimendarum oppreſſionum, de quibus in dictis litteris noſtris fit mentio, convertendæ, per præfatum Nicolaum de Driele depoſitarium noſtrum, ad hoc ſerie præſentium ſpecialiter per nos deputatum, realiter aſſignentur, reliquam vero tertiam partem ex illis reſtantem in opus fabricæ ſingularum eccleſiarum, in quibus erogata fuerint, ac in augmentum divini cultus inibi fiendi, fideliter & integraliter ad ordinationem & diſpenſationem Magiſtrorum communitatis & Scabinorum prædictorum, ſecundum neceſſitatem ſingularum eccleſiarum,

& diſtribuendarum

diſpenſandam concedimus pariter & aſſignamus per præſentes; hoc addito, quod præfatus Nicolaus, aut alius vel alii, per eum forſan deputandi, omnes & ſingulas eleemoſynas, oblationes, & dona prædicta, in iſto primo anno & termino provenientia, ac nobis vel Cameræ Apoſtolicæ, ut præmittitur, realiter aſſignanda, recipere poſſint & valeant, ita tamen quod ſuper tertia parte, eccleſiarum prædictarum expenſæ capi & deduci poſſint. D

230 Si quis autem in contrarium quidquam attemptare præſumpſerit, non poſſit à reatu hujuſmodi ab aliquo, niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, & ſatisfactione debita per eum, de illis quæ ſubtraxerit, abſtulerit, detinuerit, appropriaverit vel uſurpaverit, realiter prius facta, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis benificium obtinere. Vos igitur, quibus claves & cuſtodiam capſarum & eleemoſynarum ac oblationum hujuſmodi gerendas commiſimus, atque committi contigerit, ſitis in commiſſo fideles; nec non Decane, Rectores, Magiſtri communitatis, Scabini & Conſules prædicti, opem & operam diligenter adhibeatis, ut ſingulæ eleemoſynæ, oblationes, largitiones & dona prædicta in præfatos uſus, in quos ea, ut præfertur, diſpenſari volumus, quantum in vobis fuerit, integre & abſque ulla fraude convertantur: recepturi proinde æternæ retributionis præmium, ac à nobis & Apoſtolica Sede favores benevolentiæ, & gratiæ ſpeciales. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, Idus Aprilis, pontificatus noſtri anno primo. *Inferius erat ſcriptum*, N. Ferrarii, *& ſupra plicam*, Adrianus.

modum, ſub cenſuris conſuetis.

E

231 *His omnibus ſuperadde bullam Apoſtolicam Leonis* X, *datam* XXVII *Martii anno* 1516, *qua plures indulgentiæ conceduntur, quid ſi dicamus, rogatu Guilielmi de Enckenvoirt, Mechlinienſis eccleſiæ* S. Rumoldi *poſtea Præpoſiti, deinde S. R. E. Cardinalis, de quo in Rumoldiano Corollario, Sancti Actis ſubjuncto, fuſius agimus. Ex ipſis Apoſtolicis litteris in magna membrana expreſſis & in tabulario Archiepiſcopali repertis, intelliges, gratias omnes favoreſque ibi indultos reſpicere* S. Rumoldi *baſilicæ ſtructuram, reparationem, conſervationem debitumque ad divina myſteria decenter peragenda ornatum; unde colligitur, ad eum uſque annum* 1516 *defuiſſe adhuc nonnulla ad perfectionem totius operis: cui ſubinde eas decorationes acceſſiſſe videmus, quæ auguſtum templum totius Belgii facile elegantiſſimum reddidere. Poterant ſeorſim excerpi, quæ ad indulgentias ſpectabant propius, at Bullam integram oculis ſubjicere malui, curioſis lectoribus piiſque* S. Rumoldi *alumnis minime diſpliciturum. Sic ibi loquitur Pontifex:*

De aliis gratiis per Leonem X

F

232 Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sempiterno Regi, qui gregem ſuum nobis, licet immeritis, ſua pietate commiſit, reddituris ejuſdem gregis in extremo judicio rationem, ſummis, ut tenemur, ſtudiis, quos ab æquitatis juſtitiæ limitibus humani generis æmulus ſæpe divertit, Salvatori noſtro, qui non mortem, ſed pœnitentiam deſiderat peccatorum, acceptabiles & bonorum operum ſectatores reddere exquirimus, ut in ipſa reddenda ratione, divinæ juſtitiæ ultionem poſſimus evadere, & qui ab eiſdem limitibus devii facti fue-

ſingulari indulto conceſſis.

A fuerint, per grata & accepta Deo opera illius, qui misericordiarum Pater est, gratiam valeant invenire.

233 Dudum siquidem cupientes, ut ecclesia S. Rumoldi Machlinien sis, Cameracensis diœcesis, congruis frequentaretur honoribus, & à Christi fidelibus in debita veneratione haberetur, ac in suis structuris, luminaribus & ædificiis debite conservaretur, repararetur & manu teneretur, ac fideles Christi eo libentius, devotionis causa, ad dictam ecclesiam confluerent, & ad conservationem, reparationem & manutensionem hujusmodi, manus promptius porrigerent adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberius conspicerent se refectos, omnibus & singulis utriusque sexus fidelibus prædictis, verè pœnitentibus & confessis, qui eamdem ecclesiam S. Rumoldi in Kal. Julii, & B. Mariæ Magdalenæ ac S. Lucæ festivitatibus, nec non prima Adventûs, & qua in Ecclesia Dei cantatur Lætare Jerusalem, diebus Dominicis à primis Vesperis; usque ad occasum solis sequentis diei Kal. ac fe-
B stivitatum, & dierum earumdem inclusive annuatim devotè visitarent, & ad conservationem, reparationem & manutensionem hujusmodi, manus promptius porrigerent adjutrices, pro Kal. & singulis festivitatibus & diebus hujusmodi, quibus id facerent, viginti quinque annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavimus, pro ut in nostris inde confectis litteris, quas perpetuis futuris temporibus valere voluimus, plenius continetur.

234 Nos igitur cupientes, ut dicta ecclesia, ad quam, sicut accepimus, dilectus filius Magister Wilhelmus de Enckenvoirt, ipsius S. Rumoldi Canonicus & Præpositus * ac Campiniæ Leodiensis ecclesiarum Archidiaconus, Notarius, scriptor, cubicularius & familiaris, ut singularem gerit devotionis affectum; in majori veneratione habeatur, & animarum salus peramplius propagetur, ac fideles præfati ad conservationem, reparationem & manutensionem prædictas, eo devotiores & promptiores reddantur, quo exinde pro animarum suarum salute, majora munera spiritualia adipisci posse cognoverint; de omnipotentis Dei &
C beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexûs fidelibus Christi undecumque existentibus, qui Quadragesimalibus & aliis cujuslibet anni temporibus, & diebus stationum basilicarum & ecclesiarum almæ Urbis & extra muros ejus, ecclesiam S. Rumoldi prædictam devote visitaverint, & ad præmissa manus adjutrices porrexerint, ut omnes & similes indulgentias & peccatorum remissiones aliasque gratias, tam pro vivis, quam per modum suffragii pro defunctis, pro quibus id fecerint consequantur, quas consequerentur & consequi possent, si singulis stationum diebus & aliis temporibus, singulas etiam septem principales ac B. Mariæ de Populo, intra & extra muros Urbis, hujusmodi consistentes basilicas & ecclesias personaliter visitarent, & alia facerent, quæ pro consecutione indulgentiarum hujusmodi requiruntur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & elargimur.

235 Et ut fideles ipsi ad indulgentias & remissiones hujusmodi consequendas, aptiores reddantur, Decano pro tempore existenti, & dilectis filiis Capitulo dictæ ecclesiæ S. Rumoldi, aliquos presbyteros seculares, vel quorumvis etiam mendicantium Ordinum Regulares, in eo numero, qui eis videbitur, singulis diebus & temporibus stationum hujusmodi, qui dictorum Christi fidelium ad eamdem ecclesiam S. Rumoldi pro hujusmodi indulgentiis consequendis confluentium & confiteri volentium, confessiones audire, ipsosque & eorum quemlibet, ab omnibus & singulis eorum peccatis criminibus, excessibus & delictis, quantumcumque gravibus & enormibus, etiamsi talia forent propter quæ Sedes Apostolica merito foret consulenda, præterquam offensæ ecclesiasticæ libertatis, criminum hæresis & rebellionis aut conspirationis in personam seu statum Romani Pontificis, seu Sedem eamdem, falsitatis litterarum, supplicationum & commissionum Apostolicarum, invasionis, depræ-
AUCTORE J. B. S.

dationis, occupationis & devastationis terrarum & maris, Romanæ ecclesiæ mediate vel immediatè subjectorum, offensæ personalis in Episcopum, vel alium Prælatum, prohibitionis devolutionis causarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum
E ad partes infidelium; absolvere, ac eis pœnitentiam salutarem injungere, nec non vota quæcumque per eos pro tempore emissa, ultramarino, visitationis Liminum Apostolorum Petri & Pauli, ac S. Jacobi in Compostella, nec non castitatis & religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera ad subventionem fabricæ dictæ ecclesiæ convertenda commutare, ac juramenta quæcumque, sine juris alieni præjudicio, relaxare libere & licite valeant, deputandi plenam & liberam, auctoritate Apostolica tenore præsentium, facultatem concedimus, præsentibus, quas sub quibusvis similium, vel dissimilium indulgentiarum & facultatum suspensionibus, revocationibus, restrictionibus, & modificationibus per quascumque alias indulgentias & facultates, etiam pro fabrica basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, seu expeditionis contra infideles, & quibusvis aliis etiam magis piis usibus, cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis ac
F fortioribus & efficacioribus clausulis irritantibusque, & aliis decretis, per nos & Sedem prædictam, etiam motu proprio seu ad quorumvis instantiam concessas & concedendas, quomodolibet factis & faciendis nullatenus comprehendi, ipsisque suspensionibus, revocationibus, restrictionibus & modificationibus, etiam quotiens in futurum emanaverint, minime subjacere, ac illis non obstantibus litteras easdem, tamquam ab eis semper & omnino exceptas effectum suum consequi & plenarium firmitatis robur obtinere, & ab omnibus inviolabiliter observari debere decernimus, etiam perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexto decimo, VI Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno quarto. *Subsignatum erat* Phi. de Roma: *in extremo margine*, visa P. Harciaci: *supra plicam*; Joan. de Madrigal: *in adversa totius Bullæ parte*: Data in Secretaria Apostolica, *subscribitque* Blondus.

** Videtur controversa fuisse dignitas, cum alium Præpositum numerent Mechlinienses, ut patebit ex Corollario*

AUCTORE J. B. S.

§ XXI. Precationes aliaque ad S. Rumoldi honorem ſpectantia, uti & ſub ejuſdem nomine Confraternitas.

AD calcem Legendæ Domynſianæ, etiam apud Vardæum ſubjungitur : Precatio ad eum-
Precatio 1. dem Martyrem, *his verbis :* O precioſe, ſacer, & inſignis amice Dei omnipotentis, Rumolde, qui mundo in hoc etiamnum vitam degens, caducos honores omnes, facultates & oblectamenta reſpuiſti : quamobrem & tuis eximiis meritis promerentibus, preces tuæ univerſæ ſummo Numini ſunt gratæ & acceptæ. Id quod vel in ea re Deus ipſe demonſtravit, nam matri ſterili fœcunditatem prolis ab ipſo, tuo ſancto interventu, impetraſti; quam etiam mundo jam editam, tuis ſacratiſſimis manibus baptiſmo admoviſti ; infantem denique fluminibus enecatum & ſubmerſum, parentibus redivivum, uti propheta Eliſæus,
B reddidiſti.

Vers. Ora pro nobis beate Pater Rumolde.

Reſp. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Deus, qui intercedente beato Rumoldo &c.

237 *Hæc habentur etiam in editione Vardæana pag.* 40. *Sequitur pag.* 44 *quæ potius ſic cito, cum in parvo libello nulli numeri apponantur.*
Precatio 2, Ad divum Martyrem Rumoldum peroratio : Precamur te, ô ſacer Antiſtes, & invicte Martyr, ut quotquot tibi adminiculantur, enutrias & præſerves. Sceleribus etiam noſtris iratum hujuſce mundi judicem pacatum reddas. Etenim ad miſeriam noſtram oculos ſi flectas, nil vilius & abjectius erit; ſi in divinam reſpexeris miſericordiam, magnificentius nil atque Jeſus Chriſtus, qui mediatorem agit inter Deum Patrem & hominem ipſum. Hunc exoratum, quæſumus, habeas, teque ſanctiſſimum Antiſtitem interceſſorem conſtituat inter ipſum & mortales nos ; quò qui peccatorum premimur pondere, ab iis liberos & puros reddat, ut Dei tandem munere, cælicas conſcendamus ſedes, ſicque unà tecum, ſancte Pater Rumolde, exhilaremur æterna in patria :
C Quod nobis contingat gratia Dei Patris cunctipotentis, qui vivit regnatque in ævum. Amen.

238 *Subjungit Domynſius* adhortationem ad
Item adhortatio. quoſlibet *clientes* S. Rumoldi, *hoc modo conceptam :* O vos præclari, tam viri quam feminæ, deſiderio qui flagramini ſobolis nanciſcendæ, qua æthereas occupetis ſedes, quem merito alium habebitis honori, quam divum hunc Præſulem, Chriſtique Martyrem Rumoldum ? in cujus gratiam divinum imperium infœcundos & ſteriles, fœcundos reddidit? Hunc glorioſum interpellate tutelarem, ut ipſius ope felices edatis partus. Arbor ſiquidem illa beata, quæ fructus fert optimos.

Nautæ dein, piſcatores, aliique mare ſæpenumero trajicientes, haud immerito animadvertent, quomodo Deus optimus, maximus, divo cooperante Rumoldo, fluctus ipſos compreſſerit, atque ad tanti Martyris miniſterium præſtandum accingentur.

Similiter & negotiatores, agricolæ, ac reliqui omnes manualia exercentes opera ; quandoquidem quidquid ſanctus vir umquam ſementis fecerit, fructum produxit uberrimum. D
Locus item, quo conquieſcit, felix & fauſtus eſt ſoſpitate, exercitiis ac fauſtitate : idque in rem omnium eorum, qui ibidem Deum ipſum, per divum imploraturi ſunt Rumoldum. Sit itaque laus & gloria Deo Patri & Filio, ac Pneumati ſancto, ſempiterna in ſecula, Amen.

239 *Demum pag.* 52 *apud Vardæum ſcribitur* De hymno.
ode Sapphica, ad numeros, inquit auctor, vel ſaltem titulus, hymni : Ut queant laxis reſonare fibris *&c. Poëta anonymus eſt* ; ſolum didici, *verba ſunt Vardæi*, religioſum eſſe ex ordine S. Benedicti. *Plura ego quærere ſuperſedeo, exiſtimans ſatis eſſe, quod* S. Rumoldi *clientibus ode ipſa, ut jacet, exhibeatur. Titulum ita reddidit Vardæus :* Magno Martyri, ſancto Præſuli Rumoldo, Archiepiſcopo Dublinenſi, Metropolitanæ eccleſiæ & civitatis Mechlinienſis patrono. *Habe carmen ipſum :*

240 Dulce ſacrato mea lingua pange,
Præſuli carmen, cane laureati
Martyris celſa celebrem Rumoldi
Voce triumphum.
Te decent laudes, ſacer ô Rumolde,
Te, cui, terris procul hinc relictis, E
Contigit fuſo ſuperas adire
Sanguine ſedes.
Clara ne virtus modio lateret,
Sceptra contemnis, patriamque & ipſum
Inſulæ ſacrum decus & remotas
Tendis in oras.
Ergo jam pauper Dominum petiſti,
Tot per amfractus, peregrinus Urbem
Sacra ubi, ſacris veneraris aris
Oſſa repoſta.
Inde digreſſus, Domino monente,
Figis hic ſedes, ubi tortuoſus
Inclytam, flexu vario, Malinam
Dilia tranſit.
Prole mox chara ſteriles beaſti
Hoſpites; merſum rapidis ſub undis,
Jamque defunctum revocas Libertum
Lucis in auras.
Quid loquar vitæ quoties beatæ
Edoces leges ? quoties docentem
Audit intentus populus, tuoque
Pendet ab ore, F
Sed fames quid non ſacra ſuadet auri ?
Te duo nummûm cupidi (nefandum
Prô ſcelus !) ferro perimunt, cadaver
Fluctibus abdunt.
Corpus at noctu radiante luce,
Proditum ſervat venerans Malina.
O quater ſanctam, quater his beatam
Oſſibus urbem.
Sterne te totam, generoſa quanta es
Civitas, tanti tumulo Patroni,
Orna & exorna meliora gemmis
Martyris oſſa.
Sancte, nunc urbis decus, ô Rumolde,
Civibus dona benedictionem,
Urbis & totum regimen teneto
Jure ſepulcri.
Hæreſim, peſtem, fera bella, morbos
Finibus noſtris procul ô repelle;
Adjuva ſanctis precibus clientes
Sancte Rumolde.
Fac uti te qua licet æmulantes,
Te triumphantem comitemur illuc,
Nunc ubi æterna frueris ſalute
Sancte Rumolde.

241 *Por-*

A *Sodalitii Rumoldi*

241 *Porro Mechlinienſium erga patronum & tutelarem Sanctum pietas, hoc etiam argumento elucet, quod præter tot alia publicæ privataque venerationis monumenta, à quatuor & amplius ſeculis, occaſione celeberrimæ victoriæ alibi à nobis relatæ, religioſo inter ſe fœdere, ut ita dicam, inito, ſingularem congregationem ſeu confraternitatem in* S. Rumoldi *honorem inſtituerint, conceptis in eum finem legibus, quas in vetuſta membrana vernacule deductas in archivo Archiepiſcopali, charactere Belgico, rudi orthographia, litteris hinc inde exeſis reperi, ab annis fortaſſe ducentis exaratas atque ex vetuſtiori hujuſmodi programmate, procul dubio deſcriptas; ubi Sancti nomen, non ut hodie* Rombout, *ſed* Rommout *effertur, exoleta dialecto. Reportatæ victoriæ annus ſignatur* 1301, *quando & voto ſolenni ſe obſtrinxere devotiſſimi* S. Rumoldi *clientes, circumferendi annue, quartâ Paſchatis feriâ, ſacrum ejus corpus, deſignatâ thecâ argenteâ pretioſiſſimâ, de qua ſatis dictum jam eſt. De certo victoriæ anno infra agetur. De hujus confraternitatis inſtitutione, ſic loquitur*

B *Gramayus lib. 3, ſect. 5:* Denique anno MCCCXXXIV ſacram tituli divi Rumoldi civium ſodalitatem, probante Epiſcopo, inſtitutam. *Fides ſit penes ipſum: aliter loqui videtur prædictum inſtrumentum, quod ex Belgico Latine verſum ſubjicio.*

primæ leges ex Belgico verſæ.

242 Hæc eſt inſtitutio Confraternitatis Domini ſancti Rumoldi, patroni noſtri, quæ facta & ordinata eſt anno Domini MCCCI, quando civitas Mechlinienſis multum periclitabatur: etenim Dux Brabantiæ infeſto exercitu Mechliniam cinxerat, ſic ut cives votum emiſerint circumferendi annue ſacrum S. Rumoldi corpus die mercurii poſt Paſcha, quod eatenus in more poſitum non fuerat. In iis itaque urbis anguſtiis incolæ univerſi ſe S. Rumoldi clientes ſolenni juramento profeſſi ſunt, tumque inſtituta eſt Rumoldiana Confraternitas, communibus oppidanorum & Capituli ſuffragiis, ſic ut confratres & ſorores capellaniam in S. Rumoldi templo fundaverint, collato XXVII librarum ſtipendio ad celebrationem Miſſæ quotidianæ pro omnibus fratribus & ſororibus S. Rumoldi vivis & defunctis. Nunc intelligant omnes, quod qui confraternitati illi aggregari voluerit, teneatur ſolvere XX ſolidos & libram ceræ; ſinguli autem fratres & ſorores annuatim pendunt

C VIII ſolidos. Quod ſiquis frater aut ſoror moriatur, cedit confraternitati extima veſtis, ideoque gratis conceditur labarum. Quando autem frater aut ſoror ex morbo decumbunt, dantur ei hebdomadatim ſolidi octo. Sciendum præterea, quod confraternitas annis ſingulis in feſto S. Rumoldi, octiduo poſt S. Joannis, offerat tædas binas cereas librarum ſedecim in honorem ſacratiſſimi corporis Domini, pro omnibus fratribus & ſororibus vivis & defunctis. Item quod annuè celebrentur duo anniverſaria in capella S. Rumoldi pro omnibus fratribus & ſororibus vivis & defunctis, ſcilicet diebus octo poſt feſtum S Joannis, & diebus totidem poſt Epiphaniam, cantatis pridie vigiliis cum Venite & novem Lectionibus, ipſo autem die fiunt commendationes, cantaturque Miſſa de Requiem pro omnibus fratribus & ſororibus S. Rumoldi vivis & mortuis, tenenturque fratres & ſorores vigiliis & Miſſæ intereſſe cum oblatione, uti & debent offerre cum tædis in feſto S. Rumoldi. Rurſus, ſciendum quod confratres omnes annis ſingulis congregentur, ſaltem qui adeſſe volunt, eligantque binos proviſores, duobus aliis depoſitis, qui iſto munere prius functi fuerant, poſtridie ejus diei, quo urbis ſenatus renovatur; *quod eſt indicare diem martis poſt medium Auguſtum.* AUCTORE J. B. S.

243 *En primas inſignis Rumoldiani ſodalitii conſtitutiones, omnium, opinor, conſenſu approbatas, & ab ipſo principio obſervatas. Quanto autem fervore, quo zelo, qua religione prædictis legibus inſiterit confraternitas, non habeo unde certo conjiciam: pro conſtantiſſima piarum adeo regularum obſervantia, ſtat juſta præſumptio, tot aliis devotiſſimi erga ſanctum Patronum cultûs & perpetuæ venerationis argumentis probe ſuffulta; quamvis id genus inſtitutiones facile nonnumquam intercidant, aut curatorum negligentia flaccefcant. Verum de Mechlinienſibus, ſanctiſſimi Patroni tam ſedulis cultoribus, id in animum nolim inducere. Demus intermiſſa fortaſſe exercitia, gementibus ſub hæreticorum tyrannide civibus; at brevi reparata inſtaurataque omnia exiſtimo, rebus refloreſcentibus, collectiſque Sancti reliquiis, ut ſuperius explicatum eſt. Eò potiſſimum facit bulla Pauli* V, *plena ſpiritualibus gratiis Apoſtoliciſque largitionibus, ad excitandam in Rumoldianis ſodalibus antiquam religionem, reſumendaque egregiæ charitatis miniſteria, in exordio confraternitatis concepta ſtabilitaque. Bullam ipſam ex autographo tranſumptam exhibeo.* Gratiæ eidem collatæ

E

PAULUS P. P. V,

à Paulo V.

AD perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus in Eccleſiâ Cathedrali Mechlinienſi, una pia & devota utriuſque ſexus Chriſti fidelium Confraternitas ſub invocatione ſancti Rumoldi, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonicè inſtituta exiſtat, cujus Confratres & Conſorores quam plurima pietatis & chriſtianæ charitatis opera exercere conſueverunt. Nos, ut Confraternitas prædicta majora indies ſuſcipiat incrementa, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriuſque ſexûs Chriſti fidelibus, qui dictam

F Confraternitatem impoſterum ingredientur, die primi eorum ingreſſûs, ſi vere pœnitentes & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam, nec non tam eiſdem & pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dictâ Confraternitate Confratribus & Conſororibus, in cujuſlibet eorum mortis articulo, ſi vere pœnitentes & confeſſi ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin autem corde devote invocaverint, etiam plenariam, ac eiſdem nunc & pro tempore exiſtentibus Confratribus, & Conſororibus etiam vere pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, quæ præfatæ Confraternitatis eccleſiam vel capellam ſeu oratorium, in feſto ejuſdem ſancti Rumoldi à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum

AUCTORE J. B. S.

rum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

245 Inſuper dictis Confratribus & Conſororibus vere pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui prædictam eccleſiam, vel capellam ſeu oratorium in ſanctiſſimi Corporis Chriſti, ac Conceptionis & Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis feſtis, nec non in Octava feſti ejuſdem ſancti Rumoldi diebus, à primis ſimiliter Veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi, ut petitur, oraverint, quo die prædictorum id egerint, ſeptem annos & totidem quadragenas: quoties vero ipſi miſſis, & aliis divinis officiis in dicta eccleſia vel capella ſeu oratorio pro tempore celebrandis & recitandis, ſeu congregationibus publicis vel privatis ejuſdem confraternitatis, ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam qui corpora defunctorum, tam confratrum & conſororum dictæ confraternitatis, quam aliorum ad ſepulturam eccleſiaſticam aſſociaverint, aut quaſcumque proceſſiones de licentia ordinarii faciendas ſanctiſſimumque Euchariſtiæ Sacramentum, tam in proceſſionibus, quam cum ad infirmos, aut aliàs ubicunque, & quandocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti, campanæ ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem angelicam dixerint, aut & quinquies orationem & ſalutationem prædictas pro animabus defunctorum confratrum & conſororum prædictorum recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum ſexaginta dies de injunctis eis ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma eccleſiæ conſueta relaxamus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

ſingulari brevi,

B

246 Volumus autem, quod ſi aliàs dictis confratribus & conſororibus præmiſſa peragentibus aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura, per hos conceſſa fuerit, præſentes nullæ ſint, utque etiam ſi dicta confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, vel impoſterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, ſeu etiam quomodolibet inſtituatur, præſentes & quævis aliæ litteræ Apoſtolicæ illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo prorſus nullæ ſint. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die decima Julii 1618, Pontificatus noſtri, anno decimo quarto, *& inferius erat ſcriptum:* Publicetur *Signatum* Matthias. *Et Paulo inferius à dextris erat ſcriptum.* J. Card. S. Suſannæ.

quod hic referitur.

C

247 *Hîc velim obſervent* S. Rumoldi *clientes pientiſſimi, uno eodemque tempore urbem univerſam in ſancti Patroni gloriam quodammodo exarſiſſe; Illuſtriſſimo Hovio cum Magiſtratu & primoribus in novam thecam argenteam intento, ut ſupra demonſtratum eſt, aliis porro de reſumendis ſtabiliendiſque antiquæ pietatis officiis in unum conſpirantibus. Hoc pacto celebri confraternitati priſtinus fervor redditus, cui ſubinde novum ſplendorem contulit, novis ſodales omnes pietatis* D *igniculis inflammavit eximius* S. Rumoldi *cultor & ad omnes religioſæ obſervantiæ exercitationes, digno Archipræſule zelo incenſus Illuſtriſſimus Andreas Creuſen, dum parato ad id libro nitidiſſime compacto variiſque elegantibus picturis ornato, nomen ſuum propria manu primus inſcripſit, exemplum pia æmulatione ſequentibus metropolitani Capituli Præpoſito & Canonicis, quo ex tempore magis in dies accrevit ſodalium omnis ordinis numerus, ſumma cum voluptate in eo codice à me recenſitus. Ex inſcriptionibus chronographicis annum colliget curioſus lector, tres Latinas inde deſumere placuit, quæ ita ſonant:*

Sub Archiepiſc. Andrea inſtauratur.

RUMoLDI CONFRATERNITAS,
ANDREÆ PRÆSULIS MITRA RECENS,
NOVO NOMINE ET SPLENDORE CŒPIT.

Quænam à Sodalibus

248 *Non eſt opus ſingula ſeorſim proſequi, generatim dictum ſit, binas præcipuas quotannis ſolennitates à conſodalibus* S. Rumoldi *obſervari ſolitas, alteram ea ipſa Paſchatis feria* IV, *quâ ſumma celebritate per urbis mœnia ex voto circumfertur deſcripta ſuperius hierotheca argentea, ob memorabilem illam victoriam anno* 1303 E *obtentam, de qua jam ſæpius & proxime in Confraternitatis conſtitutionibus dictum eſt. Feſtivior eſt altera ipſo encæniorum die, ſeu quæ Dominica prima Julii, infra Sancti octavam inchoari conſuevit, atque ad tres ſequentes ferias protrahi, expoſitâ in templo thecâ ipſâ argenteâ, habitaque diebus Lunæ, Martis & Mercurii panegyrica de Sancto oratione à ſelectis concionatoribus; non ſolis confratribus, ſed præcipuis quibuſque, tum à Magiſtratu, tum ex aliis civibus, ad* S. Rumoldi *baſilicam avide & copioſe confluentibus. Theca ipſa die ſabbati coram Magiſtratu deponitur, rurſuſque eodem adſtante reducitur, poſtquam die Jovis peracta ſunt pro defunctis confratribus ſolennes exequiæ, quemadmodum feria* V *Paſchatis hodieque iis omnibus parentatur, qui in famoſa pugna anni* 1303, *pro patriæ libertate ſanguinem profuderunt. Tanta eſt & tam conſtans apud Mechlinienſes accepti olim beneficii recordatio.*

249 *Neque illud omiſerim, quod ad ambarum exequiarum ſolennitatem mirifice conducit, iis nempe intereſſe debere, & quidem togis ſuis indutos, qui quinque civitatis collegia ſeu contubernia componunt, vulgo Belgis* ghildæ, *aliàs* gildoniæ *appellata: omnibus ad honorandum ſanctiſſimum Protectorem indefeſſo zelo concurrentibus, pene dixeram, concertantibus. Habet & id ſingulare laudata confraternitas, ut prima die mercurii cujuſque menſis ſolenne ſacrum in Sancti honorem decantari curet, confratribus eò convenientibus, atque hujuſmodi inſtitutis, ad chriſtianas virtutes, ad ſequenda Apoſtoli ſui veſtigia, exemplo magis quam verbis ſeſe mutuo ſtimulantibus, ut mirum profecto videri non debeat, ſi dum præcipuis Brabantiæ noſtræ urbibus ſingulares olim proprietates, ut Lovanio doctrina, Bruxellæ nobilitas, Antverpiæ opes, tributæ ſunt; ſanctitatis prærogativa, merito quodam ſuo Mechliniæ adhæſerit. Hac gloriari in Domino pergant Mechlinienſes, ſub* S. Rumoldi *auſpiciis fortunati, feliciores porro, ſi prædicatæ ab ipſo fidei puritati, pari obedientia; ſi relictis virtutum omnium Chriſtianarum exemplis, pari conſtantia inſiſtere perſeveraverint. Hactenus de iis, quæ in ipſa urbe ſpectavimus, ſummæ in* S. Rumoldum *venerationis argumentis: ſupereſt, ut diffuſum in alias Belgii partes cultum, per obtentas ejus reliquias etiam contemplemur.*

hodie obſervantur.

F

§ XXII

A

§ XXII. De ſacris Reliquiis S. Rumoldi aliò tranſlatis, ibique populi venerationi expoſitis.

Ante an. 1580 nullæ extra Mechl. S. Rumoldi reliquiæ,

Sacri theſauri ſui ſolicitos vigilanteſque cuſtodes fuiſſe Mechlinienſes, vel inde conjicias, quod in toto Belgico Rayſſii Hierogazophylacio ſolum ſacrarium Latienſe reperiam, in quo de S. Rumoldo Epiſcopo & Martyre *reliquiæ depoſitæ ſint, procul dubio ſatis modicæ, cum nihil ultra explicet præfatus Rayſſius; Braſſeur autem in Latienſis eccleſiæ Cimeliarchio pag.* 137 *ſolum indicet, eſſe* os rotundum. *Neque vero additur, quo tempore eò allatæ fuerint, unde non inveriſimiliter ſuſpicari quis poſſit, particulam eſſe ex furibundorum Iconoclaſtarum diſperſione anno* 1580 *ſervatam datamque à pio aliquo Catholico, cœnobii iſtius religioſo, qui eam in ſacro illo theſauro locum habere voluerit. Suſpicio eſt, ſed in eo fundata, quod ante ſacrilegam illam expilationem, non ſciatur theca antiqua deaurata, in qua anno* 1369 *ſacrum corpus depoſitum eſt, umquam aperta fuiſſe, præterquam in ſolenni ejus inſpectione & viſitatione anni* 1480, *de qua egimus ſupra,*

B *ubi diſertiſſima exſtant teſtimonia inſpectorum ac viſitatorum, quod ſumma* reverentiâ poſt dictorum trium dierum ſolennium elapſum, nihil addendo ſeu ſubtrahendo, ſed ſane integra & illæſa [*oſſa*] *prout illa* repererunt, cum novis panniculis telis ac rebus aliis..... iterato recluſerint.

nisi fortaſſe in Steynockeſeel,

251 *Recte itaque ſupponi videtur, ſanctiſſimi Martyris reliquias omnes, ſeu ſacrum corpus integrum Mechliniæ in pretioſiſſima lipſanotheca remanſiſſe uſque ad furias Anglicanas prædicti anni* 1580. *Quod tamen adeo ſcrupuloſe accipi nolim, ut nuſquam dilapſam aut extractam credas particulam aliquam, qualis eſſe potuit illa, ſeu coſta, ſeu pars alia, quam à Mechlinienſium duce,* S. Rumoldi *auſpiciis pugnante & vincente, clypeo præfixam volunt, ut alibi dicitur, quamque Wachtendonckiana Legenda cap.* 48 *teſtatur,* etiamnum vitro incluſam *venerationi exponi. Diu à me quæſita* beati Martyris coſta; *tandem apud Molium reperta eſt, ita teſtante* 10 *Aprilis anno*

C 1635: Expoſitum fuit argenteum caput S. Rumoldi, ornatum coſta S. Rumoldi, quam rectores eccleſiæ hactenus habuerunt. *Invenio caput illud, melius dixerim ferme corpus medium, florenis pluſquam quingentis conſtitiſſe. Eſt & alia coſtæ, ſaltem oſſis particula, quæ forte à Wachtendonckiano innuitur, reliquiario incluſa, angelique manui impoſita, cum epigraphe:* Reliquiæ ex oſſibus S. Rumoldi Dublinienſium Archiepiſcopi, *quæ ævum ſuum ſatis indicant, ut certo magnam antiquitatem ſapere non videantur. Vix tamen dubito, quin ante jam dictam diſperſionem, pretioſi depoſiti aliquid donatum fuerit eccleſiæ à Sancto ipſo denominatæ in vico Steynockeſeel, tribus ferme leucis Mechlinia in meridiem diſſito; illo nempe, cujus* dominium perpetuum impræſentiarum, *à tempore celeberrimi miraculi,* obtinere *diximus* divi Rumoldi Canonicorum Collegium, ita ut inveſtiendi & reveſtiendi jure inibi potiatur. *Domynſii verba ſunt, addentis, quod* in rei memoriam lychnum penſilem divi Rumoldi Canonici diu noctuque accendant in ſummi chori medio, *cultu hodieque perſeverante & Capitulo oleum ſubminiſtrante, ut accurate notavit Ampliſſimus Decanus Molius. Ei, inquam, eccleſiæ conceſſum haud dubitem ſancti Rumoldi, utpote patroni, ſacrum aliquod pignus, ibique à pluribus ſeculis populi venerationi expoſitum, ubi & eadem feſta ſolenniter recoli conſueverint, quæ Mechliniæ obtinebant.*

AUCTORI J. B. S.

ubi olim ar- genteâ ſtatuâ impoſita.

252 *Colligitur id ex inſtrumento Belgico anni* 1607 *cujus apographum mihi officioſe procuravit Clar. Canonicus ſæpe laudatus Crucius, quo R. D. parochus, ejus vicarius & præcipui quique pagi incolæ teſtantur, bina* S. Rumoldi *feſta ritu eccleſiaſtico ab immemorabili, etiam à populo ibi celebrata fuiſſe, alterum martyrii* 1 *Julii, tranſlationis alterum* XXVII *Octobris. De reliquiis vero expreſſius teſtimonium dedit* XV *Junii* 1717 *hodiernus paſtor R. D. Grondoni, in hæc verba:* Infraſcriptus paſtor eccleſiæ S. Rumoldi loci de Steynockerſeel, fidem facio, in dicta eccleſia fuiſſe ſervatam antiquam ſtatuam S. Rumoldi ad normam ſigilli hîc adjuncti, è qua, ſuperiorum permiſſu, modo eſt conflata remonſtrantia; cujus pectori erat impoſita theca, in qua ſervabatur notabilis pars reliquiarum S. Rumoldi, ad longitudinem pollicis cum dimidio, & latitudinem unius pollicis, eaſque reliquias, uti è ſenioribus pagi intellexi, fuiſſe expoſitas fidelium venerationi, præcipue Dominica infra octavam corporis Chriſti, dum in ſupplicatione ſolebant circumferri, quæ Dominica ab incolis, adhuc ſolet vocari dedicatio S. Rumoldi.

E

253 *Sigilli ectypum oculis ſubjicio, uti vetus*



ſtum juxta ac conſpicuum S. Rumoldi *cultûs in Steynockeſeel monumentum, eoque illuſtrius, quod argenteam ſtatuam illic diu venerationi habitam repræſentet; quam mirum eſt, tam facile transformari permiſſam. Quemadmodum autem indicat relatum Grondoni teſtimonium, tranſlatam modo ſeu potius retractam eſſe celebriorem* S. Rumoldi *natalis feſtivitatem in Dominicam infra octavam Corporis Chriſti, ſic ex alio inſtrumento vernaculo datur intelligi, impetraſſe Steynockeſeelenſes, quod illo poſtulaverant, ut altera tranſlationis ſolennitas retrocederet in* XX *Auguſti, feſtum S. Bernardi, patroni ſecundarii à populo electi, quo item die circumferri ſolitas & præfatam ſtatuam & reliquias, notavit Clar. Crucius. Ratio poſtulati in prædicto inſtrumento Flandrico transferendi ſeu componendi feſti, hæc data, ne pluribus feſtis, præter ea, quæ ab Eccleſia præcepta ſunt, populus gravaretur, manente interim Clero obligatione officium & Miſſam ſolito ritu prioribus diebus perſolvendi. Atque hæc de primis reliquiis, quas extra Mechliniam publicæ venerationi propoſitas fuiſſe hactenus deprehenderim.*

Duplex ibi ſolennior feſtivitas.

F

Trudonopolitanis data ſunt anno 1631

254 *His proximæ ſunt, anno* 1631 *Trudonopolitanis dono datæ ab Illuſtriſſimo Jacobo Boonen, haud dubie in piam quamdam commutationem cum reliquiis S. Liberti, quas eodem anno inde acceptas refert Gurnezius in ſuo de rebus geſtis S.*

AUCTORE J. B. S.

Liberti Syntagmate pag. 39, *his verbis* : Anno denique reparatæ ſalutis MDCXXXI, Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus Jacobus Boonen Mechlinienſis Archipræſul, dum pro Epiſcopali munere, ſuæ diœceſis paræcias haud ita procul Trudonopoli luſtrat, ab Abbate hujuſce loci Rev. Adm. Huberto Germeys, aliquam lipſanorum B. Liberti portionem, quibus natale Martyris ſolum & Metropolitanam ſuam baſilicam ditaret, magni muneris loco expetiit, inſignemque capitis ſive cranii partem conſecutus eſt. Quæ reliquiæ poſtea, die ultima Auguſti ejuſdem anni, Illuſtriſſimi Antiſtitis auſpiciis, ſolenni admodum pompa incredibilique totius Mechliniæ lætitiâ allatæ & in equeſtri, uti pingi ſolitum diximus, umbilico tenus, effigie, auro argentoque pretioſiſſimâ, compoſitæ, in ædem metropolitanam D. Rumoldi importatæ fuerunt. *Exponi ſolet equeſtris ea, ſeu militaris effigies, cum altera Epiſcopali* S. Rumoldi, *ſtatis per annum*

B *diebus, ut diſcipulus cum magiſtro, cum patre filius pari à Mechlinienſibus pietate honoretur. Ne vero quemquam inceſſat admiratio, cur clericum, presbyterum atque præpoſitum militari paſſim ſpecie Malinates in aris exhibeant, breviter reſpondet Gurnezius*; omiſſis allegoricis, quæque ad mores formandos ſpectant, hæc ratio placet, quod antiquis in uſu fuerit, inſignes genere vel Magiſtratibus geſtis Divos, licet aliquando ſpretis illecebris ſeculi, clericum vel monachum induiſſent, priori tamen illo habitu, inque trabea, paludamento, equeſtri ſago, aliiſque exutæ dignitatis inſignibus honorandos ſive imitandos proponere, quod exemplis SS. Bavonis, Mauronti, Vincentii aliorumque poſtea firmamus. *Ita Gurnezius*; *alii forte aliter ſentient, in quibus nomen meum profiteor.*

in antidorum pro acceptis reliquiis S. Liberti.

255 *Ceterum antidorum fuere, ea de quibus agimus,* S. Rumoldi *reliquiæ, à Trudonopolitanis non minori pompa & ſolennitate eodem anno exceptæ, atque in eccleſiam abbatialem illatæ, ubi ipſa Sancti feſtivitate, à primis Veſperis ſolennius exponuntur. Teſtimoniales Illuſtriſſimi Jacobi litteræ cetera docebunt* :

C Jacobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archiepiſcopus Mechlinienſis, omnibus has viſuris ſalutem in Domino. Notum facimus, nos die v Julii anno ſalutis MDCXXXI, ex ſacra theca reliquiarum beatiſſimi Martyris & Pontificis Rumoldi, patroni eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ Mechlinienſis, præſentibus Reverendo admodum Domino, Domino Antonio de Mol, ejuſdem eccleſiæ Decano, & Petro vanden Wiele Archidiacono, vicarioque noſtro generali, ſumpſiſſe partem coſtæ de prætactis reliquiis, quam donamus Admodum Reverendo & Illuſtri Domino Abbati & Religioſis celeberrimi monaſterii ſancti Trudonis diœceſis Leodienſis, & aſſeveramus, eſſe veras & certas reliquias prædicti Martyris, quæ ab omni ævo pro talibus in eccleſia habitæ fuerunt, & publica veneratione cultæ. In quorum fidem haſce manu & ſigillo noſtris, necnon ſecretarii noſtri ſubſcriptione munitas dedimus Mechliniæ die ſupra declarata. *Signat Archiepiſcopus, Secretarius Coriache, & is qui apographum tranſumpſit* XX *Junii* 1717, *Beda Benedict. Trudonopolitanus. Ex regiſtris archiep. conſtat, eumdem Archipræſulem die* 1 *Octobris* 1640 *Thenis in templo P P. Minoritarum conſecraſſe quatuor altaria, quorum duobus, inter alias incluſæ ſunt* D S. Rumoldi *Reliquiæ.*

Alia in Humbeek tranſlatæ ſunt anno 1650;

256 *Utrum alias ſubinde reliquias Illuſtriſſimus Boonen extraneis eccleſiis largitus ſit, poſt ſedulam inquiſitionem explorare non licuit; id certum eſt, anno ejuſdem ſeculi quinquageſimo, Humbecam Mechliniæ multò viciniorem ex* S. Rumoldi *ſacris pignoribus ejuſdem Illuſtriſſimi favore nonnihil obtinuiſſe, cujus rei inſigne argumentum reliquit laureatus poëta noſter Jacobus Wallius, uti videre eſt lib.* 2. *Heroicorum, editionis Plantinianæ anni* 1669 *à pag.* 104, *ubi oratiuncula ſoluta nobiliſſimum virum Balduinum le Cocq alloquitur, ſuaviſſimo deinde Idyllio* S. Rumoldi *laudes celebrans, dum ſacræ iſtæ reliquiæ in dictum pagum deportarentur* XXIV *Julii* 1650. *Excuſa prius fuerat res tota ſub nomine Coſmæ le Cocq, Balduini fil. ipſo illo anno* 1650, *& peculiaribus libellis ſeorſim diſtributa, in ipſa Tranſlationis ſolennitate, ſicque à nobis ſub iiſdem titulis, ad* S. Rumoldi *gloriam reproducitur. Mutatiunculas paucas in Idyllio, ſecundis curis à Wallio factas, facile obſervabit curioſus lector, ambas editiones conferendo. En primam integram & intactam.* E

PUBLICA PIETAS

D. RUMOLDO

Martyri, & Epiſcopo, Mechlinienſium Apoſtolo, & Patrono Tutelari, exhibita cum è ſacris illius oſſibus,

ILL. AC REV. ARCHIEP. MECHLINIENSIS

JACOBI BOONEN,

& Collegii Canonicorum favore & beneficentiâ,

PARS HUMBECAM TRANSFERRETUR. F

NOBILISSIMO DOMINO

D. BALDUINO LE COCQ

HUMBECÆ DOMINO,

Felicitatem, quam Rex David unà cum grandi illo Hebrææ gentis Arcano in regiam intulit,

PRECATUR

COSMAS LE COCQ,

PARENTI FILIUS.

qua occaſione

NOn eſt, Pater, ab hac qualiſcumque pompæ noſtræ celebritate alienum, aut è longinquo accerſitum votum hoc meum, quo te domi foriſque beatum fortunatumque eſſe cupio. Si enim illud Hebrææ religionis monumentum inclytum, in quo inſcriptis divinis legibus tabulæ ſervabantur, hoc habebat, ut quocumque religioſè inferretur, felicitatem quoque bonis omnibus circumfluentem inferret, egone ſpes meas aut inanes, aut intempeſtivas eſſe exiſtimem, cum te ſacra D. Rumoldi

A moldi ossa in ædem Humbecanam religiosissimè inferentem vidi? Erat, fateor, erat illud monumentum, quo nullum inter Mosaica sacra exstabat augustius, sapientiæ oraculum, sanctitatis sedes, prodigium magnificentiæ, solium divinitatis, è quo responsa fundebantur, manabant beneficia, ad cujus honores cetera referebantur omnia, quæcumque erant ad religionis sanctissimas cæremonias divinitùs imperata. Sed & hoc habent sacræ illæ exuviæ, ut ab eo, cujus sunt, & opis & commodi plurimum polliceri tibi merito possim. Etenim si ille, dum viveret, legum divinarum custos, si veritatis internuntius, si sanctimoniæ exemplar fuit, si non ad suorum tantum, sed etiam nostrorum temporum prædicationem atque memoriam ubique benevolentissimæ caritatis reliquit impressa vestigia; nunc è pleno beatitudinis loco, de illo defendendo ornandoque non cogitet, quem non modò sibi supplicem habet, sed etiam cinerum suorum custodem, & gloriæ propagatorem suæ?

B

oratiunculam composuit

258 Quid? exstinctusne esset amor ille vividus, ille inexhaustus, ille fonti suo simillimus, qui nulli umquam deerat, sufficiebat omnibns? Quæ illi aditum liberalitas ad gloriam, Martyrisque lauream patefecit, in illa bonorum omnium, quibus fruitur, ubertate penitus exaruisset? Non potest à me, Pater, non potest brevi allocutione explicari, quantum tibi præsidium in eo sit positum, cui solennes honores supplicationesque decreviſti. Neque verò huic pompæ tuæ Sadochus suus defuit, genere, & auctoritate, & sacerdotio nobilis, quando sacra illa pignora supplicantis ritu diviniſque laudibus undique personantibus circumtulit Joannes Wachtendonchus, vir & amplissimis, quos nunc gerit, & majoribus; quibus fungetur, honoribus longè dignissimus: quibus ego nunc, cùm jam dudum virtuti tantæ, prudentiæque debeantur, quasi præsentibus & lætor, & fruor. Illud fortasse cuipiam videatur, in quo cum Jessæi Regis pompâ comparari nostra non possit, quod sacrum illud Judaicæ

C religionis & imperii pignus sub hominis unius privati custodia detentum, nullo cultu, nullis sacrificiis, nullis cæremoniis honoratum, in locum multo celebriorem, Sionis arcem, regni sedem, Hebræorum Capitolium, apparatu sumptuque regio ac maximo deferretur: pompa verò nostra ex augustissimo in angustum atque humile templum descenderit.

celebris Jacobus Wallius

259 Verùm nihil hîc ego excuso. Fuerit illa quondam Euandri pastoritii regis ac planè pastoris oratio, quâ Heroëm advenam humili acceptum hospitio ad opes contemnendas hortabatur, quarum scilicet in illa exulantis Arcadis simplicitate splendorem nullum esset conspecturus. Nobis certè modicus tenuisque cultus operosè excusandus non est apud eum, qui opibus pretium nullum umquam posuit. Quare hæc tam bene ominata pietatis initia, & auspicatissimæ pompæ exilem quidem, sed religiosum apparatum bene tibi ac feliciter evenire iterum iterumque jubeo, Parens optime. Quamquam quid ego tam angustis limitibus D. Rumoldi beneficentiam circumscribo? Te enim, Illustrissime Mechlinienſium Archiepiscope, te una cum Amplissimo Canonicorum cœtu novos ac publicos honores illi decernente, novis ab eo publicisque beneficiis augemur. Faciatque utinam Deus immortalis, ut luctuosissimis hisce temporibus, dum undique, velut in communi incendio, auxilia quærimus, Divi Tutelaris nostri patrocinium hac etiam sacrorum procuratione imploratum contulisse aliquid gratulemur, ad extinguenda funestissima bella, quibus Belgicam tot jam annis ardentem frustra miseramur. Certè, quod magnum aliquid spe præsumere nos merito jubeat, sacrorum ejus ossium huc translatorum annum primum signare jam licet nobilissimis victoriis certissimisque pacis auguriis, quæ Sereniſſimus Princeps Leopoldus dedit, fixis ad Æsiam Axonamque victricibus signis. AUCTORI J. B. S.

260 Atque in partem illius quoque gloriæ D. Rumoldum venire, is dubitare demum poterit, qui illum patriæ nostræ, cujus Patronus ac tutor est, nec videre vulnera, nec calamitates nosse, nec supplices querimonias audire, adeoque nec belli pacisque consiliis præsidere, nec justissimæ causæ, nec publicæ felicitati consulere existimaverit. Tibi igitur, Illustrissime Domine, vobisque admodum Reverendi Domini Canonici, gratias habeo non tantum pro impertiti muneris dignitate maximas, sed, quoniam effert se atque diffundit lætitiâ animus, gestitque jam nunc eorum omnium, qui D. Rumoldum in æde Humbecana sibi propitium, ac publice privatimque beneficum sentient, interpretem agere, multiplices & immortales. De Parentis vero mei sensu cogitanti mihi verba reperire difficile est, quibus gratum illius erga vos animum exprimam. Mihi credite, qui è quotidiano illius conspectu congressuque assequi saltem aliquid præ ceteris possum, de beneficentia vestra sine aliquo dolore lætari non potest, propterea quod, cum intelligat pignus hoc, quo illum dignati estis, auro & gemmis multo esse carius, præreptam quoque sibi esse videat parem referendæ gratiæ facultatem. Verùm remunerationem ea non postulant, quæ remunerandi conditionem exspectationemque sua majestate sustulerunt. *alludens ad arcam*

F

261 Detur hoc ergo meritorum vestrorum magnitudini, detur D. Rumoldi sanctitati, sacrorum illius cinerum venerationi detur, ut, cum nihil, quod gratus animus comminisci potest, prætermiserit; omnia tamen beneficentiæ vestræ debere sese fateatur. Atque hîc cum de te loquor, ut te iterum alloquar, Pater, cum ad lætitiam celebritatemque cohonestandam Musas huc invitassem, quæ mihi sunt hujus poëmatis D. Rumoldo nuncupandi, eædem prope mihi sunt ejusdem tibi inscribendi causæ: altera religionis, observantiæ altera, utraque pietatis. Cum enim pietas è virtutum choro una sit, quæ nisi parentibus impendatur, officii sui rationibus filii desint, in diversa non abeo, cum id, quod aris dicatur, tibi quoque à me inscribitur. Eoque magis, quod filios Plato gravissime moneat, ut in paternâ domo, velut domestico templo, parentum honoribus, velut quibusdam sacris, operentur, quippe quos ad hoc ipsa natura, sacrorum regina & magistra, consecraverit. Dabit igitur hanc mihi veniam D. Rumoldus, si privatam amoris in te mei testificationem cum publica in illum religione conjunxerim. *à Davide templo Hierosolymitano illatam;*

R U-

AUCTORE J. B. S.

RUMOLDUS,

IDYLLION.

cum eleganti carm. ne paſtoritio.

SI potes hâc mecum, Genitor, ceſſare ſub umbrâ,
Quà tua rura novus prælabitur amnis, & ecce,
Vicino invitat ſuccedere ripa ſalicto,
Huc ades: &, ſiquid noſtrum tibi dulce, piumque eſt,
Accipe, quæ ſilvas inter tibi carmina luſi,
Exiles ſupra calamos, & paſcua ſurgens.
Ipſe ſuos propius ſpectans Rumoldus honores,
Te mihi materiam dederat, pariterque canenti
Fecerat ingenium, lætoſque afflaverat ignes.
Illum etiam ripæ, illum etiam fonteſque, lacuſque.
Et nemora, & totis reſonabat vallibus Echo.
Arduus illum etiam dignantem rure morari
Aſſiduis pulſus referebat cantibus æther.
Dumque omnes hic ardor habet, ſic cœpimus ipſi.
B 263 Ergo erit ut res hîc inopes, humileſque myricas
Aſpicias, Rumolde? ergo tibi ſacra placebunt
Noſtra, nec agreſtem, Pater, aſpernabere cultum?
Non, ut te digna eſt, altis hîc nixa columnis
Stat moles, tantum tophis & pumice ſcabro
Aſpera. Non rudibus, tibi quas ereximus, aris,
Candet ebur, non texta nitent Babylonia muris,
Non ſtatuæ, tabulæque: lapis ſunt omnia nudus.
Exuviiſque tuis poterunt hæc templa videri
Pulchra ſatis? Ne rem tenuem, ne munera ſperne,
Quæ ferimus. Sunt illa quidem, ſunt ruſtica, nec te
Quæ deceant. Non eſt adeo, ſit cetera ſimplex,
Paupertas ignara ſui. Sed ſi tibi laudis
Materiam ſors noſtra dabit, quæſo utere magni
More Dei, qui nec ſpicas, floreſque patenti
Delectos prato, nec thuris ſpernit honorem
C Exigui. Tibi pro nardi ſpirantis ariſta,
Pro myrrhæ lacrymis, mentham, caſiamque, thymumque,
Et quodcumque viret noſtris, redoletque myricis,
Spargimus. Ipſe tibi noſtro de rure coronam,
Primitias frugum, noſtris ab ovilibus agnam,
Fœturæ ſobolem, voti argumenta potentis
Annua perſolvam. Vincant nos proxima ſumptu
Mœnia, & argento ſolidam, ſigniſque rigentem
Oſtentent Urnam, Cinerum monumenta tuorum,
Non, ſi divitiis, etiam cedemus amore.
264 Eheu! quid voluit, vel quo ſe nomine jactat
Ruſtica ſimplicitas? an parvæ culmina villæ
Turribus auguſtis, ſpatio quas diffita longo
Oppida proſpiciunt, an rara mapalia magnis
Urbibus, & ſtipulas auſit componere gemmis?
Parcite ſublimes paſtori, parcite turres.
Sæpe ego vos, ſalices nobis, & paſcua teſtes,
Admiror cælo eductas, vaſtiſque ſuperbas
Culminibus. Sæpe hinc oculos ad mœnia vertens,
Spectatamque diu molem veneratus, & ipſum
Qui dedit huic nomen: ſerva, Pater Optime, dixi,
Me, patrioſque greges: &, ſi modo juſta precamur, D
Deferat aura preces ad te non invida noſtras.
Sæpe etiam præſens, & ruri miſſus in urbem
Suſpexi auguſtis opulenta altaria donis,
Crateraſque graves auro, cælataque in auro
Divorum ſimulacra, cruces, & pallia, & urnas,
Ingens argentum, atque operum artificumque laborem.
Sed non hæc decorum ſumma eſt. Vos pignora Divum,
Vos auro incluſi Cineres, ariſque receptæ
Exuviæ famam templo datis. Has quoque ſi nunc
Servamus noſtris, quamvis ſint ruſtica, templis,
Parcite ſublimes paſtori, parcite turres,
Non, ſi divitiis, etiam cedemus amore.
265 Quid tum, ſi ſacros cineres atque oſſa ſaligno
Servamus loculo? quid tum, ſi bractea tantum
obducta eſt tabulis? Num priſci temporis annis,
Dum populus pauper, dum ſtabat Divus in æde F
Ligneus exigua, demptique ex arbore rami,
Et quos ſeu Lycidas aliquis, ſeu Theſtylis horto
Attulerat flores, templis ariſque paratus,
Non ſpernendus, erant, num plebs minus, araque ſimplex
Cælitibus placuere? Illi non aurea curant
Munera, ſed, qui muneribus ſe prodit, amorem.
Abſit amor, perfecta auro cælataque tanti
Urna valet, quanti calathus contextus hibiſco.
Parcite ſublimes paſtori, parcite turres,
Non, ſi divitiis, etiam cedemus amore.
Si quondam magnos, & ab extremis Nabathæis
Excitos Reges, tuguri ſub pauperis antro,
Divino Puero donis placuiſſe Sabæis
Credimus: at non & ſimplex quæ turba ferebat,
Seu ſinum lactis, ſeu condita ſubere mella,
Aut agnam ſtabulis, aut raptos corte palumbos
Deſpexit Puer, & Pueri dulciſſima Mater.
Sunt & opes animo: nec, ſi ſilveſtria ſordent
Munera, mens etiam ſordet; diveſque voluntas
Muneribus potior. Certe paſtoribus illum
Fortuita effultum ſtipula, calamoque paluſtri
Fas primum vidiſſe fuit. Fas & fuit illis
Reges ante ipſos divinis figere plantis
Oſcula, ſpeluncæque fores intendere myrto, F
Nexilibuſque hederis. Nec ſi, Rumolde, licebit
Pauperibus de te quidquam ſperare colonis,
Non te res noſtræ capient, & ruſtica dona,
Et quæcumque tui humiles ſolennia ſacris
Paſtores referemus. Amarunt rus quoque divi.
266 O Pater, ô quem te noſtris modo finibus infers!
Ecquis iô veſtrum, pueri, natalibus arvis
Gratetur mecum, victuraſque horrea * meſſes, *Paulo clarior eſt altera editio.
Majoreſque greges, melioraque vellera lanæ
Argutis mecum calamis & carmine laudet?
Sis felix Humbeca. Tuis non triſtis arator
Infindet ſulcos agris, fruſtrataque credet
Semina. Non lætæ ſegetes, ſoleſque benigni,
Non rores puri deerunt. Spem provehet anni,
Qui nunc luſtrat agros. Si Sol, ſi Sirius illos
Uſſerit, edicet Zephyris, edicet & Auſtris,
Solentur terram pluviis & mitibus auris.
Interdum Æoliis Auſtros quoque claudet in antris,
Et quæcumque atros inducunt flamina nimbos.
Tu quoque, magna Pales, mirabere ſæpe juvencas,

Ba-

A Balantûmque greges, ſive ad præſepia ſtabunt
Jam ſaturi, & niveo implebunt mulctralia lacte,
Seu virides late ſaltus, atque arbuta paſcent.
Non illos turpis ſcabies, non tetra veniens
Pabula, corruptique lacus, aut frigora lædent,
Mollibus albentes villis, habileſque ferendo.
267 Hæc ego pro gregibus; pro frugibus illa coloni
Poſcite. Poſcentes cælo miſeratus ab alto
Audiet & noſtras veniet Rumoldus ad aras,
Qui modo parte ſui noſtris eſt additus aris.
Forſan & arma brevi (quid non ſperare jubemur,
Dum pavet, & noſtro cedit procul Axona Marti,
Et feſſis bello populis Leopoldus olivam
Oſtentat, venturæ ardens occurrere Paci?)
Ducent ſcabra ſitum, ferrique erit aptior uſus,
Cùm gravibus raſtris, curvoque niteſcet aratro,
Martiaque in duros vertentur pila ligones.
Tunc tibi creſcet honor, tunc & te divitis agri
Cuſtodem, Rumolde, novas de marmore factas
Exſpectare velim meritis pro talibus aras.
Nunc cinerum loculus pro tempore ligneus: at cum
B Aurea Pax terras reſpexerit, aureus eſto.
Talia cantabam: cantanti conſcius æther
Annuit, & cælo viſus dare ſigna ſereno.

De Reliquiis ſancti Rumoldi in Regiſcuria ditionis Luxemburgenſis.

An. 1680 *alias obtinuit paſtor Regiſcuriæ in ditione Luxemburgen.*

Majori cura, ſolicitudine & diligentia opus fuit, ut è partibus remotioribus ſacrarum S. Rumoldi *reliquiarum notitia haberentur. Suggeſſerat mihi nobiliſſimus, juxta & laudatiſſimus allaborator Cuyperus, meminiſſe ſe, quod in ultima theca viſitatione ſeu recognitione anni* 1680 *paſtor aliquis in ducatu Luxemburgenſi, diœceſis Trevirenſis & Decanus Chriſtianitatis Arlunenſis, partem aliquam reliquiarum obtinuiſſet, venerationi exponendas in eccleſia ſua, in qua præcipuo cultu honorari ajebat* S. Rumoldum, *Mechlinia*
C *Apoſtolum & Martyrem, quidquid corrupto aliquantulum nomine,* Romual, *aut ſimili fere inflexione appellaretur. Ut de omnibus accuratius edocerer, uſus ſum officioſa opera R. P. Lamberti de Beeckman Societatis noſtræ Rectoris Leodienſis, qui poſt varias litteras Arlunum ſcriptas, ea demum impetravit, quæ dudum deſideraveram. Miſit inde* XII *Julii* 1717 *optata documenta R. P. Antonius Capucinus, addens, teſtatum ſibi modernum paſtorem, magno concurſu illic toto anno frequentari templum; circumvicinis populis ad* S. Rumoldi *opem implorandam certatim confluentibus, præſertim ad medelam in morbis animalium, non ſine patentibus & quotidianis beneficiis. Porro prima die Julii ſolenniori feſtivitate Sancti natalem celebrari, majorique clientum pietate, ut ibi etiam* S. Rumoldum *noſtrum ſingulari gloria clareſcere intelligamus. Donationis reliquiarum, earumque ab Ordinario approbationis inſtrumenta ſubjicio.*

ut patet ex authentico inſtrumento

269 Amatus Coriache, Presbyter Canonicus graduatus & Archidiaconus in metropolitana ſancti Rumoldi Mechliniæ, nec non Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi Mechlinienſis Vicarius generalis, omnibus has viſuris, ſalutem in Domino. Expoſuit nobis Reverendus Dominus Joannes Marſon, presbyter rector parochialis eccleſiæ loci Regiscuriæ, vulgo Ragecourt, & Decanus ruralis Arlunenſis, Trevirenſis, diœceſis in ducatu Luxemburgenſi, quod ab immemoriali tempore in prædicta parochiali, quotannis, prima Julii celebretur feſtivitas S. Rumoldi Pontificis Martyris, & ibidem ſuper quodam altari laterali viſa fuerit ejuſdem Sancti ſtatua lignea quinquepedalis, & ad eam accurrere conſueverunt, tam incolæ prædicti loci, quam alii, alibi etiam remotius inde habitantes, ut per interceſſionem antefati Martyris, adjutorium in ſuis neceſſitatibus à Deo impetrarent. In cujus quidem ſtatuæ locum, utpote annoſitate deturpatæ, carie exeſæ, aliam novam exponens collocari procuravit in eodem altari, ipſumque altare non conſecratum inantea, conſecrari in honorem, & ſub invocatione ſancti Joſephi, ſancti Rumoldi Martyris præmentionati, & ſancti Antonii Abbatis. E

Ampl. D. Coriache Archidiac. & Vic. generalis,

270 Cum autem per antedicta abminicula populi fidelis devotio increverit, & ſperandum ſit, quod ea magnum præterea accipiet incrementum, ſi eam gratiam obtinere valeat, ut ſuæ parochiali ſupradictæ donetur aliqua particula de reliquiis ſæpefati ſancti Pontificis Martyris Rumoldi; eapropter cum inſtantia & fervore ſupplicavit, quatenus ea gratia ſibi non denegetur, præſertim hoc tempore, in quo celebratur nongenteſimi anni ab ejuſdem ſancti martyrio ſolemne jubilæum, & ejuſdem aperitur hierotheca, tum ut hæc expurgetur & exornetur, tum ut reliquiæ ex ea extrahantur, quæ durante prædicto jubilæo, fidelis populi conſpectui & venerationi exponantur.

explicantis occaſionem & cauſas donationis.

271 Nos præmiſſis omnibus attentis, & facta relatione Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo prædicto, nec non adm. Reverendis Dominis Præpoſito, Decano, & Capitulo Metropolitanæ Mechlinienſis prædictæ, de tam pio deſiderio venerabilis viri exponentis; de eorumdem benevolo conſenſu & inclinatione, ad majorem Dei & Matris ejus glorificationem, & augmentum cultus ſancti Martyris Rumoldi, gratioſe dimiſimus, & prædictæ parochiali de Ragecourt donavimus partem reliquiæ ejuſdem Martyris de ſpina dorſi, figuræ & magnitudinis, prout hic in margine repræſentatur, quatenus in eadem, de conſenſu Ordinarii, exponatur publicæ Chriſti fidelium venerationi, prout à tot ſeculis in hac civitate fuit publice expoſita, & habita in veneratione. In cujus rei fidem præſentes litteras, ſub ſigillo minori antementionati Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi & noſtra ſignatura expediri mandavimus. Mechliniæ die decima ſexta Julii anno a partu Virginis milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo. Et in margine erat picta figura reliquiarum dicti Martyris de ſpina dorſi magnitudinis repræſentatæ, & infraſcriptus ſeu ſubſignatus A. Coriache vicarius generalis prædictus. Et erat redimiculum traductum per pergamenum, in quo ſcriptæ erant ſupra dictæ litteræ coloris rubicundi, appendens ad illi apponendum ſigillum prædicti reverendi Domini Canonici graduati Archidiaconi conceſſoris. F

cum approbatione Suffrag. Trev.

272 Et in dorſo ſtat: Viſa hac authentica donatione partis reliquiarum de ſpina dorſi ſan

AUCTORE J. B. S.

ſancti Martyris Rumoldi, ſub ſigillo minori Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi Mechlinienſis & ſignatura ſui Vicarii generalis D. Amati Coriache, ſimulque iiſdem reliquiis à nobis debite recognitis, auctoritate officii noſtri concedimus, ut jam dictæ reliquiæ in eccleſia parochiali in Regiscuria diœceſis noſtræ Trevirenſis, & Ducatus Luxemburgenſis, Chriſti fidelium venerationi exponantur. Datum Treviris XXVIII Julii MDCLXXX. *Erat ſubſignatus* J. Hanethan Epiſcopus Hier. ſuffraganeus, Vicarius generalis Trevirenſis. *Infra ponitur hujus inſtrumenti authenticatio:*

Concordat cum ſuo originali. Ita eſt F. Joannes Euangeliſta Enpenſis, Guardianus Capucinus quamvis immeritus.

De ſacris S. Rumoldi reliquiis in Sondereygen, vico Campiniæ Brabanticæ.

B

Alias impetravit D. Vicarius in Sondereygen an. 1698,

Aulo liberalius diſtribui cœptæ ſunt S. Rumoldi *reliquiæ in ultima magnæ hierothecæ argenteæ apertione & viſitatione anni* 1680, *quando Illuſtriſſimus Alphonſus de Berghes pluribus è Metropolitanorum Canonicorum collegio nonnullas particulas benigne obtuliſſe dicitur, aliis eas acceptantibus, aliis præoptantibus, ut in ipſa theca relinquerentur. Ea occaſione partem non unam nactus eſt ampliſſimus ac R. A. D. de Coriache Canonicus graduatus, archipresbyter, hodie in ſuprema Belgii curia conſiliarius, non ita pridem ſede vacante Vicarius generalis, à quo eaſdem anno* 1698 *impetravit R. D. Eduardus Heylens vicarius in Sondereygen, ſub parochia de Baerle, diœceſis Antverpienſis, atque ab Ordinario debitè approbatas publicæ venerationi expoſuit, ut ex inſtrumentis, opera R. A. D. alibi non ſemel laudati Canonici & Scholaſtici Slaetſii inde acceptis mox patebit. Refert ipſe reliquias à ſe viſas & honoratas, digiti longitudinem exæquare, viderique partem coſtæ ad quam venerandam ex circumvicinis pagis milleni confluant, non*

C

ſine prompto expetiti patrocinii ſubſidio, ii præſertim, qui aut defectu viſûs, aut ſtrumis laborant, uti de plurimorum ſanatione teſtari paratus eſt hodiernus paſtor R. D. Joannes le Roy. Conceſſæ prius fuerant dierum XL. *Indulgentiæ pro ſola* S. Rumoldi *octava, at eæ modo largius indultæ ſunt, prædictas reliquias quolibet die devote viſitantibus. Brevi narratione rem totam complexus eſt manu ſua deſcriptam & ſubſignatam præfatus R. D. Eduardus Heylens, quam hic è Belgico Latine reddo:*

inſtituta ſolenni translatione,

274 Reliquias S. Rumoldi Archiepiſcopi & Martyris, patroni & protectoris ſacelli ac communitatis de Sondereygen, magno labore, ſtudio & cura impetravit R. D. Eduardus Heylens ibidem vicarius, ſingulari benevolentia Ampliſſimi ac R. A. D. Coriache Archipresbyteri & Officialis eccleſiæ S. Rumoldi Mechlinienſis, qui ipſa dono acceperat ab Illuſtriſſimo Alphonſo de Berghes Mechlinienſium Archiepiſcopo. Sunt autem prædictæ reliquiæ immediatè deſumptæ ex theca argentea Mechliniæ in ara principe aſſervata, anno MDCLXXX, dono item datæ & liberaliter conceſſæ per præfatum D. Coriache eidem D. Vicario XXVIII Junii MDCXCVIII, ſubinde approbatæ ab Illuſtriſſimo Ferdinando van Beughem Epiſcopo Antverpienſi XXX Junii ejuſdem anni, cum Indulgentiis dierum XL per totam S. Rumoldi octavam. Secuta porro eſt tranſlatio & exaltatio ea ſolennitate qua major in loco & circumſtantiis excogitari non potuit, inſtituta proceſſione, comitantibus vicinis contuberniis, reliquias in Ginhoven ſuſcipiente atque in deſignatum locum deferente Ampliſſimo ac R. A. D. Schuermans Decano eccleſiæ collegiatæ Hooghſtratanæ, concurrentibus ad celebritatem tribus circiter hominum millibus, die VI Julii jam dicti anni MDCXCVIII. *Et erat ſignatum*, ad perpetuam rei memoriam. Eduardus Heylens Vicarius in Sondereygen.

D

ut docet authentica relatio,

275 *Hæc ſunt teſtimonii, à R. D. Heylens poſteritati relicti, expreſſa verba; in quo id unum deſidero, quod diploma Illuſtriſſimi Joannis Ferdinandi Antverpienſis Epiſcopi, cui adnexa eſt donatio reliquiarum, manu propria Ampliſſimi de Coriache ſcripta, chirographo firmata, & ſigillo in cera Hiſpanica munita, quod diplomæ Ferdinandæum, inquam, diverſum à ſuperius ſignato, approbationis diem exprimat, nimirum* XX *Octobris* 1698. *Huic in ſpeciem contradictioni ſalvandæ ea ſupereſt via, quod Illuſtriſſimus van Beughem die* XXX *Junii* 1698 *poteſtatem fecerit prædictas reliquias populi venerationi exponendi, diploma autem mox referendum, tum primùm ediderit, dum facta recognitione, dictas reliquias* thecæ argenteæ vitro cryſtallino coopertæ reverenter incluſit. *Obvium eſt cuique perſpicere, thecæ iſti argenteæ, quantumvis parvæ, fabricandæ, tempus non ſuffeciſſe, à* XXVIII *Junii, quo die acceptæ ſunt, ad* XXX *ejuſdem menſis quo approbatas narrat relatum proxime inſtrumentum. Ut ut ea ſe habeant, illud certum eſt, ſive* XXX *Junii, ſive* XX *Octobris, ſive utroque iſto die anni* 1698 *legitime approbatas fuiſſe* S. Rumoldi *reliquias, atque in Sondereygen ſumma haberi in veneratione. Diploma ipſum eſt hujuſmodi.*

E

cum diplomate approbationis conciliata.

276 Joannes Ferdinandus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Antverpienſis, omnibus has viſuris ſalutem in Domino. Quoniam qui Sanctis deferuntur honores, in Dei omnipotentis gloriam & totius eccleſiæ redundant utilitatem, merito exiſtimamus, quæ eorum cultui amplificando conducunt, ſingulari ſtudio nobis eſſe promovenda. Cum itaque R. D. Eduardus Heylens, diœceſis noſtræ presbyter & ſacelli in Sondereygen ſub parochia de Baerle diœceſis noſtræ, vicarius, nobis exhibuerit partem reliquiarum S. Rumoldi, extractam ex magna theca argenteâ, in qua ejuſdem ſancti reliquiæ aſſervantur in majori altari eccleſiæ Metropolitanæ Mechliniæ, prout nobis conſtitit ex legitimo teſtimonio, propria manu R. A. D. Coriache Officialis Mechlinienſis ſcripto & ſignato, ejuſque ſigillo munito; juxta quod præmemoratam partem reliquiarum uti veram & legalem recognoſcentes & approbantes, minori noſtro ſigillo inſignivimus, & thecæ argenteæ, vitro cryſtallino coopertæ, reverenter incluſimus, cum poteſtate, eamdem in præfato ſacello de Sondereygen publicæ fidelium venerationi & devotioni exponendi. In quorum fidem, præfatam thecam funiculo ſerico coloris rubri ſignatam, ſigillo noſtro minori ceræ Hiſpanicæ impreſſo muniri, & præſentes manu propria ſignatas, ſub ſigillo noſtro ordinario, ac ſecretarii noſtri ſignatura expediri juſſimus. Datum Antver-

F

A verpiæ in palatio noſtro epiſcopali die xx Octobris MDCXCVIII. *Erat ſignatum* Ferdinandus Epiſcopus Antverpienſis. *Et ad latus ponebatur* : De mandato Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Epiſcopi præfati ; *erat ſignatum* Ludovicus de Grez Sec.

Quid præterea molitus ſit idem D. Vicarius.

277 *Præmiſſa omnia confirmari & illuſtrari poſſunt ex autographa epiſtola, quæ apud nos exſtat, data ad P. Goswinum van Geffen, olim Domini Heylens in S. T. Profeſſorem ; ex qua id etiam intelligitur, non unam reliquiarum* S. Rumoldi *partem adeptum fuiſſe. Conjunctas ego unitaſque exſtimo, cum approbatas teſtetur partes omnes, in diplomate autem non niſi de unica ſermo ſit. Ità ſcribebat* xx *Februarii* 1700. Reverende adm. Pater profeſſor. Salute prævia. Ab anno adfuit R. P. Papenbroeck ad examinandam vitam *S.* Rumoldi Martyris & Pontificis, ac patroni noſtri ; cujus Sancti reliquias approbatas ad tres partes notabiles adeptus ſum mediate ab Archiepiſcopo Mechlinienſi : Pater autem Papenbroeck tunc oſtenderat mihi varios libros tam impreſſos quam ſcriptos ad octo aut novem de vita S. Rumoldi ; & cum ſim intentionis, divina favente gratia, edere librum de vita *S.* Rumoldi, ad majorem devotionem excitandam in populo ad ſacras ejuſdem Sancti reliquias : ſic deſiderarem à Reverenda P. Veſtra hunc favorem & gratiam, quatenus veſtra bonitas procuraret mihi prædictos libros, pro uno aut altero menſe ad ſummum, ut aliquid ex iis excerpere liceat, ut Deus glorificetur in Sancto ſuo. Non dubito, quin R. P. Papenbroeck & Rev. Veſtra, tamquam zelatores animarum, zelantes pro honore Dei, hoc nobis [non] negabit. Indubiè participes eritis hujus futuræ majoris devotionis. *Scio deſideratos libros à Papebrochio commodatos, & poſtmodum remiſſos ; an & quid de Sancto ediderit, incompertum eſt. De his hactenus.*

B

§ XXIII. De anno, quo obſeſſa Mechlinia, S. Rumoldi patrocinio illuſtrem victoriam obtinuit, ob quam ex voto annua proceſſio inſtituta, conceptaque prioris lipſanothecæ fabrica.

C

De certa victoria S. Rumoldi meritis obtenta,

HUc *differenda fuit celeberrima victoria, ne aliarum rerum ſeriem turbare videremur. Porro ut in pluribus variant & multa paſſim confundunt ſcriptores vernaculi chronicorum Mechlinienſium, ſic neque prædictam victoriam ſatis deſtincte enarrant, neque annum, quo contigit, conformiter deſignant, patenti inter binas claſſes diſcrimine. Habeo præ oculis chronica omnino quinque, inter quæ præcipuum plane cenſeo Mechlinienſe illud, ſæpe à nobis citatum, quod alii Tungrenſe appellant, à loco, ubi vetuſtius ejus apographum apud Canonicos Regulares aſſervari dicitur. Hujus chronici ætatem intelliges ex ultimo hiſtoriæ articulo, qui notat annum* 1507, *quo Mechliniæ habitæ ſunt ſolenniſſimæ exequiæ Regis Philippi cognomento Pulchri,* XVI *Septembris* 1506, *in Hiſpania defuncti ; atque hæc eſt potiſſima hiſtoria, quam ego Mechliniæ reperire potuerim, officioſe mihi conceſſa, à laudato ſæpe Nobiliſſimo*

Cuypero, conſtanti in hoc opere adjutore, aucta ab ipſo & ad pacificationem Atrebatenſem cum Parmenſi, XXVI *Maii* 1579, *perducta, ac variis diplomatibus confirmata, iis ſaltem ſeculis ; quibus, ut proximiora ſunt, ſic veroſimiliora traduntur. Alia chronica, etiam ab hominibus plebeis ſcripta, iſti ſubæqualia aut recentiora ſunt, utpote quæ pertingant ad annos* 1498, 1546, 1595, *& ad uſque ſeculum* XVII *proxime elapſum. Ex ætate auctoritatem & fidem colligunt eruditi.* AUCTORE J. B. S.

non ſatis certæ & uniformes ſunt ſcriptorum narrationes.

279 *Ea inter Chronicon, quod Nicolaum Staelarts auctorem habet, terribilis ſtragis anni* 1546 *ſpectatorem, ſignat obſidionem, qua de modo agimus, anno* 1301 : *alia duo Rumoldi vanden Riele, & Henrici vanden Coelput, ſtant pro anno* 1303 ; *ſic tamen rem narrantes, ut miraculi aut reliquiarum* S. Rumoldi, *aut Sancti ſui auxilii & protectionis nec verbum faciant, mira admiſcentes, quæ ab aliis reticentur. Priori conſonant ordinationes ſoldalitii Rumoldiani ſupra relatæ n.* 242, *Gramayus poſteriorem epocham ſequitur lib.* 1, *ſect.* 9 ; *at lib.* 3, *ſect.* 5, *victoriam partam, ait,* 1301. *Secundæ epochæ adhæret Wachtendonckius ; alios refert Papebrochius in Annalibus Antverpienſibus Mſs. pro anno* 1302 *certantes, inter quos numerandus venit Butkens in Troph. Brab. à pag.* 353. *Sic ut etiam hodie nec ſatis planæ & liquidæ ſint rei totius geſtæ circumſtantiæ, nec de anno inter eruditos Mechlinienſes omnino conveniat. Rem etiam turbat chronicon Belgicum, ab Antonio Matthæo tomo* I *Analectorum editum, in quo legitur :* Anno CIↃ CCCI obſidebat Dux Mechliniam, die Jovis ſancto. *Hæc quidem conſtans hodie Mechlinienſium & concors ſententia, ſub* S. Rumoldi *auſpiciis ac patrocinio dimicatum, obtentamque inſignem victoriam, cujus in hodiernum diem, ex emiſſo tunc voto, ſolennis agatur memoria, ſæpe jam dicta quarta Paſchatis feria ; verum in belli cauſa, in ductoris nomine, in pugnandi ratione, in caſorum numero, in ipſo victoriæ die & anno, mirum quanta inter patrios ipſos Annaliſtas diſcrepantia : ut taceam Brabantinorum non conformes narrationes, quas ferme collegit Butkenius, ex famoſo chronico Rhythmico, non undecumque probando. Ne autem de re non ſatis cognita diſceptationem aggrediar, ex laudato chronico Tungrenſi ſeu Mechlinienſi, potius quam ex Domynſio aut Wachtendonckio, ejus ſeriem, quantumvis ambiguam, præmittam : neque enim, fatente chronico*, reperiri hactenus potuit, quis pugnæ iſtius, die Jovis ſancto initæ, verus exitus fuerit, Brabantinis chronicis rem aliter narrantibus, *ut vide apud Divæum lib.* 13. *pag.* 134, *alioſque ejus populares. Hunc titulum præfert narratio :* Hoc EST ANTIQUUM DICTUM, *ſeu* vetus rei geſtæ fama.

E

F

Rei geſtæ ſeries ex chronico Mechlinienſi ſec. XVI

280 Dum Mechlinienſes tempore Quadrageſimæ ciborum inopiâ laborarent, multus de pace ſermo ferebatur. Interim oppidani opportuno tempore ultionem meditantes, ſpem ſuam in Deum reponunt & in ſanctum Rumoldum. Lipſanothecam (*ex cypreſſo confectam & panno aureis lineis variegato coopertam, inquit Wachtendonckius*) Canonici duo, de loco ubi ſub odæo repoſita erat, proceſſionaliter ex templo detulerunt ad forum, atque ibi preces ſuas una fuderunt. Paratis pugnatoribus deducta proceſſio, uſque dum ad portam à cœmeterio dictam (Kerckhof poort) perveniret, ibi ſubſiſtens & Deum invocans ac ſanctum Rumoldum, ut ſui victoria potirentur. Tum equites, & quicumque ſubſequi poterant, ex oppido

AUCTORE J. B. S.

pido ruentes, primo Liranos cum Campinienſibus, tum Antverpienſes, magno tubarum, cornuum &c. ſtrepitu aggreſſi, acerrime oppugnarunt; qui omnes verſus Waelhem fuga elapſi ſunt. Narrant aliqui, pontem ligneum à fugientibus confractum, ne Mechlinienſes inſequerentur, magnam ſtragem ad pontis aditum inferentes. Alii dicunt, Mechlinienſes ipſos pontem disjeciſſe, atque hinc cladem longe majorem paſſos hoſtes. Tum in urbem reverſi ſunt ovantes victoriâ Mechlinienſes, ingenti lætitia excepti.

quo caſi & fugati dicuntur obſeſſores Mechliniæ.

281 Stratas memorant in foro menſas eſculentis & poculentis refertas, ubi tantillum jentaculo recreati ſunt, Deo & S. Rumoldo gratias agentes. Porro armatæ ſunt habitiores virgines & matronæ, eorum vices ſuppleturæ, qui aut occiſi, aut ſaucii defecerant, moxque in Bruxellenſes facta irruptio. Hi ad Vallem liliorum caſtra poſuerant, latiſſima in planicie, verum plerique effugerunt, quemadmodum &

B

Lovanienſes de reliquorum obſeſſorum clade facti certiores. Itaque Mechlinienſes in urbem ſuam redeunt, raptim comportantes, quæ rapere potuerant &c. Adductus eſt currus onuſtus paſſis halecibus, in ſocios diſtributis, quicumque vero ex iis comederunt, civitate donati ſunt. Gratiæ Deo ſanctoque Rumoldo redintegratæ, concepto voto de annua proceſſione perpetuo inſtauranda, Sancti corpus eo die per mœnia circumferendo cum facibus ceræ virginis, tumque etiam ordinata eſt facienda theca argentea. Dicta proceſſio, ne ſacrum paſſionis tempus turbaret, paulo poſt dilatâ eſt in quartam Paſchatis feriam, conceſsâ omnibus comitantibus anni integri indulgentiâ à Joanne Papa XXII, anno MCCCXVI, ut declarat Bulla multorum Cardinalium, qui præfatam indulgentiam auxêre anno MCCCXXXIII, addiditque Nicolaus V annum alterum tempore Jubilæi MCCCL. *Inventa non ſunt citata hîc*

C

indulgentiarum Bullæ, de aliis ſatis ſupra diximus.

Variæ circumſtantiæ male à multis explicatæ.

282 *Hæc à chronographo iſto explicata utcumque miraculoſæ victoriæ deſcriptio, quæ utinam ab aliis non magis involuta eſſet. Addit auctor fateturque ingenue*, ſeſe diſcordiæ finem neſcire, at certum eſſe, urbem poſtea multum paſſam, propter Ducis potentiam, qui ipſam denuo tam arcta obſidione cinxit, ut cibi nulli inferri poſſent, *exuſtis etiam ad Rupelmondam onerariis navibus, quæ inde prius annonam collegerant.* Qui deinceps penuria preſſi, oppidum deſeruere, capti ſunt, ac ceteros inter primarius Mechlinienſium ductor Arnoldus van Eckhoven *&c. Nihil hîc de equite Anglo Petro Dondelaer, cujus meminere Domyns & alii, ex quibus ſua deſumere voluit Wachtendonckius, tametſi aliunde conſtet, Dondelarium iſtum, annis quinquaginta & amplius hoc bello juniorem eſſe, aliis expeditionibus ultra medium ſeculi* XIV *notiſſimum: nihil item de coſta* S. Rumoldi *Dondelarii clypeo affixa*, quæ etiamnum vitro inclusa *Mechliniæ* viſatur, *fruſtra illic indaganda, quandoquidem alia nota non ſit, præter eam coſta particulam, quæ Sancti reliquiario ſeu mediæ ſtatuæ pectori impoſita eſt; niſi ad aliam iſtam oſſis particulam recurratur, quam à genio præferri ſupra diximus: ſic in re ſub initium ſeculi* XIV *geſta, adeo ancipites ſunt annalium iſtorum compilatores, ut mirari nullus debeas, ſi in antiquioribus nulla ipſis; aut certe valde exigua fides habeatur. Equidem non diffitebor, ingeſtam mihi ſæpius ſuſpicionem, quod acceptum à* S. Rumoldo *beneficium, ad alia forte tempora referendum ſit, quæ chronologi iſti, poſt duo à re geſta ſecula ſcribentes confuderint: dum Miræus ait*, feretrum anno MCCCLXIX conſtructum ob victoriam recenter per S. Rumoldi merita obtentam, *non videtur* to RECENTER *ad annos 66 extendere. Sed neque ille in hac re teſtis ſatis idoneus dici poteſt. Longævam miraculi & continuam traditionem utique admitto, ſed in cujus narratione diſtinctius aliquid deſideres. Jam ad hiſtoriam redeo.*

D

Probatur non anno 1301 ea geſta poſſe.

283 *Pugnæ diem ante præmiſerat chronici noſtri auctor, & hîc repetit, feriam quintam majoris hebdomadæ ſeu Cœnæ Domini, pro qua alicubi lego proxime præcedentem diem mercurii; Butkenius ex chronica ſua poëtica, vigiliam Paſchatis, aliis omnibus incognitam, nominavit. Ceterum chronico iſti adhærendum cenſeo, aliiſque paſſim; hic unice quærens, quo anno res ipſa contigerit. Ut ſcriptorum in hac parte ſatis hiſtoricum, preſſe ſequamur, ex eo notandum, quod Hugo de Cabilone Leodienſis Epiſcopus Joanni* II *Duci Brabantiæ anno* 1300 *Mechliniam aut vendiderit, aut ſaltem oppignorarit, adeo ut anno mox ſequenti ipſe cum Advocato Joanne Bertholdo multa in civitate ordinaverit, varia privilegia, immunitates & libertates largitus, quemadmodum certo conſtat ex longo diplomate per Nobiliſſimum Cuyperum præfato chronico, in evidentem rei probationem inſerto, quod datum eſt anno* 1301 *in feſto S. Luciæ, ſeu* XIII *Decembris. Ibi pacifice diſponuntur omnia, pleraque in favorem Mechlinienſium, conceſſis etiam ſtapulis ſeu nundinis illis famoſis piſcium ſalis & avenæ, longæ cum Antverpienſibus cauſa diſcordiæ. Cetera ad electionem Scabinorum & jura civium ſpectantia, Mechlinienſibus æque favorabilia ſunt, ut proinde nulla uſquam diſſenſionum aut belli ratio pro eo anno Mechlinienſes inter ac Ducem Brabantiæ & Advocatum Bertholdum à quoquam excogitari poſſit: niſi dicatur, ſub ipſum anni principium, aut circa Paſcha diſcordiarum aliquid præceſſiſſe, atque ex tunc inchoatam obſidionem, quæ repetitis vicibus ſoluta & inſtaurata fuerit, quo pacto ſalventur dicta Anonymi alicujus in chronico apud laudatum Matthæum pag.* 74, poſt tres annos calamitatis Mechliniæ. *Mihi quidem veroſimilius eſt, anno illo* 1301, *cauſam belli necdum exarſiſſe.*

E

F

ſed anno 1303 ex diplomatibus Mechlinienſibus.

284 *Non multo poſt prabitam à Mechlinienſibus offenſæ cauſam oportet, ex læſione viri alicujus, ut obſcure meminit magnum Chronicon Brabantinum; prætorem alii ſeu ſchultetum à Duce declaratum, levi de cauſa occiſum volunt. Utut fuerit, fatentur omnes, datam aliquam à Mechlinienſibus offenſæ cauſam, quæ Joannem Ducem, prius tam benevolum, & Brabantiam prope univerſam in ipſos concitaverit, arctâque, diuturna ac repetita obſidione urbem cingere compulerit. Verba ſunt citati Anonymi apud Matthæum:* Poſt hæc Mechlinienſes Ducem graviter offenderunt, interim quod ipſe & Joannes Berthout, cum exercitu venientes ipſam obſidione vallaverunt & tandem ad deditionem coëgerunt: *quæ obſidio in Quadrageſima inchoata, miraculoſe ante Paſcha ſoluta, poſt denuo acrius reſumpta fuerit, Mechlinienſibus ad deditionem compulſis, ut diſertiſſime notat laudatum Mechlinienſe Chronicon ad annum* 1303, *confirmatque Cuyperus, adducens è civitatis tabulariis tria Belgica diplomata, quorum primum datum jam dicto anno* 1303 die veneris poſt feſtum S. Joannis Baptiſtæ,

A tiſtæ, *capitula deditionis complectitur, arbitroſque ſeu pacificatores denominat: alterum, prioris confirmativum*, die Dominica *proxime ſecuta*, poſt feſtum S. Joannis Baptiſtæ: *tertium denique à ſtatutis in eadem cauſa præfatis arbitris*, die ſabbati ante feſtum S. Lamberti, *eodem rurſus anno* 1303, *quod videri poteſt in Probationibus Butkenianis pag.* 137. *Atque hoc eſt, quod annuere voluit auctor Chronici, poſt ſeptemdecim hebdomadarum obſidionem, redemptam pecuniâ à Duce vexam, addito onere, quo Mechlinienſes per ſex hebdomadas ei militare tenerentur &c. atque ita in ejus protectionem ſuſcepti ſunt Mechlinienſes, eiſque amicum ſe & benevolum Dux Joannes exhibuit.*

285 *Hæc omnia ipſo illo anno* 1303 *geſta & tranſacta, ſatis oſtendunt, & famoſam obſidionem, & prodigium relatæ ante Paſcha per ſancti* Rumoldi *interceſſionem victoriæ, ad annum iſtius ſeculi primum referri haud quaquam poſſe, quo tempore, ut jam patuit, civitatem Mechlinienſem* B *beneficiis, favoribus & privilegiis cumulabat Dux Brabantiæ, ut eam ſibi in perpetuum demereretur devinciretque. Aliunde novimus, prædictum Ducem anno ſequenti* 1302 *bellum adverſus Mechlinienſes movere non potuiſſe, tum cum præcipuæ ejus copiæ, Regi Franciæ Philippo adjunctæ, contra Flandros militabant, apud Cortracum* XI *Julii prædicti anni* 1302 *ad internecionem deletæ, ut etiam memorat chronicon noſtrum, primorum procerum & militum Brabantinorum, ea clade interemptorum, nomina deſtincte enumerans, quæ ad inſtitutum noſtrum non portinent. Hoc unum inde eruimus, toties dictum Mechlinienſe bellum, nec anno* 1302, *hodierno numerandi more, accidiſſe, nec anno* 1301, *quo de lato potius ingreſſu, quam de bello cogitandum fuiſſe, ex dictis manifeſtum exiſtimo, ut tuto concludi debeat, Mechliniam à Duce obſeſſam preſſamque fuiſſe, eodem ipſo tempore, quo pacta conventa concluſa ſunt, de quibus proxime meminimus.*

Qui annum 1302 *ſignant,*

286 *Supereſt nodus curioſus magis quam neceſſarius, utrum celebre miraculum, ante Paſcha patratum, referri debeat ad annum* 1303, *an potius ad annum* 1302, *ut ſupra ex Butkenio & Papebrochio dixi? Dubii expoſitio petenda eſt à modo, quo annos eo ſeculo numeraverint Majores noſtri, quos ego morem Gallicum ſecutos opinor, ſupra à nobis num.* 154 *explicatum, apud quos nimirum anni principium, ſaltem in actibus publicis ſeu diplomatibus à Paſchate deſumi conſueverat, quod ibi demonſtravimus, uſu veniſſe in oſtenſione ſacri corporis S.* Rumoldi *& inſtrumentis de ea ibi relatis, quorum alia annum ſignant* 1479, *alia* 1480, *cum tamen omnia paulo ante, & paulo poſt Paſcha ejusdemmet anni Romani geſta fuerint. Si igitur morem illum Gallicum ſecuti ſunt per id tempus Mechlinienſes, ut ego mihi ferme perſuadeo, dici poterit, celebrem de Brabantinis victoriam relatam fuiſſe, dum adhuc flueret more Gallico annus* 1302, *quo pacto ſalvari poterit iſtius epochæ veritas; ſin modum hodiernum ſeu Romanum in uſu habuerint, dubium non eſt, quin & victoria & ſubſecuta cum Duce Brabantiæ pacificatio, non alio anno quam* 1303 *notari poſſint. Nihil in re mutat propoſita quæſtio, quocumque enim modo annos olim computaverint Belgæ, ſemper verum erit, moderno calculo, geſta fuiſſe omnia* 1303, *eoſque chronologos clariora prædicaſſe, apud quos jam dictus annus ſignatus eſt.*

Qua ratione vera dicere potuerint.

C

§ XXIV. De ſupplicatione annua, feria IV Paſchatis, cum S. Rumoldi reliquiis, in victoriæ memoriam inſtitui ſolita.

AUCTORE J. B. S.

Supplicationis annuæ ex voto conceptæ,

HÆc illa eſt, *de qua jam toties dicendum fuit, annua deſcriptæ victoriæ commemoratio, ſeu perpetuæ apud Mechlinienſes in ſanctum Patronum & Tutelarem gratitudinis ſolenne argumentum; ſupplicatio nimirum ex voto decreta & inſtituta, per tot ſecula in hunc uſque diem perſeverans, quarta Paſchatis feria feſtivè celebrari conſueta, circumlato per urbis mœnia ſacro pignore, primùm in deaurata, nunc in argentea lipſanotheca, de quibus ſupra abunde egimus depoſito. Cauſam ſeu originem enarravimus, uti & thecæ ex magnifico mauſoleo depoſitionem; ſupereſt declarandus ſigillatim modus, quo à devotiſſimis clientibus, ſeu clericis ſeu laicis ſupplicatio ipſa quotannis peragitur. Cœptam ipſam fuiſſe, antequam prior theca deaurata anno* 1369 *perficeretur (ſiquidem* E *ejus initia ad annum* 1303 *verè revocanda ſint) nemini, opinor, dubium videbitur; potuit enim & debuit lignea arcula circumferri, eodem pacto quo in ipſa victoria deportatam oſtendimus. Id dubii occurrere poſſit, numquamne proceſſio habita fuerit ipſo victoriæ commemorationis die ſeu feria* V *in Cœna Domini; at longe veroſimilius eſt, impedimentum majoris hebdomadæ à Mechlinienſibus continuò obſervatum, ſic ut à primo exordio tranſlatam eam celebritatem, chronicis id paſſim inſinuantibus, omnino exiſtimem.*

& conſtanter ſervata

288 *Scrupuloſus indagator ſit, qui quærere inſtituat, quo primum ritu aut ornatu prædicta ſupplicatio decreta ac proinde ordinata fuerit, cum vulgo notiſſimum ſit, quam facile in hujuſmodi rebus mutari aliquid, demi vel adjungi poſſit. Tradit Butkenius pag.* 355, *obſcurius inſinuant alii, ita inſtitui ſolitam, ut cives omnes linea veſte alba induti procederent, aperto capite, nudis pedibus, ex primi voti obligatione, à qua ſubinde ob æris inclementiam à Sede Apoſtolica diſpenſationem obtinuerint. Verum ne de quatuor integris ſeculis diſputemus; ex diario ſeu adverſariis laudati ſæpius Ampliſſimi Decani Molii, vix annorum octodecim decurſu, ab anno nempe* 1617 *ad* 1635, *varias eaſque, pro rerum ſubinde occur-* F *rentium circumſtantiis, notabiles mutationes obſervavi, quas hîc enumerare operæ pretium non eſt, ſufficiat, ad ſtupendam Mechlinienſium in ſanctiſſimum Patronum venerationem & fidem demonſtrandam, numquam libere interruptam ſupplicationem, numquam data opera prætermiſſam; quod ſatis probat quatuor & amplius ſeculorum conſtantiſſima religio. Miſſis itaque momenti nullius variationibus, unum notabimus, id ſibi juris cives ſtudioſiſſime ſemper vindicaſſe, ut ſacrum feretrum, diſtributis inter ſe ſtationibus, ſaltem per urbis mœnia, humeris ipſi ſuis magna alacritate geſtarent, relictâ clero id per urbis plateas præſtandi provinciâ.*

antiquior ſeries & modus.

289 *Prætereunda non ſunt, quæ ſedulo annotavit Ampliſſimus Molius ad* XIII *Aprilis* 1621, *hiſce omnino verbis*; Ordinatum à Capitulo, ut cum reverentia & devotione proceſſio major per mœnia civitatis more ſolito craſtina die celebranda inſtituatur. Inchoabuntur preces ab egreſſu, incipiendo à Reſponſorio, quo abſoluto ſubjungentur Litaniæ, continuando uſque

AUCTORE J. B. S.

ad portam. In ascensu ad mœnia cantabunt pro devotione Minoritæ, continuando usque ad portam Adegemensem (d'Adegem poorte) quando chorus noster resumet, psalmos cantando graduales, usque ad pontem ligneum, (de Hauten brugge.) Veniendo ad parochiam S. Rumoldi, intonabunt hymnos de Martyre & Martyribus, continuando usque ad turrim lanionum (Vleeschauwers toren) ubi Augustiniani, pro eorum devotione incipient & continuabunt usque ad portam vaccarum (Koeypoorte.) Ipsis desinentibus ibidem, Carmelitæ inchoabunt & perseverabunt usque ad portam de Neckerspoel. Ibidem resument Minores usque ad portam Hanswyckanam, quando ipsis ibidem desistentibus, Augustiniani iterabunt vices usque ad portam Bruxellensem; ubi Carmelitæ, duplicatis vicibus, producent usque ad Oberste poorte, ubi chorus noster, inchoatis sequentiis & hymnis de V. Sacramento protrahet, in templo concludendo. Item ut ordo servetur in deferendo V. S. Celebrans hoc anno, ob defectum Episcopi, Decanus deferet è templo usque ad Vleeschauwers toren; inde diaconus usque ad portam de Neckerspoel, ac successive subdiaconus, usque ad portam Bruxellensem, ubi pastor S. Rumoldi ordinariam stationem habet, usque ad sacellum S. Jacobi, ubi celebrans resumit. *Hic illius anni cursus fuit, non comitantibus, opinor, sacris reliquiis, quod tunc ad finem necdum perducta esset argentea lipsanotheca.*

B

290 *Audiamus Molium* XXI *Martii anni* 1625 *ita loquentem :* Placuit ut in ferendis reliquiis feria IV Paschæ servetur modus servatus in dedicatione [Dominica 1. Julii] scilicet à Canonicis & Pastoribus è choro ad navem [pridie] & altera die à Capellanis nostris, assumptis seminaristis, è navi ad antiquum palatium, inde usque ad plateam dictam de Nieuwstraet, à capellanis secundarum ecclesiarum cum aliquot seminaristis : inde usque ad forum frumentarium à Fratribus Minoritis : inde à F F. Augustinianis usque den Ganzenbrug, & postmodum à Carmelitis usque ad portam : quem ordinem vicissim servabunt omnes in reditu ad ecclesiam, à porta, dicta d'Oberste poorte : continuabunt cives per mœnia usque ad descensum aen d'Oberste poorte. *Hactenus Molii verbis authenticè exposita ab annis prope centum votiva celebritas, quæ cur eodem pacto ad hunc usque diem non perseveraverit, haud equidem disquiram. Ad annum* 1629, *Aprilis die* 6 *notaverat*, jentaculum servandum in domo civica. *Desit ea consuetudo, neque modo circumferri solet augustissimum Sacramentum. Audisti religiosis Ordinibus commissam spartam, sacra pignora per urbis mœnia cantu honorandi, supplet hodie eorum vices clerus secularis : prioribus vero sacris familiis, de quibus meminit Molius, accessere P P. Dominicani, è Silva ducis, anno* 1629 *capta, profugi; eoque post annos circiter viginti se recipere compulsi. His præmissis, sequitur ordo, à laudato alibi Canonico Metropolitico & Excellentissimi Archiepiscopi secretario R. A. D. Hoynck mihi descriptus.*

C

in nonnullis variatus.

291 *Feria* III *Paschatis hora duodecima, sub pulsu grandioris campanæ, deputatis in hanc rem urbis operariis, secreto deponitur è summo altari lipsanotheca atque in chori medio decenter collocatur. Ejusdem diei hora* 2 *pomeridiana Vesperæ solennes decantantur, Archiepiscopo vices obeunte, in concursu Capituli Metropolitici, totius, Senatus civici & Cleri subalterni. Finito Completorio, cui etiam interest Archiepiscopus in throno residens, incensat is lipsanothecam, quæ processionaliter defertur ad navim ecclesiæ à Canonicis capitularibus, comitante per ordinem toto jam dicto venerabili consessu. Depositâ autem in medio majoris navis ecclesiæ, loco ad solennitatem debitè exornato, accensisque cereis, sacrâ lipsanothecâ, modulatoque musico carmine, canit Archiepiscopus collectam de* S. Rumoldo, *factaque rursus incensatione, pulsantibus tympanis aliisque instrumentis, ejus diei cœtus dissolvitur, remanente prædicto loco sacra lipsanotheca, populi undecumque confluentis venerationi expositâ.*

D

Ordo hodiernus

292 *Ipsa* IV *feria, apud Mechlinienses festiva,* in egressu, *rei sacræ solenniter operatur Archiepiscopus sub horam octavam, hesterno consessu, ausim dicere, universa prope civitate, ad celebritatem congregata. Pulsus majoris campanæ officii sui omnes commonet, videreque adeo est præter totius urbis clerum, opificia plurima, & contubernia quinque* (Gildas *Belgæ vocant*) *singula vestibus aut signis distincta, ornatissimam seriem instituere, qua ipsi supplicationem signo dato ordiuntur. Aciem illam prosequuntur è clero regulari Ordines mendicantes, P P. Dominicani primùm, deinde Cappucini, tùm Carmelitæ Calceati, post Augustiniani & Minoritæ; demum clerus universus secularis cum conventu Hanswyckano, in classes suas secundum dignitatem constituti, ut principem locum teneant clerici & Canonici Metropolitici. Pone gestatur lipsanotheca, cui proximus est Archiepiscopus prælata cruce, piissimum agmen claudentibus Dominis de Magistratu, qui eo die togis suis induti procedunt, albos etiam hodie baculos gestantes, promiscua populi multitudine ingenti subsequente. Diximus supra requiri viros octodecim, qui feretro humeros supponant, pondere ita premente, ut per non longa intervalla succolandi vices alternandæ sint. En modo gestatorum sibi succedentium seriem.*

E

293 *Lipsanothecam deportat Clerus Metropoliticus, mixtus clero subalterno, è navi ecclesiæ usque ad vetus palatium. Hinc gratum onus suscipiunt P P. Monoritæ usque ad magnum pontem* (de Groot-brugge) *ubi succedunt P P. Augustiniani usque ad forum frumentarium, à quo vices sunt P P. Carmelitarum Calceatorum ad portam usque Bruxellensem, ad quam scanduntur mœnia occidentem versus, fitque totius urbis circuitus, per ambitum prope rotundum, passuum geometricorum* 3200. *Atque hic in ascensu concurrunt certatim opifices, in turmas suas ordinate distributi, ut ipsis pretiosissimas exuvias deferre liceat, ad determinatum spatium vices mutare coacti. Præcipua opificia in hunc modum disposita habeo. Primi ad portandum admittuntur Fabri ferrarii, tum lignarii, deinde Cœmentarii, Institores, Pileopœi, Tria opificia, Molitores, Naupegi, Nautæ, Laniones, Ichthyopolæ, Bajuli seu Dossuarii, Cerevisiæ coctores, Vehicularii, Pistores, Hortulani, Lanæ textores, Stragularii, Panni tonsores, Sartores, Caligarii, Coriarii, Sutores, Pinguiarii, Vietores seu Doliarii, Scriniarii, Quatuor opificia, Linopolæ, Linteones, seu Lini textores, Sartores veteramentarii, Chirurgi, Pictores, Serrarii, Cerdones, Stramentarii, Tapetopœi, relicto singulis eo ad deportandam thecam spatio, ut ad explendam pietatem nihil desideretur.*

F

in decursu,

Decurso hac ratione totius urbis amplissimo circulo, ad latus orientale portæ Bruxellensis descendit

& regressu,

A *dit ſupplicatio, & viâ, qua venerat, ad Metropolitanam eccleſiam revertitur, tranſlato ab opificibus ſacrarum reliquiarum onere in Patres primum Cappucinos, ejuſque ipſi bajuli ſunt uſque ad forum frumentarium. Ab eo foro referunt P P. Dominicani ad magnum pontem, in quo ſuccedunt P P. Minoritæ, geſtantque ad vetus palatium, ibi theſaurum Clero ſeculari reſignantes, ubi eumdem prius acceperant. Itaque à Clero Metropolitico & ſubalterno, inde ad navim eccleſiæ ad ſolitum locum reducitur. Sic abſoluta, ad tres plerumque horas protracta ſupplicatione, poſt antiphonam ab Archiepiſcopo rurſus canitur oratio de* S. Rumoldo, *editiſque lætitiæ & exultationis ſignis tympanorum lituorumque ſonitu, ad propria ſinguli redeunt, fatigatos artus refocillaturi.*

Alia ſupplicatio Dom. 1. Julii.

295 *Atque his ſigillatim deſcriptam habes votivæ ſolenniſſimæque ſupplicationis egreſſum, decurſum, regreſſum, ut nihil modo ſuperſit præter feſtivitatis non minus piam concluſionem, quam hic paucis ſubnecto. Sub horam quintam reſumit Veſperarum officium Archiepiſcopus, ſervato ritu diei præcedentis, quo plane abſoluto, reportatur*
B *è navi eccleſiæ ad chorum ſacra lipſanotheca; omnibuſque eadem denuo ratione ſolenniter adminiſtratis, in choro feretrum relinquitur, ut poſtridie miſſa celebretur pro defunctis è* S. Rumoldi *ſodalitio confratribus, de qua meminimus* § 21, *num.* 248. *Peractis porro exequiis, loco proprio in altari principe theca reſtituitur, unde tertio Paſchatis feſto depoſitam diximus. Alia eſt apud Mechlinienſes feſtiviſſima ſupplicatio Dominica 1 Julii, in ipſis urbis encæniis ſeu dedicatione, ut vulgo loquuntur, in qua etiam per urbis compita deferri ſolet ſacra lipſanotheca, comitantibus nonnunquam omnis generis ſpectaculis, ad quæ vicinæ civitates certatim concurrunt. Verum de hiſce omnibus, pro inſtituto noſtro, ad* S. Rumoldi *gloriam, abunde dictum exiſtimo.*

§ XXV. Ad totum commentarium appendix; De progenitis ab Urſo.

C *Fabula de S. Thomæ Cantuar. interfectoribus,*

Servo hîc titulum in additamentis Domynſianis ad Legendam S. Rumoldi; *qui ut prævie explicetur, ſic quæſtionem per modum appendicis propoſitam intellige: ſitne ullo pacto veroſimile, quatuor carnifices ſeu interemptores S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi & Martyris, quorum tres germanos fratres ex Anonymo ſuo Belgico comminiſcitur Domynſius, Mechliniæ è ſenſibus unum recepiſſe, in cujus miraculi memoriam extra urbis portam ædicula erecta ſit; ibi porro ad aliquot annos ſupervixiſſe, quod reliquum erat vitæ tempus poſt annum* 1174 *conſummaſſe; quorum ſarcophago vulgatiſſimum epitaphium inſcriptum ſit,* Richardus Brito, *&c. quæ Domynſius & poſt ipſum laudatus alibi Vardæus Actis* S. Rumoldi *ad ornatum ſubjunxere; opinor, quia amiſſi olfactûs recuperationem Sancto fortaſſe adſcribendam cenſuerint. Satis aliàs Domynſii nimium credulî ingenium propalavimus: id miramur figmentum tam inveriſimile ad* S. Rumoldi *merita referri quoquomodo potuiſſe. Fabulam appellat Gramayus lib.* 3, *ſect.* 12, *dum ita loquitur,* Erat in hujus vicino (*vult dicere* in vicinia Hanswyckana) ſacellum S. Nicolai an. 1174 à ſatellitibus quatuor B. Thomæ Cantuarienſis cæde inquinatis, & ultione divina guſtu olfactuque privatis [*exſtructum.*] Qui cum veniæ conſequendæ gratia Romam petiiſſent, ſcelus expiaturi, poſt peregrinationem longam, Coloniæ guſtum, Mechliniæ olfactum recipientes, hoc ſigno miſerationis divinæ ſupplementum agnoverunt. Nomina eorum erant, Richardus Brito, nec non Norwilius Hugo, Guilielmus Trachi, Reginaldus filius Urſi; à quo poſteriore fabula eos vocat Urſi filios. Hæc ex veteri Ms. codice petita ſunt. AUCTORE J. B. S.

297 *Crediderim ego petita ex vernaculo aliquo chronico, qualia Mechliniæ plura vidi, ab indoctis otioſisque hominibus compilata, ubi de cygno Heyſtano aliiſque id genus prodigiis agitur, quæ nec fidem, nec memoriam mereantur. Inde porro vel ex aliis ſupra à me citatis, ineptiſſimam ſuam hiſtoriunculam corraſerit Domynſianus anonymus tam miſere contextam & digeſtam, ut vel ſi ſexcenties evolveris, vix umbram veritatis extundas. Hæc ad commentarii hujus noſtri calcem excutienda fuerunt, nequid ex antiqua illa Domynſiana Legenda à nobis neglectum aut prætermiſſum dicatur. Germanum Domynſii textum ad verbum referamus.* De progenitis ab Urſo. Salutis humanæ anno MCLXXIV terni erant fratres in Anglia, quam Britanniam majorem appellare ſolent, progeniti, ab Urſo nomina ſua ſortiti: à quibus neci datus eſt divus Thomas Cantuarienſis Præſul. Ob quod nefarium ſcelus tres hi germani fratres unà cum alio quopiam, odoratûs & guſtûs ſenſibus ſunt divinitus privati. Qua ex re facile erat illis colligere, quam enormiter peccaſſent & divinam provocaſſent iram. Hi tres, adjuncto ſibi quarto, Angliâ egreſſi Romam petiverunt, ſcelerum ſuorum expiationem impetraturi, ſummo tum temporis pontificatui præſidente Alexandro III. *Hoc unum rectæ Chronologiæ aptari poteſt, nempe percuſſores illos, Romam ad expiandum parricidium perrexiſſe, & tempore jam dicti Pontificis eò perveniſſe. Pergamus cum Domynſio.* *qui Mechliniæ odoratum recepiſſe,*

298 Quorum confeſſionem ubi excepiſſet Pontifex, pœnitudinemque eorum animadvertiſſet, iis injunxit, ut tantiſper orbem peragrarent (proximâ non cubantes nocte, qua prima ſeſe quieti dediſſent.) Id haud gravatim exequuti illi, quo emendandæ vitæ ſtudio navarent operam, Coloniam ad Rhenum pervenere; ubi vinum epotando guſtare cœperunt; nam ipſis ſapidiſſimum melleque dulcius videbatur. Machliniam poſt adventantes, extra urbis portam (quo loco ad rei memoriam ædicula erecta eſt) ſenſu odoratûs ſunt donati, panem olfaciendo; in hæc ob Dei munificentiam ſibi præſtitam erumpentes verba: ô ſacra Colonia! O felix Machlinia! Horum omnium certior redditus ipſe Romanus Antiſtes (nam Romam redierunt, ut eadem ipſi adnunciarent) maximis donavit binas haſce civitates gratiis & condonationibus. Fratres ii terni ab Urſo denominationem habentes, Machliniam repetierunt, quodque reliquum erat illis vitæ tempus ibidem conſummarunt. Viri erant generoſi & ſtemmate illuſtres, qui luculentas aliquot ædes poſt ſancti Rumoldi templum exſtruxere, quas impræſentiarum noſtrate lingua appellant **Onder hoorbergen.** Curſum denique vitæ conficientes, Machliniæ ſunt humati, atque horum ſarcophago hi verſus inſcripti erant. *& ſepulti dicuntur.*

Ri-

AUCTORE J. B. S.

Rychardus Brito, necnon Norwilius Hugo Guilielmus Trachi, Reginaldus filius Urſi, Thomam martyrium fecere ſubire beatum.

299 *Nomina utcumque convenire non diffiteor, at in reliquis nihil narratur, quod à fabula eximi poſſit, quam, ut iterum dicam, mirabile eſt, in ullius ſani hominis cerebrum incidiſſe, & in tot chronica, ſi non quoad verba, ſaltem quoad ſententiam tranſiviſſe, niſi quod in iſtis error addatur, quod S. Thomas citato anno 1174 martyrio affectus ſit, quem conſtat, triennio citius eam palmam conſecutum. Ne ſingulas Domynſii periodos refellere aut evertere cogar, rem totam, ſeu parricidarum iſtorum funeſtam tragœdiam, uti geſta eſt, ex incorrupto fonte accipio, nimirum ex iis Vitæ S. Thomæ ſynchronis ſcriptoribus & oculatis teſtibus, quos in quadripartita ſua hiſtoria è codice bibliothecæ Vaticanæ edidit eximius & toto orbe littario celebris Chriſtianus Lupus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini S. T. Doctor, anno 1682, ex cujus pag. 119 & 120 vera ſicariorum nomina deſcribo.* Reginaldus ab Urſo patre belluinam feritatem trahens; Hugo de More-villa, *characteribus & ipſe ſuis ibi inſignitus, uti &* B Wilhelmus de Traci, *&* Richardus de Brito. *Unum hic habes* Urſi *vel* Urſionis *filium Reginaldum, aliàs* Raynaldum; *Quid igitur ſibi volunt* fratres ii terni ab Urſo denominationem habentes? *Sic etiam exprimuntur, ut diverſarum familiarum nomina, in Actis aliis apud nos Mss. atque à S. Thoma domeſtico aut familiari compoſitis, ſic in Anglicana hiſtoria Matthæi Pariſii, ſic apud alios paſſim. Audi modo certam & genuinam laudatorum ſcriptorum narrationem à pag.* 154, de morte ſacrilegorum militum.

facile convellitur;

300 Verum in glorioſi Martyris noſtri victorioſæ mortis palma viſibili inter viſibiles virtutes ipſius, magnas quidem & admiratione dignas, una eſt diſcernenda ſtudioſius, intuenda attentius, amplectenda devotius. Una eſt, inquam, præ ceteris miræ & fere inauditæ pietatis eximiè plena. Nam cum Martyr hic in ſanguine ſuo victorioſo pleroſque diaboli vinctos eduxerit, adhuc quod ſupra quam dici poſſit aut capi, pietate ſuperabundanti plenum eſt, virtus effuſi ſanguinis ipſos ſuos effuſores, ſacrilegii tam inauditi patratores tetigit & lavit. C Lavit, inquam, eos virtus ſanguinis, ut videtur à ſanguine, ipſo ſanguine loti, quo prius à Deo erant maculati, ipſo Martyre, qui ſanguinem ſuum fudit, in propriis ſuis occiſoribus, principatus & poteſtates tenebrarum exſpoliante, qui tenebant eos; eos etiam confidenter traducente, & longe trahente à regione diſſimilitudinis, quò jam procul abierant, ad illam plenitudinis ſolitudinem, cujus Rex penitus manſionem optabat, dicens: Ecce elongavi fugiens & manſi in ſolitudine. Adeo etiam palam, quod cum in ſeculo magni & generoſi fuiſſent ſacrilegi occiſores ii, & multarum poſſeſſionum Domini, milites ſtrenui & in militiæ arte edocti, & in ætate ſua robuſtiori, citò tamen poſt patratum flagitium, relictis omnibus Hieroſolymam profecti, publicam egerunt pœnitentiam. Qui tamen omnes infra triennium à patrato ſacrilegio rebus humanis ſunt exempti, in vera & fructuoſa, ſicut creditur, & qui præſentes fuerunt conteſtantur, pœnitentia pro errore facti & ſceleris immanitate, quod ſemper & in vita & in mortis ſuæ articulo ante oculos ſuos, quaſi appenſum cernentes ponderabant: toto corpore ſemper quaſi attoniti, ſtupidi, D dilacerati & convulſi, ab illo ſemper peccatorum patrono ſpecialiter & inceſſanter, & in vita & in mortis articulo ſupplicantes veniam, & invocantes patrocinium, in quem tantum admiſerant ſacrilegium.

veris S. Thomæ Actis teſtantibus,

301 Horum tamen unus, quorumdam pra- *eorum unum Cuſentiæ in Calabria,* vorum conſiliis, moras in dies nectens, nec quam citò alii Hieroſolymitanum iter arripiens, etiam ciſmarinis in partibus acturum ſe pœnitentiam ſperans, cum in regno Regis * ſcilicet apud præclaram civitatem quæ Tuſentia [Cuſentia] dicitur, in infirmitatem decubuiſſet extremam, infirmo mox ante mortem etiam cœperunt corporis membra computreſcere, ita ut cum tabe caro ipſa, quæ nervos tegebat & oſſa, ab ipſo infirmo fruſtatim dilacerata & convulſa projiceretur in areæ medium, nervis ſic diſcoopertis & oſſibus. Et præſertim brachiorum & manuum caro oſſibus & nervis vix adhærens, & quaſi ſeparationem deſiderans, de facili, ut videbatur, & abſque difficultate, à funeſto illo carnifice milite, utinam tamen verè pœnitente, projiciebatur, quaſi ſponte ſua ſic ſe reſolvens. Ipſa, ut videri poterat, quaſi gemebunda, quaſi indignata & verecunda, quod poſt tantum nefas, manu hominis & brachiorum miniſterio perpetratum, deinceps in humani corporis compoſitione foret. Miſer tamen ille, dum ita ſeipſum vivens decerperet, convelleret, dilaceraret & projiceret, pii & glorioſi Neomartyris indulgentiam, ſuffragium & patrocinium, cum ſumma contritione, gemitibus & ſuſpiriis inenarrabilibus inceſſanter implorabat. Jam ſupranominatus in hiſtoria hac Guilhelmus de Traci erat, Deo ultionum Domino, clamantem ad ſe militis ſui ſanguinem juſtiſſime ulciſcente, in iſto præſertim ſic, utpote qui alios provocarat, audiens primus & ante alios, ut putatur, ſuper Chriſti Domini caput, gladium vibrans ad ictum, tam profane, tam impie ferire nequaquam veritus eſt. Unde & juſtiſſimo Omnipotentis judicio factum eſt, ut etiam ipſo vivo adhuc, contra naturæ legem computreſcerent, quæ vibraverant gladium, & manus ſimul & brachium. Et quidem jam ſupradictæ civitatis Epiſcopus certiſſime retulit, ſic contigiſſe, ipſius Wilhelmi in hac infirmitate confeſſarius.

* *opinor de eſſe* Neapolitani

302 Et ut ad alios præfatos ſacrilegii com- *tres alios Hieroſolymis triennii ſpatio periiſſe:* plices, unde cœpimus, revertamur; ipſorum quotquot & talium, ut diximus, miranda, quia certe miraculoſa, nec dubium, corporum mors, per tam modici temporis intervallum, triennium, ut diximus, videlicet, ſic erat ut in tam brevi nec unus quidem ex eis ſuperfuerit, Altiſſimi ſuper eos, ſicut creditur, & ſi forte quod ipſe velit, miſerante clementia, ad terrorem tamen & miraculoſam militis ſui ultionem juſtitia omnes in brevi ſic proſternente, ut viri iſti ſanguinum, etſi pœnitentes, ut deſcripſimus, tamen, juxta verbum Domini, dies ſuos non dimidiarent. *Hactenus vera & ſincera, de S. Thomæ carnificibus relatio, in qua ſolam editoris diligentiam deſiderare auſim, cujus erat, ambiguas hinc inde manuſcripti periodos reſtituere, & obſcuriora notis explanare. Satis modo ſit, probatiſſimorum ſcriptorum narrationem, tantum à Domynſiana & Vardæana differre, ut lux à tenebris magis diſtare non poſſe videatur.* E F

303 *Quis*

A *ut nec occaſio talis fictionis excogitari poſſit.*

303 *Quis enim in ea tota hiſtoria, vel ſyllabam, ſi ita loqui licet, reperiat, quæ Domyntiano commento ſatis commodè aptari queat? Vides,* ſalutis humanæ anno MCLXXIV, *nec in Belgio, qui Jeroſolymam profecti erant, nec forte tum amplius fuiſſe in rerum natura; quî igitur,* Mechliniam poſt adventantes, extra urbis portam (quo loco ad rei memoriam ædicula erecta eſt) ſenſu odoratûs ſunt donati? *Quænam iſthæc altera Romam peregrinatio? Quæ illæ gratiæ & condonationes à Pontifice conceſſæ? Quod carnificibus illis reliquum fuit vitæ tempus, poſt annum* 1174, *quod Mechliniæ conſummarent? Quæ vero ædes poſt* S. Rumoldi *templum ab ipſis exſtrui potuere?* Curſum denique vitæ conficientes, Mechliniæ ſunt humati, atque horum ſarcophago hi verſus inſcripti erant *&c. Dignum patellæ operculum; ſic totam fabulam concludi oportuit, quam utut mature & ſedulo expenderim, prorſus non video, quid talibus confingendis anſam præbuerit. Mechliniâ exules & conſcientiæ ſtimulis agitatos tranſire potuiſſe, haud equidem diffiteor, atque ad aliquot dies ibidem hoſpitari, verum quid hæc ad totam illam narratiunculam? Nodum ſolvat, qui poteſt; ego conjecturis ſuperſedeo, veram hiſtoriam figmentis ſubſtituiſſe contentus. Qui plura cupit, adeat Rogerum Hovedenum, inter ſcriptores Angliæ pag.* 522 *in fine, ubi diſcet, tres illos, de quibus ſupra actum,* Jeroſolymis ſepultos ante oſtium templi, quorum ſuperſcriptio hæc eſt: HIC JACENT MISERI, QUI MARTYRIZAVERUNT BEATUM THOMAM ARCHIEPSCOPUM CANTUARIENSEM. *Nunc Vitæ ipſæ, de quibus tam multa ante diximus, exponendæ ſunt.*

VITA

Auctore Theodorico Abbate ad S. Trudonem, ex editione Hu-
C gonis Vardæi, juxta Mss. Alnenſe & Trudonenſe correctâ, quibus præfixus erat hic titulus: *Incipit paſſio Rumoldi & Liberti Martyrum, authore Theodorico Abbate S. Trudonis, circa annum Domini* 1100, *qui obiit anno* 1107, *7 Kal. Maii.*

CAPUT I.

Diſceſſus Sancti ex Hibernia, peregrinatio Romam, adventus Mechliniam, viventis miracula & martyrium.

Crucis gloria per Apoſtolos Hibernos diffuſa;

TRiumphale & gloria Chriſtianorum, miracula ſunt & virtutes Sanctorum, quæ quo latius propagantur, eo & boni in Domino gloriantur, & mali erubeſcunt & cruciantur. Hoc inſigne ab illa Crucis arbore natum eſt, in qua cum vita mortem triumphaſſet, velut irrigata fœcundiſſimo aquæ & ſanguinis imbre, ſtatim extendit ramos ſuos à mari uſque ad mare; eoſque flores edidit, quorum fructus & ſuaviſſimus ſapor orbis terræ ſinum implevit. Novit hoc ab ortu Ægyptus & India; ab occaſu alter pene orbis Britannia, cum adjacente Scotia *a*, qui ſtatim ut ab illius æternitatis ſole tacti ſunt, illi ſub umbra ejus, quem deſiderabant, requievere; iſti ad ardorem uſque martyrii feſtinaverunt incaleſcere, & ſtridentia anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Unde hoc tam late diffuſum germinarium, niſi quia in eorum cordibus caluerant Jeſu Chriſti amor & deſiderium? Aſſentit in hoc Herbipolis *b*, glorioſa Martyris Kiliani meritis & corpore; nec minus Perona *c*, Scotorum talium & tantorum Patrum glorioſa veneratione: Columbanus *d* Italiam, Bertuinus *e* illuſtravit occidentalem Galliam, & innumerabiles alii, ſuis quique in locis, qui vitæ ſinceritate & fidei integritate multos ad juſtitiam erudierunt, & quaſi ſtellæ fulgent in perpetuas æternitates. Dan. 12. 3

2 Ex horum numero, ex hoc orbis terræ remotiſſimo angulo, beatus Rumoldus *f* emicuit, de quo aliqua dicturi, dum ſtudium pietatis affectamus, minus dicendi notam formidamus. Quo enim ore, qua facundia quis poſſet exponere, quem vix ſufficiat cogitatu adæquare? Parentes *g* autem ejus & proavos tacuimus, aut quia nihil certum ex eis comperimus, aut quia ſupervacuum æſtimamus in trunco fructus ſaporem requirere, quem in ramo conſtat ſatis ſuperque pullulare. Omni autem virtutis bono ab ipſa imbutus infantia, eo uſque prodiit, ut nihil eorum, quibus Deus acquiritur, intentatum reliquerit. Acceſſit ad religionem litterarum ſcientia, ut quodcumque ageretur, intellectuali ſcripturarum ſale aſpergeretur. Tota inſula mirabatur, ſicut omni terrarum gleba fœcundior, ita Sanctorum glorioſa ſimplicitate beatior. Hæc illa eſt Scotia *h* teſte Solino, olim inhumana incolarum ritu aſpero, aliàs ita pabuloſa, ut pecua interdum, niſi à paſcuis arceantur, in periculum agat ſaties. Illic nullus anguis, avis rara, gens hoſpitalis ſed bellicoſa; adeo ut victores, hauſto prius interemptorum ſanguine, vultus ſuos poſtea oblinirent. Apis ibi nulla, in tantum ut advectos inde pulveres ſeu lapillos, ſi quis intra alvearia ſparſerit, examina favos deſerant.

è quorum numero S. Rumol

3 Ut in virum profecit, ad quid in terra ſua aſpiraret non inveniens, de peregre cogitat; in id ſe totum expedit & præparat. Romam auditu didicerat: eam vel ſtudio viſendorum locorum, vel veneratione Apoſtolorum appetendam deliberat. Omnibus exoccupatus, nec jam in angaria Crucem Jeſu geſtaturus, in Britanniam ex more gentis transmeat. Navigant enim vimineis alveis, quos circumdant ambitione tergorum bubalorum. Inde tranſmiſſo Morinorum freto, qua breviſſimus tranſitus maris eſt, in Gallias defertur, quoquo locorum veniens Jeſum ſemper proloquens, de vita æterna & quid ſit Deus, homines inſtruens: ſæpe etiam, cum ratio poſtulaſſet, miraculorum gratia refulgens. Sic demum laborioſo ſatis itinere, Alpium nives tranſreptat, qua olim Pœnus Hannibal aceto

patriam deſerens Romam petit;

A. THEODORICO.

& igni naturæ vim faciens *i*, ſciſſo Apennino, Romani nominis vires laceſſitum tranſvolaverat.

unde à providentia Mechliniam directus; *k*

4 Urbem dehinc ingreſſus, aliquot dies continuat, Apoſtolicum piſcatorem quotidie ſtudioſa oratione ſolicitat, & clavim *k* cæli ad aperiendum invitat. Mirabatur urbem, in qua olim totius orbis dæmonia, velut in ſentinam confluxerant, nunc unius Dei cultum amplecti; feliciorem per omnia Apoſtolorum ſacra paſſione, quam eo, quo primi olim ejus muri maduerunt, fraterno ſanguine; amplexatus & ipſe triumphale Martyrum nomen, qua ierant, qua ſteterant, qua pro nomine Salvatoris ſanguinem fuderant, mille oſculis & genuflexionibus ſatisfaciebat: & dulci mixto ploratu, quædam bellatorum Chriſti ſpectacula ipſe ſibi in corde ſuo repræſentabat. Ducebatur totus ardore martyrii, ut ſi tormentum & tortor adeſſet, ultro ad vitalis commercii mortem ipſe ſe ingereret. Sed quia non eſt in hominis poteſtate via ejus: ex providentia omnipotentis Dei, de repatriatione admonetur. Divinitatis igitur ſe committens conſilio, compendioſa peregrinatione Italiam reverſus, qua ſe Apennini montis dorſo attollit, ſupergreditur; Galliaſque ingreſſus, in eas occidentalium partes ſe deponit, qua Scaldis fluvius æſtum maris in Rupenam *l* uſque remittit. Locum incolæ Machliniam dicunt, propter maris Malinam *m*, & Ledonam, quæ certis temporibus, cum corniculantis lunæ conſonantia, nunc acceſſum, nunc receſſum faciunt, nec ultra, quam ad hujus loci fretum, vel damna vel lucra ſua commutant.

B

l

m

n Adoni filium ex ſterili conjuge promittit;

5 Nobilium quidam, Ado *n* nomine, comitatum gerebat, cum æque moribus & genere nobili conjuge. Ambo religioſi, ambo ante Deum florentes caſtitate conjugali, ut antiquos illos Abraham & Saram eſſe putares: præter, quod Iſaac tertius aberat. Hi ſolita religione virum Dei mox viſum invitant, hoſpitio inducunt, convivio participant, ad commanendum poſtulant & impetrant, felices ambo tali hoſpite, ad cujus ingreſſum divina jucundati ſunt benedictione. Una enim dierum ſoli & ſine arbitris divinum aliquid cum agerent, Rumoldus, totâ ſpiritum prophetiæ mente concipiens, manu impoſita orationem præſtat, utriſque benedicens, fœcunditatem pollicetur; ſeipſum compatrem promittit: de nomine prædicit. Accommodant fidem parentes ſtupidi *o*, certi facilius naturam vinci, quam Rumoldum poſſe mentiri. Fidem efficacia comitatur; juxta tempus & diem prædictum, de prius ſterili filius naſcitur, exceptus homini Dei præſentatur: ille ſuſceptum baptiſmate abluit, & Libertus nomen imponit. Ætas interea uſque in adoleſcentem profecerat, & ex pii Doctoris magiſterio, dulcis puſio in omnis boni formam coaluerat. Parentes cum ſuis curialibus exultabant, & de futuro herede quotidie cogitabant.

C

o

quem poſtea ſubmerſum, ad vitam revocat;

6 Hujus talis lætitiæ diem maximi mœroris nox obtenebrat, & totam domum caliginoſa nube involvit & cæcat. Quadam enim dierum puer, cum coævis ludos in alvei littore dum meditatur, dumque nimium bene ripæ ſe credit, periculum iniit; elapſus ſubmergium facit. Triſti fremitu totum ſtatim littus concutitur, & projectis, qui mergentem extrahant, fruſtra omnis natantium conatus deficit. Captiva præda coram oculis abducitur & abſorpta cameratis undis includitur. Rumoldus interim aberat; rumor ad parentes uſque intonat; & nihil minus ſuſpicantes irremediabili vulnere tranſverberat: appenſus præſens dolor cum priori lætitia præponderat; & quo olim lætiores de recens nato filio, eo nunc triſtiores de mortui ſubmergio; nihil enim ſine dolore amittitur, niſi quod ſine gaudio poſſidetur. Quid agerent, quo ſe verterent, quid conſilii caperent, non habebant. Sola hæc ſpes, ut quo prophetante non habitum acceperant, eo orante amiſſum recipiant. Evocatus homo Dei, triſti luctu & ipſe totus concutitur, nec minus quam ipſi progenitores, ſuper ſpirituali filio ſuo compungitur: conſolatuſque alios, qui ſeipſum vix conſolari poterat; littus adit, locum notat, & celebri oratione ter quaterque Jeſum inclamat. Circumſtat triſtis conventus, præſtolaturque fidem *p* eventus. Mirum dictu! vixdum ab oratione ſurrexerat, rejectis oculis, propter adſtantem puerum adſpectat, non diſſono tamen à trium Babylonicorum puerorum miraculo. Nam ſicut illi caminum triumphaverunt abſque ignis odore; ita & hic in contrario elemento, ſupergreſſus eſt aquas abſque aquarum humore. Jeſu bone! quid illud miraculi? quid illud fuit gaudii? ubi nunc mors victoria tua! ubi nunc mors ſtimulus tuus? Ecce non ſolum noſter Chriſtus, ſed & qui ſunt Chriſti, in nomine Chriſti tibi imperant: tu obaudis, ipſi ſpoliant: gratias illi, cujus gratuita adoptione homines facti ſunt dii.

D

p

E

1 Cor. 15

conditoque in Ulmo monaſterio

7 Redivivus puer parentibus, imò à parentibus Rumoldo redditur: donaria auri & argenti, totiuſque ſupellectilis adduntur. Veſtra, ille reſpondet, vobis ſint: caduca enim aſpernamur, ne cum cadentibus in præceps labamur. Aut quæ nobis cum iſtis conventio, quorum jam totus in cælis actus & intentio? Ut tamen ſatisfaciatis advenæ veſtro, deſerta paludis hujus nobis dari depoſco; non ut alieno delectemur fundo, ſed ut labore noſtro inibi ſervorum Dei proficiat manſio: nec magnum id eſſe debet, ſi veſtra metamus carnalia, qui ſeminavimus ſpiritualia. Favet ſtatim Comes, quod petebatur, offert ex voto; teſtamentalis conſcribitur pagina, adſtipulatione ſubnixa. Nomen loco Ulmus *q*, ob ulmorum illic luxuriantium copiam. Adunantur illic Deo militantium copiæ *r*, accreſcunt omnia, quæ ad uſus pertinent Eccleſiæ, uſque ad conſummati operis ſummam.

F

q

r

ipſum præficit.

8 Ille ipſe poſthumus Libertus inibi adoleſcit & eruditur. Poſtremo ſub tanto Patre, Dominico gregi præficitur, poſtea perſequendus & proprii cruoris laurea coronandus. Ea enim tempeſtate, qua Scytharum furor excanduit, & de vagina Daciæ Getharum gladius erepſit; omnibus ab ipſa maritima ora uſque ad Agrippinenſem Coloniam cæſis & incenſis, hic homo Dei, occaſione evadendi periculi, in Hasbaniam ſe tranſtulit; quem perſecutum & captum effera gens ante ipſam S. Trudonis aram fecerunt Dei victimam. Corpus, ut ajunt, (veri enim periculum ad me non recipio *s*) illic ſepultum. De loco autem ſepulcri non ambigua ſententia eſt.

s

9 Invidia interim recrudeſcit diaboli, novos

cœtus

A cœtus cernentis quotidie Chriſto adunari, ſe impigre impugnari, interdum etiam ſuperari; inficit nota peſte duos quondam ſancti Viri comites, qui ſolum aliquando gradientem, & ex more Pſalmos ruminantem, ex adverſo, lethali vulnere excipiunt, ſpe adipiſcendæ pecuniæ, quam ſolitus eſſet circumferre. Miſeri profecto & proditoris Judæ digniſſimi laqueo! qui dum vaniſſimum ſectantur quæſtum & turpe lucrum, tanti tamque religioſi Sacerdotis incurrunt magiſtricidium. Præterea factum volentes palliare, ſceleri crimen addunt; raptumque ſacratiſſimum corpus, præterlabentibus *t* undis injiciunt. Regreſſi mendaciorum foliis rem geſtam cooperiunt: fruſtra tamen. Piſcatoribus enim noctu circa negotia, partito labore, occupatis, lux cæleſtis incanduit; & quo loco illud ſacratiſſimum corpus deliteſcebat, ſuperfuſis luminaribus aperuit. Perterriti homines, & nihil per ſe præſumentes, Comitem adeunt: novitatem rei patefaciunt: prodigium aliquod id ſibi videri perſuadent & promittunt. Ado ſocium ſe præſtat navigii, ſolitoque jucundatus luminariorum miraculo, jactis retibus, nobilem piſcaturam haurit, & ſacratiſſimum illud funus cum jubilo ad terram trahit; impoſitum vehiculo, quo nunc requieſcit loco, deportat & ſepulturam celebri ſumptu procurat; nec defuit digitus Dei, operatus ſtatim mirabiliter ad glebam militis ſui.

Sancti martyrium, corporis revelatio & ſepultura.

t

B

ANNOTATA F. B.

a *Agi hîc de ea Scotia, quæ nunc dicitur Hibernia, multis oſtendit Vardæus, & probat participium*, Adjacens, *quod reſpectu Britanniæ non convenit hodiernæ Scotiæ, quæ illius pars eſt.*

b *Urbs Franconiæ ad Mœnum fluvium, prædicatione & martyrio S. Kiliani illuſtrata.*

c Perona *legendum juxta codicem Alnenſem & Rubeæ vallis, non* Prona, *ut impreſſi mendoſe habent: eſt autem* Perona *in Picardia, regione Galliæ ad Somonam fluvium, civitas antiqua, quam* S. Furſeus *Hibernus, Abbas & Epiſcopus, prædicatione & miraculis convertit ad Chriſtum; uno ante S. Rumoldum ſeculo.*

d *Colitur* S. Columbanus *Abbas Bobienſis* 21 *Novembris. Breviter hæc notaſſe ſufficiat*; C *plura vide apud Vardæum. Non omiſerim tamen, cum Bollando obſervare ad* IX *Aprilis, tomo* I, *pag.* 829, Septimo poſt Chriſti Salvatoris exortum ſeculo ac ultra..... plurimos Belgium ſanctos illuſtraſſe, tum advenas Aquitanos, Scotos, Anglos, Hibernos, tum indegenas viros ac feminas: *quod idem ferme monuerat ad* XV *Januarii tomo* I, *pag.* 1077, auream illam ætatem *appellans, quæ ad octavum ſeculum omnino extendenda eſt, ut eam non magis exceſſerit* S. Rumoldus, *quam illi quos locis citatis exornat Bollandus, aut qui hîc à Theodorico nominantur.*

e *Codex Trudonopolitanus & Rubeæ vallis habent*, Bertinus & Winocus; *ſed rectius Alnenſis*, Bertuinus: *nam neque Bertinus neque Winocus Scoti fuerunt:* Bertuinus *vero, confeſſor & Epiſcopus, inter S. Farſei ſocios à nonnullis numeratur, teſte Molano. An Hibernus fuerit, examinandum erit* XI *Novembris: Vardæus de hoc & aliis minime dubitat.*

f *Alius* Rumoldus *cum beati titulo in Natalibus Molani deſcribitur, in obſervationibus ad eo-*

gium noſtri Sancti: Habuit etiam Monaſterium ſive Mimegarvordenſis eccleſia, beatum Rumoldum Epiſcopum, qui veluti alter Joſeph in Ægypto, ſic ille in Weſtphalia, in caritate annonæ multam largitatem indigentibus impendit; ſed poſt annum Domini nongenteſimum, ut nulla ratione cum Mechlinienſium eccleſiaſte confundi poſſit; qui eum integra centuria anteceſſit. *Male ad marginem citatur Alberti Crantzii Metropolis liber* 2. *cap.* 15, *pro libro* 3, *pag. mihi* 68, *ubi prædictus Crantzius ſimpliciter aſſerit:* Sequutus eſt illum in epiſcopatu, ordine VIII, nomine Rumoldus. Cujus in præcipuis virtutibus memoratur, quod in fame & caritate annonæ &c. *An umquam cultum, & quo die habuerit, quidve præterea geſſerit, cupimus aliunde intelligere. Alterum item* Rumoldum *in Annalibus Scotorum ſe reperiſſe ait Benedictus Gononus, de quo lib.* 3, *pag.* 173 *ſic habet:* Fuit S. Rumoldus Scotiæ regis filius, qui deſiderio ſequendi Chriſtum & vitam ſolitariam ducendi, receſſit in eremum, ubi per multos annos, in trunco arboris degens, ſpinis & arbuſtulis circumdato, ne à nobilibus & principibus regni inveniretur, multa incommoda famis, ſitis & frigoris ſuſtinuit. Sed cum eſſet ſenex, inventus à ſuis in arbore & trunco cavato, cum nollet redire ad ſeculum, ab eis trucidatus eſt, & ſic pretioſam & glorioſam mortem in conſpectu Domini egit. *Sed hæc ad* Rumoldum *noſtrum non magis ſpectant, quam Monaſterienſia. Porro* Rumoldi *nomen non magis in Britannicis quam Germanicis partibus notum, oſtendit etiam Schafnaburgenſis, pro anno* 1069 *adducens* Rumoldum *aliquem Epiſcopum Conſtantienſem. Certe Saxonicum aliquid & Germanicum ſonare* Rumoldi *nomen, ſupra abunde dictum eſt, ſi Ponti Heuteri etymologiam admittas, orietur à* Rumbolt, *quod ipſe* ſilvam ratam & infrequentem *interpretatur.*

A. THEODORICO.

E

g *Surii editio & Ms. Ultrajectinum, hunc locum ita interpolatum habent.* Ne autem parentes ejus & proavos omnino taceamus, ex regali quippe proſapia extitit oriundus, illuſtris Regis Scotiæ ſatus, extiturus hæres ejuſdem: fruſtra tamen fructus ſapor eminus in radice quæritur, ubi gratius in ramo pullulando cominus demonſtratur. Hic denique ſceptro regni potiturus erat, generis inſignia, deliciarum commoda, præſulatus culmina lubrica æſtimavit; & ut de bonis caducis & tranſitoriis fortunæque fallaci ſubjectis, ad immarceſſibiles divitias mentem aſpiraret, voluntaria paupertate, ſacratiſſimus Dei ſervus carnem propriam domans, mentem ſinceram & ſolidam Creatori ſuo, cum omni devotione dedicavit, ut in perſona ejus impleretur quod ſcriptum eſt; Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. *Quis hunc locum ita interpolaverit, non definio; Surius ſane non fuit: reperitur enim in codicibus ipſo antiquioribus. Neque credibile eſt, ipſum Theodoricum ſcriptum ſuum mutaſſe, ſi codex Alnenſis & Trudonenſis conveniant, ut teſtatur Colganus, qui utrumque contuliſſe dicitur apud Vardæum. De his etiam actum in commentario prævio, oſtenſumque quam imperite ſua digeſſerit interpolator ille, paulo poſt Theodorici verba relinquens:* Ut in virum profecit, ad quid in terra ſua adſpiraret non inveniens &c. *Quod autem ait Theodoricus, ſe nihil certi ex eis* comperiſſe, *intellige de Me-*

F

A. THEODORICO.

chinienſibus, qui Theodorici ætate de S. Rumoldi *titulis necdum ſomniaverant.*

h *Solinus* Hiberniam *vocat. De hoc Solini loco vide dicta in appendice ad Acta S. Patricii num.* 25 *&* 26, *verum cur Vardæus contra Solinum & manuſcriptum Trudonenſe, pro τὸ*, Gens inhoſpita & belliçoſa, *poſuerit*, Gens hoſpitalis, ſed bellicoſa, *non video: Solinus enim de Hibernis adhuc paganis loquitur: credibile autem eſt, Hibernos, quam nunc colunt hoſpitalitatem, ſimul cum fide aliiſque Chriſtianis virtutibus didiciſſe. Si Alnenſis codex in eo à Trudonenſi diſcrepet, oportet ſcriptorem ejus, eâdem qua Vardæus in gentiles ſuos, uſum fuiſſe benignitate.*

i *Livius Decadis* 3, *lib.* 1, *agit de tranſitu Annibalis in Italiam, & rupe aceto & igni diminuta; cumque fateatur ambiguum eſſe quanam Alpes tranſierit Annibal, ita hic Theodoricus aſſerere non potuit,* S. Rumoldum, *eodem quo ille tramite Alpes tranſiiſſe*:

k *Surius*, Clavigerum.

l *Surius*, Ruperam *vulgo* Ruypel. *Scaldis tribus circiter horis infra Mechliniam, Ruperam in ſe influentem abſorbet, aſcendente autem maris æſtu, per ejus alveum in Diliam & Netam marinos fluctus devolvit: hora ſiquidem una infra* B *Mechliniam Rupera, Diliam & Netam recipit, quarum hæc Lirâ, illa Mechliniâ defluit.*

m *De* Malina *vide etymologias variorum & ſcribendi modos apud Gramayum lib.* 1 *ſect.* 1 *&* J. B. S. 2, *& Corollarium noſtrum infra. Sed urbem Liranam à* Ledona, *antiquitus dictam* Ledonne, *negat auctor Chronici Lirani, dicens quod in primordiis ſuis* Ledonne *diceretur à ſanctimonialium, quod ibi exſtabat, monaſterio, quæ Latine Dominæ, Gallice* Les Donnes *dicebantur. Quiſque hîc in ſuo ſenſu abundet, vide Vardæum pag.* 62. *Nobis apertius dicere liceat, non ſatis intellexiſſe Theodoricum* Malinæ *&* Ledonis *ſignificata, dum inde duabus urbibus indita nomina ſibi imaginatus eſt: ubi ex Beda apud Uſſerium, utriuſque vocis ideam perſpexeris, facile mecum convenies,* Mechliniæ *&* Liræ *appellationes non magis inde procudi potuiſſe; quam ex gigantæa manu Antverpiam, aut ſimiles alias exoticas nomenclaturas. Audi Uſſerium ipſum, citatum ſupra pag.* 57, *num.* 10 *in commentario de S. Servano, ubi auctorem vitæ S. Kentigerni corrigit, quod* Malinam, *ſeu* Mallenam, *&* Ledonem *pro fluviis acceperit. Ita habet pag.* 675: In qua naratione illud ſcriptorem fugit, Malinæ & Ledonis vocabulis, non ejus nominis fluvios aliquos, ſed creſcentes & decreſcentes Oceani æſtus denotari, qui alternante per ſeptenos octonoſve dies ſucceſſu, menſem inter ſe quemque quadriformi ſuæ mutationis varietate diſpertiunt. Minores enim æſtus Ledones ſunt dicti: qui à quinta Luna, ſimiliter & à viceſima incipiunt, & quot horis accedunt, tot recedunt. Malinæ ſunt majores: quæ à tertia decima & viceſima octava Luna incipiunt, & ſex diebus & quindecim horis dúrant, & ſunt citiores in accedendo, tardiores in recedendo. Ita venerabilis Beda, & ante eum auctor librorum de Mirabilibus ſacræ Scripturæ. Quotidiana inundatio bis in die, à tempore ad tempus, per horas viginti quatuor ſemper peragitur: & per alternatas hebdomadas Ledonis & Malinæ viciſſitudo comitatur. Sed Ledo ſex horas inundationis, & totidem receſſus habet, Malina verò grandis, per quinque horas ebullit & per ſeptem horas littorum dorſa retegit. *His ita rectè explicatis, ſiquid veroſimile habet Theodorici cogitatio, tot in noſtro Belgio* Malinas *&* Ledones *numerabimus, quot ſunt loca, ad quæ maris æſtus umquam pertingit. Vide alias opiniones apud Cangium in Gloſſ. ſed quarum nulla magis probet, à maris æſtu indita eſſe* Mechliniæ *&* Liræ *vocabula.* D

n *Alii* Ado *&* Adolphus, *qui* eo tempore comitatum gerebat, *utut* nobilis, *non videtur accipi à Theodorico, niſi pro ætatis illius comite, ſeu loci gubernatore aut judice, quales ſupra deſcripſimus ad Acta S. Eparchii pag.* 113, *annot. F, de quibus etiam agit Molanus in præfatione ad Militiam ſacram Ducum Brabantiæ, & Henſchenius tomo* 1 *Febr. pag.* 297 *&* 396, *eos diſtinguens à Ducibus etiam temporariis, qui toti alicui provinciæ intendebant. Conſule Fauchetti opus Gallicum de origine dignitatum lib.* 2, *cap.* 4, *alioſque plures citatos apud Thomam de Rouck in Heraldo Belgico à pag.* 118; *ubi explicatum invenies, quo pacto Magni Caroli deficiente progenie, Duces illi, Comites & Marchiones ſeu Marcarum aut limitum cuſtodes emergere primùm cœperint, ſibique dominatum ac ſupremam poteſtatem arrogare; quod ad Capetides differt Mantelius, rem pluribus proſequens in hiſtoria Loſſenſi nuperrime edita, lib.* 1, *cap.* 6. *Sic, inquam*, Ado comitatum gerens *à Theodorico deſcribitur & pro eo tempore, quo Duces illi & Comites auctoritatis ſuæ limites necdum exceſſerant; verum apud Domynſium num.* 25. Archicomes *appellatur*, præclara Pipini Regis ſtirpe progenitus *&c, nec apud Mechlinienſes dubium eſt, quin fuerit verus ibi ſupremuſque Dominus, cujus alii genealogiam memoriter concinnarunt, uti & conjugis, proprio* Elyſæ *nomine nuncupatæ, pro quibus videndæ annotationes Baertii ad prædictum Domynſii numerum. Hîc ego obſervare ſolum volui, quot titulos, præter determinatam ætatem, Adoni ejuſque conjugi adjunxerint recentiores Legendarum fabricatores; quamvis de cetero negare non auſim, potuiſſe Adonem in tractu Mechlinienſi opimas poſſeſſiones, quin & magnæ partis territorii principatum, ut ante ipſum Bavo in Hasbania, obtinere, in quem ſucceſſerit Libertus filius, ad* S. Rumoldi *Præpoſitus & monaſterii ſeu collegii fundator præcipuus, ſaltem primus, ut ex veroſimillimis conjecturis alibi diſceptatum eſt.* *Adonis comitatus.*

o *Videtur Vardæus maluiſſe legi* ſtupefacti: *quamvis enim* ſtupido *pro* ſtupefacto *utantur latini, nunc plerumque ea ſignificatione accipitur, quâ de parentibus ſancti Liberti intelligi non poteſt.* F

p Finem *mallet Vardæus legi, & ego.*

q *Si Ulmeti iſtius veſtigia, ut aſſerit Wachtendonckius, adhuc conſpicua ſint extra portam S. Catharinæ, prope Mechliniam, illud ad ſatis magnum ſpatium ſe extenderit.*

r *Multis diſputat laudatus Vardeus, ex Miræo & Molano, an Monachos Religioſos, an Benedictinos, an Canonicos ſtrictè regulares, an ſeculares collegerit in ſuum monaſterium* S. Rumoldus, *& conſideratis omnibus, veriſimilius exiſtimat, Religioſos fuiſſe, & ego cum eo; quandoquidem religioſam vitam profeſſus videatur, antequam venerit in Belgium. An autem Benedictinam regulam ipſis tradiderit, quam in Belgio tunc temporis potuit inveniſſe, an ſanctorum Colmani, Columbani aut Columbæ aut aliam quam in Hibernia ipſe obſervaverat, definiri non poteſt. Cum enim poſt martyrium ipſius, Nortmannorum* *De S. Rumoldi monaſterio.*

gladio

A *gladio S. Libertus occubuerit, circa annum trigesimum secundum seculi noni juxtæ Wachtendonckium; decimum vero aut vigesimum juxta alios apud Vardæum, & monachi reliqui fuga sibi consulendum putaverint; mansit monasterium usque ad seculum decimum, per annos centum & amplius inter iteratas sæpius barbarorum incursiones, tam monachis quam aliis viris ecclesiasticis destitutum; ut merito ignoretur quales fuerint, qui primi illud tenuerunt. Annis etiam aliquot intermediis sanctimoniales, aut saltem devotæ feminæ locum inhabitasse dicuntur, ad sacelli & sacri corporis custodiam, quæ rursus sub finem seculi noni, depopulantibus Mechliniam barbaris, ita se subduxerunt, ut sola Gerlindis nonna & sacristana inventa sit, quæ captiva abduceretur; à Sancto dein miraculose liberata. Seculo deinde decimo civitate reflorescente, obscu-*
B *rior fuit* S. Rumoldi *memoria; qualis non fuisset, si tum monachi, mediocri saltem numero, monasterium incoluissent. Eodem tempore, sanctimonialibus alio se recipientibus, videtur monasterium, ad ædificationem ecclesiæ aut aliarum domuum, fuisse destructum, relicto solum Sancti sacello: quod post translatum etiam Sancti corpus, usque ad Geusiorum nostrorum tempora, venerabile mansit. Pro Canonicis secularibus à sancto Rumoldo institutis, frustra omnino affertur chronicon Cameracense, scriptum seculo undecimo, fundatis jam per Episcopum Notgerum duodecim Canonicis cum Præposito.*

J. B. S. *Quid ego de primo* S. Rumoldi *monasterio censeam, alibi indicavi: tale autem fuisse non dubito, quale Mechlinienſi conjungit Baldericus:* Nec procul à Maslinas est monasterium Canonicorum, quod ex propriis prædiis vir Dei Guntmarus, illustris laicus struxit, *communi, opinor, cum* S. Rumoldo *consilio: ut plane audiendus non sit Bucelinus Germaniæ sac. tom.* 1 *part.* 2, *pag.* 90; Ulmense *cœnobium sub regula Benedictina fingens & alii cum ipso. An inter* S. Rumoldi *socios fuerit S. Himelinus, de quo actum* x *Martii pag.* 46, *non est unde quis certo determinet.*

C ſ *Hæc ita accipe cum Vardæo, ut Theodoricus solum ambigat, an sacrum corpus S. Liberti, quo tempore hæc ipse scribebat, illic exstaret, fortasse quia suo ævo quæsitum noverat & non inventum: hoc vero postmodum sub Wirico Abbate inventum & elevatum est, ut fusius narrabitur, quando de S. Liberto erit agendum decima quarta Julii, ubi etiam inquirendum erit, qua Normannorum incursione & quo anno interemptus sit.*

t *Ad locum, inquit Wachtendonckius, ubi nunc puteus, juxta nosocomium regium est.*

CAPUT II.

Depopulatio Normannica, Sancti post mortem miracula, & festus dies.

a *A Normannis intacta S. Rumoldi eccl. unius punitione servatur.* b c d e

CEterum Carolo *a* Romæ à Joanne Papa in Imperatorem consecrato, ira Dei respondente peccatis populi sui, Normanni *b* adjunctis sibi Danis, Franciam & Lotharingiam pervagantur, fines præcipue Morinorum *c*, Menapiorum *d* & Brachbatensium *e*, omnemque circa Scaldam flumen terram ferro & igni devastant; inde Wael fluvium ingressi, totam Batuam *f*, palatium etiam Neomagi *g* incendunt. Eodem anno Godefridus & Sigefridus Reges Normannorum, cum inæstimabili multitudine, juxta Mosam in loco Haslon *h* consident, Leodium, Trajectum, Tungros, S. Trudonis, Coloniam & Bunnam, cum adjacentibus provinciis & castellis comburunt. Aquisgrani in palatio equos stabulantes, oppidum & regiam domum incendunt. Ad hæc mala, Hugo *i*, filius Lotharii Regis ex Waldrada pellice, in Lotharingia, & Bozo *k* tyrannizabant in Burgundia. Ac, ne chronicum magis videar texere, quam cœptum opus prosequi; hoc tali bellorum incendio, per *l* decem & octo annos totus orbis cum arderet, & juxta prophetam, nec scabelli pedum suorum Dominus in multitudine iræ suæ recordaretur, ecclesia *m* tamen nostri hujus Martyris illæsa permansit, nec quidqam tale effera gens adversum eam aut potuit, aut præsumpsit *n*. Ad quam gratia prædæ quidam ex eis cum accessisset; & superpositum campanarii (quod vulgus gallum propter similitudinem formæ, nos aurarium, propter observantiam vocamus auræ) præsumeret tollere, lapsum facit, dignasque rapacitatis pœnas debita morte luit: & quia juxta Salomonem, pestilente flagellato, sapiens sapientior erit; hoc, unius infortunium ceteris omnibus disciplinæ fuit commonitorium.

A. THEODORICO. *f g* *h* *i* *k* *l* Thren. 2. *m* *n* E Prov. 19.

Gerlendi captus gallus à vulpe restituitur,

11 Ut reliqua prosequamur, vel id in sancto Martyre mirabile, nec minus jucundum est, quod circa supplices suos hanc velut maternam curam exhibet, ut de minimis quoque rogatus, se quasi obviam præparet. Mulier matricularia *o* eadem & nonna, Gerlendis nomine, pia devotione ecclesiæ ejus adhæserat: sonandarum campanarum officium habebat. Hæc prosequendarum horarum, die solem, noctu gallum sibi nutriverat monitorem. Assueta domesticos parietes subrepere vulpecula *p*, dum unam alteramve prædam impune asportat, majora præsumit; in gallum totum negotium intendit; sed nec saliendo pennam volatilem, nec rependo fas erat adspirare ad trabium altitudinem. Nota igitur usa fraude, parat insidias, subintrat latebras, eum interim securum & superbo gressu limen calcantem de post ostium bestiola aggreditur, invadit, & minaci pressum dente velut triumphans asportat, tum silvæ se reddit. Accurrit mulier, sed tardiori impedita gressu, uno & altero conatu frustra consumpto, totius damni querelam in Sanctum retorquet, & causando deficit: Quid ait, mihi & tibi? aut mihi reddatur gallus, aut matutinis careat Rumoldus. Nulla mora, redit bestiola, & captivam prædam, velut quodam suffusa pudore, coram oculis mirantium deponit vivam; data delicti venia frustrata præsumptrix, nihil simile deinceps ausura, ad latebras se recolligit. Mirentur alii confragosum cælum, turbatum mare, terram concussam: sufficit mihi in his, quæ putantur minima, gloriari super hoc Martyre. Penè enim nescio, Ægyptii pestilentiusnecæsi sunt in Cinyphe, an in omnium primogenitorum occisione.

o P F

& ipsa postmodum à barbaris illæsa evadit. q

12 Supereſt & aliud ejusdem hujus suæ matriculariæ miraculum *q*, non minori pietate amplectendum. Ea enim incursione, qua Danos superius omnia divina & humana perturbasse meminimus, hanc quoque captivam fecerant, & mare transportaturi abduxerant.

A. THEODORICO.

Oſtium Scaldis necdum attigerant, tranſtra, remos & cetera, quæ ſunt armamenta navium, reparaturi, figunt anchoras. Nox ſolito horridior, utpote vicina jam hieme, in ſomnos vocat. Ceteris nocturnum frigus duplici diploide conſolantibus, captiva, in prora, contractis inſimul membris, algoris & nivium pœnas luit. Extrema tandem urgente neceſſitate, appenſa oratione cum lachrimis, Eja, inquit, S. Rumolde, ſi jure, ſi fideliter, ſi ad gratiam tibi ſervivi, nudam & algentem tuam cooperi. Mira fides: ſtatim depreſſis oculis ut obdormivit, omnibus, quæ domi reliquerat, veſtimentis ſe coopertam ſentit. Expergefacta, miratur & ſtupet: officioſum ſibi Martyrem, quibus potuit laudibus magnificat & effert. Sol in diem fuſo mane repubeſcebat, & navis cæſo fune, ſolvi parabat. Hic vero vires deficiunt, & quo amplius inſudant, minus proficiunt. Stabant fixa ſimulacra, toto luctamine & conatu deficiente, rupium inſtar mediis inhærent fluctibus, alternatim quis quid agat, innuentibus, cum interim unus captivam ſenis Rumoldi admonet dimitti; hanc longarum morarum cauſam ſibi videri. Ex conſulto favent ceteri: ea dimiſſa, mox velut exſarcinata navi, velificant omnes celeritate non difficili. Quod ne in hac tantum captiva miremini, quis uſque in hanc diem carceratis & bojatis * faciliori exauditione conſuevit compati.

B

* compedibus conſtrictis.

13 Præterea de ſerendis arboribus, & inſitivis earum, non ignobile illud ejus recordamur, miraculum. Quidquid enim hujuſmodi ſeminum ſanctiſſima ejus manus ſparſiſſet, cum incremento cæleſtis gratiæ donum comitabatur efficaciæ. Memor enim Apoſtoli. Qui non laborat, non manducet: & rurſus, Manibus noſtris laboravimus, ne quemquam veſtrum gravaremus; honeſto hoc plerumque exercebatur negotio, in tantum ut partito ipſe ſibi tempore, nulla omnino hora præteriret, quin aut labium in oratione, aut manus occuparetur in opere. Fagineam hoc negotio nutriverat ſilvulam, ſub quarum plerumque recubans tegmine, meditabatur harmoniam Davidicæ melodiæ. Ad noſtra uſque tempora *r* una harum perdurat arborum; dulci digna religione & grata plantatoris ſui recordatione excreſcit ad materiam laudis.

S. Rumoldus fœcundas arborum fator.

2 Theſſ. 3 & 1 Theſſ. 2.

r

C

14 Quidam Lantgerus *s* nomine, qui in Eccleſia B. Rumoldi coaluerat & in presbyterum profecerat, ſed ut aſſolet ex abundantia luxuria, & ex luxuria naſci ſuperbia, corde tactus hoc uſque intumuit, ut nec pares dignaretur, nec quid ſit homo recordaretur. Non jam privata loquitur, altiora præſumens, velut uter in pruina, inani turgeſcens ſpiritu, ſtipendia quæ ex quotidiana dabantur præbenda, ducit contemptui; ad alia velut majora migraturus ſe extendit. Sed lapis ille offenſionis & petra ſcandali, qui ſuper quemcumque ceciderit, collidet; & qui in eum impegerit, confringetur, quædam ſtatim ſalubria fugitivo ſuo opponit ſcandala, & occultis fatigatum importunitatibus, cunctis quibus antea luctabatur, excludit rerum ſucceſſibus. Nam, ut ſcriptum eſt, pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos; rerum primo flagellatur inopia, deinde quadam animi lapidatur acedia; dies ipſe & nox ſolito triſtior, plerumque etiam mors vitâ jucundior. Sic diſ-

s

Stupenda Lantgeri & repentæ ſanatio,

Sap. 21. c. 5.

ſipatus, nec tamen compunctus, pertinaci corde recedit, viamque ſuam ingreſſus, velut majora appeturus, iterum ſalubriter reprimitur, & occulorum cæcitate percutitur. Quid multis morer? Eruditus ex verbere, ad horam pœnitet, & ad horam illuminatur; iterumque priora præſumens, iterum cæcatur. Edoctus tandem, quid ſit contra torrentem niti, aut quid ſit homo comparatus Deo; nil ſimile ultra auſurus, ante manus illas, quas nullus effugit, humiliatur; & mediante noſtro Martyre, non tantum oculis, ſed etiam corde illuminatur. D

15 Clareat hoc vel exemplum, vel pœna eis, qui non contenti aurea mediocritate, inani ebulliunt aviditate; nati in paupere nido & ruſticano tugurio, aſpirant ad alta laquearia & tecta palatina; aſſueti olim pane cibario, ſimilam & mella præguſtant cum faſtidio: de quibus propheta: Væ qui conjungitis domum ad domum, agrum agro copulatis, uſque ad terminum loci, numquid habitabitis vos ſoli ſuper terram? Filius Patriarcharum Eſau, propter lenticulam venditis primogenitis, de gula arguitur; David, manu fortis & amicus Dei, propter aquam, quam de ciſterna Bethleem in ſanguine virorum fortium hauſerat, reprehenditur, quam niſi Domino ſtatim libaſſet, ſanguinis pœnas luiſſet. Ipſe filius hominis à filiis ſeculi vini potator accuſatur; & qui ſine omni peccato erat, de ebrietate calumniatur; & Apoſtolus ait: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis, ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Si non ſunt condignæ paſſiones, quanto minus ebrietates & commeſſationes? aut ad quos ſpecialiter loquitur Propheta; Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Nonne ad Clericos? Eis quippe vacationes, eis ferias inſtituit Papa Silveſter, quas prius à nominibus deorum ſuorum gentiles vocabant: nobis quippe vacare, nobis feriari inſtitutum eſt, ut, quanto remotiores ſumus à negotiis ſecularibus, tanto Omnipotentis majeſtatem contemplemur vicinius. Unde Apoſtolus; Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Aut numquid non adhuc cum Deo eadem perdurat gratia ſuo Martyri, ut contemptores & veneratores æque, aut certe amplius, poſſit coronare aut punire?

unde clerici admonentur.

Iſaiæ 5. 8. Gen. 25. 2 Reg. 23. E

Rom. 8.

Pſal. 45.

2 Tim. 8. F

16 Verum hæc, ut ait quidam, mordacius deſcribenda B. Hieronymo relinquamus. Nos vero ad cetera, quæ ſuperſunt, narranda redeamus, ut quod ſupereſt diei, in laudem beati viri percurramus. Compertum hoc ſignis evidentibus, nullum umquam fruſtrari, fuſis erga hunc patrem precibus, quibuscumque gravetur incommoditatibus. Quidam Helinardus *t* dum nimium indulget venatibus, & fugientem prædam captat avidius, lapſu, aut alio, neſcio quo modo, inclementer periclitatur. Erat languor vehemens, ad mortem proclivior, ut paratis exequialibus, nil amplius, quam extrema conclamatio expectaretur. Cum interim recuperato ſpiritu, lingua adhuc obligata, quodam oculorum nutu ad ſepulcrum B. Rumoldi, gemitu interprete, ſe poſtulat deferri. Satisfaciunt miſero, & inter manus exceptum, ante altare illud, plus cadaver quam hominem, projiciunt: triſtis turba proſequitur, & pretio fidei, divinæ miſericordiæ ſtillicidium provocatur. Adeſt evicta divinitas & prece omnium

Omnibus patrocinans, ſeminecem ſanitati reſtituit;

omnium uni huic redintegratur prior & auctior incolumitas. Miratur ſeipſum redivivus homo, & paulo ante aliorum delatus adminiculo, pluſquam ſeipſum portare ſufficit; recordatuſque Scripturæ, Non apparebis in conſpectu Dei tui vacuus, annui cenſus votum facit, & dumad vixit, perſolvit. Exod. 23.

alium à dæmonibus liberat,

17 Addamus & aliud non minus exemplo dignum, quam miraculo. Quidam eorum, quos ſtipendiarios vocant milites, ab Antverpia Mechlinis habebat negotium. Feria Cœnæ illius erat, in qua à diſcipulo traditus Jeſus, perditi hominis ſalutem eſt operatus. Jejunium ex antiqua Patrum inſtitutione univerſalis celebrabat Eccleſia, utpote nondum percurſa ſolemni Quadrageſima. Miles ille more eorum, quibus quidquid libet, licet, & quod poluerunt, non dedignantur licere, abſque Miſſæ audientia & jejunii reverentia, confecto matutino prandio, ſolus progreditur. Vixdum medium iter attigerat, & ecce coram oculis
B diſſimilis militiæ armatura & copiæ, legio enim dæmonum, ſub femineo habitu, criſpantibus à tergo jubis, haſtata manu, clypeo tegente humeros, improviſa progreditur, ſpumantis equi pulvereum quatit ungula campum: urgentibus à latere calcaribus, in unum illum totus ille intendit furor & impetus. Ille contra evaginato gladio dum parat congredi, uno atque altero ictu fruſtra conſumpto, auras dum verberat inani conatu, vires laſſat: jam jam infelix futurus victima, equo labitur, & tota illa iniquorum maſſa, velut voti compos, conclamat & irruit. Cum ille vix ad mentem rediens, & toto conatu celebre Jeſu inclamans nomen, addito etiam Crucis ſignaculo omnem iniquorum perturbat aciem, & velut fumum reddit inanem. Contractus tamen & velut totis deſtitutus viribus, ad eccleſiam B. Rumoldi alienis defertur manibus. Illic dies aliquot continuat, & demum curatur. Tua hæc, Domine, gratia, tua hæc in Sanctis tuis eſt gloria, ut nullum prorſus ſit incommodum, quod ad eorum preces non ſentiat remedium.

feminam miſerabili morbo,

18 Femina quædam, longo manus languore gravata, fruſtra in medicos multa conſumpſerat: laborabat non modo chiragra, ſed etiam digitis in palmam reliſis, truncum nulli profuturum officio ægra trahebat. Subrepſerat etiam inopia, omnium ſemper incommodorum pediſſequa. Hoc duplici preſſa infortunio, quid jam ageret non habebat: operari
C non valebat, mendicare erubeſcebat. Rememorata de largitate Martyris, ad menſam ejus altaris accedit; cum ſupplici prece ægram manum porrigens, non micas panis, ſed pleniſſimam ſanitatem de manu propitiatoris ſui recepit.

& plures energumenos.

19 Operæ pretium eſt, dum brevitati ſtudemus, multa præterire, ne, dum affectamus officiale ſtudium, auditorum incurramus tædium: neque enim etiamſi vellemus, materiam æquare poſſemus, ad cujus ſuperabundantem gratiam Tulliani eloquii fluvius ſiccaretur. Sed nec ſanctum virum noſtro quis putet egere officiali eloquio, cujus laus & gloria tota penſatur de æternitatis munere & beneficio. Verumtamen quod loquimur, quod ſcribimus, neceſſe eſt ut in laudem & gloriam ejus expendamus, ſine quo loqui & ſcribere, nec debemus nec poſſumus. Addamus tamen in calce, quanta virtute hoſtiles dæmonum ictus ſoleat propulſare: quod cum ſit de una & ſimili re ſimiliter factum, non neceſſe fuit variare. Tres quidam à dæmonibus vexati, ad medicinalem ejus tumbam ſunt præſentati & curati. Quanta autem putatis, & quam efficaci poſſit & velit ſuis ſupplicibus compati charitate, qui tanta omnibus incommodis patrocinatur auctoritate. A. THEODORICO.

Cur feſtum in 1. Julii tranſlatum.

20 Redeamus jam tandem ad ſolennem diem Martyris, qui octavo Calendas Julii eſt depoſitione ejus celebris: nec immerito, ut qua die præcurſoris nativitas, juxta angelicum præconium, cum gaudio celebratur in terris, eadem ob meritum Martyris tripudium eſſet cælo & terris. Sed nequid Baptiſtæ celebritati & officio detraheretur, octava ab hac die Martyris officium percolitur. Age ergo, Pater ſancte, Martyr invicte, ſupplices tuos refove; cum judice ſeculi cauſas noſtras compone, ſi noſtram reſpicis miſeriam, nihil fœdius, ſi omnipotentis miſericordiam, nihil pulchrius. Mediator Dei & hominum, mediatorem te audiat inter nos & ipſum, quatenus te orante & ipſo propitiante, alleviato peccati pondere, ad æternitatis mereamur ſcalam pertingere: quod ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA F. B.

E

a *Carolus Imperator* III, *cognomento Craſſus, Romæ coronatus à Joanne Papa* VIII *ipſo Nativitatis Domini die anno* 881, *inglorius obiit* 888. *Citat hîc Vardæus Chronicon Ms. acephalum Generoſi Domini Equitis aurati Lovanienſis, in quo ſæpius fit mentio de Nortmannicis incurſionibus: non exiſtimo tamen iſtud majoris auctoritatis vel antiquitatis eſſe, quam Acta* S. Rumoldi *per Theodoricum.*

b *Lotharingia ſic dicta à Lothario rege Francorum, olim, non tantum hodiernam Lotharingiam aliaſque ad Moſellam fluvium ditiones, ſed etiam Brabantiam, Geldriam & ditionem Leodienſem complectebatur & in ea latitudine hic accipienda eſt, ut conſideranti patet.*

c *Morini accolæ maris Britannici, ubi nunc occidentalis Flandria & pars Arteſiæ: ipſorum Metropolis erat Teruana. Porro gentes iſtæ barbaræ, quæ cædibus & rapinis aſſuetæ, extra patriam ſuam victum & ſedes quærebant, ſæpiuſque imperium & Gallias depopulatæ ſunt, variis reperiuntur appellatæ nominibus: videlicet Hunni, Gotti, Daci, Dani, Getæ, Schytæ, ab iis, quibus erupiſſe dicebantur, regionibus: ultimis tamen quibus ſævierunt temporibus, communiter Normanni vocabantur; neque abs re; hoc enim nomen viros Aquilonares denotat, & illi ex regionibus, quæ Franciæ ad Aquilonem ſunt, plerumque erumpebant.* F

d *Menapii, quorum metropolis Tornacum, alteram Flandriæ partem & Hannoniam incolebant.*

e *Nunc Brabantia, pars inferioris Lotharingiæ, ut ſupra dictum.*

f *Nunc* Betua, *regio inter Waalim & Rhenum fluvios. Hæc eſt antiqua Batavia, unde Hollandi nomen Batavorum ſortiti ſunt.*

g *Waalis Neomagum alluit meridiem verſus.*

h *Chronicon à Vardæo citatum, de quo ſupra, annotato* A, *ita habet ſcriptum in margine:* Haſlon vel Haſlon juxta Moſam, inter Leodium & Hoyum, ubi jam eſt abbatia quæ dicitur.... Alii dicunt, quod conſederunt in loco, qui dicitur

A. THEODORICO.

tur Ballon. *Nomen monaſterii quod vel omiſſum fuit, vel à Vardæo legi non potuit, videtur eſſe* Le cloiſtre Dama. *Cetera quæ hic combuſta narrantur urbes, omnibus ſunt notiſſimæ.*

i *Defuncto Lothario Imperatore, regnum ejus in tres filios diviſum eſt. Ludovicus primogenitus imperium & Italiam accepit: Lotharius ſecundo genitus regnum Auſtraſiæ, quod à ſuo nomine Lotharingiam nominavit: Carolus: tertio genitus regnum Provinciæ, aliàs Arelatenſe. Lotharius Rex ſine legitimis decedens, filium & filiam ſpurios reliquit ex Waldrada concubina, Giſlam nempe & Hugonem, de quo hîc agitur. Deinde Carolus Craſſus imperio & regno Franciæ, quam late extenditur, potitus, omni vi Normannos domare & finibus imperii expellere aggreſſus, ſemper infeliciter cum illis pugnavit: ideoque ad pacis conſilia converſus, fruſtra oppugnatis ad Haſlon Normannorum caſtris, conceſſit Godefrido eorum Duci Giſlam, ſpuriam Lotharii, uxorem, & Frigiam dotis nomine inhabitandam dedit, adjectis, ut habet Wachtendonckius, bis mille & octoginta libris argenti. Tum Hugo ab Imperatore cognato ſuo*
B. *Lotharingiam paternum regnum repetere auſus, ſed repulſam paſſus aut dilationem, armis ſibi illud vendicare decrevit, ideoque ſororium Normannorum Regem, in ſocietatem belli adſcivit: ſed tandem uterque per Henricum, Caroli fidelem, dolo captus, Godefridus juſſu Imperatoris occiſus; Hugo, erutis oculis, monachum induere coactus eſt. Plura de his Vardæus ex chronico ſupra memorato, quod in nonnullis corrigendum fuit.*

k *Boſo filius Arduennæ Comitis, ſororius erat Caroli Calvi Imperatoris, qui dedit ei in matrimonium Hermingardam filiam Ludovici ſecundi Imperatoris, ſui ex fratre nepotis, aliiſque illum dignitatibus & proventibus auxit. Verum poſt obitum Caroli Calvi ejuſque filii Ludovici Balbi, cum hujus filii Carolus & Carolomannus Franciæ regnum obtinerent, qui paſſim illegitimi habebantur: quia nempe progeniti erant ex matrimonio, quod Ludovicus inſcio patre contraxerat, & pater, re comperta irritum eſſe voluerat: credidit Boſo, partem regni ſaltem aliquam ſibi competere: ideoque ab Epiſcopis & principibus ſibi adhærentibus, Rex Burgundiæ & Provinciæ coronatus & ſalutatus eſt in caſtro Mantaliæ decima quinta Octobris anno* 879, *& quamvis deinde à Carolo & Carolomanno tantam cladem acceperit, ut victus omnino videri potuerit, vires tamen identidem reparavit, opportunitatem nactus per incurſiones Norm*
C *mannorum, dum iis reſiſtendo Regum exercitus diſtinerentur. Dein Carolus Craſſus Imperator, qui terras quas occupaverant, Normannis conceſſit, Boſoni etiam permiſit, ut regnum Provinciæ & Burgundiæ pacifice teneret; quod deinceps fecit, in eccleſias etiam munificus. Auctor Chronici à Vardæo allati, videtur de Boſone in quibuſdam hallucinatus, ſed hujus loci non eſt ea enucleatius diſputare.*

l *Difficulter dixeris, à quo anno octodecennium iſtud Theodoricus inchoaverit: videtur quidem numerare cœpiſſe ab anno octingenteſimo octogeſimo ſecundo, Imperatoris Caroli Craſſi primo, nam anno præcedenti, ipſo natalis Domini die Imperator coronatus fuerat. Eumdem porro annum Normannorum incurſioni aſſignat Chronica Mechlinienſis*: Anno, *inquit*, octingenteſimo octogeſimo ſecundo advenerunt infideles cum regibus ſuis Godefrido & Sigefrido & Lovanii ſubſtiterunt, omnem quaquaverſum regionem depopulantes. Antverpiam comburunt & Mechliniam cum monaſterio S. Rumoldi. *Sed in hac computatione non niſi annos novem reperies, anno quippe octingenteſimo nonageſimo primo ab Arnulpho, tum rege Germaniæ ac dein Imperatore, cæſi ad internecionem barbari, per Belgium graſſari deſtiterunt. Si dixeris, coronationem Caroli tertii ideo dumtaxat à Theodorico allatam, ut deſignaret tempus deſtructi per Normannos monaſterii* S. Rumoldi, *& eccleſiæ ſingulari beneficio conſervatæ; ceterum incurſiones barbaricas multo citius inchoatas. Huic explicationi Vardæus recte opponit, quod ſi anteriores depopulationes comprehendere voluiſſet Theodoricus, non octodecennium dicere debuiſſet, ſed integrum fere ſeculum. Propterea putat Vardæus, calamitatum iſtarum tempus*
E *etiam poſt Arnulphi victoriam protrahendum, quamvis enim tunc à depopulando Belgio ceſſarint Normanni, aliis tamen regni Francorum regionibus infeſti erant, neque bella inteſtina captivitate Hugonis exſtincta ſunt: Arnulphus enim Imperator filium ſuum illegitimum Regem Lotharingiæ conſtituit, rebellantibus contra eum ſubditis & Carolo rege Franciæ illi bellum movente, quod quamvis annis aliquot ſopitum fuerit, inita inter Arnulphum, Carolum & Swindebaldum pace, Lotharingi tamen barbaros regis ſui mores numquam tolerare potuerunt: & poſt mortem Arnulphi bellum recruduit, donec Swindebaldus anno nongenteſimo delapſus in manus hoſtium, peremptus eſt, ejuſque interitu bella inteſtina ceſſarunt per Lotharingiam. A coronatione itaque Caroli Craſſi uſque ad interitum Swindebaldi anni ſunt octodecim; an illos deſignare voluerit Theodoricus, judicet Lector. Etenim eo tempore Normannos in Galliis adhuc potentes fuiſſe, liquet ex eo, quod Carolus Rex anno octingenteſimo nonageſimo octavo deliberaverit de fœdere cum ipſis ineundo, contra Odonem rivalem ſuum, de*
F *hortante eum S. Fulcone Archiepiſcopo Morinorum, ne barbaros & infideles in ſocietatem belli adſciſceret. Hæc quamquam accurate & erudite à Baertio notata ſint, id indeciſum relinquunt, quod maxime quæri poterat, quo nimirum anno, ex Theodorici ſententia, à barbaris illis interemptus cenſeri debeat S. Libertus; de qua re operoſe diſputat Gurnezius in Face ſua hiſtorica ad res geſtas S. Liberti, diſſertatione ultima, quæ ex profeſſo diſcutietur* XIV *Julii. Vide interim præfatæ diſſertationis pag.* 209, *memineriſque ex num.* 20 *Commentarii prævii; non uſque adeo laborandum, ut anni Chriſti, Imperatorum & Pontificum apud Theodoricum concilientur, dum in iis notandis, eum ſæpiſſime aberraſſe conſtat.*

m *Exiſtimat Vardæus, eccleſiam* S. Rumoldi *anteriori quadam barbarorum incurſione deſtructam fuiſſe; idque probat ex Actis S. Gummari per Theobaldum, de quorum auctoritate agendum erit ad diem undecimam Octobris. Wachtendonckianus autem cap.* XXX *dicit, Mechliniam à barbaris illis incenſam fuiſſe anno octingenteſimo trigeſimo ſecundo, quo etiam S. Libertus ad aram S. Trudonis creditur trucidatus. Deinde aliquot poſt annos Mathildem nobilem feminam, filiam Raſonis, qui frater fuiſſe dicitur comitis Adonis, ipſiuſque heres, ſarta tecta, combuſtæ per Normannos ædis, reparaſſe & domos eis Tiliam concrematas erexiſſe: at ultimum non videtur veroſimile, quia chronica Mechlinienſis dicit, domos eis Tiliam ad monaſterium* S. Rumoldi *exſtrui cœptas, poſt caſos per Arnulphum Normannos.*

n *Chronicon Mechlinienſe ita habet:* Unus autem qui eccleſiam ſpoliare aggrediebatur, ex aſcenſu

A aſcenſu in præceps ruens, cervicem fregit, quo caſu perterriti ceteri, ultra accedere non ſunt auſi.

o *Matricula; catalogus, deſcriptio, index. Vox nota juris-conſultis, in eccleſia duplex erat, una, in quam referebantur perſonæ ſacræ, tam viri quam feminæ, eccleſiæ deſervientes & ex reditibus ejus alendæ. Altera pauperum, qui ex eleemoſynis in eccleſia oblatis, ſtipendium aliquod aut etiam ſuſtentationem accipiebant; ex quibus ſeligebantur ii, qui ſacriſtam juvarent in mundanda eccleſia, campanis pulſandis, lampadibus præparandis, & aliis ejuſmodi miniſteriis. Ne autem putaremus Gerlindem hanc ſecundi fuiſſe ordinis, additur* eadem & nonna, *quæ vox ſanctimonialem præſertim ſeniorem ſignificat, ut habet Papiás:* Nonnos vocamus majores ob reverentiam, *& vetus ſcheda de ordinatione Epiſcoporum*, pro ancilla Dei ſacrata, quæ à Francis nonna dicitur. *Erat ergo Gerlindis ex primo matricularium ordine. Nam poſtquam, ut annotato* M *diximus ex Wachtendonckio, Mathildis ſarta tecta reſtauraſſet ædis Rumoldianæ, convenerunt aliquot virgines Deo dicatæ, quæ cuſtodiæ dictæ ædis & Reliquiarum S. Martyris adhibitæ, noctu diuque alternis ibi modulabantur, à quibus exordium ſumpſere religioſæ*

B *S. Victoris in Blyenbergh*, Nonnæ ten haen, *ab hoc miraculo nominatæ, ut exiſtimat Wachtendonckius; ex iſtis una erat Gerlendis; & quia nunc regulam S. Auguſtini profitentur, credidit idem Wachtendonckius, jam tum eam fuiſſe profeſſas, cum tamen ſeculo nono, iſta vix nota eſſet in Belgio. De eadem re dictum eſt ſatis in Commentario prævio.*

p *Hinc patet, monaſterium* S. Rumoldi, *nondum ædificatis eis Tiliam domibus, etiamnum tunc fuiſſe in ſolitudine; vulpes enim, niſi longo uſu aliquantulum cicurata ſit, oppidum aut pagum non ingreditur.*

q *Credibile eſt, ſanctimoniales reliquas, ſiquæ per id tempus fingi poſſint, anno octingenteſimo octogeſimo, quo iterum Normanni majori crudelitate in Belgium irruperunt, ad tutiora loca ſe recepiſſe, relicta ſola Gerlinde ſacriſtana, quæ hic ſola captiva & per Sanctum liberata fuit. Chronica Mechlinienſis narrat miraculum in hunc modum:* Ad oſtium Scaldis, non procul Mechlinia, ſtabant naves infidelium, in quas plures Chriſtianos in captivitatem abducendos cogebant. Inter hos erat ſacriſtana S. Rumoldi, quæ in nocte hiemali frigida, ſub dio in ſuperiori navis tabulato manebat, & invocato S. Rumoldo obdormiſcens, conſuetis tegumentis tecta ſibi videbatur. Mane diſceſſuræ naves, ſolvi nulla vi poterant, ad magnam infidelium admirationem, donec quodam clamante, hoc ob ſacriſtanam fieri, eamque dimittendam, liberata eſt, & naves ſolverunt. *Putat Vardæus, Gerlindem hanc Sanctam fuiſſe, ſed fatetur, ſe nullibi Sanctis annumeratam reperiſſe. Piam fuiſſe & religioſam non dubitamus. Gramayum, prædictum miraculum S. Mariæ Magdelenæ tribuentem, alibi refutavimus.*

C

r *Poſt Theodorici tempora, nulla arboris iſtius memoria reperitur; ſatis diu ſtetit, dum ultra tria ſecula perſeveravit.*

s *Wachtendonckius, neſcio quo auctore, Lantgerum Francum nominat, vultque ab ineunte ætate in familia Comitis Adonis educatum & à B. Rumoldo in collegium ſuum adſcitum. Verum hæc & ſimilia piè cogitatis adſcribo, ſi enim ordo miraculorum attendatur, hoc poſt Normannorum tempora contigit, adeoque* S. Rumoldum *numquam viderit Lantgerus, niſi novum longævæ ætatis fingatur miraculum, quale in S. Liberto nonnulli coguntur admittere.* A. THEODORICO.

t *Et hoc & miracula cetera poſt Normannorum cladem contigiſſe oportet, ſereniori ſeculo refloreſcente Mechlinia, dum* S. Rumoldus *novis clareſcere cœpit miraculis, ut narrat Chronicon Mechlinienſe.*

Ad ſequentem de S. Rumoldo Legendam

PRÆMONITIO.

Rariſſimum Domynſii opus deſcribitur,

D *Ixi in Commentario prævio* § 3, *editionem Domynſianæ Legendæ, per Roſweydum Vardæo commodatam, ad Muſeum noſtrum poſtliminio non rediiſſe, vel ſaltem, neſcio quo caſu, intercidiſſe, meque ea propter diu multumque coactum inquirere, ut alicunde exemplar aliud, ſeu Latinum, ſeu antiquius Belgicum e tenebris eruerem, ſed caſſo diu conatu. Facturam quadamtenus reparaverat ſæpe mihi laudatus Cl. Canonicus Crucius, ſubminiſtrato apographo ejuſdem Domynſianæ verſionis manuſcripto, quod ex impreſſo tranſumptum fuerat Lovanii anno* 1596, *avulſumque ex curioſi cujuſdam adverſariis, ut manifeſte oſtendit Vitæ* S. Rumoldi *principium, quandoquidem inchoetur à fol.* 38. *At votis demum fecit ſatis lectiſſima noſtra Lovanienſis bibliotheca, ubi deſideratum Domynſii exemplar repertum ad me tranſmiſſum eſt, benevolentiâ R. P. Rectoris Antonii Bettonville, quod cum adeo rarum eſſe, experientia didicerim, nil quidquam prætermiſſum aut neglectum volo, quod ad integram ejus notitiam poſſit conducere. Libellus typis nitidis excuſus eſt in forma* 12, *pagellas continens* 60, *numeris non ſignatas, iis diſtinctus titulis, quos alibi deſcripſi. Expanſum primæ faciei titulum infra ſubjiciam, cum adſculpta lamella, Cardinalis Granvellani, primi Mechlinienſium Archiepiſcopi, gentilitia inſignia referente, mixta cum hodiernis Scoticis, quemadmodum Archipræſulibus iſtius eccleſiæ uſitatum ex Miræo ſupra inſinuavimus ſub finem* § 8, *clarius autem in excuſo Hauchini, Granvellani ſucceſſoris* § 16, *num.* 186, *quod & ſecutis poſtea Archiepiſcopis in uſu fuiſſe conſtat, uſque ad Illuſtriſſimum Alphonſum, atque hodiedum uſurpari ſolet in ſigillo judiciali tribunalis Affligemienſis, junctis Scoticis & abbatiæ ſymbolis, impoſitaque toti ſcuto viventis Archiepiſcopi teſſera.* E

cum inſignibus Card. Granvellani aliiſque minutiis.

F *Hujus inſtitutionis principium habes in Granvellano, cauſam fruſtra aliunde quæſieris, quam ex eo, quod Capitulum Mechlinienſe parmam Scoticam, tamquam vere Rumoldianam non ita pridem tunc ſibi vendicaſſet, qualem ferme Domynſius exprimit poſt alteram dedicatoriam, ubi gentilitiis Scoticis ſuperponuntur tres glebulæ, tribus triticeis ſpicis diſtinctæ, cum omnibus hodiernis ſcuti archiepiſcopalis decorationibus, nequis de novitate dubitare poſſit, quidquid hanc præferat epigraphen* INSIGNIA D. RUMOLDI. *Titulum genuinum reddo, prout in prima facie adumbratum reperi, tum nuncupatoriam Capitulo Metropolitano Mechlinienſi,* ſerenitatis *gloria inſignito, quæ à Vardæo præterita fuerat. Cetera ex hujus editione deſcripſit Baertius, ego cum ipſo Domynſiano opuſculo contuli, eâ ferme ſolâ obſervatâ diverſitate,*

A. JOAN. DOMYNS.

quod duæ vel tres ſectiones aliter à Vardæo, aliter in antiquo edito diviſæ ſint, manente tamen utrobique eâdem prorſus rerum ſubſtantiâ. Domynſii culpa factum, quod Belgicum autographum integre redditum non ſit, nonnullis, quæ alibi notavi, ſuppreſſis omiſſaque miraculorum ſerie, quam cum proxime ex ipſo Theodorico dederimus, nihil ſupereſt, niſi ut Domynſium ipſum inſpiciamus. En igitur ſupradictum titulum:

Divi Archipræſulis Chriſtique Martyris Rumoldi, Machlinienſium Præſidis ſive tutelaris eximii Vita.

Ab

Joanne Domyns Machliniano, Guavrianorum parocho, latinitate donata.



B



Sereniſſimo Canonicorum collegio Metropolitanæ eccleſiæ Machlinienſis.

S. P.

Hebr. 13.

Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem.

Cum privilegio.

Impreſſum Bruxellæ apud Michaëlem Hamontanum anno 1569.

C

Ad ſubjectam lamellam obvatio.

Subjectas ſanctorum Rumoldi & Liberti effigies, pro pictoris libitu, vel Domynſii cogitatione expreſſas, deſumpſi ex altera Legendæ facie. Huc vero recurrere poſſunt; relatæ ſupra obſervationes num. 254 de ſtatuis inauratis, equeſtrique S. Liberti habitu, à Gurnezio vindicato. Ibi ſimilis facies & cana barba, longævam ſancti principis ætatem repræſentant; aſt hîc contra juvenili forma excuſus, tamquam diſcipulus cum magiſtro componitur; ex ſcuto Mechlinienſi, cui quodammodo innititur, dominationem commonſtraus, ſed per immanem prolepſim ſeptem & amplius ſeculorum; quandoquidem inſignibus illis primum donata ſit Mechlinia à Friderico Cæſare, Archiducis Maximiliani Belgii Principis patre, anno 1490, ut conſtat ex ipſo diplomate, alibi recitando. Ornamenta reliqua obſervare, operæ pretium non exiſtimo: in propatulo ſunt, ex cujuſque ingenio aut propenſiori voluntate pietateque explicanda.

NE multis verborum utar ambagibus, Viri ornatiſſimi, paucis, quod volo, accipite. Annus nunc agitur tertius aut quartus, cum eximii Antiſtitis Rumoldi Acta ſive vitam, in latinam traducerem linguam; quam & candidis quibuſdam meique amantiſſimis amicis, nuper legendam & introſpiciendam dedi. Non quidem eo animo, ut verſionem hanc in lucem darem; neque enim id tutum exiſtimabam, maxime hocce exulceratiſſimo tempore, quo innumeræ (prô dolor!) paſſim vigent hæreſes. Qua de re ſummæ audaciæ loco hactenus habui, hujuſmodi quid in lucem edere, quod ad Divorum attinet hiſtorias; quæ nunc prorſus in contemptum abiere & explodunt abs hæreticorum aſſeclis. Quibus probe animadverſis, in animum induxeram, intra parietes me continere, & verſionem hanc meam tutiorem in ſcriniis fore., quam ſi in publicum emitteretur. Verum frequens amicorum adhortatio in cauſa fuit, ut poſtmodum ſententiam mutarim: occinebatur enim mihi indies, vel eo magis mihi æquum eſſe, ut, quæ dictaram, evulgarem, quo hæreticorum pervicacia magis magiſque increſceret ac deſæviret. Itaque amicorum poſtulatis morem geſſi, licet gravatim; ac reſumpto calamo, meam qualemcumque operam caſtigavi, quo emendatius prodiret. Huc autem audaciæ potiſſimum adductus ſum, F

A ſum, ut aliquo modo palam teſtarer, me lubens [lubenter] ſi queam, gratificaturum Metropolitanæ eccleſiæ Machlinienſi, non ita diu inſtitutæ. Pluribus enim divinctus ſum (fateor) Machlinienſi civitati; ſiquidem me nedum in hanc lucem illa produxit, ſed à teneris, quod dicitur, unguiculis enutriit, & ſiqua denique eruditionis ſcintillula mihi eſt reliqua, hanc Machlinia, dum Standonici collegii iſtic alumnus degerem, ſubminiſtravit. Ceterum quando hujus eminentiſſimi Martyris ſacra oſſa, veſtra in tutelâ hactenus ſervata ſint & etiamnum ſerventur, viſum mihi fuit, Ornatiſſimi viri, & generoſiſſimi Domini, hanc rudem minimeque elaboratam opellam vobis dedicare & ſub excellentiſſimi nominis veſtri auſpiciis in vulgus edere: quò nimirum tam præclara Divi geſta, piorum manibus
B commendentur. Accipite igitur, Mæcenates optimi, tutelaris veſtri Rumoldi vitam, ex vetuſtiſſimo archetypo germanico tranſlatam, operamque meam boni conſulite, tantiſper eâdem fruens, dum litteratior quiſpiam (quales plurimos Machlinia habet) politiori dicendi ſtylo hanc hiſtoriam recudat; hujus enim ſolius, non auræ popularis captandæ gratia, hic labor à me ſuſceptus eſt. Precor denique Deum Optimum Maximum ut Dig. veſtram Eccleſiæ ſuæ quam diutiſſime ſervet incolumem, cui me etiam atque etiam commendo. E. Guavria Divæ Virginis Deiparæ, ipſis præcidaniis feriis Aſcenſionis Dominicæ, à Chriſti cunabulis anno 1569.

R. D. V.

Obſervantiſſimus Clientulus

C

Joannes Domyns Presb.

Senatui populoque Machlinienſi, Joannes Domyns Machlinianus.

S. P. D.

EN vobis, Viri prudentiſſimi, S. Rumoldi tutelaris veſtri Divi hiſtoriam, latine à me qualicumque ſtylo depictam. Hactenus quidem eam Germanice impreſſam, manibus triviſtis, at quia pauciſſima jam exſtant exemplaria, rem haud infrugiferam me feciſſe autumo, dum ejuſdem Divi vitam latinè reddidi, idque in eorum potiſſimum gratiam, qui præter maternam linguam, etiam latinam calleant: neque addubito, quin quod præſtare conatus ſum, Vobis pro ſolita benignitate veſtra, ſit gratum futurum, licet non uſque adeo dextro Apolline Muſisque faventibus, rem ipſam tractarim. Cuncti Martyres (ut D. D Ambroſii utar verbis) devotiſſime percolendi ſunt, ſed ſpecialiter ii venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus. Enimvero quem Divorum Machlinianos majore honore proſequi Vos oporteat, quam Præſulem hunc Rumoldum; quo auctore olim majores veſtri, Chriſtianæ fidei rudimentis ſunt imbuti, atque Ethniciſmus procul à finibus veſtris exulavit: ita ut non immerito eumdem Martyrem Apoſtoli loco habeatis: ſiquidem inter primos ille numeratur, qui Chriſti Euangelium Machlinianis adnunciarunt.

His adde, quod & illius ſancti Viri ope adjuti majores veſtri, hoſtium victoriâ non raro ſint potiti: adeo ut in hunc uſque diem florentiſſima urbs Machlinia, à nemine quantumcumque potente, devicta aut expugnata fuerit, licet variis bellorum motibus non ſemel perculſa, ut ex annalibus liquet. Pro quo beneficio termaximo ſemper devinctos Vos eſſe addecet veſtro Patrono & tutelari; prout magno ſtudio à majoribus veſtris declara- E tum eſt, ea maxime in re, quod thecam illam argenteam, auro gemmiſque ornatam, fabricarunt, nunc, ſi umquam alias, priſtino ſuo nitori & integritati redditam, qua in Martyris reliquiæ religioſè aſſervantur. Opus certe ſumptuoſiſſimum & cui par hiſce in regionibus non reperias. Vos quoque haud degeneres filii, progenitorum veſtigia inſequentes, quotannis luſtrare conſueviſtis urbem, veſtrum circumferentes Tutelarem. Nec eſt cur abs religioſo hoc inſtituto deflectatis umquam, ob hæreticorum hujus ævi deliramenta, nugantium, Sanctorum venerationibus, Dei derogari gloriæ. Et dubio procul hæc ſatanica doctrina; & à Catholicorum grege explodenda, atque mordicus retinenda F ea, quam multis ſeculis Romana & Apoſtolica obſervavit Eccleſia. Quid autem aliud honoramus, ut obiter dicam, & veneramur in Sanctis, niſi Dei dona, niſi Chriſtum ipſum viventem & operantem in illis? Qui honorat Dominum, inquit Epiphanius, honorat etiam Sanctum: qui vero ignominia afficit Sanctum, ignominia afficit ipſum Dominum. Valeant igitur hæreticorum portenta, tametſi ad ravim uſque reclament majorum noſtrorum religioſis inſtitutis. Hæc licet non neſcius ſim, vel me tacente, ſtrenue à Vobis ſenatu populoque Machlinienſi factum iri, tamen epiſtolio hoc compellandos vos eſſe duxi. Valete & proſperante Deo, Rempublicam veſtram, ut hactenus, bene beateque gubernate.

A. JOAN. DOMYNS.

INSIGNIA D. RUMOLDI.



B

De nuncupatorii & ſcuto Rumoldiano,

HActenus *epiſtolæ nuncupatoriæ Domynſii, ad quas id obſervatum velim,* vetuſtiſſimum archetypum germanicum, *quod in priori memorat, non aliud eſſe quam Legendam ipſam Belgicam, ſub finem ſeculi* XV *ſcriptam, de qua jam toties ſermo nobis fuit: quod vero in altera aſſerit,* germanicè impreſſum *fuiſſe, impreſſionem intelligo, calamo exaratam, quemadmodum eſt apographum noſtrum, niſi quis typis excuſum velit, ſed nullum ejus exemplar ad nos perveniſſe, quod ferme miraculo proximum eſſet. Ceterum, ne vel apex è Domyſii opere à nobis præteritus dici poſſit, hoc iterum loco, cum ipſo & ex ipſo inſerimus jam dicta ſuperius, & ſub finem* § 8. *expreſſa* S. Rumoldi, *ut vocare placuit, gentilitia inſignia, neſcio à quo, quo tempore, qua ratione aut occaſione concepta, quæ ſi attente conſiderentur, omnino ſuadeant, non aliam, ut ibi dixi, ætate Domynſii, Mechlinienſium opinionem fuiſſe, quam quod* S. Rumoldus *Regis Scotiæ hodiernæ filius, atque adeo non Hibernus, ſed vere Scotus Albienſis genere fuerit, quem nihilominus Dublinienſem*

C *in Hibernia Archiepiſcopum ſcriptor ille, uti ſuo loco oſtendimus, primus pronuntiaverat. Unde porro glebulæ illæ cum ſpicis (ut videtur) triticeis adjectæ aut ſcuto Scotico ſuperimpoſitæ acceſſerint, nemo hactenus vel divinando aſſecutus eſt: niſi quis ſymbolici quidpiam excogitare voluerit,* S. Rumoldo *adſcribens fœcunditatem meſſium, quæ in deſerto prius Ulmeto, nunc urbe & agro Mechlinienſi ſuccreverint; unaque uberes ſpirituales fructus, qui in gentili prius ſolo, ad Chriſtianam pietatem* S. Rumoldi *prædicationibus converſo, mira fertilitate producti fuerint. Liceat hæc omnia tam pie explicare, quam eo tempore cogitare licitum fuit. Qui anno* 1673, *mappam geographicam totius archidiœceſis edidit Florentius Langrenus, maluit pura inſignia Scotica* S. Rumoldo *tribuere, ut omnium oculis mappa ipſa exhibet; ex qua aliqui male dubitant, utrum Rumoldianas ſpicas aſſumpſerit Hovius, cum hic aperte tria viridia folia pro inſignibus habeat.*

Certe neminem unum ita deſipere exiſtimo, qui S. Rumoldum *talem umquam teſſeram ſumpſiſſe, ſibi fingere auſit, eo ſeculo, quo de id genus inſignibus necdum fuerat ſomniatum. Verbo di-*

pro mero libi- in effformato.

cam, nova iſthæc omnia, & ſatis veroſimiliter D *aut à Domynſio ipſo, aut ſaltem ejus ætate adinventa; ut & hîc locum omnino habeat vetus paræmia:* Pictoribus æque poëtis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, *quemadmodum proxime ex eodem Domynſio repræſentavimus S. Libertum ut adoleſcentem, militari habitu, totum cataphractum, bipennem dextra, ſiniſtra hodiernum ſcutum Mechlinienſe præferentem, quem hiſtoria clamat, à primis annis, ſub* S. Rumoldi *patrini ſui & à morte ſuſcitatoris ductu, clericalem & monaſticam vitam duxiſſe, functum poſt Sancti præceptoris martyrium Præpoſiti munere, & grandævum à Normannis ad S. Trudonis aram mactatum, de quo dicendum erit* XIV *Julii. Ignoſcendum hominibus, qui ex ingenio potius & pia religione, quam ex veritate ſua metiuntur, turbato rerum, temporum & locorum ordine. Sic & parmam illam Scoticam præmittit Domynſius Vitæ, à ſe ſcriptæ aut latinitate donatæ, plane oppoſitam, cum in hac ad Scotiam Hibernicam omnia referantur, ut ex ipſamet jam perſpicies. Confer, obſecro, ſequentem Domynſii prologum cum Theodorici exordio, fallor niſi statim intelligas, iſtum ex hoc deſumptum, ſed ab imperito aliquo inſigniter interpolatum, à Domynſio metaphraſticè redditum.*

PROLOGUS.

E

CHriſtianorum ampliſſimus & maximus ille honos, ſigna ſunt & recta Divorum opera. Hæc quo latius propagantur, eo amplius pii exhilarantur, perverſi autem pudore ſuffunduntur & reverentur. Magnificentia iſthæc ab ipſa ſacroſanctæ Crucis arbore prognata eſt; per quam vita mortem ſuperavit, veluti fœcundiſſimo irrigata imbre, aquæ nimirum & cruoris, ex Chriſti Jeſu profluxi pectore. Mox illa ramuſculos ſuos longe lateque extulit; hujuſmodi quidem fructus producens ac floſculos, ut horum ſuaviſſimus guſtus univerſum expleverit mundum. Reſpexit hoc ipſum in Oriente Egyptus & India, & in Occidente, altera orbis parte, Britannia cum vicina ſibi Scotia. Quamobrem qui ab æterno illuſtrata fuere ſole, quam primum prodigioſa optataque percipientes verba, ad ſacroſanctæ Crucis honorem, martyrii in ardorem, Chriſti feſtinarunt nomine. Ex horum autem numero, ab orbis terræ remotiſſimo climate Divus emicuit Rumoldus, unicus Scotorum Regis gnatus. F Is ſpectatæ vir innocentiæ & fidei conſtantia celebris, archiepiſcopatus obeundo munia, complures ad juſtitiam æquitatemque pertraxit: quique valedicto tandem ſuo regno, atque ſummo Antiſtiti præſulatus ſui dignitate contradita, divino præſcripto ac juſſu, Machliniam venit; ubi ritè candore & miraculorum Chriſti atteſtatione eccleſiaſtem agens, fatali conceſſit neceſſitati, ſacro fulgidus martyrio. Præter hæc, quoniam per Vatem regium adhortamur, ipſum ſummum Numen in Sanctis ſuis deprædicare, æquum, ſalutare rationique conſonum fuerit & id collaudare in divo ſuo Antiſtite & Martyre Rumoldo hoc loco potiſſime, quo ſacrum ejus conquieſcit corpus, per angelum quidem illi deſignato, atque per ſummum Pontificem maximis gratiarum donis accumulato, quem (inquam) locum ipſe Martyr vitæ claritate exornavit, ac poſtremo cruore ſuo ibidem effuſo magnifice adeo ſacravit. Ad tanti

itaque

A itaque Præſulis, quo accendantur omnes, veneratione, quam liquidiſſime ipſius vita & mors hîc depingetur ad Dei maximi honorem.

VITA

Ex editione Vardæi, collata cum antiquiori.

CAPUT I.

S. Rumoldi nativitas & vita ante Epiſcopatum.

B *a* *b* *David Rex Scotiæ cum ſelecta uxore*

REgni gubernacula quondam apud Scotos, urbe metropoli Gueruiana *a*, tenebat David *b* Rex, eximia quidem ac ſingulari prudentia vir, nec minus rerum copia divitiiſque affluens. Maximo is tenebatur deſiderio liberorum ſuſcipiendorum, quorum nutu & imperio Scotenſis ſua ditio pacatiſſime moderaretur. Qua de re non explendæ libidinis cauſa, quin imo ut legitima potiretur ſobole, multum diuque volvebat animo, quam ſibi moribus ac generoſitate parem jungeret conjugem; ſiquidem Sapiente teſte, cui proba contingit femina, rem haud pœnitendam ille nactus eſt. Quæ cum Rex volutaret animo, claris quædam natalibus orta, illuſtriſſimi nimirum *c* Siciliæ Regis *c* filia, cui & Cecilia nomen, miris apud eum efferebatur præconiis: honeſtatis enim ejus nomen longe lateque ſpargebatur. Præ gaudio itaque geſtiens Rex, hanc adeo ingenuam heroinam, annuente hujus parente, celebri pompa ſibi matrimonio copulavit, idque non modo ipſius, ſed & univerſi *d* ſui populi Scoteni gaudio incredibili.

c

d

cælitus monetur de prole ſuſcipienda,

2 Rex hic ſuaque conjux multo tempore una degebant, nulla edita ſobole, Dei templa pròni frequentantes, multa exercebant pietatis opera, Deum numquam non deprecantes, ut iis prolem pro ſua benignitate daret; quæ nimirum ipſis hac vita functis, regni gubernationem & tutelam ſuſciperet. Quod ut facilius impetrarent, ſanctum rogarunt Guallaferum, *e* tunc temporis Dublinenſem Archiantiſtitem (cujus pietatis ac ſanctimoniæ fama per univerſam divulgabatur Scotiam) ut ſacroſanctam precaretur Triadem *f*, ſobolem eis quo imperriret; cujus opera res afflictæ regni poſt utriuſque buſta propulſarentur. Religioſe admodum proſtravit ſeſe humi ipſe Præſul una cum rege reginaque, atque iis Deum ſuppliciter exorantibus, en apparuit Dei nuntius in *g* hæc verba prorumpens: Mittite mœrorem: ecce enim regina gignet marito prolem, eamque corpore venuſtiſſimam, Deo apprime placentem; quæ complures ab gentilitatis errore ad Chriſtum perducet, id quod res acta poſtmodum edocuit.

C

e

f

g

quæ dicente angelo, Rumoldus appellatur.

3 Juxta Angeli dictum concepit Regina, peperitque prolem inſigniter decoram. Hanc ob rem gaudebat Rex cum conjuge ſua ſupra modum: unum hoc abs Guallafero Archiepiſcopo contendentes, ut hanc ſacro tingeret fonte, quod ille haud gravate annuit. Cum autem infans baptiſmo adhiberetur, rogitabat Epiſcopus, quid nominis illi imponeret. Verum quid reſponſi darent ſuſcepturi prolem, penitus ignorabant *h* altercantes inter ſeſe, quo appellarent ipſum nomine. Hiſce animadverſis, ait ſanctus Præſul: Puer hic divinitus eſt collatus, ac progenitus, rogo itaque vos omnes, ut unà mecum religioſe in terram procumbatis, Deum quam ardentiſſime pulſantes precibus; ut quemadmodum ille ſuo munere, infantem hunc eſt elargitus, ita nomen ejus nobis ſignificare haud gravetur. Atque ipſis divinam opem obnixe implorantibus, coram adſtitit S. Guallafero Dei angelus, mandans ei, ut Rumoldi *i* nomen puero daret. Hinc non vulgariter geſtiebat ille, cum cœtu univerſo, actiſque ſuper iis Deo quam cumulatiſſime gratiis, prolem ipſam unda baptiſmatis lavit, Rumoldi nomine eam appellans.

A. JOAN. DOMYNS, *h*

Hic ab infantia ſanctiſſimus,

4 Poſt Rumoldus, uti unice charus filiolus, honeſtiſſime tenerrimeque educatus fuit, divino utique imbutus ſpiritu. Prius enim quam fari ille didicit, bonam præ ſe tulit indolem, ac demonſtravit, quanti poſtmodum meriti eſſet futurus. Ab ineunte namque ætate parſimoniæ plurimum ſtudens, corpuſculum ſuum extenuabat. Siquidem de eo fertur, ter ipſum ſingulis ſeptimanis jejunaſſe, ſecunda nimirum, quarta & ſexta diebus; tantumque ſemel iis diebus materna ſuxiſſe ubera, nullo amplius tum ſumpto corporali nutrimento, hunc & abſtinendi modum per omnem ſervaſſe ætatem. Quem non à ſe ipſo puer acceperat, at divino ex afflatu. Deus enim indicatum ipſi voluit, ternis in diebus, tres diviſas eſſe in divina & ſuperbenedicta Trinitate perſonas, atque unica in comeſtione Deiratis unitatem.

E

à Guallafero litteris inſtitutus,

5 Adolevit itaque puer Rumoldus omni in pietate, natuſque annos quinque, à parentibus piis moribus & litteris inſtituendus eſt traditus Guallafero Archipræſuli: quem paterne ille ſuſcepit & divinis litteris imbuit: quo tandem filiolus virtute & pietate divino munere inclareſceret, cui is adhæſit eam ob rem ad annum uſque ætatis ſuæ decimum quintum. Tum enim à patre evocabatur regale ad palatium, Principe dignis moribus erudiendus, tumque honorandus, uti regius heres. Parentibus itaque juxta præſcriptum Dominicum, morem gerens Rumoldus, regiam acceſſit. Verum regales pompas & honores plane averſabatur ac reſpuebat, tamquam animæ ſuæ adverſas: atque omnium abjectiſſimus eſſe ſtudebat, diu noctuque regali ædicula precationibus piis dans operam: quidquid enim rerum temporariarum ille ſibi comparare potuit, pauperibus liberaliter elargiebatur. Infirmorum curam gerebat, vinctoſque carceribus inviſebat, ceteraque miſericordiæ opera, præcepto Domini impendebat. Inter omnes denique dimiſſius, ceteriſque, Regis in palatio verſantibus, ſubmiſſius ſeſe gerebat.

F

cæleſti exhortatione totus ad Deum rapitur.

6 Quodam autem tempore dum intempeſta nocte orationi vacaret Rumoldus, apparet Dei nuntius, inquiens: Fili indolis optimæ Rumolde, Altiſſimus te præelegit & adamavit; nam ejus nomine mundanos honores ac gaudia omnia abdicaſti. Is te donaturus eſt, loco diadematis temporalis, quod tibi jure debetur, corona cæleſti. Quare in eo quod cœpiſti perſeverabis, & Domini noſtri Jeſu Chriſti veſtigia inſequi haud cunctéris. Pompas mundanoſque applauſus reſpuens, virginalem tuum florem illibatum uſque ſervato. In omnibus te ſubmiſſum exhibeto: eleemoſynas, tua ex ſubſtantia, pauperibus & egenis Chriſti nomine

A. JOAN. DOMYNS.

impartito. Populum item tibi concreditum, aut etiam concredendum, benigne instrue; Dei ecclesiam ejusmodi ministros honore ac amore prosequitor. Ab actibus denique sceleratis & cogitatibus impuris immunem te usque gerito. Altissimus enim tua facta dubio procul fortunabit, mentem illustraturus gressusque directurus tuos. Hæc affatus Dei nuntius disparuit. Ad quæ suppliciter Rumoldus: Gratias, inquit, tibi refero, Deus cunctipotens, qui dignatus sis me erudire. Oro te proinde, pro immensa tua benevolentia & amore, quo genus ipsum humanum dilexisti, quando ex summo cælo ac Patris dextera in hanc lachrymarum te de misisti vallem: qua in, amantissime Jesu, penuriam, esuriem, sitim & calorem, uti verus homo, contumelias item, injurias, derisiones, ac ignominiosissimam denique mortem, juxta prophetarum vaticinia, subire voluisti; ut mors tua amarissima, in me tuo servulo minime sit inefficax. Verum, ut pollicitus es, mei semper curam habeas, quæso; inque viam mandatorum tuorum me deducas, quo tandem post hanc
B vitam, cælestem percipere merear coronam, cujus ergo, terrestre regnum dereliqui. Atque hunc in modum adolevit Rumoldus multa conspicuus sanctitate, ita ut ab omnibus adamaretur.

ANNOTATA F.B.

a *Urbs* Guerviana, *aliis* Verwich; *& genuino nomine, ut putat Vardæus*, Guari *vel* Guare: *fatetur hic nullam talem metropolim inveniri in Hibernia hoc tempore; sed antiquitus fuisse plures, quæ nunc aut vici sunt, aut pagi, qui nomen antiquum servant. Existimat autem idem Vardæus, hic agi de eo vico seu municipio, quod vulgo etiamnum vocatur* Guere an Ri, *id est* Gueria Regia, *distans* Dublinia, *triginta septem millibus passuum versus* Wexfordiam. *Si plura vis, aut anecdotis Hibernicis delectaris, ipsum adi: nobis non lubet res incertissimas, aliis æque obscuris involvere.*

b *Hic Vardæus contra Scotos Albienses seu modernos, ut ostendat* S. Rumoldum, *Scotum Hibernum fuisse, contendit, nullum Regem Scotiæ Albiensis inveniri uspiam, qui potuerit Pater* S. Rumoldi *fuisse, & id quidem meo judicio rectè contendit, sententiam ejus approbante Molano. Rejicit etiam Vardæus omnes Scotorum Albiensium*
C *sententias, de Patre* S. Rumoldi. *Verum dum ipsum quærere incipit in Hibernia; ante omnia asserit,* tam certum esse Rumoldi parentem in Hibernia regnasse, quam est difficile assignare, cujus regni aut ditionis Rex aut regulus fuerit. *Ostendit etiam, omnes Reges Hibernos, qui Davidis nomine gloriati sunt, tam procul ante aut post* Rumoldi *tempora regnasse, ut eum genuisse non potuerint: tandem per conjecturam, ut ipse ait, probabilem, assignat Davidem aliquem regulum in Lagenia, à quo per varios Reges Hibernicos, genealogiam* S. Rumoldi *deducit usque ad Millesium Hispanum, & inde usque ad Japhetum filium Noë: in qua serie genealogica ego nullum gradum probare possum aut negare, deficientibus tam Hibernicis quam Hispanicis monumentis, præter ultimum, nempe Japhetum fuisse filium Noë, quod de fide est: hinc patet, si ego per conjecturam dixerim,* S. Rumoldum *Anglo-Saxonem fuisse nobilem, non peccasse me contra auctores ad testandum idoneos. Vide dicta superius variis locis.*

c *Vardæus hîc ostendit, Reges & Principes Hibernos sæpe habuisse conjuges, filias exterorum Regum aut Principum, adeoque nihil mirandum fuisse, si David Rex in Lagenia duxisset sibi in uxorem filiam externi Principis, præsertim cum haberet in sua ditione Dublinium, celeberrimum emporium, quo facile aliorum Principum fama & notitia perferri potuit. Nec obstat, quod sæculo septimo exeunte, quo* S. Rumoldi *parentes floruerunt, Sicilia Regem non habuerit; potuit enim, quod alibi refutavimus, Reguli aut Principis cujusdam filiam ducere, quæ filia Regis & credita sit & dicta in Hibernia. Ceterum Vardæo verosimilius est, in monumenta Mechlinienſia, quæ Domynsius vertit, transcribentium ignorantia,* Siciliæ *irrepsisse, pro* Casiliæ, *qui cum forte nusquam alias Regem Casiliæ legissent, notissimi regni vocabulum substituerunt. Itaque juxta Vardæum,* S. Rumoldi *mater fuerit filia Regis Momoniæ, qui vulgo à Casilia seu Caselia Momoniarum metropoli, Rex Caseliæ Hibernis vocatur. Hujus multo facilius, quam Siculæ Heroinæ, probitatis fama increbrescere poterat in vicina Lagenia, credique potest, nomen Cæcilia tum temporis satis usitatum fuisse feminis Hibernis. Ego autem existimo, Acta Domynsiana*
E *tantæ auctoritatis & antiquitatis non esse, ut certum facere alicui possint Hibernum fuisse sanctum Rumoldum, nec satis credibilia reddere, quæ tanto molimine volvit & revolvit Vardæus, ut supra non semel observavimus in Commentario prævio.*

d *Non videtur auctor vitæ assentiri opinioni Vardæi, asserentis patrem* S. Rumoldi, *regulum dumtaxat fuisse in Lagenia, non autem totius Hiberniæ monarcham, qualem hic videtur agnoscere auctor vitæ, cui non nisi Rex magnus & potens placere potuit.*

e *Dempsterus lib. 7, num. 590, ita de Gualafero narrat, teste Vardæo:* S. Gualaferus Confessor & Episcopus, hoc est, episcopali titulo usus ad liberiorem Euangelii prædicationem, S. Rumoldi Scoti comes & discipulus, cum eo ex patria in Belgium appulit, omnium laborum usque ad martyrium particeps. Joannes Domyns in vita illius Sancti: nec plura de eo comperta. *Miratur hic Vardæus Dempsteri cæcitatem vel impudentiam, affingentis Domynsio, quæ certe non habet, immo quibus contraria scripsit. An somniat Dempsterus dum dicit:* S. Gualaferus confessor & Episcopus, hoc est episcopali titulo usus ad liberiorem Euangelii prædicationem, *an Episcopum se mentitus est*
F *ad liberius prædicandam fidem? Quæ hæc Dempsteri ineptia? Magna, fateor; at solus non cuvit.*

f *Videtur hujus vitæ auctor supponere, ante tempora* S. Rumoldi *ecclesiam sanctissimæ Trinitatis Dublinii conditam & consecratam fuisse, quod quam abhorreat à vero, dixi in commentario prævio.*

g *Frequentes angelorum apparitiones, vitam ab ignoto auctore descriptam, reddunt de fabulositate suspectam. Adverte autem, angelos apparuisse* S. Rumoldo, *vel ipsius causa, in Hibernia & Romæ, non autem in Belgio, Germania aut Gallia: nam ille, qui vitam hanc composuit, de Actis* S. Rumoldi *in Hibernia aut Romæ parum noverat; ideo voluit ea angelorum consilio & suasione peracta demonstrare, & ipsorum apparitionibus ornare. Historiam autem vitæ, in Belgio, Germania & Gallia transactæ, potuit contexere ex Mechlinienſium traditionibus, quæ etiam miracula quædam, alibi patrata, circumferebant.*

h *Quis credat, Regis filium ad baptismum solenniter deduci, nec quidquam ante ex consilio statui*

A *tui de imponendo nomine. Quis credat Patrinos prolis regiæ ante interrogationem Episcopi nihil cogitasse, aut deliberasse de imponendo nomine, ut de eo interrogati, hæreant attoniti tamquam Jovis ignibus icti, & deinde altercari incipiant.*

i Habent hoc merita Sanctorum, ut nomen à Deo accipiant, *inquit ex S. Ambrosio Vardæus, ac deinde* Rumoldum *in multis S. Joanni Præcursori comparat, qui etiam ejus festo similemque ob causam martyrio coronatus sit. Deinde cum nomen* Rumoldus, *non inveniat in tota Hibernia, adfert duo non multum discrepantia* Rumoel & Rumond, *quæ putat in* Rumoldum *facile à Latinis potuisse mutari; qui talium curiosus est, ipsum adeat. Ego existimo nomen Rombout, ipsi inditum in Baptismo, à Latinis, cum jam Sanctus coleretur, esse mutatum in* Rumoldum. *Vide notationem* F *ad cap.* I *Theodorici.*

CAPUT II.

B

Archiepiscopatus in Hibernia.

POst hæc conventum iniere parentes, una cum universo Scoteni regni optimatu, quo nimirum adolescenti Rumoldo conjugem æque nobilem deligerent. Post longas itaque super hac re consultationes inter ipsos habitas, mandat genitrix suis famulis, ut filium adducerent. At non est is tum repertus, in vico aut platea *a* lusitans, uti juventus plerumque adsolet, sed sacra in æde orationi vacans. Hinc eductus est ad suos genitores, adstantibus universis regni proceribus. Nos, inquiunt ad illum, ea gratia collocuti sumus hodie, consultumque nobis videtur, ut heroinam stemmate illustrem, in conjugem adsciscas, quacum post fatalem patris tui diem, regnum gubernes, liberos ex ea suscepturus, ne Scotenum regnum legitima tandem sobole orbum foret: quibus auditis respondit; Vos parentes observantissimi & magnates universi, ne, quæso, ullam super hac re mihi feceritis mentionem. Vanis enim hujusce mundi honoribus, C ac mulierum amplexibus longum vale dixi: quin etiam, totum memet Deo creatori meo devovi, ac perpetuo corporis hujus castitatem servare constitui. Dominus item Jesus, qui mundanum respuit regnum, mihi in mandatis dedit, ut nuditate ipsum subsequerer, animique dejectione, ac vitæ asperitate. Eheu animadvertite vos, quid mihi prodessent mundanum imperium & mulierum amplexus, quando brevi hinc emigrandum erit, tumque nihil habiturum, quod gratitudinis loco pro acceptis tot ab eo munificentiis illi referam. Idcirco vocem hanc, oro, supprimite: nam animo statui meo, dum spiritus hosce rexerit artus, sanctam, pudicam piamque hîc transigere vitam.

Ad nuptias à matre solicitatus,

a

mundana omnia constanter respuit.

8 His autem perceptis, arguit mater filium quam acerrime. Haud, inquit, te adeo imprudentem existimassem, ut magnificentiam regiam tam parvi duceres, vel eo maxime, quod non minus in ea divinis operam dare queas rebus. Ad quæ adolescens Rumoldus; ita est, dulcis mater, ut asseris: sed id quidem dubium, nec omnino tutum. Infracto animo ille sit oportet, qui terrenis hisce negotiis implicitus, incontaminatam nihilominus duceret vitam. Quamobrem certius nil, quam mundi hujus evitare pompam. Quibus animadversis, meminit pater verborum, quæ Guallaferus nuper de puero hoc, ante ejus conceptum cælitus edoctus, pronuntiasset. Ea propter diligentius filii verbis auscultavit, quam mater ipsa. Quidquid ergo ab ipso & aliis, super adolescente constitutum erat, filii reliquit arbitrio. A. JOAN. DOMYNS.

Designatus ab angelo Guallafero successor,

9 Sub hæc contigit, Guallaferum Archiepiscopum è vivis excedere: summi itaque templi Canonici, ut par erat, in unum coîere, colloquendi gratia super novo in demortui locum eligendo Episcopo. Verum hac in electione parum illi convenere, at maximæ inter eos sunt exortæ disceptationes; demum eo res devenit, ut cujusdam viri, haud pœnitendæ sanctimoniæ ac sophiæ, monitu, ad religiosas preces conversi sint Canonici. Quo cum obnixe implorarunt ii divini numinis favorem, quo certius redderentur, quisnam potissimum ad episcopale munus adsumendus. Nec fuere vanæ eorum preces; mox enim ipsis apparens E è cælo angelus, clara voce intonuit: Deus omnipotens, inquit, vestrum omnium exaudivit preculas, qui & jussit vobis indicare, ut unicum Scotorum Regis gnatum, Rumoldum nomine, in Archiantistitem communibus designetis suffragiis, ad hoc namque ipsum delegit æternum numen, siquidem dejecto ille sit animo, vitæ parsimonia celebris, nec minus castimoniæ ac munificentiæ amans, & is qui pietate in dies succrescat.

in Archiepiscopum electus,

10 Quibus auditis, maximo perfusi sunt gaudio Canonici, atque unanimes elegere D. Rumoldum in Antistitem. Hæc quidem designatio rata firmataque ut foret, advocarunt & Cantuariensem *b* Præsulem ac binos Episcopos vicinos, summis expetentes votis, ut novelli Antistitis declarationi interesse haud gravarentur, eamdemque approbarent & designatum Præsulem inaugurarent. Quorum Postulatis annuentes Episcopi, mox eo pariter advolarunt, atque omnem rem gestam inibi sunt edocti per F Canonicorum gregem, qui & decenti admodum ac humili apparatu dignissimos Antistites exceperunt.

b

à Cantuariensi & 2 aliis Episcopis,

11 Auditis ac perceptis omnibus, quæ prius contigerant, confirmarunt Cantuariensis & reliqui duo Episcopi electionem prius factam. Eaque de causa, adjunctis sibi Canonicis ac Clero universo, regale accesserunt palatium, una cum vexillis sacris. Atque iis regiæ jam proximis, conspexit Rex adventantem clerum, ignarusque *c* rei, admiratus est haud mediocriter. Perbenigne nihilominus ac religiose eos suscipiens, perquirebat adventus eorum causam, simul qua de re hujusmodi apparatu ipsum accessissent, siquidem prophanum principem ageret. Tum loqui exorsus Cantuarianus, rem actam Regi aperuit, ut puta filium ejus unicum in præsidem archipræsulatus Dublinensis communibus suffragiis à Canonicis declaratum esse, atque hunc, uti ipsorum collegam, confirmatum. Efflagitabant igitur à Rege, ut unicum ejus gnatum ac regni heredem in Episcopum provehi admitteret, quemadmodum istud à Dei nuntio proditum esset.

c

de parentum consensu inaugurator:

12 Perspiciens autem Rex, hoc ipsum Dei nutu gestum esse, Antistitum Canonicorumque annuit optatis; gratias & iis agens, qui tali ipsum ac ejus filium dignati essent honore: Quibus etiam ut faceret satis, asseruit, filium Ru-

A. JOAN. DOMYNS. Rumoldum ædicula in regia orationi vacare. Ad quam illico profecti Cantuarianus ceterique Præſules, una cum Clero ac plebe, repertus eſt is precationibus incumbens. Tum Cantuarianus præfatus eſt: Rumolde, Dei amore flagrans, priuſquam in utero materno concipereris, elegit te æternum Numen in Dublinenſem Archiantiſtitem, ac gregis ſui paſtorem, ut nimirum ipſius Chriſti oviculas, ſuaviſſimi divini verbi pabulo paſcas, atque Deum ipſum colere ac revereri inſtruas, quin etiam, tuo ut cruore conſecres Dei Eccleſiam. Quapropter age, accingere jam lætus, quo Dominus Jeſus te vocat, quem amore proſequeris ac revereris, neque ei quoquomodo relucteris. En, viſum eſt nobis, te in Archiepiſcopum Dublinenſem deſignare, totus enim Canonicorum grex angeli monitu te delegit in ſuum Antiſtitem. Quibus auditis, animo conſternatus eſt divus Rumoldus, dictitans, ſeſe hujuſmodi munere indignum, quique modis omnibus conabatur ſeſe eximere ab ardua provincia ſibi oblata. Tandem ne prorſus videretur divino adverſari beneplacito, ſupplici-
B ter annuit optatis. Tum in mandatis extemplo dedit Canonicis Cantuarianus Archipræſul, ut ipſum ad ſummum templum deducerent: ibi enim conſtituerant Romano more eumdem archipræſulatui Dublinenſi inaugurare, non ſine celebri ceremonia ac gaudio.

illis porro valedicens, 13 His peractis, Cantuarienſis ceterique Pontifices abeundi copiam petiere à novello Epiſcopo, Rege ac Regina, ſicque ad ſuas diœceſes abſceſſere. Rex atque Regina gratias agebant Deo pro tanto munere ſibi & ſuo filio collato, adhortantes eumdem, ut in divinis, uti cœperat, perduraret, nec inde deflecteret umquam; deprecantes filium, ut Deum optimum maximum diu noctuque exoraret pro eorum & Scoteni regni proſpero ſucceſſu. Suis denique parentibus valedicens, ſacroſanctæ ac divinæ Triadi hoſce commendavit.

de SS. Trinitate prædicat. C 14 Valere juſſis in hunc modum ſuis genitoribus, vir ſacer Rumoldus, conſciuſque ſibi deprædicandi licentiam traditam, primam concionem habuit de ſuperbenedicta Trinitate atque exorſus eſt ejuſmodi procœmio: In principio erat Verbum, de potentia ſcilicet Patris in divinitate, deſcendendo ad filii Jeſu Chriſti natalem, quo uſque totum divi Joannis Euangelion populo adnuntiaſſet. Plures alios ſermones indies dicebat, ita ut plurimos ab incredulitatis errore *d* ad verum attraxerit Chriſtianiſmum, haud paucos etiam, Chriſti profitentes nomen, ſed impie viventes, ſana ſua doctrina & miraculorum operatione, ad ſuorum perduxit ſcelerum pœnitudinem.

d

atque omni virtutum genere effulget. 15 Præſul hic Rumoldus tantâ fulgidus ſanctitate ac benignitate, ut aliis eſſet virtutis exemplar, ipſe ſinceritati dabat operam; in abſtinentia, nimis quam acerba, vivebat; duris item in laboribus & vigiliis aſſiduus; quin etiam animo ſubmiſſus, extrema in rerum inopia degebat. Quidquid enim poſſederat, ſibique corradere poterat, totum id egenis, Chriſti impertiebatur nomine.

ANNOTATA. F. B.

a *Adoleſcentes regii, de quorum matrimonio agitur, non ſolent ludere in plateis plebeiorum more, ſed in ſuo palatio cum nobilioribus ſe recreare.* D

b *Duos alios Epiſcopos putat Vardæus fuiſſe Lincolnienſem & Londinenſem, ſed miratur accerſitum Cantuarienſem Archiepiſcopum, omiſſo Ardmachano, totius Hiberniæ Primate: concedit tamen, quacumque ex cauſa, ipſum ordinatum fuiſſe à Cuthberto Archiepiſcopo Cantuarienſi. Verùm parum hæc ad me, qui credere non poſſum* S. Rumoldum *umquam Epiſcopum Dublinii fuiſſe. Non eſt tamen quod miretur Vardæus, ſiquidem quatuor ultimi Epiſcopi Dublinienſes quarto ſcilicet poſt* S. Rumoldum *ſeculo, in Angliam profecti, ab Archiepiſcopo Cantuarienſi conſecrati ſunt. Hoc ſciens vitæ primus auctor, auſus non eſt Ardmachano Archiepiſcopo* Rumoldi *ordinationem adſcribere. Qui plura hac de re deſiderat, adeat Vardæum & Waræum.*

c *Quî potuit Rex hoc ignorare? Convenerat Clerus ad electionem novi Præſulis; inter electores orta eſt diſcordia, quæ concordari non potuit, niſi per preces & angelicam apparitionem. Interim Rex in eadem urbe habitans & forſan non procul ab eccleſia, hæc omnia ignorat. Divino monitu filius ſuus unicus eligitur Epiſcopus, & Rex ignorat. Oportet Clericos fuiſſe arctiſſimæ taciturnitatis, ut per menſem integrum, tantum enim temporis neceſſe eſt intercurriſſe, antequam Cantuarienſis cum duobus aliis Epiſcopis ex Anglia veniret in Hiberniam; per menſem, inquam, integrum nullus electorum indicaverit Regi, filium ſuum eſſe electum Epiſcopum, niſi forſan ſub pœna excommunicationis revelatio electionis fuerit prohibita: at neſcio an vel tunc tacere potuiſſent omnes. Adveniunt tres Epiſcopi ex alieno regno, quibus jam innotuerat quam ob rem advenirent: & hi inſalutato Rege, ſtatim ad eccleſiam ſe conferunt, electionem confirmant, & principem ſine mora quærunt ordinandum, ne uno quidem præmiſſo, qui Regi cauſam adventus eorum indicaret. Ego etiamſi credere deberem,* S. Rumoldum *fuiſſe Epiſcopum Dublinienſem, non crederem umquam, tali modo electum & per ſaltum, ut ajunt, conſecratum fuiſſe.* E

d *Vardæus, qui auctorem Sancto fere coævum exiſtimat, putat hæc intelligenda de incredulis exterarum nationum, qui negotiorum vel recreationis cauſa Dublinium veniebant; nam tum converſâ ad Chriſtum totâ Hibernia, non ſupererant qui converterentur. Ego credo, auctorem dum hæc ſcriberet, tantam de Dublinio habuiſſe notitiam quantam de omnibus civitatibus longe diſſitis: & de* S. Rumoldo, *quantam de omnibus Epiſcopis, quos nec ipſe nec majores ejus umquam viderant; adeoque ea ſcripſiſſe de* Rumoldo, *quæ de quovis ſancto Epiſcopo, in civitate quadam barbara degente, ſcribere potuiſſet.* F

CAPUT III.

Peregrinatio Romam ſuſcepta.

Ob divinum oraculum regnum deſerens, QUodam deinceps tempore, dum circa noctis medium orationi ſe daret divus Rumoldus, apparuit ei Dei nuntius, ita inquiens: Paterno valedicito regno tuoque Archipræſulatui, exteras petiturus regiones. Patre namque ejus hac vita functo, univerſa Scotiæ nobilitas, cum promiſcuo populo, conſtituerat hunc, veluti ſingularem heredem *a*, regno inaugurare. At vir ſacer Rumoldus, animo quam diligentiſſime perpendit omnia, quæ ipſi ab *a*

an-

A angelo nuper denunciata fuerant, ac voluit divino oraculo in omnibus gerere morem. Ea propter animo volutabat suo, quomodo Dominus noster Jesus Christus Cæleste suum regnum propter hominem reliquerit, descenderitque in hanc miseriarum vallem: in qua multa ob humani generis salutem etiam perpessus est incommoda. Juxta angeli itaque monitum, firmiter ille constituit, proprio se abdicare regno Scotensi & pœnitentiæ subire molem; non quidem instar Simonis Cyrenæi ad hoc compulsi, ut Domino, in ferenda cruce, opem ferret, sed sua sponte illud aggressus est. Utque huic jam sancto instituto faceret satis, clam & inscio suo populo, natale excessit solum; ne scilicet violenta manu ipsum detinerent.

In Gallia eam illuminat b

17 Patria itaque egressus est vir sanctus ac primo in Angliam devenit, navicula transvectus, quæ contorta erat ramis, & corio sive bubalo obducta tergore *b*, eaque compicata. Post B in Franciam transmeavit, ubi quemdam reperit à nativitate cæcum, ab ipso stipem exigentem. Huic ait: Aurum & argentum aut aliud, quo tibi subveniam, non est mihi: at Jesum Christum, qui etiam, divino suo imperio, cæco nato oculos adaperuit, deprecor, ut & tibi, ab ineunte ætate oculis capto, visum impertiat. In hujus etiam nomine tibi dico surge & illuminare, laboribus tuis tibi comparaturus victui necessaria. Et evestigio aperti sunt oculi, conspiciebatque clare. Tum gratias, quam potuit maximas, agebat mendicus Deo ac divo Rumoldo, votum altissimo faciens & dilectæ suæ genitrici, purissimæ Mariæ Virgini, se deinceps totis viribus obsequium gratum præstiturum. Hoc edito signo, atque sana sua deprædicatione, quam divus Rumoldus in Francia habebat, complures gentiles ad Christum pertracti sunt, sacrum Baptisma expetentes. Non paucos etiam ad suorum scelerum detestationem & resipiscentiam ille promovebat.

atque in Germania elephantiasm.

18 Nonnullis inde aliis diebus interjectis, C Alemanniam sive Germaniam superiorem pervenit vir Dei Rumoldus: qua in provincia sæpenumero de nostra religione verba habuit. Itaque elephantiacus quispiam gentilis ipsum adibat, hunc in modum prolocutus; Si, inquit, vir sanctus es, qualem te homines prædicant, mihi eleemosynam quampiam contribue. Ad quæ divus Rumoldus: Temporariam stipem, unde tibi donem non habeo; ac spiritualem tibi impertio. In Christi Jesu D. N. Nomine, qui decem curavit leprosos, erige te à loco quo consistis, atque fidens Deo, crede in ipsum moxque à tua sanaberis lepra. Qui sine mora surrexit, ac toto corpore purgatus est instar pueri recens nati. Quam ob rem leprosus hic illico in Christum credidit, ac sacro baptismate tinctus est per virum sanctum: quem adhortabatur imperabatque, ut posthac vitia præcaveret & peccata. Hocce autem tam celebri signo complures ad Christum attracti sunt: quo dein præstito, populoque edocto, per montana & convallia iter fecit D. Rumoldus inter Germaniam & Italiam. Ac quocumque ille locorum adveniret, popello Christum Jesum religiose admodum annuntiabat, eo loci perveniens, quo Annibalem *c* naturæ vim feciſſe apparet, qui Alpes peragravit Romam usque. Igitur vir sacer Rumoldus Romam pervenit, non sine summo animi desiderio atque labore improbo. A. JOAN. DOMYNS.

Romam appulsus, dignitatem Papæ resignat d

19 Anno post Christum in terris natum septingentesimo quinquagesimo secundo, ex humanis decessit *d* Pontifex maximus Zacharias, cui in Pontificatu successit vir pius Stephanus, ejus nominis secundus. Hujus tempore Romam invisit D. Rumoldus, Pontificemque ipsum adiens, sacratissimis ejus pedibus supplex sese provolvit, quos & deosculatus est. Quem honorifice salutans, summopere petiit ab eo, uti annulum consecrationis, juxta quod postulabat, quo Archipræsul Dublinienſis initiatus & declaratus esset, suscipere haud gravaretur. His auditis, supra modum admiratus Pontifex, ita ipsum affatus est: Quisnam es, inquit, fili *e*, quodque tibi nomen, & quis archiepiscopatus ille, cujus mentionem facis? Tum ille; Rumoldus mihi nomen, ex Scotia oriundus ego, archiepiscopatus, de quo loquor, Dublinienſis est. Ceterum Pontifex ob celebrem, quam de viro sancto jam pridem audierat, famam, hunc ait in modum: O Fili, Scoteni regni legitimus prognatus es heres; super te jam dudum haud sinistrum sanctimoniæ percepi rumorem. Quin te ad archiepiscopatum illum divinitus adscitum esse intellexi. Qua de re, dilectissime fili; tuum repete regnum, atque illius regionis populum maxime efferum, Christi suavissimo jugo subde, ne à justitiæ tramite aberrans, in errorem deviet: at veluti impiger sacrorum custos, populum hunc ad Christi gregem, hoc est æternam vitam, adducas. E

qui eam invitus admittit & alteri confert.

20 Ad quæ vir sanctus: Minime, inquit, sanctissime Pater, ita fieri æquum est; siquidem ipse Christus summus animarum pastor in Evangelicis litteris pronuntiavit: Nisi quis parentibus omnibusque, quæ mundi hujus sunt, abrenuntiaverit, haud Dei regno aptum fore. Igitur, Pater, quando ab angelo edoctus sim, ad Euangelii normam, meam componere vitam, animo constitui, hisce, quæ mundi sunt, longum vale dicere. Quam ob rem Sanctitati tuæ demando quod spirituale; & quod profanum, profanis principibus trado; sicque Christum Jesum, qui nostri causa egestatem tulit, nudus imitari statui quoad vixero. Hinc non immerito mater sancta Ecclesia, in hujus celebris viri præconium secunda in cantione matitunali, quam responsorium vulgo F appellant, ita de eo concinit: Hic vir prudens & fidus Jacob, ob Rachelis formam parentes & patriam deserens, cælicolas contendit, per despectum spernens ignominiam; genus & delicias, culmen Præsulatus, regales divitias calcat vir sacratus. Porro penitus perspecto sincero ejus animo, nolens summus Pontifex ei quoquo modo adversari, archiepiscopatum à divo Rumoldo per annulum suscepit, sed & Dublinensi præsulatui suo tempore de altero provisum est pastore *f* per *f* Pontificem.

ANNOTATA F. B.

a *Cum* Rumoldus *jam esset Episcopus consecratus, non poterant eum in Regem assumere, nisi voluissent regnum & episcopatum unire ita ut successores ejus semper fuissent simul Reges & Episcopi, prout in imperio, qui Episcopus est, etiam re-*

A. JOAN. DOMYNS.

regionis eſt princeps. Quis credat, hoc voluiſſe Hibernos? Quis credat, voluiſſe eos ſibi Regem aſſumere, ex quo certi erant ſe heredem non habituros.

b *Simili cimba S. Algiſus die 2 Junii ex Hibernia procul dubio trajecerit in Franciam. Verum ut facilè admitto, tales naviculas in uſu fuiſſe Hibernis, ad trajicienda freta & flumina, ita nego eas aptas fuiſſe ad tranſnaviganda maria.*

c *Satis apparet, hunc locum ex Theodorico ſumptum: aſt utrobique male collocari Annibalis per Alpes tranſitum, norunt qui Romanam hiſtoriam vel à limine ſalutarunt. Multa hic auctiora ſunt, quam in antiquis Legendis.*

d *De Zacharia & Stephano non male divinavit; ſed quid cum Stephano, paucorum dierum Pontifice, agere potuerit* S. Rumoldus, *alibi dixi. Vide Vardæum pag. 83.*

e *Melius ſervaretur viriſimilitudo, ſi Papa, ut ſolet, Archiepiſcopum* Fratrem *compellaret.*

f *Mirabile hoc videbitur nonnullis & non ſatis congrue confictum,* S. Rumoldum *à Canonicis Dublinienſibus fuiſſe electum Epiſcopum, & ſine prævia Pontificis approbatione conſecratum: ſucceſſorem autem immediate à Pontifice electum & confirmatum. Quis jus electionis eccleſiæ Dublinienſi abſtulit? Succeſſorem* S. Rumoldi *exſtimat Vardæus fuiſſe Sedulium, filium Luathi quem Marianus Gormanus in ſuo Martyrologio ad 12 Februarii, vocat Epiſcopum de Ath-cliath, hoc eſt Dublinii: & Martyrol. Dungallenſe inſuper addit, deceſſiſſe anno 785. Verum hæc omnia exiguam auctoritatem conciliant, quia non ſunt antiquorum auctorum.*

B

CAPUT IV.

Roma Mechliniam proficiſcitur & ab Adone Comite benigne ſuſcipitur.

Roma ab angelo de martyrii loco edoctus,

C

HIs omnibus ita geſtis, gaudio perfuſus vir ſanctus, ſacra inviſit loca, quibus cruci affixus erat Petrus & capite plexus Paulus, aliique ſancti Martyres pro pietate occubuere. Ex intimis animi præcordiis ac profuſis lacrymis Deum quoque deprecabatur, ut ſanctorum Martyrum cœtui adnumerari mereretur. Perluſtratis dein quam religioſiſſime ſacratis locis omnibus, ſecundo apparuit ei è cælo Angelus precationibus vacanti, atque ait: Neutiquam hoc loco martyrium ſubibis; at redi eadem, qua huc veniſti [via] quouſque eo pervenias, quo Scaldis fluvius in mare ſe exonerat *a*, naturaque, juxta lunæ curriculum, labitur ac perfluit: nam eam regionem ſacratiſſimis tuis es illuſtraturus exemplis & martyrii denique laurea inſignitus, regnum pertinges cæleſte. Atque hæc affatus Dei nuntius, mox ab oculis evanuit. Tum gratias quam religioſiſſime Deo egit S. Rumoldus, qui ei dignatus eſſet demonſtrare locum, ſuis ſceleribus *b* expiandis idoneum, ipſumque divorum Martyrum catalogo inſcribendum delegiſſet.

a

b

eumdem, à Papa benedictionibus cumulatum, quærit;

22 Surgens prima luce vir religioſus, ſummum adiit Pontificem, poſtulata ab eo abeundi facultate ad pœnitentiæ locum, Summis item votis expetiit locum, ſibi ab Angelo deſignatum, donis ſpiritualibus per Pontificem accumulari. Idcirco Pontifex maximus; quoniam, inquit, non caducum quid, ſed quod æternum eſt, exigis, non te remorabor diutius. At abi pergeque, quo Dominus te Jeſus per ſuum evocavit Angelum, omni iſtic virtutis proficiens genere. Imbecillis, tuâ ſanctâ doctrinâ & pietate, adde animum; à noſtra etiam religione alienos ad Chriſtum reducito, aſſidua tua deprædicatione. Quin etiam auctoritate Dei omnipotentis, cujus vices in terris obeo, ſanctorumque Petri & Pauli Apoſtolorum, benedico *c* locum illum tuæ manſionis, ut quicumque divinum favorem in eo perquiſierint, tuis meritis eumdem impetrent. Sit in eo loci fauſtitas, ſanctimonia, benedictio & omne bonum, ut quotquot Deum ipſum inibi ſint imploraturi, te promerente, quoad mundana ac caduca, quæ aſpernatus, bene fortunent, gaudeant & jucundèntur in divinis ac perpetuis rebus, ad quas aſpiraſti. Secundum hæc, Pontifice valere juſſo, Romam vir Dei egreſſus eſt, haud dubie perveniendi cupidus in ſolitudinem, ſibi à cæleſti nuntio demonſtratam.

D

c

ſanatoque in Lombardia dæmoniaco,

E

23 Cum dein ſacer vir Rumoldus pertranſiret Lombardiam, percepit inibi plures miſere ejulantes, qui & opem ejus implorabant. Ac confeſtim didicit ille, populum idcirco mœrore affectum anxiumque, ob quemdam à cacodæmone obſeſſum, à quo nequaquam liberari poſſet. His animadverſis, doluit ſupra modum divus Præſul miſeri hominis vicem, inquiens, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui mutum expulit dæmonium, pro ſua benigna miſeratione ac ſummo imperio, te jam integræ ſanitati reſtituat. Tum ſpiritui impuro, Dei imperavit nomine ſanctus Rumoldus, ut miſerum deſereret. Nec mora, mox ceſſit ab homine, juxta ſancti viri juſſa. Verum adeo infeſtus erat languido dæmon, priuſquam cederet, ut mortuo ſimilior videretur, quam viventi. Hanc ob rem obnixe precati ſunt illum, dignaretur & infirmo à Deo impetrare corporis incolumitatem, veluti à muto dæmone ipſum liberum reddidiſſet. Tunc manu â terra erexit morbidum ſanctus Præſul; abi, inquit, ſanus, neque ſceleribus amplius te commacules; at cura, ut poſthac reſipiſcas, & me miſellum peccatorem divino quoque numini commendes. His quidem verbis dæmoniacus ipſe priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati, ita ut plurimi hoc ſigno ad Chriſtum attracti ſint.

F

Mechlinia, die Veneris ſancto ſaltantes corripit.

24 Profectus inde vir ſanctus, Germaniam peragravit, ad Scaldem uſque, tantiſper ſuæ habitationis quæritans locum à cæleſti nuntio ſibi deſignatum, quouſque Machlinienſi ſolo vicinus eſſet. Erat is tum locus multum vaſtus & incultus, vepribus, ſentibus & arboribus luxurians, ac nil niſi ferarum domicilium. Atque hoc loco magnam hominum vim reperit divus Rumoldus, ad citharæ tibiæque & muſices ſymphoniam, choreas ducentium; idque circa diem ſacrum, quo Dominus noſter humanam ſalutem eſt operatus in Crucis ſtipite. Hoc autem conſpecto, tripudiationes horum interrupit, ac exorſus de noſtra religione verba facere, populo rudi annuntiare cœpit, quæ quantaque Dominus Jeſus pro noſtra omnium ſalute eſſet perpeſſus mala; tanta quidem energia, ut populus mirum in modum divino accenderetur amore, ac ſacroſanctæ Triadis notitia partim imbueretur. Cum dein concioni finem feciſſet vir religioſus, nemoris deſerta petivit, rerum cæleſtium contemplationi vacaturus.

A *Porro ab Adone benigne ſuſcepius,*

25 Eadem tempeſtate commorabatur inibi Archicomes quiſpiam præclara Pipini *d* Regis ſtirpe progenitus, Ado nomine, provinciæ illius à primis annis gubernator. Erat huic generoſa conjux, Elyſa *e* appellata, quacum in matrimonio, infœcundo tamen (neque enim quidquam ex ea liberorum unquam tulerat) vixerat annis ſexaginta. Iis ſignificatum fuit, divum Rumoldum perſanctæ Dominicæ paſſionis myſterium populo annuntiaſſe, ita ut hunc à ſaltationibus, quibus operam dabat, retraxerit, & plurimos in Chriſti amorem ſuccenderit, ac illuſtrarit. Horum certiores redditi Comes ſimulque uxor, mox accerſito per internuntium viro Dei, rogarunt ut non dedignaretur ad illorum deflectere ædes; erat enim ipſis quod illi indicatum vellent. Quorum petitioni haud gravatim annuens vir ſanctus, ipſorum domicilium ingreſſus eſt, ſane quam honorifice ab iis receptus: gaudebant enim non mediocriter ad tam celebris hoſpitis adventum, ſuppeditantes ei quæ ad victum ac veſtitum opus habebat. Divus Rumoldus è diverſo, haud immemor beneficii, corporeæ alimoniæ loco, hoſpitum animos verbo paſcebat Euangelico. Cohortabatur inter cetera eos ad miſericordiæ opera egenis impendenda, quod eſſent Deo apprime grata & accepta. Ceterum quando illis piè erudiendis operam daret, ſedem eidem parari juſſit Comes ſuo in palatio ſatis accommodam, in qua nimirum

B Deum pro utriuſque ſalute precaretur.

ſterili uxori fœcunditatem impetrat.

26 Quodam autem die, commorante ibidem ſancto viro, deploratum fuit ei per Comitem ejuſque conjugem, quomodo multo tempore jugali vinculo adſtricti una vixiſſent, ſed nulla edita ſobole: eamque ob rem, poſt fatalem ipſorum diem, dominia ſua multifariam diſpertienda. Quam religioſiſſime itaque rogarunt divum Rumoldum, ut ſuis in precationibus utroſque hoſpites ſuos Altiſſimo commendatos haberet. Sublatis extemplo in cælum oculis, ita precatus eſt ille: Gratias, inquit, tibi refero cunctipotens Pater, pro omnibus munificentiis mihi collatis, maximo, qui me tuum famulum numquam non propitius exaudiſti. Eheu jam, Pater miſericordiſſime & Domine clementiſſime, de tua confiſus immenſa miſericordia, ſuppliciter te rogo & deprecor, ut hafce meas preculas minime reſpuas, ſed exaudias quæſo, prout Abrahamum

C exaudiſti, ut è Sara uxore ſterili etiamnum & vetula, filium ſuſciperet, quem Iſaacum appellaret. Qui itidem Manue orationem exaudiſti, quando ejus conjux diu infœcunda, angelique levata ſolamine, Sampſonem progenuit virum robuſtiſſimum. Quemadmodum & famulæ tuæ Annæ multo tempore ſterilis, deprecatione flecti voluiſti, quæ Helcano marito Samuelem prophetam edidit. Quique Eliſabethæ infœcundæ conceptum nihilominus dediſti, divum ſcilicet Joannem Baptiſtam. Ipſe denique, Domine Jeſu, præter naturæ ordinem, ex puriſſima tua genitrice Virgine naſci voluiſti. Ita & famulis his potentiam tuam, quæſo, exere, ad laudem & honorem tuum, ut hi etiam jucundentur pro tua immenſa miſericordia prole legitima. Dignare quoque eoſdem fœcunditatis donare gratia, ad ſanctæ Trinitatis doxam.

27 Hæc ubi peroraſſet vir ſacer Rumoldus, mox prophetiæ dono imbutus, hoſpitibus ſuis bene precatus eſt, fœcunditatis munus eis imprecando: atque vaticinabatur, ipſius Comitis conjugem brevi concepturam, parituramque filium, corpore pervenuſtum, induſtrium ac ſanctimonia celebrem. Præmonebat etiam ille, infantem poſtmodum ab ipſo baptizatum iri & ſuſcipiendum velut luſtrico parente, huncque appellandum Libertum. Hujus itaque viri dictis ac pollicitis, tantam adhibuere Comes atque hujus uxor fidem, ut prius naturam ipſam defecturam crederent, quam divi Rumoldi verba irrita aut inania fore, quæ de naſcituro filiolo prænuntiaſſet. Quamobrem & Deus, ſicuti ſpem conceperant, evenire permiſit: nam prout divinarat vir ſanctus, concepit Comes ipſa, ac partum edidit: idque incredibili ſui mariti gaudio, ac totius populi illius provinciæ.

A. JOAN. DOMYNS. *Hinc natus S. Libertus,*

magna ſtatim prodit ſanctitatis indicia.

28 Tum Comes Ado ejuſque conjux religioſe obtulere altiſſimo ſuum puellum, gratias illi agentes immenſas, qui dignatus eſſet eis dare heredem, qui nimirum, ipſis hac vita functis, eparchiam pacatiſſime moderaretur. Itaque ſacra baptiſmatis unda tinxit ipſe vir Dei Rumoldus infantem, indito ei Liberti nomine. Ubi autem Comes Ado jam perſpiceret perpenderetque ea omnia adimpleta eſſe, quæ à divo Rumoldo Antiſtite ſupra nato puero pronuntiata fuerant, mox vertens ſeſe ad ipſum ait; Admirandam tuam potentiam, ſacratiſſime Antiſtes, & eximiam virtutem ſatis ſuperque declaraſti tuo in filio Liberto, multis quoque nominibus me tibi devinctum eſſe fateor, ea propter elige hîc tibi ſedem, ubi perpetuum hæreas, atque te, patris & fidiſſimi amici loco, perfrui mihi liceat. Commorante igitur eo loci religioſo viro, ſuccrevit puer Libertus, ætate proficiens, ſummo nimirum parentum ac univerſi populi ejus regionis gaudio. Is enim ad meliora ſemper progrediens, mendicis & egenis panem ſtuduit impertiri ac obviis quibuſque ſalutem precari. Quæ item Deo inviſa eſſent, averſari, atque alia id genus imbibebat pietatis ſemina. Quoniam autem puer hic divinitus progenitus eſſet, pariterque bona præditus indole, adeo parentum ſuorum præcordiis inhærebat, atque ab iis adamabatur, ut numquam non adeſſe, rarius vero hunc abeſſe, optarent. Qui tametſi nonnumquam puerorum more paſſim luſitaret, tamen genitorum ſuorum oculis & animis obverſabatur. Ceterum teſte Sapiente, qui dixit: In die bonorum, ne immemor ſis malorum (ſiquidem læti dies in mœrorem convertentur) ita & Comiti Adoni ac ejus conjugi accidit filii in morte, veluti hoc ipſum animadvertere licet, ex his quæ poſt de ipſo referentur.

E

F

ANNOTATA F. B.

a *Mechliniæ Scaldis in mare non influit, imo nec Scaldis Mechliniam perfluit; adeoque alium locum martyrii deſignavit Angelus, quam eum, in quo verè martyrium ſubiit* S. Rumoldus.

b *Scelera multa non commiſerat* S. Rumoldus, *adeoque de ordinariis levibuſque peccatis hoc intelligendum eſt.*

c *Benedicit hîc Pontifex locum adhuc quarendum, & ipſi Sancto ignotum: an hoc alibi fecerit, neſcio. Porro tot gratiarum congeſtus cumulus, nimis quam ſuſpectam reddit totam narrationem, pro ſcriptoris ingenio excogitatam.*

A. JOAN. DOMYNS.

d *Quo conſanguinitatis gradu Pipinum Ado contigerit, pluribus quærit Vardæus; ſed nihil certi concludit. Majorem difficultatem patitur ætas Adonis. Vixerat, inquit Domynſius, Ado ſexaginta ſex annos in ſterili conjugio. Ponamus viginti annorum fuiſſe cum iniret matrimonium, adeoque anno octogeſimo ſexto miraculoſe genuit filium; is autem Libertus vixit cum* S. Rumoldo, *in ejus monaſterio, annos plures, ut habet vita, ſupponamus viginti; vixerit igitur Ado, centum & quinque annos ut minimum; cum* S. Rumoldo *ſupervixerit, ejuſque ſepulturam honoraverit. Verum auctoritas hujus vitæ tanti mihi non eſt, ut audeam propter eam, tam grandem ætatem Adoni concedere, neque audet Vardæus, ſed dicit, Belgicum ſcriptum, quo uſus eſt Domynſius, id forſitan ſolum indicare voluiſſe, quod conjuges ſexaginta ſex annos nati eſſent, cum eo adveniret* S. Rumoldus *: quod ſatis eſt ad miraculum.*

e Eliſa, nonnullis Adeliſa vocata, filia Lamberti herois, in Hasbania dominantis, cujus filiorum alter Robertus, in Vita S. Eucherii Aurelianenſis Epiſcopi, ejus cuſtodiæ à Carolo Martello, qui eum ſede pepulerat, commiſſi, Dux vocatur Hasbanii, donavitque *ipſe* anno DCCXLVI, ut habet Miræus, villas quinque cœnobio Trudonenſi, in quo demum humatus eſt. Alter Sigirammus Landradam duxit, Caroli Martelli filiam, Pipini Regis ſororem, ex qua genuit S. Godegrandum, Metenſem Epiſcopum. *Ita Vardæus. Robertum Comitem Hasbaniæ, filium fuiſſe Lamberti, & cœnobio Trudonenſi dediſſe quinque villas, patet ex Vita S. Eucherii, & Miræi libro 2. cap. 5 Donationum Belgicarum.* Sigirammum & Landradam, Francorum ex genere primæ nobilitatis, *parentes fuiſſe S. Godegrandi*, de pago Hasbanienſi oriundi, *teſtatur Paulus Diaconus, verum Landradam, filiam fuiſſe Caroli Martelli & Pipini ſororem, non dicit: immo fuiſſe vix potuit, ut ex aliis colligitur. At ubi inter filias Lamberti Hasbaniæ Comitis, repererit Eliſam fateor me ignorare. In eo ergo deficit Vardæus, quod ante omnia probandum erat: ſi autem ſolum velit, per conjecturam credi poſſe, Adonem ſibi in uxorem ſumpſiſſe filiam Principis, regioni ſuæ vicini, non eſt cur diſſentiam.*

B

C

CAPUT V.

S. Liberti reſuſcitatio & martyrium. Sanctorum Rumoldi & Gummari colloquium

Submerſo aquis puero;

HIc tanta cura enutritus filiolus, cum coæqualibus juxta lympham luſitans, dum volitantes aviculas indefeſſe ſectaretur, nimiumque fideret ripæ, in flumen ipſum præceps abiens immergitur. Cujus rei certior redditus genitor, plorans amariſſimeque flens, ſuas complicabat manus, atque ſublatis in æthera oculis, inquiebat: O pater Omnipotens, quid in te tantum committere potui, ut hocce jam me mœrore afficias! Quando enim in mente venit dies ille, quo me pro tua benignitate exhilaraveris, donando nimirum partum mihi, quem miſere adeo acerba mors abripuit, ſubito dolore diſcrucior. Heu! quid mihi jam commodi erit è ſobole generoſa, quam enixa eſt mea conjux, tam repente è medio erepta? Vos quotquot mei flagratis amore, quare me fortunatum appellaſtis, magis infelicem dixiſſe oportuit. Longe ſiquidem majori jam mœſtitia adfligor, quam gaudio prius ſim delibutus. O grandævi, jam collacrymate mecum, voſque, natu minores, in gratiam demortui infantis, ceſſate quæſo à gaudiis. Nil enim mihi profuerit Libertum procraſſe, immo dedecori mihi nunc dabitur, ac numquam non mœrore tabeſcam. Gaudium meum ac lætitia evanuere ſimul, uti ſomnus. O mi generoſe nate, flos, ſpeculum & decor puerorum omnium, poſthac haud mihi licebit te tamquam filio fruiſci, neque in paternas ſucceſſurus es opes, ditionemque. Si quod honeſtum lethi genus filium è vita ſuſtuliſſet, eſſet iſtud quid parentibus quodcumque ſolatium.

D

lamentis & quæſtibus implentur omnia &

30 Hunc in modum diutius lamentante Comite, jam propius accurrens filii genitrix, nobilis illa Heroina, tanti mœroris ac lamentationis percontata eſt cauſam. Certior deinceps facta, atque de adverſa filii fortuna edocta mater, ne verbulum quidem, præ dolore nimio, effari potuit: at animi deliquium paſſa eſt, ita ut opus fuerit eam inde abducere. Ceterum colligere licet ex ſummo parentum mœrore, quem de extincto infante præ ſe ferebant, quanto eum proſecuti ſint amore. Tantæ enim erant querelæ, & genitorum lamentationes, ut omnem illius regionis populum ad commiſerandum permoverent. Accurrebant idcirco undique ſenes juveneſque, inveſtigandi gratia, flumini immerſum Comitis filium. Quidam navigio ac natando hunc perquirebant, alii vero in fluminis ripa conſiſtentes, ſecum deliberabant, quonam modo puerum inveſtigare & offendere poſſent. Nonnulli retium inſtrumentis eundem quæritabant: alii rurſus uncis ſive harpagonibus hoc ipſum ſunt conati. Erant denique, qui innatando inveſtigarent. At incaſſum laborabant omnes, ſiquidem ſubmerſum puerum minime repererunt. Verum quid conſilii caperent, quidve amplius inſtituerent, ignorabant penitus. Hoc tantum reliquum erat, ut divam Rumoldum Præſulem accerſiri curarent, petituri ab eo, ut quemadmodum ipſum à Superis impetraſſent ſuo interventu, ita jam eoſdem precibus pulſaret, ut aquis præfocatum infantem redivivum recipere queant. Deſtinantur itaque ad virum Dei nuntii, ſed aberat ille ternis diebus, priuſquam hujusce rei certior redderetur.

E

F

abſente S. Rumoldo,

31 Erat per id tempus Renenſi in provincia, ex Embleëmo vico natus & educatus, illuſtris quidam vir Gummarus nomine, atque is claris natalibus ortus regiſque in Pipini aula, equeſtris ordinis unus, adeo quidem bellicoſus, ut adverſum infideles Hunnos & Danos nonnumquam concertarit. Qui optimum vitæ amplexus initium, in multa perdurabat pietate. Quoniam autem vir Dei Rumoldus, divino munere accenſus eſſet, ac omni virtutis genere conſpicuus, amore flagrabat omnium, qui pietate inclareſcebant. Quo etiam cumque locorum hujuſmodi quempiam ille reperire poſſet, hujus præſentiam exoptabat plurimùm. Idque non aliam ob rem, quam ut cum eodem de perenni felicitate verba haberet, atque divini verbi pabulo refieeretur. Allectus igitur S. Rumoldus celebri divi Gummari nomine, maximo tenebatur deſiderio, hunc viſendi conveniendique.

Di-

A Divus itidem Gummarus, percepta ſanctimonia, & mirifica S. Præſulis Rumoldi religioſa vita, ex animo etiam geſtiebat, ipſum videre ac alloqui. Adeo quidem ſerio hæc pertractantes, ut ſeſe mutuo certiores reddiderint, ſuper opportuno, quo coirent tempore. Convenientibus autem hiſce præclaris S. Eccleſiæ luminibus, non de aſini umbra, quod ajunt, ſed de his quæ præcipuum habent momentum ad humanæ vitæ felicitatem promovendam, verba ab his ultro citroque ſunt habita. Jam deguſtare ſatagebant æternæ vitæ dulcorem, memorabant etiam, quot ſatanæ laqueis irretiti ſimus, quibuſque machinis contra eoſdem divino præſidio muniti. Nunc horum oculis obverſabantur damnatorum ærumnæ & cruciatus; nunc juſtorum referebant præmia. Quam caducum item præſentis vitæ tempus eſſet, ſermocinabantur, & quot paſſionibus & tergiverſationibus nos mortales obnoxii ſimus; multiplicia denique Chriſti Martyrum trophæa commemorabant; uti hic beſtiis objectus, ſit devoratus; alius lapidibus obrutus, tertius enſe peremptus; complureſque alii flammis exſtincti. Hæc & ſimilia brevi quidem referebant tempore, quomodo nimirum, Sapiente teſte, in paucis vexati, in multis bene diſponentur. Nam Deus tentavit eos, & dignos ſe reperit. Quorum ab o-

B culis abſterget Deus omnem lacrymam: neque enim erit his amplius dolor, clamor aut luctus, univerſa enim hæc pertranſiere. Colloquebantur iidem de variis Euangeliorum ſcriptis, atque apoſtolicis viris, ac prophetis, enucleantes ipſum ſacrarum litterarum fontem, quibus populorum animos imbuebant.

32 Utque ſancti hi viri occaſionem haberent amplius conveniendi, conſtitutus eſt ab iis dies, ad quem denuo coirent *b*. Adventante autem conſtituto tempore, geſtare conſueverat uterque ſcipionem ſive baculum, ad ſuſtentandos artus, ſicque convenere ad locum, quem inpræſentiarum appellant *Ad quercum c*. Is locus, cum eſſet utriuſque domicilio intermedius, hunc idoneum judicarunt, in quo ſe mutuo paſcerent verbo euangelico. Atque divini afflatu ſpiritus, viſum ipſis fuit quotannis eo loci convenire & frequentare eundem, una cum clero ac populo, antelatis etiam vexillis ſacris, ac ſacroſanctis reliquiis. Operabantur ibidem quam religioſſime rem divinam, ſupplices preces pro populo ejaculantes; quibus

C ſic peractis ac conſtitutis, defixit uterque ipſorum in terram ſuum ſcipionem juxta quercum, & ecce, qui aridi fuere, repente vireſcere cœperunt, folia poſtmodum proferentes, ſpectantibus iſtud quam plurimis, qui hoc ipſum atteſtati ſunt. Siquidem placuit Deo, hoc tam inſigni prodigio palam pro ſua benevolentia declarare, hujuſmodi concilium ſive conventum, ipſi apprime placere; cum ipſe ſit prolocutus: Ubi duo vel tres in nomine meo convenerint, ibi ſum in medio eorum. Cum itaque, fratres, prænarrata omnia, ad noſtram ordinata ſint eruditionem, ut ſcilicet nos piorum exemplis reſipiſcentes, vitiis & ſceleribus repudium faceremus, conſtitutum eſt, ut quotannis clerus cum promiſcuo populo ibidem conveniret, idque ſacris operandi gratia: quod multis annis ita obſervatum fuit.

33 Tertio à ſubmerſione die Liberti, intellexit vir Dei Rumoldus ipſius fortunam adverſam, magno eam ob rem affectus dolore quod & palam teſtabatur: nam eo loci veniens, profuſe lachrymatus eſt, uti ceteri omnes. Nihilominus, hic qui vix ſeipſum ſolatio levare poterat, omnibus animum ſuppeditabat, & bonam inducebat in ſpem: ac flumen verſus divus Præſul petivit, una cum populo, in quo puer Libertus præfocatus erat, ibique ſublatis in cælum oculis, precatus eſt ille Deum cunctipotentem quam ardentiſſime, nihil omnino hæſitans (quamvis profuſis lachrymis rem gereret) ut redivivum ac priſtinæ vitæ reſtitutum filium, parentes recipere promererentur. Quum autem hoc modo prolixius oraſſet ſacer Rumoldus, adſtante univerſo populo & rei exitum præſtolante; imo quod mirum dictu, priuſquam ille à precando ceſſaret, conſpexit Libertum ante ſe in pedes ſtare, non certe alio vultu, quam ſi à ſomno excitatus eſſet: neque enim vel ejus crines, aut indumenta conſpurcata, vel madida apparebant. Verum egreſſus eſt ille fluminis aquas, non ſecus atque olim tres pueri immunes, egrediebantur caminum ignis Babylonicum, contrariis nempe elementis. Tum præ gaudio geſtiebant pueri genitores, cum omnibus ſibi ſanguine junctis & plebe univerſa, eo quod Libertum, ingenuum illum puerum, cernerent jam à morte excitatum. E

34 Quam ob rem & à Comite oblata fuere divo Rumoldo Præſuli donaria magnifica auri argentique, quæ omnia tamquam caduca & temporaria floccipendens, hoc reſponſi dedit: O heros inclyte, haud potis ſum propriis hæc patrare viribus, niſi divino adjutus præſidio. Qua de re Deo omnipotenti acceptum id referre debes, cujus ſolius præſidio, hæc geſta per me ſuum ſervulum. Temporaria item hæc, quæ mihi offers, quia mundana ſunt ac momentanea, jam dudum reſpui, ne mihi quoquo modo peccandi anſam ſubminiſtrent. Ceterum vicinus eſt hic locus quiſpiam paluſtris, iſque incultus, ac ſupra modum arboreus; locus, inquam, alnos, ſentes & taxos abunde proferens atque vepres. Hunc abs te mihi donari poſtulo, Dei nomine, non quidem alium in uſum, quam ut divinis inibi laudibus operam dare mihi liceat, una cum Dei miniſtris. His auditis, gaviſus eſt ſupra modum Comes, tum quod hujuſmodi quid ab ipſo poſtulaſſet, tum quia elegiſſet, non procul ab illius habitaculo, ſibi ſedem conſtruere, atque ait; Quidquid petiſti contendiſtique, lubens tibi annuo. Hæc ubi prompſiſſet verba Comes, nemoris deſerta vir Dei F Rumoldus lætus petivit, neutiquam à lupis, aut ejus generis agreſtibus animantibus remoratus, quorum haud exigua iſtic tum erat copia. Quo loco & cellam ſibi conſtruxit, ſive domicilium, foveis ipſum circumfodiens & aquis; cui rei manibus pedibuſque incumbebat. Quod quidem operis, ut citius perſolveret, & ibidem rem divinam augeret, aſcivit ille ſibi viros aliquot, ſanctimonia celebres, & hujuſmodi donationem confirmavit conſtabilivitque Comes ipſe, ſolemni ſuo teſtamento, ita ut, quæ eccleſiæ Dei eſſent, maximopere propagarentur, & in libertatem vendicarentur. Quo etiam loco vir ſanctus ædiculam dedicavit Deo in honorem protomaryris *d* Stephani: ubi & complures annos divus Rumoldus commoratus eſt una cum Liberto. *d*

35 Poſteaquam enim adoleſcens animadverteret, plurimis ſeſe nominibus viro Dei devinctum eſſe, ſtuduit ad illius exemplar, pietati

A. JOAN. DOMYNS. *qui poſt tres dies ſubmerſum, ad vitam revocat.*

ab Adone ſilveſtrem locum accipiens.

ubi S. Libertum inſtituit.

cum S. Gummaro conferente:
b
c

A. JOAN. DOMYNS.

operam dare ſtrenuam, & vitia ac ſcelera deteſtari omnia; tanta quidem enitens religione veraque animi ſubmiſſione, ut æternæ tandem felicitatis bravium ſit poſtmodum adeptus, prout ex ſequentibus conſtabit. Cum enim efferi gentiles, quos Hunnos & Danos appellabant, haſce in regiones tumultuoſe irrumperent, urbes univerſas, vicos & divorum templa, ac cœnobitarum conventicula, cum inhabitatoribus, devaſtarent ferro ignique; Dei tamen munere, ab hac clade immunis perſtitit locus ille, quem divus Rumoldus inhabitaret cum ſuis ſodalibus, idque dubio procul piis meritis ſancti Præſulis: neque enim hujus conventiculo, à Superis prohibiti barbari, quidquam mali inferre auſi fuere. Eodem autem tempore acceſſerat Libertus Hasbaniam, inviſendi gratia ſuos amicos *e* & ſanguine junctos. Qua in provincia Hunni civitates ac vicos omnes depopulabantur, atque inhabitantem populum, tanta quidem crudelitate, ut quiſque in fugam ſeſe daret; itidem & Libertus. Verum non erat ullus refugii locus, barbaris omnia ſubvertentibus, tam ſacras ædes, quam religioſorum habitacula. Suffugiens demum Libertus, ædem adiit divo Trudoni ſacram. At hanc quoque impii gentiles populabundi ingreſſi ſunt: quibus conſpectis, confugit ille ad Chriſti aram, quam & amplexus eſt. Eheu! Deum haud reveriti athei, Libertum iſtic peremerunt ante aram ſummam. Sanctus hic quanti fuerit meriti, ſigna & portenta, quæ tam ante, quam poſt ejus occaſum ſunt edita, ſatis ſuperque declarant. Hiſce adeo nefandis rebus patratis, regreſſi Hunni unde venerant, demoliti ſunt quidquid obvium habebant, uti adventantes fecerant.

e *Rectius dixerat Theodoricus, fugiſſe imminentes barbaros. Plura alia hic male connexa ſunt.*

ANNOTATA F. B.

a *Si tridui itinere abfuerit* S. Rumoldus, *oportet ipſum iter aliquod inſtituiſſe epiſcopalis officii gratia. At, quod numero ſequenti affirmari videtur, eum tunc adfuiſſe S. Gummaro, credibile non eſt; cum locus, ad quem convenire ſolebant, una tantum & dimidia leuca diſtaret Mechlinia.*

b *Non exiſtimo, hos Sanctos (ut mox dicitur) cum vexillis ſacris eo conveniſſe, ſed poſt obitum utriuſque hoc factum à populo, ob venerationem Sanctorum, quia vigebat hæc traditio, eos ad hunc locum de rebus ſpiritualibus inter ſe tractaſſe. Quod autem dicatur populus eo conveniſſe proceſſionaliter, ſacris operandi gratia, id verum eſſe credo, ſi ſacellum aliquod ibi ſteterit, in quo ſacrum celebrari poſſet: non enim credo ſub dio celebraſſe. Conditum eſt non ita pridem ſacellulum, in amborum Sanctorum, tamquam ibi invicem occurrentium, memoriam, in quo Belgica inſcriptio legitur, hoc ſenſu:* Felix locus, quem Dominus perambulavit, ubi ſanctus Rumoldus & Gummarus res divinas pertractarunt. *Ætatem collige ex appoſito anno* 1688.

c *Sic notat Vardæus, locum hunc codex Tungrenſis vocat* Stadeley (*in noſtro Ms. legitur* Gadehey, *in eodice Rubeæ vallis*, Stadeyke) *Hæraus in vita S. Gummari* Stadeki: *ſed Gramayus lib.* 4. *de Antverpia cap.* 8. *ait, à Sanctorum quercu dictum olim* Stanteyck, *nunc corrupte* Scaedeneyck. *Vide de villa Staeydeke, Duffelia ſita, Miræum in Not. pag.* 557.

d *Vide quæ de iſta ædicula dicta ſunt* §. 12 & 18. *in commentario prævio.*

CAPUT VI.

Acta S. Rumoldi reliqua, martyrium & cultus.

S. Rumoldus pie converſans,

SAnctus Rumoldus, memor verbi Apoſtolici: Qui non laborat non manducet; item: Manibus noſtris operati ſumus, ne quem veſtrum gravaremus; ita numquam non aliquid operis actitabat, exercens ſe ingeniumque ſuum, partim manibus operando, partim etiam piis precationibus vacando. Nullum, inquam, ille tempus patiebatur ſibi intercidere, quod non daret orationi, aut honeſtiori alicui operi. Quod ut re & facto præſtaret, conſuetudinis erat illi, ſementem facere, ac diverſi generis arbores conſerere. Ac quidquid ejus ſacratis manibus conſitum aut plantatum fuerat, enatum ſuccrevit optime; ad eam rem dubio procul cooperante ſibi divina munificentiâ. Erat inter cetera opera ſancti viri Rumoldi arbuſtum conſitum, cujus fructus ad hominum uſus multum erant accommodi. Pro more etiam delectabatur ille hoc in arbuſto, ſub arboris umbra Davidicos Pſalmos aliaſque divinas perſolvere Deo cantiones. Atque ut tanti viri memoria nullo intercideret tempore, Tutelaris ille habetur omnium terræ fructuum, & mechanicarum artium. Ea propter in plurimorum ore, tantum hunc Præſulem colentium & quid rei auſpicantium, illud proverbii ut plurimum verſatur: Deus divuſque Rumoldus noſtris adſit conatibus. Huic & ſuarum frugum ac pecorum ceterorumque fructuum decimas, mortales quot annis pendere ſolent.

dum templo ædificando occupatur,

37 Denique Dominus noſter, qui benedicto ſuo cruore univerſum purgavit mundum, voluit & locum illum, quem inhabitaret vir Dei Rumoldus, ejuſdem conſecrare morte, ac beatum reddere, martyriique corolla ipſum Sanctum inſignire. Conſtat itaque eundem, quo Deo divinique vacaret, ædificationem quam cœperat, ad amuſſim perducendi [curam] ſuis demandaſſe operariis, ædiculam nimirum prius memoratam, inſignis quidem ſtructuræ, ac elegantiæ, uti etiamnum videre eſt. *a* Facto quoque ut præſtaret, quod ſcriptura nos admonet: Non morabitur, inquiens, opus mercenarii ſui apud te uſque mane; circa veſperam indies eo accedebat, inveſtigaturus, quid quantumque operis egiſſent ſui operarii, quo dignam ipſis rependeret mercedem. Atque ad meliora ſemper eos adhortabatur, adulterii crimen inter alia gnaviter reprehendens; quod operariorum alter percipiens, qui hocce eodem laborabat vitio, odio & invidia in ſanctum virum exagitabatur. Is animadvertens, utriusque ſtipendium ſemper promptum ac paratum, ſimulato animo ad ſuum hoc modo prolocutus eſt ſodalem. Fidem habeto mihi, virum hunc divitiis ſuperabundare oportet, refertaſque nummis habere crumenas & theſaurum abditum. Ille namque nullis ſumptibus aut oneribus deterretur, quinimo nobis operam noſtram quotidie rependit ſine cunctatione ulla. Verum quando ægre improbo labore ac multis ſudoribus, parum facimus lucri

A lucri, operæ pretium nobis fuerit, hujuſmodi operis quid attentare, quo non inter plebeios & infelices homines connumeremur; ut, inquam, è medio tollamus hunc virum externum, idque occulte, ne tandem uterque noſtrûm male pereat, quem & furtim neci demus, atque exanimem ſubmergamus, ut facinus ipſum celetur, ne pro perpetrato ſcelere meritas luamus pœnas. Alter quidem ductus cupidine auri, iſtud annuit, eo à ſodali fornicario impulſus, qui virum Dei Rumoldum odio proſequebatur, quia in hujus vitia, ſemper paratus erat dicere. Itaque pariter egreſſi nequam, opportunum expectarunt tempus, quo ſanctum virum ſine arbitris reperire poſſent. Ceterum, quamvis ipſorum perverſus animus Deo perſpectus eſſet, id tamen flocci pendebant. Quo denique flagitium iſtud, tam nefarium, clanculum perpetrarent, iter ingreſſi ſunt, ad quod ſuſpicabantur D. Rumoldum adventaturum, idque
B ſecuribus & ligonibus muniti, non ſecus quam ſi arborem quampiam extirpaturi exiſſent.

à duobus operariis impie occiditur:

38 Sub veſperam ſolito adventavit more ſanctus vir Rumoldus, inveſtigandi gratia operariorum opus, æquam ipſis ut penderet mercedem. Quo conſpecto, haud mediocriter gaviſi ſunt proditores illi duo, atque horum alter dirum vulnus capiti Præſulis inflixit, ut ex eo mox animam efflarit. Neque plus nummorum in ejus marſupio ab his repertum, quam argentei nummi tres, quot fama tenet ipſum Sanctum perpetuo ſibi ſervaſſe, retinuiſſeque quantum quantum etiam expenderet. Hanc ob rem, qui avaritiæ vitio notabatur, atque ad facinus perpetrandum abs fornicario allectus erat, invidia tabeſcentem ſodalem convitiis maximis tum laceſſebat & diris hunc devovebat, non quidem ſine gravi querimonia, quod nimirum iſtud ſicarium opus tanti proditoris impulſu perpetraſſet. Quo denique ſceleratum facinus occultum foret, ſacrum corpus & exanime aquis dedere facinoroſi, obducentes illud arborum foliis, ne res in vulgus diſſeminaretur. At fruſtra laborarunt illi,
C noluit enim Deus admittere, ut inſigne adeo hujus ſeculi lumen obnubilaretur, quin imo placitum illi fuit, ſancta in Eccleſia illuſtre illud reddere. Quam ob rem, quod celatum volebant, cæleſte prodidit lumen quoddam cælitus emiſſum, quaſi digito demonſtrans, quo loco religioſiſſimi viri corpus reconditum eſſet. Martyrium itaque ſubiit divus Præſul Rumoldus propterea quod adulterium redarguiſſet, inſtar Joannis Baptiſtæ, ipſis etiam feriis ejuſdem Martyris Baptiſtæ, idque nati Servatoris noſtri Jeſu anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Francis imperante Carolo (cui ex magnitudine rerum geſtarum Magni cognomen fuit) imperii ejus anno ſeptimo *b*. Annus autem necati tanti Martyris hocce verſiculo continetur.

b

c HIC CÆSVS *c* CECIDIT FLVVIO IACTVS, NECE CAPTA.

demerſum corpus, indicio cæleſtis luminis,

39 Piſcatum egreſſi hamiotæ circa noctis intermedium, maximum intuiti ſunt lumen, quo loco ſacrum viri corpus à ſceleratis projectum erat, ignari tamen quid rei iſtud portenderet. Ac quocumque locorum ii ſeſe verterent, ſemper obvium habebant lumen hoc inſolitum. Hinc haud mediocriter perterriti ſunt piſcatores, neque tamen ſuopte ingenio eò contendere audebant. Verum Comitem Ado- A. JOAN. nem adorti, talia protulere verba: O generoſe DOMYNS. heros, noctu piſcantibus nobis offert ſeſe lux quædam prodigioſa, idque uno & eodem loco. Quod ſi hujuſmodi quid etiam celaverimus, ne ſceleris arguamur, veremur. Idcirco hujuſce rei certiorem jam te reddimus. Quibus auditis, admiratus eſt Comes ſupra modum, ac animo volvebat, quidnam lumen hoc denotaret. Qui & piſcatorum dictis fidem prius adhibere noluit, quam hoc ipſum ſuis conſpexiſſet oculis.

ab Adone inventum & honorifice ſepultum

40 Inveſtigaturus itaque rei veritatem Comes, junctis ſibi piſcatoribus, nocte intempeſta egreſſus eſt pervenienſque ad eumdem locum, cuncta reperit, uti prius edoctus fuerat. Hanc ob rem maximopere obſtupeſcebat ille, nihil minus cogitans, quam ſuper divo Rumoldo. Juſſit idcirco Comes, ut inſtrumenta adferrent piſcatoria, periculum facturi, quidnam flumi- E nibus immiſſum eſſet. Nec mora, ejectis harpagonibus, comprehenſum eſt nobile & ſacrum divi Martyris Rumoldi corpus. Ubi autem hoc ipſum aquis eripuiſſent, & faciem ejus amœnam exterſiſſent, facile perſpicere potuit Comes Ado, religioſiſſimi viri Rumoldi exanime corpus id eſſe. Quin grave vulnus in ejuſdem capite conſpexit, ac animo ea propter conſternatus, hoc modo exclamavit: Quis, quæſo, te dive Præſul ac ſacerdos ampliſſime, tam immaniter trucidavit; atque illius ſancti mortem multis lacrymis & ſuſpiriis deplorabat. His ita geſtis, in mandatis dedit Comes adſtantibus, ut corpus ſacrum ad ſepulturæ locum deferrent, in ædiculam nimirum, quam Sanctus, dum in vivis eſſet, ipſe conſtruxerat, quemadmodum iſtud etiamnum verum eſſe dignoſcitur. Conſtruxit autem illi Ado conditorium haud contemnendum, ædiculam eam multis honoribus ornans & donariis. Juſſit & divi Antiſtitis corpus pro magnificentia ſua exor- F nari ac conveſtiri. Clerus tum maximo perfuſus eſt gaudio, ac reliqui omnes, tam valetudinarii, quam incolumes, religionis cauſa accurrerunt, cupidi ipſum ſanctum corpus videndi & lacrymis proſequendi. Morbis item *claret multis miraculis.* correpti, ſancti viri opem implorabant, voti compotes effecti. Declarare enim volens Altiſſimus ſanctimoniam, & tanti Martyris meritum, morbidos complures curavit, multaque in ejus gratiam edidit ſigna, qui vivit regnatque cum Patre in unitate Spiritus ſancti Deus in ævum. Amen.

ANNOTATA F. B.

a *Exſtitit, inquit Vardæus, tempore Domynſii ſacellum iſtud; ſed poſtmodum anno* 1580 *à Geuſiis dirutum. De hoc etiam in Commentario ſatis.*

b *Intellige imperii ſeu regni Francici, nam annis demum poſt quinque & viginti, à Leone* III *Romæ coronatus eſt Imperator.*

c *Si recte ad calculos exigatur chronographica numerandi ratio, non ſignatur hîc annus mortis* S. Rumoldi 775, *ſed* 1275, *quo fortaſſe anno Legendam ſuam adornavit Anonymus, qui vitam Theodoricianam miraculis multis, & Hibernicis Romaniſque apparitionibus creſcere voluit, cujus ætatem quæſivimus* §. 4 *commentarii prævii. Siquis aliter rem excuſare voluerit, per me utique licebit.*

A D.

A JOAN. DOMYNS.

ADDIDTAMENTUM

Ex editione Domynſii, collata cum Ms. Belgico.

Ut totus Domynſius patet,

Vitam S. Rumoldi, *à Domynſio latinitate donatam, quouſque hîc data eſt, deſcripſerat Baertius ex editione Vardæi, utpote qui Domynſium non viderat, multo minus Belgicum anonymum: ex Vardæo autem ſola Acta accipienda cenſuit, omiſſis iis, quæ ad ipſa proxime non referuntur. Aliter mihi viſum eſt, eâ potiſſimum de causâ, quod in commentario prævio, ex additionibus iſtis nonnulla citaverim, alia refutanda ſuſceperim, ut proinde neceſſe habeam fidem liberare, verbis ipſis Domynſii integre & fideliter exhibitis, ſed & una opera collatis cum Ms. illo Belgico, ut quid utrique commune, quid vero ſingulis particulare ſit, clarius innoteſcat. Notavimus in prædicto commentario, non ſatis recte ſe geſſiſſe Domynſium, dum miraculorum ſeriem, tam clare & expreſſe in autographo Belgico, à pag.* 150 *ad* 188 *relatam, totam prætermiſit, eo prætextu, quem neſcio an quis*
B *ſatis probaturus ſit. Orationem ejus mox referam, ubi prius obſervavero, inſertam hîc ab eo precationem & receptam collectam, quas cum aliis dedi §.* 21, *à num.* 236, *quorum pauca & ſparſim retulit anonymus Belga. Habe modo Domynſii excuſationem.*

datur etiam ejus appendix

42 Miraculorum ſeriem, amice lector, quæ Germanico (*intellige* Belgico) in exemplari, ſuperioribus jam annexa eſt (*adde*, & ſemper annexa fuerat) data opera volensque hîc omiſi: non quidem ideo, ut eam tamquam fabuloſam & minus veriſimilem reſpuam; aut etiam Latina hac verſione indignam exiſtimem. Ego, ut quod res eſt eloquar, hac rudi mea opella, hoc ſolum volui, ut eruditioribus, quibus ego homuncio minime ſum conferendus, viam tantum præmonſtrem, qua nimirum hæc, rudi quidem minerva à me deſcripta, terſius tandem & latinius, atque pro rei magnificentia tractent. Hæc veniâ benevoli lectoris præfatus, quæ ad ſancti Martyris elevationem, translationemque, atque id genus alia ſpectant,
C enarranda jam accingor. *Numquam mihi placuit vanum ſubterfugium; ſinceri interpretis eſt, omnia reddere. Quod addit*, hoc ſolum voluiſſe, ut eruditioribus..... viam tantum præmonſtraret, qua nimirum hæc ..... terſius tandem & latinius, atque pro rei magnificentia tractarent, *id vero curandum fuit minimè; gratius longe & acceptius eſſe debet piis & devotis Sanctorum cultoribus, vera, genuina & ſincera, quoſque ſuperſunt, eorum geſta relegere, quam phaleratis elegantiis compta & exornata.*

de elevatione corporis S. Rumoldi,

43 *Sequitur apud Domynſium hic titulus:* Elevatio corporis divi Rumoldi à terra, ejuſdemque argenteam in thecam repoſitio, *qui idem eſt in Belgico pag.* 188. *Tum:* Poſt multorum annorum curricula, & complurium ſignorum edita prodigia (quæ Deus per Sanctum ſuum operatus eſt, tam ante ejus ex hoc ſeculo commigrationem, quam poſtmodum) ſacratiſſimum hujus Martyris corpus humo levatum eſt quam magnificentiſſimè: idemque repertum diverſis aromatum ſpeciebus conditum. Atque ſic lignea in arca, ſacra oſſa recondebantur, veſtimento ſerico, quod multis erat aureis contextum linea-
mentis, involuta ac argenteæ thecæ incluſa; D
quæ reponi ſolita eſt ſub atrio ſummi chori; nimirum ſupra aram Annuntiatæ divæ Deiparæ Mariæ. *Hunc locum, ſeu argentei feretri repoſitorium, noviſſe potuit Domynſius æque ac ſcriptor Belgicus, in reliquis nec res nec tempora diſtinguuntur nec combinantur, ut ſupra in commentario abunde demonſtratum eſt.*

de translatione in Steynockſeel,

44 *Alterius articuli titulus à Domynſio adjectus eſt:* Divi Martyris corpus, ob bellorum tumultum, in vicum Steynockeſeele advectum. *Hiſtoria deſumpta eſt ex autographo Belgico, à pag.* 190: Accidit, ut bellum atrox moveretur, & plerique cives Machliniani, quod chari ac pretioſi ſupellectilis habebant, urbe avectum, amicorum tutelæ commiſerunt demandaruntque. Erant autem Canonicorum quidam, maximum rei diſpendium formidantes; qui & conſultarunt, Martyris corpus ad vicum Steynockeelanum deferendum. Fert fama, thecam argenteam, qua in ſacrum Præſulis corpus repoſitum erat, eo loci ruri defoſſum fuiſſe, corpore plurimis ibidem coruſcante ſignorum prodigiis. Verum ſopito jam bellorum diſſidio, corpus ipſum terra effoſſum
E fuit; quo illud ad priſtinum tandem reduxerunt locum, antelatis vixillis ſacris ac ſolenni pompa. Erat eodem tempore equeſtris ordinis quiſpiam Steynockeſeelanus princeps, iſque comitiali laborans morbo. Quoniam autem complura operatus eſſet inibi Deus ſigna per Sanctum ſuum, admittere ille noluit, ut divi Antiſtitis Rumoldi reliquias à ſua ditione auferrent, ni prius incolumis & ſanus ope Sancti redderetur. Quamobrem totus Canonicorum grex, in hæc prorupit verba: Comprimis grate heros, abſit ut tentes Altiſſimum, at precaberis eumdem obnixè religioſeque, ut divini muneris te participem reddat, auxiliante ad eam rem ſancto ſuo Martyre. Hiſce auditis, ille ait: Quem in modum deprecabor Dominum? Ajunt: Scelerum tuorum ſentinam purga, ex animoque defle commiſſa peccata, atque horum pœnitudine ducitor, quo tandem favore numinis auxilieris. Quo præſtito, Domini Canonici in genua procubuere,
F Deum ipſum ardentius pro Principe rogitantes; ita ut priſtinæ reſtitutus ſit ille incolumitati. Hoc edito in ejus gratiam ſigno, quod habebat dominii, mox Canonicorum collegio contradidit. Cujus vici Steynockeſeelani dominium perpetuum impræſentiarum obtinet divi Rumoldi collegium Canonicorum, ita ut inveſtiendi, & reveſtiendi jure inibi potiatur. In hujuſce rei memoriam lychnum penſilem divi Rumoldi, Canonici diu noctuque accendunt, in ſummi chori medio. *De ea translatione, qua potui veroſimilitudine diſputavi ſupra loco ſuo: ceterum lychnum penſilem in hunc uſque diem perſeverare, alique Capituli ſumptibus, mihi non ſemel teſtati ſunt eruditi amici Mechlinienſes.*

de prodigio in obſidione anni 1303.

45 *Hiſtoriam obſidionis & miraculoſæ victoriæ, proponit ſub hoc ſimpliciſſimo titulo:* Prodigium. *In Belgico narratur à pag.* 194, *quod Domynſius preſsè ſecutus eſt, notans in fine, phraſi etiam alibi uſitatâ*, præcidanias ferias diei Jovis ſacræ, *Anonymo ſcribente* **ſcozſſel Woensdag** / *cum veroſimillime poſtridie contingerit, ut eſt in Commentatio* §. 23. *En Domynſii textum:* Haud multo poſt Machlinia, juxta Chronicon, valida bellatorum manu undique obſeſſa eſt. (*Vaga iterum*

A *rum oratio.*) Quamobrem & Machliniani, exercitu contracto, ducem ſibi aſſciverunt equeſtris ordinis virum, eumdemque Anglicum & Petri Dondelier appellatum. Exiſtimabant enim cives, hoſti reſiſtendum. Dux hic militaris, rerum quid ſacrarum expetiit; cui oblata eſt divi Martyris coſta; quam ille ſuo affixit clypeo, in Deo divoque Rumoldo ſpem collocans. Ab oppidanis autem univerſis, quo Dei maximi gratiam impetrare poſſent, quam religioſiſſimæ habitæ ſunt ſupplicationes, unà cum arcula ſui Tutelaris, qua totam luſtrarunt urbem. Atque ad urbis portas ſiſtentes gradum, thecam ipſam intra mœnia repoſuerunt. Poſt ordine egreſſi omnes, fortiterque belligerantes, Dei ac divi Rumoldi ope, victoria ſunt potiti, ita ut Machlinienſe ſolum nil incommodi ab hoſte tum acceperit: at quemadmodum direptioni aut occupationi nullius umquam jubjacuit, ita & tunc perſtitit. Dux idcirco, Deo omnipotenti & ſancto Antiſtiti Rumoldo prorſus fidens, ſuis curavit impenſis Divi coſtam
B ſumptuoſe auro obduci atque argento, inſtar angeli, eam manibus geſtantis. Promiſcuum autem vulgus ac cives Machliniani, gratitudinis ergo, tantum donariorum accumularunt acervum, ut ex iis auream conflaverint Martyri thecam. Iidem & juramento ſeſe obſtrinxerunt ac votum nuncuparunt, ſacrum divi Rumoldi corpus quotannis ſeſe circumlaturos, novis & ceratis tædis iiſque accenſis, quemadmodum etiamnum iſtud rite obſervatur, tertio à feſto Paſchatis die. Ceterum editum eſt hoc miraculum, ipſis præcidaniis dici jovis ſacræ, quæ cœna Dominica vulgo appellatur. Sit itaque Deo laus & decus omne in ævum.

quæ hîc denuo diſcutiuntur.

46 *Quæ hîc breviter, obſcure, confuſe & negligenter recitantur, citato nuperrimè paragrapho ad exactiorem criſim revocata ſunt, oſtenſumque, non ſatis veroſimiliter adduci Petrum illum Dondelerium, equitem Anglum, qui forte tunc necdum erat in rerum natura. Adde nemini non perſpectum reddi, præpropere ſuperius meminiſſe Domynſium* thecæ argenteæ, *quam* ruri defoſſam, *tam diſertè aſſeruit; ubi notanda hæc verba*, haud multo poſt; *nempe poſt tranſlationem Steynockeſelianam Mechliniam fuiſſe obſeſſam: quæ omnia nec hiſtorice, nec chronologicè, imo nec ſenſatè digeſta ſunt, cum anno* 1303, *quo prodigium contigit, nonniſi* arcula *fuerit, eaque mere lignea, quam tunc Mechlinienſes circumtulere; argenteâ illâ deauratâ, quam* auream thecam *dicere maluit Domynſius, primùm conflata anno* 1369, *ut bene narrat Anonymus pag.* 199, *cujus verba mirum eſt hîc denuo præteriiſſe Domynſium, niſi forte adverterit, non coherenter locutum fuiſſe archetypum ſuum, præterquam quod nec pondus conciliare potuerit. Domus textum integrum Latine verſum:* Nunc ſcire oportet, anno 1369 perfectam eſſe S. Rumoldi lipſanotheam, in quam inſumptæ ſunt marcæ argenti ſexcentæ ſupra ter mille. *Omiſſo autem marcarum pretio, ſolum ait*, pro ſingulis artifici ſolvendos fuiſſe florenos octo Rhenenſes; *ac demum* in ſingularum marcarum deaurationem ducatos duos expenſos fuiſſe: *unde, inquit*, exurgit ſumma pretii, quo arca conſtitit, florenorum Rhenenſium ſex & ſexaginta millium, præter lapides pretioſos aliaque ſubinde annexa, ut civitatis regeſta declarant. Deo gratias.

47 *Cum his non male connectit Anonymus* Reliquiarum divi Rumoldi oſtenſionem, *de qua ita Domynſius, totis mille annis aberrans:* Anno ſalutiferi partus ſeptuageſimo nono ſupra quadringenteſimum, ipſo ſancto die annuntiatæ divæ Virginis Deiparæ, præſulatui Cameracenſi præſidente Joanne Burgundo, Philippi Brabantiæ Ducis fratre, corpus ſive reliquiæ ſancti Antiſtitis & Martyris Rumoldi, ſunt oſtenſæ populo, ab eo qui tum Cameracenſi Epiſcopo à ſuffragiis erat, Godofridi nomine, eoque Carmelitani inſtituti monacho. Repertum eſt in ipſa theca ſcrinium ligneum, & veſtis ſerica, diverſis lineamentis aureis contexta, quo in ſacra oſſa omnia involuta jacebant, nempe caput, brachia, humeri, una cum ſcapulis; coſtæ, crura & manuum articuli, ad digitos pedum uſque. Plane etiam conſpiciebatur in Martyris calvaria cicatrix quædam: atque adſtantibus Joanne de Poertere, & Lamberto hujus germano fratre, atque aliis nonnullis artis medicæ & chirurgicæ peritis, Machlinienſis oppidi civibus, quorum opera & induſtria, ſacra hæc oſſa per Suffraganeum juncta fuere, deprehenſum eſt, nil eorum tum deſideratum fuiſſe. Cujuſmodi reliquiarum oſtenſioni ſeptem interfuere Abbæ, Franciſcus Villarienſis, Livinus Boulous, Martinus divi Bernardi, Joannes ſancti Michaëlis, Bartholomæus Averbodius, Guernerus Tongerloënſis, Marcus Grimberganus. Conſpicuæ autem omnibus erant totum octiduum; idque ante Paſchales ferias, tam mane, quam veſperi. Ceterum ſigillis ac litterarum monumentis certiores ii tum reddebantur, tam celebris Martyris oſſa, unà cum velamine, ſcrinio repoſita fuiſſe annis plus minus ſeptingentis quatuor. Submota eſt denique veſtis illa ſacra, & mutata in alteram, eamque viridem, cui nunc temporis involutæ ſunt ſanctæ reliquiæ. Priſtina autem veſtis, populo indies exhibetur religionis cauſa. *Periit modo velum iſtud; quæ vero ex dictis vera ſint, quæ falſa, manifeſte perſpicies ex inſtrumentis authenticis ad verbum relatis* § 14.

A. JOAN. DOMYNS. *De oſtenſione an.* 1480.

& de Sanctis feſtis diebus.

18 *Subjungit binos articulos Domynſius*, de feriis Antiſtitis Rumoldi, & de ejuſdem tranſlatione, *ſic male exorſus*: Editorum per ſanctum Martyrem ſignorum hîc finis eſto, *quæ verba in Belgico deſunt, ubi tamen merito locum haberent, poſt tot miracula, à Domynſio perperam neglecta. In cæteris conveniunt:* Verum ne hujus Divi Obliteraretur memoria, noſſe quemque oportet, ſanctum Archipræſulem & Martyrem Rumoldum, ſanguinem profudiſſe ſuum ſancto die Joannis Baptiſtæ. Relatus eſt idcirco ille in Sanctorum Martyrum numerum, laureamque à Deo adeptus eſt perennem. At ne divi Joannis feſtivitas, per hujus Antiſtitis feſtum negligeretur, viſum fuit Eccleſiæ ſanctæ, divo Rumoldo ferias indicere, octavo à feſto Joannis die, nimirum ipſis Kalendis Julii. *Fallor, ni hæc paraphraſis ſit, eorum quæ ſupra dixit Theodoricus, panegyris ſuæ capite ultimo. De tranſlatione non una agendum fuit in commentario prævio, undenam Belga anonymus erucre potuerit determinatam S. Lucæ feſtam diem hactenus me latet, nec plura vacat diſquirere. Verba ejus ſunt apud Domyns:* Tranſlatio hujus tam eminentis viri Rumoldi peracta eſt ipſis feriis divi Euangeliographi Lucæ, tametſi eum recolat eccleſia [Mechlinienſis] pridie

C D E F

A. JOAN. DOMYNS. Apoſtolorum Simonis & Judæ. *Imo eo die* natalis *Leodii recolitur, Mechliniæ, non* tranſlatio, *ſed* relatio.

Unde titulus Archiepiſcopi Dublinienſis.

49 Peroratio ad divum Martyrem Rumoldum, adhortatio ad quoſlibet, ad maritimos, reliquos ad mechanicos, *habentur citato* § 21: *ſenſus Belgicus à Domynſio collectus & exornatus eſt. Hiſtoria* progenitorum ab Urſo, *tota reperitur in Belgico; à nobis diſcuſſa eſt* § 25. *Solum itaque ſupereſt Domynſii monitum;* Candido pioque lectori ſalutem, *quo ingenue fatetur, contra autographi fidem, in quo* S. Rumoldus *apertiſſime pronuntiatur* Archiepiſcopus Duvelenſis, *ſcripſiſſe ſe*, Archiepiſcopum Dublinenſem. *Audiatur ipſe:* Haud miraberis, candide lector, locum, quo epiſcopale munus olim exercuit divus hic Rumoldus, appellatum à me Dublinenſem, cum tamen germanici libelli auctor (quiſquis is fuerit) eumdem locum nuncupare videatur à dæmone, ſive dæmoniacum. Qua in re hallucinatus eſt ille, ni fallor, ob temporis diuturnitatem. Ac huic meæ ſententiæ adſtipulatur codex vulgo inſcriptus; Provinciale omnium eccleſiarum cathedralium univerſi orbis. Is enim inter Hibernos Præſules quatuor tantum numero complectitur archiepiſcopatus, ſcilicet Armachanenſem, Dublinenſem, Caſſelenſem & Tuamenſem. Hujus itaque te admonitum volui, candide lector, ne putes temeritati adſcribendam hanc meam metatheſin. Bene vale, & Sancti hujus pie fortiterque geſta imitare. *Hoc rectè: aſt vana apud me eſt omnis excuſatio in tam manifeſta textûs corruptione, ex qua tantopere invaluit receptiſſima hodie, ſed falſa, Mechlinienſium opinio, de titulo Archiepiſcopi Dublinenſis,* S. Rumoldo *adſcribendo. Vide* § 7.

50 *Hactenus additamenta Domynſii, à quo iterum neglecta ſunt, quæ tamquam oculatus teſtis narrat Anonymus pag.* 217 *&* 218, *his verbis:* Atque ego, *inquit*, Reverendum ſacerdotem novi, qui per merita S. Rumoldi, magna in corpore ſuo beneficia conſecutus eſt; iſque aſſerebat, virum quemdam extraneum ſeu alienigenam adveniſſe, qui rogaret, ubinam quieſceret S. Rumoldus? Cui cum Sancti ipſius eccleſia oſtenſa eſſet, eò actutum ſe conferens, in gazophylacium, ſeu truncum, *ſi ita loqui licet*, oblationarium, tantum pecuniæ profudit, ut cultro ingerere debuerit. Poſt cujus diſceſſum, apertâ eâ arculâ, reperti ſunt pluſquam viginti inſignes nummi aurei: unde colligitur, S. Rumoldi virtutum ac miraculorum famam, alibi quam hîc (*Mechliniæ*) majorem eſſe. Quapropter laudandus Deus, qui Sanctum ſuum tam glorioſum reddidit. Præterea, *utor hîc etiam verbis Anonymi*, omnes qui intra urbis Mechlinienſis ſepta commorantur, quotannis argenteum nummum S. Rumoldo offerre tenentur. *Vix equidem dubito, quin totis ducentis annis, ſeu à tempore, quo hæc vita ſcripta eſt, plurima alia beneficia per* S. Rumoldum *obtenta ſint, ut confuſe teſtatur Wachtendonckius, ſed quorum memoria, æque ac pia conſuetudo tributum annuum à civibus pendendi interciderint. Vehementer deſidero, ut collata à nobis in Sancti geſtis, aliiſque ad eum ſpectantibus illuſtrandis, non tenuis opera, zelum eorum accendat, quibus colligendorum miraculorum cura incumbit; atque ut cives, Sancti clientes pientiſſimi, debitæ recognitionis immemores non ſint. Faxit ipſe glorioſiſſimus Martyr, his votis potiar, quibus & Actis & Obſervationibus noſtris coronidem impono.*

Recentiora miracula etiam à Domynſio prætermitta.

DE S. REGINA, OSTRAVANDIÆ COMITE, *DONONII PROPE VALENCENAS.*

COMMENTARIUS.

J. B. S.

De Dononio, S. Reginæ cultu, incertiſque ejus & filiæ S. Ragenfredis Actis.

SUB FINEM SEC. VIII.

Dononium à S. Ragenfrede aut à parentibus conditum,

INter illuſtriores Belgii Parthenones merito numeratur nobile monaſterium Dononienſe, duabus ultra Valentianas Duacum verſus leucis Belgicis ſitum, ubi ſanctimoniales, inquit Miræus ad hunc diem in Faſtis Belgicis, hodie vocantur, aut ſaltem vocari volunt CANONISSÆ, ut vocabulo apud omnes noto utar. *Idem monuit Colvenerius in notis ad Balderici chronicon pag.* 523: Hodie vocantur CANONISSÆ & Dominæ. *Celebritatem addidit memorabilis pugna anni* 1712, *ab ipſo loco denominata. Ceterum ſi non plane aberravit Roſweydi noſtri conjectura, ſatis veroſimile eſt,* Dononium *non à multis ſecutis dici cœpiſſe, tamquam* Domnonium, *ab ipſa* Dominarum, *ſeu* Domnarum *appellatione, quod forte eo tempore, ibi notæ non eſſent tales moniales, & tali titulo inſignitæ. Conjecturam firmat Balderico, Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopus, ſeculi* XI *ſcriptor probatiſſimus, cujus textum integrum infra dabimus: firmat, inquam, Roſweydi conjecturam, dum præfatum monaſterium, non* Dononium *ſed* DUNENG *nominat. At quæcumque demum etymologia ſubſtet, natalem ſuum repetunt Dononienſes ab Sanctis* Aldeberto *&* Regina, *quos monaſterii ſui fundatores agnoſcunt, quamvis magis placeat Balderici ſententia, alibi ſuo tempore elucidanda.*

tres illos, ut Sanctos honorat;

2 *De beato* Adalberto, *ſeu potius* Aldeberto, *vulgo* Aubert, *ſanctæ noſtræ Reginæ conjuge, & cum ipſa ac* S. Ragenfrede *filia, in monaſterio Dononienſi honorato, brevem commentarium texuit Henſchenius ad* XXII *Aprilis, ea ſolummodo complexus, quæ ad Oſtravandiæ comitatus appellationem ac limites, ad Beati cultum, lectioneſque ex proprio Dononienſi, ſpectabant. De eodem Dononienſi parthenone egit Papebrochius tomo* 3 *Aprilis pag.* 628, *in brevi de B. Ava Virgine commentario. Plura de Aldeberto legerat Henſchenius,*

A *nius* in Annalibus Hannoniæ, extractis ex libris Jacobi Guiſe, & tribus voluminibus Gallice anno MDXXXI excuſis, ubi volumine 2 à fol. 47, de monaſterio Dononienſi agitur: *verum ſtudioſe vitavit ea diſcutere, quæ tum à Guiſio, tum in pluribus Mss. noſtris, ipſi etiam notiſſimis, de ambobus ſanctis parentibus eorumque decem filiabus, fuſius quam verius traduntur, præſertim in longa hiſtoria Gallica Ms. paginarum 88 in folio, cujus iſte eſt titulus, ex Gallico latine redditus:* Hinc incipit prima generatio nobilis lineæ Franciceæ, ex qua orta eſt ſancta Regina, quemadmodum ex ſequentibus intelliges, & à regibus Trojanis. *Pergit eodem tenore, titulum tertium ſic formans:* De Troianis, qui Coloniæ commorati ſunt, Regemque ex ſtirpe Priami ſibi præfecerunt.

ſed hiſtoria multis fabulis reſperſa,

3 *Quid ex hujuſmodi fabulatore erui poſſet, facile perſpexit Henſchenius; nec multo præſtantiora memorant Guiſii Annales, tametſi in pluribus ſuccinctiores atque adeo correctiores ſint; quam* B *Ms. Latinum, continens capita decem, à 26 ad 35, deſumptum, opinor, ex majori Guiſii opere, quod Montibus Hannoniæ, apud PP. Franciſcanos manuſcriptum, tribus voluminibus aſſervari teſtatur Valerius Andreas. Porro laudata jam ſcripta vitam parentum & filiarum decem, præſertim ſenioris Ragenfredis ejuſque miracula, cum fundatione monaſterii Dononienſis, ejuſdem per Normannos everſione, factaque ſubinde reſtauratione complectuntur. Aſt iis omnibus poſthabitis & neglectis, ſolas lectiones cœnobii proprias anno 1625 excuſas ſequi maluit Henſchenius, vel in iis nonnulla obſervans, quæ* optabat antiquioribus monumentis confirmari *Magiſtri exemplum hîc ſequi mihi certum eſt, quandoquidem poſt ſatis longam diſquiſitionem, adhibitamque omnem ad certiora reperienda diligentiam, nullo pacto videam, qua ratione ad exactam criſim exigi poſſint, quæ tum in Mss. tum apud Guiſium referuntur. Idque adeo mihi magis licere intelligo, quod longæ illæ hiſtoriæ, etiam à La Barre, in magna de abbatiis collectione Ms. tomo 6 parte 2 non uno modo exornatæ, ad S. Ragenfredem potius quam ad parentes pertineant.*

quæ ad 8 Octobris examinabitur,

4 *Et vero S. Ragenfredis occaſione, aut adinventas, aut ſaltem excomptas eſſe præfatas hiſtorias, ſuadet mihi Balderici, vetuſtiſſimi & præſtantiſſimi inter omnes Belgas ſcriptoris auctoritas,* C *cujus Chronicon ad Gerardi primi Cameracenſis tempora, adeoque ad medium ſeculi XI ſpectare, recte cenſet editor V. Cl. Georgius Colvenerius. Suadet, inquam, Chronicon iſtud, Gerardi Epiſcopi & monaſterii Dononienſis reſtauratoris ætate nondum invaluiſſe hiſtoriam, quod SS. Aldebertus & Regina decem Virginum progenitores, & præfati cœnobii fundatores fuiſſent. En ejus verba lib. 2, cap. 28:* Rurſus quoque in vico Duneng, beata Rainfredis ex ſui JURIS rebus cellam fundavit, & ſanctimonialibus conſtitutis, ipſa etiam abbatiſſa regimonium duxit. Hanc autem poſtea, incumbente inopia, inclinatam pauci canonici incolebant; donec conſilio domni Gerardi Epiſcopi & Leduwini Abbatis (*aliæ editiones apponunt* Vedaſtini) moderno tempore Balduinus Comes ad priſtinum ſtatum reſtituit, ibique monialibus regulariter inſtitutis, abbatiſſam nomine Ermentrudem præfecit. *Clariſſima eſt auctoris ſententia, qua fundationem Dononienſem ſoli S. Ragenfredi adſcribit, ad quam proinde ſpectant longiores iſtæ narrationes, ad ejus natalem* VIII *Octobris ex profeſſo examinandæ.*

AUCTORE J. B. S. cum aliis eodem ſpectantibus.

5 *Sperare audeo, fore ut interea reſponſi aliquid obtineam ex ipſo Dononienſi monaſterio, ad plura dubia, quæ eo tranſmitti curavi menſe Maio anni 1715, tum circa Acta ipſa, quæ Pipinum Herſtallenſem, Regis Theodorici ad* Textricium *anno 691 victorem, cum Pipino Brevi, Caroli Magni parente, ineptè confundunt, aliaque immiſcent, aut falſa, aut verboſe nihil ſignificantia. Tantumdem requiritur ad explanandum diploma, cujus chronologici characteres aliter in Mss., aliter in Miræi diplomatibus tomo 2 cap. 12, aliter à Locrio ad annum 805 exprimuntur; à Cointio autem totum inſtrumentum rejicitur, prædicto anno 805 num. 108, qui etiam conſulendus ad annum 764 num. 16 & ſequentibus. Ea omnia tacitus prætermittere cogor, donec Canoniſſæ iſtæ Dononienſes, quarum intereſt, monumenta talia ſuggeſſerint, quæ ad Sanctorum ſuorum geſta illuſtranda neceſſaria eſſe, abunde oſtendi, iis diligenter uſurus, ſi mecum communicata fuerint. Modo in earum gratiam tantum præſtiti, quantum licuit; quidquid ſubminiſtrari impoſterum poterit, etiam circa ipſarum inſtitutionem, antiquam hodiernamque vitæ rationem, habitum &c. locum, ut jam dixi, reperient in Actis S. Ragenfredis ad dictum* VIII *Octobris, quo omnia remittimus. Videri interim poſſunt, atque huc aptari, quæ de* E *S. Aldegunde, ad* XXX *Januarii, ſed præcipuè, quæ ad S. Waldetrudem* IX *Aprilis, pag. 829 diſſeruit Bollandus.*

Ob tranſlationem hoc die colitur Regina,

6 *Ceterum huc ſpectant, atque ex Henſchenii commentario velim hoc ferme loco inſeri, quæ habet toto numero 1, tum ex Hierogazophylacio Belgico Arnoldi Raiſſii, tum ex Henrico Doutremanno, parte 3 hiſtoriæ Valencenenſis cap. 5, quæ non ſolum S. Ragenfredis, ſed & utriuſque conjugis S. Aldeberti & S. Reginæ noſtræ, ſolennem cultum patentiſſime demonſtrant. Nec dubium eſt, quin poſtrema feſtivitas jam pridem celebrata fuerit hoc die 1 Julii, nihilominus tam incertum puto obitus diem, quam ſint plura alia, ad ejus originem, ætatem, filias & cœnobii fundationem ſpectantia. Siqua fides habenda eſt ſcriptori longioris hiſtoriæ Gallicæ nuper citatæ, qui forte fuit Joannes d'Arleux eccleſiæ Dononienſis jam ſupra dictæ Sacellanus, prima Julii peculiariter S. Reginæ cultui conſecrata eſt, quod eo die circa annum 1400 corpus ejus, adhucdum integrum, per Epiſcopum Atrebatenſem, qui tunc erat Joannes Canard, in capſam argenteam tranſlatum eſt, & cum mariti & filiæ S. Ragenfredis ſacris lipſanis illuſtriori loco depoſitum. Audi rurſus Miræum:* Ceterum in parochiali eccleſia Dononienſi, viſuntur ſepulcra Aldeberti & S. Reginæ, ſed corpora ſunt elevata atque in monaſterii ara majore, argenteis feretris concluſa adſervantur; S. Ragenfredis in medio, B. Aldeberti (qui tamen non colitur ut Sanctus) in dextro latere, & S. Reginæ in ſiniſtro. F

faſtis Belgicis non tam priſcis inſcita,

7 *In faſtos ſacros Belgicos, ſaltem editos, S. Reginam primus inſeruit Joannes Molanus, in ultimis ſuis ad Uſuardum auctariis, prima editione his verbis:* Item Dononio monaſterio, S. Reginæ, matris ſanctæ Rainfredis; *acceptum, ni fallor,* ex Martyrologio aliquo prolongato per quemdam Regularem monaſterii S. Pauli Rubeæ vallis in Zonia. *In poſterioribus, phraſi tantillum ampliata:* Eodem die, ſolemnitas S. Reginæ, quæ quieſcit apud Valencenas in

AUCTORE J. B. S.

Dononio monaſterio. *An rectè in iiſdem elevationem poſuerit* XVII *Martii, quærere ſuperſedeo. Nitidum elogium contexuit idem Molanus, vel is, qui ſub ejus nomine Natales Sanctorum Belgii edidit, ex officio Dononienſi, quod infra ſubjiciemus. Paulo jejuniora ſunt cetera quæ habet Miræus; at Raiſſius, Molano appendicem adnectens, filias decem virgines, de quibus vide Henſchenium, matri ſocias adjungit. Sequuntur Gazæus in hiſtoria eccleſiaſtica pag.* 187, *Laherius in Menologio, Willotus & alii paſſim. Adde Martyrologos monaſticos, Menardum & Bucelinum: aſt in Actis Benedictinis prætermiſſa eſt. Nec prætercundus Ferrarius, Molanum ſecutus, qui* XVII *Martii elevationem legere debuit. Demum & elogia conſimilia vide apud Ghinium, Sauſſayum & Arturum de monaſterio. Gelenius in faſtis Agrippinenſibus ſic legit:* Item S. Reginæ, neptis Pipini, Regis Agrippinenſium, uxoris vero Adelberti, Comitis Oſtrovandiæ. *Quæ omnia ſaltem pro celeberrimo S. Reginæ cultu indubitatum dicunt teſtimonium.*

cujus officium hîc refertur.

B

8 *Si tam certa eſſent, quæ de ejus nobilitate aliiſque ſcripta ſunt, vix ulla in Belgio noſtro Sancta præclarius exornaretur: at nec officium ipſum, pridem à Dononienſibus decantari ſolitum, nævis pluribus vacat, ultimos Reges Merovingicos aut ſaltem eorum tempora, & Pipinos craſſiori minerva confundens, quæ Guiſii editores & contractores prudentius omiſerunt. Tranſcriptæ & miſſæ ſunt lectiones per R. D. Paulum de Longaſtre, paſtorem Dononienſem, ad P. Serviun* XXI *Novembris* 1599, *poſtmodum inter Roſweydi ſchedas à Bollando repertæ. Priores octo, quantumvis verboſæ, utcumque ordinatæ ſunt; at hiſtoriæ filum interrumpitur, dum in ſequenti, quæ inter octavas legitur, agitur de morte filiarum, quarum nulla in prioribus memoria. Brevius & nitidius eſt Molani compendium. Ceterum præfatis lectionibus hic præfigitur titulus:* Lectiones quæ primo Julii, in ſolemnitate S. Reginæ à Dononienſis monaſterii monialibus cantantur. *Non multum differt, præfatum in Molani Natalibus elogium, ab ipſis hodiernis Proprii Dononienſis lectionibus, ex quo cum Henſchenius, ſua pro Aldeberto deſumpſerit, nempe ex editione anni*

C

1625, *nos etiam ex eadem totum S. Reginæ officium compendio Molani ſubnectimus, longioribus illis Mss. tantiſper prætermiſſis; plura daturi citato toties* VIII *Octobris die, ſi deſiderata ſuppeditentur.*

Ex officio Dononienſi, de ſanctis Regina & Ragenfrede, apud Molanum in Natalibus 1 *Julii.*

Breve totius vitæ & virtutum compendium.

IN Dononio monaſterio, ſolennitas S. Reginæ. Quæ Regina fuit nomine, Regina nihilominus proſapia Regum & affinitate; Regina etiam præclaro morum regimine, & ad ultimum Regina ſuperni Regis dotatione. Hæc ex conſilio parentum, & Pipini Regis (cujus neptis erat) in conjugale conſortium accepit Aldebertum, ex primis palatii proceribus, probitate & militia apud Regem clarum; virtute animi & gratia, apud Regem Chriſtum clariſſimum. Clarebat enim non ſolum nobilitate ſanguinis & opulentia prædiorum, verum etiam omnimoda morum bonitate & actuum ſuorum experientia. Sociati autem in charitatis copula, Deo primum, & poſtea per Deum ſibi invicem placere ſtudebant, totum vitæ ſuæ curſum decenter ornantes. Facti ſunt per eleemoſynas locupletiores, per humilitatem potentiores. Non enim nudus Chriſtus ante eorum fores moriebatur, famem aut ſitim patiebatur, ſed anguſtiatos indigentia & oppreſſos præjudicio ſublevabant. Quibus etiam Deus ex ſupernæ felicitatis benedictione, decem dedit filias, quæ à parentum moribus non diſſimiles, omnes elegerunt cœlibem vitam, ut transacto curſu, gratiores Deo occurrerent. Ædificarunt etiam parentes harum virginum ad Scaldim fluvium, in loco qui Dononium dicitur, cœnobium ad honorem Dei Genitricis, itemque eccleſiam in venerationem S. Martini: ubi numeroſum ſanctimonialium numerum, cui beata Ragenfredis filia præfuit; & clericorum Dei gregem inſtituerunt, reditibus & prædiis, decenter ad ſervitutem Dei legatis. Viſuntur eorum ſepulcra in parochiali eccleſia, ſed corpora elevata ſunt & in monaſterii ſummo altari, in argenteis feretris quieſcunt; S. Ragenfredis in medio, beati Aldeberti (qui tamen non eſt canonizatus) in dextro latere, in ſiniſtro vero S. Reginæ.

D

Terribilis punitio invaſoris honorum Dononienſium.

De ſecundario feſto ſunt verba propriæ eccleſiæ: Decimo ſexto Kalendas Aprilis, apud Dononium elevatio corporis S. Reginæ. Ceterum diei hujus lectiones continent, corpus ſacrum in Saxoniam delatum eſſe, cum ibi negata juſtitia, prædia S. Reginæ invaderentur. Antequam autem eo pervenirent, vir quidam, dejectis limitibus, prædia monaſterii invaſerat, & cum nec cæcitate, nec aliis plagis emendaretur, per ſecreta naturæ omnia interiora ejecit, & ſic miſer prædium cum anima perdidit. Poſtmodum perducto ad prædium corpore advocatæ, divinitus limites prædii diſtinguebantur, & corpus condigna veneratione Dononium referebatur.

E

Quomodo Sancta depingatur.

Eſt autem locus apud Valencenas, in finibus diœceſis Atrebatenſis, quam in loco Scaldis terminat; ibique S. Regina pingitur cum corona in capite, cujus cauſa ex antedictis colligi poteſt; & cum baculo abbatiali, quia vel prima præfuit, vel ſi filia memoretur prima, ipſa tamquam fundatrix, plus fuit quam abbatiſſa. Caret autem nigro velo ob amiſſam virginitatem, & fortaſſis eam ob cauſam, ſacris Virginibus ſeſe præponi abſurdum judicavit. *Huc uſque ex Molani, ſeu potius ex Lowii Natalibus. En modo modernum Dononienſe officium.*

F

DIE

DIE I JULII.

In feſto S. Reginæ Dononii fundatricis, duplex 2 claſſis.

AD *Veſperas Antiphona* ; O quam precioſa mors Sanctorum , *cum reliquis de Laudibus. Pſalmi de communi Virginum.*

Capitulum.

Mulierem fortem quis inveniet ? procul & de ultimis finibus pretium ejus : Confidit in ea cor viri ſui , & ſpoliis non indigebit.

Hymnus.

Orbe ſolari duplicata fulget ,
Feſta lux terræ , ſua qua reſignans
Mater excellens meritis , triumphans
Aſtra petivit.
Hac die demum micuit , vetuſtam
Exuens carnem , novitate ſacra
Floruit , luxu quod erat recîdens ,
Sobria vixit.
Nupſerat juſto Comiti , favente
Gratia Chriſti , quibus & propago
Sancta præbetur , numeroque & actu
Conſona legi.
Virgines denas peperit beatas ,
Quas Sion mater typico ſapore ,
Ut ſuas fovit , quibus aucta cæli
Turba recrevit
Gloria Patri , genitæque proli ,
Et tibi compar utriuſque ſemper ,
Spiritus alme , Deus unus , omni
Tempore ſecli. Amen.

Verſ. Specie tua & pulchritudine tua.
Reſp. Intende , proſpere procede , & regna.

Ad Magnificat Antiphona.

Regalis ſponſa , ſponſalis gemma , gemmatum monile decem filiarum in Eccleſia , beata mater Regina , ſummæ pietati clementer noſtra offert vota.

Oratio.

Præſta quæſumus , omnipotens Deus , ut beatæ Reginæ famulæ tuæ intervenientibus meritis , à præſentibus liberemur anguſtiis , & æternis gaudiis perfrui mereamur. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio de S. Paulo per Antiph. Petrus Apoſtolus & Paulus doctor gentium. *Verſ* Conſtitues. *Oratio.* Deus qui hodiernam. *Poſtea octava S. Joannis , ut in primis Veſp. Antiph.* Ingreſſo Zacharia. *Verſ.* Fuit homo Miſſus à Deo. *Reſp.* Cui nomen erat Joannes. *Oratio* , Deus qui præſentem diem. *Octavæ autem Apoſtolorum , non fit commem. nec in primis , nec ſecundis , neque laudibus.*

Ad Matutinum Invitatorium.

Adoremus Regem regum , qui pro temporali regno Reginæ dedit æternum. *Pſal.* Venite exultemus Domino. *Hymnus , ut in primis Veſperis.*

In primo Nocturno Antiphona.

Sancta Regina regiis natalibus orta , moribus maturis infantiæ perornavit tempora. *Pſal. de Communi Virginum* , Domine Deus noſter.

Antiph. Flos regni , gloria parentum , inter ſpinas palatii emicat ut lilium. *Pſalm.* Cæli enarrant gloriam Dei. EX OFFIC. DONON.

Antiphona. Ingreſſa annos pubertatis nuptui traditur ſancto Aldeberto , providentia Dei. *Pſal.* Domini eſt terra. *Verſ.* Specie tua , & pulchritudine tua. *Reſp.* Intende , proſpere procede , & regna.

Lectiones 1. *Nocturni.* Mulierem fortem.

ut in communi non virginum.

Reſponſorium primum

Glorioſa Mater Regina , ſublimi regum ſanguine procreata , * Moribus caſtis infantiæ perornavit tempora. *Verſ.* Ex ſpina pungente pulchre rubens oritur roſa. Moribus.

Reſponſorium ſecundum.

Inter flores regalis aulæ gratia florens probitatis ſupernæ , * Sortitur ſponſum nobilitatis primæ , *Verſ.* Sanctum Aldebertum divinitus ſibi deſtinatum. Sortitur.

Reſponſorium tertium.

Fœcunditas tantorum parentum fit propagatio decem Virginum , * Quibus præparatum eſt regnum cælorum *Verſ.* Sorores ex utero , ſorores in propoſito. Quibus præparatum. Gloria Patri & Filio. Quibus præparatum. E

In 11. *Nocturno. Antiphona.*

Fœcundatur uterus Matris , & effudit fructum virginitatis. *Pſal.* Eructavit cor meum.

Antiph. Per ſucceſſiones annorum concipit , & parit Regina mater gemmas decem filiarum. *Pſal.* Deus noſter refugium.

Antiph. Poſt decurſum pueritiæ , moribus genitoris feliciter inſiſtunt morigeratæ. *Pſal.* Magnus Dominus. ℣. Adjuvabit eam Deus vultu ſuo. ℟. Deus in medio ejus non commovebitur.

Tempore inclyti Francorum Regis Pippini , patris Caroli Magni , tamquam gemma regalis in theſauris regalibus , floruit puella nobilis , ac nobiliſſimæ indolis , jam dicti Pippini neptis , Regina nomine , Regina nihilominus proſapia Regum & affinitate ; Regina etiam præclaro morum regimine , & denique Regina ſuperni Regis dotatione. Hæc divinæ providentiæ diſpoſitione , ex conſilio parentum & Pippini Regis , in conjugale conſortium accepit Aldebertum , ex primis palatii proceribus , probitate & militiæ actibus apud Regem clarum , virtute animi & gratia apud Regem Chriſtum clariſſimum. Lectio IV. F

Reſp. O vere venter aureus , quo talis fructus editur , * Quem ſacer angelicus laudat exercitus. *Verſ.* O lactis materni pietas , quo tot nutriuntur germanæ. Quem ſacer.

Sociati autem in vinculo charitatis , Deo primum , & poſtea per Deum ſibi invicem placere ſtudebant , totum vitæ ſuæ curſum decenter ornantes , ut inter honorem ſeculi & divitiarum illecebras , morum magis diligant honeſtatem , quam externum ſplendorem. Facti ſunt humiles corde , divites operibus benedictionis per eleemoſynas locupletiores , per humilitatem potentiores. Non nudus ante eorum fores Chriſtus emoritur , non famem , non ſitim patitur : ſed anguſtiati indigentia , & oppreſſi præjudicio , ipſorum erogatione ſublevantur , & ita omnibus modis ſe exhibent in conjugio , ut Superiores effecti mundo , magis Lectio V.

Ex offic. DONON. eligerent regnare cum Chriſto, quam gaudere cum ſeculo.

Reſp. Depoſitis mundi impedimentis, * Libera ſequitur Dominum majeſtatis.

Verſ. Poſt erogationes eleemoſynarum, poſt obſequia ſanctorum actuum. Libera ſequitur.

Quibus proinde etiam Deus, ex ſupernæ felicitatis benedictione, decem dedit filias, quæ à parentum moribus non diſſimiles, omnes elegerunt cælibatum, ut tranſito curſu præſentis vitæ, gratioſiores Deo occurrerent. Quin etiam poſtpoſito amori divino, affectu parentum, in longinquas regiones ad viſenda loca Sanctorum peregrinatæ ſunt. Beata autem Regina vinculo conjugali ſoluta, vitam Deo dignam ducens & proximorum ædificativam, in omni virtutum genere & exercitio, tandem ad beatam remunerationem à Deo vocata, migravit in cælum Kalendas Julii. Corpus ejus venerandum, quod vivum fuerat habitaculum ſpiritus ſancti, in eccleſia beati Martini, una cum mariti ſui ſancti Aldeberti corpore, ſepultum eſt, ſed poſtea in eccleſiam B. Mariæ tranſlatum, ubi ſuis meritis ſubſidia præſtant eos devote invocantibus.

Lectio VI.

B

Reſp. Beata mater inter legiones Angelorum, * Quando cum ſtellis decem filiarum intravit Jeruſalem civium ſupernorum.

Verſ. O vere venter aureus, quem angelicus laudat exercitus. Quando cum ſtellis. Gloria patri. Quando cum ſtellis.

In III. Nocturno.

Antiph. Sancta Regina, ut gemma regalis refulſit in theſauris regalibus. *Pſal.* Cantate Domino canticum novum.

Antiph. Inſtantiâ ejuſdem, decem ipſius filiæ animatæ ad cælibatum, ad religionis aptantur propoſitum. *Pſal.* Dominus regnavit, exultet.

Antiph. Sorores ex utero, ſorores in propoſito, ſimul lætabuntur in cælo. *Pſal.* Cantate Domino canticum novum: quia mirab.

C *Verſ.* Elegit eam Deus, & præelegit eam.

Reſp. In tabernaculo ſuo habitare facit eam.

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 12.

In illo tempore, loquente Jeſu ad turbas, ecce mater ejus & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. Et reliqua.

Homilia ſancti Hieronymi presbyteri.

Occupatus erat Dominus in opere ſermonis, in doctrina populorum, in officio prædicandi: mater & fratres veniunt, & foris ſtant, & ei deſiderant loqui. Tunc quidam nunciat Salvatori, quod mater ſua & fratres ſtent foris, quærentes eum. Videtur mihi iſte qui nunciat, non fortuito & ſimpliciter nunciare, ſed inſidias tendere Salvatori: utrum ſpirituali operi carnem & ſanguinem præferat. Unde & Dominus, non quod negaret Matrem & fratres, exire contempſit, ſed quod reſponderet inſidianti, extendens manum in diſcipulos ait.

Reſp. Sancta Regina conjugali vinculo ſoluta, * Superno Regi nupſit coronanda.

Verſ. Libera poſt jugum, præmiſſo conjuge ad regnum. Superno Regi.

Ecce mater mea, & fratres mei, iſti ſunt mater mea, qui me quotidie in credentium animis generant: iſti ſunt fratres mei, qui faciunt opera Patris mei. Non ergo juxta Marcionem & Manichæum matrem negavit, ut natus de phantaſmate putaretur: ſed Apoſtolos cognationi prætulit, uti & nos, in comparatione dilectionis, carni ſpiritum præferamus. Ecce mater tua & fratres tui ſtant foris, quærentes te: quidam, fratres Domini de alia uxore, Joſeph filios, ſuſpicantur, ſequentes deliramenta apocryphorum, & à quadam Eſcha mulierecula confingentes.

Lectio VIII.

D

Reſp. Regina egregie curſu conſummato, & agone feliciter decertato, * Hodie coronanda obdormivit in Domino. *Verſ.* O ſomnus pacis, quo caro ſolvitur terris, & anima redditur cælis. Hodie coronanda. Gloria patri. Hodie coronanda.

Nos autem, ſicut in libro, quem contra Helvidium ſcripſimus, continetur: fratres Domini, non filios Joſeph, ſed conſobrinos Salvatoris, Mariæ liberos intelligimus, materteræ Domini; quæ eſſe dicitur mater Jacobi minoris & Joſeph & Judæ, quos in alio Euangelii loco, fratres Domini legimus appellatos. Fratres autem conſobrinos dici, omnis ſcriptura demonſtrat. Dicamus & aliter: Salvator loquitur ad turbas, interim erudit nationes. Mater ejus & fratres, hoc eſt Synagoga & populus Judæorum, foris ſtant, & intrare deſiderant, & ſermone ejus indigni fiunt.

Lectio IX.

E

Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per Horas Antiphona.

O quam pretioſa mors Sanctorum, cæleſtia feliciter petentium. *Pſal.* Dominus regnavit *cum reliquis. Antiph.* Sanctus Aldebertus, humanis exemptus, divina adeptus eſt. *Antiph.* Nec differt Chriſtus Rex Regum ſanctam Reginam coronare poſt ſponſum. *Antiph.* Felices parentum coronæ, decem filiarum gemmis in cælo exornatæ. *Antiph.* Laudant Deum in cælis; quem ſolum dilexerant in terris. *Capitulum.* Mulierem fortem. *ut in primis Veſp.*

Hymnus.

O cluens mira pietate mater,
Subveni morum miſeris, precumque
Malleo, culpæ, male quîs tenemur,
Frange catenas.
Quem ſcelus noſtrum vocat ad furorem,
Redde placatum precibus tonantem,
Nos ut ignaros ſceleris manentes
Lumine donet.

F

Gloria patri, genitæque proli,
Et tibi compar utriuſque ſemper
Spiritus alme, Deus unus, omni
Tempore ſecli.

Verſ. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

Reſp. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus Antiph.

Egregia mater Regina, ſuperno regi glorioſe cunjuncta, electis angelis cunctiſque Sanctis gaudentibus, in cæleſti curia perenniter Deo laudes decantat.

Oratio ut in primis Veſp.

Deinde fit comm. octavæ ſancti Joannis. Apertum eſt os Zachariæ.

Verſ. Iſte puer magnus. *Reſp.* Nam & manus ejus. *Oratio.* Deus qui præſentem diem.

Ad Tertiam Antiph. Sanctus Aldebertus.

Reſp. breve: Specie tua. *Ut in communi virginum.*

Ad Sextam Antiph. Nec differt Chriſtus.

Capitulum.

Manus ſuas aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem: non timebit domui ſuæ à frigoribus nivis.

Reſp.

A *Resp. breve.* Adjuvabit eam.

Ad Nonam Antiph. Laudant Deum in cælis.

Capitulum.

Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas: fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Dominum ipsa laudabitur.

Resp. breve. Elegit eam.

In secundis Vesperis Antiphona, Psalmi, Capitulum, & Hymnus ut in primis Vesperis.

Vers. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Resp. Propterea.

Ad magnificat Antiphona.

Glorioſa Mater Regina, memorare quæ ſit noſtra materia, & ſuſcipiens circumſtantium vota, fac tecum regnare in cæleſti curia.

Deinde fit commemoratio de Visitatione B. Mariæ Virginis: Antiph. Beata es Maria. *Vers.* Benedicta tu in mulieribus. *Resp.* Et benedictus. *Oratio* Famulis tuis. *Postea octavæ S. Joannis Antiph.* Puer qui natus est. *Vers.* Iſte puer magnus. *Oratio.* Deus qui præſentem diem. *Postea commemoratio SS. Martyrum Processi & Martiniani. Oratio est propria.*

MISSA.

B *In Feſto S. Reginæ.*

Introitus.

Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.

Pſalm. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Gloria patri.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut beatæ Reginæ famulæ tuæ intervenientibus meritis, à præſentibus liberemur anguſtiis, & æternis gaudiis perfrui mereamur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Mulierem fortem quis inveniet? *ut die* 10 *Julii in miſſali Rom. vel in communi nec Virg. nec Martyris.*

Grad. Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. *Vers.* Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, quia concupivit rex ſpeciem tuam. Alleluia, Alleluia. Veni electa mea, & po-
C nam in te thronum meum, quia concupivit rex ſpeciem tuam. Alleluja.

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Matthæum.

In illo tempore, loquente Jeſu ad turbas: ecce Mater ejus, & fratres ſtabant foris, *ut in miſſali Rom.* 10. *Julii.*

Et dicitur Credo.

Offertorium.

Filiæ Regum in honore tuo, aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.

Secreta.

Vota populi tui, Domine, propitiatus intende, & cujus nos tribuis ſolemnia celebrare, fac gaudere ſuffragiis. Per Dominum noſtrum.

Communio.

Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & Mater eſt, dicit Dominus.

Post Communio.

Quæſumus omnipotens Deus, ut intercedente beata Regina famula tua, illius ſalutaris capiamus effectum, cujus per hæc myſteria pignus accepimus. Per Dominum noſtrum.

Die XVII. Martii EX OFFIC. DONON.

In feſto elevationis S. Reginæ *duplex.*

Omnia ut in principali feſto, prima Julii, præter ea quæ hic ſunt propria.

In II. Nocturno.

Poſtquam placuit Deo, tantam lucernam Lectio IV
amplius ſub modio non latere, ſed ſuper candelabrum poſitam, claritatis ſuæ radios longius emittere; beatæ Reginæ ſacrum corpus à terra levatum eſt, & in eccleſia ſanctæ Genetricis digno loculo repoſitum. Quod ubi factum eſt, non illi ſolum loco & vicinis, quibuſdam ſignis voluit Deus manifeſtare: ſed etiam paulo poſt apud Saxones, tali indicio dignatus eſt illuſtrare. Cum enim in Saxonia prædia ipſius invaderentur, quæ Deo famulantibus tradiderat cœnobitis Dononienſis eccleſiæ, ſanctam Reginam advocatricem ſuam illuc ſtatuunt transferre, ut quidquid minum valerent ab hominibus per juſtitiam obtinere, efficacius poſſent à Deo per ejus præſentiam impetrare. Sanctum igitur corpus eo delatum, & ante-
E quam illuc veniretur, per eam regionem fama vulgante celebratum eſt.

Unde quibuſdam gaudentibus, & ad ſuſce- Lectio V
ptionem ejus devote ſe parantibus; aliis autem propter injuſtitiam à ſe factam, timorem & pœnitentiam in corde concipientibus, vir quidam præpotens, qui magis pœnitere debuiſſet, majorem ſibi peperit iniquitatem. Habens enim prædium prædio ſanctæ Reginæ contiguum, pridie ante ipſius adventum, ne limites eorum agnoſcerentur, fines ejus finibus ſuis continuando, infigi juſſit aratrum. Cui cum uxor ipſius reſiſteret, ipſe contra eam felle commotus, domo egreditur, & in eodem agro laborans, hora prandii revertitur, & aquam ad levandum requirens, prandium poposcit. At miſer ille, in ſemel concepta perdurans obſtinatione, divina ultione mulctatur non ſolum cordis, ſed etiam oculorum cæcitate, ut aquam allatam non videret. Cui uxor, Ecce, inquit, aqua, ſed non vides, quia jam te punit Dei ſententia, & ſanctam Reinam adhuc abſentem prævenit Dei provi- F
gdentia.

Lavatur itaque, menſa & mappa apponitur, Lectio VI
cibus & potus imponitur, caro cocta, cruda & ſanguinea redditur, vinum in ſanguinem vertitur, & miſer ad pœnitentiam non convertitur. Non inclinat eum tanta divinæ clementiæ collatio, non illuminat cor ejus oculorum cæcatio, non terret eum terribilis cibi & potus mutatio, & ideo nulla fit pereundi dilatio. Turbatur domus, accurrit familia, tollitur menſa cum mœrore, ſurgit ille manibus & pedibus offendendo, quia cæcus erat, latrinas expetit, in quas, ut olim Arius, per ſecreta naturæ omnia interioria emittit, ſicque miſer vitam & prædium ſimul amittit: non latuit res acta vicinorum notitiam, ſed paſſim divulgatur ad majorem ſanctæ Reginæ reverentiam, ita ut ei omnis ætatis & ſexus turba obviam occurreret. Perducto autem ad prædium corpore advocatricis, divinitus limites prædii diſtincti fuerunt, & corpus condigna veneratione Dononium relatum eſt.

A D

DE B. HECHARDO, PRESB. CONF.

MONASTERII SCHEIDENSIS, ORD. PRÆMONSTRATENSIS, FUNDATORE.

In finibus Colonienſis & Markani territorii.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De prima hujus Beati notitia & cultu.

CIRCA ANNUM MCLXX.

Ignotus hic antea Beatus,

Qui in Actis noſtris peregrini non ſunt, probe norunt, quoties in ipſis laudati olim fuerint Joannes & Ægidius Germani fratres Gelenii, uti & PP. noſtri Grothuſius ac Camanſius, ob præbitam ſæpe majoribus noſtris adjutricem manum in perquiſitione ſacrorum monumentorum inferioris Rheni tractûs, Weſtfaliæ & circumvicinarum regionum, unde præclara multa, ab eis ſtudioſe eruta, publici juris fecimus, quæ alias perpetuis tenebris adhuc

B *ſepulta jacerent. Parem laudem meritus eſt noſter item P. Jacobus Kritzraet, à quo ferme miſſa intelligo, quæ de* B. Hechardo *inter manuſcripta noſtra reperta, occaſionem dederunt, hunc beatum virum, à Præmonſtratenſibus ſcriptoribus aut ignoratum aut neglectum, Sanctorum Actis hoc die inſerendi, ſic tamen ut aſſerere non auſim, ipſum ejuſdem Ordinis religioſum fuiſſe, tametſi id alicubi indicatum inveniam. De Scheidenſi cœnobio, cujus fundator dicitur, olim meminit Papebrochius in annotatis ad Acta B. Bertholdi* XX *Junii, pag.* 60, *& nos de eo pluribus infra. Hoc maxime dolemus, obſcuriſſima eſſe, quæ ad* B. Hechardi *originem & geſta ſpectant, adeo ut fateri neceſſe ſit, aut nullam ejus vitam ſcriptam fuiſſe, aut ſi ſcripta eſt, penitus interciditſſe.*

à Geleniis & Weſtfalicis ſcriptoribus eruitur eſt.

2 *Actorum defectum, quantum quidem potuit,* C *ſupplevit laudatus modo Ægidius Gelenius, contexta quadam hiſtoria, ad cujus marginem manu ſua adſcripſit Grothuſius:* Ex Mss. monumentis & diplomatibus, opera Joannis Gelenii Doctoris & Colonienſis olim in ſpiritualibus Vicarii generalis conquiſitis, per Ægidium Gelenium collecta. *Porro ex Gelenii & Grothuſii ſchedis tranſmiſſam cum aliis fuiſſe ad Rollandum, teſtantur binæ litteræ præfati P. Kritzraet, datæ* XV *Maii &* XV *Junii* 1662. *Monumentis autem iſtis colligendis componendiſque anſam dediſſe videtur* B. Hechardi *corporis elevatio ſeu tranſlatio per Joannem Gelenium facta anno* 1628, *Junii die* XXIII, *cujus authenticum inſtrumentum infrà vitæ ipſi ſubjicitur. Vitæ, inquam, ſiquidem vita appellari mereatur, quæ potius locorum communium compilatio dicenda eſt, quæque Sanctis quibuſlibet,* Hechardi *popularibus, non incommodè aptari queat, ut erudito lectori, rem totam attentius conſideranti, manifeſte brevi patebit. At enim ea qualicumque hiſtoria utendum fuit, cum documenta alia ſaltem quæ* B. Hechardi *geſta explicent, hactenus plane deſiderentur.*

De Scheida meminere Annales Cliviæ.

3 *De cetero pridem notum fuiſſe Scheidenſe monaſterium, teſtis eſt Wernherus Teſchenmacherus in ſuis Cliviæ, Juliæ &c. Annalibus parte* 2, *pag.* 223. *ubi ita habet:* Ex monachorum cœnobiis præcipuum eſt Scheidanum, Ordinis Præmonſtratenſis, à diſtinctione finium Colonienſis & Marcani territorii ita dictum, anno MCLXX à Philippo Heinsbergio, Archiepiſcopo Colonienſi inauguratum; cui anno MCLXXIII Godefridus & Henricus Domini de Hagen prædia quædam donarunt. Eidem anno MCCXV decimæ in Berendorp, per Hermannum Wennemerum, Arnholdum & Erenwerthum fratres de Caminata, hodie Camen vel Kemenæ, Lamberto SS. Apoſtolorum Coloniæ Decano teſte, aſſignatæ ſunt. Jus patronatus etiam eccleſiæ Mengedinæ illi Jonathan ab Ardea, approbante Engelberto Montano Archiepiſcopo Colonienſi, præſentibus Adolpho Comite Altenano, Friderico Iſenburgio, Bertholdo Bureno, & Friderico Wittenio anno MCCXVI attribuit. *Hîc paucis multa connectuntur, quæ nonnullo examine indigent; verum cum ea quæ de poſterioribus monaſterii prædicti benefactoribus dicuntur, ad B. Hermannum, primum ejus Præpoſitum propius pertineant, ea vel ad* VI *Auguſti vel ad* XXIII *Decembris, cum aliis diplomatibus diſcutienda remittimus.* E

in quibus nonnulla examinanda.

4 *Neque vero ſatis certa eſt, quæ hîc adſtruitur, conſecrationis eccleſiæ Scheidanæ epocha, quandoquidem in ipſa B. Hermanni vita, apud nos manuſcripta ſic legam:* Igitur anno MCLXXIII, ipſo die, qui ſancto Servatio eſt ſacer, videlicet III Idus Maii, die Dominica [*concurſus hic ſub littera Dominicali G. ſolum habetur anno proxime prægreſſo* 1172] Philippus magnificentiſſimus Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus eccleſiam eamdem cum Epiſcopis conſecravit. *Nec veroſimilius definiri poteſt annus, quo è vivis exceſſerit prædictus B. Hermannus, quem ultima vita clauſula obiiſſe ſtatuit* VIII *Idus Auguſti, eodem ipſo anno* 1173. *Adde quod* F *in cyfris erraſſe videatur Petrus de Waghenare, dum in ſerie virorum illuſtrium pag.* 151, *ex Chryſoſtomo vander Sterre tradidit, B. Hermannum in Cappenbergenſi cœnobio candidæ Jeſu militiæ circa annum* 1122 *eſſe adſcriptum, niſi annum religionis quinquageſimum ſuperaſſe admittamus. Nihil certius, quam quod altera vita, à Grothuſio aut compoſita aut recognita memorat,* incompertum eſſe, quo anno [*B. Hermannus*] inter homines eſſe deſierit: *atque item, quod in notatione apponit;* de beatorum Hechardi fundatoris, & Hermanni, primi Præpoſiti Actis, nihil fere præter ipſam de ſanctitate traditionem ſupereſſe.

Veri cultûs veſtigia

Sic candide & ſincere Grothuſius, qui omnia recte perſpexerat; neque alia antiqui & ſtabilis apud Scheidenſes cultus ſacri monumenta ad nos pervenerunt, præter ea quæ à citatis ſupra ſcriniorum Weſtfalicorum ſcrutatoribus ſuggeſta ſunt. Jam dixi ab ipſis candidi Ordinis hiſtoricis B. Hechardum *non referri, ne quidem à Chryſoſtomo*

A *ſtomo Vander Sterre aut Petro de Waghenare ; ſcrupuloſis alioquin Sanctorum, Beatorum ac virorum illuſtrium inſtituti ſui collectoribus, ut merito iterum dubitem, an conditor ille Scheidenſis monaſterii, ibidem vitam religioſam vere umquam profeſſus, & non potius Canonicus aut Sacerdos ſecularis fuerit, qualis B. Menricus de quo & B. Bertholdo confundatore Vrundebergenſi agitur tomo 4 Junii à pag. 58, ubi & de Scheidenſi monaſterio non ſemel ſermo recurrit. Ad cultus* B. Hechardi *probationem ſuperſunt Faſti Weſtfalici, quos ex vetuſtioribus eccleſiarum iſtarum tabulariis dubio procul contexuit noſter P. Joannes Velde, de Actis Sanctorum etiam ſuo tempore bene meritus, ita ſcribens hoc die 1. Julii:* B. Ekardus presbyter & Scheidenſis monaſterii auctor. *Cui ſubjunguntur, ſolo venerabilium titulo decorati ;* V. V. Velandus, Wiltrudis & Jonathas de Ardeia, ejuſdem fundatores & benefactores, *ſumpti fortaſſe ex Gelenio, quem præcipuum Sancti noſtri illuſtratorem ſuperius diximus.*

B 6 *Hic in laudato ſæpius à majoribus noſtris opere, De ſacra & civili Coloniæ magnitudine, non pauca attigit, quæ huc ſpectant potiſſimum. Imprimis libro 2, ſyntagmate 1, pag. 129 de gente Ardeia meminit; monaſterii Scheidani fundatrice, quæ ſatis conveniunt cum iis quæ de ejus illuſtri genere infra dabuntur. Porro lib. 3, ſyntagmate 130, § 2, pag. 627, theſaurum ſacrum enumerans, qui exſtat ad S. Margaretæ, ſic habet num.* 7 : In maxima monſtrantia, primo, magnum os de beato Eckhardo Scheidano, Ordinis Præmonſtratenſis [*neſcio ac hoc ſufficiat ut ei Ordini tuto vindicetur*] qui Wiltrudi, Wolandi de Ardeia viduæ, auctor fuit deſtruendæ anno MCLXXIII arcis, & ædificandi in comitatu Marcano monaſterium Segor vel Scheida, in quo ejus memoria colitur x Julii, & venerabili ſepulcro inciſum eſt epitaphium ; Signis non tardus &c. *ut infra. Inter feſta ejuſdem eccleſiæ iterum ponitur :* B. Heckardi, 1 Julii, de SS. Trinitate. *Jam dicta ferme repetuntur in ſacris & piis Faſtis, dicta die 1 Julii pag. 701. Atque hæc præcipua ſunt, quæ quidem hactenus videre licuerit, circa beati noſtri* Hechardi *ſanctitatem memoriæ prodita.*

ex citatis Geleniis

C 7 *Obſervaverit mecum lector, in citato Gelenii textu adduci annum* MCLXXIII, *quo primum deſtructa fuerit arx illa, cui ſubinde monaſterium Segor, atque adeo templum ipſum ſuperædificari cœperit : memoria, opinor, lapſu ; certe nequaquam ſervato juſto chronologiæ ordine ; cum in ipſa vita legerit, ut num.* 4 *oſtendimus, eodem illo anno* MCLXXIII (*imo juxta Teſchenmacherum anno* MCLXX) Philippum magnificentiſſimum Colon. eccleſiæ Archiepiſcopum eccleſiam eamdem cum Epiſcopis conſecraſſe. *Mihi quidem longe veroſimilius eſt, arcem prædictam aliquot ante annis deſtructam, ut ſpatium concederatur, quo exſtrui omnia & commode perfici potuerint ; ſic ut anno* MCLXXII, *quo notarum chronologicarum concurſum haberi diximus, facta ſit eccleſiæ conſecratio, mortuis fortaſſe & fundatore B. Hechardo, & B. Hermanno, primo Præpoſito. Certe cum Grothuſio fatendum eſt, de utriuſque* geſtis (*intellige & de geſtorum tempore*) nihil fere præter ipſam de ſanctitate traditionem ſupereſſe. *Nihil igitur in his ſatis firmi eſt, ubi pedem tuo figas ; ſiquid luminis aliunde ſubminiſtrari poſſit, erit nobis ſane gratiſſimum eoque non ſegniter utemur, dum ad B. Hermanni Acta perventum*

fuerit, quæ ſupra monuimus, vel ad diem VI *Auguſti, vel ad* XXIII *Decembris, cum aliis diplomatibus, ad ipſum ſpectantibus, illuſtranda.* AUCTORE J. B. S.

Aliqualis vita hiſtoria ab iiſdem collecta.

8 *Patet etiam, ſecuriora non eſſe, quæ de* B. Hechardi *vita traduntur. Breve compendium inter Grothuſii chartas reperit P. Kritzraet, hunc præferens titulum :* Hiſtoria B. Hechardi, Canonici ſacerdotis, fundatoris monaſterii Scheidani. *An per* Canonici *indicare velit ; fuiſſe Ordinis præmonſtratenſis, non ſatis perſpicio ; ſic vitam contrahit :* Wolandus de Ardeia, vir nobilitate generis ac opibus nemini ſecundus, virtutibus illuſtris, in antiqua Saxonia, quam Weſtphaliam appellamus, arcem tenuit Ruræ fluvio incumbentem, in qua ſacellum S. Severino confeſſori nuncupatum vivus excitavit. At ipſo defuncto, Hechardus morum integritate ac pietate ornatiſſimus ſacerdos, Wiltrudi, viduæ Wolandi, ipſiuſque liberis auctor fuit, ut arce ſolo adæquata, ex ipſius ruderibus cœnobium ædificarent, ſe ſuaque Deo devoverent. Paruit mox Rathardus laicus, Wolandi & Wilthrudis filius, ac Deo ſe ſua probavit pietate. Extant ea de re barbari quidem, haud tamen illepidi, ſed antiquorum verſiculi, E

WILTRUDIS VIDUA DIVINITUS ILLUMINATA
DESTRUXIT CASTRUM, CONDENS VENERABILE CLAUSTRUM,
SE SUA CUM NATIS DEDIT AD CULTUM DEITATIS.

compendium à noſtro Grothuſio ;

9 *Quærit deinde Grothuſius, quis fuerit B. Hechardus.* Utrum vero, *inquit*, ex Wolando ipſo aut ipſius familia B Hechardus proſeminatus ſit, aut qua demum ex gente ipſe prodierit, adeo latet, ut B. vir omnem videatur famam & hominum notitiam præteriiſſe. Attamen ipſum inter Wolandi liberos auguror omnino eſſe collocandum, quia plures in dictis verſiculis ſcribuntur liberi ſe cultui divino mancipaſſe, qui primi auctores collegio Scheidano dedere initia. In libris autem quos mortuales vocant, Rathardus laicus atque Echardus ſacerdos collegii Scheydani fundatores & auctores nuncupantur, quo titulo ſola fere Ardeiadum familia gloriatur. Deceſſit ipſe Hechardus magna cum beatitatis & ſanctitatis exiſtimatione, quæ ſola vitæ ejus, pie geſtis oblivioni traditis, apud poſteros remanſit, à quibus in viridi, quod Werlenſe vocant, marmore, hoc ei monumentum ſtatutum eſt. F

SIGNIS NON TARDUS NOSTER FUNDATOR HECHARDUS
PRESBYTER HOC PULCHRO REQUIESCIT CARNE SEPULCRO,
PNEUMATE SANCTORUM POSSIDET ISPE CHORUM.

quæ veroſimilia ſunt utinam certiora.

10 *Hæc Grothuſius ſatis veroſimiliter, quamquam fortaſſe non nemo clariora argumenta deſiderare poſſit, ut omnino conſentiat,* B. Hechardum *ex Ardeiadum ſanguine originem traxiſſe. Equidem iniquus exactor eſſe nolim ; fuerit Beatus noſter non ſolum ſanctitate & ſignis, ſed & gente & ſanguine illuſtriſſimus, qualem etiam fuiſſe tradit, quæ hîc ſequitur, memorata ſuperius vita à Gelenio concinnata. In ipſa plus verborum reperio quam rei, ſaltem ad* B. Hechardum *proprie ſpectantis : verum in tanta antiquiorum*

AUCTORE J. B. S.

monumentorum penuria, quid reliquum eſt, niſi ut qualicumque ſcrutatorum jam laudatorum diligentia utamur.

VITA
B. Hechardi Confeſſoris.

a *Ex antiquis deſcribitur regio,*

ANtiqua Saxonia *a*, quæ nunc Weſtphalia vocatur, inter Rhenum & Viſurgim ſita, faſtigiatur in dorſum magna montium ſerie, quam Romani Rheticonem montem appellaſſe noſcuntur. Porro ex ea, uti fieri ſolet, multi nati fluvii, tam in ortum Viſurgim verſum, quam in occaſum ſolis, Rheno miſcendi, aſſidua ſcaturigine decurrunt: inter hos fluvios, qui ad occidentem ſolem ex prædictis montibus delabuntur, duo ſunt iiſdem Romanis non ignoti fluvii, quippe ab exercitu eorum ſubinde pontibus ſtrati, Luppia & Erygrus, quos nunc exiliore & truncato ſono Lippe & Ruer efferri audimus. His duobus fluviis ſpatioſus ager interjicitur, qui ubi plurimum prædicti fluvii diſtant, 32, ubi vero minimum
B diſſident, 27 millia paſſuum latus eſſe cenſetur. Is ita à natura comparatus eſt, ut apud Luppiam fere humilior ſit ac tumulis ſubinde internaſcentibus, paulatim ubi Ruræ propinquat, in conſpicuæ ex longinquo magnitudinis montes exſurgat, quibus elatus, Ruræ decurrentis ambagibus prætexitur, vetuſtis ſilvis ac denſis lucis horrens. Erat hoc extremum celeberrimæ apud veteres Harciniæ ſilvæ, novem dierum iter in latum habentis, latus ad Boream obverſum, & nunc veteris multa manent, unà cum nomine, veſtigia ſilvæ: iſtic Heerdeke, Arisbergh, Hertzbergh, Hard, Harhuſen, & ſimilis appellationis veteris arces & oppida, in ipſo limite, ejus, quam dixi ſilvæ perſeverant.

in qua potens Ardeiadum familia; *b*

2 Sed apertius veterem ſervat nominis umbram, de qua mihi ſermo erit, ditio ab antiquis temporibus celeberrima, quæ Hardi vel Ardeia *b*, alias Hardeia dici conſuevit, eo quod extremum Harciniæ, de quo dixi, latus complecteretur. Floruit iſtic longa ſerie nobilis Ardeiæ ſanguis, tam bello rebus geſtis,
C armiſque præclare tractatis, quam pace, conſiliis ac religionis cura potens, donec ad Walandum ſeu Wolandum poſſeſſio terræ cum ſanguine devenit. Hic majorum ſuorum non diſſimilis, virtute ac pietate majores ſuos etiam antecellere annitebatur, qui Wiltrudem, genere ac virtute ſibi ſimilem, aſſumens in conjugalis vitæ ſocietatem, aliquot ex ea liberorum pater eſt effectus, quos in pietatis ac virtutum, generi ſuo congruentium, exercitiis educans, præclari & apud Deum magni operis fecit fundatores. Inter cujus religioſiſſima opera, etiam illud fuit, quod in caſtro ſuo, non procul Rura ad Boream ſito, S. Severinum (pro eo quo Divis cum homine licet & decet modo) ſecum voluerit habitare: nam ſumptu & arte elegans ſacrarium eidem ſancto Confeſſori extruendum curavit *c*, in quo ad SS. Trinitatis gloriam cum aliorum Sanctorum, tum S. Severini dedicato, perſæpe de altari cordis ſui thymiama devotionis ipſe incendit Deo in odorem ſuavitatis; ac laudis ſacrificium ab aliis, imprimis à domeſticis fidei, ibidem Deo impendi procuravit. Unde etiam factum eſt ut ſuffragantibus S. Severini meritis & ipſius Wolandi ſedula promerente pietate ac juſtitia, ejuſdem filii, in timore Domini educati, irent D de virtute in virtutem, per viſionem videlicet pacis, per conſcientiam puram, de corde integro & fide non ficta, operando ſalutem, & ſuam & proximorum.

cujus ultimus Wolandus *c*

Wiltrudem viduam relinquit.

3 Sed illum his ſtudiis occupatum, tandem alteri vitæ maturum, dè præſenti ſeculo ſubduxit rerum linea, quæ quantam Wiltrudi, chariſſimæ ejus conjugi atque pietate ſociæ, doloris acerbitatem cumulavit, tantum ipſa ad virtutem adjecit, nam in omnia viduitatis mala, non temporum ſucceſſu, ſed uno quaſi momento præcipitata, fecit quod electorum proprium eſt, ut & iſte malorum cumulus, quantuſcumque eſſet, ſibi veluti materia quædam copioſa ad ſpiritualis ædificii incrementum deſerviret, & fieret ſibi per Dei gratiam, cum tentatione proventus. Nam ad pietatem, etiam quam ante exactius, colendam ſeſe convertit, & partiti nuper amoris impetum intra metas unius alvei concludens, in unum poſthac Deum derivavit, cogitans, quomodo ſecundum Apoſtoli præceptum, placeret Deo. In his omnibus erat ei adjutor fortis & fidelis E
Hæc de B. Hechardi conſilio & prudens B. Hechardus filius *d*, qui pro ea qua erat morum innocentia & cæleſtium rerum deſiderio incenſus, ſacerdotio fuit initiatus, & in paterno caſtro ſerviebat Domino die ac nocte, incedens in omnibus juſtificationibus fidelis & devoti ſacerdotis, ſive Deo ſacrificium labiorum ſuorum offerret, ſive cum proximis agendo, viam ſalutis, per continentiam & juſtitiam & fidem demonſtraret.

d

arcem ſuam in religioſum clauſtrum convertit,

4 Ille igitur mulierem fortem videns, & poſſe in ea requieſcere cor ejus, qui propter nimiam excellentiam ſuam, eſt viri caput, Chriſtus Dominus, & ſpiritum, quem in muliere forti laudavit Salomon, adhuc excellentiorem ei, pro filiali quam ei debebat, charitate, viam demonſtravit. Nam elapſis aliquantis temporibus, & ipſi & alteri ejuſdem filio Rathardo fratri ſuo, qui patri in ſecularis poteſtatis eminentia ſucceſſerat, perſuaſit excellentiſſimæ pietatis opus aggredi, videlicet ut arcem mutarent in cœnobium, & caſtrum ſecularis poteſtatis converterent in clauſtrum religioſæ perfectionis. Quod & factum eſt, divina ordinante clementia, quæ illorum corda permovit, ut matura & frequenti ſuper ſanctiſſimo conſilio deliberatione habita, intuitu F
æternorum ſibi in cælis tabernaculorum comparandorum, ſi ſua tranſitoria deponerent in manus ſervorum Dei, tamquam trapezitarum aut nummulariorum, qui accepto copioſiſſimo lucro ſunt ſoluturi, magna animi ſui lætitia ac ſolatio, domum ſeculi converterunt in atrium domus Dei *e*, & ejuſdem loci obſequio ſe *e*
ac ſuos ſemper fore advocatos & protectores devoverunt.

lætantibus angelis

5 Quanto tunc putas gaudio affecti ſunt angeli, qui ſolicite ſalutem noſtram exquirentes, gaudere ſolent ſuper uno peccatore pœnitentiam agente; quando non jam unam ſed catervas multorum ad pœnitentiam converſorum providebant ad novum hoc pietatis aſylum aut civitatem refugii, aut Segor concurſuros, ex inſidiis mundi & carnis & dæmonis ereptos, ſive ut verius dicam, ex Sodomorum & Gomorrhæ incendiis elapſos. Fuit illa dies magna & acceptabilis in Iſtaël, & ſicut dies ſeculi; ſeculi certe, quando tot familiis illuſtribus emortuis, ipſa Ardeia familia in religioſa po-

A non ſolum alias æquales ac majores familias, ſed ſeipſam vivendo ſuperavit. Quid interim tu eccleſiarum Dei expilator, monaſteriorum & religioſarum ædium diſſipator, putas, quia tibi erit in gloriam diſſipaſſe bona Domini tui? Veniet tibi Dominus, & veniet in die vel nocte, qua non ſperabas, & rationem reddi mandabit: qui enim villico iniquitatis, quem ſuper bona ſua conſtituerat Dominus, non pepercit propter infamiam diſſipationis in commiſſis, profecto non diſſimulabit cum raptore bonorum ſuorum, de quo auditur clamor in cælum propter oppreſſionem pupillorum.

& filio Rathardo laico conſentiente.

6 Non ſic Wiltrudis nec filius ejus Rathardus, quantumvis laici; non ipſe Dux præclari facti B. Hechardus, qui ſuis uſibus ſubtraxerunt, quod in ſervorum Dei cederet utilitatem: benedicti vos à Domino, quia talem charitatem diffudit in cordibus veſtris, ſemper honos nomenque veſtrum & laudes manebunt, quæ multo firmius memoriæ, quam æris laminæ ſunt inſculpta, quamquam nec

B illa deerit umquam ſcriptura: nam & hoc quod ſequitur, de tali ſculptura eſt.

WILTRUDIS VIDUA DIVINITUS ILLUMINATA, DESTRUXIT CASTRUM, CONDENS VENERABILE CLAUSTRUM, ET SUA CUM NATIS DEDIT, AD CULTUM DEITATIS.

Deſcriptio monaſterii quoad locum circumjacentem,

Porro monaſterium, quod in fundamentis ſecularis arcis tunc fuit enatum (quaſi cum è cineribus exuſti phœnicis enaſcitur phœnix, aut aquila, excuſſis ad ſolem plumis, renovat juventutem ſuam, novis ſubnaſcentibus pennis) ſitum eſt haud longe à fluvio Rura, è regione Hunnæ fluvii, in prædictum flumen ex auſtrali plaga incidentis, niſi quod paululum ſeptentrionem verſus à confluentia eorum ſepoſitum, loco ad religioſæ congregationis ſuſtentationem opportuno, propter agrorum circumpoſitorum fertilitatem & paſcuorum ſilvarumque neceſſarium fructum. Qui ſane locus ab antiquis temporibus congruenter Scheida *f* nomen

f nomen & etymon;

obtinuit, quia ipſum Dominus ab initio ex multis aliis diſcrevit, ut ibi ſepararet filios Adam, & filios adverſus patrem ſuum & ma-

C trem ſuam, adhuc autem & hominem adverſus ſeipſum, mortificare nimirum membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini, quando egreſſi angeli ejus, ſeparabunt malos de medio juſtorum, & hædos quidem ſtatuent à ſiniſtris, agnos autem à dextris; aut lolium colligabunt in faſciculos, triticum autem in horreum Domini congregabunt.

quod & allegorice explicatur.

7 Poſſumus etiam illam nominis vel loci cogitare congruentiam, quod idem locus inter convalles poſitus, fluvii, qui civitatem Lunam decurrendo lætificat, eſt principium, quia humilitas & afflictio diſciplinæ, filiis ſeculi quaſi montibus, proſperitate & ſuperbia tumidis atque elatis vileſcit, in qua tamen vilitate Dominus benedictionem mandavit, dicens, quod inter medium montium aquæ pertranſibunt: aquarum utique, non quæ arenoſo ſolo abſorbentur, ſed quæ lætificant civitatem Dei, quæ quamdiu in præſenti viciſſitudinibus eſt obnoxia, lunæ non raro comparatur, & quia per invidiam diaboli multis modis ſolet domus, Deum timentis Jobi, concuti, ideo pius & clemens Dominus etiam angelis ſuis mandavit D de eodem loco ut cuſtodirent eum

Alii poſt Wiltrudem benefactores g

8 Siquidem poſt Wiltrudem & Rathardum, atque lapidem illius angularem B. Hechardum, fundatores ejus, eadem Ardeia familia, per generationes ſuas *g* locum, Domino cooperante, protexit & auxit: inter quos multa liberalitate ac pietate excelluerunt Everhardus Comes, qui Scheidenſis eccleſiæ fidelis Advocatus, IX Kalend Decemb. circa annum Domini MCC obdormivit in Domino, à quo, uti non dubitamus, mercedem accepit, receptus in æterna illius tabernacula in cælo, cujus temporaneam manſionem præclare tutatus erat in mundo. Huic deinde ſucceſſit Jonathas, qui non ſolum patrem, ſed & nominis ſui anteſignanum Ducem, cujus laus eſt in ſacro volumine, Machabæum dico, æmulatus, glorificavit domum iſtam & fortem ſeſe illius defenſorem declaravit; IV Idus Octob. uti confidimus, vocatus ad præmia cæli. A quo poſt annum MCCXXXVIII alter extitit Jo- E nathas, qui & ipſe in vita majores ſuos multis æmulatus eſt annis, & eoſdem IV Idus Maii in morte eſt ſecutus. Poſt quem Wilhelmus Comes extitit, qui anno MCCLXXXIII eumdem locum ornavit & defendit.

& piiſſimi advocati.

9 Hi adverſus devaſtantium rabiem & inſidias ſe oppoſuerunt murum, & adverſus ſedentem ex latere teſtamenti excubarunt pro loco, in quo Ardeiæ ſanguis ſuam Deo teſtatam fecerat pietatem: propter quod etiam defuncti oſſa ſua & cineres eidem loco inferri voluerunt, ut cui viventes militaſſent, eidem eſſent in morte præſidium. Interea vero virtutum operibus cælo maturior factus B. Hechardus, cum opinionem ſanctitatis ac beatitudinis, in cælo pro inſigni ſua in Deum fide & charitate, recipiendæ, eâdem qua vixerat religione ac pietate vitam conſummavit Kalend. Julii, ac honorifice in templo eſt tumulatus. loco ab aliis ibidem poſitis diſcreto; qui, ut pro nobis intercedat, præſtet Dominus, cui eſt in medio Sanctorum, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Notat ad marginem ſcripti ſui Gelenius, ſumptam hanc deſcriptionem ex Ptolomæo, Velleio, Tacito, Dione Caſſio atque ex Julio Cæſare. Qui de hac re accuratiorem commentarium legere cupit, adeat tomum* I *hiſtoriæ Weſtfalicæ noſtri Nicolai Schatten, editam anno* MDCXC. *Scriptores alii obvii ſunt, ut Teſchenmacherus &c.* F

b *Hodie, extincto comitatu, tractus ille terræ appellatur* up der Haar, *item* die Haard. *Eſt hæc etiam Gelenii ipſius annotatio.*

c *An S. Severini cultus eo loci adhuc perſeveret, diu ſed fruſtra quæſivi.*

d *Dixi ſupra, non ſatis conſtare, utrum vere B. Hechardus Wolandi & Wiltrudis filius fuerit: at nec quidquam obeſſe video, cur filius dici non poſſit.*

e *Monui item, confuſa eſſe tempora, quibus everſa arx, ædificatum cœnobium, exſtructa & conſecrata fuerit à Philippo Colonienſi Archiepiſcopo eccleſia. Forte alicunde pluſculum lucis accedet, ut ea in B. Hermanni Actis dilucidius explicentur.*

f *Aliter nomen* Scheide *& planius receptioriſque modo interpretatus eſt ſupra Teſchenmacherus num.*

A *nam.* 3 ; *nempe à territoriorum illic finitimorum ſeparatione, quod etiam Belgicè ſonat verbum* Scheiden. *Sed contra eſt notatio Grothuſii ad vitam B. Hermanni Scheidani, ubi ita obſervat :* Scheid monaſterium Ordinis Præmonſtratenſis, ſitum eſt in comitatu Marcano, quod quamvis etiam Segor appellatum ſit (id enim docent litteræ Henrici Ducis Saxoniæ & Weſtphaliæ, quibus hæc verba continentur ; Fratribus quoque de Segor, quod vulgariter Scheiden nominatur) retinuit tamen prædictum nomen Scheide, cujus nominis origo, quia Scheiden ſegregare ſignificat, nonnullis hinc profluxiſſe videtur, quod monaſterium ipſum ſeparet comitatum Marchenſem à ditionibus, ad electoratum & diœceſim Colonienſem ſpectantibus, cum in finibus comitatus & diœceſis conſtructum ſit : verum conjectura hæc fallit, nam Scheide nomen extitit, etiam cum Heinricus Leo, Ducis Angariæ titulo, & Weſtphaliæ & ei terræ, quæ nunc Marcana dicitur, præeſſet.

B g *Omnia monumenta clamant, exſtinctam in Wolandi liberis Ardeiadum familiam : quid hîc Gelenius velit per generationes poſteriores, haudquaquam intelligo, niſi forte affines aliqui, Ardeiadum nomen ſibi poſtmodum indiderint.*

TRANSLATIO B. HECHARDI.

FUit in partibus Weſtphaliæ auſtralioribus bello & pace illuſtris familia Dominorum de Hardeia, oppidis, arcibus & terris populiſque potens, quæ Scheidani cœnobii extitit fundatrix & eidem loco per multos conſequentis ævi annos, fidelem & piam opem, pro amore Dei & animarum ſuarum remedio impendit. Nam Wiltrudis Wolandi Comitis vidua cum filiis ſuis, locum illum cum appenditiis, Dei ſervis attribuit, & familia univerſa deinceps in ornandum ac defendendum locum prompto ſtudio incubuit, adeo ut in templo prædicti monaſterii cineribus ſuis voluerint eſſe requietionis ſuæ locum, ut ſi non
C in propagine ſanguinis viverent, ſaltem in Dei ſervorum, pia & fideli memoria jugiter perſeverarent. Nec permiſit clementiſſimus & dives in omnes Dominus, pios erga familiam ſuam protectores ſua ſpe defraudari, quia in B. Hechardi gloria valde honorificati ſunt, qui propter ſuavem ſanctitatis ejus odorem, de ſuo elevatus ſarcophago, plures ditavit eccleſias ſua veneranda præſentia. Sed cum peccatis exigentibus, belli vaſtitas ingruens, ſacra & prophana late peſſumdaret, tum ea [quæ] de ſacro ejus corpore reliqua erant in Scheidenſi eccleſia, oſſa, furori barbaro ſubtracta, in priſtinum ſepulcrum marmoreum, ſub terram, pretioſis tamen veſtita panniculis, in loculo fuerunt recondita, à quo tempore ad noſtram uſque ætatem recondita permanſerunt, ac demum ſalutari adhibita diligentia, reperta & denuo, anno videlicet MDCXXVIII die XXIII Junii, cum magno pietatis ſenſu, à pulveribus & ſubterraneo loco, in honeſtiorem locum & lipſanothecam, una cum B. Hermanno, primo Scheidenſis cœnobii præpoſito, ſunt recondita, prout ſequentis inſtrumenti docet elogium.

11 Nos Joannes Gelenius SS. Theol. Doctor, Metropolitanæ eccleſiæ Colonienſis, & SS. Apoſtolorum eccleſiarum reſpective Decanus Canonicus, Sereniſſimi & reverendiſſimi Ferdinandi Archiepiſcopi & Principis Electoris D Colonienſis, Vicarius in ſpiritualibus & commiſſarius Generalis. Leonardus Teveren, Abbas Knechſtedienſis, & monaſterii Scheidani Pater Abbas, & Guilielmus Gruter dicti monaſterii Scheidani primus Abbas Præmonſtratenſis ordinis Canonicorum candidorum. Notum facimus univerſis præſentes litteras viſuris, lecturis, ſeu legi audituris ; cum nos ſola erga Deum, qui in Sanctis ſuis honoratur, pietate & devoto in monaſterii Scheidani Præmonſtratenſis ordinis fundatorem, B. virum Hechardum, affectu moti, ejuſdem ſepulchrum aperire & ſacra ipſius lipſana inquirere ſtatuiſſemus, quod anno MDCXXVIII, die quidem XXIII menſis Junii circa horam octavam, decantatis Primarum horis, in præſentia teſtium infra ſcriptorum, chorum dicti monaſterii intravimus atque in illo poſt pulpitum gradualis, lapidem quadratum viridis coloris, quales prope Werlas effodi ſolent, ſexcubitalem reperimus, cujus peripheriæ ſequentes ver- E ſus antiquis majuſculis litteris, omnino poſtquam lapidem levari curaſſemus, legibilibus, inſculpti erant.

Signè non tardus, noſter fundator Hechardus
Presbyter, hoc pulchro requieſcit carne ſepulchro,
Pneumate Sanctorum poſſidet ipſe chorum.

12 Hoc quidem prævio, removimus lapidem, ſub quo, ubi ejecta erat ſuperingeſta terra ad palmæ latitudinem, inventa eſt teſtudo, è tribus Werlenſibus lapidibus quadratis conſtans, quorum ſinguli longitudinem pedis paululum ſuperabant. Sub his inventum eſt ſepulchrum, lapidibus quadris Werlenſibus conſtans, longum circiter ſemitres pedes, latum ſemiduos Pedes, utrimque à latere duobus lapidibus jungebatur, ab utroque capite ſolidus erat lapis integer. In hoc lapideo ſepulchro alius erat loculus ligneus quercinus, ſex aſſeribus, uno fundamentali, duobus capitalibus & duobus lateralibus & operculo conſtans, ferreis & ligneis clavis junctus, ejus magnitudinis, ut juſto à lapideo ſepulchro ambiretur, ſed præ vetuſtate elevari non poterat. Itaque deſumpto operculo, vidimus, ut apparuit, loculum hunc veſtitum fuiſſe pannis lineis ; in loculo reperimus duo oſſa magna à coxendice uſque ad genua, item duo magna à genibus uſque ad talos, magna pars coxendicis, duæ vertebræ & ſpina dorſi, ſcapula, ſed quæ, ubi attacta fuit manu Religioſi fratris, eam exponentis, ſtatim reſoluta fuit in cineres ; idem fere de reliquis oſſibus fiebat, exceptis rotulis quibuſdam oſſium diverſorum, quæ integræ permanſerunt. Caput non invenimus, videtur in prima tranſlatione harum reliquiarum, in hunc loculum facta, illud non eſſe impoſitum. Summa, ex adhærentibus ad hæc oſſa particulis lineis, quæ attactu in cineres ſolvebantur, videre erat ad oculum, ſingula oſſa & particulas fuiſſe ſubtilibus pannis involutas. Poſt quam quidem inventionem FF. Religioſos, ut Deo gratias, Te Deum laudamus canendo & campanas compulſando, agerent, demandavimus, quod & factum eſt. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis, menſe, die, hora, ut ſupra.

Nota Ægidii Gelenii.

QUod de Wiltrude & Ardeiatum familia ac propenſo ejus in Scheidenſem Abbatiam ſtudio ac ſepultura ibidem, tam in vita quam

A quam tranſlatione B. Hechardi dictum eſt, id etiam ex antiquis verſibus ſaxo inciſis confirmatur, qui ne pereant, apponendos hoc loco judicavi; ſunt autem hi.

In domo Præpoſiti.

Mœnia Wiltrudis caſtri confringere celſa
Ardeia gaudens, hæc pia tecta dedit.

In ipſo autem templo iſti.

* An non iſta? *Nobilis ardeia ſtirps in tumba jacet ea* *
Quæ templo Chriſti bona plurima contulit iſti.

Item.

Hic permagnorum requieſcunt oſſa virorum,
Nobilitas morum decoravit & hos genitorum:
Natus ab Ardeia, probat illud Mons Aquileia,
Nobilitate ſua, ſimul & Saxonia tota,
Agminibus magnis decimas tollens Alemannis.
Ardea Weſtphaliæ, quondam rutilabat ubique, D
Hic jacet in cinere proſtratus ſexus uterque.

Ex his obſervare licet 1, *Ardeiades fundatores & benefactores.* 2, *Glorioſam fuiſſe familiam.* 3, *Arisbergenſium Comitum, quos nunc Arensbergenſes vocamus (hos enim indicat acuta authoris vocula illa MONS AQUILEIA) ſanguini, ſi non initium dederit, ut non nemo ſcribit, certe eidem innexam fuiſſe.* 4, *In ſuperiores Germanos feliciter bellum geſſiſſe ac ſubjugaſſe.* 5, *Familiam fuiſſe extinctam.*

Inſignia gentis fuere in ſcuto albo. *Addit Grothuſius*, figura quaſi ceraſi quadrifariam ſecti, rubens pellicula, ſcuto candenti impacta. *Atque hinc in alia ſcheda oſtendit; gentem Arensbergicam ab Ardeiana diverſam eſſe.*

DE B. BARTHOLOMÆO EPISC. VICENTINO ORDINIS PRÆDICATORUM.

B

COMMENTARIUS HISTORICUS. E J. B. S.

§ I. Recentiora de Beato ſcripta, cultus, miracula, tranſlatio, epitaphium, columna in ejus honorem erecta.

ANNO MCCLXXI. *DE Illuſtri hoc familiæ Dominicanæ germine jam ſemel atque iterum in Actis priorum menſium ſermo occurrit; nam in elencho Prætermiſſorum* XXI *Maii, remittitur ad* 1 *Junii, ibi vero iterum transferendus dicitur ad diem natalem, hactenus non ſatis certum, ſed ex Barbarano eccleſiæ Vicentinæ hiſtorico tantiſper ſuppoſitum, diem hunc* 1 *Julii. Plura de eodem* B. Bartholomæo *examinanda Papebrochio fuere, cum ex poſterioris ævi ſcriptorum placitis, eum catalogo ſuo Patriarcharum Hieroſolymitanorum adjiciendum cenſuit, ut vide tomo* VII *Maii in appendice à pag.* 703, *ubi id unice præ oculis habuiſſe videtur*, B. Bartholomæum, *ſi quo modo poſſet, ſaltem apte inter prædictos Patriarchas collocaret, de qua re in commentarii hujus decurſu pluribus agendum erit. Interim promiſſum illic invenio, vitæ Acta hoc die à nobis danda, ea, quæ ipſe Papebrochius Vicentiâ à noſtro P. Octavio Zenobrio, collegii Societatis Jeſu iſtic Rectore, Mss. acceperat; eadem nempe*, quæ M. Antonius Thienæus in ſuo Sanctorum ac Beatorum catalogo, ſeu verius hiſtoria, per libros digeſta, de B. Bartholomæo ſcripſit, ſuiſque heredibus inedita dimiſit, conferenda cum commentariis Barbarani, ſcriptis illis plurimum, uti præſumitur, uſi.

Acta compilarunt recentiores,

C

2 *Ita tunc quidem animo deſignaverat Papebrochius, theſaurum ſe Vicentiâ nactum exiſtimans; at poſtquam & Barbarani commentarios & Thienæi ſcripta diligentius evolvi, contuli & diſcuſſi, tam multa occurrunt, ut minimum incerta, dubia, implexa, male ordinata & digeſta, præterquam quod recentiſſima ſint, ut mihi longe tutius viſum ſit, antiquiora monumenta conſulere, quæ ad Sancti ætatem paulo propius accederent. Et Thienæo quidem uſus ſum minime, quod is perturbatior, & res & tempora temere dividat, & æque imperite disjuncta conſociet. Fatendum interim, nullam* B. Bartholomæi, *quem ſub Ordinis Dominicani initiis, atque adeo ſeculo* XIII *floruiſſe conſtat, vitam olim ſcriptam fuiſſe: unde conſequitur, non tantæ fidei eſſe, quæ tribus poſt ſeculis tradita novimus, ut continuò tamquam certa admittenda ſint, quemadmodum ex variorum ſcriptorum collatione brevi apertius pateſcet. Qui qualemcumque vitæ ſeriem concinnaverit, primum fuiſſe reperio Leandrum Albertum, ex præclariſſimo Ordine, ſub ſeculi* XVI *principium, ſcriptorem ſane celebrem, tomo de viris illuſtribus lib.* 3, *pag.* 115, *cujus compendium Italice reddidit Seraphinus Razzius, inter vitas Sanctorum ac Beatorum, Panormi vulgatas* MDCV, *pag.* 67.

quos inter primus Leander Albertus;

3 *Secuti ſunt ex eadem familia Joannes Michaël Pius, libris quatuor Italicis, de viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum, Bononiæ impreſſis* MDCXX; *ſed præ ceteris omnibus, qui quidem nobis noti ſint, copioſiſſime Dominicus Maria Marcheſius in ſacro Diario Dominicano, ſex tomis Italicè itidem ſcripto & Neapoli ab anno* MDCLXVIII, *ad* MDCLXXXI *edito, tomo* IV, *qui prodiit* MDCLXXVI, *ad diem* 1 *Julii. Hæc ita ordine recenſere viſum eſt, ut perſpiciat eruditus lector, quanta ſcriptores hi omnes æque ac Barbaranus in Vicentina ſua hiſtoria eccleſiaſtica an.* MDCXLIX *vulgata, in rebus tam antiquis auctoritate valeant, quam caute expendendi ſint, dum ſine vetuſtiori teſte aut fide digno vadæ, multa de* B. Bartholomæo *quaſi in acervum cumulant, quæ ad juſtæ criticæ regulas exacta, potius orationes encomiaſticæ ſunt, quam hiſtoriæ, veris ſuis & certis fundamentis innixæ. Atque ut Leandrum cæteris præferam, non tanti tamen faciendum puto ipſius teſtimonium, ut non & illud omnino ad examen revocandum ſit, utpote duobus, & quod excurrit ſeculis Beati morte poſterius. Ceterum defectu antiquiorum, ab illo commentarii hujus noſtri ſubſtructionem ſumpſimus, ubi ſolida fuerit, ex aliis*

alii immenſum auxere.

F

AUCTORE J. B. S.

probatis monumentis paulo altius evehendam, sic ut nihil neglecturi simus, quod ad veram & solidam Beati nostri gloriam conducere arbitrabimur; ubi primùm ostenderimus, ipsum cultu catholico, Sanctis debito aut licito, ab immemorabili, ut vulgo loquimur, gavisum fuisse.

Cultum probat Barbaranus,

4 *Multis id argumentis operosius demonstrare conatur laudatus Barbaranus, plurima de* B. Bartholomæo *ecclesiasticæ suæ Vicentinæ historiæ immiscens lib.* 2, *à pag.* 97 *ad* 151, *totis decem & septem capitibus. Citat illic pag.* 149 *Indicem aliquem Beatorum Ordinis Dominicani, nescio cui Martyrologio subjunctum, in quo ita legitur:* Fr. Bartholomæus Vicentinus Episcopus, vitæ innocentia & miraculis celebris, Vicentiæ sepultus, populi veneratione plurimum honoratur. *Indicis istius & Martyrologii ætatem non habeo unde conjiciam, at ex aliis satis patet, ab ipso Beati obitu, cum sanctitatis tum miraculorum famam continuo increbuisse, si non & ipso vivo patrata sint miracula, quorum unum de servato ex rapidissimi torrentis vorticibus equite, Beato ipsi tribuit Marchesius, alterum addit Thienæus; quæ à Barbarano adscripta sunt Sacræ Domini Coronæ, vel potius Spinæ, quam à sancto Rege*

B *Ludovico* B. Bartholomæus *impetraverat, quod postremum infra evincimus ex variis instrumentis; quæ apud Vicentinos indubitata, sic à me referentur, ut ex iis ipsis, argumento, ut aiunt, ad hominem, multa nimis facile recepta refutaturus sim; alia paulo clarius stabiliturus. Interim noto, Castellanum in Martyrologio suo universali, ex vulgi opinione ita hoc die scribere:* Vicentiæ, Venerabilis Bartholomæi de Bragantia, Patriarchæ Hierosolymitani, qui Parisiis existens, sacram Spinam de manu S. Ludovici recepit, unde Vicentiæ S. Coronæ templum fundavit. *Tacent de ipso Martyrologia alia; sed aliunde cultus probationem prosequor.*

ex solenni elevatione

5 *Ratio certior & manifestior petitur à sacri corporis elevatione & translatione, quam Jacobus Marzarius lib.* 2 *historiæ Vicentinæ pag.* 128, *apud Barbaranum cap.* 54, *factam asserit anno* MCCCXLVIII, *causa multorum miraculorum & beneficiorum, quæ ad Beati intercessionem frequenter obtinebantur; quapropter solenni supplicatione instituta, in medio templi ex adverso aræ B. M. Virginis, summa veneratione & totius prope civitatis concursu, in elevata arca marmorea repositum*

C *est, ubi, inquit Marzarius, adhuc integrum & incorruptum servatur. Præfatam elevationem exornant certatim omnes, imprimis Barbaranus, in anno tamen quo contigerit à Marzario dissentiens. Ait enim, à nonnullis aliis referri ad annum* MCCCLI, *contra quos & Marzarium certat ipse pro anno* MCCCLIV, *quo* XXI *Maii incidente in sabbatum, factam translationem contendit, adeoque, ex ejus calculo, annis post obitum tribus & octoginta. At enim non advertit vir bonus, eum sabbati cum* XXI *Maii concursum, non in annum illum* MCCCLIV, *sed plane in adversantium sententiam, hoc est in annum* MCCCLI *coincidere; unde si recte signantur jam dictæ notæ, ambo tum Marzarius tum Barbaranus æque longe à vero aberrant, alter defectu, alter excessu totius triennii, quandoquidem notarum confluxus pro assignatis jam annis haberi non potuerit, nisi dum Pascha incidit in* XVII *Aprilis sub littera Dominicali* B, *quod plane accidit* MCCCLI; *nisi velis differre ad annum* MCCCLVI, *Pascha incidente in* XXIV *Aprilis, quo par quidem concursus reperietur, at nusquam determinatus annorum* LXXXIII *numerus, nisi Beati* D *obitus anticipetur aut differatur.*

& secuta translatione,

6 *Verum quidquid sit de jam dicto errore, hominibus, chronologiæ non satis peritis, facile condonando: ad rem quæ præ manibus est, puto majorem fidem Barbarano & scriptoribus popularibus haberi posse, in eo quod concorditer asserunt, videlicet, Vicentinum per id tempus Episcopum Ægidium, cum Clero, primoribus urbis atque universa populi multitudine ad templum S. Coronæ PP. Prædicatorum progressum, præsentibus P. Romano Vello, Priore conventûs & P. Francisco Bellunensi, inferioris Longobardiæ Provinciali, reclusisse antiquum venerabile depositum, in quo repertum fuerit sacrum corpus incorruptum & solidum, nulla sui parte dissolutum, atque adeo tam integrum, ut volunt, acsi ipso illo die fuisset sepultum, cum annulo, pedo pastorali aliisque indumentis episcopalibus, æquè illæsis ac recentibus; quod spectaculum adstantes omnes incredibili voluptate perfuderit, singularemque omnium animis pietatis sensum instillarit. Inde igitur extracta sacræ exuviæ, debita cum reverentia recondita sunt* E *in dicta superius arca marmorea affabre facta, & ad septem pedes à terra elevata, cui hæc inscripta epigraphe*

B. BARTHOLOMÆUS EPISCOPUS VICENTINUS.

cum apposito tumulo Beati.

7 *Jam memorato tumulo marmoreo imposita est B. Episcopi, penicillo ad vivum expressa imago, splendentibus radiis decorata, cui similis alia in choro collocata fuit, neque ex eo tempore à quoquam dubitatum, quin* Beati *titulus ei deberetur, populari quodammodo apotheosi, quemadmodum per id tempus sexcentis locis factum comperimus. Partem novi sepulcri inferiorem occupavit lapis grandior, in quo aut tunc, aut forte serius incisum vel inscriptum metricum elogium, Beati virtutes & gesta exprimens; quod sensim ævi vetustate ita corrosum & extritum est, ut vix aliqui versus integri describi, aliorum verba aliqua difficulter restitui aut componi potuerint. Quamobrem auctor noster charactere cursivo seu Italico ea reddidit, quæ oculorum aciem non penitus effugerant: cetera utcumque supplevit, ejusdem cum Barbarano institui religiosus aliquis Cappucinus, quæ litteris* F *Romanis expressa sunt, eo quo hic modo & ordine totum epitaphium lectorum oculis sistitur.*

Hic lapidum compage jacet venerabilis, urbe
BARTHOLOMÆUS *in hac pastor, dans dogmata turbæ.*
*Sancto suo prius hæc altaria pul*vere, lata
Gaudebant, *ubi* scala chori *nunc* est fabricata.
Hic mala confregit, morbos *tumulatus abegit.*
Longa dies Almo potuit *nihil* ipsa nocere,
Ut qualis fuerit, sic nec *sua visa latere.*
Integrum in tumulo *translatum* corpus habebat,
Mille trecentum quinquagenus quartus agebat.
Ampla ope dotatum, struxit templum urbe locatum.
Transtulit hic SPINAM *Francorum Rege*, sacrumque
Dante Crucis lignum LUDOVICO: unde datumque
A plebe, & *variis colitur* venientibus hisque
Patribus hoc *longe* ad templum, *populo*que *sacris*que.

Altus

A *Altus in hoc fertur templum.* Sed jura tenente
Tunc *fuit* Ægidio ſcripta hoc *ſua vita* jubente:
Hic *fidei nomen dedit iſti tale*, quod Anglis
Nuntius & Gallis preſſit, Gallique phalanges.
In civitate patri par vixit, hic Ordinis hujus
Gaudentum *erexit ſtudium*, viduaſque tuentum.
Hieruſalem Patriarcha fuit, dilexit & omnes:
Hæc decuit Domini famulum *alta in clauſtra reponi.*
Schiſmaticumque ſuo confudit dogmate Gallum.
Urbs noſtra hunc talem, utque *erronea* crimina *qualem*
Senſerunt, ſtupuit, *cui Titan ſæcla vehebat.*
Huic pietas hominum nam tunc datis *vota virebat.*

§ *Juverit ex eodem Barbarano ſubnectere aliud Beati elogium verſibus itidem Latinis concinnatum, quo etiam tota ejus vita, ut hodie circumferri ſolet, comprehenditur.*

Hic jacet Hieruſalem & patriæ qui Præſul, & Anglis
B Nuntius & Gallis BARTHOLOMÆUS erat.
Qui prius eſt ubi ſcala chori, nunc membra feruntur
Integra de tumulo, quo jacuere diu.
Mille trecentum quinquagenus quartus agebat,
Ægidius juſſit ſcribere geſta Patris.
Hic ſtruxit templum, confudit dogmate Gallum,
Gaudentes miſeris profuit inſtituens.
Huic SPINAM lignumque CRUCIS dedit almus amico
Rex LUDOVICUS Gallus & urbe tulit.
Hinc ſacrum colitur [corpus,] ſic quiſque ſalutem
Obtinet, unde patrem ſe probat eſſe pium.

dubiis vera miſcentibus,

9 *Eadem apparet utriuſque elogii, ſed brevior poſterioris ſententia, eaque paulo nitidius explicata. Felicius poſtmodum, licet non verius, limatum vel potius renovatum & auctum eſt inſcriptum marmori epitaphium, annis quatuordecim poſt editos Barbarani annales, pro ut illud ex ipſo tumulo deſcriptum ad Papebrochium miſit anno* C MDCLXXXI *laudatus collegii noſtri tunc Vicentini Rector Octavius Zenobrius, inſertumque eſt citatæ ſupra appendici Maii, quod hîc denuo ad* B. Bartholomæi *gloriam repræſentari meretur.*

D. O. M.

Clauditur hoc tumulo venerandus Bartholomæus,
Vicentinus olim Præſul, de ſtirpe Breganze.
Dominici ex manibus veſtem cepit Ordinis almi:
Pallatii ſacri Roma eſt venerata magiſtrum:
Inde fit Paſtor Paſſenſis, Nemonicenſis,
Et Vicentinus, patria plaudente creatur.
Dogmata ſancta dedit, miracula plurima fecit
Vivens, atque graves morbos tumulatus abegit.
Nuntius ad Gallos titubantes miſſus, & Anglos
In fide confirmat, velut alter Apoſtolus, atque
Hæreticas frangit ſcriptis vertitque phalanges;
Schiſmaticumque ſuo confudit dogmate Gallum.

Hieruſalem Patriarcha fuit, loca ſancta reſtaurans. AUCTORE J. B. S.
Francorum Regem Ludovicum viſitat; & Rex
Particulam ſanctæ Crucis ſanctæque Coronæ
Donat ei: remeat ſanctum portando theſaurum.
Tunc templum hoc amplum pro Spinæ ſtruxit honore,
Quæ Domini fuerat pretioſo tincta cruore,
Et ligno Crucis cathedralem ornavit & ædem.
Baſſanum pattiæ ereptum ſine ſanguine reddit,
Et Paduam patriæ jungit cum fœdere pacis:
Gaudentumque ſcholam fundat Viduaſque tuentûm.
Poſt tres octoginta annos transfertur, & ecce
Integrum corpus viſum eſt cum veſtibus. Ejus
Concives grati ſtatuam poſuere perennem,
Æternum ut vivat, vireat, laudetur, ametur.
Monumentum, vetuſtate ferme collapſum, huic formæ, huic marmori reddidit Fr. Baſſanus Brixienſis S. T. M. hujus cœnobii Prior, anno Domini E
MDCLXIII.

10 *Hanc epitaphii veteris ex conjectura ſuppleti* (*utor hic verbis aliquibus Papebrochii*) *paraphraſim, ſi conferas cum altera Barbaraniana, vetera, quæ ſupererant verba ſuo quaque ordine nativo & rudi minerva exhibente, invenies auctorem, juniorem poëtam, hoc ſolum curaſſe, ut ſenſum veterem daret, ubi poſſet; ubi non poſſet, novum aliquod & propoſito argumento aptum ſubſtitueret, opinor ex Barbarani hiſtoria Vicentina aut ſimilibus traditionibus, quas pro ſuo genio ampliavit. Nihil enim in antiquo eſt, de ſacri Palatii magiſteriatu, nihil de epiſcopatu ejus in Cypro, multò minus de altero Paphenſi, qui ſuperadditur; nihil de recuperato Baſſano, Patavio reconciliato, ſtatuæque erectione. Ordinem etiam rerum immutatum reperies, & inventionem corporis integri, ibi in principio, hîc in fine ſic poſitam, ut cum illud hîc dicatur* poſt octoginta tres annos *translatum; ibi appareat ex parte notatus fuiſſe numerus annorum Chriſti, quo id factum ſit,* Mille trecentorum: *pro reliquis autem numeris vetuſtate extritis; ſuggeruntur apud Barbaranum ſupplenda verba,* quinquagenus quartus, *pro anno qui æque, & forte melius ſcriberetur* quinquagenus primus. F *quæ ſi expendantur,*

11 *Tametſi digreſſiuncula longior videatur; ut ſupradicta epitaphia curſim expendamus, ſedulò notandum eſt, poëtas hos omnes* Bartholomæum *rotunde appellaſſe* Hieruſalem Patriarcham, Hîc jacet Hieruſalem & patriæ qui Præſul, *quò ſemel obſerves, ab his verbis, ſaltem ab antiquioribus fluxiſſe inveteratam illam de Beati noſtri patriarchatu opinionem, quam mirum eſt in tabula publica proſtantem non legiſſe Leandrum Albertum, dum Vicentiæ ſub finem ſeculi* XV, *aut ſubſequentis principium ſe adfuiſſe teſtatur; arguendum ſane ſupinæ negligentiæ, qui Beati, cujus vitam edere meditabatur, epitaphium non conſuluerit. Dicam ego candide, quod videtur: aut multum fallor, aut patriarchatus ille qualiſcumque veroſimillime reducendus erit ad tempus, quo Beatus noſter in Cypro Epiſcopus fuit. Videntur enim duorum priorum elogiorum artifices ignoraſſe prorſus Nemonicenſem eccleſiam, multoque magis Paphenſem, quas pro una eademque accipiendas, nec* Vi- *non ſatis ſubſiſtunt*

AUCTORE J. B. S

Vicentini, nec Patres ipſi Prædicatores negare poſſunt. Hinc vehemens me quidem urget ſuſpicio, apud homines illos, vix mediocriter doctos, idem viſum, in Oriente Epiſcopum eſſe, ac Patriarcham Hieroſolymitanum: idque adeo facilius invaluiſſe credidero, quod cum ſancto Rege Ludovico in Palæſtina egiſſe, imo ejuſdem confeſſarium fuiſſe, pervulgatum eſſet. Certe nemo hactenus tempus vel veroſimile aſſignare potuit, quo patriarchatum Hieroſolymitanum, ad ſpatium quantumvis breve, adminiſtraverit B. Bartholomæus.

Alia cultûs ſigna ex ardenti lampade,

12 *Hæc obiter & ex incidenti diſputata ſunt, occaſione encomii ſepulcralis, quod eo adduximus, ut de exhibito B. noſtro* Bartholomæo *immemorabili cultu apertius conſtaret. Ad hæc, ex vita à Leandro Alberto ſcripta, quam mox ſubnectemus; patebit, quod ejus tempore ante prædictum ſepulcrum lampas arſerit, ſumptibus patricii cujuſdam Vicentini, in grati animi teſſeram, ob ſingulare beneficium, Beato propitiante, à Domino impetratum. Caſtilius apud Barbaranum plures argenteas lampades appenſas, votaque id genus alia ad tumulum affixa memorat, tamquam indubitatos teſtes miraculorum, ibidem Beati meritis patratorum. Citat præterea Joannem Michaëlem Pium, ut qui*

B *referat, in pervigilio & feſto S. Coronæ, diem ipſum indicare prætermiſit, niſi Paraſceven à nobis intelligendam ſuppoſuerit, eo, inquam, pervigilio & feſtivitate, multa accendi luminaria ad Beati noſtri ſepulcrum; quod quidem ego apud citatum auctorem non reperi: ceterum, vel ſi id abfuerit, allata hactenus teſtimonia & documenta, de* B. Bartholomæi *cultu nullum prorſus ambigendi locum relinquunt.*

ex columna marmorea Sancto erecta,

13 *Ultimum ſuum argumentum cap. 55 deſumit Barbaranus à columna marmorea, in cœmeterio ſæpe momorati templi S. Coronæ erecta, cui impoſita eſt* B. Bartholomæi *prægrandis ſtatua, è marmore item elaborata; inſigne monumentum pietatis & venerationis Franciſci Triſſini, nobilis Vicentini, erga ſacram Spinam & beatum noſtrum* Bartholomæum, *quod ibi collocatum eſt anno* MCCCCXCII, *Francicis, Triſſinianis aliiſque ornatum ſcutis gentilitiiſque inſignibus, ſed quæ ad inſtitutum noſtrum potiſſimum faciat, hac metrica inſcriptione circum columnam deducta:*

C

Ad tua confugio ſanctiſſima vulnera, Chriſte,
Da mihi perpetuo lumine poſſe frui.
Qui patriam ornaſti divino munere Spinæ,
Præſul, ob id patriæ diceris eſſe pater.
Hanc urbem tutare, Pater, per ſerta rogamus
Spinea, pelle famem ſævitiemque luis.
Rex Regum, Ludovice, tibi pro munere tanto
Æqua ferat capiti, qui tulit iſta tuo.

& conſtanti Vicentinorum veneratione.

14 *De antiquo* B. Bartholomæi *apud Vicentinos populares cultu religioſo dicta ſufficiant; non videntur in ea veneratione in hunc uſque diem ſatis conſtanter perſeveraſſe; ſaltem non reperi hactenus, certum ei feſtivitatis diem conſtitutum, nedum hoc* 1 *die Julii, ut mihi irrefragabilis teſtis eſt ſupra laudatus Octavius noſter Zenobrius, ad Papebrochium ſcribens* XXVI *Julii* MDCLXXXI, *cujus verba ex ipſa autographa epiſtola exhibeo:* Ceterum ad idem ſepulcrum non vidi niſi unicam tabellam affixam, ut vocant, ex voto anno MDCLXXII. Nullum feſtum vel honor peculiaris per annum exhibetur eidem Beato, fortaſſe quia ex tumba, in quam olim tranſlatum fuit, ſublatum eſt ejuſdem corpus: neſcitur tamen quando hoc acciderit & cujus fraude; quod tamen non multo abhinc tempore ſolum innotuit Patribus Prædicatoribus, ſed hoc non credo per urbem vulgatum eſſe. *Hactenus Zenobrii epiſtola, ſincere & candide præſentem rei ſtatum exponens, quemadmodum in hujuſmodi rebus ex ſuperiorum incuria nimis quam ſæpe uſuvenit. Abſit tamen ut hæc debitæ Beato veneration, ubicumque demum ſacrum corpus depoſitum ſit, nocere quidquam poſſint, niſi Sedes Apoſtolica, cujus placita nobis oracula ſunt, aliter judicet. Nunc quæ ad Beati geſta attinent ſigillatim expendamus.* D

§ II. *Vita per Leandrum Albertum compendio deducta, ex aliis illuſtratur uſque ad Epiſcopatum Vicentinum.*

Confuſum Leandri encomium.

E

JAm *ſupra monuimus, hanc eſſe antiquiſſimam Beati noſtri vitam, quam quidem ſcriptam noverimus; ubi obſerves velim, ipſum obiiſſe* MCCLXXI, *hanc vero non ante annum* MDXVII *vulgatam. Sic autem laudatus auctor citato lib.* 3 *de viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum pag.* 115 *orditur:* Bartholomæus Vicentinus, Vir & litteratura inſignis & morum honeſtate præditus, ob ejus ingentem doctrinam Romam evocatus, & Magiſter ſacri Palatii factus, excellentiſſime divi Dionyſii Areopagitæ libros cœpit coram tota curia enucleare, atque eos ornare ſcholiis & gloſſematibus; quo factum eſt, ut viſa ejus conditione, Pont. Max. eum Vicentinum Epiſcopum declaraverit. Quo in faſtigio ſic ſe habuit, ut ejus nomen longe lateque diffunderetur. Porro aſſerebant omnes, unum eſſe Bartholomæum, qui ceteros Antiſtites prudentia, ingenio & litteratura longe ſuperaret. Quare omnes ceu numen, aut aliquem è cælo dilapſum, colebant & venerabantur. Quod ut animadvertit Innocentius IV Pontifex Max. eum legatum præmiſit in Gallias ad Ludovicum Regem, qui poſtea inter Divos, ob ejus egregia facinora, relatus fuit. Qua in legatione ſic ſe geſſit Bartholomæus, F ut in Galliis maximum ſibi comparaverit nomen. Unde Ludovicus cernens ejus vitæ integritatem, præcipua eum ſibi divinxit neceſſitudine. *Ita Leander, cujus conſtricta & non parum hyperbolica narratio, longiori commentario excutienda.*

ab aliis ſtudioſè exornatur.

16 *Patet imprimis, ex auditu potius, quam ex certa aliqua Actorum relatione, hæc à Leandro accepta & inflatiori oratione deducta fuiſſe, dum tam confuſe involvit omnia, ut nec ulla certa nota apponatur, unde vel unicum factum ad juſtas chronologiæ regulas liceat explorare. In hoc tamen ceteris præſtat hic auctor, quod alia multa prætermiſerit, quæ à recentioribus pie magis excogitata, quam ſolide probata ſunt. Inter hos Joannes Michaël Pius* B. Bartholomæum *appellat* nobilem Vicentinum de ſtirpe Bragantia *ſeu* Bregantina *à* caſtro *hujus nominis* nuncupata. *Creſcit apud Barbaranum & ex hoc apud Marcheſium oratio, utpote qui familiam Bregantiam deducunt à neſcio quo* Adriano, *prædicti loci* Comite, *qui jam tum* anno Chriſti CL Vicentinum agrum deprædatus ſit. *Miror, non aſcendiſſe ad Antenorem, vicini Patavii conditorem. Alia eodem antiquitatis ſtudio inventa & à Marcheſio*

A *cheſio adeptata non vacat percurrere ; qui* B. Bartholomæo *æqualis fuit Nicolaus Smeregus, Notarius Vicentinus, in ſuo chronico apud Albertinum Muſſatum, ad annum* MCCLX *Beatum noſtrum Epiſcopum ſuum ſimpliciter vocat* Bartholomæum de Vicentia ; *quod ſupra dixit Leander* Bartholomæus Vicentinus. *Quæ ad Beati in Ordinem Dominicanum ingreſſum, ejus ſingulares virtutes, philoſophiæ & theologiæ peritiam, zelum in prædicando verbo Dei, Prioris munus aliaque ab ipſo obita à præfato Barbarano & Marcheſio traduntur, ſimili, ſi non eodem ſtylo, amplificata, & neſcio quibus parergis, libere dicam an liberaliter ornata ſunt.*

Magiſterium S. Palatii à Leandro aſſertum,

17 *Quod* Romam evocatus & Magiſter ſacri Palatii, *teſte Leandro*, factus *ſit, ambabus ulnis amplectuntur encomiaſtæ noſtri, quamquam nemini hactenus tam felici eſſe contigerit, ut certum tempus recte determinaret, quo Beatum noſtrum tali munere functum ſatis conſtet, tacente, ut cum Papebrochio ſupra obſervavimus, vel ipſo antiquiori epitaphio, fœcunda aliàs multorum incertorum ſcaturigine. Fortius etiam contra pugnare videtur, quod in* B. Bartholomæi *teſtamento, ſeu ejus fragmento, à Barbarano allegato (totum debuiſſet producere) cap. 52 pag. 142, ubi Vir ſanctus ſe* Spinea Corona *D. N. J. C. aliiſque reliquiis* dotaſſe *ait conventum FF. Prædicatorum, ſubdat* ; in quo Ordine ab infantia nutriti, & diſciplina *&* moribus ſub obſervantia noſtri inſtitutoris Ordinis B. Dominici eruditi & informati ſuimus, & in ipſo ad Nimonicenſem & Vicentinum epiſcopatum Dei miſericordia promoti ; *de præfato magiſteriatu ſacri Palatii altum ſilens : niſi forte eam dignitatem minorem cenſuerit, quam ut inter cetera virtutis ſuæ meritorumque decora connumeraretur. Idem hoc ipſum argumentum infra recurret adverſus prætenſum patriarchatum Hieroſolymitanum, quem ſaltem eo loci indicare non prætermiſiſſet, ſi vere unquam ad eam eccleſiam fuiſſet evectus, præſertim cum jam dictum teſtamentum condidiſſe ſupponatur* XXIII *Septembris* MCCLXX, *hoc eſt anno illo, qui vitæ ultimum anteceſſit.*

omiſſo Epiſcopatu Nemonicenſi.

18 *Quam eſt veroſimile, exceſſiſſe Leandrum in officio Magiſtri ſacri Palatii, quod ex ipſo ad recentiores Ordinis & patriæ ſcriptores defluxit, tam eſt certum, ipſum defectu laborare in eo quod epiſcopatum Nemonicenſem annotare neglexerit, de quo jam Beatum ipſum tam expreſſis terminis loquentem audivimus ; idemque porro teſtatum reliquit in alio inſtrumento de Spina Coronæ Domini, apud Barbaranum cap. 44, & apud Ughelum de Vicentinis Epiſcopis, Italiæ ſacræ tomo 5 col. 1130 relato, in quo ſic diſerte legitur :* Poſt hæc Rex Chriſtianiſſimus cum Regina & fere tota domo Regia, Chriſtianæ religionis amore mare tranſiit, tempore quo nobis, licet indignis, Nemonicenſis civitatis, quæ in regno Cypri eſt, pontificatum Apoſtolica ſedes contulit. *Ultro & candide fateor, me ignorare quæ ſit iſta civitas* Nemonicum, Nemovicum, Nimonitum, Nimonivicum, *vel quocumque alio non abſimili modo inflexeris, unde ne in hujuſmodi ignotis hoc tempore nominibus indagandis ſupra Magiſtrum ſapiam ; lectorem rogo, conſulat tomum* VII *Maii pag. 704 col. 1 in principio, ubi Papebrochius Nemonicenſem nomenclaturam ſatis probabiliter derivare & combinare conatus eſt Ceterum, ut ut locus ille apud Geographos hodie non compareat, credendum utique eſt beato viro, primam ſuam epiſcopalem ſedem tam expreſſe*

nominanti, ne alias compellamur fateri, ſuppoſititia eſſe omnia, quæ tamquam antiqua & indubitata inſtrumenta apud Barbaranum & alios obtruduntur.

AUCTORE J. B. S.

Scriptorum Catalogus ex Barbarano.

19 *Quæ de Areopagitæ Dionyſii libris* excellentiſſime coram tota curia *Romana* enucleatis, *quos item* ſcholiis & gloſſematibus *ornaverit, interſerit Leander, vereor etiam ut ſatis ad veritatem exacta ſint. Non me latet, ipſos illos commentarios ab aliis celebrari, verum quo loco aut tempore elaborati ſint, non eſt, qui ſatis certo ad poſteros tranſmiſerit. Si Barbaranus non fallitur, alia multa ſunt Beati viri opera, & quidem Vicentiæ in bibliotheca S. Coronæ adhuc manuſcripta, quæ ita recenſet cap. 55. Gloſſas, inquit, & poſtillas propria manu ſcripſit in* Job, Hieremiam, Danielem, Matthæum, Marcum, Joannem ; Actus Apoſtolorum, Epiſtolas Canonicas, Geneſim, Leviticum, Iſaiam, Ezechielem, libros Machabæorum, librum Sapientiæ : Authenticum, tres libros codicis, unum digeſtum, & quoſdam alios libros juris Canonici & civilis. *Dubitabunt mecum alii, an codices illos umquam viderit Barbaranus, quos ordine tam præpoſtero enumerat. Sequuntur apud eumdem :* Quaterni quamplures ſermonum, quos dictus Epiſcopus fecit, & notavit propria manu. Liber de regreſſu animæ in ſe ipſam : ejuſdem liber de naturali appetitu dominii. E
Liber unus de informatione Regiæ prolis ad Margaritam, illuſtrem Francorum Reginam. Tres quaterni Chronicas ætatum continentes. Quædam notæ ſuper Cantica, ſive commentum. Item commentum ſuper Cantica breviatum. Contemplationes cum rhythmis & verſibus diverſarum feſtivitatum. Liber de ſuſpectione mentis in radium divinum. Liber de naturali appetitu Divinæ ſpeciei. Liber de venatione divini amoris. Libri naturales. Ars nova & vetus. Liber de animalibus ex multis compoſitus. Expoſitio in Cantica Canticorum F. Bartholomæi Bragantii, Epiſcopi Nimonicenſis, ad illuſtriſſimum Regem Galliarum Ludovicum.

In Syria S. Ludovicum inviſit,

20 *Talis eſt Barbarani catalogus, in quo de ſcholiis & gloſſematibus in Areopagitam, verbum nullum ; procul dubio, quia Vicentiæ Mſs. non exſtant. Si opera hîc deſcripta paulo ſtudioſius diſcutiantur, vereor ne aliqua alio amandanda ſint ; poſſet non nemo Lulliſtici aliquid ea inter olfacere. Sed iſta examinare, hujus loci non eſt ; ad ea redeamus, quæ ante Epiſcopatum Vicentinum à* B. Bartholomæo *geſta, ex laudatis modo inſtrumentis comperimus. Ita de ſe ipſo narrat vir Sanctus, poſt verba ſuperius recitata :* Navigantes ergo (*ex Cypro*) in Syriam, Regem atque Reginam viſitavimus, & in Joppe atque in Sidone, & ultimo in Acone benigniſſime ab eis accepti fuimus, & tanto amore dilecti, ut in Franciam profecturi, nos inſtanter rogarent, quod eos Pariſiis viſitare curaremus ; ſpem nobis tribuentes, quod ibidem ſacra Dei nobis communicarent. Cum ergo de regno Angliæ, quo pro fidei negotiis profecti eramus, cum ipſo rege Angliæ pariter & Regina Pariſios veniſſemus, ſpes noſtra deſideratum ſuſcepit effectum. *Mitto plurima, quæ citati noſtri ſcriptores, pii magis quam veraces, de legatione Apoſtolica in Syria apud S. Ludovicum obita, de munere confeſſarii Regii, & neſcio quibus aliis commenti ſunt. Ad rem noſtram, ex his beati Antiſtitis verbis figenda eſſet* F

AUCTORE J. B. S.

tota chronologiæ ratio usque ad episcopatum Vicentinum, siquidem cum illius temporis historiis componi commode possent, quæ hîc de se B. Bartholomæus *narrare supponitur.*

functus deinde legatione Anglica:

21 *Primùm quidem ex his verbis*, in Franciam profecturi, *conjicere velit aliquis, beatum Antistitem cum sancto Rege in Syria egisse, dum hic regressum in Franciam meditaretur, atque adeo verosimillimè anno Ludovicianæ expeditionis ultimo*, MCCLIV. *Unde consequeretur, inde in ecclesiam suam Nemonicensem rediisse eodem anno, & forte ad alterum ibidem commoratum, donec Pontificis jussu Vicentiam translatus, sed ab impio Ezelino, eò accedere prohibitus, in Angliam* pio fidei negotiis *destinatus fuerit, unde* cum ipso Rege Angliæ pariter & Regina Parisios venerit. *Atque hinc ulterior conjectura fieret, B. Bartholomæum circa annum* MCCLVI *iter in Angliam suscepisse, & non multo post cum Rege & Regina Lutetiam profectum. Verum hîc rhodus, hic saltus est, cui superando me imparem fateor, quantumvis operosè angulos omnes historiæ Anglicanæ scrutatus sim, ut tempus invenirem, in quod hæc apte quadrare uspiam deprehenderem. Certum est, Henricum*, VIII *Idus Augusti* MCCLIII *ex Anglia solventem, Burdegalam appulisse ipso Assumptionis Deiparæ festo*, constitutis comite Richardo &

B

Regina regni custodibus; *sic ut* Regina *non nisi altero post anno* MCCLIV, IV Kal. Julii, scilicet die veneris ante Pentecosten *maritum Regem subsecuta sit, nequidquam urgente præcepto, quo transfretare prohibebatur. Quæ omnia diserte tradit Matthæus Parisius, denuntiatus aliàs Romani Pontificis hostis. Ex quibus facile eviceris, eo saltem tempore, B. Episcopum Vicentinum, Regem & Reginam ex Anglia in Franciam, & postea Parisios comitari non potuisse, cum in ea hypothesi tum in Cypro adhuc detineretur.*

unde cum rege & regina Parisios venisse dicitur;

22 *Anglicanam historiam prosequendo usque ad finem, nempe ad annum* MCCLIX *(hîc enim desinit egregia Parisii tela) nusquam sermo est de Regis Henrici in Franciam trajectu. At sub ipsum Continuationis principium, sic legitur:* Eodem anno (MCCLIX) Rex Anglorum Henricus III à conquæstu, anno regni sui XLIII, in Galliam

C

transfretavit. *De Regina aut legato Pontificio altissimum silentium. Fuisse per id tempus Parisiis Henricum, & cum S. Ludovico de multis transegisse, historicorum tum Francorum tum Anglorum unanimis est consensio. Verumtamen neque tunc* B Bartholomæus cum ipso Rege Angliæ pariter & Regina Parisios venire *potuit, utpote qui tunc in Anglia exstitisse minime reperitur. Etenim dum ab anno* MCCL, *per annos singulos scrupulosè enumerat, imo turpissimis coloribus omnes Pontificios ablegatos odiosè depingit Anglicanus historicus, & quidem an.* MCCLVIII, *pag. mihi* 650, Nuntios Papales *omnes, saltem alicujus nominis colligit; nempe* Episcopum Bononiensem, Archiepiscopum Massanensem, Joannem de Diva, Bernardum, Senisium, Rustandum, Herlotum, *qui annis illis in Angliam successive missi fuerant; dum numerum invidiosè potius auget quam minuit, nullum certe B. Bartholomæo locum videtur relinquere, quo ibi legationem obierit, atque ex Anglia*, cum ipso Rege pariter & Regina Parisios venerit. *Hic nodus Vicentinis & Dominicanis scriptoribus examinandus & solvendus erat; sed encomiastis illis nihil antiquius, quam multa congerere, de iis apte componendis nihil curare.*

23 *Ipsorum erat quærere & accurate definire, quo tempore ad sedem Nemonicensem promotus,* D *quot annis ipsam* B. Bartholomæus *tenuerit; quando ad Vicentinam transierit. Respondet Barbaranus, cap.* 52, *primam cathedram occupasse* annis decem, hoc est, *inquit, ab anno* MCCXLVI, *ad annum* MCCLVI; *alteram vero annis quindecim, nempe à* MCCLVI *ad* MCCLXXI. *Quam hæc levi calamo resolvuntur, tam facile negari, nec minus commode convelli possunt, suppositâ semper instrumentorum veritate, de qua Barbaranus non dubitavit; utinam tam sedulo ea excussisset. De primæ sedis principio hoc solum asseri posse videtur,* B. Bartholomæum *Nemonicensem Episcopum fuisse, quando in Cyprum appulit S. Ludovicus anno* MCCXLVIII. *Quod si verba superius relata vere & proprie accipiuntur*, tempore quo nobis . . . . . pontificatum Apostolica sedes CONTULIT; *dicendum erit, ut Barbaranus alicubi fateri cogitur, eo primùm anno Beatum nostrum creatum fuisse Episcopum. Tum ut superius citato Beati viri textui explicando conatum aliquem impendam, plane existimo, ante annum* MCCLIV *Cyprum deseruisse, ipso anno* MCCLIV *ad Anglorum Regem deputatum; sic tamen ut Angliam verosimilius numquam viderit: sed ita intelligenda ejus verba, ut ad Henricum missus fuerit præfato anno jam adulto, dum is cum Regina in Aquitania commoraretur, unde sub ejusdem anni finem* E cum ipso Rege pariter & Regina Parisios venerit; *non ex insula Britannica, sed ex ditionibus Anglorum Regi subjectis in Gallia.*

quæ ad rectam chronologiam,

quantum fieri potest reducuntur

24 *Atque hic est celeberrimus amborum Regum Reginarumque congressus, ab utriusque gentis historicis disertissime consignatus anno* MCCLIV, *eo ipso, quo ex Palæstina reversus est S. Ludovicus, in quo perpetuo hallucinantur scriptores nostri. Quibus non vacat, volumina multa evolvere aut consulere, legant brevissimos eruditissimi nostri Philippi Brietii annales, tota Italia vulgatissimos, ad dictum annum* MCCLIV. *Neque vero arbitrariam credas opinionem hanc nostram, utpote quam apertissime confirmat, is, quem nobis ut antiquiorem sequendum proposuimus, Leander Albertus, tametsi multa aut studio aut ex ignorantia, tacitus præterierit. Sic enim in citatis,* § *hujus principio verbis, clare pronuntiat:* Quod ut F animadvertit Innocentius IV Pont. Max eum legatum PRÆMISIT in Gallias, ad Ludovicum Regem, qui postea inter Divos, ob egregia ejus facinora relatus fuit. *Fallor, nisi ex verbo* PRÆMISIT *quilibet omnino intelligat, prius in Gallia fuisse* B. Bartholomæum, *quam ex Syria redux esset S. Ludovicus. Nec de eo dubitabit quisquam, qui meminerit Innocentium* IV, VII *Decembris ejusdem anni* MCCLIV *è vivis excessisse; utique tunc certissime Parisiis præsens esse Beatus debuit, cum Gallus & Anglus cum Reginis uxoribus indubitato convenerunt.*

contra aliorum inconcinnum ordinem.

25 *Hac basi, quæ in rebus obscurissimis verisimilitudine licet, positâ, ruunt quamplurima, quæ à Barbarano & aliis supra citatis temere narrata invenient, qui eorum historias vel levi oculo dignari voluerint. Tantisper itaque (saltem donec ipsi meliora proferant) supponendum est, Beatum nostrum*, cum ipso Rege Angliæ pariter & Regina *Parisiis fuisse, dicto jam anno* MCCLIV; *unde consequi necesse est, anno ut minimum* MCCLIII *præcipitante, ecclesiam Nemonicensem deseruisse, ut in Italiam reversus, legationem Anglicam, seu Gallico-Anglicanam susciperet, confectisque cum Rege Angliæ Henrico in Aquitania negotiis, inde* cum ipso pariter ac Regina, *Parisios pergeret. Mira hæc videbuntur, iis præsertim*

A *tim qui ſuis Legendis, aut corraſis undecumque elogiis aſſueti, multa compilare aut in cumulum quodammodo conjicere malunt, quam res ipſas ad rectæ rationis regulas expendere. Fefellit etiam Papebrochium concepta ex Barbarano & Ughello opinio, cui inhærens, ſic* vitæ *à B. Bartholomæo* traductæ chronologiam conſtituit, *ut putarit*, anno *primùm* MCCLIV, aditam ab *ipſo* Syriam; factum anno MCCLVII Vicentinum epiſcopum, apud Anglum & Gallum anno MCCLX legatione perfunctum; anno MCCLXIII factum Patriarcham *Hieroſolymitanum; aliaque ibidem ordinarit, quæ cum hac chronologia haudquaquam poſſe conſiſtere, primo ipſo aſpectu ſtatim fiet perſpicuum.*

Potuit ad eccleſiam Vicentinam nominari 1256;

26 *Non lubet hîc ſigillatim referre, nedum refellere, quæ ſpecioſius quam verius aliquos finxiſſe diximus, de B. Bartholomæi ad S. Ludovicum Apoſtolica in Syriam legatione, de qua nec verbum ipſe, nec eorum temporum Scriptores meminerunt: ſolum enim aſſerit, ſeſe* in Syriam navigaſſe, *ibique* Regem atque Reginam viſitaſſe. *Nec quæro nec divino, quam ob cauſam epi-*

B *ſcopatum Nemonicenſem deſeruerit; an cum Manfredo epiſcopo Vicentino, quem Cyprium iſti imaginantur, permutaverit; quo pacto excludendus eſſet Paulus, qui ab Ughello quadrageſimus ordine & immediatus Beati noſtri deceſſor ponitur. Neque magis obvium eſt definire, quo anno ad Vicentinas inſulas deſtinatus, nominatus aut promotus fuerit, niſi ſi forte feliciter id invenerit Ughellus, citans Reg. Vatic. ep.* 741 *f.* 10, *ubi dicatur ipſum*, ex Epiſcopo Nemonicenſi in Cypro, ab Alexandro IV ad hanc, *Vicentinam*, eccleſiam fuiſſe tranſlatum anno MCCLVI, XV Kal. Februarii. *Quod ſi verum eſt, cum noſtra rerum ſerie facillime conciliatur: potuit enim, dum in Gallia hæreret, ad Vicentinam ſedem promoveri, Epiſcopo alio Nemonicæ in ejus locum ſubſtituto, quæ eccleſia eatenus per Vicarium adminiſtrata fuerit, ut paſſim fieri & pridem factum eſſe notiſſimum eſt.*

quo demum pervenerit 1260;

27 *Volunt recentiores noſtri, Beatum ante legationis Anglicæ ſuſceptionem, Vicentiam pervenisſe, anno, ut inter alios notat Thienæus,* MCCLVIII, *alii* MCCLVI; *tum, verba ſunt Ughelli*, in ea adminiſtratione probos viciſſe exemplo, improbos & à catholica fide averſos fregiſſe doctrina; hæreticorum fraudibus circum-

C ventum, multa paſſum eſſe, tandemque ab Ezelino ſæviſſimo pulſum in exilium. *Hæc omnia amplificant Barbaranus & Marcheſius, ſed quam ruinoſis piæ iſtæ fabellæ fundamentis nitantur, ſole clarius demonſtrat Beatus ipſe, qui ſe primum Vicentiam acceſſiſſe teſtatur, dum ſacras eò reliquias portavit an.* MCCLX, *tum ſcilicet cum exſtincto Ezelino, ex Gallia in Italiam reverſus eſt, ut ex ipſiſmet ejus verbis infra intelliges. Multa id genus alia plane intricata offendo, quæ ſincere fateor, me ignorare malle, quam ad frigidas conjecturas confugere, quò nos aliàs compelleret* confuſa, *ut ante me obſervavit Papebrochius*, tota ejus temporis Vicentina hiſtoria, *ac certorum monumentorum apud RR PP. Prædicatores penuria, quorum qui primus B. Bartholomæi geſta recenſuit Leander Albertus, ea ignoraſſe deprehenditur, quæ ipſi perſpecta eſſe oportebat, priuſquam de texendo encomio ſuo cogitaret, quæque nullo negotio obtinere potuit, quandoquidem Vicentiæ ſe fuiſſe teſtetur, vidiſſèque ardentem lampadem, de qua* § 1 *locuti ſumus.*

28 *Nemo igitur à me exſpectet deductam vitæ*

ſeriem, quam nuſquam hactenus reperire licuit. AUCTORE J. B. S. *Scimus*, B. Bartholomæum *patria Vicentinum fuiſſe*, in Ordine Prædicatorum ab infantia nutritum, & diſciplina & moribus ſub obſervantia Inſtitutoris S. Dominici eruditum; *Scimus*, in ipſo ad Nemonicenſem epiſcopatum fuiſſe promotum, *idque veroſimillime factum credimus an.* MCCXLVIII; tempore quo nobis . . . . . pontificatum Apoſtolica ſedes contulit, *S. Ludovico apud Cyprum commorante. Quibuſnam antea in ipſo Ordine muneribus perfunctus ſit, an Lector & Prior, ut ait Thienæus, an magnus verbi divini ſeminator, ut memorant alii; non eſt integrum aſſerere, ſed neque negare. Scimus præterea, ex Cypro* navigaſſe in Syriam, *Regem Ludovicum & Reginam viſitaturus, idque ante annum* MCCLIV. *Ab epiſcopatu Nemonicenſi ad Vicentinum forte deſtinatus aut deſignatus fuerit ab Innocentio IV, ſed turbante omnia impiiſſimi Ezelini tyrannide, miſſus interim ob fidei negotia ad Regem Angliæ, atque etiam ad S. Ludovicum, anno, ut diximus* MCCLIV *in Franciam ſuam reducem; poſt biennium ab Alexandro IV ad deſtinatam prius ſedem evectus, ut ex Ughello nuperrime annotavimus. Hæſerit porro apud ſanctum Regem quo uſque Ezelinus,* E *dum Mediolano inſidiatur, fugere compulſus, à fœderatis interclusus, vulneratus ac captus, vitæ ſimul & immanium vexationum flagitiorumque finem fecit anno* MCCLIX. *Atque hæc ſunt, quæ à* B. Bartholomæo *ante ſuſceptam Vicentinam eccleſiam ex ceteris monumentis geſta comperimus.*

aptatis etiam Leandri verbis,

29 *Jam vero ſubjungi hîc poſſunt, quæ apud Leandrum ſequuntur, dum Beati legationem ad S. Ludovicum memorat, his verbis:* Qua in legatione ſic ſe geſſit Bartholomæus, ut in Galliis maximum ſibi comparaverit nomen. Unde Ludovicus cernens ejus vitæ integritatem, præcipua eum ſibi devinxit neceſſitudine. Compoſitis rebus, cum remeare in Italiam eum oporteret, compulſus eſt à Rege, pro mutuo amore accipere munera. Qui videns, ſe non niſi munere regio donatum poſſe recedere ex Galliis, unam ex ſpinis ſacroſanctæ Coronæ Dominicæ, diligenti cuſtodia ſervatæ & honore in regiis theſauris, rejectis temporalibus muneribus, ſibi dari petiit. Verum Ludovicus eum voti compotem reddere F cupiens, propriis manibus, coram Galliarum heroibus, illi unam pretioſiſſimam ſpinam elargitus eſt. Quo ordine quove apparatu ei tantum munus contulerit, videri poteſt in quodam libro cœnobii Vicentini, Ordinis noſtri. Non enim duxi, hîc omnia narranda, alioquin volumen ingens ex hujuſmodi incidentiis contexerem.

in quibus aliquid carpit Barbaranus.

30 *Veriſſimum eſt, ſi non volumen ingens, ſaltem commentarium bene longum contexi poſſe, de theſauris ſacris, quos in Gallia obtentos, ſummo apud ſuos Vicentinos in honore poſuit beatus Antiſtes, ut ſequenti* § *pluribus referemus, cum ea ferme ſola, de ejus toto epiſcopatus tempore geſtis, memoriæ, ſaltem cum aliqua veri ſpecie prodita ſint. Unum hîc narrat Leander, quod Barbarano non placuit; audiamus ſequentia ejus verba:* Accepta igitur à Rege ſanctiſſimo redeundi in Italiam cum pretioſiſſimo theſauro facultate, cum quodam venerando patre Aſculano Ordinis noſtri, temporibus maligniſſimis, & per loca periculoſa Italiam revertitur: & tanto diviſo theſauro, partem venerando patri Aſculano dedit, & partem alteram detulit

AUCTORE J. B. S.

Vicentiam. Porro Aſculani partem illam excepere, ingenti cum honore, quam uſque in hodiernum diem obſervant. *Negat hæc Barbaranus cap. 42, & ex reſponſo Guardiani alicujus, Ordinis ſui, dato* XXVIII *Auguſti, ibi pag. 106 adducto, evincere conatur, non partem Spinæ Vicentinæ apud Aſculanos honorari, ſed ſpinam aliam, à priori diverſam, quæ à Philippo Rege, S. Ludovici filio, data fuerit Generali Dominicanorum, quaſi in permutationem cum digito S. Dominici, ut ibi lector teſtatum inveniet. Neutram partem tuendam ſuſcipio, diſputent ii quorum intereſt. Jam ad epiſcopatum Vicentinum propius accedendum eſt.*

§ III. *Reliquum vitæ, ab anno* MCCLX *ad obitum.*

Solennis ejus cum S. Spina Vicentiam ingreſſus

B

PErgimus cum Beato noſtro, de geſtis ſuis ſic teſtimonium ferente, in citato jam non ſemel inſtrumento de Spina à S. Ludovico Lutetiæ accepta: Nam piiſſimus Rex Francorum, *inquit*, de Spinea Domini Corona, ſpinam unam exclusit fecit, & nobis, regio flexo poplite, noſtris ex oppoſito flexis genibus, devotus, & de ſuis ſacris regiis manibus, manus pontificales ditavit. Quid ultra? dilectionis oſculo dato pariter & accepto, mutua recommendatione facta, hinc & inde, nos abire permiſit. Cum ergo anno MCCLX, perfido Eccelino mortuo, ad civitatem Vicentiæ appropinquaremus, Clerus & populus univerſus nobis obviam venit, clamantes & dicentes, Benedictus qui venit in nomine Domini. *Hinc igitur, rejectis dubiis ambagibus, hinc, inquam, & non aliunde deſumendum eſt Vicentini epiſcopatus initium; ut iterum teſtis eſt Beatus ipſe in donatione reliquiarum, apud Barbaranum cap.* 43, *facta* anno MCCLXI, Indictione VI (*lege* IV) die XIV, intrante Martio. *Ubi expreſſis terminis aſſerit, ſe reliquias a S. Ludovico acceptas,* AD EPISCOPATUM PORTAVISSE, CUM PRIMUM ACCESSIT AD EUM. *Adde Smeregi chronicon, in quo prima B. Bartholomæi memoria ponitur* MCCLX, *his verbis*: Indictione tertia, fuit Poteſtas Vicentiæ D. Marcus Quirinus de Venetiis, qui erat Poteſtas Paduæ anno MCCLIX: & D. Epiſcopus Bartholomæus de Vicentia, qui erat in ſpiritualibus & temporalibus civitatis Vicentiæ Dominus, fecit ipſum eligi in Poteſtatem. *Rurſus, ſequenti anno* MCCLXI, Indictione IV, fuit D. Joannes Gradenego de Venetiis Poteſtas Vicentiæ: & quia ipſe obtulit mille libras denariorum parvorum ad ædificandum locum S. Coronæ, D. Bartholomæus Epiſcopus fecit ipſum eligi in Poteſtatem Vicentiæ.

C

non male à Leandro deſcribitur.

32 *Nihil in toto Leandri encomio clarius exprimitur, quam*, ſanctiſſimam Spinam Domini *Vicentiam à B. Bartholomæo* delatam, anno Domini MCCLX, *cujus triumphos ita deſcribit:* Quum vero Bartholomæus Vicentiam appropinquaret (jam fama vulgaverat, illum ſacram Spinam afferre) obviam habuit totam civitatem ſertis redimitam, ac faces accenſas manu tenentem, ſanctum theſaurum ſuppliciter adoraturam, clamantemque; Benedictus qui venit in nomine Domini. Et quum Patres noſtri cœnobium non haberent (licet incolerent urbem & in quadam domuncula habitarent, obtinuit à toto populo, in D loco profano magnificas ædes exſtrui, quo hæreſeos labe infecti homines multo tempore inhabitaverant, ut ubi olim ſuperabundaverat malitia, Dei bonitas & gratia ſuperabundaret. Igitur exruderato loco, conſtructum eſt ingens templum, Chriſti Coronæ dicatum, & Spinæ ſacratiſſimæ poſita ara, in argenteo vaſe reconditæ, ad id fabricato, auro ac unionibus adornato, quo ſuppliciter uſque in noſtram ætatem à ſenatu populoque Vicentino adoratur. Quotannis etiam luſtrata urbe cum facibus accenſis, præcedentibus pulcherrimis virginibus, ſertis ornatis crinibuſque panſis, & omnibus Sacerdotibus, per totam urbem circumfertur, deinde argentea corona ingentis ponderis templum prædictum, vaſiſque pluribus ceteris, diverſis coloribus ornatis & imaginibus à civitate donatur.

Ordini ſuo S. Spinam donat,

E

33 *Quam paſſim obſcura & dubia ſunt, quæ Beati noſtri vitam attinent, tam ſunt certa, quæ de ſacra Spina narrat Leander, ab ipſo Beato egregie confirmata, laudato jam ſæpe teſtimonio, cujus partem ultimam hic ſubjicio:* Erat in civitate locus, qui Collum dicebatur, ubi ſedes fuerat ſathanæ, & homines attendentes ſpiritibus errorum & doctrinis dæmoniorum, in quo loco, univerſitate civitatis favente, ad honorem Dominicæ Coronæ fundavimus eccleſiam Ordinis Prædicatorum, cujus alumni fuimus, ibique ſacra ad collum noſtrum pendentia, quæ detuleramus, devote repoſuimus, & alacriter contulimus. Sic igitur Vicentiæ civitas quondam perfidiæ, civitas effecta eſt fidei & gratiæ, ſacro ditata munere. Plaudat igitur tota Italia, exultet amplius Tarviſina Marchia, ſed tu magis plaude Vicentia, tanti doni ditata gratiâ. Ille vero, qui gratis tibi ſua dona contulit Jeſus Chriſtus, ſic te gratam faciat, ut de gratia te perducat ad gloriam, in qua vivit & regnat cum Patre & Sancto Spiritu. Amen. L. D. O. M.

quam à S. Ludovico acceperat.

F

34 *Nec prætermittendum hoc loco eſt ipſum S. Ludovici donationis inſtrumentum, quod ex Barbarano ad verbum deſcribo*; Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, dilecto ſibi in Chriſto Bartholomæo, eadem gratia Epiſcopo Vicentino ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ad inſtantem petitionem veſtram, de pretioſo ligno Dominicæ Crucis, & ſacroſanctæ Coronæ ipſius Spinam unam vobis, in ſignum dilectionis conferimus, dilectionem veſtram rogantes attente, quatenus eam debito conſervetis, & conſervare faciatis honore, & pro nobis orare velitis, & orationes faciatis fieri ſpeciales. Dat. Pariſiis anno Domini MCCLIX, die Jovis poſt feſtum S. Nicolai hiemalis. In cujus rei perpetuum teſtimonium præſentes litteras noſtro ſigillo præcipimus communiri. *Habes ibidem à pag. 113, alia ad eamdem rem ſpectantia teſtimonia Patriarchæ Conſtantinopolitani, Patriarchæ Gradenſis, cum Epiſcopis Patavino, Tarviſino, Feltrenſi, Torricellano & Exquilino, ac demum Ducis Venetiarum, quæ tranſumenda non cenſui, cum nulla in his controverſia moveri poſſe videatur; utinam Beati ipſius geſta tam accurate deſcripta fuiſſent! Nec immemor ſim denuo appellare donationem ipſam, à Beato Fratribus ſuis Vicentinis factam, cujus inſtrumentum apud laudatum Barbaranum exſtat cap. 43, à pag. 109.*

35 *Sequatur modo, quod de Leandri encomio reli-*

AUCTORE J. B. S.

A *Reliquum Leandri elogium.*

reliquum ſupereſt, ex quo rurſus pateat, jam non ſemel à nobis vere pronunciatum, nihil olim de toto Bartholomæi epiſcopatu, præter jam dicta, ſcriptum fuiſſe. En poſtrema Leandri verba: Dum eſſet in Galliis Bartholomæus, libros quoſdam D. Dionyſii legit. Igitur poſtquam clero & civitati ſuæ pluribus annis moderatus fuerat, vita ſanctiſſime defunctus eſt, atque ſuo juſſu, in templo Prædicatorum urbis Vicentinæ, ſepulcro, ut par erat, tanto viro digno, quod adhuc in parietibus dextris templi præfixum, lapide ſculpto cernitur, ſepultus. Dum ipſe in eodem cœnobio, anno Domini MCCCCXCV exiſterem, cujuſdam civis Vicentini juſſu appenſa lampas eſt, quæ jugiter die noctuque oleo ſuffuſa, ante ejus ſacrum [corpus] manet accenſa, referentis, ſe meritis ejus quoddam à Domino beneficium promeruiſſe. Poſt gloſſemata in Dionyſium, Sanctorum vitas Bartholomæus brevi epitomate complexus eſt. Sanctiſſimam Spinam Domini detulit anno Domini MCCLX.

B *Inſtitutio Ordinis Gaudentium,*

36 *Hic denuo meminit librorum Dionyſii, quos in principio coram Romana curia enucleatos dixerat; tum autem de* Sanctorum vitis brevi epitomate *comprehenſis, ſed nos de Beati ſcriptis, quod quidem huc faciat, ſuperius abunde egimus. Reſtarent explananda totius vitæ geſta reliqua, ſi ea alicunde erui poſſent. Sparſim colligemus, quæ ſatis probata videbuntur. Huc ſpectat præcipue equeſtris Ordo, quem* Gaudentium *vulgo, aliàs* beatæ Virginis, *ſeu* Mariæ glorioſæ *nuncupatum obſervo, de quo Barbaranus cap.* 40 *fuſius memorat; ego pauca ad B. Antiſtitis gloriam conducentia, huc compendio transferam. Ait igitur, beatum Bartholomæum prædicti Ordinis, tunc primùm confirmati cum Vicentinam cathedram occuparet, ſemina quædam jeciſſe, dum circa annum* MCCXXXI, *afflictiſſimam per id tempus variis calamitatibus civitatem Bononienſem cum B. Joanne Scledo, Ordinis ſui viro itid.m Apoſtolico, ad placandam pœnitentiæ operibus divinam miſericordiam adduxit. Tantus nimirum fuit illuſtriſſimi Prædicatorum Ordinis in prædicando verbo Dei fructus, ut inde auctor noſter originem traxiſſe exiſtimet, varias, quas hodie videmus, confraternitates ſeu ſodalitia, ſub variorum invocatione Sanctorum cum uberrimo animarum emolumento. Erat tunc Bononia contrariis ſtudiis, diſcordiis, inimicitiis, odiiſque civilibus ſciſſa & diſtracta, quibus reſtinguendis pacandiſque nemo uſquam attenderet. Hinc noſter ardenti zelo impulſus, anno ut volunt* MCCXXXIII, *eam ſocietatem meditatus eſt, ſub B. M. Virginis auſpiciis, cujus ea potiſſimum cura eſſet, ut rixis, litibus ac diſſidentium animis componendis, tamquam advocati, arbitri & pacificatores ultro & impenſiſſime invigilarent, viduarum pupillorumque patrocinio pari ſedulitate ſuſcepto. Vide Carolum Sigonium de Epp. Bonon. pag.* 125.

C

37 *Hi pauci de multis, ſed præcipui, characteres ſunt hujus* Gaudentium *Ordinis proprii, quos curioſus lector in noſtri Philippi Bonannii Ordinum equeſtrium & militarium catalogo, anno* MDCCXI *Romæ edito, num.* LXXV *ex Sigonio ſigillatim deſcriptos inveniet, cum hac diverſitate, quod Barbaranus à Papa Urbano IV approbatum ſodalitium aſſerat* MCCLXI, *altero à B. Bartholomæi Vicentiam ingreſſu; Bonannius autem annum* MCCLXIII *deſignet. Idem utrobique legum conditor Ruffinus, Pontificis pœnitentiarius, apud Barbaranum* de Piacentia, *apud Bonannium proprio nomine* Gurgo *dictus: cujus congregationis primus Magiſter conſtitutus fuerit Loderengus Andalò, vir multis nominibus laudandus. In pauculis aliis non omnino conveniunt præfati ſcriptores, ſed quæ operoſius diſcutere nec vacat, nec opus eſt.* Fratres Gaudentes *ex Villario & Salimbeno cognominatos putat Bonannius, quod* quiſque in ædibus ſuis cum uxoribus vitam ageret. *Monaſteria habuiſſe, & Religioſorum inſtar vitam inſtituiſſe ait Barbaranus, quod utique inveriſimile non eſt, cum Bonannius fateatur,* deficientibus poſtea paulatim ejuſmodi Equitibus, Sixtum V collegio Montis alti addixiſſe bona, quæ illi poſſidebant. *de habitu & reliquis eorum obligationibus, vide citatos ſcriptores; mihi ſatis eſt, ad Beatum noſtrum referendos ingentes fructus, qui ex eo Ordine profecti ſint, & porro etiam, poſt ejus exſtinctionem Vicentiæ promanare cernuntur, in iis, quos Optimates quotannis ſolent eligere, qui Equitum iſtorum vices in componendis ſimultatibus ſupplere conentur.*

de quo ſcriptorum ſententia.

E *Hæreticos compeſcit & templum S. Coronæ exſtruit.*

38 *Ad hæc etiam tempora reduci debent, ſi umquam facta ſint, quæ Barbaranus habet pag.* 104, *de hæreticis à B. Bartholomæo ad orthodoxam fidem reductis, eoſque inter anteſignano quopiam, nomine Gallo, ex regione S. Petri, qui* § 1 *in Beati epitaphio depingitur. Alios hæreticos, cum neſcio quo Jeremia pſeudo epiſcopo, à noſtro Beato ad Eccleſiæ gremium retractos ſuggerit Marcheſius pag.* 5, *alios autem cum Epiſcopo Viviano intruſos, Beati opera ex urbe pulſos, quæ ut non difficulter admiſerim; ſic priuſquam aſſeram, vellem vetuſtiori auctoritate probari. Templi S. Coronæ P P. Prædicatorum ædificatio, opus præcipuum dici poteſt, quod epiſcopatûs ſui tempore ad culmen perduxerit* B. Bartholomæus; *nam ſi Barbarano credimus, anno* MCCLX *inchoatum, toto decennio tenuit, anno primùm* MCCLXX *omnibus numeris abſolutum, quantacumque fuerit tum beati Præſulis, tum cleri, tum aliorum oppidanorum ad promovendam operis perfectionem liberalitas, de qua re vide laudatam Annaliſtam Vicentinum cap.* 43, *totis quatuor ſequentibus capitibus prolixius deducentem innumera bona & beneficia, quæ cum Spina aliiſque à beato Viro procuratis reliquiis in patriam ſuam redundarunt.*

F

Alia ejus geſta Vicentiæ.

39 *Proxime inde capite* 49, *longiſſimam hiſtoriam texit Barbaranus turbarum, tumultuum, bellorum inter vicinas civitates, eo ſolo intuitu, ut oſtendat* B. Bartholomæi, *auctoritate & induſtria extinctas fuiſſe varias Vicentinorum & Patavinorum diſſenſiones, adeo ut hi, poſt mutuas clades, graſſationes & depopulationes, Baſſanum oppidum, non unius belli cauſam, Vicentinis reſtituerint: quibus plures alias ſive Religioſorum ſive ſecularium perſonarum compoſitas diſcordias annumerant citati jam totics Barbaranus & Marcheſius; ſed hæc & cetera omnia, apud ipſos fuſius deducta legi ſinemus, quo uſque limpidiores fontes aſſignentur, unde ſua hauſerint, quos nobis etiam accedere liceat & conſulere. Minutias præterea, non magis probatas, conſulto prætereo. Hæc ſunt præcipua quæ quidem ſatis certo innotuerint,* à B. Bartholomæo *epiſcopatus Vicentini tempore geſta, uſque ad annum* MCCLXVII, *quo tranſlationi corporis S. Dominici Bononiæ interfuiſſe debuit, ſiquidem vera ſunt, quæ de ea celebritate acerrime tuetur Joannes Michaël Pius, ut ſtatim dicemus. Iſtæ, inquam, primariæ ſunt Beati actiones, nam toto fere ſexennio B. Antiſtitem Vicentiæ vixiſſe, vix authentice compertum eſſet, niſi ejus memi-*

AUCTORE J. B. S.

meminiſſet Smeregus ad annum MCCLXIV ; *cujus teſtimonium eò pluris faciendum eſt, quod eodem cum Beato tempore vixiſſe videatur.*

Tranſlationi S. Dominici interfuiſſe 1267,

40 *Prædicta autem tranſlationi Bononiæ adfuiſſe B. Bartholomæum, dubitare non ſinit inſtrumentum, veris ſuis notis diſtinctum, quod à Joanne Michaële Pio & à Barbarano refertur, quodque hîc legentium oculis lubet exponere:* Venerabilibus Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis. Frater Bartholomæus, miſeratione divina Epiſcopus Vicentinus, ſalutem & æternam in Domino charitatem. Juſtus & pius Dominus, de cujus munere venit, ut ſibi à fidelibus ſuis dignè & laudabiliter ſerviatur, vota bene ſervientibus multo majora retribuit, quam valeant promereri. Cum itaque in generali Capitulo Ordinis FF. Prædicatorum, apud Bononiam celebrato, ſanctiſſimum corpus piiſſimi Patris Dominici, Ordinis inſtitutoris ipſius, præſentibus & cernentibus venerabili P. F. Joanne Vercellenſi, Magiſtro, & Fratribus dicti Ordinis in dicto Capitulo, anno à nativitate Domini MCCLXVII, Indict. X, die Pentecoſte, V Junii congregatis; Venerabilis Pater Dominus Philippus, Dei gratia Archiepiſcopus Ravennas, præſentibus & B adſtantibus venerabilibus Patribus Dominis Dei gratia Octaviano Bononienſi, Tomaſio Imolenſi, Fratribus Arnulfo Humanenſi, & Ægidio Torcellanenſi Epiſcopis, atque nobis; nec non viris nobilibus Dominis Yrach de la Turre, Poteſtate, Gnieſto de Fonte Carali, Capitaneo, & Antianis Bononiæ, de tumulo lapideo non cælato, ad marmoreum & cælatum cum debita reverentia & debita devotione tranſtulerit, atque caput pretioſum ad devota dictorum Epiſcoporum, Magiſtri & Fratrum oſcula, primo reverenter exhibitum, ſubſequenter in angulari pulpito eccleſiæ dicti Sancti, in platea exteriori, præſente laudabili fidelium multitudine, ad tollendum de ipſius corporis, in dicta eccleſia conſervatione ſolida & integra, dubitationis cujuſlibet ſcrupulum, qui forte quorumdam cordibus reſidebat, per nos ibidem præmiſſa ſolenni prædicatione, monſtraverit, ipſum in dictum tumulum cælatum manu devota reducens, & in ſui compagine corporis in oſculo ſancto recondens.

C *probat inſtrumentum ejus nomine datum.*

41 Nos de dictorum Dominorum Archiepiſcopi auctoritate & Epiſcoporum conceſſione, cupientes ut jam dictum corpus in dicta eccleſia ſingulis annis feſtivis honoribus viſitetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, ad quos dictorum Dominorum Archiepiſcopi, Epiſcoporum & noſtra juriſdictio ſe extendit, qui prædictum corpus, in feſto tranſlationis ipſius & uſque ad octavas devote ac laudabiliter viſitare curaverint, annuatim, ex parte dicti Domini Archiepiſcopi, duos annos ſingulos de Omnipotentis miſericordia & glorioſæ Mariæ Virginis genitricis ejus meritis, Sanctorumque omnium confiſi ſuffragiis, de injunctis ſibi pœnitentiis, miſericorditer in Domino duximus relaxandos, præſentibus in perpetuum valituris. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri fecimus, & noſtro ſigillo muniri. Datum *&c. Plurima congerit laudatus Joannes Michaël Pius, ut certam oſtendat alteram hanc ſui Patriarchæ tranſlationem, peculiares ejus cauſas, obiter hîc tactas, fuſius exponens adverſantiumque argumenta fortiter confutans; quæ nobis uſui eſſe poterunt in illuſtratione gloriæ poſthumæ S. Dominici, ad diem* IV *Auguſti. Satis modo ſit huc uſque B. Bartholomæi vitam produxiſſe.* D

Quamdiu condito teſtamento ſupervixerit,

42 *Superſunt ex communiori calculo anni quatuor, quibus quid egerit, nulla ſatis probabili conjectura aſſequor, niſi quod anno* MCCLXX *teſtamentum condiderit, quod nemo hactenus integrum protulit; fragmentum habet Barbaranus cap.* 52 *hujus tenoris:* MCCLXX, XXIII Septembris, in Camino epiſcopali (*intellige caminata vel camera*) præſentibus &c. Venerabilis Pater Dominus Frater Bartholomæus Vicentinus Epiſcopus condidit teſtamentum, ſic dicens: Nos F. Bartholomæus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Vicentinus Epiſcopus, à ſanctiſſimo Patre D. D. Clemente, divina providentia, ſacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice, auctoritate teſtandi accepta; in primis ad locum Dominicæ Coronæ, Vicentinæ civitatis, Ordinis Prædicatorum, quam Chriſto auctore fundavimus, ad honorem Dei omnipotentis, D. N. J. C. crucifixi, ad defenſionem fidei, ac pro ſalute animarum chriſtianarum civitatis Vicentiæ & Vicentini diſtrictûs; & ſacroſanctis reliquiis, à piiſſimo Ludovico Rege Franciæ, de ligno ſanctæ Crucis & de ſpinea Corona Domini noſtri Jeſu Chriſti benigne collatis, dotavimus, & in E quo Ordine ab infantia nutriti, & diſciplina & moribus, ſub obſervantia noſtri Inſtitutoris Ordinis B. Dominici eruditi & informati fuimus, & in ipſo ad Nimonicenſem & Vincentinum epiſcopatum Dei miſericordia promoti, eligimus ſepulcrum inter duo altaria & tabulata, quæ fieri decrevimus, inter altare B. V. & Dominicæ Coronæ, ita quod videri poſſit in choro interius & à laicis exterius, ut habeant materiam, & cauſam orandi pro nobis, quandocumque ipſum viderint ſepulcrum &c. *Huc uſque præfatum fragmentum: cetera quæ ad obitum, ſepulturam, elevationem, miracula & cultum attinent dedimus ſupra* § 1.

quo die obierit, incertum:

43 *Quamdiu teſtamento condito ſupervixerit* B. Bartholomæus, *quo anno, menſe aut die mortalem vitam exuerit, docet quidem pro ſua libertate Barbaranus, nihil dubitans quin è vivis exceſſerit, non* I *Junii, ut male identidem legit Papebrochius, ſed hoc die* I *Julii* MCCLXXI; *fides ſit penes ipſum, quandoquidem alii, aut alterum omnino ſignent, aut nullum audeant determinare. Nam ſi vera eſt nota factæ elevationis, de qua ſuperius egimus, ſic ut ea incidere debuerit in annum* MCCCLI; *id autem contigerit annis tribus & octoginta poſt Beati obitum; tenendum omnino eſſet, exceſſiſſe è vivis anno* MCCLXVIII; *quod ex Smeregi chronico erui poſſe videtur, dum per id tempus meminit turbarum* occaſione quæſtionis epiſcopatus Vicentiæ, *quas cædes & vulnera ſubſecuta ſint: quæ ſane arguunt ſedem epiſcopalem, pro qua certabatur, paſtore viduatam fuiſſe. Aſt eo pacto, ut fictitium rejiciendum eſſet Beati teſtamentum jam deſcriptum. Hinc Scyllam video, inde Charybdin. Arguit quidem Smeregum Barbaranus, quod ea annis non ſuis conſignaverit: verum enim vero, bonâ ejus veniâ, facile paterentur lectores eruditi, majorem fidem haberi teſti oculato & ſynchrono, quam Annaliſtæ Vicentino, in pluribus, ævo ſuo vicinioribus, non ſemel hallucinanti. Ego me fateor hîc hærere ancipitem, & Vicentinis hunc etiam nodum ſolvendum aut ſcindendum porrigere.* F

44 *Non minus obſcura & involuta eſt memo-*

rata

A *rata ſuperius controverſia, circa Patriarchatum Hieroſolymitanum, ad quem evectum fuiſſe B. Bartholomæum, tam ſecure affirmant recentiores, præſertim Barbaranus, quam parum ſolliciti ſunt, ut ſaltem opportunum tempus inveniant, quo tali dignitate præfulſerit; nam recurrere ad tempus, quo cum S. Ludovico in Palæſtina moratus eſt, ut volunt Barbaranus & Marcheſius, idem propemodum eſt ac ingenue fateri, imaginarium fuiſſe prætenſum patriarchatum, aliunde tot titulis ſuſpectum, ut ſupra non obiter inſinuavimus, modum ſuggerentes, quo patriarchatus ille cum primo epiſcopatu confundi poſſit. Aliam viam ingredi conatus eſt Papebrochius in citata appendice tomi* VII *Maii ſub finem, pag.* 704 *&* 705; *at enim cum in tenebris verſaretur, nihil mirum ſi conjecturis explanare non potuit, quod probabiliſſime numquam factum eſt. Damus Beato noſtro Epiſcopatus ſucceſſive binos, quorum ipſemet in teſtamento ſuo meminit, condito anno* MCCLXX, *vitæ ſuæ ultimum proxime præcedente, haudquaquam prætermiſſurus illuſtriores inſulas, ſi umquam ad eas evectus fuiſſet. Mihi ſane id veriſimile non fiet, niſi ſcriptores Vicentini aut Dominicani graviores teſtes adducant, quam ſint verſiculi, neſcio quo ſeculo aut à quo compoſiti, tacentibus de patriarchatu illo, Leandro Alberto, Razzio, Joanne Michaele Pio, & antiquioribus, quod ſciam, omnibus.*

neque de patriarchatu Hieroſolymitano,

B

45 *Ut tricis his omnibus me demum expediam, ultimam* B. Bartholomæi *dignitatem ſubnecto, nempe vicariatum Cæſaris in Italia, quem Ughellus anno* MCCLXII *innectit, quando* unà cum Patriarcha Aquileienſi ex delectu Rodulphi Cæſaris, Italiæ vicarius fuerit, inſecutiſque proxime temporibus, in Galliis & in Anglia Apoſtolicus Nuntius. *Quam hæc inepte & imperite à viro erudito componuntur! Quis, obſecro,* Rodulphus *pro anno* MCCLXII *Imperator? Quis ſomniavit,* B. Bartholomæum *poſt annum* MCCLXII in Galliis & in Anglia Apoſtolicum Nuntium *fuiſſe? Malunt alii vicariatum qualemcumque referre ad* Richardum *Anglum, cujus & Alphonſi Caſtellæ regis electio notiſſima eſt; ſed quam tutò, ipſi viderint. Similibus erroribus conſperſus eſt totus ultimus Ughelli paragraphus, tum ubi de Beati obitu, tum ubi de ſacri ejus corporis elevatione meminit. Nec magis curanda ſunt, quæ ex ipſo adduxit Papebrochius.* Memini, *inquit*, me legiſſe in antiquo codice, membranis confecto, bibliothecæ cœnobii S. Salvatoris de Septimo, Florentinæ diœceſis, Rodulphum quemdam Vicentinum Epiſcopum anno MCCLXIV, die III menſis Octobris, eccleſiam Caſtrocati in Hetruria reconciliaſſe, cui S. Reparatæ titulus eſt. *Aut male legit Ughellus, aut plane erravit codicis ſcriptor: nam ſiquid certum habemus, illud ex Smerego evidentiſſime conſtat,* B. Bartholomæum *anno* MCCLXIV *Vicentinæ eccleſiæ præfuiſſe. Alia non proſequor, cum ſentis, dumis, vepribus & ſpinis plena ſint omnia, ſed ea nos inde ſelegiſſe exiſtimamus, quæ de Beati noſtri geſtis, virtutibus & ſanctitate cum aliqua certitudine commemorari & prædicari potuere.*

AUCTORE J. B. S.

E

nec de vicariatu in Italia quidquam conſtat.

APPENDIX
DE S. MODERATO ET S. FELICE
MART. AUTISSIODORI IN GALLIA.

COMMENTARIOLUS.

C. J.

SECULO FORTE V.

C *Antiquus horum cultus*

His ipſis Julii Kalendis dictum eſt aliquid inter Prætermiſſos pag. 2 litt. F, de ſanctis Felice & Moderato *Autiſiodori Martyribus. De utroque pluſcula monitus fui non ita pridem à viro docto, Joanne le Beuf, Canonico & ſuccentore eccleſiæ Autiſiodorenſis, quæ & venerationem utriuſque perantiquam luculenter docent. Aſſerit namque Canonicus citatus*, S. Moderatum (*Gallice vulgo*, Moderé; *& brevius*, Moré; *ſub quo ultimo nomine etiam inſertus eſt martyrologio univerſali, à D. Claudio Caſtellano canonico Pariſienſi gallice publicato, ad kalendas Julii, pag. 692, hac annuntiatione*; In diœceſi Autiſiodorenſi S. Moderatus, cujus nomen ſervant eccleſia una & unus vicus ad Curam amnem) *Canonicus, inquam, le Beuf aſſerit*, in Kalendariis monaſteriorum quorumdam, abbatiæ S. Germani ſubditorum, ſeculo XII deſcriptis, *legi memoriam* S. Moderati *kalendis Julii, abſque* S. Felice. Felicis *autem hujus* nomen inſcribi omnibus ſuis Kalendariis ad diem XVI Junii.

in eccleſia S. Moderati,

2 *Uti autem* S. Moderatus *ſui nominis eccleſiam habet ad amnem Curam, non in diœceſi Æduenſi, ut aliqui nuper ſcripſere, ſed in finibus ipſius Autiſiodorenſis: ita* S. Felix *eccleſiam quoque ſuam habuit in villa Madriaco, diœceſis quidem Senonenſis, ſed non amplius diſtante Autiſiodoro, quam leucis quatuor: meminitque le Beuf, ſe legere in geſtis Guidonis ſive Widonis Epiſcopi Autiſiodorenſis, qui floruit ſeculo* X; *defunctus apud Sammarthanos, anno* 961, ipſum impetraſſe ab Archiepiſcopo Senonenſi decimas trium eccleſiarum, quarum una ſcilicet in Aigliniaco, conſecrata eſt in honore S. Stephani; in Matriaco alia, in honore S. Felicis. *Addit quoque*, ſe porro inquiſiviſſe de villa Matriaco, ac didiciſſe à colonis loci, ſupereſſe etiamnum veſtigia ſacelli S. Felicis in nemoribus ejuſdem villæ, & illuc olim, ſanitatum gratiâ, ſupplicationes crebras fuiſſe factas. *Et proſequitur*: Non mirum igitur, ſi in Kalendario & Martyrologio eccleſiæ cathedralis Autiſiodorenſis perſeverarit ad annum quoque MDCLXX, illius Sancti nomen, cum à plurimis ſeculis Matriacum ſimul cum appendiciis ad Capitulum Autiſiodorenſe pertineat, & ad Capellam nemorum S. Felicis, ſit ipſius providere, ut patet ex Regiſtris. *Hæc ille non perfunctiorie.*

F

item in alia S. Felicis,

3 *Citat quoque Martyrologium eccleſiæ Autiſiodorenſis, circa initium ſeculi* XII *conſcriptum, cujus exemplar ait, ad ſe nuper Lutetiâ tranſmiſſum eſſe, enumerans Sanctos ad ſingulos anni dies; qui paſſim noti & vulgares ſunt, licet nec Uſuardi, nec Adonis, nec alterius veſtigia Martyrologium illud ad amuſſim ſequatur. Tres tamen aut quatuor*

nec non in martyrologiis vetuſtis.

AUCTORE C. J.

tnor dumtaxat inſeri, quorum memoria aut cultus celebritas, vulgo minus nota eſt; interque illos legi ad diem XVI *Junii :* Madriaco villa, ſancti Felicis Martyris.

Utriuſque corpus putatur nunc eſſe

4 *De hujus corpore* curioſius indaganti, *inquit laudatus le Beuf*, videbitur quieſcere ad S. Germanum Autiſiodorenſem, & illuc tranſvectum bellorum temporibus aut labentibus ſacellis, repoſitum fuiſſe juxta tumulum S. Moderati martyris, qui etiam ante ævum Herici monachi (*floruit ille Autiſiodori ſeculo* IX, *temporibus Caroli Calvi, cui & ultimis ejus annis dedicavit Poëma ſuum de vita S. Germani, ſex libris conſcriptum*) ex propria ad Curam amnem eccleſia in iſtam S. Germani tranſlatus fuerat. Huc tendit quod refert Georgius Viole, Benedictinus Autiſiodorenſis, in Animadverſionibus ſuis, inquiens, ſe in majoribus legendariis Mss. monaſterii Regniacenſis, ex indice quodam, comperiſſe, Paſſionem ac Tranſlationem S. Felicis in certo quodam volumine fuiſſe contentam; at loco ſuo avulſum folium, quod maxime dolet. Nec contra objici poteſt, quod memoria ſanctorum Felicis & Moderati uno die recolatur in baſilica S. Germani, puta die v Septembris, quia oſcitanter id factum à primis monachis è congregatione S. Mauri circa annum MDCXXX, qui S. Felicem è XVI Junii, & S. Moderatum è prima Julii expunxerunt, ut ad primam feriam vacantem in Kalendario ſuo recentiore, traducerent. *Ita le Beuf.*

in S. Germani Autiſiodorenſis.

B

Martyrii tempus incertum.

5 *Et hæc de publico & antiquo horum ſanctorum cultu, deque diebus martyrii ſufficiant. Dies namque* XVI *Junii & I Julii, retinendi ſunt, quibus in Kalendariis & Martyrologiis antiquis adſcripti leguntur. De anno martyrii & geſtis eorum minus conſtat. Habeo præ manibus collectionem Ms. recentiorem de Sanctis diœceſis Autiſiodorenſis, ſub hoc titulo :* De ſanctis Martyribus & confeſſoribus territorii Altiſiodorenſis, ſecundum ordinem & menſes anni, obſervatum, atque extractum ex Martyrologio Autiſiodorenſi, factum per D. Bargedé, Archidiaconum Cathedralis eccleſiæ Altiſiodorenſis. *Illic die primo Julii agitur de* S. Moderato *&* S Felice *ſimul. Martyrii eorum tempus refertur, ad martyrium S. Fraterni Epiſcopi Autiſiodorenſis, qui uno die dicitur Epiſcopus & Martyr factus eſſe tempore Evarici Gothorum tyranni, Galliam late devaſtantis, verſus finem vitæ ſuæ, mortui anno* 484 *aut ſequenti. Sed hæ conjecturæ ſunt, cum ne quidem conſtet, quo anno S. Fraternus mortuus ſit. Imo nec ſatis ſcitur, Martyrne an Confeſſor obierit. Certe Uſuardus de illo ſic ſcribit :* Tertio Kal. Octobris. Autiſiodoro ſancti Fraterni Epiſcopi & confeſſoris. *Uſuardum alii ſequuntur. Nos quid veroſimilius tenendum ſit, inquiremus ad dictum diem.*

C

Corpora per revelationem inventa.

6 *Alia ibidem narrantur*, Quod nempe Moderatus & Felix, ambo juvenculi, capite truncati ſunt per manum carnificis : quorum corpora longo tempore latuerunt Chriſtianos : verum ſucceſſu temporis ipſi Sancti ſe revelantes per ſua miracula, tranſlati fuerunt ad eccleſiam S. Germani, ubi hodiedum ſunt eorum ſepulcra prope murum ſacelli S. Petri, & viſuntur imagines aut pictæ tabulæ, in quibus repræſentantur, veluti offerentes caput ad martyrium. *Hæc quoque de inventione & tranſlatione corporum vago modo narrantur abſque teſte, abſque nota temporis : certius credi poteſt, quod ſcriptor ipſe Autiſiodori viderit; corpora modo & imagines eſſe in S. Germani. Scribit quoque*, epitaphia illorum fuiſſe olim exarata circum ſepulcra, *ſed quæ frequentatione populi, Sanctos honoratum venientis, ſic attrita ſunt, ut legi amplius non poſſint. Hæc ſapiunt antiquitatem, ut credi debeat, ſepulcra illic jam aliquot ſeculis exſtitiſſe.*

D

Antiquitas eccleſiæ S. Moderati.

7 *Antiquitas eccleſiæ* S. Moderati, *quam diximus ſitam eſſe ad amnem Curam, cognoſcitur ex fundatione monaſterii Moliſmenſis, quod initium habuit anno* 1075 *ſub S. Roberto, archicœnobii quoque Ciſtercienſis conditore celeberrimo. Ait enim collector vitæ Ms.* Abbatem Moliſmenſem jus habere præſentandi dictam S. Moderati eccleſiam, *Monaſterio ſuo donatam* ab initio fundationis ſuæ per Ivonem d'Avalon & Alicem ejus uxorem, conſentientibus eorum filiis, Ivone, Joanne, Hugone, Foſſarto, Godefrido, Hermanno & Hugone juniore ; *quemadmodum notatum invenitur in tabulis dicti Monaſterii, his verbis :* Dederunt Deo & ſanctæ Mariæ Moliſmenſi eccleſiam ſancti Moderati, id eſt presbyterium, offerendam & quidquid ad presbyteratum pertinet. *Ait porro, Alicem poſt obitum mariti confirmaſſe donationem ſuam* in præſentia Roberti de Chatillon, *quem opinatur eumdem eſſe*, qui Prioratum S. Cæciliæ Caſtilionenſis dedit monaſterio S. Germani ſub annum MXX. *Quod credibile non eſt, niſi aliter probetur. Quia Robertus ille, qui anno* 1020 *dedit dictum Prioratum S. Germano, fuerit tunc ſaltem Dominus rerum ſuarum & fortaſſis ætate provectior : Moliſmus autem fundari tantum cœpit anno* 1075, *eique eccleſia* S. Moderati *veroſimiliter conceſſa non fuit priuſquam ædificium abſolutum, & competens monachorum numerus, ibi congregatus rectèque ordinatus fuerit: tum poſt donationem ſuam Ivo vixerit annos aliquot, & Alix poſt ejus mortem, forte non ſtatim, confirmavit donationem. Quod ſi fecit* in præſentia Roberti, *qui donavit Prioratum S. Cæciliæ S. Germano anno* 1020 ; *is debet, ut minimum, centenarius fuiſſe : quando adſtitit Alici, donationem ſuam confirmanti. Malim ego alium intelligere Robertum, in cujus præſentia hæc facta ſint.*

E

F

Alia minus certa.

8 *Hæc fere ſunt, quæ de ſanctis iſtis hoc tempore ſciuntur, aut per conjecturam dicuntur Autiſiodori. Alii præterea tradunt* S. Moderatum *fuiſſe* puerum, *quando occiſus pro Chriſto obiit : alii, itidem* puerum *fuiſſe* S. Felicem. *Alii putant utrumque ſimul occubuiſſe. Quod ultimum minus veroſimile videri poteſt ; quia diverſis diebus eorum natales in Kalendariis antiquis conſignati reperiuntur Reliquiæ etiam* S. Moderati *aliquæ conſervari dicuntur in loco, qui* Mailly le Château *appellatur, diœceſis Auguſtodunenſis : ſed quales illæ ſint, non exprimitur. Potior tamen utriuſque corporis pars putatur modo in S. Germani Autiſiodorenſis ſervari.*

MONITIO.

Loco horum Sanctorum Felicis *ac* Moderati *Martyrum, inter Prætermiſſos nunc expungendorum, repone memoriam ſequentis* Evæ, *ne pereat, ex elogio in morte ejus, quam die prima Julii Venradii in ditione Keſſelenſi, omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ Sacramentis rite præmunita, obiit, deſumptam.*

Eva Bernarda Monix, *Ordinis Ciſtercienſis, Imperialis monaſterii de Beynderen prope Helmondam diœceſis Buſco-Ducenſis Religioſa, Profeſſa ibi-*

A *ibidem ultima, quæ nobili prosapiâ nata, nobiliorem in Domino vitam agere desiderans, ab ineunte ætate Deo servire didicit, dum annos vix nata octodecim in Imperiali monasterio de Beynderen sacram emisit professionem: sed eheu! in primo suæ Religionis fervore, ad exactæ monasticæ disciplinæ observantiam vix educata, cum reliquis omnibus Consororibus suis, post Pacem generalem Westphalicam de placito Ordinum confœderatorum Belgii, extra monasterium suum exulare cogitur invita nimis: sic ut rectissimè illud Propheta lamentantis sibi aptârit; In pace amaritudo mea amarissima. Cum reliquis tamen Venradium secedens, ibidem devotissimè, quantum licuit, & vota solvit & monastica instituta implevit in domo quamvis privatâ. In ecclesiâ verò ibidem Fratrum Minorum Recollectorum (in quorum ecclesiæ choro sepulta jacet) quasi in monasterio proprio Divina sua persolvens, zelo semper zelans, ac piis suspiriis ac votis anhelans, vitam suam religiosam & transigere religiosè & finire piè in monasterio proprio. Variis exilii sui tempore & morbis & adversitatibus exagitata, patientissimè toleravit alternantis fortunæ jacula. Exemplaris in eâ eluxit charitas erga Deum & proximum, dum ex tenui sua facultate, quâ pro alimentatione utebatur, quidquid superfluum haberet, in pios usus ac pauperum necessitates distribui curaret: non sperans in pecuniæ thesauris, unicè intenta thesaurum invenire non deficientem in cælo. Singularis in ipsa (quæ ad omnia utilis est) fuit pietas, ac fervens & continuum orationis studium & ceterarum virtutum cultrix, istud unicum in suâ hydropisi, quæ ei mortalis fuit, in ore & corde habens S. Augustini dictum: Domine hîc seca, hîc ure, modò in æternum parcas. Donec tandem devotissimè invocans nomen Jesu in feria sexta circa auroram, qualem semper à Domino postulârat, spiritum suum Creatori suo reddidit, anno ætatis suæ 89, professionis 71, jubilæi verò 21.* D

B E

DE S. PETRO PATRICIO CONF.

CONSTANTINOPOLI. I. P.

COMMENTARIOLUS PRÆVIUS.

SECULO IX

Non è solis Menæis biblioth. Ambros. brevem vitæ epitomen complexis, quæ jamjam dabitur, sancti hujus Petri sacer cultus innotescit, in quibus ita legitur: Μνήμη ϑ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου Πατρικίου, γενομένου ϑ ἐν τῇ Εὐάνδρῳ. Memoria sancti patris

Cultus

nostri Petri Patricii, qui Euandri monasterii institutum professus est. *Disertè is indicatur alibi loco non uno. Codex unus Taurinensis die prima hujus mensis, Codex item alter Taurinensis, tertiâ ejusdem mensis de illo meminerunt, prout in apographo nostro, P. Henschenii manu descripto, observatum reperio; qui etiam notat, post,* ἐν κυρίῳ, *quo vocabulo Petri vita in dictis Menæis Ambrosianis absolvitur, subjungi in codicibus Taurinensibus:* Τὸ μὲν πνεῦμα αὐτοῦ εἰς χεῖρας θεοῦ παρεθέμενος, τὸ δὲ τίμιον σῶμα ἐνταῦθα καταλελοιπὼς, ἢ ἅπαν νόσημα δραπετεύειν παρασκευάζων. Λέγεται δὲ φορεῖν αὐτὸν ἀνδρόται [ἀνδρῶντα] τὸ ψιάθιον ἔνδοθεν ϑ τριχίνου, μεθ' ὃ καὶ συνετάφη. Spiritus quidem ejus ad Dei amplexum translatus est; venerabile verò corpus hîc reliquit, omnisque pellendi morbi virtutem indidit. Fertur ad virilem ætatem progressus, pilosam intus gestasse tegetulam, quacum etiam sepultus fuit.

C

Stabilitur.

2 *In Ms. nostro, Sanctorum plurium in Menæis Græcis impressis prætermissorum, defectum supplente, quod partim è Ms. Synaxario P. Sirmondi membraneo, partim è Ms. Chifletii chartaceo, concinnatum servamus, in hac verba Sanctum nostrum enuntiatum lego:* Μνήμη ϑ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου Πατρικίου, γενομένου ἐν τοῖς Εὐάνδρου. Memoria sancti Patris nostri Petri Patricii, qui è cœtu Euandri extitit. *Binos versiculos additos transcribo, & latinè reddo:*

Δόξαν λιπὼν γῆς, καὶ τὰ τῆς γῆς ἡδέα,
Θανὼν μετέσχεν ἀϑανοῦς δόξης Πέτρος.
Terrena Petrus decora, terrenas opes
Post fata linquens, gloriam cæli obtinet.

Cardinalis Baronius bellum Bulgaricum, & Nicephori imperatoris interitum recensens verbis Theodori Studitæ ad annum Christi 811, eadem occasione hæc ad propositum nostrum enuntiat:

Occasio melioris vitæ.

3 Eo in prælio militans Petrus Patricius, mira Dei benignitate è periculo liberatur: haud ingratus extitit benefactori; siquidem remisso nuntio seculo, se ipsum Deo totum obtulit, dum quod reliquum ejus supererat vitæ tempus, in monastica observatione insumendum tradidit, quod adeo naviter prosecutus implevit, ut egregia floruerit sanctitate, atque adeo post obitum inter Sanctos in tabulis ecclesiasticis adscribi meruerit hoc elogio, die 1 mensis Julii: [Petrus sanctus Pater noster, ex Constantinopoli quidem sub piissimo fuit Irenæ imperio, Patricii filius Constantini, à quo etiam omnem scripturam didicit gentilem & Christianam. Postmodum & uxori copulatus, factus est Patricius, & propter fortitudinem electus familiaris à Nicephoro principe, Stauratii genitore. Et cum imperatore profectus in expeditionem adversus Bulgaros, post ipsius cædem & filii Stauratii fugam, fuit interceptus cum aliis quinquaginta, & à vinculis per orationem & apparitionem S. Joannis liberatus, mundo relicto monasticam vitam assumpsit, & in Olympo monte cum sancto se exercuit Joannicio. Post ejus verò transitum, urbem regiam petens, & in templo, à se in Euandri loco exstructo, residens, & omnem obiens virtutem, multaque patrans miracula, consummatus est.] F

Quando vixerit

4 *Hæc Baronius è Menologio Græco, quæ consonant cum nostro apographo Menologii Cryptæ Ferratæ, jussu Basilii imperatoris editi, & ad calcem hujus Tomi Græcè imprimendi. Ad rationem temporis, quo Sanctus hic noster vixit, quod attinet; eam paucis contexto in hunc modum. In lucem ingressus perhibetur temporibus Constantini, & matris ejus Irenes. Qui regnare cœperunt anno*

AUCTORE J. P. hic Sanctus.

Christi DCCLXXX. *Natus itaque sit anno circiter* DCCLXXXVIII. *Politiori litteraturæ, cujus creditur perstudiosus fuisse, sese deinde informaverit usque ad annum* DCCCX. *Tum militiæ nomen dederit, & sequente anno* DCCCXI *in Bulgariam cum Nicephoro imperatore sit profectus & captus. Liberatus eodem anno S. Joannis Euangelistæ operâ, ad montem Olympum se contulerit, vitæ ascetiæ institutum amplexurus; in quo perseveravit* 54 *annos, atque adeo ad annum Christi* DCCCLXV, *ætatis* LXXVII. *Adde annos aliquot, quos in Euandri monasterio, à se constructo exegit, atque annos alios octo, quos seorsim vicitans in tugurio impendit; & probabili conjectura facile assequeris totam vitæ ejus seriem ac durationem, videlicet Sanctum nostrum nonagenario fuisse majorem, ac pervixisse ad finem seculi* IX. D

VITA

Ex Menæis Mss. bibliothecæ Ambrosianæ F. O num, 148, *collata cum Menologio Basiliano Ms.*

a Nativitas,

HIc temporibus Irenes *a* piissimæ Augustæ, & filii ejus Constantini, parentum divitum filius extitit. Postquam à puero ludum litterarium frequentasset, & optima quæque collegisset, ea apud se deposuit. E scholis dimissus, & matrimonio junctus, dum Patricius *b* esset ac domesticus *c* scholarum, cum Nicephoro Imperatore in Bulgariam contendit. Exorto autem bello, Romani primum Bulgaros strenuè vincunt. Ea verò, quæ postea consecuta sunt, juverit silentio præterire *d*. Superati quippe fuerunt; & Beatus unà cum ducibus *e* quinquaginta à Bulgaris intercluſus servatur, pœnas daturus. Orantibus illis noctu adstitit Joannes Euangelista & Theologus, vinculis eximit, & in terram Romanorum transfert.

b *c* militia,

B

d *e* captivitas,

2 Post hæc Patricius ad montem Olympum digressus, vitæ monasticæ institutum simul cum magno Joannicio *f* amplexus est, facultates suas omnes reputans ut stercora. Decursis ibidem annis quatuor supra quinquaginta, omnisque virtutis emenso stadio, ad Regiam *g* urbem sese contulit, & in templo à se constructo, cui nomen *h* Euandri, resedit. Et conjuge ejus ac filio è vita egressis, in tugurio, quod construxerat, procul ab hominum conspectu vixit annos octo, cilicio totum corpus amictus, & nudis pedibus incedens. Rectè igitur & gratiosè cum Deo conversatus, in Domino requievit.

vita monastica, *f* *g* *h* mors.

Οὗτος ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης τῆ εὐσεβεστάτης αὐγούστης, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτῆς πλατσίων μονέων υἱός. Παιδόθεν δὲ τῇ τῶν γραμμάτων προκοπῇσας σχολῇ, καὶ τὰ καλὰ συλλεξάμενος, παρ' ἑαυτῷ τέθηκε. Σωχθεὶς δὲ γυναικὶ, καὶ παιδίοις, καὶ δομεστίκου τῶν σχολῶν προβληθεὶς μὲν Νικηφόρου τοῦ βασιλέως, ἐν Βουλγαρίᾳ παραγίνεται. Γενομένου δὲ πολέμου, τὰ μὲν πρῶτα Ῥωμαίοις οὖσι Βουλγάρους ἀναχαίτους νικῶσι. Τὰ δὲ μὴ ταῦτα, καλὸν παραδραμεῖν· ἡττήθησαν γὰρ, καὶ σὺν πεντήκοντα ἄρχουσι καταχρεθεὶς ὁ Μακάριος, ἔρχεται πρὸς τοὺς Βουλγάρων, ἀποδέσται πιμωρησόμενος. Εὐχομένων δὲ αὐτῶν ἐφίσταται αὐτοῖς νύκτωρ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς καὶ Θεολόγος, καὶ τῶν δεσμῶν λυτρᾶται, καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀποκαθίστησι γῇ. E

2 Διὰ ταῦτα πρὸς τὸ ὄρος ὁ Ὀλύμβος ὁ Πατρίκιος ἀναδραμὼν ἅμα τῷ μεγάλῳ Ἰωαννικίῳ, τὴν μοναχὴν ὑπέρχεται βίον, πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ συζάλα ἡγησάμενος. Πληρώσας δὲ ἐκεῖσε χρόνους λδ', καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐξασκήσας ἡ Βασιλεύουσαν καταλαμβάνει, καὶ ἐν τῷ παρ' αὐτῆ δομηθέντι ναῷ τῶν Εὐάνδρου γενόμενος. Ἐπὶ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ βίον ἀπέλιπον, πόρρωθεν καλύβιον πηξάμενος, ἐν αὐτῇ διήρκεσε χρόνους ὀκτὼ, τριχίνοις μὲν τὸ λοιπὸν σῶμα καλυπτόμενος, ἀνυπόδετος δέ. Καλῶς δὲν καὶ θεαρέσως πολιτευσάμενος, ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ.

ANNOTATA.

F

a *Anno Christi* DCCLXXX *regnare cœperunt, uti jam diximus.*

b *Præcipua inter aulæ præfectos hæc dignitas, inventa primùm à Constantino Magno, teste Zosimo libro* 2. *Vide Glossarium Cangii, ubi plura.*

C c *Id est* militiæ palatinæ præfectus. *uti est apud Cangium. Apud Baronium ad an.* 812 *num.* 7 *redditur* familiaris miles.

d *Pathetice ea describit Baronius ex Theodoro Studita ad annum* DCCCXI.

e *Basilianum legit:* cum aliis quinquaginta.

f *De illius ab iconomachia ad orthodoxam fidem conversione, vide Baronium ad annum* DCCLXXXII, *& aliis locis. Nos de ipso acturi sumus suo tempore & loco.*

g Constantinopolim ἀντονομαστικῶς.

h S. Euandri, ecclesia abbatialis, in qua Lazarus Pictor, *de qua nos* XXIII *Februarii*, humatus. *Ita Castellanus in ahemeris ad Martyrologium Universale pag.* 856.

S E.

SECUNDA DIES JULII.

SANCTI QUI VI NONAS JULII COLUNTUR.

Vſitatio S. Mariæ Virginis.
S. Proceſſus } Martyres
S. Martinianus } Romæ.
SS. tres milites paſſi cum S. Paulo.
S. Hyacinthus Martyr ex Phrygia.
S Euticius martyr Romæ.
S. Hiſicius } Martyres Romæ vel in Meſopotamia.
S. Amidas
S .Amigradinus
S. Arixus
S. Jocundianilla
S. Quintinus Martyr in Phrygia.
S. Ariſton } Martyres in Campaniafelice.
S. Creſcentianus
S. Eutychianus
S. Urbanus
S. Vitalis
S. Juſtus
S. Feliciſſimus
S. Felix
S. Marcia
S. Symphoroſa
S. Adeodatus, Confeſſor Galliani, in agro Mediolanenſi.
S. Monegundis vidua ſanctimonialis, Turonibus in Gallia.
S. Oudoceus Epiſcopus Landavenſis in Anglia.
S. Swithunus Epiſcopus Wintonienſis in Anglia.
S. Adegrinus monachus, Palmæ apud Sequanos.
S. Lidanus Abbas Ordinis S. Benedicti, Setiæ Volſcorum in Latio.
S. Otto Epiſcopus Bambergenſis, Pomeranorum Apoſtolus, in Franconia.
B. Joannes Vicentinus Ord. Prædicatorum, in Italia.
B. Petrus de Luxemburgo S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Metenſis, Avenione in Gallia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Vedaſti corpus inventum eſſe *à Theodorico Epiſcopo, anno ab Incarnatione Domini* 852, *in Auctariis Bedæ legitur, ex codice Atrebatenſi; neſcio cur Mabillonius Seculo* 4 *part.* 1, *in Kalendario ſignaverit* XI *Julii. Vide, quæ eò ſpectant* VI Februarii.

Inventio S. Eulaliæ V. M. *Barcinone, eſt in Ferrario. Vide quæ de ea, & de tranſlatione dicta ſunt pag.* 578 *ad* XII Februarii.

Mariæ Jacobi, ſcilicet Minoris, filiæ Cleophæ *meminit Grevenus, ex eo Caniſius, & fuſius Florarium Sanctorum*: Ipſo die, ſanctæ Mariæ Jacobi, viduæ. Hæc fuit filia beatæ Annæ ex Cleopha: Cleophas autem frater fuit ipſius Joſephi, nutricii Salvatoris. Hæc Maria in conjugium juncta fuit Alphæo, ex quo genuit quatuor filios S. Jacobum Minorem, Joſephum juſtum, qui & Barſabas, Simonem & Judam. *Paucis multa, diſſertationibus obnoxia. Quæ ad Mariam Jacobi matrem ſpectant, eruditè diſcuſſit Henſchenius* IX *Aprilis, eam ſtatuens ſororem B. V. M., Cleophæ uxorem, matrem Jacobi minoris, fratris Domini (hoc eſt conſobrini) quem à Jacobo Alphæi filio, Matthæi fratre, diſtinguit* I *Maii, aliis aliter ſentientibus. Vide utroque loco* IX Aprilis & I Maii.

S. Zenobii Epiſcopi in Florentia tranſlationem *adjiciunt Additiones Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Tu conſule* XXV Maii.

S. Hildemitus Epiſcopus Meldenſis ac monachus *notatur hoc die in Kalendario Benedictino S. Salvatoris Antverpiæ: in altero autem conſimili S. Michaëlis ibidem, legitur* Hildenutus. *Neutrum invenies in ſerie Meldenſium Epiſcoporum; inde conjicio, corrupta eſſe nomina ex* Hildeverto *de quo* XXVII Maii.

Sendomiriæ in Polonia, plurimorum ſanctorum Martyrum, à Tartaris ob Chriſti fidem occiſorum, *ſcripſerat Ferrarius* II *Junii, quo die hiſtoriam in Actis recenſuit Papebrochius; non ſatis plene, nam in Paralipomenis ante tomum* 2 *Junii pag.* LXXXV *ea addidit, quæ ad beatum Sadoc & ſocios* XLVIII *Ordinis S. Dominici ſpectabant: quibus alia adjunxit Janningus tomo* 6 *Junii, pag.* 8 *&* 9.; *ut de omnibus Sendomirienſibus illis Martyribus nihil dicendum ſuperſit. Ceterum laudatus Ferrarius ad*

A *hunc diem ſic ſcribit* : Sendomiriæ in Polonia, ſanctorum LXX Martyrum, à Tartaris propter Chriſti fidem interfectorum. *Utrobique, ſub mutata phraſi, de iiſdem ſermo eſt, qui forte in diverſis locis, diverſo die & diverſo numero coluntur. Jam aſſignatum eſt, ubi de ipſis egerimus.* II Junii.

Tranſlatio S. Medardi *memoratur in codice Divionenſi. Vide* VIII Junii.

Beatus Joannes ab Avellino, confeſſor *Ordinis Minorum*, vita & miraculis clarus, in territorio Tudertino apud pagum S. Illuminatæ, *memoratur ab Arturo. Ubi is hunc diem, ejus natalem invenerit, equidem neſcio. Nos ejuſdem Acta antiqua & coæva, recenter è chartis Mss. eruta, dedimus tomo* 2 *Junii, in quibus dicitur* obiiſſe die undecima Junii, anno milleſimo trecenteſimo decimo tertio, ætatis ſuæ anno ſexageſimo tertio. *Corpus quieſcit in Conventu S. Illuminatæ agri Tudertini. Sunt qui in eodem conventu ponunt quemdam* B. Joannem ab Alviano, *quod caſtellum eſt, prope diſtans à dicto conventu S. Illuminatæ. Verum hunc per errorem diſtingui à B. Joanne ab Avellino ſatis certum eſt : tum quod ſcriptores ſub utroque nomine eadem geſta, quæ paucula olim ſciebantur, referant, atque ambos in eodem conventu diu vixiſſe, mortuos ſepulroſque eſſe, & honorari, dicant : tum, quod Arturus à monaſterio, qui in ſuo Martyrologio Franciſcano nihil prætermiſiſſe videri poteſt, nullum noverit* Joannem ab Alviano, *noverit autem* Joannem ab Avellino, *uti ſupra ex illo citavi. Error inde natus ſit, quod aliquis Joannem ab Avellino legens, quæ civitas epiſcopalis eſt in regno Neapolitano, ſat longe remota à Conventu S. Illuminatæ, appellandum putaverit à propiore ſibique notiore loco Joannem* ab Alviano. *Nos Acta pluſcula primi ex antiquis Mss. ut dixi, impreſſimus* XI Junii.

Sanctum Maximum epiſcopum Neapolitanum *hoc die obtrudit Caſtellanus in Martyrologio ſuo univerſali ; verum quæ ratio ad hoc ipſum moverit, necdum ſatis intelligo. Qui de ipſo ſcribunt Chioccarellus & alii, feſtum ſignant* XI C *Junii, quo cum præferendus ſit* S. Barnabas, *differtur in diem ſequentem, ut vide in Actis* XII Junii.

Marcus & Marcellianus *male ab aliquo huc remiſſi ſunt : ſpectant ad* XVIII Junii.

S. Irenei Epiſcopi depoſitio *invenitur in brevi aliquo Hieronymiano Martyrologio in nupera Anecdotorum collectione à Martenæo & Durando eruditiſſimis Benedictinis edita, ex Ms. monaſterii Morbacenſis, diœceſis Baſileenſis. Verum hic codex ab omnibus aliis Hieronymianis diſcrepat, ſicque Irenæum annuntiare videtur, acſi confeſſor eſſet, putamus indicari glorioſiſſimum Martyrem Irenæum Lugdunenſem, de quo actum tomo* V *&* VI, *ad diem* XXVIII Junii.

Leonis II Papæ *hoc die meminit Uſuardus Aquicinctinus ; plures eum memorant die* III ; *ſpectat ad* XXVIII Junii.

S. Theobaldus eremita, *de quo agitur in Breviario Ambianenſi anni* 1590 *: item in officio Abrincenſi & forte alibi, non alius eſſe videtur ab eo de quo actum* XXX Junii.

Stola B. V. Mariæ *hoc die inter Molani aucta- ria poſteriorum editionum refertur, his verbis :* Die ſecunda, depoſitio ſtolæ ſanctiſſimæ Dominæ Deiparæ in Blachernis : *quæ ex horologio ſeu parvo menologio Græco tranſlata ſunt.* D *Notatur item ab Octavio Cajetano in Martyrologio Siculo*, Leontinis, miraculoſa advectio imaginis D. V. à Caſtello : *ab aliis alia.*

Petrus, qui Græce Megiſtus, Martyr fit II Julii. *Verba ſunt Dextrini chronici ad annum Chriſti* 66, *num.* 8. *Hæc majoribus ineptiis cumulat Bivarius, dum Petrum illum Megiſtum ait*, unum fuiſſe ex ipſis tribus militibus quos Paulus Apoſtolus.... ad fidem perduxit, *totam hiſtoriam, de qua nos infra, ex Equilino retexens. Tum vero*, horum trium nobilium militum, unum fuiſſe Cæſonium Maximum *& hujuſmodi alia æque abſona comminiſcitur ; quæ hic indicari vix merentur. Vide infra, ubi de tribus Militibus anonymis.*

Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus, *Papebrochio in hiſt. Chronologica, ante tomum* 3 *Maii, ordine* XLIV, *locum habet, non ſine encomio, in menologio Sirleti ; à Baronio Romanis Faſtis excluſus, ſed à Ferrario poſtliminio reductus, his verbis :* Hieroſolymis, ſancti Juvenalis Epiſcopi. *Non iis ipſum laudibus ornat purpuratus Hiſtoricus ad annum* 454 *num.* 21, *nec alii eruditi ſcriptores, ut inter ſanctos Epiſcopos collocari mereatur ; neque Papebrochius eum ut Sanctum agnovit. Quod autem Bollandus in Annotatis ad vitam S. Euthymii Magni* E XX *Januarii, pag.* 318 *litt.* i, k, *Juvenalis nomini præfigat titulum* Sancti, *id ſane obiter factum eſt, & re nondum examinata ; neque Caſtellanus imitari id debuit. Si tamen documenta eruantur, unde Juvenalis ſanctitas magis elucefcat, cum non magis obierit* II *Julii ; quam quolibet alio die, poterit de eo alibi agi.*

Baſiliſci epiſcopi, Rufini, Eutropii & Colluthii ſanctorum Martyrum paſſio *inſerta eſt additionibus Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, hoc die. Sanctos iſtos eo modo ſociatos in nullo Martyrologio reperi hactenus.* Baſiliſcum *Martyrem habes in Actis* III *Martii, cum* Eutropio *&* Cleonico, *ubi de Baſiliſco varia erudite diſcutiuntur. Suſpicari auſim, imperitum additorem confuſa alicubi nomina inveniſſe, ubi intruſum Rufini nomen ; ex Cleonico autem Colluthius formatus ſit. Nihil ſe offert, ex quo lucis quidquam accipias ; ſi alicunde acceſſerit, libenter utemur.*

S. Donati martyris *Romani, ex Ms. ſuo codice hoc die meminit Galeſinius, prætermiſſis Ariſtone & ſociis. Donatos ſanctos longa ſerie habes in indice primi ſemeſtris : de aliis agetur locis ſuis. At tanti non eſt codex ille Galeſinianus, toties erroris convictus, ut ex ejus fide Donatus iſte tamquam à ceteris diverſus conſignetur.* F

In Campania Italiæ, S. Vitalis, qui ex urbe Carpetanorum Thermeda Complutum deveniens, ibidem ex uxore Juſtum & Paſtorem liberos ſuſcepit ; quibus martyrio coronatis, Campaniam adivit, ubi iterum ſuſcepta conjuge, ex ea Natalium Epiſcopum Toletanum procreavit ; demum martyrium cum aliis ſociis inclytus agoniſta complevit. *Satis fuerat Dextro, unam Vitali conjugem tribuiſſe, filios duos : hîc adduntur mirabiliora ; fabricantur à Tamayo Acta, & vapulat quidem Bivarius &c. Verum æque infida ſunt omnia, ex iiſdem lutoſis fontibus hauſta. Carmen qualecumque, quod Valderedo adſcribitur, hîc non examino ; ſi Vitalis aliquis ſanctorum puerorum*

A *rorum Martyrum pater fuiſſe deprehendatur, de ipſo cum filiis agetur* VI *Auguſti. Interim de vero hodierno ſancto Vitale nihil novimus, præter ea, quæ ex Actis S. Sebaſtiani infra referuntur. Hæc eſt Tamayi annuntiatio ſecunda: audi modo tertiam & quartam.*

S. Longinus, *tertio loco profertur à Tamayo, tamquam Martyr Romæ, & præfectus militum,* qui à S. Paulo ad fidem converſus, ob ipſius confeſſionem, cum ſociis ad martyrii coronam pervenit. Cujus ſacra pignora, in conventu B. Mariæ Salicenſi in Carpetania, Ord. S. Franciſci, honorifice reconduntur. *Equidem hactenus non aliud queo intelligere, quam reliquias alicujus Martyris anonymi, è Catacumbis Romanis erutas, nomine Longini appellatas, iſtic honorari, quales alibi & apud nos hîc Antverpiæ plures exſtant. Si fallor, lubenter docebor. De cetero vide iterum infra, de tribus militibus anonymis. Hæc pluribus refutare, operæ pretium non judico.*

In oratorio marchionis Caſtri-Roderici, S. Urbani Martyris lipſana, quæ unà cum aliis Romæ dono accepit, dum ibidem regii Oratoris fungeretur officio. *De ſanctis anonymis ex cryptis Romanis extractis, qualis ſupra eſt*

B *Longinus, ſatis ſit hîc meminiſſe. Nimium ſibi arrogat Tamayus, dum talem Urbanum confundit cum uno ex ſociis Ariſtonis, de quibus infra. Norunt eruditi, quas tenebras hiſtoriæ ſacræ affuderint hujuſmodi metamorphoſes.*

In oppido Villanova, vulgo de los infantes, in Carpetania, ſancti Vitalis martyris Romæ paſſi, ſacræ reſervantur exuviæ, quas monaſterium fratrum Diſcalceatorum SS. Trinitatis, ex donatione Generalis accepit. *Sic ultima primis reſpondent apud ſæpe dictum Tamayum.*

Menochus epiſcopus Bituricenſis, in Sanctos relatus memoratur, *ait Ferrarius ad calcem notarum hoc die. Quærimus ubi, quando, à quo?* Non eſt, *inquit*, in tabulis Democharis. *Ego in nullis eum hactenus reperi.*

Sancti *alicujus* Gerundii (*gall.* Jeroche,) *qui* paſtor *fuerit* Gerundii-monaſterii (*Gilmoutier*)

C prope Pomoſam, colaturque Reſpaci, cujus corpus depoſitum ſit in Faræ monaſterio, *primam notitiam ſuggerit Caſtellanus in additione Sanctorum Franciæ ad Martyrologium Romanum. Nota marginalis eum adſcribit ſeculo* VII. *Atque hæc omnis, quæ de eo Sancto habeatur, memoria, qua pleniorem incaſſum quæſivimus. Vulgo notum eſt, qua induſtria vir ille in eruendis Sanctis indefeſſus, ignotos quoſque collegerit: ceterum donec diſtinctiora monumenta accedant, ſatis erit hæc indicaſſe.*

B. Antonius Patronus confeſſor *apud Arturum hoc die* Malipurgi in India orientali *ſignatur, ut* qui magnam Indorum multitudinem convertit ad Chriſtum.

Item B. Joannes de Gongora Gaudalcanali in territorio Legionenſi, *qui* ſummis virtutibus floruit, *mortuus anno* 1578.

Tum: B. Agnes virgo Salmanticæ *defuncta* MCCLXXII. *Quæ in Gynæceo iterum memoratur cum multis aliis ſanctis feminis, quas ſuis locis referimus.*

Joannes Baptiſta Cataneus, *ut* ſervus Dei: *item* venerabilis P. Thomas de Coſta *referuntur in Diario Dominicano Marcheſii cum longioribus elogiis, ſed cultum non probantibus*

Sibertinum confeſſorem, *tamquam ad Angliam* D *ſpectantem, inter Auctaria ſua hoc die recenſuit Grevenus, ex quo Caniſius, citatus in notis à Ferrario, qui mallet* Libertinum *ſcribi. Neutrum placet. Reperi etiam apud eumdem Grevenum* Mamertini martyris, *quem aliqui. inquit Caniſius,* Martinum *Hieroſolymitanum exiſtimant; æque ignotum nomen. Ego Mamertinum iſtum ex Mamertino carcere credidi & credo hactenus imperite efformatum fuiſſe. Quid ſi* Sibertinus *ex eadem radice profluxerit? Videtur certè alio fundamento opus eſſe, ut* Sibertinus & Libertinus & Mamertinus *pro veris Sanctis admittantur.*

In Molano plurimiſque aliis Martyrologiis recentioribus recolitur memoria tranſlationis multorum ſacrorum corporum ex eccleſia Laubienſi in oppidum Binchium, facta anno 1409, XX *Junii, ſed quæ feſtiva eſt* Dominica ſecunda poſt feſtum S. Joannis. *Singulorum Sanctorum nomina apponam, eos ad proprios dies remittendo.*

Urſmari, *ad*	XIX Aprilis.
Ermini, *ad*	XXV Aprilis.
Theodulphi, *ad*	XXIV Junii. E
Wlgiſi, *ad*	IV Februarii.
Amolwini, *ad*	VII Februarii.
Abelis, *ad*	V Auguſti.
Hidulphi, *ad*	XXIII Junii.
Amelbergæ, *ad*	X Julii.
Aya *in Chronico Miræi addita, colitur Montibus. Vide*	XVIII Aprilis.

Macloviopoli in Armorica, S. Gregorii Epiſcopi & Martyris glorioſi: *ita præter morem nudè & ſiccè Sauſſayus in Martyrologio Gallicano. Ediſſerat nobis aliquis, quis iſte Gregorius ſit* Epiſcopus & martyr; *ego quærendo oleum & operam perdidi. Caſtellanus in Corollario pag.* 738 *inter Martyres Domitiacenſes* Gregorium Cuſtarellum *paſtorem Macloviopolitanum enumerat: ſi hunc voluit Sauſſayus, male Epiſcopum nominavit. Quidquid ſit, in utroque ejus indice nulla iſtius Gregorii memoria.*

Fernacus de Cluain-mor *eſt in collectione Ms. Sirinii, alibi jam citata.* Ita & alii, *inquit,* F Addit Gorman Candidus & virgineus.

Item, Filiæ Cathbadii in Airiudh. M. Dung. & Maguir de Airidh-Foda. Gorm. Feſtum mundarum filiarum Cathbadii de Airidh-Foda. *Quæro ampliorem diſtinctioremque notitiam.*

Venerabilis Richæ Virginis & ſanctimonialis, ordinis Cluniacenſis *in Germania, memoriam hoc die agit Menardus, quem ſequitur Bucelinus. Accepta eſt ex Actis S. Ottonis Bambergenſis, ut vide infra in vita prima, quam Sefrido tribuimus, num.* 55. *Sed quæ ibi de Richa curſim narrantur, non oſtendunt, cultum ſacrum ei umquam delatum fuiſſe; nec de eo aliunde quidquam percepimus.*

S. Magiſtrum cum duobus novitiis in Grandiſilva *hoc die ponit citatum Kalendarium Ciſtercienſe. Eoſdem ait* ſanctitate claruiſſe *Chalemotus. Nihil de ipſis Henriquez hoc ſaltem die. Solum deſidero, ut nobis conſtet de cultu eccleſiaſtico ipſis exhibito. Idem poſtulo de ſequenti.*

Maria converſa, *quæ* in Nazareth prope Liram (*Brabantiæ*) virtutum ſplendore & ſanguinis genere nobilis, *poſt obitum è virgineo*

A *cadavere miram odoris* suavitatem, *apud eumdem Henriquez, qui Raissium secutus est, emisisse dicitur. Præmatura fuit beatificatio, nam Raissius in vita Beatricis ad* XXIX *Julii asserit, Mariam istam obiisse anno* 1608.

Item de Joanne Archiepiscopo Upzalensi in Suecia, qui à juventute sua inter Cistercienses monachos, quorum institutum professus est, in omni pietate educatus, in virum doctrina, sanctitate & prudentia verè magnum evasit, & post varia munia, ad pontificiam dignitatem evectus, eam egregiis virtutibus exornavit, & tandem à piratis crudeliter interemptus, per palmam martyrii feliciter ad cælos conscendit. *Ita Henriquez hoc die. Chalemotus, contra historiæ veritatem, aliam mortis causam excogitavit: ex his Bucelinus varia connectens. Interim nec in Kalendario, nec in magno Sanctorum ac Beatorum Cistercienſium Catalogo anni* 1620 *reperitur hic Joannes Archiepiscopus Upzalensis. Neque vero à Joanne Magno lib.* 2 *de vitis Pontificum Upzalensium pag.* 48, *neque à Bzovio, istius Ordinis monachus fuisse dicitur,*

B *quod unde Manrique aut Seguinus acceperint, plane ignoro. Ex Magno genuinum Joannis elogium accipe:* Verum hic pontificatus, quamvis numero annorum angustus exstitit, tamen ingens ejus gloria memoriam laudabilem sortita est in tempore sempiterno. Tribus enim transactis annis post pontificium onus acceptum, migravit ad Dominum, occisus à paganis Estonibus (*qui sæpe in illis partibus populabundi grassabantur*) in propriis ædibus Almersteeck, circa principium mensis Julii anno Domini MCLXXXVIII & sepulturæ traditus in ecclesia Upsalensi: *nullo, ut vides, veri martyrii (nam ab iisdem piratis multi proceres aliique occisi narrantur) nullo publici cultûs relicto vestigio.* Martyrem *appellat Bzovius, per me licet; quæro utrum Martyr declaratus sit & pro tali cultus? Hoc certe ignorare non potuisse videtur laudatus Magnus, ejusdem sedis Upzalensis & ipse Archiepiscopus.*

C Bernardinus Realinus. *Societatis Jesu sacerdos, illustris sanctitatis miraculorumque famâ toto Neapolitano regno, imo Italia universa, aliisque orbis Catholici partibus celeberrimus, in senectute bona, hoc die anno* 1616 *ad diuturnorum laborum eximiarumque virtutum coronam evocatus est: ad cujus Canonizationem formati pridem processus, vita à variis edita, ex qua non pauca decerpsit Papebrochius tomo* 2 *Maii à pag.* 791, *quæ perspecta viri humilitas S. Irenæ, quam suam fecisse videbatur, adscribere consueverat. Gesta describere hujus loci non est, fiet id, ubi heroicas ejus virtutes & signa probaverit Sedis Apostolicæ oraculum, quod antevertere non præsumimus.*

Bessoium eremitam & Phaulium confessorem *binos Æthiopes Sanctos, ambos ex Kalendario Copto-Æthiopico apud Ludolphum accersit Castellanus, omissis pluribus aliis, qui hoc eodem die ibi ponuntur. Nobis integrum non putamus, istiusmodi fastos nostris admiscere, aut tales homines veris Sanctis annumerare, donec de eorum ætate & orthodoxia omnino constet.*

S. Goar *à Notkero refertur mutilo elogio. De eo agendum erit.* VI Julii.

S. Consul, Comensis Episcopus, *hoc die, ut Jovius tradit, vita functus, huc retrahitur à* D *Castellano, nihil tantopere in Martyrologio suo universali curare soliti, quam ut Sancti ad proprios singuli natales dies reducantur, ejus rei, ut mihi non semel testatus est, ad scrupulos ferme studiosus. Verumtamen cum in ea ecclesia* Nonis *hujus mensis colatur, is dies nobis præferendus videtur, adeoque de ipso agemus* VII Julii.

Albinum & Lisianum *hoc die conjunctos exhibet Florarium Sanctorum, tamquam Martyres. Multa sæpius transmutat & transponit Florarii istius collector. Satis verosimile est, indicari* Sabinum & Cyprianum, *qui coluntur in agro Pictavienſi. In Martyrologio Brixienſi, imo & in Romano, relati sunt* XI *Julii; à Castellano hoc die; qui prædicto die* XI *alia observat. Verum hæc ex professo disquirenda erunt die, quo in Usuardi auctariis utraque inflexione positi sunt,* XI Julii.

Didacus monachus sancti Raymundi abbatis (*de hoc ad* 1 *Februarii in Actis dictum est*) egregius coadjutor, *dum* Mahumetanos fugavit & Ordinem militarem de Calatrava instituit, *titulo beati ornatur ab Henriquez, citante Wionem, Manrique, Marianam & Miræum: verum postremi duo sacris honoribus abstinent, æque ac Chalemotus, qui solum ait,* E inter Ordinis sui viros illustres adscriptum. *Si plus aliquid ei Ecclesia tribuat, locum in Actis dabimus eo die quo in Kalendario Cistercienſi notatur* VIII Augusti.

Liberatum, Bonifacium & *quinque socios &c. Martyres Carthaginenses huic diei, quo passi sunt, inseruit Castellanus, verum qui ex Romano Martyrologio colendi & illustrandi sunt* XVII Augusti.

Translatio S. Euphemiæ V. M. *ponitur à Ferrario ex aliquo Græcorum menologio: locum etiam habet in Supplemento Saussayi. Hæc & cetera omnia ad celeberrimam Sanctam spectantia cum Actis illustrabuntur* XVI Septembris.

Guilielmi Bituricensis *canonizatio refertur à Ciacconio. Vide* X Januarii.

S. Cahinnicum abbatem *hoc die adducit Camerarius, de quo in vita S. Columbæ non semel sermo est; ut vide in Actis* IX *Junii pag.* 201 *num.* 9 *& pag.* 216 *num.* 49. *Ex hoc postremo loco sumpsit Camerarius miraculum de sedata Sancti istius precibus tempestate, in qua periclitabatur S. Columba. Ceterum pro sua auctoritate diem selegisse videtur Camerarius, cum asserat Colganus,* Cainnectum *seu* Cainechum (*ita in Actis formatur nomen*) *coli* XI *Octobris, quo die à Dempstero quoque in Menologio Scotico refertur sub nomine* Kenici *aut* Canici. *Diversis hisce nominibus idem indicatur Sanctus, cujus Acta illustranda erunt ipso illo die* XI Octobris.

B. Joannes de Estremoz, laicus, quem Pamphilus titulo Beatorum illustrat, vir ingentis candoris & sinceritatis... pluribus virtutibus & miraculis ornatus, Lusitanam provinciam decoravit. *Sic scribit Thomas de Herrera in Alphabeto Augustiniano pag.* 392. *Editus est Pamphilus, in Beatorum titulis satis liberalis, anno* 1581. *In Theatro triumphali choro* 3, *appellatur* Joannus Bonus, *diciturque* ejus sepulcrum à vicinis populis haberi in magna veneratione. *Ait præterea Theatri auctor:* Olim celebrabatur ejus memoria die

A 11 Julii, qua creditur obiisse. *Constat tamen ex aliis, non satis certum esse annum aut diem obitûs; quandoquidem Roman* tradat, Joannem die XIII Octobris ad cælos evolasse MDVII. *Mavult Herrera annum* MDXVII: *qui publicam venerationem non videtur admittere, dum ait, Joannis* devota pignora humo tradita in sacello majori ad latus Euangelii futuram resurrectionem exspectare. *Itaque elevata non sunt: unde conjicio, cultum verum legitima Ecclesiæ auctoritate necdum permissum fuisse. Si fallor, ea producantur, quæ rem certam faciant; & locum Joanni in Actis dabimus* XIII Octobris.

S. Melchiadem Papam *in plurimis Martyrologiis eo die recoli pridem noturunt Majores nostri ad* X *Januarii. Idem de hoc* 11 *Julii dici potest, dum in ipsis Hieronymianis legitur,* depositio Melciadis *seu* Mildiadis, *cui in Lucensi præponitur* Calestri, *qui in Corbeiensi transformatus est in* Calepi, *haud dubie pro cœmeterio, in quo depositus est. Ego* Calepum & Calestrum *hîc prætereo.* Melchiades *autem, de quo videri interim potest observatio Florentinii, ex Romani moderni auctoritate, remittendus est ad* X Decembris.

Romæ, Damasi *enuntiat Hieronymianum Lucense: Corbeiense item incipit à* Damasi, *Adocum duce suo posuit* cœmeterium Damasi, *ut habes infra in commentario ad Acta Sanctorum* Processi & Martiniani. *Dubitat Florentinius, an non indicetur sanctus aliquis Martyr nomine* Damasus. *Probabilius censeo hactenus, si de Sancto agitur, non alterius nomen insinuari, quam ejus qui in Hieronymianis contractis, saltem Augustano, Labbeano & Barberiniano satis clare exprimitur, nempe* Damasi Papæ *aque ac Melchiadis. Porro illius Pontificis Acta illustrabuntur* XI Decembris.

Translatio S. Thomæ Apostoli *alicubi notatur, de qua plures cum Hieronymianis, die sequenti. Sed de ea agendum* XXI Decembris.

AUCTORE J. B. S.

VISITATIO B. MARIÆ VIRGINIS AD ELISABETH.

J. P.

11 JULII.

HOc titulo *Martyrologium Romanum annuam ac solennem præsentis festivitatis memoriam annuntiat; de qua pro more, nostris Majoribus usitato, notanda quædam breviter parceque veniunt.*

Festum Annuntiationis.

Enimverò Virginis Dei Matris, Deo plenæ, Deum sacratissimo utero gestantis, potentibus inhabitantis Spiritus sancti stimulis agitatæ, atque ad montana properantis ad visendam cognatam suam Elisabeth; & Joannem, Præcursorem Domini, ab hereditaria peccati originalis labe liberandum, notior cuilibet exploratiorque historia est, quam ut explanari hîc à me ejus mysterium pluribus vel conveniat, vel necesse sit. Et sanè falcem, quod aiunt, in alienam messem mittere viderer, si pias atque eruditas aliorum commentationes atque observationes, quibus textum Euangelicum illustrarunt, in medium proferrem. Hæ quippe eorum sunt partes, eorum hoc officium, quibus interpretandi atque explanandi sacras Paginas, in otio litterario negotium incumbit. Quare ut sua cuique relinquatur provincia, pro mysterii notione aut expositione lectori sanctos Patres ac sacrarum Litterarum interpretes assigno, duobus limitibus præsens argumentum breviter circumscripturus; & altero quidem de primæva origine seu institutione hujus festi; altero de ejus propagatione, instituturus sermonem.

C

§ I. De primæva hujus festi institutione.

UT *primævam festi hujus institutionem à primis ejus exordiis quam possumus altissimè repetamus, revocandum est in memoriam spatium præteriti temporis, quo Ecclesiæ Catholicæ concordiâ atque unitate fœdè ac miserè distractâ, tunica Christi inconsutilis pernicioso pariter ac diuturno schismate in partes avulsa, dissecta & dilacerata fuit versus finem seculi* XIV, *sedente Clemente VII Gebennensi Avenione contra Urbanem VI, Ecclesiæ gubernacula Romæ moderantem. Ad componendas Ecclesiæ turbas, & famosum schisma exstirpandum, solennitatem hanc primus instituit Urbanus VI prædictus,* VI *Idus Aprilis anno Christi* MCCCLXXXIX, *pontificatus sui* XI, *ut amicum in fœdus, annitente ac patrocinante Arca fœderis, sanctissima Dei Genitrice, divisa coirent Ecclesiæ membra, & pax unicè necessaria à cælorum Regina ac Domina peteretur, quam mundus dare non poterat,*

Festum hoc, cur & quando institutum & à quo;

F

3 *Sublato è vivis Urbano VI, antequam decretum de hac colenda festivitate more debito quaquaversum potuerit promulgari, Bonifacius IX, ejus successor, illud publicavit anno* MCCCLXXXIX. *Consule Cardinalem Baronium in Annotationibus ad Martyrologium Romanum hac die, sic loquentem ad propositum nostrum.* Extant, *inquit*, de ea re diplomata excusa in secunda parte Legend. in bibliotheca Vaticana plut. 4 num. 226. Nactus sum tractatum Ms. Joannis Pragensis contra Adalbertum, ejus solemnitatis impugnatorem; in quo cum plura eruditè disserat, texit etiam nonnulla divina miracula, & certas revelationes, quibus Deus dictam sacratissimam solemnitatem manifestissimè comprobavit. *Raynaldus, Annalium Ecclesiasticorum post Baronium continuator, ad dictum annum, inter res alias memorabiles ab Urbano VI gestas, quas ex Gobelino recenset, hanc narrat, prout sequitur:* Secundum (nempe insigne & memorabile) fuit festum Visitationis B. Mariæ Vir-

à quo publicatum.

Miraculis illustratum

AUCTORE J P.

Virginis, quod ſtatuit craſtino Octavæ S. Joannis Baptiſtæ ſingulis annis in eccleſia celebrari, ut beata Virgo ſuis precibus eccleſiæ unionem reformaret, & reformatam conſervare dignaretur. Eidem ſanctioni auctoritatem ſuam adjecit Bonifacius IX, cum, ut ait, prius morte oppreſſus fuiſſet Urbanus, quam litteras Apoſtolicas edidiſſet. *Hæc ille.*

Bulla Bonifacii 9.

4 *Tum producit bullam à Bonifacio IX vulgatam, non quidem integram, ſed acephalam, & magna ſui parte truncatam. Eam nos integram, ex pergameno Mſ. eccleſiæ Fridlarienſis deſumptam, atque à P. Joanne Gamanſio noſtro ad nos miſſam anno 1641, lectoris oculis ſubjicimus. Eadem habetur in Breviario Spirenſi anni 1478. Eadem legitur in Breviario Sleſzuicenſi anni 1512. Nonnulla ejus fragamenta alibi in aliis antiquis Breviariis interſperſa inveniuntur. Sic itaque ſonat correcta & collata juxta exemplar: quod in Bullario Pontificum eſt excuſum.*

Verbi incarnati bonitas,

5 Bonifacius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Superni benignitas conditoris humanam creaturam ad ſimilitudinem ſuam creatam, miſericordi pietate reſpiciens, etiam collapſam fore primi parentis lapſu conſiderans, illam miro decrevit conſilio relevandam, ut ſcilicet Verbum ſupernum, quod erat in principio, eam à mortis nexibus liberaret. Igitur pii Patris, quâ nos dilexit, caritas, temporis veniente plenitudine, Verbum ipſum æternum ſub forma ſervi, carnem noſtræ mortalitatis aſſumere voluit, ut eamdem mortem noſtram moriendo deſtrueret, ac damnationis ſententiam, ſimul & maculam, quam per reatum primi hominis, generis humani poſteritas incurriſſe noſcebatur, clemens æterni Verbi bonitas aboleret.

B

Mariæ dignitas,

6 Quapropter de clara ſtirpe regia Davidica præelegit Virginem, in cujus utero, myſtico ſpiramine, Verbum ipſum carnem ſuſciperet; ut egrederetur juxta verbum propheticum, Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcenderet, & requieſceret ſpiritus Domini ſuper eum, profecto * reginam inclytam, in matrem eligens, quæ tanto rege digna fuit ſui corporis thalamum præparare, de quo tamquam ſponſus præ filiis hominum procederet ſpecioſus, locum in Nazareth, quæ flos, ſive ſanctitas dicitur, ad ſuam conceptionem elegit, in quo per Angelicæ ſalutationis eloquia ipſius incarnati Verbi myſteria, miraque fuerunt ſolemnia celebrata. Ibi enim ſumpſimus noſtræ redemptionis exordia, ibique primùm dies ſanctificationis illuxit, qui nobis de ſalute ſpem intulit & de æternitate lætitiam. In hoc etenim tantæ fœcunditatis loco, Virgo regia venuſtiſſima à Domino conſervata, flos ſanctitatis, vas cæleſtis gratiæ mundiſſimum, omnium virtutum floribus redimita; cujus pulchritudinem ſol & luna mirantur; Redemptorem genitum Virgo concepit, datura lucem gentibus, ſub mortis caligine conſtitutis.

* *al.* perfectam.

C

humilitas.

7 Sanè ipſa Regina cælorum, in cujus ſe clauſit viſcera Dei Filius factus homo, ex tanti honoris faſtigio ſibi per Angelum nunciato, nequaquam elationis aſſumpſit ſpiritum, ſed tamquam ancilla humilis, quamvis mater effecta Dei, demum humilitatis ſuæ, quam reſpexit Dominus, exſequens officium, exſurgens abiit in montana ad Elizabeth cognatam ſuam, quæ vocabatur ſterilis, jam ſemeſtri prægnantem, cum feſtinatione, & quemadmodum ab Angelo humillimæ ſalutationis ſuſceperat oraculum, ſic etiam ipſam Elizabeth humiliter ſalutavit. Elizabeth verò ut ſalutationem audivit Virginis glorioſæ, replota Spiritu ſancto, & incarnati Verbi myſterium in utero ſentiens virginali, voce magna exclamavit, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit præ gaudio infans in utero meo. Et beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Ad quam Virgo veneranda in humilitatis ſpiritu reſpondens, illud mirabile canticum decantavit: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus. D

Viſitationis myſterium

8 O magnum myſterium! ô admirabile commercium! ô ineffabile ſacramentum, ut matres de pignoribus, quæ geſtabant in uteris, in ſpiritu præſentirent, & etiam prophetarent, &, ut ſacri Euangelii pandit hiſtoria, cæli Regina gravida, partu conſecranda divino, præ humilitatis amplioris ſignaculo, Præcurſoris, ſui, quem geſtabat, filii genitrici gravidæ humilitatis impendit obſequium; quo impenſo completoque hujuſmodi viſitationis quaſi trium menſium tempore, in domum ſuam eſt reverſa. Hæc eſt enim illa, de qua ſacra canunt elogia, quæ ſole amicta, lunam habens ſub pedibus, ſtellis coronari meruit duodenis. Hæc eſt enim illa, quæ in ſuis caſtis viſceribus, cæli terræque geſtavit opificem, & ſola cunctas hæreſes interemit, & pro Chriſtiano populo, ut advocata ſtrenua & exoratrix pervigil, ad regem, quem genuit, intercedit. E

ab Urbano 6

9 Igitur felicis recordationis Urbanus Papa ſextus, prædeceſſor noſter, dignum reputans & debitum, ut feſtum Viſitationis ipſius beatæ Mariæ virginis, quando, ut præfertur, viſitavit Elizabeth, in Dei Eccleſia celebraretur, quod teſtimonio ſancti ſuffultum Euangelii, humanis nequit rationibus detrectari; ac attendens, quod laudes tantæ Virginis humana lingua non ſufficit exprimere; nec etiam Sancti & juſti eam, in cujus ille, quem cæli capere non poterant, ſe contulit, aula Virginali, dignis laudum præconiis ad plenum efferre poterunt; & conſiderans, quod ex quo Dominum in Sanctis ſuis laudare jubemur; quanto magis in veneratione beatæ Mariæ Virginis, Matris ipſius, exultantibus animis collaudare, & ejus laudum augendo titulos, gratias referre, quem genuit, Filio debeamus, quæ etiam exaltata ſuper ſidera, ſtellato conſedit ſui ſolio genitoris. F

& Bonifacio 9

10 Ne etiam divinæ viſus fuiſſet reſiſtere voluntati, quæ tam ſibi, quam aliis viris devotis ad hujuſmodi ſanctam feſtivitatem celebrandam, ut piè idem prædeceſſor credidit, dignata fuit mentem inſpirare: Deliberatione etiam ſuper hoc maturâ præhabitâ, de fratrum ſuorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, conſilio ad exaltationem fidei Catholicæ, digne & rationabiliter, videlicet ſexto Idus Aprilis, Pontificatus ſui anno undecimo,

A mo, ſtatuit, ut feſtum præfatum; videlicet Viſitationis beatæ Mariæ Virginis, quando, ut præfertur, viſitavit Elizabeth, ſexto Nonas Julii annis ſingulis in Dei Eccleſia cum laudum cantico, lætitiæ jubilo, cordiſque tripudio, ſub duplici officio per orbem univerſum ſolenniter celebraretur.

celebrari præceptum

11 Suaſit etiam & conſuluit idem Prædeceſſor, ut ipſius feſti vigilia, ut vigilia Nativitatis, & Aſſumptionis prædictæ Virginis feſtivitatum, etiam in obſervatione jejunii devotius obſervaretur, & mandavit quod ſimile non tamen duplex officium abſque alicujus Sancti commemoratione exceptis primis veſperis ante octavam Apoſtolorum Petri & Pauli & officio totius diei octavæ cum commemoratione tamen ejuſdem novi feſti, per ſeptem ſequentes dies in Dei eccleſia cum celebritate debita decantaretur. Ac etiam volens idem prædeceſſor Chriſti fideles ad colendum tantæ feſtum Virginis & etiam celebrandum, donis ſpiritualibus animare, ipſoſque myſticis theſauris militantis Eccleſiæ benedictionum muneribus cupiens prævenire: Et omnibus verè pœni-
B tentibus, & confeſſis, qui matutinali officio feſti ejuſdem in Eccleſia, in qua idem feſtum celebraretur, intereſſent, centum; qui verò Miſſæ, totidem; qui autem in primis ipſius feſti veſperis, ſimiliter centum; qui autem in ſecundis veſperis, totidem. Illis verò, qui primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ ac completorii officiis [intereſſent,] pro qualibet horarum ipſarum, quadraginta dies.

additis indulgentiis

12 Illis verò qui per octavas feſti prædicti matutinalibus veſperorum, Miſſæ, ac prædictarum horarum officiis intereſſent, centum dies ſingulis octavarum ipſarum diebus, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus auctoritate confiſus, de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxavit. Ne autem pro eo quod ipſius Prædeceſſoris noſtri ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ ſuper præmiſſis confectæ, minimè exſtiterint, hujuſmodi conſtitutio prædicti prædeceſſoris fruſtretur effectu; volentes & auctoritate Apoſtolica decernentes quod hujuſmodi conſtitutio à dictâ die, vide-
C licet ſexto Idus Aprilis, perinde fortiatur effectum, acſi ſuper ea Prædeceſſoris litteræ ſub ipſius diei datâ confectæ fuiſſent, prout ſuperiùs enarratur; quodque præſentes litteræ ad probandum plenè conſtitutionem hujuſmodi, ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

atque ab hoc ſtrictè

13 Univerſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos & alios eccleſiarum prælatos monemus & hortamur in Domino, per Apoſtolica eis ſcripta, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandantes, & in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus tam glorioſum feſtum & celebre annis ſingulis ſexto Nonas Julii, ut præfertur, devotè ac ſolemniter celebrent, ac jejunium vigiliæ hujuſmodi ſuadeant in augmentum meriti obſervari, & faciant per univerſas eccleſias ſuarum civitatum, & diœceſum celebrari, ac officium peragi ſupradictum, ut pia ejuſdem Virginis Mariæ interceſſione ipſi Chriſti fideles, & hîc à noxiis protegi, & in futuro ſempiterna gaudia conſequi mereantur.

14 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ voluntatis, conſtitutionis, monitionis, hortationis & mandati paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum Quinto Idus Novembris Pontificatus noſtri anno primo.

AUCTORE J. P. *publicari juſſum.*

Non eſt primitus inſtitutum à Concilio Baſileenſi.

15 *Itaque ex authentica hac bulla de primæva ac genuina hujus feſti inſtitutione ſatis ſuperque conſtat. Jure merito Greſerus noſter lib. 2 de Feſtis:* Fallitur, *inquit*, Lutheranus Dreſſerus in ſuo libello de Feſtis, cum Viſitationis feſtum inſtitutum tradit in concilio Baſileenſi, anno MCCCCXLI, ſecutus nimirum errorem Hermanni Witickindi, qui tamen id à Concilio Baſileenſi factum ſcribit MCCCCXXXII, ſed errat: quia aliud eſt denuo promulgare, & præcipere, aliud primitus inſtituere. Prius illud fecit Synodus Baſileenſis; poſterius Urbanus VI & Bonifacius IX. *At verò dictam ſynodum non ſegniter allaboraſſe propagandæ iſti feſtivitati, facilè evincitur ex decreto ſeſſionis* 43, quo ſtatuit & decernit..... ad honorem ipſius Virginis Dei Genitricis, ut poſt expleta Reſurrectionis Dominicæ, Pentecoſtes, glorioſæ Trinitatis, ſacri Corporis Chriſti, beatorum Joannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum Petri & Pauli, ſolemnia, in quibus Eccleſia poſt ſolemnitatem Annuntiationis Dominicæ, quam præfata Viſitatio, temporis ordine confeſtim ſequebatur, eſt occupata, per ſingulas Chriſtianorum eccleſias, quolibet anno ſexto Nonas Julii, feſtum glorioſæ Virginis celebretur. *Pia & pathetica prædicto decreto præmittitur hortatio, quâ excitantur fidelium mentes, ut ſpem ſuam in hac Virgine collocent, & doctè atque aſceticè myſterium Viſitationis illuſtratur. Quæ omnia de integro hîc tranſcribere nihil cogit, & ibidem videri poſſunt.*

E

16 *Quærere hîc non abs re quis poſſit cum Joanne Azorio noſtro Part. 2 Inſtitutionum Moralium lib. 1 cap. 23.* Cur Eccleſia ſecundo die Julii celebrat Viſitationem B. Virginis, cum ex Evangelio conſtet eam ſtatim ſecutam fuiſſe poſt Annuntiationem? *Ego cum illo* reſpondeo: Eccleſiam celebrare diem feſtum Virgis ſecunda die Julii, poſt Octavam S. Joannis Baptiſtæ, quia, quo die B. Maria S. Elizabetham viſitaverit, ex ſacris litteris non conſtat. At ex iis liquido conſtat, quaſi tribus menſibus apud illam manſiſſe, ex quo die ad illam viſitandam acceſſit. Unde ex Evangelio magis nobis notum eſt tempus, quo Viſitatio finem habuit, quam tempus, quo Viſitatio facta eſt. Nam ſi B. Elizabetha viſitata, quaſi tribus menſibus in domo Zachariæ manſit, conſequens eſt ut manſerit uſque ad diem, quo natus eſt Joannes Baptiſta, paulo ante aut paulo poſt. Eccleſia igitur certior de tempore, quo finita eſt Viſitatio, quam de tempore, quo cœpta eſt, celebrat diem feſtum Viſitationis poſt natalem S. Joannis Baptiſtæ, quia tunc vel paulo ante viſitatio finem habuit, & B. Virgo domum ſuam rediit. *Huic opinioni adſtipulatur è recentioribus Simon Motherius noſter in ſuis obſervationibus ad Romanum Martyrologium Gallice editum, ad diem* 11 *Julii; ubi inſuper notat feſtum hunc diem ſemper celebrari conſueviſſe in diœceſi Abrincenſi Kalendis Aprilis, & ab anno dumtaxat* 1698 *ſignatum eſſe in novo Breviario ejus, die* 11 *Julii; Remis item peragi die octava ejuſdem menſis ritu*

F

AUCTORE J. P.

primæ classis cum Octava solenni. Sed ad mysterii hujus laudes, de quo loquimur, non vulgaris accedit commendatio ex eo, quod à tot jam seculis in Menologio Græco, jussu Basilii imperatoris Porphyrogeniti collecto, expressa actli mysterii mentio habeatur.

§ II. Propagatio hujus festi in variis ecclesiis & locis.

Jam verò ecclesias, diœceses, provincias, regna longè lateque diffusa, in quibus hoc festum piè, religiosè, ac solenniter celebrari consuevit, curiosius inquirere ac perlustrare, supervacanei operis rem censeo, & minime necessarii laboris. Sufficerit, quædam è multis specimina exhibuisse. Non videtur dubitari posse, quin post factam à Concilio Basileensi promulgationem, solennitas hæc fuerit admissa per universam Galliam, & multarum hujus regni diœceseon ac civitatum populis sub præcepto celebrari jussa; quemadmodum fiebat Romæ, tempore Pauli Tertii. Verum diversis in locis abrogata fertur, ubi solummodò officium ejus ritu duplici celebrandum sine Octava præscribitur. Dicuntur Franciscani religiosi hoc festum celebrasse in suo Ordine jam tum ab anno 1263, id est centum viginti annis & amplius ante communem ejus institutionem. Sunt qui velint, usitatum fuisse in ecclesia Orientali, & in Syria celebratum Dominicâ quintâ ex octo Dominicis, natalem Domini præcedentibus, quæ erat ordine quarta, huic festo natali prævia. Officium ecclesiasticum, quo tenore & ritu vulgatum apparuit à tempore Clementis VIII, auctorem habuit Petrum Ruisium de Visitatione, ordinis S. Francisci de Paula religiosum, qui adhibitus fuerat ad reformationem Kalendarii Romani sub Gregorio XIII, & ad correctionem Missalis ac Breviarii, id est totius liturgiæ Romanæ sub Clemente VIII, uti fidem facit Nicolaus Antonius tomo 2 Biblioth. Hispanicæ pag. 188. Nunc nonnulla, quæ ad stabiliendam hujus mysterii in variis locis venerationem conducunt, ex antiquis aliquot Kalendariis ac Breviariis coacervemus.

Hoc festum anno 1263

à Franciscanis celebratum fertur.

B

18 *Exordium sumo à Kalendario Coptico, in quo ita legitur die* 11 *Julii :* Festivitatis Dominæ nostræ Deiparæ Mariæ, & itus ipsius ad Elizabeth. *Accedit Kalendarium Chaldaicum sive Syriacum verbis Italis, quæ latinè ita sonant :* Visitatio B. V. Mariæ facta ad Elizabeth. *Dictum Kalendarium Syriacum sive Chaldaicum, Romæ impressum traditur anno* 1624, *è quo decerpsit Sanctos* Simon Moysis Maronita, alumnus collegii Maronitarum in Urbe (*prout ipsemet interpres adscribit ad calcem, vel alius ejus nomine*) magna cum diligentia. *Officium hujus festi in veteri Romano Breviario Venetiis excuso* 1479, *celebrandum præscribitur cum Octava; ubi & ratio assignatur, quid fuerit obstaculi, quo minus ubique terrarum & gentium statim hoc festum promulgatum fuerit & admissum:* Verum, *inquit*, imminente tunc in Ecclesia Dei magna quadam scissura, Christi membra variis sub Pontificibus, & longo quidem tempore vehementer afflixit, non ab omnibus universim susceptа festivitas est; nec potuit in ecclesiarum notitiam singularum tam sancta atque salubris institutio pervenire, neque officium fuit psallendum in ecclesiis ordinatum, quod, ut par erat, tantæ festivitatis mysteria rationibus congruis & verbis sufficientibus explicaret. Quas ob res Sixtus, hujus nominis IV, Romanus item Pontifex, cui ea vel maximè devotio cordi est, inviolatæ Virginis festa sacris condecorare muneribus, pietatemque fidelium de ea celebranda, indulgentiarum elargitione provocare, ad exornandam festivitatem istam, pietate religionis accensus, sedulo convertit affectum.

Ejus cultus ex antiquis breviariis

C

D

Stabilitus.

19 *Hujus festi Officium, quo majore cum splendore & solennitate perageretur, suis cum Octava celebrandum præscripsit ecclesia Spirensis, uti liquet ex antiquo ejusdem Breviario anni* 1478, *his verbis :* Ut autem omnis Fidelium multitudo ad memoriam præfatæ Visitationis Mariæ de Elizabeth acrius & devotius excitetur, voluit idem Romanus Pontifex Urbanus VI, ut omnibus verè confessis & contritis dictum festum Visitationis Mariæ celebrantibus cum Octavis, loco distributionum materialium, in ecclesias fieri consuetis, de thesauro spirituali Ecclesiæ veræ indulgentiæ, sicut in festo corporis Christi, futuris temporibus effectualiter largirentur. *Colligo ex Officiis propriis Sanctorum archidiœcesis Pragensis dictam festivitatem ibidem à clero celebrari ritu duplici primæ classis cum Octava. Idem fit in diœcesi Vratislaviensi. Idem primitus factum, saltem quoad Octavam in diœcesi Leodiensi, prout patet ex antiquissimo breviario acephalo Ms, , ad cujus calcem ita lego :* Nota, historia Visitationis S. Mariæ Virginis inchoavit in Leodiensi diœcesi anno Domini MCCCXCVI, prima die post Octavam B. Joannis Baptistæ prædicto anno. *Observandum præterea est dicto officio varias collectas proprias de B Virgine, & lectiones inseri, dicendas per Octavam. Monumentum aliquod etiam fuerit de hoc festo in bibliotheca Neostadiensi ad Salam, cujus fit mentio ad finem jam producti diplomatis, institutionem festi Annuntiationis promulgantis, calamo, si non fallor, dicti patris Gamansii nostri adjecta; uti etiam* litterarum proprietarum Saxoniæ ducis, & aliarum Electoris Moguntini, mandantium idem festum celebrari, & una iis totum officium adjunctum.

E

Erectæ in ejus honorem Congregationes.

20 *Hæc ex antiquis breviariis dicta sufficiant. Materiam hanc breviter prosequor aliunde. P. Georgius Weis in litteris Pragâ ad P. Papebrochium datis die* XXIX *Junii* 1669 *sic scribit in rem nostram :* Hoc anno incipimus, aut potius reassumimus auctoritate suæ Sanctitatis festum Visitationis B. Virginis in foro celebrare. *Adde, quod ad reverentiæ mysterio huic debitæ commendationem, non parum ponderis ac momenti habere debeat id quod scribit Cornelius à Lapide in cap.* 1. *Lucæ, ubi sic statuit :* Quocirca exemplo & titulo Visitationis B. Virginis, multæ congregationes ad visitandos pauperes, hospites, infirmos, incarceratos &c. institutæ sunt; ac nuper hoc titulo congregationem Religiosarum insignium per totam Galliam, quæ ægris serviat, instituit D. Franciscus de Sales, vir magnæ pietatis & zeli, *eâ ratione adductus, ut observat Motherius, quod persuasum haberet, istius Ordinis Religiosas per orbem terrarum debere propagari, ut servirent proximo. Sed postquam Cardinalis de Marquemont, archiepiscopus Lugdunensis, aliam ei mentem injecisset, evicisseque, claustrum esse conveniens, quin imo necessarium filiabus; institutum Franciscus suum stabilivit sub ea forma, quam hodiedum habet, relicto ipsi priore nomine. Verum de præfatarum Religiosarum instituto, professione, propagatione plurima congessit D. Marsollierius in vita S. Francisci Salesii Gallicè*

F

A *licè abs ſe edita tomo 2 lib. 7, quam tu lector, ſi tua id referat, conſule.*

APPENDIX

De S. Maria Virgine, Conſolatrice afflictorum, Protectrice & Patrona præcipua Ducatus Luxemburgenſis & Chiniacenſis.

Cur de Maria Conſolatrice afflictorum agatur hac die.

QUandoquidem dies ſolennis & feſtiva, quâ Virgo Mater in protectricem ac patronam præcipuam Ducatus Luxemburgenſis ac Chiniacenſis fuit electa ſub titulo Conſolatricis afflictorum, incidit in ſecundam menſis Julii; proponiturque in impreſſo programmate officium Viſitationis B. M. V. celebrandum hoc anno MDCLXXIX ritu duplici primæ claſſis ab utroque clero ducatus Luxemburgenſis & comitatus Chiniacenſis, & à ſeculari quidem cum octava, ob feſtum B. Mariæ Matris Jeſu, Conſolatricis afflictorum, protectricis ac patronæ principalis ducatus Luxemburgenſis ac comitatus Chiniacenſis 11 Julii, *exiſtimavi me non facturum rem à noſtro inſtituto alienam, ſi hac die ſecunda Julii paucula ſubnecterem, quæ huc ſpectant.*

B

Programma ſolennitatis,

22 *Dictum programma ſic habet :* Secundâ Julii, die Viſitationis S. Virginis, per totum ducatum Luxemburgenſem, & comitatum Chiniacenſem celebrabitur feſtum S. Mariæ, Matris Jeſu, Conſolatricis afflictorum, protectricis ac patronæ præcipuæ, vi electionis factæ xx Februarii MDCLXXVIII, per tres Ordines provinciæ ac ducatus Luxemburgenſis, nec non comitatus Chiniacenſis, ac dein per omnes ejuſdem provinciæ civitates & parœcias, & approbatum per ſereniſſimos principes, Electorem Archiepiſcopum Trevirenſem & Electorem Archiepiſcopum Colonienſem, nec non Epiſcopum Leodienſem; & per ſacram Congregationem Cardinalium, qui Ritibus præſunt, Romæ VI Maii MDCLXXIX.

C

approbatio

23 *Porrò dictorum Cardinalium approbatio ſequentis eſt tenoris :* Deputati ordinarii trium ordinum ſtatuum ducatus Luxemburgenſis & comitatus Chiniacenſis expoſuerunt apud ſacram rituum Congregationem, quod beata Maria, Mater Jeſu, Conſolatrix afflictorum, quæ colitur in capella, eidem ſub dicto titulo dedicata, & ad collegium Societatis Jeſu Luxemburgi pertinente, ſita verò extra & juxta mœnia ejuſdem civitatis Luxemburgi, Trevirenſis diœceſis, electa fuerit in protectricem & patronam, tum à tribus ordinibus ſtatuum, tum à populo ſingularum civitatum præfatorum ducatus & comitatus per ſecreta ſuffragia & interveniente conſenſu Epiſcopi & cleri dictarum civitatum.

24 Quare ſupplicarunt pro confirmatione & approbatione hujuſmodi electionis, & eadem facta Congregatio ad relationem Eminentiſſimi Domini Cardinalis Columnæ, cognitâ cauſâ de electione dicta B. Mariæ, Matris Jeſu Conſolatricis afflictorum in protectricem & patronam ducatus Luxemburgenſis & Comitatus Chiniacenſis, quorum nullus antehac fuit communis & univerſalis Patronus, factâ; ſervatis ſervandis juxtà diſpoſitionem decreti ejuſdem ſacræ Congregationis, ſuper electione Sanctorum in patronos, de mandato felicis recordationis Urbani VIII editi die XXIII Martii MDCXXX, præfatam electionem confirmavit, & approbavit, & de præfata B. Maria Matre Jeſu, Conſolatrice afflictorum, in Protectricem & Patronam ſic electa, prærogativas omnes, eiſdem protectoribus & patronis competentes, decrevit, juxta tamen rubricas Breviarii & Miſſalis Romani, & ad formam Conſtitutionis ejuſdem Urbani VIII ſuper obſervatione feſtorum ſub die XIII Septembris anni MDCXLII emanatæ. Hac die VI Maii MDCLXXIX. Signatum erat Cæſ. Cardinalis Fachinettus. Infraſcriptum erat Bernardinus Caſalius ſacræ Rituum Congregationis ſecretarius. Appoſitum erat ſigillum in cera rubra.

AUCTORE J. P. *Congregationis rituum.*

E

Feſtivus ſolennitatis ſplendor

25 *Redeo ad prædictum programma, atque ex eo compendioſe digero, quæ inſtitutam hanc ſolennitatem quo majore cum ſplendore ac pompa peragerentur, cohoneſtarunt. Innocentius PP. XI illam indulgentiis plenariis, edito diplomate* XXVI *Maii* 1679, *pro hoc anno per totam dictam octavam lucrandis, proſecutus fuit. Cujuſlibet, qui in urbe Luxemburgenſi erat, æris campani ſonus, feſtiva admurmuratione vicibus quatuor auditus. Miſſa ſolennis à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Hierapolitano, ſuffraganeo Trevirenſi, decantata, ſub quam renovata electio miſericordiſſimæ Virginis Conſolatricis afflictorum, tamquam protectricis & patronæ provinciæ. Inſtituta ſupplicatio ſolennis, cujus apparatum, ordinem, ornatum, magnificentiam, inſcriptiones, comitatum, ſtatuas, currus triumphales ſigillatim recenſere, plus æquo longum foret.*

compendioſè deſcriptus.

F

26 *Per Octavam cantata ſacra ſolennia à reverendiſſimis Dominis abbatibus Epternacenſi ac Monaſterienſi, nec non reverendis patribus Superioribus ordinum religioſorum. Ceterum tanta fuit populi frequentia, tanta omnis ordinis ac conditionis virorum ac mulierum multitudo, tam propenſa omnium certatim in Virginem Matrem ac pia voluntas,* ut in ſolius urbis Luxemburgenſis templis ac ſacello D. Conſolatricis per octavam diſtributa fuerint facilè quadraginta minorum hoſtiarum millia. *Ita narratur in ſcripto de rebus, hanc celebritatem circumſtantibus, concinnato, ubi ſcriptor narrationem ſuam, uti & ego meam, pio & appoſito hoc epiphonemate abſolvimus,* Benedictus Deus, quod, quo tempore in aliis oris Mariæ cultus convellitur, in hac Provincia, tota quanta eſt Mariana, ita ſtabiliatur.

DE SANCTIS PROCESSO ET MARTINIANO MARTYRIBUS ROMÆ.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Antiquissimus Sanctorum cultus ex Sacramentariis, Kalendariis & Martyrologiis.

SECULO I.

ILlustrem esse, imo illustrissimam *in Sacramentario Gregorii, nec non in Kalendariis ab Allatio & Frontone editis, atque item apud antiquos Martyrologos omnes Sanctorum* Processi & Martiniani *hoc die memoriam, paucis notavi in observationibus ad Usuardum, quod hîc paulo fusius ex ordine demonstrandum est. Monendos primum censeo lectores, horum Sanctorum cultus remotissimæ vetustati nequaquam vitio verti posse, quod in Kalendario Romano* IV *seculi, à Bucherio & Ruinartio edito, non reperiantur, ut objecit hypercriticus Gallus, cum illud pauciſſimos Sanctos complectatur. Nec Polemei Silvii tabulæ, in rebus Christianis parcissimæ, recte opponentur, multo minus Carthaginense Mabillonii Kalendarium, quod Romanos Martyres vix attingit. Illud certum est, rariores inveniri antiquos Sanctos, de quibus præclariora & vetustiora in ecclesiasticis fastis supersint monumenta, quam de nostris hisce duobus* Processo & Martiniano, *quos constantissima Ecclesiæ traditio, eos esse neutiquam dubitavit, qui sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, carcere Mamertino detentorum, custodes fuere, ab ipsis ad fidem conversi, baptizati, & paulo post martyrii laurea donati, quidquid Acta à Mombritio & Surio edita & in obviis passionalibus manuscripta, rubiginis aliquid contraxisse videantur, ut paulo post examinabimus. Nunc singula eorum elogia recensеamus.*

Celeberrima est horum Sanctorum memoria

B

2 *In Sacramentario Gregoriano editionis Menardi ad* VI *Nonas Julii hac oratione, quæ hodieque in Breviario Rom. eadem est, celebrantur :* Deus qui nos sanctorum tuorum Processi & Martiniani confessionibus glorioſis circumdas & protegis, da nobis & eorum imitatione proficere & intercessione gaudere : *cum altera, super oblata, & item altera, ad complendum. Kalendarium Romanum Frontonianum :* Mense Julio, die 11, Natale SS. Processi & Martiniani ; *cui plane consentit Allatianum, hoc solo discrimine, alibi à nobis indicato, quod postremum antiquò Romano modo numeret* VI Nonas Julii. *His succedant Martyrologia Hieronymiana apud Florentinium, in quorum antiquissimo Epternacense seu Antverpiense nitidius annuntiantur :* Romæ, Processi, Martiniani ; *quam in aliis, ubi nomen* Damasi *confusionem parit, qua in tanta seculorum caligine, se extricare conatur Florentinius, ad salvandam aliorum codicum fidem, in quibus legitur :* Romæ Damasi. Processi & Martiniani, *vel*, Damasi & militum duorum Processi & Martiniani ; *quemadmodum harum rerum curiosi in ejus annotationibus observare poterunt. Nobis id maxime placet, quod monet pag.* 641, *col.* 2, *his verbis :*

in vetustissimis Ecclesiæ monumentis

C

3 Videnda hîc quæ diximus ad diem XXXI Maii de sanctis Processo & Martiniano, ubi eorumdem etiam memoria agitur, quæ forte alicujus solennis translationis aut basilicæ dedicationis est. Secundum Julii diem sanctis his Martyribus dicatum antiquitus fuisse, præter omnia Latinorum Martyrologia, docet Sacramentarium Gregorii *&c. quibus ipse adjungit* Kalendarium Hieronymianum perantiquum Lucense. *Porro ad* XXXI *Maii sic disseruerat Florentinius, occasione* Viæ Aureliæ *ibidem signatæ :* De Processo & Martiniano agit Romanum Martyrologium ad diem 11 Julii ex Beda, Usuardo & Adone, qua die Acta eorum apud Surium agonem compleviſſe docent, & in vetustiori nostro etiam Martyrologio eorum memoria reperitur, sicuti in Antverpiensi & Corbeiensi. Cum hîc addatur VIA AURELIA, illic vero ex Adone adnotemus, IN COEMETERIO DAMASI, subiit dubitare, ne aliqua translatio in alterutro loco recolatur, deductis ex uno in alterum cœmeterium sacris corporibus. Sane tam in Actis apud Surium, quam in vetusto membranaceo passionali nostro, sepultos hos sanctos milites docetur via Aurelia, VI Nonas Julii. *Hæc Florentinius.*

Cœmeterium Damasi male in Hieronymianis expressum,

D

E

4 *Neque ab ea sententia deflectere ullo pacto licet, quidquid demum sit de* cœmeterio Damasi, *quod ex Romano parvo Rosweydi in Adonis Martyrologium profluxisse, recte ad Usuardum annotavimus. In Festivitatibus vero Apostolorum omnia idem Ado fidelius disposuit, uti mox patebit. Beda vel Florus, ut à Majoribus nostris editus est, nitide & breviter cum laudatis Kalendariis :* Romæ, SS. Processi & Martiniani. *At Romanum parvum Rosweydi offensionis lapidem ponit :* In cœmeterio Damasi, Processi & Martiniani, ab Apostolis Petro & Paulo baptizatorum. *Ex hoc Martyrologus Viennensis :* Romæ, in cœmeterio Damasi, natalis sanctorum Processi & Martiniani, qui à beatis Apostolis Petro & Paulo baptizati & instructi sunt, quorum passio in Libello Apostolorum supra notata est. *Utique, & ad propriam, haud dubie, Adonis mentem, qui in alio loco ducem suum Ravennæ repertum secutus fuerat ; quem mirum est, ignorasse locum sepulturæ nostrorum Martyrum, nisi hîc aliquid lateat, quod fateri debeamus nos ignorare. Refert itaque laudatus Ado, inter dictas Apostolorum festivitates ad* VI *Nonas Julii pag.* 40, *Actorum supra citatorum compendium, in hunc modum.*

uti & in Martyrologio Adonis.

F

5 Natalis sanctorum Processi & Martiniani, qui cum essent Magistriani Melloprincipi, & viderent mirabilia, quæ faciebat per beatos Apostolos suos Petrum & Paulum Dominus Jesus

Vera Adonis sententia,

A Jesus Christus, mirari cœperunt. Erant tunc temporis beatissimi Apostoli traditi Paulino, sub custodia Mamurtini in monte Tarpeio, ubi de monte suis orationibus aquam manare fecerunt. Tunc sunt baptizati Processus & Martinianus à beato Petro Apostolo, & alii promiscui sexus numero XLVII. Quod cum nuntiatum esset Paulino, scilicet quod Processus & Martinianus Magistriani, Mellichristiani effecti essent, misit milites & tenuit eos, jussitque in custodiam retrudi. Sequenti die educti, cum constantissime Christum faterentur, jussit Paulinus, ut lapidibus os eorum contunderetur, sed illi gloriam in excelsis Deo dicebant. Allata est & tripoda, & supra eam Jovis aureus. Illi, cum viderent, risum facientes, exspuerunt in Jovem & in tripodam. Tunc jussi sunt in equuleo suspendi, & adtrahi nervis: & cædi fustibus, jussumque est, ut flammæ ponerentur circa latera eorum. Erat autem ibi matrona nobilissima nomine Lucina, quæ confortabat eos, dicens: Milites Christi, constantes estote, & nolite metuere pœnas, quæ ad tempus sunt. Iterum appensi in æquuB leo, à militibus cæsi sunt scorpionibus; iterum retrusi in custodiam, ubi venerabilis femina Lucina ministrabat eis. Post triduum Paulinus arreptus à dæmonio exspiravit. Cæsareus præfectus hoc Neroni intimavit; cui Nero præcepit, dicens: Non tardentur, sed celerius extinguantur. Tunc educti foras muros urbis Romæ, in via, quæ Aurelia nuncupatur, gladio cæsi sunt. Corpora eorum beatissima Lucina collegit, & cum aromatibus pretiosis sepelivit in prædio suo in Arenario, juxta locum, ubi decollati sunt, sub die VI Nonas Julii.

& ex hoc Usuardi.

6 *Hunc Adonis locum consuluit Usuardus, & ex eo brevius suum encomium nitide concinnavit:* Romæ via Aurelia, Natalis sanctorum Processi & Martiniani, qui à beato Petro Apostolo baptizati, sub Nerone autem oris contusionem, equuleum, nervos, fustes, scorpiones perpessi, novissime gladio cæsi martyrio coronantur. *Atque hinc patet, prope ad verbum desumptum esse Romani hodierni textum. Longiori phrasi, pro more, usus est Notkerus, ex eodem Adoniano fonte hauriens, quamvis in excuso mutilum esse adverterit editor Canisius. Rabanus Sanctorum Acta etiam præ oculis habuit, ita hoc die scribens:* Romæ, Processi & Martiniani, qui C temporibus Neronis imperatoris passi sunt. Nam dum in custodia B. Petrus & Paulus Apostoli, à Paulino præfecto servabantur, hi duo viri videntes mirabilia, quæ Apostoli Christi fecerunt, conversi sunt ad fidem Christi & à beato Petro Apostolo sunt baptizati. Hos quoque dum prædictus Paulinus à fide vera avertere voluisset, & non posset, licet multa tormenta eis fecisset, ad extremum gladio capita jussit amputari.

Ex recentioribus nihil desumitur.

7 *Atque hæc ex Martyrologiis, quæ classica vocamus, tamquam antiquissima & probatissima, quamquam hinc inde à nævis quibusdam immunia non sint, quemadmodum hic patet in* cœmeterio Damasi, *perperam ex corruptis, ni fallor, Hieronymianis textibus accepto: neque enim, ut ante me notavit Florentinius, satis intelligi potest,* quomodo *sanctorum Processi & Martiniani* memoria celebris esset in cœmeterio Damasi, seu sanctorum Marcelliani & Marci ad Catacumbas via Ardeatina, tanta viarum distantiâ, cum sanctorum Martyrum corpora ibi in pro- AUCTORE prio cœmeterio antiquitus quieverint, pro- J. B. S. priamque ecclesiam ibidem habuerint, *ut ostendit Aringhus libro 2 Romæ subterraneæ cap. 14, ubi postquam in Lucinæ matronæ nobilissimæ laudes excurrit, sic de ejus crypta loquitur:* Hanc porro cryptam seu cœmeterium via Aurelia, in suo agro tunc temporis pia femina exstruxit, cum Processus & Martinianus, pro Christo viriliter decertantes, ipsa potissimum exhortatrice, post agonem martyrio coronati sunt, *uti ex Actis infra apertius intelligi dabitur. Martyrologia recentiora vel appellare negleximus, cum ex iis omnibus solidi nihil erui possit, quod ab antiquioribus traditum non sit. Jam alia perennis cultûs monumenta expendamus.*

§ II. Illustris sepultura, templa, translationes, & perpetua celebritas.

Prima Sanctorum ecclesia, E

PErgimus *cum Aringho, citato loco num.* 3: Postmodum vero in præmemoratorum Christi Martyrum honorem erecta ibidem fuit ecclesia, in qua D. Gregorius homiliam habuit XXXII in Matth. cap. 16, ubi sanctissimus Pontifex quamplura miracula enarrat, quæ devote eamdem visitantibus, Dei munere obtigere, & quædam insuper ab iisdem Sanctis piissimæ cuidam matronæ grati animi indicia exhibita commemorat. *Nos Gregorii verba postmodum referemus; sequamur hic Aringhum num.* 4. Gregorius Papa tertius hanc eamdem ecclesiam instauravit, dum adhuc sacra eorumdem ibi corpora requiescerent, Anastasio teste in ipsius Gregorii gestis, ubi sic ait: Item tectum basilicæ sanctorum Processi & Martiniani à novo construxit, supposita pila fabricis fortissimis, post eorumdem Sanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum basilicæ. *Hæc Anastasii verba sunt: sic Aringhus prosequitur:* Sacra postmodum eorumdem beatorum Martyrum corpora, à Paschali primo translata fuere in oratorium, quod ipse in Vaticana basilica, ut jam diximus, erexerat.

ex qua ad basilicam Vatic. translata corpora, F

9 *Ad præfatam translationem, à Petro Manlio descriptam, monet idem Aringhus, cœmeterium sanctorum Processi & Martiniani, à sancta quoque Agatha denominatum fuisse, cujus rei causa huc non spectat. Manlii narratio est:* Hic beatissimus præsul Paschalis primus, detulit corpora sanctorum Processi & Martiniani Martyrum de cœmeterio S. Agathæ in ecclesiam beati Petri, in quorum honorem construxit oratorium summæ pulchritudinis, in quo satis honorifice corpora eorum recondidit concha porphyretica. *Citatus hic Manlii textus notabiliter diversus est à nupera ejusdem Manlii editione, quam vide sis tom. 7 Junii pag.* 40, *num.* 24. *Sed hæc pluribus describuntur ab Anastasio in sancti Pontificis Paschalis vita, cujus textum subjicimus:* Simili modo in eadem sacratissima beati Petri Apostoli ecclesia, juxta ingressum, qui ducit ad beatam Patronillam, oratorium summæ magnitudinis atque pulchritudinis decoranter construxit; & super columnas in quadrificio camerantes, musivo pulchrisque metallis decoravit: in quo & corpora beatissimorum Martyrum Processi & Martiniani ad honorem & gloriam omnipotentis Dei memorialiter ho-

AUCTORE J. B. S.

norificeque recondidit. In cujus abſidam, imaginem pulcherrimam de argento exauratam, cum diverſis hiſtoriis, inter marmorum conſtructiones ordinatas, infixit, quæ penſant libras ſexaginta duas & ſemis; ſimulque & lilia de argento penſ. libr. decem & ſeptem & uncias duas.

ubi eis erectum oratorium miræ pulchritudinis;

10 Nec non gabathas ex argento puriſſimo, numero ſeptem, penſ. ſimul libras tredecim, ſemis & uncias duas. Imagines etiam de argento exauratas fecit in eodem venerabili loco, numero tres, unam Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & duas aliorum beatorum Martyrum Proceſſi & Martiniani, penſ. inſimul libras triginta & ſex. Nec non & aliam imaginem ex auro puriſſimo obtulit ad ornatum jam præfati oratorii, penſ. libras tredecim & uncias tres. Simili modo caniſtra ex mundiſſimo argento, numero octo, penſ. omnes libras tres & quadraginta. Pariterque & concham ad ſpongiam, pro nocturnis diligentiis, ibidem
B ex argento conſtituit, penſ. libras ſeptem & uncias novem. Imo & claves in modum crucis ex auro puriſſimo, ſeu gemmis mire decorationis, exornatas in eodem venerabili loco, merito decoravit, quæ penſ. libras. .... Ubi etiam regularem ordinavit, quem laminis argenteis ſuperinduxit, penſ. libras viginti, ſuper quem conſtituit arcus duos de argento, & gammadias quatuor, quæ ſimul penſ. libras ſexaginta. Propitiatorium etiam altaris ex laminis argenteis exornatum circumduxit, atque ſacram confeſſionem ejus, interius exteriuſque, regulis ſuis nobiliſſimè circumſtruxit, quæ ſimul penſ. libras. . . . . Et ſuper altare eorumdem beatiſſimorum Martyrum veſtes duas inſtituit, ex quibus unam de fundato cum cruce de chryſoclavo, & alteram de quadrapulo mirifice exornavit. Vela quoque majora de fundato, numero ſeptem, cum periclyſi de blattin circumſuta ſimiliter decoravit. *Quæ in his explicatione opus habent, illuſtrata ſunt à Papebrochio, tomo 3 Maii pag. 395.*

ſacris exuviis ibidem adhuc queſcentibus.

11 *Hæc ſanctiſſimi Pontificis Paſchalis I erga Sanctos noſtros ſeculo* IX, *pluſquam magnificam munificentiam tam glorioſe demonſtrant, ut ſuperfluum videatur plura aliunde conquirere. Neque vero quidquam ſuperaddunt Romani ſcriptores recentiores, quos inter Floravantes Martinellus Romæ ſacræ pag. 386, ſic paucis rem tractat:* Sanctorum
C Proceſſi & Martiniani baſilica à Gregorio II (*voluit dicere Gregorio III*) inſtauratur. *Citat Bibliothecarium.* Hæc, *inquit*, fuiſſe creditur ſupra caſale, quod dicitur ſanctæ Agathæ, ubi eorumdem Sanctorum corpora requieſcebant, prope noſtram villam, ultra montem Marium. Funditus periit ſub Urbano VIII, Petro Colangelo eam devaſtante, pro fabrica vineæ ſuæ. *Nec præclariora exhibent alii. Severanus de* VII *Eccleſiis pag.* 103 *memorat ſacrorum corporum tranſlationem ſub Paulo III; pag. vero* 135 *alteram ſub Paulo V factam; de quibus cum abunde egerit noſter Fanningus in veteris Vaticanæ Baſilicæ deſcriptione, tomo ſeptimo Junii proxime edito inſerta, aliaque jam edita ſint tomo* V *Junii in Actis SS. Petri & Pauli pag.* 434; *non eſt opus rem illam hoc loco pluribus proſequi. Neque de ſacrorum corporum, ſaltem potiſſimæ partis, Romæ exiſtentia, dubitari poſſe video, quidquid Bucelinus in ſuo Sacrario Benedictino aſſerat:* Horum ſacratiſſima corpora in celeberrimo Fuldenſi cœnobio aſſervari.

De miraculoſo fonte in carcere Mamertino

12 *At prætermitti nequaquam poteſt longævæ & inſignis Sanctorum noſtrorum memoriæ æternum, ut ita dicam, monumentum, quod in Mamertino carcere hodieque oſtenditur, non ſemel à me viſum & honoratum. Iſtud eleganter deſcribit Eminentiſſimus Annaliſta ad annum* LXVIII *num.* 24. Admiratione, *inquit*, digna res eſt, eumdem illic fontem in hanc uſque diem perſeverare, non tantum rerum ibi geſtarum memoria nobilem, ſed perenni illuſtrem miraculo, quippe poſitus in medio carceris, ſtrati prægrandibus lapidibus Tiburtinis, ſibi invicem inhærentibus, è perforato ſaxo altitudine cubitali tantummodo, & palmi unius vel circiter latitudine, ſic aqua ſcaturit, ut nec foras exundet, nec quantumlibet hauriatur, umquam ſiccetur. Notiſſimum eſt ejus rei experimentum; dum certis anni diebus, quibus carcer ille religionis ergò inviſitur totius Urbis concurſu, & fideles inde hauriant aquam, & potent, & tamen fons indeficiens perſeveret. *Hic ille idem fons eſt, quem divina virtute è petra erupiſſe Acta teſtantur:* At vero beatiſſimi Apoſtoli oraverunt in eadem cuſtodia: cumque oraſſent; illico beatus Petrus Apoſtolus, facto ſigno crucis, in monte Tarpeio,
E in cuſtodia Mamertini, eadem hora emanaverunt aquæ de monte. Tunc baptizati ſunt beatus Proceſſus & Martinianus *&c.*

& perſeverante Sanctorum cultu.

13 *Alia perſeverantis apud Romanos Sanctorum noſtrorum celebritatis argumenta profert Carolus Bartholomæus Piazza in Hemerologio ad hunc diem, quo, ex præfatis Actis relato eorum martyrio, ita proſequitur pag.* 7: Eorum feſtum cum indulgentia plenaria fit in baſilica Vaticana die ſequenti, ad altare ipſorum nomini dicato, in centro magni brachii lateralis, ubi ſacra corpora depoſita ſunt, eſtque una è ſeptem aris principibus. A nobiliſſimo Capitulo & clero prædictæ baſilicæ recitatur eo die in officio homilia S. Gregorii Papæ, dicta olim in ipſorum eccleſia extra portam Aureliam hoc ipſo die. *Poſſet hic opportuniſſime referri laudata jam non ſemel ſanctiſſimi Pontificis homilia, at cum paulo longior ſit, ſatius viſum eſt, eam ex Surio Actis ipſis ſubnectere Ceterum præter ſolenniorem illam in auguſtiſſima Vaticana baſilica ſanctorum Proceſſi & Martiniani feſtivitatem, conceſſa eſt etiam indulgentia plenaria ad* S. Petri in carcere, *Mamertino nempe illo, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, duorum noſtrorum Martyrum, aliorumque plurimum cuſtodiâ celeberrimo, hodie, ut ex Baronio diximus, in locum venerabilem commutato, teſte eodem Piazza. Porro de eo carcere qui plura cupit, adeat Baronii diſſertationem in notis ad Martyrologium* XIV *Martii. Atque hæc de antiquo & perenni Sanctorum cultu ſatis dicta ſint, jam ad Acta propius accedamus.*
F

§ III. Acta non ſatis ſincera.

Acta à recentioribus plane contempta,

DE *Actorum antiquitate, quod ſciam, olim dubitavit nemo; habemus ipſa manuſcripta in pluribus vetuſtis noſtris paſſionalibus; edita ſunt à Mombritio, Surio, Graſſio & aliis, verſanturque in omnium manibus, mutata hinc inde nonnihil phraſi, ut Surio aliiſque familiare eſt, at ſervato ubique eodem rerum ordine, eadem ubique ſententiâ. Laudavit ipſa Baronius ad annum* LXVIII *num.* 24 *in fine, tamquam* eo fideliora,

A ra, quo breviora, *qui ſane ſinceritatis character ab omnibus eruditis agnoſci ſolet, tum maxime; cum apertiſſimæ aliæ ſuppoſitionis notæ aliunde ſuſpecta non reddunt. Nonnullas in ſanctorum Proceſſi & Martiniani Actis pridem obſervavit Papebrochius, at nemo tam apertas deprehenderat; donec Tillemontii & Bailleti cenſuras ſubierunt. Hic rotunde enuntiat*, brevia quidem eſſe, ſed nihil inde auctoritatis ipſis accedere : *ille pluribus verbis, alieno quaſi nomine, nihil mitius depromit, cum altero aſſerens*, eo contentos nos eſſe oportere, quod de Sanctis noſtris dixit Gregorius. *Idem non obſcurè indicare viſus eſt Ruinartius, ut reliquos taceam, quibus rigidior veterum Actorum critice, neſcio quid habet, quod plerumque magis arrideat, ut pluribus demonſtravit, qui eruditam criticorum criſin non ita pridem edidit Honoratus à S. Maria, ex ordine PP. Carmelitarum excalceatorum. Equidem fateor, prædicta Acta, à proconſularium aliorumque ſinceriorum puritate longe deficere, at necdum video, cur tam crudè rejicienda ſint, dum aliunde aliquali excuſationi locus non deeſt.*

B *non videntur tam crudè rejicienda,* 15 *Arguit* 1 *Tillemontius, terminos* Magiſtriani & Melloprincipes, *quibus vocibus utitur Ado, utitur Surius, & in Actis Mss. paſſim reperiuntur : verum in Actis Mombritianis ſimpliciter vocantur* Magiſtri principes & magiſtriani principes, *in quo quid carpendum ſit, ex infra indicandis intelliges. Arguit* 2, Trinitatis *nomen non eſſe in Eccleſia tam antiqui usûs. Tempus ipſe determinet, quo primum ea voce Eccleſia uſa ſit, ego cetera facile concordabo. Demum non placet ea militum expreſſio, qua baptiſmum poſtulantes, ſe ſiti periclitari ajunt. Atque ita contemptim cetera percurrere negligit, hæc in ſpecimen ſufficere dictitans. Sed bona ejus venia dictum ſit, niſi occurrerent, quæ graviores difficultates pariunt, non tanti ejus argumenta crederem, ut propterea vel dubiam redderem Actorum, vetuſtate ſua venerandorum, fidem. Magis diſplicet liber ille Chriſtianorum acceſſus ad Mamertinum carcerem, ut morbi curarentur, & obſeſſi liberarentur à dæmoniis. Diſplicet, quod magiſtriani noſtri, propria ſua auctoritate liberos audeant dimittere Apoſtolos. Diſplicent carceris novem menſes. Diſplicet quod Petrus dicatur obtuliſſe in carcere ſacrificium. Quæ omnia tempori & loco non ſatis quadrare videntur; ut alia præteream non ſatis concinnè digeſta. Attamen hæc & alia, quæ ſcrupuloſius examinari poſſent, id ſolum probant, quod ultro concedimus, non eſſe primigenia & ſincera Acta aut à teſtibus oculatis, ſed ex auditu, & multo fortaſſe poſt martyrium tempore ſcripta, imo veroſimiliter interpolata, ut iis temporibus uſuveniſſe, eruditis notiſſimum eſt.*

C *quamvis erroribus & interpolationibus fœdata ſint.* 16 *Ad interpolationes aut additiones revocari poteſt tota Lucinæ matronæ exhortatricis hiſtoria, quam oppugnavit Papebrochius tomo* V *Junii pag.* 533, *unam dumtaxat agnoſcens Lucinam, quæ non Neronis, ſed Diocletiani tempore vixerit; quamvis interim non uſque adeo indubitata ſit, de unica Lucina opinio. Antiquitatem Actorum ibidem nonnihil ſuggillat laudatus Papebrochius num.* 6, *ex eo, quod Bedæ ignota fuerint. At certe cum Beda antiqua omnia Acta nec noverit nec recitet, & præterea valde pauca ſint, quæ ipſe Martyrologio ſuo inſeruit, inde nihil Actis ipſis detrahi poſſe conjicio. Ceterum in eodem tomo pag.* 433 *num.* 18, *aliis argumentis oſtendere nititur* quam exiguæ fidei ſint *SS. Proceſſi & Martiniani Acta, atque* inidonea ad probandum, ſimul in eo carcere (*Mamertino*) Apoſtolos fuiſſe; ſimulque exiviſſe, vel ad fugam vel ad mortem. *Habet hæc circumſtantia difficultatis non parum : nihilominus magiſtri mei placita ita attemperari poſſe cenſeo, ut à noſtris non magnopere diſcrepent. Ego, ut iterum repetam, certa eſſe & indubia fidei Acta minime pronuntio, imo ſatis imperite concinnata agnoſco, ſic tamen ut non plane rejicienda exiſtimem.* AUCTORE J. B. S.

17 *Illud equidem non patior, quod arrodunt critici noſtri Tillemontius & Bailletus, utrum nempe, ſatis tuto dici poſſint ſancti Proceſſus & Martinianus ad ſeculum primum pertinere, ducti teſtimonio impii cujuſdam Tertullianiſtæ, qui in Prædeſtinato cap.* 86, *ita depingitur, tamquam* tergiverſator verſutuſque dæmon, *ut plane mirer, talia in medium adduci poſſe à viris alioquin naris tam emunctæ. Audi argumentum :* Ille, *verſutus dæmon*, ſibi collegium extra muros Urbis fabricavit; quod dum impetraſſet à tyranno Maximo, ſanctorum noſtrorum excluſit locum, id eſt duorum fratrum Proceſſi & Martiniani, dicens eos Phryges fuiſſe, & ideo hanc legem tenuiſſe, quam Tertullianus. Atque hoc ordine, per occaſionem Martyrum Dei populum ſeducebat. Deo autem, Theodoſio religioſo Auguſto dante victoriam, punitoque ſatellite Maximi, de cujus ſe Tertullianiſta poteſtate jactabat, ſtatim fugit..... Martyrum vero ſuorum Deus excubias [*an*, exuvias] catholicæ feſtivitati reſtituit. *Hinc, ſi ſuperis placet, conſequens volunt, non fuiſſe ſub finem ſeculi* IV *receptam Romæ opinionem, quod Martyres noſtri ſub Nerone palmam conſecuti fuerint. At facile reſpondetur, veteratorem illum, ſeductorem*, verſutumque dæmonem, *ſplendide mentitum fuiſſe, dum Sanctos noſtros ſuæ ſectæ adſcribere auſus eſt. Quid tandem ſubſiſtet, ſi frivolis hujuſmodi ratiociniis concuti poſſit ? Superſunt explicandi termini* Magiſtriani & Melloprincipes; *verum ne actum agam, videat curioſus lector, quæ olim erudite obſervavit Heribertus Roſweydus in notationibus ad Libellum de feſtivitatibus Apoſtolorum pag.* 222 & 223. *Nunc Acta ipſa exhibeo, prout à Surio edita ſunt, cujus ſtylus, licet paulo correctior, nihil Actis, paſſim plane incorrectis, addere vel demere poteſt.* *Solvitur Neotericorum cavillus.*

D E F

MARTYRIUM

Ut habetur in perantiquis Mss. codicibus apud Surium.

TEmpore illo, quo Simon Magus intrinſecus *a* crepuit, & impiiſſimus Nero tradidit beatiſſimos Apoſtolos Chriſti Petrum & Paulum Paulino viro clariſſimo magiſteriæ *b* poteſtatis, idem Paulinus mancipavit beatiſſimos Apoſtolos cuſtodiæ Mamertini *c* : veniebantque ad eos multi Chriſtiani infirmi, & curabantur eorum morbi, aliique à dæmoniis obſeſſi, liberabantur per orationes Apoſtolorum. Erant autem iiſdem beatiſſimis Apoſtolis cuſtodiendis deputati milites multi, inter quos erant duo magiſtriani *d* Melloprincipis, Proceſſus & Martinianus. Qui cùm viderent mirabilia, quæ faciebat per beatos Apoſtolos ſuos Dominus Jeſus Chriſtus, admirantes dixerunt eis : Viri venerabiles, non poteſtis ambigere *Multi à ſanctis Apoſtolis converſi.*

Ex Surio. bigere, veſtri jam oblitum eſſe Neronem, quandoquidem nonus *e* jam menſis agitur, quòd eſtis in cuſtodia. Rogamus itaque vos, ut eatis, quocumque voletis : tantùm in ejus nomine, per quem facitis res admirandas, baptizetis nos. Dixerunt eis beatiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus : Si credere velitis toto corde & animo in nomen Trinitatis, vos ipſi quoque facere poteritis, quæ nos facere cognoviſtis. Hoc ubi audiêrunt, qui in cuſtodia erant, omnes unanimiter clamabant : Donate nobis aquam, quia ſiti periclitamur. Eadem hora beatiſſimus Petrus Apoſtolus in ipſa cuſtodia Mamertini dixit ad omnes : Credite in Deum Patrem omnipotentem, & in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ejus unigenitum, & Spiritum ſanctum, & omnia miniſtrabuntur vobis.

e

baptizantur in carcere à S. Petro.

2 Tum omnes abjecerunt ſe ad pedes Apoſtolorum, rogantes ut baptiſmum ab eis perciperent. At verò beatiſſimi Apoſtoli oraverunt Deum, orationeque expleta, beatus Petrus in monte Tarpeio ſignum Crucis expreſſit in eadem cuſtodia, atque eadem hora emanarunt aquæ è monte : baptizatique ſunt beati
B Proceſſus & Martinianus à beato Petro Apoſtolo. Hoc ut viderunt cuncti, qui erant in cuſtodia, proſtraverunt ſe ad pedes beati Petri Apoſtoli, & baptizati ſunt promiſcui ſexûs & diverſæ ætatis numero quadraginta ſeptem. Obtulit autem pro eis ſacrificium laudis, & participes eos fecit corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Deindè beati Proceſſus & Martinianus dixerunt ad ſanctos Chriſti Apoſtolos : Pergite, quo vultis. Oblitus enim veſtri Nero, de vobis deſperavit. Exeuntes ergò de cuſtodia ſancti Apoſtoli, per viam, quæ Appia nuncupatur, ad portam Appiam pervenerunt. Beatiſſimo autem Petro Apo-
f ſtolo, cujus pedem *f* attriverant compedes ferrei, cecidit faſciola apud ſepem in via nova : cumque veniſſet ad portam Appiam, vidit Dominum Jeſum Chriſtum, eumque agno-
g ſcens, dixit illi : Domine, quò vadis *g* ? Et Dominus : Romam, inquit, redeo, ut iterum crucifigar : tu autem Romam revertere, rediitque Petrus Romam mane, & milites tenuerunt eum. Nunciatum eſt autem Paulino viro clariſſimo, magiſtro officii, Proceſſum
C & Martinianum Chriſtianos effectos eſſe. Miſit ergò milites, comprehenſoſque juſſit in cuſtodiam retrudi. Alia die præcepit ſibi eos exhiberi, adductiſque ad conſpectum ſuum, dixit : Sic ſtulti facti eſtis, ut deſerentes deos & deas, quos invictiſſimi principes colunt, & antiquitas adorat, temeritate ducamini, mi-
h litiæ veſtræ privandi *h* ornamentis ? Reſpondit Martinianus clara voce : Nos jam demum cœpimus habere ſacramenta militiæ cæleſtis. Paulinus vir clariſſimus dixit : Deponite amentiam pectoris veſtri, & adorate deos immortales, quos ab incunabulis veſtris venerati eſtis & coluiſtis, in quorum religione enutriti eſtis. Beati martyres una voce dixerunt : Nos Chriſtiani facti ſumus. Ait Paulinus vir clariſſimus : Audite me commilitones mei, & facite quæ dico, & eſtote amici mei & fruimini militia veſtra, diiſque omnipotentibus ſacrificantes, vivite, & ſitis præclari apud principes noſtros. Reſponderunt ambo : Sufficiat, nos declaraſſe tibi, veros nos eſſe Chriſtianos, & ſervos Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem beatiſſimi Apoſtoli ejus Petrus & Paulus prædicaverunt. D

Siſtuntur coram judice Proceſſus & Martinianus,

3 Paulinus vir clariſſimus dixit : jam dixi vobis, & iterum repetens dico : obtemperate conſilio meo, & vivite. Illi autem tacuerunt. Iterum atque iterum Paulinus eadem inculcans, cùm videret nihil proficere, juſſit lapidibus eorum ora contundi. Cumque diu cæderentur, clamabant ambo pariter, Gloria in excelſis Deo. Paulinus vir clariſſimus dixit militibus ſuis : Proferte tripodam, ut ſacrificent majeſtatibus. Beati martyres reſponderunt : Nos ſemel obtulimus nos ipſos Deo omnipotenti. Allatâ tripodâ, Paulinus ait : Facite, quæ dico. Allatus eſt autem Jupiter aureus. Eo viſo, riſerunt ſancti Martyres, & in tripodam atque Jovem coram Paulino expuerunt. Tunc Paulinus juſſit eos in eculeo ſuſpendi, & nervis attrahi, atque fuſtibus cædi. Illi autem alacri vultu lætantes dicebant : Gratias tibi agimus Domine Jeſu Chriſte. Paulinus magiſter officii nimio furore incenſus, juſſit flammas ad eorum latera admoveri. At martyres clamabant : Benedictum nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem beatiſſimi Apoſtoli ejus Petrus & Paulus prædicaverunt. E

& variis tormentis affecti,

4 Erat tum ibi matrona quædam nobiliſſima, Lucina nomine. Ea aſſiſtens eis, confirmabat eos his verbis : Conſtantes eſtote, milites Chriſti, & nolite metuere pœnas, quæ ad tempus ſunt. Paulinus verò dixit ad eos : Quæ eſt hæc veſtra amentia ? At illi corroborati, irriſere tormenta. Juſſit ergò Paulinus in eculeo ſuſpenſos ſcorpionibus caſtigari, adhibita voce præconis, ita dicentis : Præcepta principum contemnere nolite. Eadem hora Paulinus ſiniſtro oculo orbatus eſt, ductuſque pœnitentia, præ dolore exclamavit : O carmina artis magicæ, præcepitque eos deponi de eculeo, & diu maceratos, in Mamertini cuſtodiam retrudi : iis autem ſedulò miniſtrabat Lucina matrona venerabilis. Poſt triduum Paulinus ſubitò à dæmone arreptus, expiravit. At filius ejus Pompinius vociferans ibat ad palatium : Moderatores, inquiens, & gubernatores Reipublicæ, ſubvenite, ut extinguantur arte magica imbuti. Audiens hoc Cæſarius *i* *i*
urbis præfectus, rem geſtam indicavit Neroni Auguſto, qui juſſit ſine mora illos interfici. Pompinius itaque filius Paulini, cœpit F
fortiter urgere Præfectum urbis Cæſarium. Tum præfectus tulit in eos ſententiam : ejectique è cuſtodia, & ducti extra muros urbis Romæ, via Aurelia capite cæſi ſunt. Cùm vi- *plectuntur capite.*
diſſet autem illos beatiſſima Lucina, cum familia ſua ſequebatur eos uſque ad aquæductum, ubi etiam decollati ſunt, & trunca eorum corpora relicta ſunt canibus devoranda : quæ eadem ſanctiſſima matrona collegit, & condivit precioſis aromatibus, ſepelivitque in prædio ſuo in arenario juxta locum, ubi plexi ſunt, ſexto Nonas Julias via Aurelia : ubi etiam præſtantur beneficia eorum uſque in hodiernum diem *k*, regnante Domino Deo atque Salvatore *k*
noſtro Jeſu Chriſto.

ANNOTATA.

a *Aliqua Mss. legunt* intus, *alia* medius, *omnia idem indicare volunt.*

b *Intelligendus, opinor*, Magiſter officiorum ; *quæ autem fuerit ea* magiſteria dignitas *vide apud Cangium.*

c *In*

A c *In aliis* Mamurtini *&* Mamortini ; *verum hujuſmodi minutiis, ſeu potius librariorum meris erroribus, ſcrupuloſius notandis aut expendendis, ut* dæmonibus *pro* dæmoniis *&c. tempus terendum non video.*

d *De* Magiſtrianis *&* Mello principibus, *dixi, videndum Roſweydum, loco ſupertus citato : addo, conſulendum etiam Longinum, officia illa explicantem. Ad marginem appoſuerat Surius* Aminelli *pro* Animelli, *ſed nec unum nec aliud quidquam ſignificat.*

e *De novem menſibus captivitatis SS. Apoſtolorum, aliiſque difficultatibus hîc occurrentibus, dictum eſt ſupra in commentario prævio.*

f *Aliter atque aliter hæc leguntur in Mss. inter quæ unum habet :* Tunc beatiſſimus Petrus, dum tibiam demolitam haberet de compede (*in alio*, de compedibus) ferri, cecidit ei faſciola apud ſepem (*hæc verba in aliis deſunt*) & ſonuit in via nova. *Intelligo faſciam cecidiſſe, qua vulneratam tibiam S. Petrus obligaverat.*

g *Exſtat hodiedum ſacellum ad portam Ap-*
B *piam, hujus rei memoria perpetua.*

h *Non ſatis appoſite ſtylum hîc correxit Surius : melius ferme in aliis legitur :* Ut ſequamini vana mandata veſtra, & ſacramenta militiæ veſtræ amittatis.

i *Si pro nomine proprio accipitur ; in catalogo præfectorum Urbis, ſaltem prout exſtat, non reperietur. Quid ſi adjectivum ſit* Cæſareus.

k *Plura in his Actis diſplicent, atque hæc etiam formula ultima, non minima ſuppoſitionis nota.*

De iiſdem beatis Martyribus, ex homilia XXXII, *in Euangelia, beati Gregorii Papæ.*

Miracula ad eorum monumentum.

AD ſanctorum Martyrum (*Proceſſi & Martiniani*) corpora conſiſtimus, fratres mei. Numquid iſti carnem ſuam in mortem darent, niſi eis certiſſimè conſtitiſſet, eſſe vitam, pro qua mori debuiſſent ? Ecce qui ita crediderunt, miraculis coruſcant. Ad extincta namque eorum corpora viventes ægri veniunt, & ſanantur : perjuri veniunt, & à dæmonio vexantur : dæmoniaci veniunt, & liberantur.
C Quomodo ergo illic vivunt, ubi vivunt, ſi in tot miraculis vivunt hîc, ubi mortui ſunt ? Rem, fratres, dico brevem verbo, ſed non parvam merito, quam religioſis quibuſdam ſenioribus narrantibus agnovi. Gothorum tempore matrona quædam fuit valdè religioſa, quæ ad horum martyrum (*de Proceſſo & Martiniano dicit*) eccleſiam crebrò veniebat. Quadam die, dum ex more ad orandum veniſſet, egrediens, duos ſtantes ſub peregrino habitu monachos invenit, peregrinos credidit, dari eis aliquid eleemoſynæ præcepit. Sed priùſquam ejus erogator eis ad largiendum eleemoſynam propinquaſſet, adſtiterunt illi vicinius, & dixerunt : Tu nos modò viſitas, nos te in die judicii requiremus, & quidquid poſſumus, præſtabimus tibi. Quo dicto, ab oculis ejus ablati ſunt. Territa illa, ad orandum rediit, ſeſeque in lachrymis prolixius effudit : & facta eſt poſthac tanto inſtantior in opere, quanto certior de promiſſione. Si autem juxta Pauli vocem, eſt fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium : nequaquam jam diximus, ut venturam vitam credatis : quia ecce ipſi, qui in illa vivunt, humanis obtutibus viſibiliter præſentantur. Quod enim videri poteſt, melius dicitur ſciri, quàm credi. Venturam ergo vitam nos Dominus magis voluit ſcire, quam credere, qui eos, quos inviſibiliter recipit, apud ſe vivere nobis etiam viſibiliter oſtendit. Hos ergo, fratres chariſſimi, in cauſa veſtri examinis, quam cum di- E
ſtricto judice habebitis, patronos facite, hos in die tanti terroris illius defenſores adhibete. Certè ſi apud quemdam magnum judicem cauſa quælibet veſtra eſſet die craſtino ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur : patronum veſtra fraternitas quæreret, magniſque precibus ageret, ut apud tantum judicem ſibi defenſor veniret. Ecce diſtrictus judex læſus, venturus eſt : tanti illius Angelorumque concilii terror adhibetur : in illo conventu cauſa noſtra diſcutitur, & tamen nos patronos modo non requirimus, quos tunc defenſores habeamus. *Sancti Martyres rogari volunt, ut nobis ſubveniant.* Adſunt defenſores noſtri, ſancti Martyres : rogari volunt, atque, ut ita dixerim, quærunt, ut quærantur. Hos ergo adjutores veſtræ orationis quærite : hos protectores veſtri reatus invenite : quia ne punire peccatores debeat, rogari vult & ipſe, qui judicat. Unde etiam longo tempore comminatur iram, & tamen miſericorditer expectat. Sic autem nos & miſericordia ejus reſoveat, ut nullo modo negli- F
gentes reddat : ſic peccata noſtra perturbent, ut mens in deſperationem non proruat. Quia &, ſi præſumentes metuimus, & metuentes ſperamus, æternum regnum citius adepturi ſumus per eum, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE TRIBUS MILITIBUS MARTYRIBUS

QUI CUM SANCTO PAULO PASSI SUNT.

Ex Romano parvo, Adone, Uſuardo &c.

J. B. S.

Sub NERONE.

His tribus anonymis

ROmani parvi annuntiatio hoc die *eſt :* Et trium militum, qui cum ſancto Paulo Apoſtolo paſſi ſunt. *Eadem eſt Adonis, eadem & Uſuardi aliorumque omnium, hos fontes ſecutorum, quorum ſcaturigo is eſt, cujus verba dedimus, auctor Romani parvi. Unde acceperit, non divino ; ſatis ſit, eorum in tot claſſicis Martyrologiis commemoratio, cui acquieſcere poterant recentiores, niſi nova admiſcere libuiſſet. Maurolyco, Felicio, Galeſinio & tot aliis præluxit Equilinus Praſul, lib. 6, cap. 41, aptatis nominibus ex Pſeudolini, opinor, narratione, ſic ut non dubitaverint eos appellare* Longinum, Megiſtum *&* Aceſtum, *à quibus tamen melius abſtinuit Baronius in hodierno Romano,*

AUCTORE J. B. S.

primigenium textum sic reddens : Item Romæ, passio sanctorum trium militum, qui in martyrio B. Pauli Apostoli conversi, cum eo & cælestis gloriæ participes fieri meruerunt. *In notatione huc adducit verba S. Joannis Chrysostomi, in celebri oratione de SS. Petro & Paulo, quæ, tametsi satis certo Chrysostomi essent, de quo eruditi critici disputant ; tametsi, inquam, Chrysostomi verba essent, his tribus non magis quadrarent, quam alii triginta duobus. Videri illic potest Eminentissimus Annalista.*

male aptata propria nomina,

2 *Interim nequid ad vulgatam pridem historiam desiderari patiar, laudati Equilini encomium, ex Pseudolino haud dubie contextum, lectorum oculis subjicio. Sic habet loco superius citato :* Longinus, Megistus & Acestus milites à beato Paulo Apostolo conversi sunt, cum ad decollationem duceretur, ut supra dictum est III Kal. Julii in ejus passione. Qui, juxta quod Paulus eis imposuerat, die sequenti passionis illius ad sepulcrum Pauli venerunt, & duos discipulos, videlicet Titum & Lucam orantes invenerunt, & in eorum medio Paulum stantem viderunt : quos discipuli illi videntes, territi fugiebant, Pauloque mox disparente, milites illi post eos clamabant, quod, non ut eos caperent, persequebantur, sed ut ab eis baptismum susciperent, sequebantur, Paulumque in eorum medio se vidisse testantur. Hæc illi audientes reversi sunt, eosque cum gaudio baptizaverunt; qui post duos dies à Nerone detenti, & pro Christi nominis confessione capite cæsi sunt VI Non. Julii. *Huc etiam spectant quæ habet Equilinus cap. 23, unde conversionis horum trium principium intelliges. Nugæ sunt, quæ de Petro, Megisto & Longino nuper somniata, in Prætermissis verbo attigimus, ex iis monumentis quæ nemo unus hodie harum rerum peritus admiserit.*

pejus in Hispaniam translata.

DE S. HYACINTHO MARTYRE.

J. P. B

Ex Menologio, jussu Imperatoris Basilii collecto.

SECULO II

Cultus sacer,

Enea Græcorum impressa duos eodem die, non secundo, sed tertio hujus mensis Julii, Hyacinthos *commemorant. Et semel quidem annuntiant celebritatem* sancti Martyris Hyacinthi, *tam à Nostro, quo de hic agimus, quam ab alio jam dicto distincti, per cognomentum* Cubicularii, *quod ibidem additur. Præter perbrevem glorioſi Pugilis nostri annuntiationem, hisce verbis in Basiliano Menologio expressam, nullum alibi ad hanc diem de eo vestigium invenire licuit. Sequens ibidem in ejus laudem contexitur elogium.*

elogium,

2 Sanctus Christi Martyr Hyacinthus è regione Phrygiæ ortum duxit ; in qua etiam pietatem edoctus est. Ad urbem Cumanam profectus, morbidos sanavit in nomine Christi. Agnitum illum idololatræ comprehenderunt, & provinciæ præfecto tradiderunt. Coactus, C sed neutiquam persuasus, ut idolis immolaret, equuleo tortus est; Deumque precatus, Præsidem tradidit spiritui immundo ; & edito miraculo, ipsum, in Christum credentem, sanavit. Liber dimissus, at postea à Cumæis captus, ac cruciatus est. Postquam orasset iterum, urbemque concussisset, ac idola contivisset, multis persuasit, ut in Christum crederent. Post hæc à præside Clearcho comprehensus, cruribus diffractis in carcere conclusus fuit. Unde liberatus, postquam omnem circumquaque percurrisset regionem, ac ægrotos sanasset, æger ipse factus, ad Dominum migravit.

tempus martyrii.

3 *Si idem Clearchus à Baronio recensitus in Annal. Eccl. ad annum* 189, *qui sub imperatore Commodo floruit, ejusque jussu præfectum Perennem è medio sustulit, si idem, inquam, sit, Clearchus iste cum eo, quem in elogio superiore memoravimus, non obscuram temporis, quo sacrum certamen ab* Hyacintho nostro *exantlatum fuit, notam characteristicam habemus; videlicet versus finem seculi secundi. De Martyre nostro tantum est. De duobus aliis Hyacinthis supra memoratis agetur* III *hujus.* F

DE S. EUTICIO MARTYRE ROMANO.

J. B. S.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

II JULII

Lorentiniani seu Lucensis codicis textus hoc die mutilus repræsentatur ; neque plenus est Epternacensis, in quo tamen legitur Romæ, Eutici, *adjunctis tribus sociis,* Gradino, Aiaxo, Amideano, *de quibus proximè. Sequitur ibi immediate* depositio, *quæ quo vergat, non apponitur ; ad* Melchiadem *autem spectare docent Corbeiense Acherii & Blumianum, in quibus laterculus melius exprimi videtur,* Euticio *seorsim posito, ante* To depositio, *hoc modo :* Et Natale Eutici (*in altero Corbeiensi* Eusici,) & depositio Miltiadis Papæ. *Tum vero* Hisici, Amidæ, *& aliorum, qui mox ex laudatis codicibus referentur. His belle consonat Martyrologium Reg. Suec. seu Senonense S. Columbæ, à nobis editum tomo* VII *Junii, sic distinctius legens :* Et in eadem urbe, via Appia, Natalis sancti Euticii. *Adde Augustanum S. Udalrici & Labbeanum, quæ* Euticium *seu* Eutychium *secernunt ab omnibus aliis, tum præcedentibus, tum subsequentibus ; ut proinde non immerito locus ei proprius hic assignetur, tametsi in aliis Martyrologiis, etiam classicis, notus non sit, quemadmodum nec nota est classis proxima variorum Martyrum non satis certi loci.*

D E

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS
HISICIO, AMIDA, AMIGRADINO SEU AMIGRADINA, ARIXO ET JOCUNDIANILLA
ROMÆ VEL IN MESOPOTAMIA.

Notitia ex Martyrologio S. Hieronymi.

J. B. S.

11 JULII

JAm dixi, hunc *Martyrum manipulum omnibus Martyrologiis, præterquam Hieronymianis ignotum: porro in his concordem non esse annuntiandi modum. In Lucensi, nulla eorum memoria: Epternacense truncatum esse, etiam notavi; scribit enim:* Item Romæ, Eutici, Gradini, Aiaxi, Amideani Depositio. *In Blumiano integritatem quoque desideres, dum legit:* Hisici, Amidæ, Amigradi, Arixi. *En textum completiorem Corbeiensium;* Hisici, Amidæ, Amigradinæ, Arixi, Jocundianillæ; *ex quorum fide quinque istorum Sanctorum nomina, hic consignanda putavimus sub dubio, scribendumne* Amigradini *an* Amigradinæ, *quod in Epternacensi vetustissimo* Gradini, *in Blumiano* Amigradi *supra legerimus. Positio seu locus certaminis disjunctive item sumptus est, quia in contracto Hieronymiano Richenoviensi habetur:* Et in Mesopotamia, Esicii, Animidæ, Aurixi, *quod ex vetustiori aliquo Hieronymiano acceptum fuisse, equidem non dubito. Quid præterea de hisce Sanctis memorari possit, frustra requiras.*

B E

DE S. QUINTO MARTYRE
IN PHRYGIA.

Ex Menæis bibliothecæ Ambrosianæ.

SUB AURELIANO.

GLoriosum hunc *Christi pugilem, S. Quintum, laboribus pro Christo exantlatis illustrasse provinciam Phrygiæ, ex sequentibus satis quidem compertum est; quem vero ejusdem provinciæ tractum, locum aut civitatem meritis ac virtutibus suis cohonestarit, non tam definitu est facile. Menæa bibl. Ambrosiana S. Quinti martyris agonem breviter describunt in hanc sententiam die* 11 Julii: Passio sancti martyris Quinti in Phrygia. Erat ille sub Aureliano imperatore, & Rufo præside. Qui cum obsessus esset à dæmone, Sancti precibus liberatus fuit. Exorto autem terræ motu, templo dilapso, contritisque simulacris, ab alio præside, cui nomen Clearchus, vehementer erga idola affecto, comprehenditur. Nec mora, Sancti crura confregit; quæ, medicante Christi gratia, sanata sunt. Decimo autem currente anno, quo circuibat Sanctus, morbum omnem, omnemque languorem sanans, nec non pauperibus subveniens, ad Dominum migravit. *Cum verò Aurelianus imperii habenas capessere cœperit anno Christi* CCLXX, *jam de ætate S. Martyris Quinti facile statues. Martyr noster tam est in Menæis impressis; quam in eorum Supplemento ex Synaxario Sirmondi & Chifletii, in quo dicitur* multa patrasse miracula.

J. P.

Θλασθεὶς σκέλη Κόϊντ' ἐρρώσθη πάλιν,
Στεφθήσεται καλῶ καὶ χανὼν κοίνῳ τέλει.
Diffracte crura, Quinte, fis rursum valens,
Sertum feres, vel fine communi obrutus.

C F

DE SANCTIS MARTYRIBUS
ARISTONE, CRESCENTIANO, EUTICHIANO, URBANO, VITALE, JUSTO, FELICISSIMO, FELICE, MARCIA ET SYMPHOROSA
INCAMPANIA FELICE.

Notitia ex Actis S. Sebastiani & Martyrologiis.

J. B. S.

SUB DIOCLET.

HOrum *Martyrum primus meminit auctor Romani parvi, solorum quatuor primorum nomina exprimens, ceteros sub terminis, &* aliorum *complexus; quod forte etiam melius factitasset Ado, sic nullos eorum excluſurus, qui in Actis S. Sebastiani, apud nos cap.* XI, *sociantur; nisi id fecerit, quia alios alibi diversis diebus signatos noverat, vel ut remanentes in Urbe, ab iis, qui hortante Caio Pontifice, inde recesserant, distingueret. Sic igitur habet Ado:* Item ipso die, sanctorum Martyrum Aristonis, Crescentiani, Eutychiani, Urbani, Vitalis, Justi, Feliciſſimi, Felicis, Marciæ & Symphorosæ, qui omnes apud Campaniam glorioso martyrio coronati sunt.

AUCTORE J. B. S.

Hæc ipsa verba in Usuardum, inde in Romanum hodiernum translata sunt, his in postremo additis, Cum Diocletiani imperatoris persecutio desæviret. *Eorum* passiones *apud Surium* descriptas *ait Baronius in notationibus; opinor voluisse dicere, eorum nomina, baptismum & discessum ab Urbe in Actis S. Sebastiani memorari, nam de ipsorum martyrio nihil ibi legitur; neque reperire hactenus potui, unde doctissimus Cardinalis eruerit, ipsos anno* CCCIII *coronatos fuisse, ut ad eum annum num.* 120, *retulit. Citat hîc Equilinus* Adonem ex Hieronymi Martyrologio: *verum alibi monui, non aliud S. Hieronymi Martyrologium noviſſe Equilinum, quam ipsissimum Usuardum, ex receptissima opinione supponens, eum Adone esse antiquiorem, de qua re vide nostram ad Usuardum præfationem. Ex hac Martyrum classe* Vitalis & Urbanus *in Martyrologium Hispanicum translati, multis à Tamayo ornantur, quæ utinam aliunde quam ex pseudochronicis probari possent. De cetero, horum SS. Martyrum natalem Suessæ celebrari (ubi eorum reliquiæ asserventur) apud Ferrarium asserunt scriptores Neapolitani: quidquid vero Jacobillus congerit tomo 3 à pag.* 432, *ad hunc S. Vitalem referri non potest, sed ad Sanctum ex cryptis Romanis baptizatum.* D

DE S. ADEODATO PRESBYT. CONF.

GALLIANI IN AGRO MEDIOLANENSI.

J. B. S.

Notitia ex Ferrario & Castellionæo.

B

11 JULII.

HUc remissus est S. Adeodatus *ex* XXIII *Junii, atque ex* XXV *ejusdem mensis, quo die memoratur à Galesinio, Molano & Ferrario in Catalogo generali. Ast idem hic in altero Catalogo Sanctorum Italiæ* S. Adeodatum *posuit hac* 11 *Julii die, cum brevissimo hoc elogio, ejus rei rationem indicante:* Sanctus Adeodatus presbyter, qui Probo Juniore IV Consule, cum LXXXV circiter [annis] vixisset, IX Kal. Julii migravit è vita, ut illius epitaphium monet in ecclesia S. Vincentii Galliani apud Canturium pagum agri Mediolanensis, Como proximum, conditus; ibi VI Non. Julii colitur, qua die corpus ejus in eadem ecclesia translatum fuit. *Pridem optavit Papebrochius* signatas *in epithaphio* obscuras temporis notas distinctius explicari. *Sed frustra tentatum id fuerit. Primus epitaphium istud* rudi inlapide atque exoticis characteribus *incisum, eruisse videtur Carolus à basilica S. Petri, Novariensis Episcopus, teste Castellionæo, qui æque ac Ferrarius notas illas non tantum non explicuit, sed & epitaphium & alteram translationis inscriptionem diversimode retulit, ita ut posterior Castellionæus notas chronologicas magis necessarias omiserit.*

Sanctus hic variis diebus signatus,

C

2 *Sic epitaphium reddidit Ferrarius: HIC REQUIESCIT S. ADEODATUS PRÆSBYTER, QUI VIXIT IN SÆCULO AN. PLUS MINUS* LXXXV, *DEPOSITUS SUDARIO* IX *KAL. JULII PROBO JUNIORE* IV *CONS. PERPETUO, INDICT.* III. *Castellionæus autem inter Antiquitates Mediolanenses, agens de basilica sua Vincentiana pag.* 130 *integritati restituere voluisse videtur: HIC REQUIESCIT IN PACE S. M. ADEODATUS PRÆSBYTER, QUI VIXIT IN SÆCULO ANN. PLUS M.* LXXXV. *D. P. SUD.* VIIII *KAL. JULII. Uter recte legerit, quis arbiter statuet? Porro Sancti tempora, qui colligi possint, equidem non perspicio. Probum illum* IV Consulem, *imo* Consulem perpetuum *non quæsivit Ferrarius, Castellionæus vero ad locos communes dilabitur, dum de Sanctorum corporibus, variis in locis quiescentibus, multa nimis quam nota commemorat; eo solùm adducta, ut Vincentiana sua basilica, de S. Adeodati sacris exuviis aliquid sibi vindicet. Melius, opinor, & candidius cum Ferrario scripsisset;* Nil aliud de eo sciri potuit.

ex antiquo epitaphio diversimode relato,

3 *Æque quidquam ad rei explicationem facit, quod citata pagina adducit Castellionæus* testimonium vetustissimi manuscripti Martyrologii cœnobitarum D. Francisci, *in quo diversa plane & citatis inscriptionibus contraria traduntur. Habe textum, de quo ex ipso principio judicium feras:* XXXI Junii, translatio venerabilis Adeodati presbyteri & confessoris. Hic obiit die IX Kal. Julii, & jacet in ecclesia sancti Vincentii de Canturio Galliani. Hic erat annorum XXXV. De hoc est legenda glorioſa. *Qualecumque dicatur pretensum hoc* vetustissimum Ms. Martyrologium, *simile fuit ei, quod toties nobis recinit Galesinius. Etenim fallunt hîc ferme omnia, saltem inscriptionibus ex diametro oppositæ sunt. Legendam autem* perquisiviſſe, nec inveniſſe testatur laudatus Episcopus Novariensis, *inquit Castellionæus ibidem, ut proinde sanctitas ejus, ætas, translationis dies probari debuerint ex jam dictis inscriptionibus,* in rudi lapide exoticis characteribus incisis, *quæ nec ipsa satis fideliter reddi potuere. Ceterum ne tricis istis discutiendis potius quam Sancto illustrando diutius inhæream, inscriptionem alteram de ejus translatione subjicio.* E

quod aliunde involvit Castellionæus.

F

Neque rem explicat inscriptio alia,

4 *Audi rursus Ferrarium:* VI *NON. JULII TRANSL. S. ADEODATI ET DEDICATIO ISTIUS ECCLES. ET IBI REQUIESCUNT IN PACE B. M. ELISIASTICUS, ET MANIFREDUS PRESBYTERI, ET SAVINUS DIACONUS: QUI FUERUNT INVENTI JUXTA SEPULCHRUM IPSIUS S. ADEODATI AN.* MLVI *INDICT.* VI. *TEMPORE D. ERIBERTI DE ANTIMIANO SUBDIACONI MEDIOLAN. ECCLES. ET CUSTODIS ISTIUS ECCL. S. VINCENTII, SEU TEMPORE ENRICI REGIS. Diversitas in Castellionæo est, quod pro* istius ecclesiæ *in principio, legat* ipsius, *pro Elisiasticus, melius fortasse,* Ecdesius. *Præterea apud Castellionæum non est expressus annus* MLVI, *sed simpliciter legitur* anno Dñi, *ex qua ultima voce abbreviata formaverit aliquis* MLVI. *Demum* τὸ ecclesiæ S. Vincentii *in Castellionæo desideratur, forte ut sua basilicæ faveat, cum tamen ex citato Martyrologio idem eruatur. Ex* tempore Enrici regis *nihil*

A *hil conficitur, cum ſeculo* XI *tres fuerint ejuſdem nominis; ut ſi vere annus diſtinctè non apponatur, ſciri omnino non poſſit, quo tranſlatio facta fuerit. Si per* Eribertum *deſignaretur Epiſcopus, non procul abeſſet ab anno* MLVI. *Lucis aliquid palpanti afferret ſignata* Indict. VI. *, ſi cum anno* MLVI *conciliari poſſet. Fateamur itaque imperfectas eſſe prædictas inſcriptiones, dubia multa & obſcura; ſolidum nihil, præter cultus antiqui ſancto* Adeodato *exhibiti probationem, qua nixi, ipſum in his Actis collocandum cenſuimus.*

§ *Alia intricavit Caſtellionæus, dum pag.* 128 *multis ſuadere voluit, prædictum* S. Adeodatum *S. Auguſtini filium eſſe.* Quamobrem, *inquit*, nec meam in hac parte ſententiam deſiderari patiar: non ego fruſtra cenſuerim, B. Adeodatum in noſtra eccleſia quieſcentem, eum eſſe qui à ſancto Simpliciano non baptiſmate ſed cathechiſmo, una cum BB. Auguſtino & Alippio initiatus eſt, ac cum iiſdem à S. Ambroſio baptizatus *&c. Clarum eſt, non alium hîc indicari Adeodatum, quam S. Auguſtini filium, quem conſtat cum patre & Alippio à S. Ambroſio baptizatum fuiſſe. Sed merito vapulat Caſtellionæus à Thoma de Herrera in Alphabeto Auguſtiniano pag.* 2 *ita ſcribente:* Eum credit Caſtellionæus lib. de antiquitatibus Mediolanenſibus, eſſe B. Adeodatum, cujus corpus Mediolani in eccleſia Vincentiana requieſcit, & alicubi feſtum illius agitur XXIII Junii, fuitque ejus nomini in præfato templo ſacellum conſecratum. Fallitur tamen hic auctor, quia noſter Adeodatus, neque obiit Mediolani, neque fuit initiatus ſacerdotio, quæ duo Adeodato Mediolanenſi.... tribuuntur. *Cetera non proſequor, nec cum Caſtellionæo diſputare lubet, quid & quantum è ſacris S. Adeodati reliquiis in ejus baſilica Vincentiana fuerit umquam aut modo ſuperſit.*

AUCTORE J. B. S.

neque hic Sanctus, S. Auguſtini filius fuit.

DE S. MONEGUNDE VIDUA RECLUSA

TURONIBUS IN GALLIA.

B

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

E J. B. S.

§ I. Vita à S. Gregorio Turonenſi ſcripta, reliquiæ Turonibus, antiquus cultus ex Martyrologiis.

CIRCA AN. DLXX.

Inſigne S. Greg. Turon. encomium,

Am plana & clara ſunt, quæ ad ſanctæ Monegundis, *quæ nonnumquam corruptè* Monagundis, Monigundis, Molnegundis *vel aliter effertur; tam clara, inquam ſunt, quæ ad hujus præcellentis Sanctæ virtutes & miracula ſpectant, utpote ab illuſtri ſynchrono, teſte oculato ſcripta, ut vix opus viſum ſit commentarium iis præexere, multo minus alia Acta apud nos Mss. curare, quæ non niſi ex iſtius ſcriptis adumbrari potuere. Nacta eſt igitur Sancta noſtra præſtantiſſimum encomiaſten ſanctum Gregorium Turonenſem, cujus tempore vixiſſe ipſam & floruiſſe, nemo, quod ſciam, dubitavit hactenus, ut proinde ætatem ejus recte conſignaverit poſtremus S. Gregorii operum editor Theodoricus Ruinartius, ad annum circiter* 570. *Encomiaſten vocavi Turonenſem Præſulem, neque enim vitæ ſeriem, aut Acta in ordinem digeſta, ſed brevem*

C *rigidæ pœnitentiæ & inſignis miraculorum patrandorum gratiæ ſynopſim nobis reliquit, quam ad hiſtoricam normam reducere nemo tentavit, nec porro tentare quis umquam facile poterit. Carnotinam origine fuiſſe, conjugatam, binas filias peperiſſe, poſt earum mortem, ſolitariam vitam duxiſſe Carnoti & Turonibus; hîc ſocias virgines collegiſſe, plurimis claruiſſe miraculis, demum ſanctiſſimo fine duram vivendi rationem clauſiſſe; hæc ſunt quæ compendio narrat Gregorius, & nos ex Surii editione, cum aliis collata, inferius dabimus.*

ubi de cœnobio, quod ad canonicos tranſiit;

2 *Monaſterium ſanctimonialium ab ipſa conditum & ædificatum, aut ſaltem inchoatum, ſatis innuit Gregorius, at quamdiu hoc in eo ſtatu perſtiterit, fruſtra quæſivimus. Conſtat, mutatum ſubinde in collegium canonicorum, cui id unum parthenonis antiqui indicium adhæſit, ut eorum templum ſancto Petro dicatum, ad aliorum diſtinctionem* S. Petri puellaris *hodiedum nuncupetur: quo plane datur intelligi, viros in puellarum locum ſucceſſiſſe.* Hoc cœnobium, *inquit Ruinartius, col.* 1247, dictum eſt S. Petri puellaris, quod etiam nunc nomen retinet, quamvis in collegium canonicorum converſum, ſub juriſdictione capituli S. Martini. *Tum col.* 1249, ſepulta eſt (*S. Monegundis*) in eccleſia ſancti Petri puellaris, ſuperius laudata, ubi ejus ſacræ exuviæ in theca pretioſa ſervata ſunt ad annum 1562, quo Calviniani furentes eam diripuerunt. Pleraque tamen ejus oſſa incendium evaſere, quæ ſemiuſta cum ejuſdem Sanctæ capillis in terra abſconſa ſunt, ibique latuere ad annum 1657, quo, die nona Julii, levata fuerunt è terra & fidelium veneration expoſita. *Huc uſque Ruinartius, cujus poſtrema dicta confirmabit ultima earumdem reliquiarum recognitio, non ita pridem facta, ut jam dicemus.*

F

3 *Recognitæ fuerunt prædictæ reliquiæ, ſeorſim è theca extractæ & recenſitæ* VIII *Maii* 1697 *à Domino Gatiano de Galliczon, eccleſiæ S. Martini tunc canonico & præcentore, poſtmodum Illuſtriſſimo Epiſcopo Agathopolitano, coadjutore Babilonienſi, ut conſtat ex inſtrumento, cujus copiam mihi fecit Clariſſimus & ſemper nobis laudandus Claudius Caſtellanus Pariſienſis canonicus anno* 1709. *Porro res tota reducitur ad extractum ex proceſſu verbali tunc habito, quo ſpeciatim enumerantur oſſa S. Monegundis, ex iconoclaſtarum Calvinianorum incendio feliciter erepta, cum circumſtantia capillorum, à Ruinartio expreſsè notata. Refertur item antiqua inſcriptio in membrana, quam ex Gallica Latinam reddo:* Reliquiæ S. Monegundis, Dominæ Carnotenſis religioſiſſimæ, ſepultæ in eccleſia ſancti Petri puellaris, quæ reliquiæ in eàdem eccleſia inventæ ſunt IX Julii MDCLVII. *Adjiciuntur eorum teſtimonia, qui prædictæ inventioni vel elevationi interfuerant, aut præſenti memoria ſe ex antiquio-*

unde eccl S. Petri puellaris, in qua recognitæ reliquiæ.

AUCTORE J. B. S.

ribus audiviſſe meminerant, è terra, ubi occultatæ fuerant, levatas fuiſſe, extractaſque ex lapideo tumulo, cui inſculpta erat feminea effigies; in theca vero, ſeu mavis vaſe, itidem lapideo, repertas tunc temporis eaſdem plane reliquias, quæ anno iſto 1697 recognitæ ſunt: porro thecæ illi, ſeu vaſi inſcripta fuiſſe hæc verba, Turonenſi dialecto abbreviata aut corrupta, A SAINTE MONÉ; *ut proinde de tota narrationis veritate dubium nullum ſupereſſe poſſit. De reliquiis Turonenſibus dicta ſint ſatis; hic opportune attexetur aliud inſtrumentum vetuſtioris tranſlationis, ſeu tranſpoſitionis, in forma debita à laudato Galliczonio receenſitum, quod ita habet.*

Inſtrumentum tranſlationis anni 1505

4 Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, indictione ſeptima, die vero penultima menſis Auguſti, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Julii, divina providentia Papæ ſecundi, anno primo, reliquiæ S. Monegundis, in eccleſia ſancti Petri puellaris Turonis requieſcentes, & ſolitæ venerari in eadem, tranſlatæ fuerunt de quadam veteri & antiquata capſa in novam, thecis argenteis notabiliter circumtectam, per reverendum in Chriſto patrem & Dominum, Dominum Ludovicum de Ambazia, miſeratione divina epiſcopum Albienſem, de licentia & permiſſu venerabilium & circumſpectorum virorum Dominorum meorum, Decani, theſaurarii & capituli inſignis eccleſiæ beatiſſimi Martini Turonenſis, Sedi Apoſtolicæ & Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectæ, ſuperiorum in hac parte, aſſiſtentibus & concelebrantibus præfato Domino Epiſcopo, venerabilibus viris magiſtro Joanne Gueruadon celerario, Jacobo Bouhalle præpoſito de Blaleyo, Petro Bodin & Joanne Bouhalle canonicis præbendatis ejuſdem eccleſiæ beatiſſimi Martini; magiſtris Guillelmo Britonis, Petro Potier, Petro Paventeau & ceteris canonicis dictæ collegiatæ eccleſiæ, aliiſque in multitudine copioſa tranſlationi prædicti præſentibus teſtibus. Signatum G. du Moulin: & infra ſignaturam; Ita eſt; & ſimilis littera in. . . . ſignis manualibus præfati Domini Epiſcopi & mei notarii ſignata fuit, & in dicta nova capſa ad futuram rei geſtæ memoriam pro poſteris repoſita.

B

C

debitè legaliſatum.

5 *Sequitur legaliſatio, ut vocant, ſeu teſtimonium authentiæ præmiſſi inſtrumenti, in hunc modum:* Gatianus de Galliczon Epiſcopus Agathopolitanus, coadjutor Babilonenſis, à paucis menſibus, ſeu die Octobris vigeſima octava conſecratus, & à quamplurimis annis canonicus præbendatus, præcentor & officialis nobilis atque inſignis eccleſiæ beatiſſimi Martini Turonenſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, omnibus, quorum intereſſe poterit, fidem facimus ac teſtamur, præſentem ſcripturam ex authentica, & fidem in judicio faciente, à nobis viſâ, lectâ perſpectâque, fideliter deſumptam & expreſſam fuiſſe. Datum Martinopoli Turonum, in ædibus ſancti Martini ſub ſigno ſigilloque noſtris & Secretarii noſtri ſubſcriptione, anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo nono, die vero ſecunda Martii. *Signat* Gatianus Epiſcopus Agathopolitanus, coadjutor Babilonenſis, canonicus, præcentor & officialis ſupradictus. *Infra.* De mandato Illuſtriſſimi & reverendiſſimi Domini, D. mei. Lepreux. *Ad latus appoſitum eſt ſigillum in cera alba.*

D

Die natali fit commemoratio in officio,

6 *Atque hæc de antiquiori illa recognitione & tranſlatione, ſeu in novam thecam ſacrarum reliquiarum depoſitione, quam haud dubiè aliæ præceſſerint; ceterum in eadem illa theca uſque ad ſacrilegos iconoclaſtarum Calvinianorum furores perſtiterunt. Auguſti* XXX, *quo ſolennitas anno illo* 1505 *inſtituta eſt, occaſionem dediſſe potuit S. Monegundis feſtum in eum diem transferendi, quia dies natalis Viſitatione B. M. Virginis, eo tempore per Galliam receptiſſima, impeditus fuerit, ut diſertis verbis ad nos ſcripſit laudatus Caſtellanus. Verumtamen dum Breviaria Turonenſia, non ita pridem, nempe* 1611 *&* 1635 *excuſa conſulo, in prioris editionis Kalendario notatam quidem invenio S. Monegundis commemorationem, aſt in ipſo Breviario nec verbum de ipſa reperitur. In editione altera fit ipſo die natalis commemoratio ſub hac oratione:* Beatæ Monegundis natalitia veneranda, quæſumus Domine, Eccleſia tua devota ſuſcipiat: ut fiat magnæ glorificationis amore devotior, & tantæ fidei proficiat exemplo. Per Chriſtum. *Interim ad* XXX *Auguſti nec hilum eſt, quod ad S. Monegundem referri poſſit. Si igitur eo die Turonibus celebretur Sanctæ noſtræ feſtivitas, id peculiari officio fiat oportet, idque in ſola eccleſia S. Petri puellaris: quod vel ipſum difficile eſt, cum hæc tota pendeat à primaria S. Martini. Utut tamen fuerit, in omnibus faſtis aliiſque monumentis conſtanter refertur hoc die* 11 *Julii.*

E

uti & in antiquis Martyrologiis.

7 *Etenim ſanctæ Monegundis natalis apud antiquos Martyrologos ita conſignatus eſt, quemadmodum in obſervationibus ad Uſuardum abunde demonſtravimus, ubi & pleraque omnia recenſita ſunt, quæ in auctariis Uſuardinis vario modo & ſtylo referebantur, ut prorſus ſupervacaneum videatur ſingula hic denuo enumerare aut deſcribere, quemadmodum & recentiorum elogia congerere, quæ non aliunde quam ex antiquis aut ex ipſo ſancto Gregorio accipi potuere. Iis quæ in Uſuardo de Hieronymianis diximus, addi poſſunt contractiora à nobis edita tomo* VII *Junii, Auguſtanum, Labbeanum & Barberinianum; item alia duo recentius excuſa tomo* 3 *Anecdotorum Martenæi & Durandi, nempe Autiſſiodorenſe & Turonenſe, in quibus diſerte ponitur* depoſitio Monegundis, *vel* virginis *vel* ancillæ Dei. *Cur ab Adone prima Julii relata ſit, fugio pluribus quærere: diem obitus non notavit S. Gregorius, aſt à communi Martyrologorum conſenſu recedere non licet, uti nec à Romano moderno, cujus Kalendarium operis noſtri regula eſt. Ejus annuntiatio,* Turonis, depoſitio ſanctæ Monegundis religioſæ feminæ, *ex Uſuardo profluxit, evitato recte virginis titulo. De quo etiam in obſervatione noſtra Uſuardina ſatis dictum eſt. Siquis nihilominus virgines appellari poſſe contendat viduas ſanctimoniales, ut alicubi obſervat Ruinartius, de voce non litigabimus: ſatis indubitatum credimus, terminum virginis apud Dialecticos de viduis quantumvis ſanctis & monialibus numquam univocè prædicatum iri. Hactenus de S. Monegunde, ejus vita, cultu & reliquiis in urbe patria Turonenſi, unde monumenta alia obtinere non licuit; ſupereſt ut de ejuſdem Sanctæ reliquiis & ſolenniſſimo apud Belgas Chimacenſes cultu, nonnullæ ſubjiciamus.*

F

Reliquiæ in Belgio.

De aliis locis in Belgio id ſolum novimus, Sanctæ noſtræ reliquias anno 1559 *fuiſſe in eccleſia parochiali Bocholtz, ducatus Luxemburgenſis prope Gouy, quæ utrum adhuc ibidem exſtent, ignoramus. Sit interim*

§ II Re-

A

§ II. Reliquiæ & cultus Chimaci in Belgio.

Ecclesiæ collegiatæ Chimacensis patrona est ;

CHimacum *Hannoniæ oppidum est, principatus titulo nobile, collegiatam ecclesiam habens, cujus primaria patrona S. Monegundis à pluribus seculis solenni cultu ibi honorata fuit. Venerationis initia non norunt Chimacenses ipsi, nec illud inquirere nobis intregrum: occasione sacrarum reliquiarum eò delatarum incepisse non dubito, ast æque incertum est, quo tempore ipsas obtinuerint. Ceterum satis verosimiliter conjicere licet, prius tempore Chimacum accessisse prædictas Sanctæ nostræ reliquias, quam alias S. Priscæ, cujus corpus, aut saltem corporis partem*, Româ attulisse Joannem Comitem Suessionensem, Dominum Chimaci, *mortuum* anno MCCLXXXII, *testatur inscriptio sepulcralis, quæ hodiedum in medio chori visitur, de qua etiam egit Bollandus tomo 2 Januarii pag.* 184, *num.* 14 ; *cum enim S. Prisca, non nisi ut secundaria patrona recolatur, dicendum omnino videtur, B. Monegundem antiquiori cultu ibi gavisam fuisse. In officio, anno* 1621 *Duaci impresso, quod infra totum producemus, pingitur habitu monialis, abbatissæ in morem, pedum manu tenens, & dæmonem, cujus collo catena in-*

B *serta est, pedibus proterens ; forte quod ità Turonibus repræsentari audivissent Chimacenses, de quo nihil reperio, quod satis tuto tradi possit.*

sed ejus reliquiis an. 1553 direptis ,

9 *Certiora sunt, quæ jam ferme à seculo disquisita & scripta in nostro Museo inveni, in gratiam, ni fallor, nostri Joannis Bollandi, utentis opera amici sui R. D. Thomæ Luytens, tunc monachi, postea abbatis Lætiensis, cui præfationem suam generalem inscripsit. Quæsiverat præfatus Luytens ex R. D. Uberto le Febvre pastore Chimacensi, quid reliquiarum in sua ecclesia supereesset ; cui hic ita respondet feriis B. Martini episcopi* 1634. Pro secundo, pari die & clade (*intelligit luctuosum excidium Chimacense anni* 1552) perierunt sacræ reliquiæ B. Monegundis, patronæ nostræ primariæ, quæ in antiquissimis breviariis titulo Electæ honoratur : nec quidquam illius habemus, nisi quod interventu R. adm. D. abbatis Alnensis, accepimus unam parvam particulam ex monasterio Bonifontis in Fran-

C cia Ord. Cistercienſis, quæ ibi cum variis aliis reliquiis asservabatur, sub titulo B. Monegundis Virginis in antiquo pergameno. Quam particulam, tanto favore habitam, DD. Capitulares solennissima processione die XXVII Julii anno 1631 intulerunt in ecclesiam nostram, ubi reposita est in capsula satis magna lignea, partim deaurata, partim serico vestita, auro intertexto, quam in memoriam antiqui illius loculi, de quo Molanus, circumferunt in processionibus duo DD. Canonici, & à populo, magna celebritate honorantur.

quod videtur ignorasse Molanus ,

10 *Scripserat Molanus, vel quisquis Natales ejus collegit & edidit, ad* 11 *Julii in hunc modum :* Turonis depositio S. Monegundis viduæ; cujus historiam sanctus Gregorius Turonicus Episcopus descripsit. Natale ejus tamquam festum solenne Chimaci celebratur secunda Julii, postposito festo Visitationis Mariæ, eo quod collegiata dictæ urbis ecclesia consecrata sit in honorem divæ Monegundis ejusque reliquiis exornata fuerit, quas duo canonici in solennibus processionibus circumferre solent in loculo argenteo deaurato; *in appendice ad officium Chimacense additur ;* confluente ad dictam solen- AUCTORE
nitatem magna vicinarum gentium frequentia, J. B. S.
ad osculum, ut vulgo fertur, catenæ S. Monegundis, concessis desuper magnis indulgentiis. *Satis mirum est, non sciviſſe Molanum, quod loculus ille argenteus periisset in prædicta direptione, de qua hoc etiam monet laudatus le Febvre :* Anno illo luctuoso MDLII in generali excidio urbis Chimacensis, cum omnia ferro & flamma vastarentur, notavit quidam honestus civis, probus & capituli bastonarius, direptores sacrorum loculorum, reliquias in ignem mittere ; quas ille mediis ab ignibus eripuit, & obtulit postmodum DD. capitularibus, fumo & igne nigricantes, quas dicti DD. adhuc servant, sed quia non fuit tum adjuratus ille civis, nec res satis expressa, nesciunt quo honore possint illa ossa taliter erepta honorare. *Hactenus verba D. le Febvre : quibus adde, quæ habentur in citato nuper Officio, nempe tum* S. Monegundis, *tum S. Priscæ reliquias* periisse anno *illo* 1552, die 20 Julii, Francis urbem conflagrantibus, sub Henrico II Rege Francorum ibidem præsente. Nec quidquam aliud habet ecclesia Chimacensis, quam habuisse sacras reliquias. *Intellige antiquas illas, nam alias prioribus substitutas, mox docebimus.* E

aliæ ex Bonofonte acceptæ & substitutæ sunt ,

11 *Plura ad elucidationem totius rei contulit atque ad laudatum D. Luytens transmisit R. D. Joannes Coppæus, Chimacensis ecclesiæ canonicus & notarius Apostolicus, instrumenta nonnulla authentica subministrans, quæ abs re non erit hîc subjicere, aut saltem ex iis aliqua delibare. In epistola gallica data* XXIV *Novembris supradicti anni* 1634 *narrat, qua ratione à Bonifontensibus S.* Monegundis *reliquias impetraverit, easque ab Ordinario Leodiensi approbatas publicæ veneration exponi curaverit, unà cum illis, quas incendio ereptas jam diximus : sic tamen, ut hæ postremæ seorsim conjunctæ fuerint, appositæ inscriptione, qua dubia earum fides indicatur. Quærit deinde Coppæus, utrum verisimile dici non possit, Bonifontenses reliquias suas olim accepisse ab eodem Chimacensi Domino, qui alteras illas ecclesiæ suæ collegiatæ Turonibus obtinuerit. Verum id nimis fortasse curiosè, certe non satis fundate : maluissem ego, invenire potuisset, quisnam Chimacensis Dominus, & quo præsertim tempore, prædictas reliquias Turonibus Chimacum detulisset,* F *quod nec fecit, nec facere potuit. Interim, quæ ab ipso accepta sunt, juverit hîc subjungere, tamquam monumenta minime dubia, quo S.* Monegundis *reliquiæ hodiedum Chimaci existant & solita pietate honorentur. Incipio ab authentico instrumento traditionis, quod ita sonat :*

ut docet instrumentum donationis ,

12 Reverende Domine Decane, venerabiles Domini, ecclesiæ collegiatæ Chimacensis Canonici. Divorum cum Christo in cælis regnantium sacras reliquias, fontes esse salutares, quibus multa hominibus præstet Deus beneficia, piæ Catholicorum mentes persuasum semper habuere, & Patres orthodoxi in secunda Synodo Nicæna congregati, expressa definitione docuere. Proinde eo gratior nobis fuit vestra petitio, qua beatæ Monegundis, vestræ Chimacensis ecclesiæ collegiatæ patronæ, reliquias, quæ in nostra ecclesia servabantur, vobis transmitti supplicastis, quo certiores facti sumus, vos non alio fine hunc tantum thesaurum (ut vestris utar verbis) quam pietatis atque devotionis fidelium Christi erga Sanctos excitandæ causâ, postulasse.

Vobis

AUCTORE J. B. S.

Vobis igitur prædictæ beatæ Monegundis reliquias, reſervata ſolum nobis parte earum exigua, per R. D. Dominum Joannem Coppæum, Notarium Apoſtolicum, ac veſtræ eccleſiæ Canonicum, quem ob hoc ad nos ſpecialiter delegaſtis, mittimus. Ac ne cujuſquam fides circa eas vacillet; ſcitote, illas ab omni tempore immemoriali, tamquam ſacras reliquias in inſigni illa capſa, intus omnino deaurata, quæ ſupra maximum noſtrum altare poſita eſt, ac ſolennioribus feſtis aperitur, fuiſſe cum debito cultu publicè expoſitas, à populo venerandas. Erat autem theſaurus ille burſa acupicta contentus, una cum aliis plurimis Virginum ac ſanctarum feminarum oſſibus ſeu reliquiis, quarum nomina invenimus deſcripta in membrana, ori prædictæ burſæ ſeu ſacculi alligatâ. Intra eamdem burſam linteolo involutas ac ligatas beatæ Monegundis ſacras reliquias reperimus, atque ab aliis diſtinctas & ſeparatas: ligamini autem prædicti linteoli annexus erat hîc titulus in membrana deſcriptus: BEATÆ MONEGUNDIS VIRGINIS. Erat autem ipſum nomen beatæ Monegundis in utroque titulo omnibus ſuis litteris exaratum.

B & approbationis ab Epiſcopo Leodienſi.

13 *Ex his patet, unde hodiernas ſuas reliquias acceperint Chimacenſes. Epiſtola data eſt* XV *Junii, die ſanctiſſimæ Trinitatis ſacra, anno* 1631, *cum appenſione majoris ſigilli &c. quæ eo ſolum ſpectant, ut probetur veritas donationis. Subſcribit inſtrumento* F. Bertrandus Tiſſier S. T. D. monaſterii Bonifontis indignus Prior, *ſuo & totius conventus ejuſdem eccleſiæ nomine. Subjungitur inſtrumentum aliud Ferdinandi Archiepiſcopi Colonienſis Electoris & Epiſcopi Leodienſis, quo relatis occaſione & modo, quibus jam dictæ reliquiæ obtentæ fuerant, teſtatur Ordinarius, pro parte Decani & Canonicorum eccleſiæ oppidi Chimacenſis, ſibi* fuiſſe humiliter ſupplicatum, quatenus eiſdem dictas reliquias exponendi facultatem concedere dignaretur. Nos igitur, *inquit*, eorum piæ petitioni annuere volentes, auctoritate noſtra epiſcopali ordinaria, ſeu aliàs nobis quomodolibet attributa, eiſdem Decano & canonicis eorumque ſucceſſoribus, prædictas S. Monegundis reliquias, in eccleſia prædicta Chimacenſi publicæ venerationi populo Chriſtiano exponendi, licentiam tenore præſentium concedimus & impertimur facultatem.

C In quorum fidem præſentes per Vicarium noſtrum in ſpiritualibus generalem ſubſcriptas, ſigillo noſtro, quo in talibus utimur, communiri mandavimus. Datum in civitate noſtra Leodienſi anno à nativitate Domini 1631, menſis Julii die XII. *Subſignat* Jo. à Chohier Vicarius Leodienſis. *Concordantiam teſtatur Coppæus notarius Apoſtol. cum teſtibus.*

Feſtum S. Monegundis pridem ſolenne fuiſſe,

14 *Idem ipſe aliud diploma ſubjunxit, ex quo antiquior* S. Monegundis *cultus Chimaci exhibitus, egregie confirmatur, aliaque eò ſpectantia memorantur, quæ ex apographo noſtro deſcribenda cenſui. Ita habet:* Joannes Dei gratia Epiſcopus Leodienſis, univerſis & ſingulis, præſentes viſuris ſeu audituris, ſalutem in Domino. Vota fidelium, illa præſertim, per quæ divini cultûs ſuccedit augmentum & animarum ſaluti commodius conſulitur, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Sane pro parte dilecti nobis in Chriſto nobilis viri Joannis de Croy militis, Domini temporalis loci de Chimay, noſtræ diœceſis, exhibita petitio continebat, quod Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, D. noſter Nicolaus Papa ex legitimis cauſis, in litteris ſuis Apoſtolicis latius expreſſis & nobis præſentatis, ad complementum ſtructuræ eccleſiæ collegiatæ loci prædicti, nuper igne (prô dolor!) conſumptæ, & in qua ſanctarum Moldegundis & Priſcæ virginum corpora condecenti honore frequentantur, Chriſti fidelibus, in ſingulis feſtivitatibus earumdem virginum pro ſtructura hujuſmodi manum ibidem porrigentibus, ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, ex omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate miſericorditer relaxavit. D

15 Inſuper Decano ipſius eccleſiæ, pro tempore exiſtenti, ac quatuor aliis diſcretis & idoneis presbyteris, per Decanum deputandis, prædictorum Chriſti fidelium confeſſiones, durantibus feſtivitatibus antefatis, audiendi ipſoſque de ſingulis peccatis, criminibus, delictis & exceſſibus, de quibus ore confeſſi fuerint & corde contriti, dummodo talia non eſſent, propter quæ Sedes Apoſtolica foret merito conſulenda, abſolvendi pœnitentiamque ſalutarem eiſdem injungendi, liberam & perpetuam Apoſtolica auctoritate concedentes facultatem. Cum autem, ut eadem petitio ſubjungebat, quotannis ex more populi loci antedicti, feſtum S. Moldegundis virginis ſolenniter ibidem celebrari conſuevit, id fuit ſine eo, quod feſtum S. Priſcæ virginis in populo conſueverit hactenus ſolenniter celebrari. Quare pro parte nobilis Joannis de Croy ſupradicti, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus litteras Apoſtolicas hujuſmodi, per noſtros ſubditos deſuper requirentes, publicari mandaremus, atque dicta feſta ſanctarum Moldegundis & Priſcæ Virginum, in ſingulis eccleſiis parochialibus dominii temporalis loci de Chimay prædicti, per populum ipſius dominii ſolenniter celebranda proclamari. E *oſtenditur ex diplomate*

16 Nos igitur hujuſmodi ſupplicatione inclinati, ſupradictas litteras Apoſtolicas, per presbyteros parochialium eccleſiarum nobis ſubditos, ſaltem deſuper requirendos, in faciebus eccleſiarum ſuarum publicari, & inſuper, contemplatione tanti ſpiritualis & apoſtolici theſauri, in dictis feſtis ibidem adipiſcendi, hujuſmodi feſta ſanctarum Moldegundis & Priſcæ virginum prædictarum, in ſingulis eccleſiis parochialibus dominii temporalis loci de Chimay prædicti, per populum ipſius dominii ſolenniter, ita quod, nedum à peccatis, ſed & ab omni opere mechanico, penitus in eiſdem ceſſet & abſtineat, celebranda, per presbyteros parochiales eccleſiarum parochialium ejuſmodi dominii, proxima Dominica hujuſmodi feſta præcedente, proclamari, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius præcipimus & mandamus. Et nihilominus, de omnipotentis Dei miſericordia, ac ſanctæ Mariæ Virginis glorioſiſſimæ & ſancti Lamberti Martyris, patronorum noſtrorum patrociniis confiſi, antedictis Chriſti fidelibus confeſſis & contritis, quatenus noſtræ diœceſis exſtiterint, quadraginta dies indulgentiarum, de injunctis eis pœnitentiis, miſericorditer in Domino ſimiliter relaxamus. *Datæ ſunt litteræ anno à nativitate Domini* 1452 *menſis Aprilis die ultima.* F *Joannis Ep. Leodienſis anni* 1452.

17 *Ultimum Coppæi inſtrumentum nos docet, tem-*

A *templum S. Monegundis necdum integrè reſtauratum fuiſſe anno* 1498, *cum eo tempore novæ ad iſtum finem gratiæ accеſſerint, factæ à tribus S. R. E. Cardinalibus, nimirum Raymundo tituli S. Vitalis, Gurcenſi Epiſcopo, Guillermo tituli ſanctæ Potentianæ, Archiepiſcopo & duce Remenſi, & Philippo de Lucemburgo tituli ſanctorum Petri & Marcellini, Epiſcopo Cenomanenſi, qui* devote requiſiti *à Joanne Girard, Capellano Chimacenſis eccleſiæ, ejuſque ſupplicationibus inclinati, ita loquuntur:* Æternæ mercedis particeps efficitur, qui ſe bonorum operum conſtituit promotorem. Cupientes igitur, ut eccleſia collegiata ſanctarum Monegundis electæ & Priſcæ virginis de Cymaco, Leodienſis diœceſis, congruis frequentetur honoribus, & à Chriſti fidelibus jugiter veneretur, nec non in ſuis ſtructuris & ædificiis debitè reparetur, conſervetur ac manuteneatur, libris quoque, calicibus, luminaribus aliiſque ornamentis eccleſiaſticis, divino cultui neceſſariis, decenter muniatur, in eaque cultus augmentetur divinus, & ut Chriſti fideles ipſi eò libentius devotionis causâ ad eamdem confluant, & ad reperationem, conſervationem & ornamentorum fulcimentum manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem, dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe fore refectos. *His præmiſſis, ſequitur ipſa Indulgentiarum conceſſio.*

Indulgentiæ à tribus Cardinalibus

B

18 Nos & quilibet noſtrûm, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriuſque ſexûs Chriſti fidelibus præfatis, verè pœnitentibus & confeſſis, qui dictam eccleſiam in ſingulis earumdem Sanctarum Monegundis electæ, & Priſcæ virginis, Converſionis S. Pauli, Dominicæ in Ramis palmarum, necnon Dedicationis ipſius eccleſiæ feſtivitatibus & diebus, à primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas incluſivè, devote viſitaverint annuatim, ac ad reparationem, conſervationem, manutentionem & ornamentorum hujuſmodi fulcimentum, manus, ut præfertur, porrexerint adjutrices, pro ſingulis feſtivitatibus & diebus jam dictis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; præſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem &c. Datum Remis ſub anno à nativitate MCCCCXCVIII die vero XXVIII menſis Maii, pontificatûs SS. in Chriſto Patris ac Domini noſtri, D. Alexandri, divina providentia Papæ VI, anno ſexto.

conceſſæ anno 1498.

C

19 *Hactenus monumenta Chimacenſia, ex quibus de vetuſto S. Monegundis ibidem cultu, de ejuſdem reliquiis ibi etiam pridem aſſervatis, de earum amiſſione aliarumque ſubſtitutione, de ſolenni feſtivitate à populo celebrari ſolita, ea diximus, quæ inde accipi potuere, quemadmodum priori paragrapho Turonenſia relata ſunt, quibus cum quod addamus, nihil ſuperſit, ſubjungenda hic vita de qua num.* 1 *actum eſt, ex Surii editione, quam, cum aliis collatam, prætulimus, tametſi variantes lectiones non tanti momenti viſæ ſint, ut ex annotatis abunde patebit: poſt quæ ex laudato S. Gregorio ſubſequetur caput* XXIV *de Gloria Confeſſorum; ac demum Officium proprium Chimacenſe* B. Monegundis religioſæ feminæ, decantari ſolitum in eccleſia collegiata exempta oppidi Chimacenſis, Leodienſis diœceſis, excerptum ex vetuſtis ejuſdem eccleſiæ manuſcriptis; *Duaci excuſum typis Petri Auroy, ſub Pelicano aureo* MDCXXI.

Dantur vita & officium.

AUCTORE J. B. S.

VITA

Auctore S. Gregorio Turonen. Epiſcopo, lib. De vita Patrum cap. 19. *Ex editione Surii collata cum aliis editionibus.*

INſignia divinorum beneficiorum charismata, quæ humano generi cælitus ſunt indulta, nec ſenſu concipi, verbis proferri *a*, nec ſcripturis poterunt comprehendi, cum ipſe Salvator mundi, ab illo rudis ſeculi exordio, Patriachis ſe præſtat videri, Prophetis annunciari, ad extremum ſemper Virginis intactæque Mariæ dignetur utero, ſuſcipi, & præpotens immortaliſque creator, mortalis carnis patitur amictu veſtiri, mortem pro hominis, ob peccatum *b* mortui, reparatione adire, victorque reſurgere. Qui nos gravium facinorum ſpiculis ſauciatos, ac latronum inſidiantium vulneribus affectos, infuſo meri oleique liquore, ad ſtabulum medicinæ cæleſtis, id eſt, Eccleſiæ ſanctæ dogma perduxit: qui nos exemplis Sanctorum vivere, inceſſabili præceptionis ſuæ munere cohortatur, nobiſque non modo viros, ſed ipſum etiam inferiorem ſexum, non ſegniter, ſed viriliter agonizantium *c* præbet exemplum: quæ non ſolùm viris legitimè decertantibus, verum etiam feminis, in his præliis favorabiliter deſudantibus, ſiderea regna confert: ſicut beatæ Monegundi *d*, quæ relicto genitali ſolo, tamquam regina prudens, quæ audire ſapientiam Salomonis adivit *e*, beati Martini baſilicam, ut ejus miracula quotidianis momentis miraretur, expetiit, hauriretque de fonte ſacerdotali, quo poſſet auditum nemoris paradiſiaci recludere.

Beneficia Dei immenſa.

a

b Luc. 10. E

c

d 3 Reg. 10. *e*

2 Igitur beatiſſima Monegundis, Carnotenæ urbis indigena, parentum ad votum copulata conjugio, duas filias habuit, ſuper quibus valde gaviſa lætabatur, dicens: Quia propagavit Deus generationem meam, ut mihi duæ filiæ naſcerentur. Sed hoc mundiale gaudium intercepit *f* ſeculi hujus amaritudo, cum puellæ, modica febre pulſatæ, metam naturæ debitam concluſerant. Ex hoc genitrix mœſta deplorans, orbatamque ſe lugens, non diebus, non noctibus à fletu ceſſabat, quam non vir, non amicus, non ullus propinquorum poterat conſolari. Tandem vero *g* in ſe converſa, ait: Si nullam conſolationem de obitu filiarum capio, vereor ne ob hoc lædam Dominum meum Jeſum Chriſtum. Sed nunc hæc lamenta linquens, cum beato Job conſolata, decantabo *h*: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut *i* Domino placuit, ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum. Et hæc dicens, exuta veſte lugubri, juſſit ſibi cellulam parvulam præparari, in qua tantummodo feneſtellam, per quam modicum lumen poſſet cernere, præcepit aptari: ibique contempto mundi ambitu, ſpreto viri conſortio, ſoli Deo, in quo erat confiſa, vacabat.

S. Monegundis patria.

F

f

g

Job 1. *q* *i*

Artiſſime incluſa

Ex Greg. Turon. cabat : *k* fundensque orationem pro suis ac populi delictis, habens puellulam unam, cujus ei famulatu ministrabatur aquæ necessitas ; accipiebat etiam farinam hordeaceam, infusosque lymphis cineres *l* diligenter colans, ex ea aqua mixturam massæ conficiebat, formatosque propriis manibus panes ipsa coquens, post longa jejunia reficiebatur. Reliquum domûs suæ cibum pauperibus dispensabat.

jejuniis sese macerat.

3 Factum est autem quadam die, ut memorata puella, quæ ei consueverat famulari, & credo, inimici astu seducta, cui semper bonis injurias irrogare mos est, se ab ejus famulatu subtraheret, dicens : Non potero ego cum hac domina permanere, quæ in tali abstinentia commoratur : sed potiùs utar seculo, ac cibum potumque in abundantia sumam. Quintus autem jam fluxerat abscessionis ejus dies, quod *m* hæc Religiosa neque farinam consuetam, neque aquam acceperat, sed perstabat immobilis, & fixa manens in Christo, in quo quisque *n* locatus vel fundatus, nec venti turbine, nec fluctuum impulsione dilabitur : nec enim sibi illa de mortali cibo vitam, sed de verbo Dei (sicut scriptum est) putabat inferri, commemorans illud sapientiæ Salomoniacæ proverbium : Quia non necabit Dominus fame animam justi, & illud : Quia justus ex fide vivit. Sed quoniam corpus humanum absque esu terreno sustentari nequit, prostrata in orationem *o*, petiit, ut qui manna populo esurienti de cælo, lymphasque sitienti produxit è saxo, ipse quoque alimentum, quo parumper corpusculum fessum confortaretur, dignaretur indulgere. Protinusque ad ejus orationem nix de cælo decidua humum operuit. Quod illa cum gratiarum actione cernens, educta manu per fenestram, quod circa parietem erat, ex ipsa nive collegit, de qua aquam exprimens, panem solitum *p* formavit, quo usque ad alios quinque dies victum corporeum ministravit.

m *n* B Proverb. 10. Habac. 2. *o* Exod. 16. Num. 20. *Cælitus accipit aquam.* *p*

q Sanat cæcam,

4 Habebat autem *q* contiguum cellulæ parvulum viridarium, in quod pro quadam relevatione prodire erat solita. In illud igitur cum ingressa esset, intuens herbas loci ac deambulans ; mulier, quæ triticum supra tectum suum siccandum posuerat, quasi de eminentiori loco, curis oppleta mundanis, importune prospexit, moxque oculis clausis lumine caruit. Cognoscens autem reatum suum, ad eam accedit, rem, ut gesta fuerat, pandens. At illa dejiciens se in orationem, ait : Væ mihi, quia pro parvitatis meæ persona peccatrice, aliorum clausi sunt oculi. Et consummata oratione, imposuit manum mulieri. Confestim autem, ut signum Crucis expressit, mulier visum recepit. Homo *r* ex pago illo, qui olim auditum perdiderat, ad hanc cellulam devotus advenit, pro quo deprecati sunt parentes ejus, ut ei manus hæc Benedicta dignaretur imponere. Sed illa indignam se proclamans, per quam Christus operari dignaretur, solo prostrata, & quasi ipsa Dominicorum pedum vestigia lambens humiliter, pro eo divinam clementiam supplicavit : illaque adhuc solo decumbente, aures surdi apertæ sunt, rediitque ad domum propriam, mœrore ablato, cum gaudio.

C

item surdum,

f item puellam à pustulâ.

5 His signis glorificata inter suos *f*, ne vanæ gloriæ lapsum incurreret, sancti Martini Antistitis basilicam, relicto conjuge cum familia & omni domo sua, fideliter expetivit. Cumque iter cœptum carperet, venit ad vicum urbis Turonicæ, cui nomen est Evena, in quo *s* Medardi Suessionici confessoris reliquiæ continentur, cujus & vigiliæ ea nocte celebrabantur. Ibi *u* igitur illa attente excubans in oratione, hora debita cum reliquo populo ad Missarum accessit solennia. Quæ dum à sacerdotibus Dei celebrarentur *w*, advenit quædam puella pustulæ malæ veneno conflata, prociditque ad pedes ejus, dicens : Subveni mihi, quia mors iniqua vitam conatur eripere. At illa more solito in oratione prostrata, supplicavit pro ea Deo omnium creatori, erectaque, signum Crucis imposuit : sicque in quatuor partes vulnere excrepante, puellam, pure decurrente, mors importuna reliquit.

D *s* *u* *w*

Aliud miraculum.

6 Post hæc ad basilicam sancti Martini Monegundis beata pervenit, ibique prostrata coram sepulcro gratias agens, quod tumulum sanctum oculis propriis contemplari meruerat, in cellula parva consistens, quotidie orationi ac jejuniis vigiliisque vacabat. Sed nec ille locus ab ejus virtute fuit inglorius. Nam viduæ cujusdam filia manus contractas detulit, cui *x* ut illa exorata signum salutis imposuit, manibus suis digitos puellæ contrectare cœpit. Extensis vero digitis, nervisque directis, volas laxavit incolumes. Dum autem hæc agerentur, auditâ vir illius famâ Beatæ, convocans amicos vicinosque suos, perrexit post eam, ac reduxit ad propria, & eam in cellulam, in qua prius habitaverat, intromisit. At illa non cessabat ab opere, quo consueverat, sed exercebatur in jejuniis & obsecrationibus, ut tandem locum, in quo habitare desiderabat, posset acquirere. Inchoat iterum iter desideratum, implorans beati Martini auxilium, ut qui dederat desiderium, tribueret & affectum perveniendi ad basilicam. Revertitur ad cellulam illam, in qua prius fuerat commorata, in eaque perstitit inconcussa : nec enim est amplius à viro suo quæsita. Ibi vero *y* paucas colligens monachas, cum fide integra & oratione degebat, non sumens panem nisi hordeaceum, non vinum, nisi parum in diebus festis, & hoc ipsum aqua nimia temperatum, nullum habens stratum fœni paleæque mollimen, nisi tantum illud, quod intextis junci virgulis fieri solet, quas vulgo mattas *z* vocant. Hoc superponebat formulæ, hoc solo supersternebat, hoc erat quotidianum scamnum, hoc culcitra, hoc plumella, hoc erat stragulum, hoc omnis lectuli commoditas ; sic docens eadem facere, quas secum adscivit. Ibique in Dei laudibus degens, multis infirmis, oratione facta, salutaria impartiebat medicamenta.

E *x* *y* *Duritia vitæ ejus.* F *z*

Salivâ suâ sanat puellam Joan. 9.

7 Mulier quædam filiam suam exhibuit vulneribus plenam *aa*, & pus eadem genuerant. Tunc illa, facta oratione, salivam ex ore suscipiens, vulnera sæva perunxit, puellamque reddidit sanam, opitulante ejus virtute, qui cæci nati oculos sputo formavit. Puer verò incola loci, maleficium in potione hausit, de quo, ut asserunt, serpentes generati in intraneis, magnum dolorem suis morsibus excitabant, ita ut nulla quiescendi mora vel in modicum momentum indulgeretur : sed neque cibum aut potum capere poterat : & si quando *bb.* aliquid accipiebat, protinus rejiciebat. Hic adductus ad beatam feminam, petiit, se ejus virtute

a a *b b*

A virtute mundari. Cumque illa reclamaret, indignam se esse, quæ hæc agere posset, implicita precatu suorum, ventrem pueri palpabat, palma demulcens, sensitque ibi anguium venenatorum nequitiam latitare. Tunc accepto pampini viridis folio, saliva linivit, fixitque super eum Crucis beatæ signaculum. Quo posito super alvum juvenculi, dolore paulum sedato, obdormivit in scamno, qui olim doloribus insistentibus caruerat somno. Post unius vero horæ momentum consurgens, & ad purgandum ventrem egressus, pestiferæ generationis germen effudit, gratiasque referens ancillæ Dei, sanus abscessit.

Item puerum morbidum.

8 Alius vero puer paralytica ægritudine contractus, ante eam inter manus delatus est aliorum, deprecans à Beata sanari. At illa oratione prostrata, precem pro eo effudit ad Dominum. Consummata verò oratione consurgens, apprehensa manu pueri, erexit eum, sospitemque abire permisit. Mulier erat cæca, quæ adducta ad eam, deprecata est, ut ei manus imponeret. At illa respondit: Quid vobis & mihi, homines Dei? Nonne sanctus Martinus hîc habitat, qui quotidie illustrium opere virtutum refulget? Illuc accedite, ibi obsecrate, ut ipse vos visitare dignetur: nam ego peccatrix quid faciam? Illa verò in sua petitione perdurans, aiebat: Deus per omnes timentes nomen suum, quotidie opus exercet egregium: ideoque supplex ad te confugio, cui præstita est divinitus gratia curationum. Tunc commota Dei famula, luminibus sepultis manus imposuit: statimque reseratis cataractis, mundum latè patentem, quæ fuerat cæca, prospexit. Multisque etiam energumenis ad eam ingressis, ut manus imposuit, fugato hoste nequam, sospitatem restituit. Nec morabantur ex his curari, quos ad se Sancta permisisset accedere.

Item paralyticum.

B

Item cæcam restituit.

9 Jam autem tempus vocationis ejus appropinquabat, & defessa corpore solvebatur. Quod cum viderent sanctimoniales, quas secum habebat, flebant valde, dicentes: Et cui nos, mater sancta, relinquis? Vel cui commendas filias, quas in locum hunc pro Dei intuitu congregasti? At illa parumper lachrymans, ait: Si pacem sanctificationemque sequamini, Deus erit protectio vestra, habebitisque sanctum Martinum Antistitem pastorem magnum. Ego quoque non discedam à vobis: sed invocata, adero in medio charitatis vestræ. At illæ rogabant, dicentes: Venturi sunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem à te accipere: & quid faciemus, cum te non viderint esse superstitem? Confusæ enim eos foras emittemus, cum tuam faciem non contemplabimur. Rogamus autem, ut quia hæc ab oculis nostris absconditur, saltem digneris oleum salemque benedicere, de quo possimus ægrotis benedictionem flagitantibus ministrare. Tunc illa, benedicto oleo ac sale, tradidit eis: quæ suscipientes, diligentissimè servaverunt. Sicque beatissima obiit in pace, & sepulta est in ipsa cellula, multis se in posterum virtutibus repræsentans. Nam de memorata benedictione multi post ejus transitum ægroti incolumitatis beneficia sunt experti.

Benedicto sale & oleo,

C

sanctè moritur.

10 Bosonis denique diaconi pes unus à pustula mala intumuerat, ita ut gressum facere non valeret, deportatusque ad ejus templum, orationem fudit. Puellæ verò accipientes ex oleo memorato, quod Sancta reliquerat, posuerunt super pedem ejus, & extemplo aperto vulnere, defluente veneno, sanatus est. Cæcus quidam adductus ad ejus tumulum, in oratione prosternitur: irruente autem in eum sopore, obdormivit, apparuitque ei Beata, dicens: Indignam quidem me judico exæquari Sanctis, sed tamen unius hîc oculi recipies lumen: deinceps autem propera quantocius ad pedes beati Martini, & prosternere in compunctione animi coram eo, ipse enim tibi restituet alterius oculi visum. Expergefactus homo, unius oculi recepto lumine, abiit quò jussio impulit imperantis, ibique iterum obsecrans beati Confessoris virtutem, depulsa cæci oculi nocte, videns abscessit. Mutus etiam ad hunc Beatæ tumulum prostratus decubuit: qui in tantum fide compunctus est, ut rivis lachrymarum cellulæ inficeret pavimentum: qui consurgens, absoluta lingua virtute divina, regressus est. Alius denique mutus veniens & decumbens, corde tantum implorabat, & non voce solubili Beatæ feminæ auxilium, in cujus ore de memorata benedictione parte infusa, erumpente sanguine mixto cum pure, vocis officium meruit adipisci. Frigoriticus quoque accedens ad hoc monumentum, ut pallam tegentem attigit, restincta contagionis febre, convaluit. Contractus verò, Marcus nomine, manibus deportatus aliorum ad sepulcrum Beatæ, orationem diutissimè fudit: hora autem nona pedibus propriis stetit, domumque regressus est. Leodinus puer cum in valetudinem gravem irruens, quarto ægrotaret mense, & non solum gressuum, verum etiam jam ciborum usum, insistente febre nimia, perdidisset, ad ejus deportatus sepulcrum, præmortuus, accepta salute, surrexit è tumulo redivivus. Quid de frigoriticis reliquis loquar, cum plerisque hoc fuerit beneficium remedii, dum pallam tumuli sunt fideliter osculati? Quid etiam de energumenis? Qui adducti ad cellulam Beatæ, cum limen sanctum fuerint ingressi, integræ menti restituuntur. Nec enim moratur larva egredi è corpore, cum Sanctæ hujus senserit adesse virtutem, operante hoc Domino nostro Jesu Christo, qui timentibus nomen suum præmia largitur æterna.

Miracula varia ad ejus tumulum.

Ex Greg. Turonen.

E

F

ANNOTATA.

a *Sic antiqua editorum lectio, nec video præferendam recentiorem Ruinartii, in qua pro* proferri, *ponitur* effari.

b *Optima & vulgatissima lectio, in Ruinartiana est*, peccato mortui.

c *Ruinart.* agonizantem; *neutra constructio satis clara est.*

d *Ruinart.* beata Monegundis, *sed melius edita.*

e *Nihil opus erat in nova editione inserere*, ita hæc.

f *Recte*, intercepit; *in novissima*, prævenit.

g *Et hoc nitidius quam* tandemque.

h *In nova est* decantem.

i *Ruinartiana*, quomodo.

k *Eadem*, fundens orationem pro suis populique delictis *& paulo infra pleniori sensu*, cujus ei famulatu ministrabantur ea quæ necessitas exigebat.

l *Male in Ruinart.* ac diligenter; *uti & infra*, panes & ipsam coquens.

Ex Greg. Turon.

m *Ruinart.* quo

n *Eadem brevius ſed non rectius*, in quo quiſquam locatus, *omittens paulo inferius particulam* enim.

o *Hìc præferrem Ruinartianam*, in oratione.

p *Sic melius quam* ſolito.

q *Major hìc diverſitas lectionis* : Habebat enim contiguum cellulæ parvulum viridarium ; in illud autem, pro quadam relevatione, prodire erat ſolita. In quod ingreſſa, intuens. *Sic paulo infra*, remque ut geſta fuerat *&c.*

r *Ruinart.* Homo quidam ..... ad ejus cellulam, *& inferius* manum.

ſ *Eadem pro* ſuos, *legit* parentes, *& infra* & omni domo, *pro* vel omni domo.

t *Ruinart.* beati Medardi.

u *Bene*, ibi igitur : *Ruinart.* in quibus.

w *Sic* celebrarentur, *melius quam* celebrantur, puſtulæ *melius quam* puſulæ, *& infra optime* ſupplicavit, *male in nova*, ſuggeſſit.

x *Et hìc rectè edita*, cui ut illa : *Ruinart.* quæ ut, *infra omittens* vero *& pro* illius, *ponens* ejus, *ac*, obſecrationibuſque, *pro* & obſecrationibus.

y *Sic melius quam* ibique, *& infra melius* parum *quam* parumper, *melius* aqua nimia, *quam* nimio latice.

z *Ruinart. etiam* mattas, *ubi notat* Mattas lectum monachis aſſignatum à S. P. Benedicto. *Pro* ſupponebat, *legit* ſuperponens, *atque item* ſuperſternens *Ad* formulæ, *obſervandum*, *accipi hìc pro ſedili vel ſcamno. Infra*, *melius edita*, commoditas, *quam Ruinart* neceſſitudo.

a a *Aſſerit Ruinart. in Mss. legi*, &, ut quidam vocant, potæ hæc cauſa genuerat ; *malo conſtructionem noſtram*, *rectam & plenam.*

bb *Sic melius*, *quam* poſt diu. *Infra legit Ruinart.* precatu parentum, palpabat, demulcens, quod ponens, *aliæque diſcrepantes minutiæ occurrunt* ; fudit *pro* effudit : obſecramini *pro* obſecrate : Sanctimoniamque *pro* ſanctificationemque : ego quoque, *pro* nam & ego *&c.*

Ex libro De gloria Confeſſorum capite XXIV.

C

APud ipſam vero urbem Toronicam beata Monegundis obiit. Fuit autem ex Carnoteno territorio, quæ relinquens tam patriam quam parentes, ad hoc tantum Turonis expetiit, ut orationi vacarer : per quam Deus crebro miracula oſtendere eſt dignatus. Nam ſi quis puſtulam malam incurriſſet, & ad eam veniens, oratione precabatur : confeſtimque illa proſternebatur ad ſupplicandum Dominum, & colligens folia cujuſlibet oleris aut pomi, ſaliva inliniebat, facienſque crucem ſuper ulcus imponebat folium ; confeſtimque ita omne venenum evaneſcebat, ut nihil dignum leti ægrotus ultra perferret. Quartanariis quoque & gulam dolentibus, data benedicta aqua, ſæpius medebatur. Ad cujus nunc ſepulcrum aſſidue infirmi confluunt, & ſanantur. Nam quanti frigora paſſi, quanti à puſtulis malis veneno incraſſante præmortui, quanti à dyſenteria ibi ſunt ſanati, viritim non poteſt explicari. Sed quoniam multa ex his in libro, quem de ejus vita conſcripſimus, memoravimus ; quæ deinceps geſta ſunt, tacere nequivimus. Probati archidiaconi noſtri famula graviter à quartano typo quatiebatur, & jam prope annum in hac febre ægrotabat ; quæ inter manus parentum depoſita ſuper tumulum ſanctum, domum incolumis eſt relata. D

OFFICIUM
B. MONEGUNDIS
RELIGIOSÆ FEMINÆ,
Patronæ Eccleſiæ Collegiatæ exemptæ, ac totius oppidi Chimacenſis

AD Veſperas. Antiphona. Sancta Monegundis, Deo devota famula, Regem poſce tonantem, ut noſtri miſereatur ſolita pietate. *Pſalmus.* Dixit Dominus.

Antiphona. Alma Monegundis famulorum vota tuorum ſuſcipe noſtra, rogans Dominum, ut crimina laxet, inque tuæ vitæ mereamur ſorte manere. *Pſalmus.* Laudate pueri.

Antiph. Beata namque Monegundis, cujus hodie celebramus ſolemnia, fragili in corpore mundi illecebras, gratia Dei concedente, fortiter ſuperavit. *Pſalmus.* Lætatus ſum. E

Antiph. Monegundis perfuſa dixit lacrymis, mi Jeſu Chriſte, permitte me ſimul gaudere cum Sanctis tuis. *Pſalmus.* Niſi Dñs.

Antip. Migravit de mundo beata Monegundis, vidit Angelum Domini, & gloriam ſanctam Dei Patris, & acceſſerunt Angeli, & ſuſceperunt animam ejus. *Pſalmus.* Lauda Jeruſ.

Capitulum. Proverb. 21. Mulierem fortem quis inveniet ? Procul & de ultimis finibus pretium ejus : confidit in ea cor viri, & ſpoliis non indigebit. Deo gratias.

Hymnus. Decantemus lætabundis vocibus præconia.

Sacroſanctæ Monegundis, ad cujus veſtigia,
Maris mundi pulſis undis, ſequamur cæleſtia.
Sicut aurum depuravit fornacis aduſtio,
Sic hanc Sanctam expurgavit fidei devotio,
Et beatam comprobavit præclara religio.
Creaturam dum perpendit omnem tranſitoriam,
Hujus mundi parvipendit vaneſcentem gloriam,
Ad hunc toto corde tendit, qui dat reis veniam.
Non mariti copioſa rerum abundantia,
Nec parentum generoſa movetur proſapia, F
Plus eſt ei pretioſa carnis abſtinentia.
Ergo clauſa ſtricta cella mundi faſtus abdicat,
Contra carnis, mundi bella, hoſtis quoque dimicat,
Ne mergatur in procella Chriſto ſeſe dedicat.
Deo ſupplex famulatur precibus, jejuniis,
Victu gravi cruciatur, Sanctus in anguſtiis
Hanc Martinus conſolatur hoſtis pro inſidiis.
Cumque corpus inanivit pro placenti ferculo,
Hordei ex pane vivit, laticis & poculo,
Quare Deus inſignivit hanc multo miraculo.
Hujus opem imploremus atque patrocinia,
Cordis ei præſentemus & oris obſequia,
Ut cum ipſa collocemur in cæleſti curia. Amen.

Verſus. Ora pro nobis Beata Monegundis,
Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Antiph. ad Magnificat. Regnum mundi, & omnem ornatum ſeculi contempſit Beata Monegundis propter amorem Domini noſtri Jeſu

A Jesu Christi, quem amavit, in quem credidit, quem dilexit.

Collecta. Beatissimæ Monegundis, quæsumus Domine, nos tuere præsidiis, atque ejus gloriosis provocati exemplis, cunctis mundialibus abrenunciemus illecebris. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium, &c.

2 *Ad Matutinum. Invitatorium.* Adoremus Christum Regem Sponsumque sanctarum virginum, qui beatam Monegundem collocavit inter choros Angelorum. Venite.

Hymnus. Mente nos læta, simul atque voce,
Et choro, vita quoque consonante,
Tu Monegundem, pie Christe, dignè
Da celebrare.
Carnis, hæc, mundi, spiritûs maligni
Bella devicit, duce castitate,
Spe poli tetro studuit domare
Corpus in antro.
Huic latex haustum dedit, atque pastum
Hordeum, stratum bene dura nata,
Ut beatorum sociata turmæ
Vivere posset.
Hujus obtentu Deus alme nostris
Parce jam culpis, vitia remittens,
Quò tibi puri resonemus almum
B Pectoris hymnum.
Gloria Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus, omni
Tempore secli. Amen.

In primo Nocturno. Antiphona. Beata Monegunde deprecante Dominum, aures surdæ apertæ sunt, & benedixit Dominum. *Psalmus.* Domine Dñs noster.

Antiph. Orationes ejus pervenerunt ad Dominum, ut ejus corpusculum confortaretur. *Psalmus.* Cæli enarrant.

Antiph. Famula Christi Monegundis, serviens Spiritui sancto, in cellula sola posita Domino orationibus vacabat. *Psalmus.* Domini est terra.

Versus. Specie tua & pulch. *Resp.* Intende &c.

Lectiones primi nocturni. Mulierem fortem quis inveniet? *De communi.*

Responsorium 1. Signis glorificata inter parentes, ne vanæ gloriæ lapsum incurreret, sancti Martini Antistitis limina, relicto conC juge cum familia & omni domo sua: Fideliter expetiit. *Versus.* Cælestibus animo inhiabat, & parvipendens terrestria, Beati Martini basilicam: Fideliter &c.

Resp. 2. Quid vobis & mihi, homines Dei, nonne sanctus Martinus hîc habitat, qui quotidie illustrium virtutum opere fulget? Illuc accedite, ibi obsecrate, ut ipse vos visitare dignetur. *Versus.* Nam ego peccatrix quid faciam? At illa in sua petitione perdurans, aiebat: Illuc accedite.

Resp. 3. Jam tempus vocationis ejus appropinquabat, & defessa corpore solvebatur: Quod cùm viderent sanctimoniales, quas secum habebat, flebant valde, dicentes. *Versus.* Et cui nos mater sancta relinquis, aut cui nos commendas filias, quas in loco isto pro Dei amore congregasti? Quod. Gloria Patri. Quod.

3 *In secundo Nocturno. Antiph.* Inchoat iterum iter desideratum, implorans beati Martini auxilium, ut qui dederat desiderium, tribueret effectum. *Psalmus.* Eructavit.

Antip. Post hæc ingressa basilicam beati Martini, revertitur in cellulam illam, in qua prius fuerat commorata, ex hoc perstitit inconcussa, nec est amplius à viro suo quæsita. *Psalmus.* Deus noster refug. Ex Offic. Chimac.

Antiph. Cùm jejunium perageret, numquam, nisi in vespere, aut in hebdomada media, plerumque etiam die septima cibum sumebat. *Psalmus.* Magnus Dominus.

Versus. Adjuvabit eam. ℟. Deus in med.

Lectiones secundi Nocturni. Ex beato Gregorio Turonensi Episcopo, lib. de vita Patrum *capitul.* 19. Beatissima Monegundis Carnotenæ urbis indigena, &c.

Resp. 4. Beata Monegundis Christi famula, spretis ex asse pompis, abdicatoque affectu conjugali, Tota mente sese contulit ad Christum. *Versus.* Cujus amore penetrabiliter debriata, cuncta despiciens terrena. Tota mente.

Resp. 5. Beata Monegundis intercede pro nobis, quia beata es, & coronam accepisti: Et perpetuò florebis sicut rosa in paradiso. *Versus.* Coronam invenisti & accepisti cum Angelis Dei. Et perpetuò florebis.

Resp. 6. Constans esto filia, & in virtute Dei permaneas, & ego te faciam videre sponsum tuum Christum: Qui propter tuum amorem sanguinem suum fudit.

Versus. Apparuit beatus Martinus, dicens, Beatæ Monegundi: Constans esto filia, in mente habe Deum tuum. Qui propter. Gloria. Qui propter.

4 *In tertio Nocturno. Antiph.* Tunc illa, benedicto oleo & sale, tradidit eis, quæ susciE pientes diligentissimè servaverunt. *Psalmus.* Cantate Domino. 1.

Antiph. Cæcus quidam adductus ad ejus tumulum, in oratione prosternitur; & apparuit ei, dicens: Indignam quidem me judico exæquari Sanctis, sed tamen hîc unius oculi recipies lumen. *Psal.* Dominus regnavit.

Antiph. A visione expergefactus homo, unius oculi recepto lumine, abiit quò jussio impulit imperantis, ibique iterum obsecrans beati Martini virtutem, gaudens & videns abscessit. *Psal.* Cantate 2.

Versus. Elegit eam Deus. ℟. In tabern.

Euangelium sancti Matthæi. Simile est Regnum cælorum thesauro. *Ut in communi non Virginum.*

Resp. 7. Beata Christi famula Monegundis F continuis jejuniis afflicta, post orationem ipsa propriis manibus formans panem: Reficiebat lassata membra. *Versus.* In oratione die nocteque perseverans, humilianque se coram factore. Reficiebat.

Resp. 8. Migrans de mundo Beata Monegundis, vidit Angelum Domini, & gloriam sanctam Dei Patris: Et accesserunt Angeli & susceperunt animam ejus. *Versus.* Cui nos mater sancta relinquis, aut cui nos commendas filias, quas in loco isto pro Dei amore congregasti? Et access. Gloria Patri. Et accesserunt.

5 *Ad Laudes Antiphona.* Beatissima Monegundis Carnotenensium urbis indigena, famula Christi devota, pervenit ad cælestia regna. *Psal.* Dominus reg.

Antiph. Homo quidam, qui olim auditum perdiderat, ad ejus cellulam devotus advenit, pro quo deprecati sunt parentes ejus, ut hæc

Ex Offic. Chimac. benedicta dignaretur ei manus imponere.

Antiph. Proſtrata Beata Monegundis coram ſepulchro Beati Martini, gratias agit Deo, quod propriis oculis videre meruit. *Pſal.* Deus Deus.

Antiph. Poſt orationem factam Beata Monegundis digitos puellæ reſtauravit in Domino. *Pſalmus.* Benedicite.

Antiph. Impoſita manu mulieri, beata Monegundis lumen impetravit ei à Domino Jeſu Chriſto. *Pſal.* Laudate Dominum, &c.

Capitulum. Mulierem fortem. *Ut ſuprà in primis Veſp.*

Hymnus. Decantemus lætabundis. *Ut in primis Veſp.*

Verſus. Ora pro nobis beata Monegundis.

Reſp. Ut digni efficiamur.

Antiph. Ad Benedictus. Cui nos mater ſancta relinquis, aut cui nos commendas filias, quas in loco iſto pro Dei amore congregaſti? Benedictus.

Collect. Beatiſſimæ Monegundis. *Ut in primis Veſp.* B

6 *Ad Tertiam. Antiph.* Homo quidam. *Capitulum.* Mulierem. D

Reſp. Breve. Specie tua. *Verſ.* Adjuvabit.

Ad Sextam. Antiph. Proſtrata. *Capitulum.* Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem: non timebit domui ſuæ à frigoribus nivis.

Reſp. breve. Adjuvabit. *Verſus.* Elegit eam.

Ad Nonam. Antiph. Impoſita. *Capit.* Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas: fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Dominum, ipſa laudabitur.

Reſp. breve. Elegit eam. *Verſus.* Diffuſa eſt.

Ad Veſperas. Antiphonæ de Laudibus. Pſalmi, Capitulum, Hymnus, & Verſ. ut in primis Veſperis.

Ad Magnificat. Antiph. Laudemus Dñm Deum noſtrum in B. Monegundis ſolemnitate, quæ in hac peregrinatione nuptias ſeculares contempſit, Jeſum ſponſum elegit, Alleluia. Magnificat.

DE S. OUDOCEO EPISC. CONF. E

LANDAVÆ IN ANGLIA.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

S. Oudocei natales, cultus ſacer, ſanctimonia, tempus vitæ ac mortis.

Anno DLXIV

NOn eſt cur primævam Landavæ in Anglia nomenclationem hîc altius repetam, aut deſcriptionem ejus in medium producam. Utrumque breviter præſtitit Bollandus in Comment. prævio S. Teliai, die IX *Feb. Parcè admodum & jejune in rebus* S. Oudocei *ſeu* Eudocei, *poſteritati commendandis, antiquorum ſcriptorum laboravit induſtria. Vix quidquam de illo ſcriptum reperire mihi licuit præter fragmenta paucula, quæ breviter delibata, rem noſtram utcumque elucidabunt. A ſtemmate ejus genealogico ſumatur exordium.*

S. Oudocei

C

2 *Quis* S. Oudocei *fuerit pater, quæ mater, qui & quot germani fratres, perſpicuè patet è Regeſto Landavenſi, apud Uſſerium pag.* 561, *perquam antiquo, ubi legitur:* Fuit vir Budic, filius Cybſdan, natus de Cornugallia, qui in Demeticam regionem tempore Aircol Laubir, regis ejuſdem regni, venit cum ſua claſſe, expulſus patriâ ſuâ. Qui cum moraretur in patria, accepit ſibi uxorem Anaumed nomine, filiam Enſic (mater autem illius Guenhaf, filia Linonui) de qua Anaumed nati ſunt ſibi Iſmaël & Tyfei martyr jacens in Pennalum. Qui cum moraretur in patria, miſſis legatis ad eum de nativa ſua regione Cornugallia, ut ſine mora cum tota ſua familia, & auxilio Britannorum, ad recipiendum regnum Armoricæ gentis veniret:

parentes ac fratres.

3 Defuncto rege illorum, illum volebant recipere, natum de regali progenie. Facto ab illis conſilio, uno ore, audita legatione & accepta, affectuosè accepit uxorem ſuam prægnantem cum tota familia ſua, & claſſe applicuit in patria, & regnavit per totam Armoricam terram, & in tempore ſuo tamdiu durantem uſque ad Alpes. Et uxor ejus peperit filium nomine Oudoceum, quem poſt tempus maturitatis, miſit ad ſtudium litterarum, ſicut promiſerat S. Teliavo antea in Britannia, quod ſi filium haberet, illum Deo commendaret, ſicut commendaverat ambos fratres ſuos, quos prædiximus.

4 *Sacros ei delatos fuiſſe honores, habemus* è veterrimo, *atque inter Concilia Britannica edito* Ms. Landavienſis Eccleſiæ, *apud Spelmannum, tomo.* 1 *pag.* 62 *in iſthæc verba*: Poſt hæc Rex... veniam requiſivit apud ſanctum Oudoceum Landaviæ. *In alia ſynodo Landavenſi, ibid. pag.* 63 *leguntur ſequentia:* Inſinuandum eſt, quod ſanctus Oudoceus *&c. Item:* Deo, ſanctis Teliavo, Dubritio, Oudoceo *&c. Ibid. in ſynodo* 3 *pag.* 64. Sanctus Oudoceus famoſiſſimæ vitæ Epiſcopus Landaviæ tranſivit ad Dominum. *Denique*: Donavit Deo & SS. Dubritio, Teliau, & Oudoceo. *Idem habemus è brevicula vita apud Capgravium, paulo poſt à nobis danda. Idem litteris prodidit Godwinus in libro, quem inſcripſit de Epiſcopis Landavenſibus, ubi quædam de S. Oudoceo noſtro in compendium contraxit: ponitque eum loco inter epiſcopos Landavenſes tertio, poſt Dubritium, qui primus fuit, & Teliaum, qui fuit ſecundus.* Succeſſit, *inquit*, illi [Teliao] Oudoceus, filius Budici, Britanniæ Armoricæ regis, & Anaumedæ, quæ fuit ſoror S. Teliai, anteceſſoris ſui. Principis, procerum & univerſi populi conſenſu electus, conſecratus eſt Doro-

Cultus ſacer F

berniæ

A berniæ (quæ nunc Cantuaria) ab archiepiſcopo ibidem. Reverſus inde, à rege Maurico, ùnà cum regina, proceribus, clero & plebis numero ingenti excipitur, in occurſum ejus prodeuntibus, & ſolenni proceſſione eum in eccleſiam deducentibus. Multa ſtatim privilegia ſedi ſuæ à dicto rege impetravit, & mortuus, divis annumeratur.

& Martyrologiis Anglicanis. 5 *Martyrologium Anglicanum à Wilſono editum, feſtam* S. Oudocei *memoriam enuntiat in hæc verba, quæ ex Anglico latinè reddo :* Eodem die Landavæ in Clamorganenſi comitatu in Wallia, depoſitio S. Oudocei epiſcopi & confeſſoris, filii Budici, regis parvæ Britanniæ, qui profectus ad S. Teliaum, avunculum ſuum, tum temporis Landavenſem epiſcopum, ſucceſſit ipſi in ſua functione, & ordinatus fuit tertius epiſcopus ejuſdem ſedis, ubi in omni ſanctitate vitæ, beatam ſuam vitam finivit circa annum DC, & Landavæ ſepultus eſt. *Martyrologium Sariſburienſe Anglicanum, excuſum Londini anno 1525, auctore Richardo Whytfordo, cujus Ms apographum habemus, breve* S. Oudocei *elogium contexit, quod Latinè ſic ſonat :* Landavæ in Wallia, feſtum S. Oudoci Epiſcopi magnæ ſanctitatis, & multorum miraculorum, inter quæ notabile eſt, quod cum deberet bibere, & deeſſet ipſi poculum, formaverit in formam

B poculi butyrum ſibi appoſitum, & ex eo biberit, quod ita poſtmodum perſeveravit, ut totum aureum appareret. Et etiamnum ita apparet, & ibidem reſervatur uti ſacræ reliquiæ &c. *De hoc miraculo mentio fit in vita. Nota quoque publica Sancti noſtri veneratio Ferrario eſt :* In Anglia, *inquit*, S. Oudochi epiſcopi Landavenſis.

Sanctitas. 6 *Ceterum eximiis ſanctimoniæ doctrinæque dotibus coruſcaſſe* S. Oudoceum, *& proximo conſanguinitatis vinculo attigiſſe S. Teliaum, utpote cujus fuerit ex ſorore n. pos, conficitur ex prædicto Regeſto apud Uſſerium pag. 562 :* Et S. Oudoceus,

S. Teliai ex ſorore nepos, *ait*, ab infantia cœpit ditari ſcientiâ & eloquentiâ, in tantum quod ſuos contemporaneos, & ſimul conſocios excellebat moribus & ſanctitate. Et poſt immenſum tempus venit flava peſtis per majorem Britanniam. *Eaque occaſione dicit prædictus auctor, adiiſſe S. Teliaum*

C cum ſuis clericis & populo Cornugalliam, quæ poſtea vocata Cerniu-Budic, & ibi invenit nepotem ſuum Oudoceum, virum præclarum & manſuetum & utriuſque legis peritum, ut candelam ſuper candelabrum.

ac diſcipulus. 7 *Ad hæc, eumdem* Oudoceum *præfati S. Teliai diſcipulum, deinde in ſacrarum inſularum geſtamine fuiſſe ſucceſſorem, ex jàm ſæpe memorato Regeſto Landavenſi concluditur pag. 560:* Ad quem *Teliaum* convenerunt diſcipuli, qui fuerant B. Dubritii, Lunapejus, Gurmaët, Cynmur, Toulidauc, Luhil, Fidelis, Hiſmaël, Tyſhei, Oudoceus & multi alii diſcipuli, ut eum moribus & doctrina imitarentur. *Hæc de diſciplina ejus ſub B. Teliao. Proxima ſanguinis inter utrumque conjunctio rurſus comprobatur ex eodem Regeſto pag. 562 :* Et poſt tempus ſuæ converſationis, *inquit*, S. Teliaus archiep. Landaviæ, eccleſiæ S. Petri Apoſtoli, rediit ad natale ſolum cum ſuo nepote illum comitante, qui tantum crevit in bonitate & ſcientia, quod ſibi electione cleri & populi ſuccedit in epiſcopatu Landavenſis eccleſiæ.

Tempus vitæ 8 *Quo ſeculo vixerit* S. Oudoceus *intelligi datur ex conciliis Britannicis apud prædictum Henricum Spelmannum, ubi perhibetur* è veterrimo Ms. Landavenſis eccleſiæ, ſynodus Landavenſis circiter an. Domini DLX ab Oudoceo, tertio Landavenſi epiſcopo convocata, quâ Mauricus rex Clamorganiæ ob perfidam Cinetu interfectionem excommunicatur. *Ibidem loci reperire eſt duas alias ſynodos Landavenſes, ſub præſidio laudati Præſulis convocatas. Alteram prægreditur ille titulus :* Synodus alia Landavenſis ab Oudoceo prædicto (tertio Landaviæ epiſcopo) ad Podum Carbani vallis conciliata in Morcanti regis abſolutionem. *Tertiæ titulus ſequens præfigitur :* Synodus tertia ſub Oudoceo, tertio Landavenſi epiſcopo, ab hoſtio Guy, uſque ad hoſtium Tivi, Landaviæ congregata, quâ Guidnert, in cauſa regni interficiens, excommunicatus eſt. *Hæc è Spelmanno, qui Synodi utriuſque citat verba, in Conciliis Britannicis à ſe collectis & editis, quæ hîc integra prolixè tranſcribere nihil attinet.* AUCTORE J. P.

9 *His poſitis manifeſtè eruitur non exceſſiſſe è ac mortis vivis* S. Oudoceum *ante annum* LX *ſeculi* VI, *cum illo circiter anno epiſcopalem, ut diximus, juriſdictionem exercuerit, reges homicidas ac perfidos, excommunicationis vinculo innodarit ; pœnitentibus ac reſipiſcentibus veniam, quam flagitabant, criminum indulſerit, & in priſtinam eccleſiæ communionem ſocietatemque cooptarit. Imo vero necdum è vita migraverat biennio poſt dictum tempus, uti conſtat ex Synodo prima citata, in qua agebatur cauſa regis Maurici :* Et remanſit rex *Mauricus* cum tota regione ſua ſpatio duorum annorum & eo amplius ſub eadem excommunicatione. Poſt hæc Rex non potuit tam diu durantem excommunicationem tantam amplius ſuſtinere, videns perditionem animæ ſuæ & damnationem regni, veniam requiſivit apud S. Oudoceum Landaviæ, & effuſis lacrymis cum inclinato capite, & coram tribus abbatibus, Oudoceus epiſcopus impoſuit ei jugum pœnitentiæ ad modum qualitatis & quantitatis, commendans ei, ut tribus modis emendaret apud Deum & eccleſiam Landaviæ, videlicet jejunio, & oratione & eleemoſynis. E

determinatur, 10 *Jam verò è Synodo tertia Landavenſi ibidem ſatis manifeſte conſtat, prædictum Præſulem obiiſſe anno poſt celebratam eamdem Synodum quarto, atque adeo, cum habita illa fuerit anno circiter 560, mortem obiiſſe S Oudoceum circa an. 564. Id quod ſic oſtendo aſſumptis ſæpe dictæ Synodi verbis :* Occidit Guidnerth fratrem ſuum Merchion .. & .. excommunicatus eſt à beato Oudoceo, & à Synodo congregata ab hoſtio Guy uſque ad F hoſtium Tivi Landaviæ, & ita remanſit depoſitis crucibus ad terram, ſimul & cimbalis verſis, tribus annis ſub eadem excommunicatione, & ex toto, ſine aliqua Chriſtianorum communione. Finitis tribus annis requiſivit veniam apud beatum Oudoceum .... Poſt hæc ... quia nondum fecerat annum, quem promiſerat in exulatu, neque finierat, noluit illum abſolvere, ſed potius in eadem fieret excommunicatione, non ſervato ab eo primo jugo pœnitentiæ. Manente eo in eadem prævaricatione & excommunicatione, ante finem anni S Oudoceus, famoſiſſimæ vitæ epiſcopus, Landaviæ tranſivit ad Dominum. Cui ſucceſſit Bertguinus &c.

& epiſcopatûs. 11 *Ad tempus quod attinet, ab S. Oudoceo in epiſcopatu tranſactum ; Joannes Bollandus hæc ad præſens inſtitutum in Comm. prævio S. Telsat, die* IX *Feb.* Probabilius cenſemus, S. Teliaum paulo ante annum Chriſti DLX mortuum eſſe, idque

AUCTORE J. P.

idque ex iis, quæ deinceps dicentur de Maglocuni ætate, aliorumque dilucidius patebit. Harpsfeldius circa annum DXL floruisse scribit. Hieronymus Porterus, obiisse an. DLXIII. *Cum itaque ex sententia Bollandi, probabilius è vita excesserit paulo ante annum Christi* 560 *S. Teliaus*, S. Oudocei *in episcopatu decessor, & nos jam jam probaverimus, obiisse* S. Oudoceum *circiter anno Christi* 564, *lectori facilis est determinatio temporis, quod in sacrarum insularum dignitate hic ultimus impendit, stante sententia Bollandiana de obitu S. Teliai jam exposito. Conficitur itaque ex dictis, anno circiter* 560 S. Oudoceum *pœnas, de quibus supra, inflixisse ecclesiasticas; post triennium exactum, utique* 563, *eas sustulisse; denique ante finem anni sequentis* 564, *è vita migrasse; quod intenderam probare.*

Refutata opinio

12 *Non desunt qui existiment*, S. Oudoceum *serius vitâ excessisse, nimirum sub initium seculi* VII, *eo præcipuè nixi fundamento, quod consecratus dicatur ab archiepiscopo Dorobernia, qui diversus ab S. Augustino Anglorum Apostolo intelligi non possit. Jam vero cum ille anno primum* DXCVI *in Angliam venerit, ab eoque, prout auctores illi contendunt, sacris infulis initiatus* S. Oudoceus *sit, commodiorem temporis rationem ordinationi ejus assignare se haud posse opinantur. Sed contra faciunt ea, quæ produximus hactenus è conciliis Britannicis. Dein Budicum regem*, S. Oudocei *patrem, multo antiquiorem fuisse perhibent rerum Armoricarum scriptores, quam ut post annum tandem* DC *dictus* S. Oudoceus *ad episcopatum promotus, magnis ab anno mortis, quem nos supra fiximus, disjunctus temporis intervallis, vivere desierit. Qua de re consule Commentarium prævium ad vitam S. Teliai, qui* S. Oudoceo, *uti jam diximus, proxime in episcopatu Landavensi antecessit, Tomo* 2 *Februarii fol.* 304 *n.* 9.

quæ putat Oudoceum

B

usque ad initium seculi 7

13 *Inveniet ibidem nonnullis interjectis lector eruditus, ingeniosam Bollandi conjecturam, quâ opinatur*, S. Oudoceum *non fuisse initiatum ab S. Augustino episcopo Dorovernensi seu Cantuariensi, sed ab alio quodam antistite, Cantuariensi quidem, sed tunc ob tyrannidem Anglorum avitis sedibus expulso, exule & extorri, degente in Cambria, qui tametsi Dorovernensis esset episcopatus possessione expulsus, nihilo tamen secus pristinæ dignitatis recuperandi spem, una cum nomine constanter retinuerit. Verum non est mihi animus prolixius hisce immorari, præcipuè cum & tractata sint, & videri possint alibi. Mirari subit nullam fieri de* S. Oudoceo *mentionem ab Alberto de Morlaix in libro de Sanctis Armoricis; cum tamen fuisse dicatur, & revera, uti supra retulimus, extiterit Budici Armoricæ regis filius. Pauccula hæc, quæ de Sancto nostro sparsim apud scriptores reperi, lectori repræsentanda duxi. Dolendum, non exstare plura de dignissimo hoc Præsule relicta, & ad posteritatis memoriam transmissa monumenta, præter brevissimum vitæ, quod subdo, compendium.*

C

pervixisse.

D

VITA

AUCTORE INCERTO.

Ex legenda Sanctorum Angliæ apud Capgravium.

Visit limina Apostolorum;

SAnctus Oudoceus Christi servus, ab infantia bonis & sanctis meritis deditus, jejuniis, vigiliis, & orationibus pro æterna mercede assiduus, liminibus B. Petri Apostoli visitatis, locum sancti David *a* adiit, & inde per ecclesiam S. *b* Theliai divertens, reliquias quasdam ibidem acquisitas secum sumpsit; cumque in itinere constitutus latronibus obviaret, & illi copiam thesauri eum habere sperantes, deprædari vellent, cæcitatem incurrerunt, & pœnitentes prece Oudocei oculorum visum receperunt. Cum autem sanctus Episcopus iter cum sociis ageret, mulieribus quibusdam butyrum lavantibus, aquam de vase sibi porrigi postulavit. Illæ vero ironicè, nullum aliud vas nisi butyrum se habere, responderunt.

a

b

latrones ei infesti puniuntur.

E

E butyro facit nolam auream.

2 Episcopus verò, accepto ab eis butyro, & formatâ, ad morem tintinnabuli, nolâ; inde potavit, & in tali forma remansit, aurea videlicet, in tantum quod videntibus apparet esse ex auro purissimo, & ab illo die in ecclesia Landavensi in miraculi testimonium conservatur. Rex quidam venando cum cervum insequeretur, & cervus ad pallium Sancti confugeret, rex cum venatoribus videns miraculum, veniam à servo Dei humiliter postulavit, & totum territorium ei concessit. Dimissâ tandem vir Dei *c* pastorali curâ, construxit monasterium juxta aquam, nomine *d* Weie; & congregata fratrum magnâ catervâ, in magna abstinentia & sanctitate vitæ, per multos annos vitam ducens, exempla virtutum & totius sanctimoniæ usque ad mortem fratribus ostendit. Migravit autem ad Christum sexto Nonas Julii.

Regis erga eum munificentia.

c

d

Fit monachus;

moritur.

F

ANNOTATA.

a *An denotat auctor* Pepediauc, *Pembrochiensis comitatus promontorium, à Cambrobritannis* Cantred Dewi, *ab Anglis* Saint Davids land *appellatum, quod natus ibi fuerit S. David? An potius cathedram Menevensem, quæ à Davide prædicto, S. Davidis nomen accepit?*

b *Fuit is decessor S. Oudocei in episcopatu. Vide Commentarium prævium.*

c *Pugnant hæc adeo cum iis, quæ ex Synodo tertia Landavensi produximus, ut conciliari nequaquam possint.*

d *Fluvius, latinè* Vaga *dictus, in orientali Monumethensis agri termino.*

DE

DE S. SWITHUNO EPISC. CONF.

WINTONIÆ IN ANGLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J.P.

§ I. S. Swithuni cultus, translatio corporis, miracula, reliquiæ, orationes propriæ.

ANNO DCCCLXII

Olim hîc in coacervandis S. Swithuni *elogiis plus æquo prolixus videri. Isthuc ante me stadii decurrerunt alii auctores, videlicet Guilielmus Malmesburiensis libro 2 de Gestis Pontificum Anglorum, Joannes Pitseus in appendice de illustribus Angliæ scriptoribus centuria 4, Cardinalis Baronius breviter Tom.* 10 *ad annos Christi* 847, *&* 862. *Ne tamen nihil de ejus laudibus dicam, delibo paucula ad præsens argumentum pertinentia è Martyrologiis. Breve* S. Swithuni *elogium exhibent Fasti Romani ad diem* 11 *Julii hisce verbis:* Wintoniæ in Anglia, S. Swithuni episcopi, cujus gratia miraculorum effulsit. *In codice Antverpiensi majore, de quo consule præfationem ad novam Usuardini Martyrologii editionem, sic breviter* S. Swithuni *laudatio absolvitur:* Apud occidentales Saxones, civitate Wentâ, depositio S. Swithuni, mirificæ sanctitatis viri. *Codex Altempsianus, de quo agitur in præfatione jam dicta, Sancti nostri memoriam recolit die* xxx *Octobris, sive potius ejus ordinationem:* Ipso die ordinario sanctissimi antistitis & patroni nostri Swithuni. *Breve est illud, quod Rudburnus ex Lantfredo allegat, de* Swithuno *carmen distichum.*

Pauperibus victum, nudis largiris amictum,
Dividis & miseris munera larga, pius.

Sed versiculos illos, à Wolstano monacho Wentano concinnatos, Vitæque quidem metricæ Swithuni *insertos, sed in laudem S. Adelwoldi, Wintoniensis episcopi, de quo inferius recurret sermo, pronuntiatos, nemo inficias ierit, qui citatæ Vitæ finem inspexerit, excusa apud Mabilionem Annalium Bened. seculo* 5, *pag.* 634.

Elogia S. Swithuni è Martyrologiis.

B

C

Notare obiter lectorem jubeo, ipsos etiam protestantes, quos dicimus, in Anglia degentes, tam honorificè ac præclarè semper de S. Swithuno *existimasse, eoque in pretio habuisse annuam ejusdem memoriam, ut post inductum schisma, & cannam adversus Ecclesiam Catholicam, ejusque Sanctos rabiem, nonnulla erga ipsum venerationis suæ vestigia supereſſe voluerint, relinquendo nomen ejus scriptum in Kalendario reformato novæ suæ liturgiæ; quemadmodum à recentiore quodam auctore invenio observatum.*

Cultus apud protestantes.

Historiam translationis, cujus summam compendiosè tradit Mabilio in Actis Benedictinis seculo 4, *nos integram producemus è codice pervetusto Bigotiano, è cujus fortasse apographo aut sane simili, sua quoque desumpserit prædictus auctor. Sed de auctore historiæ præfatæ translationis nos plusculum alibi. Pro ea citat Mathewius in Trophæis Benedictinis Tom.* 2, *die* xv *Julii isthæc Missalis & Breviarii Sarisburiensis verba:* Translatio S. Swithuni, sociorumque ejus. *Prælibatus auctor sociorum nomine hîc probabiliter designari censet, omnes Pontifices & confessores præfatæ ecclesiæ seu civitatis, quamvis fortasse diversis diebus corpora eorum transferri contigerit. Interea commodus sese hic & opportunus offert locus agendi de humili & abjecto tumulo, in quem sanctus iste Antistes deferri post mortem corpus suum præcepit, donec interpositio centum annorum & amplius curriculo, videlicet anno Christi* 971, *Indictione* XIV, *detectum postea atque inventum fuit divino monitu, & in honoratiorem locum solenniter delatum. Ea quæ ad præsens argumentum ex Wolstano congessit Mabilio, huc transcribo.*

Translatio

Turris erat rostrata tholis, quia maxima quædam,
Illius antè sacri pulcherrima limina templi,
Ejusdem sacrata Deo sub honore hierarchi.
Inter quam, templique sacram pernobilis aulam,
Corpore vir Domini sanctus requievit humatus,
Cujus adhuc ipso latuit nos tempore nomen:
Nec fuerunt nisi perpauci, qui pandere nossent,
Aut nomen meritumque Viri, jam tempore longo
Utpote transacto, postquam sacer ille sacerdos
Corpore ibi tumulatus erat; nam vilis apud se
Mente humili in tantum Præsul fuit inclitus idem,
Ut perhibent omnes, hunc qui novêre fideles,
Ut se post obitum sineret nullatenus intra
Ecclesiæ Christi penetralia corpore poni:
Sed nec in electis loca per diversa sepulcris,
In quibus antiqui patres jacuêre sepulti,
Aurea sol oriens orbi quà spicula mittit,
Quà mediumque diem fervente calore perurit:
Sed magis occiduo mandat se climate poni
Illius illustris, quam sæpe notavimus, aulæ,
Contestans lacrimando, suum non esse locandum
Corpus in æde sacra Domini, præclara nec inter
Priscorum monumenta patrum: moderamine Christi
Est ita quod factum justo, Vir sanctus ut idem
Qui tactus virtute humili se sprevit, & extra
Est templum quasi vilis homo indignusque sepultus
Innumeris signis, virtutibus atque coruscis
Clarus, Apostolicam post transferretur in aulam.

D

E

F

4 *Et hæc quidem Wolstanus apud Mabilionem, postquam idem Wolstanus quosdam versi-*

ex Wolstano

AUCTORE J. P.

culos ſuperioribus præmiſerat, qui ſic ſonant :

Præſulis unius ſancti ſublime ſepulcrum,
Quod ſuper invenies poſitum tumulare ſacellum,
Parietibus ſtructum, nec non & culmine tectum,
Sarcophagi inque modum bis bina fronte locatum.
Hoc inter ſacramque crucem, quæ ſiſtitur illîc
Saxea, ſomniferam paulatim carpe quietem.

Nec verò ſuis ſignis, ſuis prodigiis caruit iſthæc tranſlatio, ſed ab illo, qui deponit potentes de ſede & exaltat humiles, magna miraculorum multitudine ac varietate condecorata reſplenduit, quæ ſic ſummatim ex Gotzelino complexus eſt Surius, & poſt illum Mabilio.

miracula ejus,

5 Eodem die, hoc eſt Idibus Julii, puerum à nativitate contractum ſanavit ; tribus mulieribus oculorum lumine orbatis viſum reſtituit ; nexibus ferreis mulierem, in carcere compe- B ditam, ruptis vinculis liberavit ; paralyticum curavit, matronam nobilem ſed cæcam illuminavit ; viginti quinque homines, variis vexatos morbis, uno die perfectè reſtituit ; cæcos aliquot, duas contractas feminas intra unum diem ; triginta & ſex è diverſis locis venientes, nec unius generis laborantes ægritudinibus, trium dierum ſpatio ; neque diu poſt, centum viginti quatuor, intra dies quatuordecim, curavit. *Ita illic.* His unum addit, *prout ſcripto prodidit Mabilio*, Willelmus Malmesburienſis teſtis oculatus, his verbis : Vidi (quod mirum ſit) hominem, cui violentia raptorum effodiſſet lumina, oculos vel illos vel alios (nam illi longiuſculè projecti fuerant) per Swithuni merita recepiſſe ; eratque præteritæ calamitatis indicium, quod aculei punctionum palpebras deformabant. *Annales Wintonienſes apud Whartonum in Anglia ſacra parte* 1 *pag.* 295, *celeberrimam nobis exhibent S. Swithuni tranſlationem hiſce verbis :* Anno MXCIII in præſentia omnium fere epiſcoporum atque abbatum Angliæ, cum maxima exultatione & C gloria de veteri monaſterio Wintonienſi ad novum venerunt monachi, VI Idus Aprilis. Ad feſtum verò S. Swithuni facta proceſſione, de novo monaſterio ad vetus, tulerunt inde feretrum S. Swithuni, & in novo honorificè collocaverunt. *Et quoniam occaſione tranſlationis, ſimul de miraculis tractandum fuit, magno quoque hac in parte ſubſidio nobis & adjumento fuit tam dictum apographum è pervetuſto codice Bigotiano, quam aliud ex antiquiſſimis membranis reginæ Sueciæ deſumptum, quod non venit ad noſtras manus niſi mutilum, utpote capite ac cauda truncatum.*

eorumque ſupplementum

6 *Nonnulla quibus defectus iſte utcumque poſſit ſuppleri, ergo ex laudato ſæpius Mabilione, quandoquidem mirificè faciunt ad gloriam Sancti & propoſitum noſtrum. Sic itaque ipſe loquitur in Actis Benedictinis ſeculi* 4 *parte* 1, *pag.* 71. Poſt Superiorem tranſlationem Wintonienſis eccleſia ab ejus [Swithuni] nomine cognomentum accepit. Alfwoldus ex monacho Wintonienſi Wiltunenſis epiſcopus, apud Schireburniam imaginem ſanctiſſimi Swithuni collocavit, facem venerationis extulit, inquit Willelmus Malmesburienſis in lib. 2 de Pontificibus Anglorum. Ad hanc ſtatuam, referente Gotſelino, præclara miracula edi ſolebant : in his leproſus à lepra mundatus. Denique Emma regina D mater Edwardi regis, à Godwino comite violatæ pudicitiæ accuſata, cum in cœnobium de Warewella retruſa fuiſſet, filii juſſu, candentis ferri examen Wintoniæ in eccleſia S. Swithuni ſubiit ad probandum ſuam & Alwini Wintonienſis epiſcopi (qui ejus amaſius ferebatur) innocentiam.

aliunde acceptum.

7 Emma tota nocte proxima pervigilavit ad ſepulcrum S. Swithuni. Die facto in pavimento eccleſiæ ſcopato, novem vomeres igne candentes ponuntur in ordine, quibus breviter benedictis, detrahuntur reginæ calcei ; tum poſito peplo, ſuccincta à duobus hinc inde epiſcopis, novem vomeres illæſa percurrit, ſtupente rege, & omnibus, qui aderant, attonitis, uti fuſius legitur maximè in Monaſtico Anglicano à pag. 33. Hæc liberatori ſuo non ingrata, dedit ipſa die in oblatione S. Swithuno pro novem vomeribus novem Maneria, Edwardo rege probante, & duo maneria de ſuo adjiciente. Denique anno MLII Emma regina migravit à ſeculo & Wintoniæ in eccleſia S. Swithuni ſepulta eſt. E

Reliquiæ,

8 *Nec verò modicè famam poſtumam* S. Swithuni, *ſignis ac miraculis confirmatam & propagatam, contuliſſe ad promovendos labores Apoſtolicos S. Ethelwoldi, in epiſcopatu Wintonienſi ſucceſſoris ejus, honorificis verbis declaratur in ejuſdem Ethelwoldi vita, auctore, ut Mabilioni videtur, Wolſtano monacho, ejus diſcipulo, conſcripta, & impreſſa apud eumdem Mabilionem Annal. Bened. ſeculo* 5 *pag.* 616, *ubi ſic legitur :* Cujus *Athelwoldi* prædicationem maximè juvit ſanctus Antiſtes Swithunus, eodem tempore cæleſtibus ſignis declaratus, & infra templi regiam glorioſiſſime tranſlatus, ac decentiſſimè collocatus. Ideoque gemina ſimul indomo Dei fulſere luminaria, candelabris aureis ſuperpoſita ; quia quod Adelwoldus ſalubri verborum exhortatione prædicavit, hoc Swithunus glorioſa miraculorum exhibitione ad laudem nominis Chriſti mirificè decoravit. *Miracula quædam, ligata oratione conſcripta, habes paragrapho ſequenti, ubi de ſcriptoribus. Dicendum etiam de ſancti Præſulis noſtri reliquiis. Edmerus ſive Eadmerus, individuus S. Anſelmi archiepiſcopi comes, deſcripſit antiquam cryptam eccleſiæ Cantuarienſis ; qua ex deſcriptione omiſſis aliis, quæ huc non pertinent, paucula excerpo in rem noſtram.* Porrò aliud altare congruo ſpatio antepoſitum prædicto altari erat, dedicatum in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ubi quotidiè divina myſteria celebrantur. In quo altari B. Elfegus caput B. Swithuni . . . . cum multis aliorum Sanctorum reliquiis ſolenniter repoſuerat. *Adiſis partem* 2 *ſupplementi menſis Junii pag.* 114. *De reliquiis hoc tantillum dumtaxat eſt, quod jam diximus.* F

orationes propriæ

9 *Pro orationibus propriis ſeu collectis habe, lector, ex codice noſtro Ms. ea* quæ ſequuntur & excerpta ſunt ex Miſſali elegantiſſimo, ad uſum Anglicanæ eccleſiæ dato, cœnobio Gemmeticenſi à Roberto, qui ejus quondam abbas fuerat, tuncque epiſcopus Londonienſis circa annum ML, ac tandem Cantuarienſis archiepiſcopus &c. Miſſalis tabula paſchalis eſt ab anno M ad annum MV. *Sic igitur ibidem legitur :* Deus qui jubar æthereum, antiſtitem Swithunum, moderna temporum dignatus es mundo revelare ; ſuppliciter tuam imploramus omnipotentiam, quatenus per glorioſa ipſius

A ipsius Sancti merita, quem facis coruscare signis miraculorum, præbeas nobis, te supplicantibus famulis, omnium incrementa virtutum, & sempiternæ felicitatis tripudium. Per *&c. Nulla est præfatio. Oratio ad Complendum sive Postcommunio sic habet:* Deus qui per sanctum confessorem tuum antistitem Swithunum mederis languoribus infirmorum, concede nobis tuum juvamen, per ejus implorantibus interventionem, præsentis vitæ fungi salubritate & civium supernorum societate. Per Dominum nostrum *&c. Versiculos sequentes cum oratione desumpsi è Ms, continente collectas & antiphonas variorum Sanctorum Angliæ.*

O Swithune pater, præsul mitissime noster,
Per quem mira Deus signa facit Dominus.
Nos fragiles animo petimus defende paterno,
Sanctis atque tuis protege nos meritis.
Quo te pro nobis interveniente patrono
Possumus vitam scandere perpetuam.

Ora pro nobis *&c.* Deus qui hodiernam diem sacratissimam nobis in B. Swithuni confessoris tui atque pontificis depositione celebrare concedis; adesto propitius ecclesiæ tuæ precibus,
B ut cujus gloriatur meritis, muniatur suffragiis. Per Christum Dominum nostrum.

§ II. De Scriptoribus vitæ, miraculorum, ac translationis S. Swithuni.

Vita S. Swithuni

T*Ria nobis suppetunt de* S. Swithuno *illustranda instrumenta; nimirum vita, miracula, ac translatio. Ea quæ de iis scriptores ad posteritatis memoriam litteris commiserunt, producemus suo loco, &, quoad necesse fuerit, notis illustrabimus, præmissâ prius de illorum auctoribus brevi tractatione. Vita habetur descripta in legenda, antiquis typis impressa, quæ vulgo passim Capgravio adscribi assolet. Sunt qui hujusce legendæ auctorem censent fuisse Joannem Tinmuthensem, monachum ordinis S. Benedicti ad S. Albertum, qui Joannes claruit anno* 1366, *veterumque monasteriorum scrutatus bibliothecas, adjecit animum ad conscribendam historiam ecclesiasticam, & Sanctorum vitas. Ex ejus Sanctilogio, seu historia Sanctorum utriusque sexus, fertur Joannes Capgravius*
C *vel omnia, vel plerâque in prædictam suam legendam transtulisse, atque usus fuisse pro suis. Consule notam Joannis Bollandi Tom.* 2 *Februarii pag.* 308 *littera* a.

unde hausta.

11 *Vitam eamdem, quam & hîc sumus daturi, paucis mutatis & stylo hinc inde correcto, impressit Surius die* 11 *Julii sub nomine Gotzelini, de quo mox. Vita porrò apud Capgravium edita & à nobis insinuata, nimis concordat cum eâ, quam ut diximus, more suo expolivit dictus Surius, quam ut diversis è fontibus haustæ esse possint, uti conficitur ex utriusque inter se facta à me collatione. Juverit audire, quæ de auctore vitæ commentatus fuit Joannes Mabilio in Actis Benedictinis seculo* IV *pag.* 69. Hanc, *inquit*, è tenebris primus demum vertente seculo XI eruere tentavit Goscelinus monachus, ex Sithiensi cœnobio translatus in Angliam cum Hermanno episcopo Saresberiensi: qui Goscelinus, referente Willelmo monacho Malmesburiensi, in lib. IV de regibus Anglorum capite ultimo, innumeras Sanctorum vitas stylo extulit veterum, vel hostilitate amissas, vel informiter editas comtius renovavit. Ab hoc auctore idem Willelmus mutuatus est, quæ de Swithuno retulit; agendo de Wintonienſibus episcopis. Institit utriusque vestigiis Harpsfeldius, & post eum Thomas Maihewius, aliique recentiores. *De Gotzelino sic loquitur Vossius libro* 2 *de Historicis Latinis:* Claruit anno MCX. Signavit vitam S. Swithuni, Wintonienſis episcopi, quæ ipsa, vel saltem epitome ejus exstat apud Surium Tom. IV, Julii 11. *Cum igitur inter eruditos satis conveniat sæpe dictum Gotzelinum litteris mandavisse vitam* S. Swithuni, *neque auctor huc usque, quantum ego quidem existimo, illo prior assignari queat, qui idem hoc litterarii curriculi stadium decurrerit ante ipsius tempora, superest ut ad hunc unum Gotzelinum, tamquam ad primum fontem, quidquid sive Joannes Tinmuthensis sive Capgravius subsecutis temporibus edidere, referenda esse videantur. Nisi fortasse ipsi etiam Gotzelino aliquid lucis prætulerint Lantfredus, & forte etiam Wolstanus, de quibus nunc tractabimus.*

AUCTORE J. P.

12 *Expensis hisce verbis, quæ auctor translationis corporis sancti Antistitis nostri, historiæ à se conscriptæ inseruit:* Nos ita gestum vidimus, quemadmodum præsens demonstrat codicillus; *& istis insuper, quæ ibidem dicit:* Qui nostra tempestate dignatus est Sanctum suum signis & virtutibus mirificare, *expensis, inquam, hisce verbis, liquet, prædictum auctorem translationi corporis* S. Swithuni *coævum fuisse, quin etiam oculatum testem; jam vero quoniam satis convenit inter eruditos Lantfredum prælibatæ translationis historiam sive miracula post mortem* Sancti *patrata, consignasse oratione soluta; & quoniam aliunde non minus certò constat, ipsum floruisse circa annum* 980, *non equidem video cuinam probabilius & cum majore veri similitudine tribui videatur posse hoc nostrum Ms., quod typis damus, quam eidem Lantfredo; hoc saltem sensu, quod nostrum ex ipsius scriptis sit desumptum, & extractum, omissis aliis miraculis, quæ scripsisse eum majore in numero planum fiet ex iis, quæ dein dicentur ex Mabilione. Et quid ni hoc ipsum sit idem, vèl ex iisdem saltem fontibus haustum, cum eo quod in lucem mittere prætermisit Mabilio, contentus, miracula* S. Swithuni *summatim tantum retulisse*, ratus, *inquit*, Lantfredi & Wolstani opera, quæ penes nos habemus, non esse tanti, ut lucem publicam mereantur. In illis quædam duntaxat observatu digna invenio, quæ in fine hujus compendii relaturus sum.

Unde historia
E

F

Translationis?

13 *Nos, salva viri eruditi pace, censemus contrà, apprime esse consentaneum antiquitatis scrutatori, neque dum ab ejus instituto alienum, venerandæ vetustatis monumenta è tenebris eruere, ac proferre in publicam lucem, nec non lucro apponere, quidquid hujusmodi, modo sit sincerum ac genuinum, ad posteros transmitti possit, cujus vel solum & unicum sæpe pretium est candida, antiqua ac primæva simplicitas. Fortasse hoc Ms. nostrum coincidit cum alio illo, quod, sicuti scribit recentior quidam auctor,* extat in eximiæ antiquitatis & pulchritudinis codice bibliothecæ Cottonianæ sub Nerone E. I. *Ad prædictam translationis ac miraculorum historiam prout in apographo nostro est, Lantfredo attribuendam tamquam auctori, non mediocriter conducunt hæc ejusdem apographi verba.* Hujus tamen mirabilis Præsulis vita & prisca conversatio nobis incognita sunt, quia scripta minimè habentur; *ex quibus apparet convenire auctori hujus nostri*

AUCTORE J. P.

apographi id quod de Lantfredo & Wolſtano aſſertum reperio apud Mabilionem, qui conqueruntur quod præ ſcriptorum ſocordia nihil de ejus [*S.* Swithuni] vita tranſmiſſum ſit ad poſteros. *Non equidem concipio quomodo iſthæc cohærere aut conciliari poſſint cum opinione Pitſei, qui, teſte Mabilione*, in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis Anglorum, Lantfredo tribuit duos de S. Swithuni vita & miraculis libros, tametſi, *inquit Mabilio*, unum duntaxat invenio de tranſlatione & miraculis, nec ullum de ejus vita ſcripſiſſe videtur Lantfredus, qui S. Swithuni geſta propter inopiam Scriptorum ignorata eſſe conqueritur.

Miracula ejus

15 *Poſtremum illud reſtat ut miracula illa, quæ Mabilio è Wolſtani & Lantfredi ſcriptis excerpſit, hîc producamus. Primum eſt de homine parricida, ab annis novem, illud ob crimen ferreis vinculis conſtricto, & catenis ſoluto*, quod miraculum, *ut tradit prædictus Mabilio*, in capite XXIV narrat Lantfredus, (*& apud nos refertur inter miracula, deſumpta ex antiquis membranis Reginæ Sueciæ num.* 32) Hoc genus pœnitentiæ, quale ſæpius aliàs obſervavimus, ita *ſequentibus verſiculis* deſcribit Wolſtanus lib. 2 cap. 7.

B Contigit interea quemdam patraſſe reatum,
Nam occidit proprium crudeli morte parentem.
Unde reo ſtatim præcepit epiſcopus urbis,
Ferreus ut ventrem conſtringeret acriter omnem
Circulus, & ſimilem paterentur brachia pœnam:
Continuoſque novem ſemet cruciando per annos,
Atria ſacrorum luſtraret ſæpe locorum,
Viſeret & ſacri pulcherrima limina Petri.
Quo veniam tantæ mereretur ſumere culpæ.

Pergit dictus Mabilio. Item aliud in capite ſequenti factum refertur de ſervo cujuſdam Flodoaldi, prædivitis mercatoris Wintonienſis, qui ſervus coram Eadrico præſide incerti criminis inſimulatus, jubetur, ut

Portaret nudaque manu carbona rubentem
Ignitum calibem: foret inculpabilis & ſi,
C Pergeret incolumis: ſi vero noxius eſſet,
Plecteret hunc gladio tortor cervice retecto.

nonnulla ex Lantfredo & Wolſtano.

15 Tertium eſt in capite 11 de Birferthi monachi Abandunenſis oculis reſtitutis, Otgaro tum abbate Abandunenſi, cui ſucceſſit Wlfgarus, qui Wolſtano hæc ſcribente florebat. Quartum eſt in cap. 12 de cæco illuminato, qui die jejunii Wintoniam adiens religioni duxit ſolvere jejunium ante ſolennem horam Nonam. Quintum eſt de muliere quadam Gallicana, quæ dum nocte quadam oſcitaret, nec ſignum crucis imprimeret, ſubito maxillæ infirmitate percuſſa eſt. Sextum eſt de lege Eadgari regis, in latrones conſtituta, ut quiſquis hujus ſceleris reus deprehenderetur, cæcatis luminibus, truncatis manibus, avulſis auribus, inciſis naribus & ſubtractis pedibus cruciaretur diutius, & ſic demum decoriata pelle capitis cum crinibus pene mortuus relinqueretur in agris devorandus à feris & avibus atque nocturnis canibus, quod poſtremum, Lantfredus in capite ultimo commemorat. *Qui iſthæc proximè commemorata* S. Swithuni *miracula contulerit cum iis, quæ jam jam nos ſumus daturi, facile animadvertet pleraque omnia ibidem deſcribi, quæ hîc recenſentur. Nos putavimus lectoris intereſſe, ut omnia hîc, quæ è Wolſtani & Lantfredi ſcriptis à Mabilione excerpta ſunt, ponerentur, cum facere poſſint ſi non ad notitiam illorum miraculorum, quæ aliunde habentur; poterunt tamen facere ad majorem illorum confirmationem.* D

Epiſtola Lantfredi

16 *Ad apographum noſtrum, tractans de miraculis Sancti noſtri & extractum eſt è membranis antiquiſſimis reginæ Sueciæ, quod attinet, nihil habeo vel de auctore, qui illud ſcripſit, vel de tempore, quo ſcriptum eſt, certi aut explorati, prorſus ut nihil dicere mihi ſit in promptu, præter paucula quæ ea occaſione diximus paragrapho præcedente, quo lectorem remitto. Suus hic quoque detur locus epiſtolæ Lantfredi, quæ ab eo tamquam auctore edita legitur in Anglia ſacra apud Whartonum parte* 1 *pag.* 322, *ſub hoc titulo:* Lantfredi epiſtola præmiſſa hiſtoriæ de miraculis S. Swithuni epiſcopi Wintonienſis. *Spero huc ipſam ſecundo lectore inſertum iri, quia tametſi non magnam habet affinitatem cum iis, quæ ſparſim per hujus paragraphi decurſum tractata ſunt; propterea quod nihil admodum novæ lucis eruditioniſve hiſtoricæ præbeat, ſervire tamen eadem poterit loco prologi, hiſtoriæ miraculorum à* S. Swithuno *patratorum, præmittendi. Epiſtola hæc ita ſonat:* Dilectiſſimis fratribus Wintoniæ commorantibus in S. Petri cœnobio, quod nuncupatur Vetuſtiſſimum, jugis concordia, ſalus ac perhennis gloria, gaudium inenarrabile, ſplendor ſine fine, pax ſempiterna, caritas continua hîc & in cælo multiplicetur à Domino. Licet, cariſſimi ac affabiles adelphi, per univerſam ferme Europam ſint divulgata penitus miracula, quæ præpotens auctor miraculorum dignatus eſt largiri gentibus Anglorum per S. Swithuni meritum; tamen ne tanta Dei beneficia queant poſteritatem latêre ſuccedentem, nequiſſimus cunctorum pravis actibus hominum, utpote nullâ divinæ prærogativâ ſcientiæ, nullâ fultus bonitatis auctoritate; verum veſtris obtemperans juſſionibus, veſtris confiſus orationibus, tremens ad tantam pelagi magnitudinem acceſſi, & quaſi ſtillam de undis Oceani, ita de plurimis Sancti miraculis perpauca decerpſi. E

miraculis præmiſſa.

17 Quapropter efflagito Conditorem rerum, quatenus non meum reſpiciat meritum ſed affectus jubentium. Vos etiam pro meis precor orare dilectis, ne me ſeducat ſpiritus falſitatis. Nimirum animus terrenis irretitus curis, nihil veritatis excogitare poterit, niſi prius fallacis caligines erroris ſpiritus ſcientiæ & pietatis expulerit. Et quoniam perparum ſcimus de ſignis mirabilibus, prodigiis ac virtutibus, quæ Sanctus iſte in ſua geſſit orationibus vita: nimirum, ut inquit Priſcianus, auctor grammaticæ artis peritiſſimus, ſtudiis litterarum tranſeuntibus in negligentiam per ſcriptorum inopiam: veniamus ad ea, quæ poſt ejus obitum indubitanter ſunt peracta ad viri Dei tumulum. Idcircoque acceſſimus maximè ad evolvenda hujus Sancti miracula; quoniam ut beneficia Dei digniſſimum eſt laudare, & juſtiſſimum eum neſcientibus prædicare; ſic impiiſſimum eſt illa ſilendo negare, & nequiſſimum eadem ignorantibus non enarrare. Humanus animus iſtius eſt naturæ, ut quotieſcumque legendo didicerit, vel audiendo ſacros actus antiquorum vel mores patrum, relinquat cordis duritiam, deſeratque mentis contumaciam ſectatricem vitiorum, & inclinetur F

A netur ad miſericordiam, ſecteturque humilitatem magiſtram virtutum. *Nihil, ut vidiſti lector, novæ lucis, nihil notitiæ ſuppeditat prædicta epiſtola, nihilo tamen ſecus hiſce inſerendam judicavi, ne quis fortaſſe eruditus eam hîc deſiderare poſſet.*

§ III. Reſpondetur nonnullis quæſitis ad vitam ac mortem S. Swithuni pertinentibus.

S. Swithunus ante epiſcopatum

Quo fuerit loco natali beatus noſter Præſul, quo genere oriundus; quod profeſſus vitæ inſtitutum, antequam ſacras inſulas Wintonienſes geſtarit; non puto in antiquis monumentis diſtinctè alicubi definiri. Nobili parentum ſtirpe eum ortum ſcribit Florentius Wigornienſis anno Chriſti DCCCXXVII, *ut videre eſt apud Maihewium: hoc parachroniſmi unde hauſerit, non diſcutio. Quod attinet ad vitæ inſtitutionem ante epiſcopatum Wintonienſem; reſpondet Mabilio:* Eum Wintoniæ in cœnobio veteri monachum fuiſſe cenſent Harpsfeldius & Maihewius; quorum proinde hæc ſententia eſt. Wintonienſem S. Petri cathedralem eccleſiam medio ſeculo IX à monachis excultam, ſubinde migraſſe ad canonicos ſeculares, quos Æadgarus Rex poſt medium ſeculum X monachis mutavit. Et quidem ita diſertè mentem ſuam explicat Maihewius, ut etiam Wintonienſem eccleſiam principalem, quæ poſtmodum vetus monaſterium dicta eſt, ab ipſa ſui inſtitutione per beatum Birinum epiſcopum, monachis *Benedictinis* paruiſſe exiſtimet. Qua de re fuſius in ſequenti ſeculo diſſeremus. *Habemus è vita Gotzelini poſtea à nobis producenda, puerilem ejus ſimplicitatem, morum innocentiam, clericatum, ſacerdotium, inſtitutionem Adulphi ſeu Ethelwlfi, regis Egberti filii, nihilque præterea quod diſtinctiorem explicatioremque nobis rerum à S. Swithuno ante epiſcopatum geſtarum mentionem ingerat. Aſſerit quidem Pitſeus ex Lelando, ordinis S. Benedicti monachum fuiſſe* Swithunum; *ſed majorem mereretur fidem, ſi quam rotundè hoc dicit, tam veroſimiliter probaret.*

B

C

19 *Hiſce non obſtantibus profeſſio ejus monaſtica ante epiſcopatum, non obſcurè eruitur & aſſeritur apud Mabilionem in Annalibus Benedictinis Tom. 3 pag. 98, ex inſtrumento quod ſine dubio nondum habuit eo tempore, quo conſcribendis Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti dabat operam, ſed poſtea nactus fuerit; quando ad conſcribendos Annales prædictos animum appulit. Profertur illud inſtrumentum in hiſtoria majore Wintonienſi Tomo primo. Angliæ ſacræ, de qua ſupra, pag.* 201 *& ſeqq., in qua citatur profeſſio* Sancti noſtri, *facta in manibus Colnoti archiepiſcopi Doroverniæ, antequam in epiſcopum Wintonienſem eſſet conſecrandus, ubi inter alia, quæ edicit, terminis expreſſis monachum antea fuiſſe ſe profitetur:* Ego, *inquit*, Swithunus monachus, ſervulus ſervorum Dei, licet indignus ad epiſcopalem ſedem electus Wentanæ civitatis eccleſiæ, in primis confiteor tibi, reverendiſſime Pater, Celnode archiepiſcope, continentiam meam, quam prius in profeſſione monachali expreſſi, & dilectionem meam ad te, quod abſque ambiguitatis ſcrupulo, & abſque ulla falſitatis commentione eſt. Credo in Deum Patrem &c. *Itaque dubitari minimè poteſt, quin* S. Swithunus *ante epiſcopatum, monaſtici inſtituti fuerit ſectator, ſed quale iſthuc fuerit, an Benedictinum, an aliud, ab antiquis non exprimitur. Videtur tacitè ſupponere Mabilio inſtituti Benedictini monachum fuiſſe; cum in Actis Benedictinis ſuum quoque locum ei concedat, non ſecus atque aliis præmemorati ordinis ſectatoribus.*

AUCTORE J. P.

quo anno

20 *Quæri præterea poſſit, quo anno Sanctus noſter Wintonienſis cathedræ adminiſtrationem poſſeſſionemque adierit. Contigiſſe illud ſeculo nono ſatis conſentiunt auctores, ſed quoto prædicti ſeculi anno id contigerit, major inter illos lis eſt & controverſia. Certum pono & indubitatum, nec-dum eum ad geſtamen paſtoralis pedi fuiſſe promotum anno* 833. *Aſſertionem meam ſic ſtabilio. Anno* 833 *Withlafius, rex Merciorum, cum, uti narrat Alfordus noſter, in Croylandenſi ſeceſſu profugus moraretur, diplomate regio ſanxit, ſe, ſi regnum reciperet, illi loco facturum benè; quod ſanè abunde & cumulatè præſtitit, ſubnotavitque in Concilio Londinenſi publicum inſtrumentum, quod ab Ingulpho, prædicti monaſterii abbate relatum, videri poteſt apud eumdem Alfordum & alios ſcriptores. Privilegio iſti regio ſubſcripſerunt, primo quidem loco Celnothus archiepiſcopus Dorobernenſis, atque alii deinceps ordine ſuo archiepiſcopi; epiſcopi, & abbates; quin & ipſe poſt illos rex Egbertus, & ejus filius Adelwlfus, nec non duces tres. Et tandem poſt memoratos hoſce omnes ſubſcripſit etiam Swithunus his verbis:* Ego Swithunus presbyter regis Egberti præſens fui. *Itaque anno* 833 *S. Swithunus dumtaxat erat presbyter regis Egberti atque adeo nondum erat epiſcopus. Aſſero præterea, non fulſiſſe ipſum dignitate epiſcopali ante annum* 837, *patetque ex eo quod Helmſtanus deceſſor ejus in epiſcopatu, anno tantùm* 837 *è vita migrarit.*

E

consecratus

21 *Huc faciunt ea, quæ habet prælibatus Alfordus in Annalibus eccleſiæ ad annum Chriſti prædictum:* Moritur hoc anno Helmſtanus, Wintonienſis epiſcopus, cum quinquennio eccleſiam gubernaſſet. De eo hæc habet Godwinus in catalogo: „ Obiit Helmſtanus anno „ octingenteſimo trigeſimo ſeptimo, & tu„ mulatus jacet ſuper parietem ſeptemtriona„ lem presbyterii„ *Tum pergit Alfordus:* Eumdem mortis annum conſignat Wigornienſis, quod ideo notandum; quia non deſunt etiam nobiles hiſtorici, qui putent, mortuo Helmſtano Ethelwolfum ſucceſſiſſe regem occidentis. Sed qui regnum ingreſſus eſt IV Februarii, non potuit epiſcopi ſedem ſeptennio occupare, ut velle videntur auctores aliqui. Bene igitur ſcripſit Godwinus: „ Hac circiter tem„ peſtate Athulfum, ſive Athelulfum, qui po„ ſtea rex fuit, epiſcopum Wintonienſem „ creatum contendunt hiſtoricorum noſtro„ rum non pauci, Simon Dunelmenſis, Hen„ ricus Huntindonius, Rogerus Hoveden, „ aliique, & huic ſedi annos ſeptem præfuiſ„ ſe. Id quod mihi nullo modo probatur„ *Ita Alfordus ex Godwino.*

F

episcopus.

22 *Maneat itaque fixum, non occupatum fuiſſe locum Helmſtani Wintonienſem ante annum* 837, *cui Helmſtano, non Athelwlfus, ut nonnullis ceteroquin non infimæ notæ hiſtoricis placuit comminiſci, ſed S. Swithunus ſucceſſit; idque vel anno proximè ſequenti; videlicet* 838, *quem prælaudatus Alfordus dicit in faſtis notari; vel anno præcedenti* 837, *dicente Maihewio in trophæis Benedictinis Angliæ ad diem* 2 *Julii:* Agente Etheluulpho, jam rege conſtituto, ac propterea poſt illius regni initium, quod contigit DCCCXXXVII, eum ſedi illi epiſcopali fuiſſe

AUCTORE J. P. præpoſitum, conſentiunt omnes. *Conſentit enimverò Malmesburienſis lib. 2 de Geſtis Pontificum Anglorum :* Ethelwolfus, *inquit*, Swithunum ut altorem doctoremque ſuum ſuſcipiens (ſic enim eum vocabat) non prius abſtitit, quam epiſcopatu Wintonienſi honoraret, conſentiente clero; ordinante archiepiſcopo Cantuariæ Ceolnotho. *Conſonat præterea Florentius Wigornienſis, qui ad annum* 837, *ſic habet :* Rege verò Ethelulfo regnante, S. Helmſtanus epiſcopus vitâ deceſſit; cui juſſu regis B. Swithunus ſucceſſit.

Thomæ Rudburni & aliorum

23 *Thomas Rudburnus ſupra memoratus, ordinationem S. Swithuni factam quidem aſſerit* defuncto Helinpſtano, Wyntonienſi antiſtite, *ac regnante Athulfo ſeu Ethelwolfo, ſed illam removet ac differt uſque ad annum* 852; *at quo nixus fuerit fundamento, non ſatis aſſequor. Et verò idem auctor antea proximè producit privilegium, ſeu* donationis chartulam, *quæ* ſcripta eſt anno Dominicæ incarnationis DCCCXLIV, indictione IV, *(quæ eſt ſeptima) ubi* Swithunus *nominatur epiſcopus his verbis :* Placuit autem tunc poſtea epiſcopis Alſtano Shireburnenſis eccleſiæ, & Swithuno Wyntaceſtrenſis eccleſiæ cum ſuis abbatibus & ſervis dictum conſilium inire. *Whartonus, commentator citati Rudburni ſeu ſcholiaſtes, cenſet introitum* Swithuni *ad ſedem epiſcopalem rectè à Rudburno poſitum anno* 852; *at ſphalma irrepſiſſe in diploma prædictum ſeu donationis chartulam, & pro anno* 844 *ſubſtituendum eſſe* 855; *eo quod indictio* IV *ibidem appoſita ad amuſſim concordet cum illo anno (quo fuit ind.* 3 *non* 4) *diſcordet autem cum anno* 844, *in quem non indictio quarta ſed nona (ſeptima) incideret. Idem Whartonus ex incuria lapſum arguit Godwinum, quia mortem Helmſtani conſignat anno* 837. *Sed an ipſius in hac materia judicium tanti eſſe debeat, ut præponderet auctoribus antea allegatis? Patet contrarium vel ex erroribus indictionum.*

hallucinationes

24 *Lapſum majorem patentioremque commiſit Uſſerius, dum in indice ſuo Chronologico ſtatuit* Swithunum *in epiſcopali ſede ſucceſſiſſe Helmſtana anno* 937, *his verbis :* DCCCCXXXVII Helmſtano in Wintonienſi epiſcopatu ſucceſſit Swithunus, quem in Catabriſienſis academiæ cathedra ſacræ theologiæ profeſſorem fuiſſe volunt; horum æquali, Bonagratia de Villa Dei, in epiſtola ad nigros monachos Angliæ illud atteſtante. *Hæc Uſſerius in indice, poſtquam in ſua hiſtoria de Britannicarum eccleſiarum primordiis pag.* 340 *dixerat ſequentia :* Qui ſupereſt Swithunus, ille ipſe fuiſſe videtur, quem anno DCCCCXXXVII Helmſtano in Wintonienſi epiſcopatu ſucceſſiſſe notat Florentius Wigornienſis in chronico. *Sed ibidem diſertè ſignatur annus* 837, *nullaque aut de Helmſtano aut Swithuno, anno* 937 *ſit mentio. Tum præfatus Uſſerius pergit :* Nam & hunc Cantabrigienſem fuiſſe volunt, idque auctore Bonagratia de Villa Dei, ex cujus epiſtola ad nigros monachos in Anglia à Thoma Rudburno Hiſtoriæ majoris libro III c II, & hiſtoriolæ Wintonienſis eccleſiæ ſcriptore, verba producuntur iſta : „ Cum à propria exu-
„ lans patria, in Anglia apud ſanctiſſimos ac
„ religioſos monachos totius regni veſtri de-
„ gerem in Wentana urbe, Helmſtanum vene-
„ rabilem abbatem cathedralis eccleſiæ, &
„ venerabilem Swithunum ejuſdem eccleſiæ
„ præpoſitum, & in profeſſione ſacræ theo-
„ logiæ in ſtudio Cantabrigienſi cathedra-
„ tum, me inter ærumnoſa exilii diſcrimina
„ ſpeciali remunerandæ recreationis gratiâ
„ confovebant „

in hac materia

25 *In quæ verba Whartonus commentatur in hunc modum :* Vereor ne Swithunus ſenior, Wintonienſis etiam epiſcopus, SS. Dubricii & Davidis familiaris & litterarum famâ celeberrimus, cum juniore malè permixtus fuerit. De illo vide Galfridum Monumetenſem Hiſtor. Britan. lib. IX cap. XII & Giraldum Cambrenſem in vita S. Davidis. De antiquitate academiæ Cantabrigienſis ſplendidè fabulatus erat Rudburnus in hiſtoria minori hiſce verbis : „ Anno Domini DCCCLXXI combuſta
„ eſt univerſitas Cantabrigienſis, quæ fuit
„ ædificata anno à mundi creatione 4815 à
„ Cantabro duce, & frequentata à Philo-
„ ſophis ante Chriſti incarnationem per an-
„ nos CCCXIV „ *Sic ille. Quibus attente expenſis ac conſideratis, ſequitur in hiſce & ſimilibus, uti etiam in epocha chronologica ſuperiore, non nimium eſſe deferendum auctoritati Rudburni, atque adeo in admittenda præpoſitura Wintonienſi, & profeſſoratu academiæ Cantabrigenſis, quibus functum fuiſſe S. Swithunum vult prædictus auctor, non ero valde facilis, niſi ex antiquioribus ac certioribus argumentis probari hoc videro & ſtabiliri.*

expoſita.

25 Porrò quæ de monachis, eccleſiam Wintonienſem ab ipſo anno CLXIX inhabitantibus Rudburnus refert meræ ſunt næniæ, *ut dicitur apud Whartonum in ſucceſſione Priorum eccleſiæ Wintonienſis, atque ex eo colligitur non unâ eum fabulâ infarſiſſe ſua ſcripta. Sed quid ad fragmentum epiſtolæ, ſuperius allatæ & citatæ, tamquam à Bonagratia de Villa Dei ſcripta? Reſponſi iſtuc accipe. Dicere quod illud fragmentum ſit omnino ſuppoſititium & adulterinum, videtur aſſertio duriuſculæ digeſtionis. Quid ergo? Fuerint fortaſſe particulæ aliquæ ex affectione & genio particulari ab interpolatore huc intruſæ; vel ſic hoc non videatur ſimile vero, confuſio* Swithuni *ſenioris cum juniore ſatis fecunda potuit eſſe mater, ut fabulam prædictam enixa ſit. Hoc tamen ultimum non videtur ſufficere ad præſentem controverſiam dirimendam, quia habetur adjunctum nomen* Helmſtani, venerabilis abbatis cathedralis eccleſiæ, *qui Helmſtanus vixit cum juniore Swithuno : niſi forte duo etiam Helmſtani fuerint, quorum primus fuerit* abbas *tantùm* cathedralis eccleſiæ, *ſecundus verò ejuſdem eccleſiæ epiſcopus & ſynchronus Swithuno noſtro. Id quod non vacat indagare. Verum de his plus quam ſatis. Nunc ad alia properemus.*

S. Swithunus

27 *Extremus jam labor ſit, diſcutere, quo anno Sanctus Præſul è vivis ceſſerit. De hoc tempore ſatis convenit inter auctores, exiguo dumtaxat inter eos relicto unius anni diſcrimine.* Ejus obitum, *inquit Mabilio in compendio vitæ* S. Swithuni, *pluries jam citato*, in annum Chriſti DCCCLXII referunt Gotſelinus, Matthæus Weſtmonaſterienſis, Florentius Wigornienſis, & cum eis Cardinalis Baronius. Annum ſequentem præferunt Wilhelmus Malmesburienſis in Pontificibus, Symeon Dunelmenſis in lib. de Geſtis Regum Anglorum, & Rogerius Hovedenus. Diem ſextum ante Nonas Julii adſignat idem Gotſelinus, & cum eo Martyrologium Romanum, & alia recentiora. Longè errat Egilwardus in libro de vita S. Burchardi epiſcopi Wirtziburgenſis, qui Burchardum ejuſdem S. Swithuni fratrem ger-

germanum fuisse appellat, cum centum annis Burchardus Swithunum antecesserit.

28 *Auctoribus postremo loco enumeratis, at mortem Swithuni anno* 863 *consignantibus, adhæret Mabilio loco proxime citato; ubi eumdem quoque annum notat. Quid coëgerit ipsum recedere à sententia Gotzelini, supra num.* 11 *pluribus laudati ex eodem Mabilione, ignorare me fateor; neque satis video subesse causæ cur relictâ ejus sententiâ; Sancti nostri obitum figentis anno* 862, *aliorum recentiorum auctorum placito me conformem, dictum obitum annectentium anno dumtaxat proximè sequenti, videlicet* 863. *Præferendum itaque censeo annum* 862, *Majores nostros secutus, qui jam pridem ad diem* XI *Aprilis; pag.* 54 *in Annotatis litt.* l, *ejusdem fuere sententiæ*; S. Swithunus . . . sedit ab anno DCCCXXXVIII ad DCCCLXII. *Ex dictis lapsus errore convincitur ac crisim meretur, aliorum toties hypercriticus Bailletus, dum in vita* S. Swithuni *asserit, quadraginta penè annorum spatium in episcopali munere eum impendisse. Corollarii loco adjicio ea, quæ notavit scholiastes Historiæ Wintonienſis in parte prima Angliæ sacræ à Whartono editæ, qui in hæc prædictæ historiæ verba*, Decessit autem *S. Swithunus*, anno Dominicæ incarnationis DCCCLXIII, *ita Commentatur:* Sic quidem Hovedenus, Mailrosensis & plures alii. Verè autem obiit anno DCCCLXII, VI Non. Julii, feria V; quod ex Wigornienſi & Westmonasterienſi constat. Sic & Historiola Wintonienſis Ms. quæ Swithunum DCCCLXII, anno III Ethelberti regis obiisse memorat. Crassè errant Annales breves Wintonienses, qui nativitatem Swithuni in annum DCCCXXVI, obitum in DCCCLXXII protelant. *Hæc præfatus pro lectoris institutione de rebus, ad S. Swithuni vitam ac miracula pertinentibus, apographa nostra subjicio.*

quo anno mortuus.

VITA

Auctore Gotzelino *a* apud Surium

Collata cum ea, quæ est apud Capgravium.

b GLorioso rege Anglorum Egberto *b* regnante, qui regi Kinegilpho *c*, ab idololatria per beatum Birinum *d* converso, octavus *e* in regni administratione successit, beatus Swithunus, pater & pastor in ecclesia Dei futurus, cursus sui in stadio mundi hujus exigendi, divina ordinante misericordia, accepit exordium. Annis verò puerilibus, pia simplicitate transactis, jugum Dominicæ servitutis suis humeris imponi voluit susceptumque humiliter viriliterque portavit. Itaque in clerum adscitus, de gradu in gradum, de virtute in virtutem, gressus ejus Deo per omnia dirigente, conscendens, sub Helinstano *f* Wintano episcopo, ad sacerdotii honorem provectus est. Porro autem curabat seipsum ministrum idoneum & probabilem Deo semper exhibere, verbum veritatis rectè & catholicè tractare, humanitati & mansuetudini studere, opera pietatis ante omnia exercere, non rectè neque ordine viventes, virga castigationis corrigere, humiliter omnibus inservire.

S. Swithuni clericatus, virtutes,

2 Ejus fama ubi ad regis aures pervenit, ab illo accersitus est, & inter præcipuos amicos numeratus. Commendavitque ei rex filium suum Adulphum *g* liberalibus disciplinis erudiendum, & sanctis moribus instruendum: quem posteà subdiaconum ordinavit. Attamen patre ejus sine herede ex hac vita decedente, cùm præter eum nullus alius heres superesset, Leone *h* Pontifice dispensante, uxorem duxit. Defuncto verò Helinstano Episcopo, omnium votis Swithunus electus est. Ejus precibus & exhortationibus rex Adulphus permotus, ecclesiis Dei universam decimam terræ regni sui benignè donavit, libereque sibi vendicare concessit. Idem sanctus Episcopus pontem Wintonienſem, qui est ad Orientem, construxit. Cumque ei ædificando solicitam navaret operam, quodam die, illo ad opus residente, quædam paupercula mulier eò venit, ova venalia in vase deferens: quam apprehensam operarii lascivientes & ludibundi, magno incommodo affecerunt, ovis universis non ereptis, sed confractis. Illa igitur pro illata injuria & damno dato, cùm lachrymis & ejulatu coram Episcopo conquerente, vir sanctus pietate permotus, vas, in quo erant reposita ova, corripit, dextra signum Crucis exprimit, ovaque incorrupta & integra restituit.

AUCTORE GOTZEL. *episcopatus Wintonienſis,*

3 Solebat verò studiosè fabricare ecclesias iis locis, quibus non erant: porrò dirutas & confractas instaurare. Dedicaturus sacras ædes, non equo vehebatur sublimis, nec secularis pompæ apparatum sibi adhibebat: sed clericis & familiaribus suis comitantibus, nudis pedibus humiliter incedebat. Ad convivia sua accersebat non locupletes, sed egenos & pauperes. Os ei semper apertum erat ad cohortandos peccatores ad agendam pœnitentiam. Monebat stantes, darent operam, ne caderent: lapsos, ut resurgerent. Cibum non ut ventrem farciret, sed pro sui sustentatione parcè & moderatè sumebat. Post multas vigilias multosque labores, ne deficeret, somni paululum admittebat, psalmis & canticis spiritualibus semper intentus. Proximis semper, perinde ac sibi ipsi, quod utile, quod honestum, pium & sanctum esset, modesto & humili sermone proponebat. Vixit vir beatus usque ad vitæ exitum in vera observatione mandatorum Dei, omni custodia servans cor suum in omni munditia & spiritali puritate, catholicæ & Apostolicæ doctrinæ custos integer, filiorum spiritaliter regeneratorum in sanctæ conversationis studio eruditor pervigil & magister. Humilitatem & mansuetudinem accuratius sectabatur. Denique pacem & sanctimoniam sequens, fontem vitæ & sempiternæ beatitudinis sitiebat. Atque ita feliciter migravit ab hoc seculo ad sidereas mansiones sexto Nonas Julii, anno salutis octingentesimo sexagesimo secundo *i*. Jussit verò non intrà ecclesiam, sed extra ejus septa, indigno & vili loco se tumulari *k*.

præclara exempla, beatus obitus,

4 Post obitum suum multis coruscavit miraculis: inter quæ apparuit cuidam viro *l*, incredibili membrorum omnium infirmitate laboranti, admonens, ut Ethelwoldum Wintonienſem Episcopum adiret, diceretque ei divinæ providentiæ ita visum, ut corpus ipsius à loco, in quo conditum erat, sublatum, intrà ecclesiam digniori loco honorificentius tumuletur

miracula

AUCTORE GOTZEL.

muletur. Si diffidat & hæſitet, teſtimonii loco habiturum ſanitatem, quam, profligato eadem hora morbo, quo diu laboraſſet, illico eſſet recuperaturus. Addidit etiam, ut ad locum ſepulturæ veniat, unum ex ferreis annulis, qui etiamnum lapidi infixi viſuntur, ſine ulla lapidis læſione extracturus, rurſumque pari facilitate, nihil læſo lapide, in ſuum locum repoſiturus. Surgit ille perfectè ſanus: uti prædicta erant, omnia reperit, cunctaque ex ordine Epiſcopo enarrat. Incurvum quemdam, & pecudum more, prono vultu terram reſpectantem, ſanum & incolumem reddidit. Vir quidam nobilis & dives, cum meridiano tempore ad fluminis ripam deambularet, vidit ſubitò apparentes ſibi tres ultra modum horrendas, quaſi mulieres ſtaturâ immensâ. Eæ fugientem illum comprehendentes, & multis modis affligentes, peſtiferoque flatu ſuo penè ſuffocantes, incredibili horrore affectum, inſano ſimilem reddiderunt. Adducto autem ad eccleſiam, nocte apparuit ſanctus Swithunus, & omni pulſo dolore, ſanitati eum reſtituit.

B

tranſlatio novis prodigiis clara.

5 Cum Ethelwoldus Epiſcopus corpus beati Viri è terra levaret, mira odoris fragrantia omnes pervaſit, mulier cæca viſum recepit, & multi diverſis preſſi ægritudinibus, ejus meritis curati ſunt. Ea tranſlatio incidit in annum centeſimum decimum ab obitu illius, Incarnationis verò Dominicæ nongenteſimum ſeptuageſimum primum, & Idus Julii. Eodem die puerum, à nativitate mirabiliter contractum, ſanavit: tribus mulieribus, oculorum lumine orbatis, viſum reſtituit: nexibus ferreis mulierem in carcere compeditam, ruptis vinculis, liberavit: paralyticum curavit: matronam nobilem, ſed cæcam, illuminavit: viginti quinque homines variis vexatos morbis, qui è locis diverſis venerant, uno die perfectè reſtituit: cæcos aliquot, duas contractas feminas intrà unum diem: triginta & ſex è diverſis locis venientes, nec unius generis laborantes ægritudinibus, trium dierum ſpatio: neque diu poſt, centum viginti quatuor, intrà dies quatuordecim curavit.

Alia S. Swithuni miracula,

6 Rex Edgardus ob coërcenda furta lege ſanxit, ut in furto deprehenſus, oculis privaretur, auribus, manibus pedibuſque præciſis, cute capitis nudaretur, ſicque feris & avibus laniandus objiceretur. Accidit verò, innocentem quemdam ea pœna mulctatum, penè amittere auditum, obſtructis ſanguine aurium meatibus. Delatus à parentibus in oratorium S. Swithuni, ut ſolus auditus ei redderetur, non id modò impetravit, ſed etiam alia, quæ non rogaverat. Mulierem quamdam dormientem oſtio aperto in villa civitatis Wintonienſis, lupus è lecto abſportavit in ſylvam, & horrendo ululatu alios ad ſe lupos accivit. Mulier & inedia & ætate debilis, quid faceret, ignorabat. Convertitur ad preces, divinam implorat opem, S. Swithunum appellat. Lupus, ejus audito nomine, obdormivit: mulier ſe ſubducit: lupus evigilans, cum ſociis eam inſequitur, ſed lædi non potuit, quam Dei & beati Pontificis miſericordia liberandam ſuſceperat.

C

ejuſque ſtatua.

7 Statuam quamdam S. Swithuni Epiſcopus Schireburnenſis à fratribus acquiſitam honorificè in eccleſia ſua collocavit, ubi præclara miracula crebrò edi ſolebant. Ad hanc ſtatuam quidam leproſus non curationis obtinendæ causâ, ſed ut ab illis, qui eo in loco preces funderent, ſtipem acciperet, acceſſit. Cumque paululum illic obdormiviſſet, viſum eſt ei, S. Swithunum adeſſe, lepram ipſius manu abſtergere, & morbum illum omnem repente ab ipſo depellere. Evigilans, lætus coram omnibus cingulum ſolvit, & ſe purgatum oſtendit. D

ANNOTATA.

a *De hac re dictum in Comm. prævio à num.* 11.

b *Rex Orientalium Saxonum. Regnare is cœpit anno* 800, *deſiit ſub initium anni* 837, *die* IV *Februarii, uti tradit Alfordus in Annalibus eccleſiæ Anglicanæ tom.* 3, *ubi plura.*

c *Al.* Kinegilſus. *Auſpicatus Regnum anno* 612, *obiit* 642, *de quo plura apud dictum Alfordum tomo* 2.

d *Ad Superos diſceſſit anno* 650, *colitur die* III *Decembris tamquam Occidentalium Saxonum Apoſtolus, de quo alias erit pluribus agendum ex profeſſo, eodem die.* E

e *Juxta Alfordi indicem chronologicum, qui habetur ad calcem tomi* 3 *Annal. eccl. Angl., Egbertus à Kinegilſo eſt numero undecimus.*

f *De Helinſtano ſeu Helmſtano ſatis multa in Comm. prævio.*

g *Al.* Ethelwolfus, Ethelvulphus, Alidulphus.

h *Diſpenſaſſe cum illo refert ſæpe dictus Alfordus, tomo* 3 *pag.* 54, *Leonem III, Romanum Pontificem; itaque ante annum* 817, *cum anno præcedente* 816 *obierit dictus Pontifex.*

i *Annum hunc nos ſignandum diximus in Commentario prævio num.* 28, *potius, quam ſequentem.*

k *Plura in Comm. prævio.*

l *De hoc & ſequentibus miraculis adi, quæ infra dabuntur.*

HISTORIA

TRANSLATIONIS ET MIRACULORUM

Auctore, ut videtur. Lantfredo *a*, Monacho Wintonienſi in Anglia.

Ex Antiquiſſimo Ms. Bigotiano.

CAPUT I.

S. Swithuni corpus divinitus oſtenſum, ac miracula.

F

TEmporibus feliciſſimi Fabgari * *b* Regis Anglorum ac glorioſiſſimi totius Albionis *c* inſulæ Imperatoris, anno Incarnationis Domini noſtri ac Salvatoris mundi Jeſu Chriſti DCCCCLXXI, indictione XIV cunctipotens Deitas dignata eſt oſtendere Anglis *d* Saxonibus ſanctum corpus beati Swithuni antiſtitis, per cujus merita tot languentes, Deo favente, priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti, quot nemo

* Eadgari *b* *c*

Corpus Swithuni miraculoſum, d

A nemo vivens umquam nec vulgante fama audivit, nec corporeo visu conspexit, nec legendo didicit, ad Sancti alicujus tumulum curatos fuisse. Hujus tamen mirabilis Præsulis vita, & prisca conversatio nobis incognita sunt: quia scripta minime habentur: sed clementia omnipotentis Dei merita ejus miraculis coruscantibus, evidentissimè manifestare dignata est.

divinitus manifestatur.

2 Triennio igitur antequam sanctæ prædicti Præsulis exuviæ de mausoleo, quo olim fuerant humatæ, à reverendissimo ejusdem loci antistite Athelwoldo fratribusque ejus essent sublatæ, apparuit ipse Sanctus in somno cuidam veridico fabro, angelica præclarus effigie, dicens ad eum: Numquid illum agnoscis canonicum, qui cum ceteris pravè viventi-

e bus nuper à vetusto *e* expulsus est monasterio? Ut eum recognoscas dilucidè, Eadsinus nuncupatur vocamine. Faber respondit: Quon-

f dam illum novi, Patet, modo tamen nescio ubi est. Cui Præsul ait: Nunc Wincelcumbe *f* degit. Et adjecit: Ego te rogo, tibique in

B nomine Christi præcipio, ut ad illum properè pergas, meaque jussa illi dicas: Hoc tibi, Eadsine, præsul mandat Swithunus, quatenus ad Winthonienſem festinanter pergas civitatem, dicasque Antistiti, qui modo tandem regit diœcesim, cui olim præfui, ut corpus meum de sepulchro elevet, & in ecclesia collocet; quoniam quidem cælitus illi est concessum, quod tempore suo manifestandus sum.

Exponitur,

3 Faber vero ait ad Sanctum: Domine nullo modo voluerit meis credere dictis. Vir sanctus inquit: Ut tuis credat sermonibus, dic ei, ad meum quo pergat tumulum, & trahat unum annulum, ex his ternis, qui sunt fixi mei cooperculo sarcofagi: si confestim subsecutus fuerit illum, hoc sit ei verè manifestum, quoniam te misi ad illum. Sin autem illum minimè hinc poterit evellere, tunc nulla ratione tibi debet credere. Potes deinde illi indubitanter referre, quod si utriusque vitæ desiderat perfrui sospitate, debet mores & actus commutare in melius, & ad cælestis patriæ beatitudinem incessanter festinare. Quin etiam omnibus vaticinando prodas, quod mox ut meam aperuerint sepulturam, reperient thesauros tam inæstimabiles, tamque pretiosos; ut quidquid usquam est auri & gemmarum, vilescet in comparatione horum. Postquam talia fabro edicta sanctus Vates tradidit, cælos subvolando petiit.

C Verum faber ille, primo metuens videri falsidicus, hanc visionem prorsus nemini ausus est prima vice indicare viventi.

quomodo id factum.

4 Qui secundò commonitus ac tertio ab eodem sancto Præsule acriter increpatur; cur nollet suis obedire præceptis. Tandem accessit ad tumbam almi Pontificis, unum ex supradictis arripiens annulum, tali voce, inquit, ad Dominum creatorem rerum: Domine Deus, universæ conditor creaturæ, concede mihi peccatori, ut si Sanctus iste, qui hîc quiescit corpore, ter comparuit meis obtutibus in noctis sopore, hinc istam possim ferream evellere sphærulam; sicut nuper in somnii visione idem vir Dei meis auribus studuit resignare. Qui statim ut traxit orbem chalybis, ita subsecutus est illum ex lapidea mole, quasi foret fixus in marino sabulo. Quem in propria reponens rimula, ita fixus permansit paululum pressus calce: ut post hoc inde nequaquam possit avelli à nemine. EX MSS.

Varia, quæ item

5 Eodem verò die, dum peragraret forum, reperit quemdam clientulum prædicti clerici Vintoniam venientem causâ necessariæ coëmptionis, cui intimavit ea, quæ per somnia viderat, & humiliter eum flagitabat, ut talia suo Domino narraret. Quo postquam ad proprium pervenit herum per longinqui intervallum temporis, illius rei immemor siluit: sed postmodum pœnitentiâ motus, domino suo cuncta, quæ à fabro audivit, diligenter narravit. Qui clericus eo tempore non solùm Antistitem Wintonienſis diœcesis, verum etiam cunctos fratres ibidem commorantes pertæsos habens propter expulsionem Canonicorum, nefandis moribus ac spurcissimis utentium, pro quibus venerabilis Athelwoldus eos à prædicto *circumstant,* expulerat cœnobio, magis quam sancti Patris jussa implere studeret, audire renuit. Postea verò expleto duorum curriculo annorum, favente superni clementia Conditoris, qui cunctos, quos pressit in vineam laboraturos Dominicam, gratis ad suam deducit gratiam; idem Clericus qui nuper erat, factus est . . . . . E venerabilis monachus. Nam nos ipsi ita gestum vidimus, quemadmodum præsens demonstrat codicillus. Benedictus omnipotens Deus, qui peccatores justificat, qui in se sperantes salvat, qui superbos humiliat, qui humiles exaltat.

6 Igitur biennio ante sacri nativitatem corporis, vir quidam gibberosus, & propter ingentem strumam valde incurvus, per somnium audivit, ut Winthoniam veniret, & ibi per sancti meritum Swithuni, sanitatem reciperet. Qui mane consurgens, sicut valuit, gibbum geminis sustentavit camburtis *g*, & ad Winthoniam pervenit, ibique diu manſi- *g*
tans, angelica visitatione iterum admonitus ad tumbam sancti præsulis Swithuni perrexit, & flexis genibus, rogavit Dominum, quatenus ibi sanaretur ipsius Sancti meritis, quemadmodum in somnis audierat. Qui mox ut surrexit à precibus, ita curatus est divinitus, ut nusquam deformis gibbi locus appareret. Appropin- *miracula.*
quante verò sacratissimæ solemnitatis die, quo venerabilis Dei antistes Swithunus corporeis nexibus solutus, de hoc mundo migravit ad Dominum, vir quidam dæmoniacis deceptionibus, omnibus membris miserabiliter debilitatus F
est. Qui cum diu torqueretur, vicini illius, & cognati ad Sancti Dei tumulum eum perduxerunt, & illam noctem pervigilem, cum amico languente assiduis orationibus peregerunt. Languidus verò mane oppressus somno, paululum obdormivit, & visum est illi quasi quidam ad eum accederent, & alterum ei calceamentum de pede subtraherent. Qui statim cum amicis domum sanus reversus est. Subtalaris tamen ejus nimium quæsitus est; sed nusquam repertus. Curati sunt alii octo debiles ad sancti viri mausoleum, antequam ossa ejus inde elevarentur.

ANNOTATA.

a *In Commentario prævio attigimus ea, quæ huc spectant.*

b *Alibi* Edgarus *scribitur. Alfordus noster tom. 3. Annal. Ecclesiæ Anglicanæ natalem ejus*

EX MSS. *ponit anno* 943, *ex antiquioribus*; *mortem anno* 975, *qui & de illo agit tomo citato locis variis.*

c *Id eſt*, Britanniæ. *Ariſtotelis interpres apud Cellarium lib.* 2 *Geographiæ Antiquæ cap.* 4, *pag.* 280, *dixit* Albion & Jerna, *id eſt* Britannia & Hibernia, *ut conficitur ex eodem Cellario ibid. pag.* 254.

d *Ea deſignatur hic Angliæ pars, in qua jacet Wintonia. De Anglorum & Saxonum in Britanniam adventu agit Malmesburienſis lib.* 1, *de geſtis Regum Anglorum cap.* 1.

e *Dilucidationem hujus loci quære ex iis, quæ dicta ſunt in Comm. prævio ſub initium num.* 18.

f *Locus mihi incompertus. Quid ſi fuerit pagus aliquis, vel oppidulum ignobilioris notæ?*

g Camburta *ſignificat* ſuſtentaculum *vel* baculum.

CAPUT II.

Corporis tranſlatio, alia miracula.

B Quibus tranſactis Idus Julii venerabilis Athelwoldus epiſcopus cum aliis coëpiſcopis, & abbatibus, cum pluribuſque monachis ſanctas reliquias, imperante glorioſo rege Fabgaro * de monumento ſublevantes, in baſilica Apoſtolorum Petri & Pauli cum magna veneratione collocaverunt. Ubi beneficia præſtantur omnibus vera fide petentibus. Poſtea verò quatuor ægri medelam acceperunt ad ejus tumulum per intervallum trium dierum. Deinde per quinque menſium ſpatia rarò fuit aliqua dies, quo non ſanarentur languidi ad ipſius Sancti honorabiles reliquias. Aliquando autem tres, aliquando quinque, modo ſeptem, modo decem, nunc duodecim, nunc verò quindecim. Vidimus namque pluſquam ducentos in decem diebus ægrotos per meritum Sancti curatos, & in anni circulo, qui carent numero. Quapropter increduli ad Sanctum Dei veniant, ut beneficia Conditoris agnoſcant, & creatorem laudent.

* Eadgaro *Miracula multa,*

8 Cognoſcant denique fideles, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei unigenitus, qui in exordio hujus ætatis velatus amictu carnis per ſemetipſum cæcos illuminavit, claudis officium ambulandi præbuit, ſurdis auditum reddidit, paralyticos curavit, mortuos ſuſcitavit, ſupra mare ſiccis veſtigiis ambulavit; idem noſtris temporibus ad clarificandum ſuæ Majeſtatis omnipotentiam, & ad manifeſtandum egregie ſacerdotis Swithuni meritum, confert ſanitatis beneficium ægrorum corporibus, præ multitudine innumerabile ac maris arenæ, quibus non eſt numerus. Benedictus omnipotens Deus, qui noſtra tempeſtate dignatus eſt Sanctum ſuum ſignis & virtutibus mirificare; qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & dominatur per cuncta ſecula. Amen.

C

Ægri multi, languidi, cæcus ſanati.

9 In illo tempore, quo Dominus rerum manifeſtabat hominibus Sanctum ſuum Swithunum, accidit, ut veniſſent Winthoniam in una die viginti ſex ægri, causâ recuperandæ ſanitatis: ex quibus quidam erant cæci, quidam ſurdi, quidam muti, quidam etiam paralytici; qui cum acceſſiſſent ad ſancti Præſulis monumentum & preces coram Deo effudiſſent; per ipſius interventionem omnes curati ſunt in ſpatio trium dierum, ſicque læti domum cum ingenti gaudio redierunt, magnificantes & laudantes Dominum. Neò multò poſt acceſſerunt ad eumdem Sanctum ex diverſis Anglorum Saxonum finibus centum viginti quatuor infirmi multiplicibus conſtricti languoribus: hi omnes per ſancti Præſulis meritum à variis ægritudinibus Deo volente curati ſunt in duarum revolutione hebdomadarum, & benedicentes Domino reverſi ſunt incolumes ad propria, qui debiles convenerant. Cæcatus eſt quoque quidam vir in Letania majore cauſa latrocinii: ſed quia innocens cæcatus erat, venit in Epiphania Domini ad ſancti Swithuni mauſoleum, preces humiliter effundens. Et oculi ejus, qui erant ferro extincti, & omnino evulſi, illuminati ſunt. Et habebat poſtea claros oculos omni tempore vitæ ſuæ. Ergo quia cuncta miracula, quæ Dominus per ſanctum Swithunum dignatus eſt operari, nequaquam enumerare valemus; rogemus ipſum ſanctum Præſulem, quatenus animarum noſtrarum languoribus mederi dignetur, pro nobis apud Dominum intercedendo, cum quo pro bonis operibus ſine fine permanere promeruit. Igitur dum tanta ſigna Salvator mundi ad venerabilis Patris Swithuni tumbam oſtendere decreviſſet, beatæ memoriæ Athelwoldus epiſcopus Imperavit fratribus ibidem commorantibus, ut ſemper quando quiſpiam æger per meritum ſancti Viri medelam reciperet, protinus omnes ad eccleſiam pergerent, & Deum hymnis & laudibus glorificarent. D E

Apparens S. Swithunus hortatur Monachos ad laudem Dei.

10 Accidit autem, ut quidam poſt aliquot dies graviter ferrent, quod excitarentur per noctem aliquando quater, aliquando ter; & ſuadere cœperunt ceteris pravè relinquere, quod imperatum fuerat piè illis à ſuo Præſule. Quod dum incautè foret prætermiſſum per intervallum quindecim dierum, apparuit ipſe ſanctus Swithunus cuidam fideli viro per ſomnium, dicens ad eum: Vade ad monaſterium vetus, & dic fratribus, quod omnipotenti Deo nimium diſplicet murmuratio eorum, quoniam quotidie miracula multa coram illis facit, & ipſi tam injuſtè agunt, quod ei non referunt laudes, ſed caduca ſtudia divinis operibus præponunt. Adde etiam ad hæc, quod ſi à laudibus ceſſaverint, protinus ceſſabunt magnalia Dei: ſi vero non deſinent glorificare Deum, tot mirabilia ibidem faciet, quot à nemine vivente recordantur uſpiam peracta. Vir vero præfatus poſt Sancti receſſionem evigilans, ad epiſcopum Athelwoldum feſtinabat, & ipſi intimavit omnia, quæ Sanctus Dei imperaverat. Qui commotus animo, cur fratres non egiſſent ſecundum illius præceptum; rurſus mandavit monachis cum magna comminatione, ut ad omnes ſanitates, quæ ad Sancti tumbam fierent, facto ſigno, omnes ſimul ad eccleſiam pergerent, & Deo omnipotenti laudes hymnidicis vocibus canerent; quod ita deinceps hactenus obſervatum audivimus. Cui gloria & laus Deo omnipotenti, qui ſic Sanctum ſuum glorificare dignatus eſt, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. F

MIRA-

A

MIRACULA
S. SWITHUNI

Ex antiquissimis membranis
Reginæ Suecia in Cod. num. 769.

CAPUT I.

Pars prima miraculorum.

Ægroti POstquam sanctissimi corpus Pontificis infra ecclesiam, sicut prædictum, est positum, quatuor ægri, sive quinque, medelam receperunt ad ejus tumulum per intervallum trium dierum. Expleto autem triduo, ferme per interstitium quinque mensium, raro fuit aliqua dies, quo in basilica, in qua sunt repositæ sancti viri reliquiæ, non sanarentur languidi, quandoque plures sedecim, vel octodecim, quandoque vero pauciores, quin-
B que, vel tres, creberrimè etiam septem, octo, decem, duodecim, quindecim. Vidimus plus quam ducentos in decem diebus per meritum Sancti curatos, & in anni circulo, qui carent numero.

a plurimi, 2 Vidimus etiam circa præscriptum *a* monasterium plateas adeo refertas utrobique turmis ægrotantium, ut quispiam viator difficilè reperiret iter gradiendi ad ipsum; qui post aliquot dies, ita sunt curati, Deo favente, meritis Sancti, ut etiam infra basilicam vix quinque invenirentur languidi. Quapropter invidi fileant, ac reprobi, qui glorioſa hujus Sancti miracula, aut negant, aut quod negare nequeunt, in sinistram partem vertunt. Increduli quoque etiam ad sanctum Dei Famulum veniant, ut beneficia Conditoris agnoscant, & Creatorem laudent. Cognoscant *b* denique *b* fideles, quia Dominus noster Jesus Christus, Dei unigenitus, qui in exordio hujus ætatis velatus amictu carnis, per semet cæcos illu-
C minavit, claudis officium ambulandi præbuit, surdis auditum reddidit, paralyticos curavit, mortuos suscitavit, supra mare siccis vestigiis ambulavit; idem nostris temporibus ad clarificandam suæ majestatis omnipotentiam, & ad manifestandum egregii Sacerdotis meritum; confert sanitatis beneficium ægrotorum corporibus præ multitudine innumerabilibus, ut maris arenæ, quibus non est numerus.

femina cæca tres, 3 In illis diebus tres mulieres in Vectam cæcæ degebant insulam, una lucem corporalem numquam conspexerat oculis; duæ verò per spatium erant cæcatæ novem annorum. Quæ dum audirent ad tumbam sancti Præsulis cæcos illuminari, & per virtutem Domini Jesu Christi infirmos quoque curari, rogaverunt cognatos earum, & affines, quatenus eos
c quamprimum transducerent *c* insulam, quæ undique undis oceani est circumsepta, unde facilius quivissent pervenire ad locum, in quo
d quiescebat somate *d* Christi Præsul. Cumque extra insulam essent expositæ, & fluctuarent absque ductore, & penitus ignorarent quid agere possent; clemens Conditor creaturarum, misertus inopiæ earum; contulit eis [quemdam juvenem à nativitate mutum] *e* ætate circiter xx annorum. Qui dum ad eumdem deveniſſet locum, cœperunt eum viragines flagitare unanimi voce, ut eas ad Wintoniensem duceret urbem; ubi sanctus pollebat Episcopus signis mirabilibus; qui mirabili dispositione Dei, precibus earum allubescens, in reflexo calle cæcas præfatum perduxit ad locum. Ipsa autem nocte, quâ intraverunt basilicam, in qua ossa Dei Famuli quiescebant, prædictæ tres cæcæ per sancti meritum Præsulis, à vero lumine Deo meruerunt recipere lumen oculorum.

EX MSS.

e

unus mutus, 4 Juvenis verò viraginum ductor, clarescente aurora lucis, rectè quivit fari quidquid voluit, & mox signum fecit custodi, ut extra ecclesiam exiret, quatenus illi loqui potuisset; qui admirans quid dicere vellet, ad eum venit, interrogans cur eum vocaret. Juvenis illi ait: Scias verissimè, quod modo loqui possum rectè. Custos inquit: Numquid antea loqui poteras? Qui respondit: Num-
E quam antehac locutus sum, & nunc prima audisti verba, quæ de ore meo sunt progressa. Ast ego hesterna luce mutus, tres mulieres huc deduxi cæcas, [quæ] Deo juvante, modo sunt videntes. Quapropter perge, voca fratres, ut solito more reddant grates.

mulier dirè crucianda, 5 Eodem denique tempore quædam ancillula pro parvo erat commisso religata à proprio Wintoniæ domino compedibus ferreis, & execrabilibus manicis: hæc pertrahebatur in crastinum crucianda diris verberibus; ac nonnullis vibicibus. Hæc tota non cessavit nocte perfusis Deum lacrymis exorare, ut eam liberaret à pessimo tortore per sancti Præsulis interventionem. Rutilante autem diei horâ, quo debebatur affligi gravi tortura, inter preces & gemitus, ceciderunt compedes de ejus pedibus, quæ illico periculum evadens, dormientibus dominis, confugit ad tumbam sacri Pontificis adhuc ligata manicis. Tum à quibusdam intimatum est ejus domino, quod ad sanctum Dei Famulum præfata confugisset servula, & per ejus beneficia esset de compedibus absoluta. Quod cum audisset, permo-
F tus iracundiâ, summa cum festinatione illò perrexit, & non sua sponte, sed Deo cogente manicas reseravit, & prædictam abire illæsam sivit, & de illo facinore nihil mali intulit ei.

paralyticus, 6 Vir autem quidam multos paralyticus per annos in provincia Anglorum commorabatur, quæ eorum linguâ Hamme dicitur, adeo omnibus membris debilitatus, ut de fulcro, quo recubabat, nulla ratione surgere prævaleret. Is audiens miracula, quæ Dominus Wintoniæ faciebat, per sancti Vatis merita, cœpit sagaci mente præmeditari, quod suavius esset illi, si ante salutiferas Viri Dei exuvias, saltem unam pervigil duceret noctem. Qui convocans cognatos, & amicabiles vicinos, quibus præcepit flagitando nimium, quatenus falerarent sonipedes eorum, ac semet baccaulo *f* imponerent, atque ad sancti *f*
Præsulis corpusculum deferrent. Qui dictis amici obtemperantes ægri, ocius peregerunt, quod eis præcepit. Verùm antequam æger sermonem finiret, per pietatem glorioſi cu-

EX MSS. ratus Pontificis, de lectulo consurgens, iter arripuit pedibus, & universos comites cursu præcessit equites, qui cum ipso itinerabant complures, & volucri gressu ad venerandum almi reliquias Episcopi pervenit incolumis, adhuc sodalibus longe remanentibus, canterinis licet & adminiculis suffragantibus.

matrona cæca, curantur.

7 Quædam etiam præpotens matrona commanebat in alia Anglorum provincia quæ eorum linguâ nuncupatur Bedeforshire *g*, hæc erat spatio trium adeo cæcata annorum, ut nec splendorem luciferi posset solis contemplari; quæ dum ingentibus cruciaretur doloribus, promisit Sancto se daturam multa sancto præsuli Swithuno donaria, si per ejus meritum lumen reciperet oculorum. Cumque hæc à clientulis foret deducta ad viri beatissimi ossa, dedit Deo, sanctoque Swithuno vestem quamdam, quam dum altari supponeret, illico lumen recipere meruit, quod dudum amiserat. Quæ mente devota laudes Deo referens, atque post perceptam salutem cibum capiens, domum rediit lætissima, quæ ad sancti monumentum Pontificis accessit mœstissima, per virtutem omnicreantis Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.

g

B

Alia valde morbida sanatur;

8 Alia quoque materfamilias valida ægritudine cœpit infirmari eadem tempestate. Omnes itaque vicissim affines, & famuli ad eam accedentes, hortabantur eam gementes, ut proprias disponeret possessiones, antequam necis interitus adventaret, quoniam arbitrabantur eam cito obituram. Cum autem languor intolerabilis augeretur diebus singulis; posita in desperatione istius vitæ, proximæ mortis vicinitate; promisit Deo, sanctoque præsuli Swithuno, quòd si aliquid per ejus interventum percipere mereretur ægritudinis remedium; cum multis donariis, quantocius valeret, ad ejus mausoleum veniret, & unam vigiliis noctem duceret ante sacratissimum Dei famuli corpusculum. Quod dum promitteret, potita est sanitate corporis; sed amisit vigorem mentis, quoniam quidem Dei beneficiorum immemor, promissiones, quibus sese obligaverat, non observavit; & gratias Deo debitas, sicut condignum erat, non rependit.

C

sed ingrata

9 Hæc dum post aliquod tempus, cum proprio conjuge meditaretur ad quasdam nuptias equitare; ministris optimos præcepit cornipedes præparare. Qui postquam decentissimè sunt ornati faleris; vir ejus, cum pauciori bus antecessit clientibus, quem ipsa cum pluribus subsecuta est citius. Quæ dum faleratum scanderet equum, & dum equitaret post maritum, dolorem non sensit ullum, nec penitus aliquam ægritudinis molestiam. Denique cum ad præfatas perveniisset nuptias, in quibus plures aderant consules, & multi præpollentes regis satellites; subitò arripuit eam ipse languor, à quo nuper medicata fuerat per sanctum Dei Famulum. Tum illa demum intelligens, quod injustè egisset; quoniam curata à Deo per meritum Sancti, haud retulisset gloriam conditori, mox in quantum valuit pœnitudinem agens, clientulos ad se convocans, quos, secundum quod fari quivit, suppliciter exoravit, ut eam quantocius possent, ad locum, in quo vir sanctus quiescebat, deferrent, quo per Dei misericordiam rursus reciperet sanitatem. Quæ dum illò delata foret clientum juvamine, in sequenti nocte denuò

relabitur in morbum,

& rursum curatur.

recepit curationem. Postera vero die incolumis ad supradictas repedavit nuptias, omnipotenti Deo gratias referens justissimas. D

Monachi quidam tardi

10 Dum mundi Dominus ac Salvator inclitus mirificaret Sanctum suum prodigiis, ac virtutibus, præsul venerabilis Adelwoldus, qui Wintonienſi præerat diœcesi, in illis diebus imperavit fratribus, ibidem commorantibus, quod quandocumque quispiam æger per virtutem Domini, & meritum sancti Antistitis medelam corporis optatam perciperet, protinus omnes illius loci fratres necessaria relinquerent, quæque in manibus tenerent, ecclesiam adirent, & condignè Deum glorificarent. Accidit autem, ut quidam, illecti dæmonum fraudibus, graviter ferrent, quòd tam sæpe excitarentur de nocturnis quietibus, scilicet aliquando tribus, aliquando quatuor, in una nocte vicibus; ac suaderent, ceteros pravè relinquere, quod illis piè imperatum fuerat ab eorum Pontifice.

ad Deum in S. Swithuno glorificandum,

11 Quod dum incaute foret prætermissum per intervallum quindecim dierum, condolens sanctus Dei Famulus, quod fratres præfati bonum parvipenderent opus, & Præsulis illorum jussionibus non obtemperarent, nec debitas Deo laudes persolverent; sed in pernicioſas sathanæ decipulas inciderent, in somnis *h* apparuit quadam nocte cuidam venerabili matronæ, nivea indutus melote, ac talari veste, gerens coronam in capite auream, gemmis decenter preciosis ornatam & Indicis pulchrè margaritis comptam, nec non scandalibus pulcherrimis calceatus, dixitque illi blandissimis sermonibus: Mox ut videris Wintonienſem, dilecta Dei, Antistitem: dic ei, ut imperet monachis degentibus ibidem, ne cessent glorificare Deum omnipotentem quotiescumque quispiam ægrotus ad Swithuni tumbam præsulis receperit curationem: valde etenim displicet omnipotenti Deo, auctori miraculorum; quod quotidie miracula facit innumerabilia coram oculis Sanctorum, & ipsi tam injuste agunt, quod Deo laudes non referunt: sed caduca malum studia, quod nefas est dictu, divinis operibus præponunt. Ne sit illis, obsecro, grave per singulas omnicreantis Regis virtutes; glorificare omnium auctorem virtutum, ne sentiant iratum judicem vivorum atque mortuorum. Quid plura? E

h

increpiti

F

qua minis,

12 Deinceps si quispiam cessaverit à laude; repletus nævo invidiæ, torporis ac superbiæ; nisi commissum hoc deleverit pœnitudine, carebit minime vitiorum fraude. Nimirum ideirco Deus tot & tam inaudita, novissimis temporibus, mundo præbet miracula, ut mollescant hominum saxea, ac resipiscant pravorum corda, & festinent ad cælestia bonis operibus gaudia, quoniam signa infidelibus populis sunt tribuenda, fidelibus autem nequaquam necessaria. Numquid Deo rerum conditori obediunt, qui ejus beneficia floccipendunt? Nonne Dominum ad iracundiam provocant, qui silentio ejus magnificentiam negant? Adde etiam hæc; quod si à laudibus cessaverint fratres, protinus cessabunt magnalia Dei.

qua promissis,

13 Si vero non desiverint cælestem magnificare Regem, tot & tanta Dominus omnium patrabit ibidem miracula, quot, & quanta à nemine recordantur vivente, super terram peracta hactenus uspiam, postquam di-

A divinitas, quæ in unam Chriſti perſonam junxit geminam potentem naturam; Deum & hominem, ſervum & ſeniorem, creaturam & creatorem, vexit ad cælos noſtram humanitatem. Sanctus Dei Famulus, mox ut talia illi gloriosè præcepta retulit matronæ in ſoporis viſione; Angelicum inde removens vultum, cum vibrante luce conſcendit olympum. Mater familias autem poſt Sancti receſſionem evigilans à dormitionis gravedine; cœpit multum dolere, quod carebat claritudine, quam per ſomnium conſpexerat ineffabilem, quæ tam ocius quam valuit de fulcro, quo jacebat, ſurrexit, & accerſito venerabili Epiſcopo, intimare ſtuduit quicquid in ſomnis ab Angelo Chriſti accepit.

innitente loci epiſcopo,

14 Qui commotus paululum, ut decet ſapientem virum, cur fratres non egiſſent ſecundum illius præceptum; rurſus præſcriptis mandavit monachis de palatio Regis, in quo pro communi utilitate regni, Deo cunctitonanti militabat in diebus illis; quod ſi quiſpiam adeſſet, qui Deo laudes non redderet, & ad eccleſiam feſtinus non pergeret illico, ut quilibet æger per virtutem ſanctæ Trinitatis ſanitatem reciperet, pœnitentiam ſeptem dierum ageret, nil manducans, neque bibens,

B

die ac nocte

præter aquam, & panem. Ex quo tempore nequaquam eſt prætermiſſum, quotieſcumque ad beati Viri corpuſculum, ſive in die, ſeu in media nocte, actum eſt quoddam miraculum, edili paululum pulſante tintinnabulum, quatenus fratres non adirent cœnobium ad glorificandum omnipotentem Dominum; cui honor virtus, atque imperium, doxa *i*, majeſtas, paxque, tripudium per immortalia ſecula ſeculorum.

i Deum laudant.

Debilis ac diſtractus curati,

k

15 Quidam denique vir Londonienſis, ita erat eodem tempore debilitatus omnibus membris, quod prorſus nullam jam poſſet ſperare medelam. Idem autem audiens miraculorum opinionem, quæ per coſmi *k* Salvatoris pietatem patrabantur ad vatis mauſoleum, ab agnatis delatus eſt Wintoniam ſecundum ejus deſiderium, cupiens accedere ad ſanctum Chriſti Famuli corpuſculum, & inibi vigilans una nocte degere, ſed minimè quibat præ nimio dolore. Quo cum poſt aliquot deportaretur dies, eadem nocte cælitus curatus eſt. Vir namque ipſe tam gravi percuſſus erat ægritudine, ut manus & pedes illius poſt tergum verſi cernerentur. Verum Deus omnipotens, miſericors, ac clemens, qui non derelinquit omnes in ſe ſperantes, per ſancti meritum Swithuni, ſuæ miſertus eſt creationi, tribuens infirmo priſtinum vigorem corporis ad ſui glorificationem nominis, quatenus incolumis effectus magnificaret Dominum, qui facit mirabilia magna ſolus, omnibus vitæ ſuæ diebus.

C

uti & caci ſedecim,

16 Denique ex præfata urbe quondam pariter venerunt Wintoniam homines cæci numero ſedecim utriuſque ſexus. E quibus quindecim è prima cælitus illuminati ſunt die; ſextus autem decimus altero luceſcente mane cum multis languentibus aliis, per meritum ſancti Præſulis curationem recipere meruit, & ſic poſtmodum Deo juſtiſſimas perſolventes læti gratias, reverſi ſunt videntes Londoniam, qui cæci nuper venerant.

claudus,

Quidam claudus etiam utroque pede, commorabatur in eadem civitate Londoniæ, qui ſanitatem per diverſas inquirendo provincias, penè ſuam omnem conſumpſerat facultatem. Is tandem ad ſanctum equo vectus Auguſtinum *l* Archipræſulem Cantuariorum, per ejus interceſſionem, unius pedis meruit recipere valetudinem, qui poſt aliquantulum temporis intervallum; audiens opinionem miraculorum, Wintoniam *m* veniens; acceſſit ad ſancti Viri corpuſculum; in ipſo die curatus eſt altero pede; & confeſtim lætus rediit domum pedibus, magnificans Dominum ſermonibus.

EX MSS.

l

m

& variis languoribus affecti,

17 Venerunt aliquando ad ſanctum Dei Famulum ex diverſis Anglorum provinciis viginti quinque infirmi, variis languoribus conſtricti, ſcilicet cæci, claudi, ſurdi, & muti, qui in unius diei revolutione omnes per glorioſam egregii Sacerdotis interventionem à Domino meruerunt recipere curationem. Quidam etiam Comes multum dives habebat filium, qui à nativitate quinquennio uſus eſt viſu corporeo; quo expleto illum amiſit, & alio luſtro cæcus extitit, qui dum una nocte vigilaretur à genitrice, cum plurima clientum multitudine in templo, quo quieſcebant venerabilis Viri reliquiæ; aurora diem ducente, glaucoma ex oculis ejus receſſit, & Deo volente clarum videre potuit.

& cæcus

E

ANNOTATA.

a *Id eſt*, prædictum; præfatum monaſterium. *De quo actum eſſe ſupponitur ab Auctore, cujus hic damus hiſtoriam non integram, ſed fragmentum, eatenus ſaltem, quod capite ſeu principio ac fine ſit mutila.*

b *Conſonant hic aliquot periodi cum Ms. Bigotiano, de quo ſupra. Vide illud à numero octavo. Unde colligas ex eodem profluxiſſe fonte tam hoc, quod hic damus, quam illud apographum.*

c Ducerent trans inſulam. *Vecta quippe inſula in mari Britannico, Hantoniæ provincia, in qua ſita eſt Wintonia, fere adjacet, & non niſi exiguo ab ea freto dirimitur.*

d *Id eſt:* corpore. *Ex Græco σῶμα*, corpus. *Vita Ms. S. Magnobodi epiſc. Andeg. cap.* 51. Ubi plurima Fidelium ſomata, digna veneratione habita requieſcunt.

e *Uncis incluſa ſupplevit P. Papebrochius propria manu, addens ad marginem:* Ita eſſe videbatur legendum, litteris caſu pene omnino deletis.

F

f *Eſt* feretrum, in quo mortui efferuntur, *aliàs* bacapulus, baccapulus, *uti eſt apud Cangium.*

g Bedfordienſis comitatus, *provincia Angliæ, in ejus meditullio, ſatis parva, & à ſeptemtrione ad meridiem extenſa. Terminatur ad Arctos Northamptoniâ, & Huntingtoniâ comitatibus, ab ortu Cantabrigiâ & Harfordiâ; ab occaſu verò & meridie Bukingamiâ. Primarium ejus oppidum dicitur* Bedfordia.

h *Apparitio hæc habetur ſupra in Hiſtoria è Ms. Bigotiano ſumpta contractius, mutatis aliquantulum adjunctis.*

i *Id eſt*, gloria, *Græcè* δόξα.

k *Id eſt*, mundus, *Græcè* κόσμος.

l *Fusè de illo actum die* XXVI *Maii.*

m *In Ms. noſtro paſſim ſcriptum reperi* Pintoniam, *pro quo ſubſtitui* Wintoniam.

EX MSS.

CAPUT II.

Miraculorum pars ſecunda.

NOn eſt autem ſilentio prætereundum, quod ante inventionem ſacratiſſimi corporis Swithuni antiſtitis, vir quidam nobili ortus proſapia, abundans opibus plurimis, in eadem degebat Anglorum regione, qui cæcatus eſt caſu eveniente. Is itaque Romam perrexit cum omni mentis devotione, quatenus ibi ſanaretur per benedicta Sanctorum corpora, quæ ibi requieſcunt innúmerabilia. Qui ferme per intervallum quinque annorum in orationibus permanſit, & medicinam propriæ cæcitatis minime impetravit. Qui denique, dum ibi degeret, audivit à peregrinis de Anglorum finibus ad limina Apoſtolorum Romam venientibus, quod Dominus ægrorum languoribus mederet innumerabilibus per ſancti Swithuni meritum, ocius præfatam urbem deſerens, & ad regionem, unde ortus fuerat regrediens, ante ſepulcrum ſancti Præſulis requiſivit quam [*imo* eam] partem regni, de qua natus fuit. Quò cum perveniret; eadem nocte lumen meruit recipere priſtinum, & à Domino mundi creatore illuminatus, incolumis reverſus eſt domum, glorificans Regem cælorum, & laudans omnicreantem Deum.

Cæcus alter,

B

19 In illis diebus, quidam manebat in civitate, quæ Brofeceaſter nuncupatur proprio nomine, cæcus & paralyticus in utriuſque lateribus. Is autem ab agnatis deductus eſt Wintoniam, ubi ſanitatem recepit per ſanctæ Trinitatis omnipotentiam. Nimirum poſtquam acceſſit ad eccleſiam, in qua ſancti membra Viri quieſcebant; tribus diebus atque noctibus perſeveravit in vigiliis & orationibus, quibus expletis aperti ſunt oculi ejus; & vigor priſcus rediit in lacertis ac manibus, moxque benedicens Deo, inde receſſit ſanus.

cæcus & paralyticus,

20 Vir etiam degebat in provincia Anglorum, quæ vocatur hunum . . . . cæcus ſpatio ſeptem annorum. Is dum haberet prævium ductorem, ſicut oculis privati habere ſolent; qui eum vel ad eccleſiam duceret, vel ubicumque illi neceſſe foret; & deinde domum reduceret quandocumque vellet: tempore quodam iratus ductor, nimium longe ab hoſpitio reliquit cæcum, qui cum prorſus ignoraret, qualiter domum remearet: oravit ad Deum rectorem rerum ſubnixis clamoribus, ut illum reſpiceret clementius; talibus effundens precibus: O Domine angelorum dominator & hominum, ſcio quia nihil poteſt tuam latere providentiam, vides me captum lumine, longe remotum à propria manſione, & à contumaci deſertum ductore. Humilitatem meam reſpice; actus proprios in tua voluntate diſpone, greſſus meos ad te dirige, & mihi nequiſſimo in cæleſti ſede lucem ſempiternam cum Sanctis & Electis concede. Miſerere mei Domine ſecundum voluntatem tuam, & fac mecum juxta tuæ pietatis clementiam; ne derelinquas me Domine amplius in malignorum manibus; ſed vel animam de hoc corpuſculo meam ſuſcipe, vel per ſancti merita Swithuni, cæcitati meæ lumen clarum reſtitue; te etiam rogo clementiſſime Præſul, per quem auctor rerum magnificus præbet medelam diverſis ægrorum languoribus, quatenus mihi ſuccurras tuis ſacris precibus. Credo nempe quoniam impetrabis illicò, quidquid petieris à Domino. Quapropter poſce luminis Principem, quo mihi oculorum reſtituit lumen.

cæcus alius,

C

D

21 Cumque tales cæcus ille preces cum ingenti gemitu profudiſſet, protinus in eodem loco aperti ſunt oculi ejus, & conſpicere valuit claritatem aëris; quam nequivit ſeptem annis cernere retroactis, atque ſine præduce rediit domum incolumis; vicinis & parentibus, ultra quam credi poſſit, admirantibus, quomodo cognatus illorum, qui inde paulo ante diſceſſerat lumine privatus, evidenter à Domino ſit illuminatus. Qui dum cognoviſſent, qualiter per venerabilem Dei Pontificem amicus eorum recuperaſſet ſanitatem, unanimi voce Dominum glorificaverunt, qui facit magna ſolus mirabilia, cui nomen, & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum.

viſum accipiunt.

Cæci duo, debiles ac claudæ mulieres, [a]

22 In illis etiam diebus quatuor homines utriuſque ſexus degebant in parte regionis Britannicæ, quæ nuncupatur Eaſtſexan [a], qui per multorum revolutiones æſtatum cruciabantur doloribus, ac diverſis languoribus, duo ſcilicet viri manebant cæci, & binæ mulieres utriſque manibus debiles, ac pedibus claudicantes. Qui audientes Dei beneficia, quæ per ſuum omnipotens Deus Famulum dignatus eſt largiri diſſolutis artubus languentium, venerunt ad ſacri Pontificis mauſoleum, ſupplici prece exorantes trinum & unum cæli terræque Deum. Quò cum perveniſſent in unum, illicò aperti ſunt oculi cæcorum, ſanitaſque ſincera protinus feminarum manibus reſtituta eſt ac pedibus, & ambulare coram omnibus cœpere circumſtantibus, ſignumque Crucis ſanctæ, manibus earum imprimere frontibus, & perficere omnia, quæ erant neceſſaria: ſicque redeuntes domum, benedixerunt Dominum, auctorem ſanitatum.

E

ancilla

F

23 Eâdem nempe tempeſtate viri cujuſdam ſervula furata fuerat in Aquilonaribus Anglorum climatibus, atque deducta ab avidis mangonibus ad urbem, in qua quieſcebat ſanctus corpore Chriſti Præſul, & diſtracta cuipiam viro præfatæ civitatis Urbano. Hæc dum per longi ſpatium temporis inibi ſub alio manſitaret domino, contigit ut vir idem, à quo prius furto ſubtracta fuerat, Wintoniam veniret, quatenus ſibi neceſſaria emeret. Quod cum ancillula audiret jam præſignata, audacter ad priſcum loqui venit dominum ſine illius licentia, cujus imperio tum erat ſubdita. Cum hoc ergo reſciret domina, cui ſerviebat hæc famula, quod fabularetur de alia cum homine provincia, juſſit eam vinciri compedibus infeſta nimium, ne poſſet ad antiquum ullo modo remeare patronum.

domino ſuo ſubducta,

24 Accidit autem in ſequenti die, ut mulier eadem luceſcente egrederetur mane, ad quoddam negotium ſibimet profuturum, & domi compeditam relinqueret famulam. Quæ mox ſicut potuit, foras exivit, & juxta ipſius limen domus miſerabiliter confedit. Tum tota mentis intentione cunctícreantem Deum cœpit exorare, ut eam liberaret à diris peſſimæ ligaminibus dominæ. Converſa autem ad templum illud, in quo corpus ſancti Præſulis venerabatur dignis honoribus; diligenter per ejus interventum, Dei exoravit beneficium,

&

& confeſtim deſideratum adepta eſt ſuffragium.

25 Interea quidam ſacerdos canicie venerabilis, veſtibus ornatus candidiſſimis, properanter ad catenatam acceſſit mulierculam, dulcibus affaminibus interrogans, quid haberet elegam *b*, cujus brachium dextera arripiens manu, eam vexit ad Sancti tumulum in pungentis ictu, atque inter innumerabilem populi multitudinem, quæ munitionis ſimilitudine vallabat monaſterii limen, infra aditum adhuc illigatam compede, expoſuit juxta ſacrum altare, ſuper quod Vir ſanctus requieſcebat ſomate. Mirum enim & mirabile fuit, quod nemo circumſtantium eam vidit, nec ſacerdotem, qui eam illò detulit, donec expoſita in ſacello extitit, quod obſeratum clave à cuſtodibus, præſens tum cernebat populus. Domina vero ejus, in quantum valebat, concita ſervulæ ſubſequebatur veſtigia.

26 Cum autem hanc vidiſſet monachus, qui cuſtodiebat Sanctum, & de ſacello habebat claviculam, quo quieſcebat præſulis corpuſculum; admiratus nimium, dixit ad ſe ipſum: Quis infra Sancti cameram, quam cerno, iſtam clauſit feminam? Putaſne januam reperit apertam, quam paulo ante oppoſita clauſi ipſe ſerulâ. Qui accedens ad ſacelli valvulam, audiente populo, inquit ad eam: Quis te, fare mulier, intra venerandum, quo nunc ſtare videris, introduxit locellum. Qua confiſa temeritate clauſtrum præſumpſiſti penetrare, quo Chriſti Præſul requieſcit corpore? Qua ratione potuiſti latere, quia te nequaquam vidi, quando oſtium clauſi. Tum illa, conſpiciens quemdam clericum juvenem, retro ſe ſtantem extra balconem *c*, edili quidem reſpondit, inquiens: Memet renitente clericus iſte, me ſuper ſcapulas elevavit ſuas, atque ad ſuum deportavit locum, modoque expoſuit ante Sanctum. Qui è contrario reſpondit cum juramento: nuſquam te oculis ante hac conſpexi meis.

27 Mulier dixit; tu etenim ipſe huc detuliſti me. Clericus reſpondit, mallem ut nocturni canes te haberent corraſam diris morſibus, quam dorſo imponerem meo tam inhoneſtum pondus. Quæ ad ſe reverſa, retulit talia: Presbyter quidam canus, ac valde venerabilis, amictus induviis ſplendidè fulgidiſſimis, me flentem in limine comperit Dominæ, dulciſſimo nec non eſt conſolatus affamine, qui arripiens dexteram meæ veſtis manicam, mox ad iſtam evexit baſilicam, cum tanta celeritate, corporiſque ſuavitate, quantam ſermone non poſſum enarrare: & quoniam poſtquam in iſto me depoſuit adito, non vidi alium circum adſtantem clericum, præter juvenem iſtum; ideo cogitavi quod ipſe eſſet, qui me huc detuliſſet.

28 Cumque hæc audirent turbæ populorum, quæ præſentes aderant ex diverſis partibus Anglorum, admiratæ nimium glorificaverunt Dominum Regem omnium, ac Salvatorem hominum, qui tam inaudita dignatus eſt facere miracula per ſancti glorioſa Sacerdotis ſui merita. Ipſi gloria, laus & imperium, qui cum Genitore, ſanctoque Pneumate *d* vivit unus, & regnat Deus per infinita tempora ſeculorum.

29 Tempore autem illo ex longinquis occidentalium finibus binæ mulieres acceſſerunt ad Viri Dei mauſoleum precibus; è quibus una propriis lumen nequibat conſpicere oculis, altera erat muta à nativitate, uſque ad ſenectutem ferme. Muta etenim regebat toto itinere cæcam, quæ pro ductrice à tranſeuntibus requirebat ambulandi ſemitam. Cumque pariter ad locum deveniſſent, in quo ſanctus quieſcebat Pontifex; cæca recepit lumen, & muta loquendi facultatem. Quæ cælitus medicatæ, per viri glorioſi meritum, mox redierunt domum, glorificantes omnipotentem Dominum.

30 Venerunt deinde Wintoniam triginta ſex ægri, causâ recuperandæ ſanitatis, ex quibus quidam erant cæci, quidam ſurdi, quidam muti, quidam etiam paralytici. Qui dum acceſſiſſent ad ſancti Præſulis monumentum, & preces coram Deo effudiſſent, per ipſius interventionem omnes curati ſunt in ſpatio trium dierum; ſicque læti domum cum ingenti gaudio redierunt, magnificantes & laudantes Dominum.

31 Nec multo poſt acceſſerunt ad eumdem Sanctum, ex diverſis Angloſaxonum finibus centum & viginti quatuor, multiplicibus conſtricti languoribus. Hi omnes per ſancti Præſulis meritum, à variis ægritudinibus, Deo volente curati ſunt in duarum revolutione [dierum,] & benedicentes Domino reverſi ſunt incolumes ad propria, qui debiles & ægroti convenerant.

32 Indignum quidem æſtimo præterire ſilentio, quod vir quidam pro parricidio, quod commiſit inlicito . . . illigatus chalybe fuerat diriſſimè, qui novem orbes ferreæ molis gerebat corpore, totidem annos peregre ſe cruciando pro ſcelere; fama volante, inclita audiens Dei mirabilia, quæ per ſui Sancti meritum patrabantur in provincia Anglorum, Wintoniam venit cælitus de tranſmarinis partibus. Qui dum ſummiſſis precibus Deum deprecaretur diutius; quo per ſancti medicabilem Pontificis interventionem refrigeraret intolerabilem ſui cruciatus dolorem, Deo favente ferreus, qui ventrem ſecabat, circulus, in tantum ut vitalia jam penetraret intima, diſruptus proſilivit extra hominis viſcera, quem cruciabat immenſæ magnitudinis pena. Alius denique orbiculus, qui gravi torſura affligebat brachium hominis illius, quoniam turgeſcente carnis vulnere, totus jam ſanie tegebatur ac ſanguine, confeſtim ante pedes ejus cecidit, & acre doloris tormentum, continuo ab eodem receſſit. Ille nempe annulus in tantum erat ſtrictus, ut vix eſſe trium capax videretur digitorum, & ideo fuit mirum quoniam integer proſilivit de hominis brachio, & in teſtimonium hujus miraculi in eodem ſuſpenſus eſt cœnobio.

33 Præſignatis denique temporibus, quidam negotiator, nomine Flodoaldus, vir in rebus prudens ſecularibus, plurimis abundans opibus, habebat quemdam famulum, quem diligebat nimium. Is pro quodam facinore comprehenſus à Regis Præſide, juſſus eſt à regalibus cuſtodiri clientibus, donec ejus veniret dominus, & ignitum carbonibus ferrum nudis manibus idem portaret protinus; & ſi foret inculpabilis, relinqueretur incolumis, ſi culpabilis inveniretur, capite plecteretur. Audiens igitur ſenior *e* illius, quod ipſe ſervus in vinculis teneretur ſub diris cuſtodibus, feſti-

b *mirabiliter*

ad S. Swithuni ſepulcrum

c

divinitus

ſtupentibus turbis;

d

cæca & muta,

EX MSS.

Ægri 36,

Alii ruſſum 124

Parricida dire tortus, ſoſpitantur.

Condemnatus ad ignitum ferrum

ex MSS. festinantius quam potuit illo perrexit, exposcens Regis præfectum, ut dimitteret judicium; & servuli præscriptum conditione famulum possideret illæsum.

manibus ferendum, 34 Qui minime favens ejus sponsionibus, ultra modum superbiens, pro mundanis fascibus servo ferri calidam præcepit gerere massam. Dominus autem ejus hoc audiens de servo, nimium perituro condolens, rursus præposito spopondit regio; dare puri libram argenti, & similiter concessit servum illi possidere præfatum, exorans, ut iniquum dimitteret judicium, quoniam dispendium tanti dedecoris minime quibat perpeti, ut mancipium illius, pro vili scelere jugularetur, & crimine. Amici quin etiam & parentes culpati hominis tristes, gastoldo *f* regis ingentia promiserunt donaria, gestientes cognatum magnopere eorum liberare de contumeliosa morte.

f

frustra hominibus 35 Præfectus verumtamen precibus eorum abnuens, prædictum compulit hominem nuda ferre manu chalybem eximiæ molis ferventem, multoque carbone rubentem. Quem B dum vir ille coactus à Præside, manu gestaret timide, protinus ingens arsura replevit ejus volam tergore adustam. Sigillata est autem manus ejus solito more, usque in tertium diem. Flodoaldus autem in sequenti die convocavit hominem, ac reperit eum damnatum, ac culpabilem. Quin imo commotus dolore pro perituro homine, fratrem convocans & socios, qui aderant, domum redire disponebat, quoniam, uti prædiximus, patientem ferre non poterat, quatenus verna illius se coram, capitalem subiret sententiam.

liberare eum

36 Quid multa? Ipse dominus cum omni comitatus multitudine exoravit rerum Auctorem supplici prece, ut liberaret illum hominem à contumeliosa nece per sancti Swithuni intercessionem; preces convertens ad cosmi Salvatorem, toto mentis conamine inquiens: *nitentibus,* Libera Domine Deus omnipotens hoc mancipium, per glorioſi Præsulis interventum, & ego ipsi Sancto tradam illum, per cujus sanas meritum languores diros ægrotantium, si cælitus eripueris eum de nefandis manibus mortificantium. Transacta denique secunda die C postquam portavit chalybem, Phæbòque tertiam replicante hymeram *g*, deductus est ad Præsidem, quo, si mundus ab illato crimine foret, clientuli conspicerent circumstantes. Quid plura multimodis prosequor dictis?

g

a morte divinitus liberatur. 37 Cumque perveniſſent ante legislatores, virum inculpabilem ipsum judicant hostes, & inimici illæsum fore asserunt, quem dominus ipse cernebat suppliciis dignum; & amici credebant illico morte crudeli damnandum; sicque mœror amicorum conversus est in gaudium. Enimverò mitum fuit ultra modum, quod fautores, arsuram & inflationem conspiciebant; criminatores, ita sanam ejus videbant palmam, quasi penitus servum non tetigisset ferrum. Quod cum vidissent comites, universi referentes omnipotenti Deo laudes, Salvatoremque Jesum glorificantes, reversi sunt gaudentes, unde venerant tristes; agnatum esse indubitanter divinitus liberatum credentes, unaque omnes voce confitentes, per sancti Præsulis preces Swithuni exaudibiles . . . Vir autem, cujus ille præraxatus fuerat ser-

vulus, contulit ipsum beato Pontificî præfato, qui eum subtraxit à diro pestiferæ necis periculo. D

38 Præpositus Abundonensis *h* monasterii effectus est cæcus per intervallum quindecim annorum. Is dum nimia cæcitate cruciaretur, compluribus peractis medicaminibus; ustulatum est caput ejus duodecim adustionibus, quæ nihil ei prorsus profuerunt, verum multo magis obfuerunt. Qui demum audiens, quæ, & quanta clementissimus Auctor rerum miracula per suum dignatus est famulum benignissime hominibus præbere languentibus, Wintoniam nudis veniens vestigiis, ad sancti corpus Pontificis accessit cum precibus assiduis. Quo cum perveniſſet, & eadem nocte ibidem vigilaret, crastina albescente aurora, lucem oculis conspicere meruit, atque sospes domum rediens, omnipotentem Dominum glorificare studuit. *h* *Cæcus,*

39 Anno quin etiam ipso, quidam cæcus ex longinquis Anglorum finibus, audiens prodigiorum opinionem; cum puero ductore properabat ad Sancti medicationem; qui dum appropinquaret civitatem Wintoniam, E venit ad locum quemdam, in quo fatigatus ex itinere cœpit paululum requiescere. Erat autem, ubi reposabant *i*, ingens crux lapidea, tria passuum millia pene distans à præfata urbe. Cumque ibi aliquantulum quiescerent; puer famelicus, ait ad cæcum senem: Manducemus Pater aliquid; quoniam modo magnam patior famem, & sumus prope civitatem, ad quam cum venerimus, edendi non habebimus possibilitatem. Respondit cæcus, fili, congruum nondum adest tempus. Puer, inquit; utique Pater jam hora prandendi transacta est. Cæcus respondit quantum viæ adhuc supereſt hinc usque ad civitatem. Puer infit ad ægrum: Cito veniemus ad Sanctum. Quapropter sumamus cibum, antequam urbis subintremus murum, quoniam magnus est tumultus. *i* *cæcus alius*

40 Æger puero respondit, nondum nona sonuit: expectemus ergo usque ad horam, te flagito, nonam, & postquam convenerimus ad Viri Dei corpusculum, ibi cum Domini benedictione Christi, solvamus jejunium. Ductor rursus inquirere improbus. Cum ergo inter se tales disponerent sermocinationes, cæcus ille audivit homines causâ vigilandi ad Sanctum festinantes, qui protinus ductorem interrogavit, quo pergerent. Ipse verò ait: Wintoniam gressus dirigunt ad beati venerandum Swithuni tumulum, quo per ejus interventum salutis medicamentum percipiant languidi illorum. Senex inquit, qualis est iste locus, in quo nos consedimus. Puer respondit, staurus *l* hîc est saxea, fulgens, grandis, altissima, ad laudem Christi posita, qui consurgens ocius, Christum oravit precibus, ut sanaretur cælitus per viri magni meritum. *S. Swithuni* F *l*

opem implorantes, 41 Domine Deus omnipotens, meas audi preces inquiens, redde propriis lumen oculis, suffragantibus meritis sancti Swithuni præsulis. O si istam claro lumine civitatem quandoque merear conspicere gaudens. O glorioſe confessor Christi Swithune, ora pro me miserrimo peccatore, ne sit mihi grave delictum, quod ante horam frango jejunium. Cumque cæcus ille talem cum gemitu fudisset orationem

A nem illuminatus est ibidem per sacri sacerdotis interventionem ; moxque ut glaucoma *m* ab ejus oculis cecidit , suspiciens haud longe Winthoniam conspexit , quam toto mentis *curatur*, ardore paululum ante desiderabat videre , & impransus , ut cupiebat , ad sancti Vatis properans accessit reliquias , magnificans Salvatoris omnipotentiam. Quo cum venisset intimavit fratribus loci illius qualiter curatus foret per conditoris mundi famulum ; qui ad templum convenientes hymnidicis vocibus laudaverunt auctorem virtutum.

m

42 Venit denique in diebus illis ad Sanctum *uti & utroque* Dei quidam debilis , claudus utroque pede , *pede claudus*, & sic curvatus ægritudine , ut penitus non posset sese de loco removere , nisi binis sustentaretur scabellis. Is confestim , ut ad sancti tumbam accessit Antistitis , recepit sospitatem somatis , sed mente permansit debilis , quoniam conditori Deo gratias non retulit , sicut ceteri fecerunt ægri. Nimirum primo quam erectus est divinitus , Sanctum relinquens , protinus fugam arripuit celerius , & à nemine B postea in ipso visus est cœnobio ; scabella tamen , quibus sustentabatur , ægritudinem prodiderunt , quod curatus inde recessit per sancti Swithuni meritum. Turmæ etiam circumstantium , quæcumque ibi præsentes aderant , constanter asseruerunt ita fore gestum per omnia , sicut scriptum continetur in hac pagina.

43 Eâdem quoque tempestate quidam con- *& puer* sul Regis nimium dilectus , in caducis præpotens rebus , cum ingenti comitatu , sicut mos est Anglosaxonis , properanter equitabat ad quemdam vicum , in quo grandis apparatus ad necessarios convivandi usus erat illi opiparè constructus. Accidit autem in ipso itinere , quod quidam puer eximiæ indolis , quem comes idem diligebat plus ceteris , ruina properante , caderet de sonipede , qui mox , ut cecidit , crus brachiumque fregit , & ita omnibus membris est dissolutus , ut omnes , qui aderant , crederent eum illico mortuum.

44 Pater familias autem cum videret puerum sibi dilectum , morientem , amici nimium *equo delapsus* condolens casum , subnixis orationibus exoravit Dominum , quatenus pueri illius moribundi misereretur per glorioso venerabilem Pon- C tificis intercessionem : Sancte , inquiens , Swithune , flagita mundi Redemptorem supplici prece , quod præstet puero vitam & sanitatem isti , qui si concesserit petitioni , omnibus diebus vitæ meæ me habebit fideliorem. Quia etiam , summe Sacerdos, insontem deducam infantem ad salutiferum tui somatis mausoleum , ut per medicabilem tuam intercessionem , Chri- EX MSS. sti sentiat beneficium.

45 Cumque vir ille talibus Deum exora- *convalescens* ret sermonibus , repente puer sursum prosiluit sanus , qui paulo ante jacebat ruina mortis præoccupatus. Quod , cum consul prospiceret , ultra quam effari posset , lætus effectus est , & cum omni devotione mentis , Deum glorificare cœpit , qui cor contritum & humiliatum non spernit.

46 Nec solum in finibus Anglorum , sed *Alia alibi* etiam in provincia Francorum miracula sunt *patrata miracula.* peracta per hujus Sancti merita. In eadem , ut perhibent qui hoc viderant , regione cleptes *n* quidam immanissimo deprehensus in *n* scelere , tenebroso custodiebatur in carcere , nefandis vinctus catenis , & dira compede , donec in eculeo postridie , tali suspenderetur pro crimine. Is audierat à negotiatoribus , oceanum causa commercii transmeantibus , esse Sanctum inventum in transmarinis partibus , per cujus interventum ægri sanarentur à multimodis languoribus , cujus in obscuræ noctis reminiscens tenebris , Dei incomprehensibile exoravit numen omnipotentis , quatenus....

Cetera desiderantur. E

ANNOTATA.

a *Vulgo* Essex , *Latinè* Essexia , *Provincia in parte Orientali Angliæ.*

b *Id est* tristem , *Græcobarbara vox à Græco* ἔλεγος , luctus , lamentatio.

c *Italis* Balconi , *Gallis* Balcons , *sunt* exedræ *prominentes. De qua voce Acharisius apud Cangium:* Quidam vocem propriam Venetorum , alii Genuensium esse aiunt.

d *Id est* , Spiritu , *à Græco* πνεῦμα.

e *Barbarum à voce Gallica* Seigneur , Dominus. *Vide Glossar. Cangii.*

f *Ea nuncupatione gaudebant regionum & urbium præfecti , quorum erant partes , jura plebi reddere , ac judiciis subditorum ignobiliorum præesse. Plura dabit Cangius.*

g *Id est* , diem , *Græcè* ἡμέραν.

h *Puto scribendum* Abendonienſis , *de quo consule Malmesburiensem l. 2 de Gestis Pontificum Anglorum.* F

i *Barbarè* , *à Gallico* reposer , quiescere.

l *Id est* crux , *Græcè* σαυρός.

m Γλαύκωμα *est* vitium oculi , cum præter naturam glaucescit , *transmutato humore crystallino in glauceum. Vide definitiones medicas Joannis Gorræi.*

n *Id est* , fur , *à Græco* κλέπτης.

DE SANCTO ADEGRINO

MONACHO VEL SOLITARIO ORD. S. BENEDICTI CONFESSORE.

BALMÆ APUD SEQUANOS.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ſanctitatis titulo, Actis & ætate.

SEC. X.

Almam ſacri Ordinis Benedictini vetus cœnobium, paucis olim deſcripſit Bollandus ad diem XIII *Januarii pag.* 822, *agens de S. Euticio abbate, in Actis S. Odonis memorato (quem non alium à S. Benedicto Anianenſi fuiſſe, cenſuit poſtea Mabillonius) atque in proxime ibi ſequente vita S. Bernonis abbatis prædicti cœnobii Balmenſis, quæ paulo fuſius explicata ſunt à præfato Mabillonio ſeculo* V, *in elogio hiſtorico laudati S. Bernonis toto cap.* 2, *à pag.* 68. *Ea hîc pluribus referre operæ pretium non exiſtimo, ne actum agamus, imo ne breviſſimis ſancti hujus Adegrini Actis longum commentarium præmittere cogamur, qui opportunius locum alibi inveniet. Sufficiat dixiſſe, aſceterium iſtud Balmenſe, ineunte ſeculo* X, *ſub ſancti Bernonis regulari diſciplina ita floruiſſe vitæ verè monaſticæ religioſis inſtitutis, ut ſancti Odo & Adegrinus nullum tota Francia aptius repererint, in quod ſe ambo reciperent, ſub tam illuſtri moderatore ſanctioris vitæ tirocinium poſituri, uti teſtantur vitæ ſancti Odonis ſcriptores Joannes Italus lib.* 1, *à num.* 21, *& Nalgadus à num.* 15, *qui ad* XVIII *Novembris operoſius erunt illuſtrandi.*

B *Celebre olim fuit Balmenſe aſceterium,*

2 *Ex prioris longioribus Actis deſumpta eſt vita, quam ad Majores noſtros olim tranſmiſit indefeſſus operis adjutor Petrus Franciſcus Chiffletius, toties à nobis alibi laudatus. Notatur in fronte* Ms. Balmenſe, *ex quo deſcripta fuerit, immutato nonnihil vitæ Odonianæ ordine, at ſervata ferme eadem rerum ſubſtantia. Compendio rem tractat Mabillonius in prævio elogio hiſtorico ad illam ipſam S. Odonis vitam cap.* 3, *pag.* 128, *his verbis:* Cum in ſuo apud ſancti Martini baſilicam ſeceſſu, lectitandis meditandiſque Patribus operam inſumeret Odo, incidit in Regulam S. Benedicti, ex cujus præſcripto per triennium decubuit nudus, & necdum monachus, monachorum leve ferebat jugum, teſte Johanne num. 15. Fulconem ad ſuas partes forte invitaverat, cum ille necdum tempus eſſe allegans, Adhegrinum quemdam militem armis ſtrenuum, Odoni deſignavit conciliavitque. Ambo itaque parviſſimo tugurio contenti, ad monaſtica vota in dies anhelebant. Sed non occurrebat eis locus, in quo vigeret ea diſciplina. Miſſus Romam Adhegrinus, ut aliquem exploraret, in itinere Balmam divertit.

ad quod Sanctus diverſit C

3 Arriſit ipſi abbatis humanitas, ac monachorum religio: eoque Odonem ſecum pertraxit, qui ſumptis ſecum centum voluminibus librorum, ad iſtud monaſterium commigravit. Erat autem ætate tricenarius, cum Chriſti annus fere DCCCCIX excurreret. Hæc carptim ex Johanne à num. 21. De Balma dictum in elogio Bernonis. Odo probatione facta, puerorum ſeu novitiorum curam & educationem in ſe ſuſcepit, quos ſcholæ nomine Johannes deſignat, ut apud veteres non raro. Adhegrinus, Odonis ſocius, in unam ſe coartavit cellulam, & permittente abbate Bernone per triennium manſit in ea. Poſtmodum eremum petiit, ibique parvâ ſubartatus eſt ſpeluncâ. Iſtic divina poſt multos angores conſolatione dignatus, & dæmonum tentamentis ope ſancti Martini liberatus, ejuſdem etiam recreatus eſt alloquio, apud Johannem à num. 23, qui nunc 28, de eo ſcribere pergit; *quæ nos numero Actorum ultimo potius addenda cenſuimus. Ad quæ ita ſubdit Mabillonius:* Præclara omnino de Adhegrino, quem in album Sanctorum relatum eſſe Cheſnius in notis teſtatur. Meritum non inſitior: auctoritatem quæro. Nihil enim de Adhegrino in Martyrologiis aut Breviariis invenio, nullam de ejus feſto reliquiiſve apud Cluniacenſes noſtros memoriam.

ibique præclaris virtutibus elnxit,

4 *Ita cenſet vir eruditiſſimus, hic juſto ſcrupuloſior, quod Martyrologium nullum viderit, in quo S. Adegrini memoria ageretur; nam Breviaria aut reliquias continuo repoſcere, rigidiuſculum eſt, quamvis ſimilia omnino non deſint. At Martyrologium nobis ſuggeſſit, ni fallor Uſuardinum, laudatus Chiffletius, in vetuſtiſſimorum hujuſmodi monumentorum collectione, quæ in edendo Uſuardo noſtro uſi ſumus, inter quæ unum nomine* Caſtri Caroli *inſignitum, ſic ad hunc diem diſerte legit:* Ipſo die, ſancti Adegrini confeſſoris. *Sitne ſignatus locus Carolia Burgundiæ oppidum, Caroleſii tractus caput, ad amnem Recenſum, an forte Caroli locus non procul Silvanecto, an quis alius à Carolo denominatus, pluribus fugio quærere; expreſſiſſimus textus eſt pro antiquo S. Adegrini qualicumque cultu, qui nobis ſat eſt, ut vita ejus in hoc opere locum reperiat. In album Sanctorum relatum eſſe, ut aiebat Cheſnius, id hodierno more interpretando, admitti non poteſt; verum canonizationes illæ more antiquo intelligendæ, qua ratione innumeri Sancti cultum hodie obtinent, qualibuſque plena ſunt ipſamet Benedictinorum Acta. Tali autem cultu & S. Adegrinum aut olim honoratum, aut modo honorari, perſuaſum habeo, cum fictitios Sanctos nobis ſuggerere ſolitus non ſit, in rebus Burgundicis explorandis ſolertiſſimus Chiffletius. Hic vadis inſtar nobis erit citatum Martyrologium, cui accederet*

ſignatus in Martyrolog. Caſtri Caroli. F

A *cederet Bucelinus, niſi menſis diem in indice male annotaſſet, quem hactenus non licuit reperire.*

Vitam brevem Ms. tranſmiſit Chiffletius.

5 *At quidquid de Bucelino aut aliis recentioribus ſit*, Sancti *titulo gaviſum jam olim Adegrinum ex eodem vetuſto Balmenſi codice facile evincitur, cum in eo ipſo* Sanctus *expreſſe appelletur. Sintne ibidem notæ ejus reliquiæ, aut venerationi expoſitæ, an de ipſo fiat ſolennis commemoratio, compertum mihi non eſt, citatum ſupra Caſtri-Karoli codicem ſecutus ſum, dum ipſum hoc die collocavi. Addidit & Miſſam Chiffletius, quæ eſt de communi Confeſſ. non Pont.* Os Juſti. *Collecta:* Propitiare, Domine, quæſumus, nobis famulis tuis, per hujus ſancti Adrigini confeſſoris tui, qui in præſenti requieſcit eccleſia, merita glorioſa, ut ejus pia inteceſſione, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum. *Epiſtola & reliqua de communi, ut diximus, ſic ut ad veriſſimum cultum* ſancto Adegrino *nihil deeſſe, ſatis manifeſtè pateat.*

Ætas ex Bernonis & Odonis Actis colligenda.

9 *De ejus origine non habeo quod dicam præter id quod Acta exprimunt*, militem *ſeu nobilem fuiſſe*, illuſtrem, in armis ſtrenuum, in conſilio providum. *Neque ætatem aliter definire licet, quam ex SS. Bernonis & Odonis temporibus. Statuit autem Mabillonius ſupra num.* 3, *& in elogio Bernonis cap.* 1, *pag.* 67, *Odonem & Adegrinum ad Balmenſe cœnobium divertiſſe anno* DCCCCIX. *Vivebat adhuc tempore coronationis Ludovici Tranſmarini an.* DCCCCXXXVI, *ut in Annotatis cum Mabillonio obſervabimus; imo ita loquitur Joannes num.* 28, *acſi tum cum S. Odonis Vitam ſcriberet, etiamnum ſupervixiſſet S. Adegrinus, in ſua apud Cluniacum eremo, poſt Odonem, anno* DCCCCXLII *mortalibus ereptum, ſuperſtes: quamdiu? Non divino, forte ad medium ſeculi iſtius pertigerit. Jam Chiffletiana Acta integre ſubjicio, aſſignaturus ex S. Odonis Vita, per Joannem Italum concinnata, ubinam paulo plura, aut ſaltem aliter expreſſa, reperiri poſſint.*

VITA

Ex Ms. Balmenſi collato cum vita S. Odonis.

C *a* *b* *Ad S. Oddonem accedens,*

ERat ſiquidem eo tempore miles quidam illuſtris, nomine Adegrinus *a*, in armis ſtrenuus *b*, in conſilio providus. Hic audiens famam beati Viri Oddonis, abiit ad eum. Hujus itaque devotionem intuens pater noſter, verbis & exemplis auſus eſt inſtruere eum. Qui mox corde compunctus, diſpoſitis, quæ poſſidebat, omnibus, concitè rediit ad eum.

cum eo ſolitudinem quærit;

2 Depoſita itaque capitis coma, & ſeculari militia, ex tunc factus eſt agoniſta Chriſti. Sumens itaque pater Oddo univerſa, quæ ſibi ipſe ad temporalem uſum tulerat, in ſinibus pauperum erogavit, ut pridem de ſuis fecerat: manſeruntque ſimul milites palatini parvo tugurio contenti. Videntes denique mundum in maligno poſitum & ejus amatores in ruinoſam & illecebris plenam tendere vitam, quotidie ad monaſtica feſtinabant ſcandere faſtigia. Interea omnia omnino cœnobia finium Franciæ, aut per ſe aut per ſuos perluſtrantes, & non invenientes in eis religionis locum, in quo poſſent requieſcere, ad prædictum tugurium revertebantur cum ma-

& Romam pergens

gno dolore. Ob hanc cauſam placuit Adegrino Romam peregere accepto itinere: devenienſque in finibus Burgundiæ, pervenit in quamdam vallem, quæ Balma dicitur ex nomine: in eâ namque erat monaſterium, in quo Berno abbas regimen tenere videbatur. EX MS.

Balmam divertit, quo Oddonem attrahit.

3 Divertit itaque ſupradictus Adegrinus in Balma monaſterio, & à beato Bernone officioſiſſimè ſecundùm regulam beati Benedicti intra domum hoſpitum eſt ſuſceptus: ibique more hoſpitis aliquo tempore commorari voluit; non tamen ut eorum in aliquo indigeret, ſed ut mores habitantium locique conſuetudines poſſet agnoſcere *c*. Quibus edoctus, iter quod cœperat deſeruit, & quæque audierat, ſeu viderat, ſuo cariſſimo Oddoni nuntiare quantocius curavit: moxque vir Dei Oddo ſumptis ſecum centum voluminibus librorum, ad idem demigravit monaſterium.

c

A falſis fratribus terretur Oddo, d

4 Erant autem in eodem cœnobio quidam *d* fratres, quorum vitam moreſque reperietis in ſequenti narratione. Hi audientes quod Dominus Oddo converſionis gratia illuc veniſſet, accedunt ad eum ſimulatè, & ex quâ causâ adveniſſet ibi, fingunt ſe interrogare. Itaque cum ab eodem hoc, quod ſciſcitabantur, reſponſum accepiſſent, aiunt: Omnes nos quærimus hanc congregationem fugere, ut poſſimus animas noſtras ſalvas facere, & tu è contra tuam hîc vis perdere: quibus cum reſpondiſſet, quare hoc dicerent, rurſum adjiciunt: Noſtis conſuetudinem Bernonis abbatis; at ille, nuſquam: Et illi: Heu, heu, ſi ſcires, quam dure ſcit ille monachum tractare; correptionem namque ejus ſequuntur verbera; & quem flagellaverit, jejuniis affligit, domat carcere, compedibus vincit: Et hæc omnia perpeſſus, nec ſic ſuam miſer poteſt jam impetrare gratiam.

d

E

ſed confirmatur ab Adegrino, qui celulæ ſe includit.

5 Hæc audiens domnus Oddo titubare cœpit de ingreſſu. Quem intuens prædictus Adegrinus, proſiliens in medium infit: Oddo frater, noli trepidare, iſta verba non ſunt fantis, ſed adminiſtrantis: animadverte, & quia per eorum ora diabolus loquatur, vide. Mox illi confuſi retrorſum redeunt; pater autem Oddo cum Adegrino ſuaviſſimo Chriſti jugo colla ſubmittunt. Erat autem jam tricenarius. Domnus *e* vero Adegrinus in una ſe coarctavit cellula; & permittente abbate Bernone, per triennium manſit in eâ: Sabbatorum autem diebus ad monaſterium revertebatur; indeque revertens parviſſima edulia ad ſuſtentationem naturæ deferebat *f*

F *e* *f*

Anxium conſolatur S. Martinus,

6 Poſt aliquod autem tempus cœpit in eo anxietudo generari, eo quod nulla à Deo revelatione, poſtquam hunc locum ſubierat, revelatus foret; quippe pro quo ſe tantæ conſtrinxerat abſtinentiæ vinculo. Cui ſubito quadam die, ut ipſe poſtmodum patri Oddoni retulit, beatus adſtitit Martinus; quid agis, inquit, frater Adegrine? At ille voce querulâ: Quomodo, ait, benè agere queo, cui poſtquam huc deveni, nulla lætificavit divinitatis conſolatio: opera mea utrum, an non Deo placeant, ignoro; quod illi in me diſplicet non agnoſco. At beatus Vir; opera, inquit, tua, gratiâ Dei flagrant; noveriſque te pro eis mercedem habere plenam: & conſolatus eum, diſceſſit *g*.

f *g*

7 Alio itidem die, orante eo *h*, idem Vir

EX MS. bis & tertio confortans.

ſanctus apparuit ei. Cui ſatis ammiranti, & interroganti: unde illuc veniſſet; Româ, inquit Vir ſanctus, venio, Franciamque proficiſcor; ad te poſitum penes iter, viſitationis gratiâ diverti. Tunc rogatus ab Adegrino, ut paululum ibidem remorari dignaretur, ait, hodie ordinatio fit Ludovici *i* Francorum regis, cujus electioni me intereſſe neceſſe eſt. Cumque Adegrinus ut vel ab eo benedici mereretur, oraret, audivit; non meâ indiges benedictione; qui enim mihi benedixit, & tibi. Si autem id à me præſtolaris, prius tu mihi benedicito, ut poſt vicem recipias. Cumque Adegrinus non aliter ſe conſecuturum, quod petebat, cerneret, prior benedictionem profligavit, ſanctumque Virum ſine ſui benedictione evanuiſſe ab oculis doluit. Alio quoque tempore reperiens eum tentator extra ſpecum ſuum, ad cujuſdam immaniſſimæ rupis duxit faſtigium, volens eum inde præcipitare. Cumque tremore plenus ibidem titubaret, adeo ut jam nulla ſibi ſpes, præter in Deo eſſet; apparuit Vir beatus Martinus, dicens: Quid eſt, frater Adegrine; ſequere me. B At ille quaſi per planiſſimam ſemitam ſecutus eum, introductus eſt ab eo confeſtim in cellam ſuam. Hæc omnia ab ipſo Adegrino audita, & à nobis deſcripta ſufficiant: patri autem Oddoni, quia erat vir ſcholaſticus, laborioſum ſcholæ impoſuerunt magiſterium *k*.

Rigida Sancti abſtinentia.

8 Sunt hactenus evoluti (niſi fallor) pluſquam triginta anni, ex quo intra ipſam eremum deguit, Dominicis tantum diebus aut præcipuis feſtivitatibus ad monaſterium ſancti Petri, quod Cluniacum dicitur, quia duobus fere millibus prope eſt, aſſuevit deſcendere: ſumpta videlicet modica farina, ex qua ſibi panem conficere ſolet, & fabæ paucis granis, mox ad eremum revertitur. Vino nec aliquando utebatur: adipe vero vel oleo ejus cibus non conditur. Patitur omni tempore frigus & calorem: calorem inter ſcapulas, frigus inter manus & brachia.

D

ANNOTATA.

a *In Actis S. Odonis efformatur nomen* Adhegrinus, *& ſic ſcribere maluit Mabillonius, nos vitam ſequimur & citatum Martyrologium.*

b *Vide hæc apud Joannem num.* 21, *& initio numeri* 22.

c *Huc uſque numerus* 22, *reliqua accepta ſunt ex fine numeri* 23 *apud Joannem.*

d *Inverſus nonnihil ordo, hæc enim in Actis S. Odonis habentur à num.* 29, *ſi non eiſdem utrobique verbis, at eadem certe ſententia.*

e *Iterum reditur ad num.* 23.

f *Hîc adde ex Joannis num.* 25: Venerabilis igitur Adegrinus, ſumpta poſtmodum licentia, eremum petiit, ibique parva ſubtartatus eſt ſpelunca. Contigit ut die quadam nimiis conſtrictus anguſtiis, cum nullus adeſſet, qui ei conſolationis verba, aut alicujus Patris Eccl. 4. conferret exempla, ut ait Sapientia: Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet qui porrigat ei manum; more labentis gurgitis, paulo minus ad deſperationem uſque deſcendit. *Cum his connectendus numerus noſter proximè ſequens.* E

g *Variat nonnihil à textu Joannis, ſed in re convenit.*

h *Hæc denuo tranſpoſita ſunt. Prima hæc revelatio ſpectat ad num.* 27, *alia, quæ ſequitur, ad num.* 26; *utraque hîc contractius narratur. Ceterum ſcriptor vitæ ſancti Odonis de prima ſic addit:* Ad probandam tamen hujus rei fidem, affuit pater Odo, fideliſſimus arbiter, qui diem illum & horam annotari juſſit, & ita poſtmodum omnia diligenter requirens, facta reperit, ut ipſe prædixit.

i Tranſmarini *ſcilicet, inquit Mabillonius, cujus reductio ex Anglia & coronatio incidit in annum* 936.

k *Sequitur numerus* 28 *Joannis, quem hîc ſubjungendum putavi, cum æquè ac præmiſſa, ad ſancti Adegrini res geſtas & virtutes proximè pertinere intelligam.*

DE SANCTO
LIDANO SEU LIGDANO C F
ABBATE, SETIÆ IN LATIO.

C. J.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De patria Sancti, ſcriptoribus Vitæ eorumque ætate, Epiſcopis Setinenſibus & præſenti ſtatu corporis.

ANNO MCXVIII.

Urbs Setia,

SEtia, *urbs antiqua, Livio hiſtorico, Virgilio poëtæ, Ptolomæo geographo alsiſque antiquis nota, reſidet in monte tam alto, ut deſpiciat paludes Pontinas, ac proſpiciat uſque in mare Tyrrhenum ſeu Inferum; recentioribus etiam* Setinum *dicta, Italis vulgo* Sezza. *Laudata etiam antiquis paſſim fuit à præſtantia vini quod ipſius Bacchi mensâ dignum judicavit Silius Italicus lib.* 8, ipſius menſis ſepoſita Lyæi Setia, *ob vini bonitatem. Et Martialis, lib* 4. *Epigr.* 64,

Pendula Pontinos quæ ſpectat Setia campos,
Exiguâ vetulos miſit ab urbe cados.

Attamen laudabilior poſtea fuit à præſentia corporis ſancti Abbatis & confeſſoris Lidani, *uti nunc paſſim appellatur: Baronius* Lidganum; *Ferrarius,* Ligdanum *vocant; Vita Ms. ſæpe* Ligdanum. *Corpus illud ſacrum Setina civitas jam ab annis ſexcentis decôre ſervat ac religioſe venera-*

A *veneratur in ſinu ſuo. Lidanus in monte Caſino puer educatus atque litteris inſtructus, imo & Regulam S. Benedicti Caſinenſis profeſſus, condidit poſt obitum parentum ſuorum in vicinia Setiæ ad paludes Pontinas ex hereditate ſua, & voluntate, ut par eſt credere, Superiorum ſuorum, monaſterium novum ſub patrocinio S. Cæciliæ (cujus nominis etiam mater ejus fuit) ſocioſque ſibi adlegit, quibuſcum ſub eadem Regula, uſque ad gravem ſenectam Deo religiosè militans, tandem virtutum & miraculorum gratia illuſtris, mortuus eſt ſub annum* 1118, *atque ad Setinenſem eccleſiam tranſlatus, ibi ſub altari principe depoſitus fuit.*

corpus poſſidet S. Lidani

2 *Debet Lidanus natus fuiſſe ſub annum* 1026. *Dicitur enim pervixiſſe ad pontificatum Gelaſii PP. II, qui ſolo anno* 1118 *Eccleſiæ præſedit; & vixiſſe annos* 72 *in ſuo monaſterio: debet autem annorum circiter viginti fuiſſe, quando illud incolere cœpit: ex quibus colligitur tota viri ætas fuiſſe annorum* 92: *quibus detractis ab anno* 1118, *quo mortuus eſt, cœpit vivere anno* 1026. *Patria ejus, ut dicitur in Actis, fuit* civitas Antena

Patria ejus

B regni Siciliæ de provincia Aprutina. *Hæc ſuffecere Siculis, ut natales Sancti inſulæ ſuæ adſcriberent; nec tamen inveniunt apud ſe aut civitatem* Antenam *aut* provinciam Aprutinam: *per quæ loca ſingularia reſtringitur appellatio generalis* regni Siciliæ, *ad* provinciam Aprutinam, *quæ fuit atque eſt, in hodierno regno Neapolitano, ubi olim Samnites, Marſi, Veſtini aliique populi incoluere: atque etiam ſuo tempore Siculi, priuſquam conceſſerunt in inſulam ſuam. Conſtat quippe ex hiſtoricis æque ac geographis, Siculos magnam partem Italiæ olim poſſediſſe uſque ad Tiberim & ultra, ex qua paulatim excedere coacti à novis incolis, in provinciis, nunc regni Neapolitani, inter mare Superum & Inferum, puta, in Aprutio, Apulia & Calabria, conſedere. Ex quibus demum provinciis etiam expulſi, in inſulam transfretarunt eique inditum nomen ſuum præcipue ad poſteros propagarunt. Plura quoque loca ſunt apud Stephanum de Urbibus, quæ* Siciliæ *attribuuntur, quamvis ſita in Brutiis ſeu Calabria, vicinaque continente.*

C

3 *Hinc, quocumque demum tempore ſcripta ſit vita S. Lidani, potuit auctor ejus, patriam Sancti adſcribere Siculis in provincia Aprutina, ſic ut nihil inde derivare in inſulam ſuam poſſint Siculi hodierni. Fateor quidem, non minus in Aprutio nunc ignotam eſſe civitatem Antenam, quam in Sicilia inſula; debet tamen illic potius fuiſſe (ſi uſpiam fuit) quam hîc: quia ſcriptor vitæ illam in Aprutio collocat. Joannes Rho Societatis noſtræ vir eruditus, in vita S. Lidani, anno* 1641 *Italice impreſſa Romæ, pro* Antena, *ſubſtituit* Atina, *quod notum hodiedum oppidum eſt, in Campaniæ, Latii atque Aprutii confiniis, quatuor circiter mille paſſus à Caſino monte in ſeptemtrionem. Et ut fatear quod ſentio, opinio illa non diſplicet. Cum enim Antena civitas antiquis geographis æque ac recentioribus omnino ignota ſit; quomodo nomen illud obrepſerit ſcriptori Vitæ S. Lidani, qui ſua ex relatione ſeniorum collegit? Vel igitur ſeniores illi ruſticano more aliud pro alio nomen oppidi ſuggeſſerunt ſcriptori, vel librarii, qui illud denuo exſcripſerunt, pro ſuo genio aut oſcitantia mutaverunt. Adde quod Atina prope abſit à cœnobio Caſini montis; ut veroſimilius videri poſſit, inde eò parentes filiolum ſuum novennem & unicum miſiſſe erudiendum, quam ex longinquiori regione Sicilia inſula:*

num in Sicilia inſula, an in provincia Aprutii,

& Lidanus ipſe, quærens locum fundando ex hereditate paterna monaſterio, facilius indidem venerit ad non longe remotas ab Atinâ & Caſino, paludes Pontinas, ubi locum monaſterio invenit.

AUCTORE C. J.

4 *Dixi jam, Siculos (& inter illos præcipuus eſt Octavius Cajetanus, qui tomo* 2 *de Vitis Sanctorum Siculorum, in Animadverſionibus pag.* 47 *rem illam tractat.) patriam S. Lidani inſulæ ſuæ vendicare, quia in Actis ejus ſic legitur:* Incipit legenda B. Lidani confeſſoris de civitate Antenæ regni Siciliæ de provincia Aprutina. *Siciliæ appellatio certe latius patet, ut jam diximus, quam provincia Aprutina ſingularis, præter quam alias quoque plures complectitur Siciliæ notio. Quo igitur pacto Antena, quæ in ſingulari provincia Aprutii dicitur ſita fuiſſe, recte quæratur in Siculorum inſula, ubi Aprutina provincia nulla eſt, nec umquam fuit. Taliter igitur argumentari, ineptire eſt. Objcit Cajetanus, quod auctor vitæ Dionyſius, Antenam faciat civitatem* regni Siciliæ. *Quid tum? Determinat quoque regnum Siciliæ ad provinciam Aprutinam. Quære igitur prius in alia regni Siciliæ parte &* E *quidem in Siciliæ inſula provinciam Aprutinam, quam Aprutinæ provinciæ civitatem referre poſſis ad dictam inſulam.*

aut alibi fuerit.

5 *Inſtat Cajetanus.* Regnum Siciliæ ignotum fuit ante ſeculum XII, quo primus Rogerius, Rogerii comitis filius, regium nomen invaſit, permiſſu Anacleti pſeudo-pontificis, anno MCXXX. *Sit ita ſenſu Cajetani. Ergo non licuit privato ſcriptori, regnum Siciliæ appellare regionem illam, ubi olim Siculi habitaſſe ſciuntur & imperaſſe: Normannique, ex inſula Siciliæ pulſis Saracenis, ipſi jam Siculi facti, & mox ultra Pharum progreſſi, potenter ibidem, vivente S. Lidano, dominabantur? Sed aliud Siciliæ regnum intelligere & intelligi vult idem Cajetanus, poſtquam nempe diviſio facta fuit* in regnum citra, ultraque pharum; *cujus rei primam mentionem fieri, ait, in diplomate Clementis PP. IV ſub annum* 1265. *Concedamus & illud: nihil dum tamen invenio in hactenus objectis, ex quo conſequi poſſit, provinciam Aprutinam & S. Lidani patriam, aliquando extitiſſe in Siciliæ inſula. Sed neque diviſio regni Siciliæ allegata, in regnum citra ultraque Pharum, impedire poteſt, quo minus ſcriptor vitæ Lidanianæ, ſecundum illam diviſionem, ſuum Siciliæ regnum, in quo eſt Aprutium, expreſſerit. Scripſit enim poſt diviſionem illam & poſt annum* 1265, *ut mihi quidem veroſimilius eſt.*

Contra illam objectiones Cajetani.

F

6 *Scribit Baronius in Annalibus ad annum* 1118: Moritur eodem tempore S. Lidganus, abbas ordinis S. Benedicti, qui in monaſterio S. Cæciliæ in agro Setino vitam duxit, ad ſanctitatem accommodatam; claruitque vivens & poſt mortem miraculis. Scripſit res ab eo geſtas Dionyſius, monachus Caſſinenſis; ſed eas, mendis obſitas, legiſſe nobis contigit. *Obiter hæc notavit Baronius ex Actis S. Lidani, & auctorem eorum facit* Dionyſium monachum Caſinenſem. *Habemus & nos Acta ejus omnia, quæ ſciuntur extare. An auctor tantum* monachus Caſinenſis *fuerit, uti Baronius cenſet; an etiam* epiſcopus Setiæ, *uti Setini malunt credi, non diſquiro. In noſtro Ms. ante partem* 2, *& numerum noſtrum* 4, *ſimpliciter ſic legebatur:* Incipit ſecundus Prologus beati Dionyſii de B. Lidano. *Nec alibi ulla mentio* Dionyſii *habetur. Hinc autem dum* ſecundus *prologus appellatur, inferri poteſt, quod præcedentia, quæ geſtorum S. Lidani panca continent,* primus *ejuſdem*

Baronii textus de S. Lidano,

& auctore Actorum,

AUCTORE C. J.

Dionysii prologus debeant censeri. Nec plane negavero, utramque Partem priorem ab eodem Dionysio conscriptam fuisse, propter mutuam relationem, quam habent inter se Partes illæ, uti paulo post observabimus.

qui tamen non est auctor partis tertiæ;

7 *Interim tamen negamus, Partem tertiam Actorum à num.* 14, *quæ miracula Viri sancti, post obitum ejus patrata describit, Dionysio deberi. Auctor illorum semet ipse vocat* Joannem episcopum Setinum. *Acta igitur omnia S. Lidani, prout illa habemus, anno* 1684 *à me, tunc Romæ commorante, descripta è codice Setino collegii Societatis Jesu (quæ & Cajetanus fatetur se indidem accepisse, ac pro suo genio rescissis multis, mutatis aliis, tomo* 2 *Sanctorum Siculorum impressit) in tria membra judico dispertienda esse. Tertium, ut jam dixi, est Joannis episcopi Setini. Primum & secundum dignoscuntur ejusdem auctoris esse, nempe Dionysii. Patet ex ipsis Actis. In primo quippe membro num.* 3, *sic legitur:* Multa fecit *Lidanus* miracula in vita sua, ut inferius continetur, & in processu suæ legendæ enarratur; *videlicet in membro* 2. *Legitur quoque in hoc ipso membro* 2, *num.* 5, *in* B *Partis* 1 *&* 2, *est Dionysius.* *Setinis finibus fuisse virum, Lidanum nomine,* natione superius enarratâ, *videlicet in membro* 1, *num.* 1. *Quæ mutua relatio utriusque membri ad alterum, manifeste docet, utriusque eumdem esse auctorem. Si namque membrum* 1, *alium habuisset auctorem, quomodo is citare potuisset membrum* 2 *de miraculis,* ut inferius continetur & in processu legendæ enarratur?

Quo tempore Acta sint conscripta.

8 *Major difficultas est determinando tempus, quo primum & secundum membra (tertium, quod de miraculis, post obitum Lidani & translationem ejus factis tractat, certò posterius est) conscripta fuerint, quove auctor Dionysius vixerit. Qui scripta fuisse opinantur anno* 1088, *ideo quod talis annus exprimatur in quodam titulo, qui in codice Setino præfixus legitur Actis S. Lidani; illi, inquam, apud me vani sunt. Neque enim titulus ille ad Acta Lidani singularia referri ulla ratione potest. Titulus sic habet:* In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Ac individuæ Trinitatis & Salvatoris Domini nostri Jesu Christi & beatæ virginis Mariæ matris ejus. Amen. Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi MLXXXVIII, Indictione XII, C Pontificatus Domini Urbani PP. II, anno ejus primo, Nonas mensis Martii. *Tum sequitur,* Incipit legenda B. Ligdani confessoris *&c. Talis præfatio ante vitas Sanctorum singulares, aut similis, nescio an uspiam alibi legatur. Exordium vitarum passim est,* Incipit legenda, *seu* vita, Sancti N.

Titulus Actis præmissus,

9 *Displicet Cajetano titulus; & mihi displicet positus tali loco: non tamen quod* mendis scateat, *uti ille arbitratur.* Nam, *inquit,* Indictio falsa est, & pro XII, substituenda est XI. Præterea Urbanus nondum erat Pontifex. Nam creatus est eodem anno 1088; sed IV Idus Martii. *Recte hæc quidem, si de exordio pontificatus Urbani sermo est. Verum quisquis titulum istum scripserit, voluit is notare tempus, quo scribere sua cœpit, ac rite illud notavit per* Indictionem XII *&* Nonas mensis Martii, *quæ concurrunt cum anno primo Urbani, non incipiente, sed finiente. Atque adeo annus Christi* 1088, *quo cœpit annus Urbani primus à die* 12 *Martii, tantum augeri debet unitate, scribique* 1089, *ut finis ejusdem anni primi indicetur. Quo facto absque alia mutatione, omnia sunt salva.*

ad illa num pertineat.

10 *Nolim tamen hinc inferre, dictum titulum ante singularem vitam S. Lidani olim fuisse positum. Crediderò potius, codicem, in quo vita S. Lidani inventa fuerit, alia quoque monumenta ad ecclesiam aut civitatem Setinam spectantia continuisse, eorumque primum collectorem initio codicis præfixisse annum* 1088, *aut potius, secundum reliquos characteres chronologicos, annum* 1089, *quo exorsus ille sit codicem scribere, in quem deinde alii atque alii, ut fit, similis argumenti monumenta retulerunt. Ille vero, qui vitam S. Lidani indidem postea seorsim transcripsit, notam temporis initio codicis positam, singulari vitæ Sancti nostri, præfixerit, opinatus, omnia in codice contenta, eodem tempore ibi scripta fuisse. Certe titulus talis ad vitam S. Lidani nullatenus pertinet. Quamobrem & nos illum porro prætermittemus. Satis est hæc indicasse.* D

An scripta sit vita ante Gelasii PP. 2 *tempora:*

11 *Præterea membrum* 1, *seu pars* 1, *quæ patriam Lidani, parentes, habitationem in Casino, constructionem monasterii, exercitia quædam religiosa, mortem ac translationem Setiam, paucis indicat, non potest scripta fuisse ante pontificatum Gelasii II, anno* 1118 *creati, mense Januario,* E *atque post annum vix integrum demortui. Quia dicitur ibi, Sanctum vixisse* usque ad tempus Gelasii Papæ secundi. *Memoratur ibidem etiam translatio corporis* ad Setinam civitatem per Drusinum, tunc episcopum civitatis ejusdem. *Quæ an facta sit statim post obitum Sancti, an multos post annos, definiri non potest; quia Drusinus ille episcopus Setinus, hinc tantum innotuit, absque ullo discrimine temporis quo sederit.*

est fuit potius dia post scripta,

12 *Imo quia tam sterilis gestorum Lidani, est pars illa, credidero post plures ab obitu ejus annos scriptam fuisse Quod & ostendi potest ex ipsis Actis, verbisque scriptoris, qui parte* 2 *num.* 6 *sic loquitur:* Referentibus post longi meatûs curricula quibusdam senioribus, aliqua de multis, tunc temporis inopiâ scripturarum neglectis, humili stylo scribere conamur. *Quando autem? In densis tenebris aliquid lucis affulget ex codice Ms. collegii nostri Setini, vitas S. Lidani & SS. Petri ac Marcellini, Setiæ Patronorum, complexo, & anno* 1602 *ex vetustiori codice transsumpto; quem codicem coram vidi & examinavi. In illo autem descriptor sic notavit.* Antiquus liber (*ex quo sua descriptor habuit*) scriptus est in charta pergamena ante annum 1375, ut ex fine Calendarii, in eodem libro post legendas adscripti, colligitur. F

ante annum tamen 1375.

13 *Igitur scripta primitus vita S. Lidani non fuit post annum* 1375. *Quanto autem antè tempore scripta sit, colligere nequeo, quam ex eo, quod auctor fateatur,* se post longi meatûs curricula, referentibus quibusdam senioribus, *aliqua de gestis Lidani scripto annotasse, quæ* inopia scripturarum, *eatenus neglecta fuerant. Potest igitur spatium illud temporis, ad centum aut etiam ducentos annos à morte Lidani, se extendisse; atque adeo Dionysius censeri potest non scripsisse, nisi post annum* 1265, *quo suprà dicebat Cajetanus, primam divisionis Siciliæ,* in regnum citra ultraque pharum, *mentionem fieri. Utut est, in tenebris versamur, non tantum circa ætatem Dionysii vitæ scriptoris, verum etiam, quod ignoremus, quo seculo vixerint episcopi, qui in Actis nominantur,* Pollidius *num.* 2; Drusinus *num.* 3; Joannes *num.* 14; *&* dicuntur Setinæ civitatis *fuisse.*

14 *Vellem propius intelligere ex Setinensibus, quid de episcopatu proprio suæ urbis sentiant; &*

num-

An Episcopos Setia habuerit proprios?

A *numquid certius de illo docere ex tabulariis suis possint. Ughellus in suis episcopis Tarracinensibus pag.* 199, *de Setinensibus dubie loquitur:* Fama est, Setinum olim etiam suo episcopatu insignitum fuisse, qui postea cum Tarracinensi ecclesia unitus fuerit. *Antea quoque dixerat in præfatione*, Tarracinensi episcopatui ante annum 1100 à Pontificibus Romanis unita fuere Privernatis antiquissimi episcopatûs jura & Setinæ ecclesiæ. *An forte olim Setia vicino Privernatium episcopatui subfuerit, & cum illo ad jurisdictionem episcopi Tarracinensis transierit? Certe Privernum episcopatum nominat Ughellus, Setiam non item. Attamen Miræus in Notitia Episcopatuum orbis Christiani, pag.* 398, *habet* Setinum, Sezza, urbem episcopalem provinciæ Romanæ, *ac remittit lectorem ad pag.* 159, *ubi hæc:* Tarracinus & Setinus uniti. *Auctor ille recens est, tantum verbo indicat episcopatus; dumque nullam allegat auctoritatem, hæremus in limine, de episcopatu Setino indagantes.*

Est verosimile ex Actis S. Lidani.

15 *Ego ita sentio. Utcumque episcopatus Setinus obscurus sit apud Scriptores, de episcopatibus tractantes; tantum Actis S. Lidani videor debere tribuere, ut mihi persuadeam, veros proprioſque episcopos Setiam aliquando habuisse. Nominantur enim in S. Lidani Actis episcopi tres, jam allegati, & singuli vocantur* Episcopi Setini: *atque ultimæ partis scriptor Joannes, ipse se* Setinæ civitatis episcopum *appellat. Quomodo igitur non fuerit? Cogitabam, illos forte Setiæ ac Tarracinæ simul episcopos fuisse. Verum dum lustro apud Ughellum seriem episcoporum Tarracinensium, nullum ibi invenio nomen* Pollidii *aut* Drusini, *sed neque* Joannis *pro illo tempore, quo potuerit is ibi fuisse episcopus, qui se nominat* episcopum Setinum.

Qui Martyrologi de Sancto nostro meminerint.

16 *Acta S. Lidani, ut dictum est, damus è codice Ms. Setinensi, pro prima Parte callato cum Ms. Ughelli, qui illam tantum habebat: alteram ac tertiam Partem, uti ego descripsi. Nulli Martyrologi sunt, nisi recentiores forte, qui S. Lidani meminere. Inter quos Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ipsum refert ad diem* 3 *Julii, addito elogio ex vita, & quidem ex tribus ejus Partibus aliqua recensens,* ex quodam Ms. *ut ait,* in bibliotheca Baroniana. *Rectius in Catalogo universali ipsum refert ad diem* 2 *ejusdem Julii, quo obiit; his verbis:* Setiæ in Latio, sancti Lindani abbatis. *Nomen Sancti, iisdem apicibus scriptum (unde conjicias ex Ferrario, qui solus ita scribit, sumptum esse) sic ornat Claudius Castellanus canonicus honorarius ecclesiæ Parisiensis, in suo Martyrologio Universali, gallice nuper edito:* Setiæ prope Privernum in Italia, S. Lingdanus abbas. *Franciscus Carrera Societatis nostræ in suo Pantheo Siculo, ad diem* 2 *Julii, eidem Lidano elogium concinnavit, desumptum ex Cajetano, quem suprà jam diximus, vitam ejus è Ms. Setinensi impressisse, prætermissis mutatisque multis. Diximus quoque, Joannem Rho eamdem è Ms. Setinensi Latino Italicam fecisse ac vulgasse Romæ* 1641 *: qui & Legendam suam ita concludit.*

C

Translatio corporis in novum altare,

17 Hactenus antiqua monumenta, exiguæ reliquiæ, è naufragio quasi universali servatæ. Jacuit corpus sancti Abbatis per annos quingentos sub altari, ubi primitus reconditum fuit: verum cum ecclesia illa in formam meliorem mutata, & nova ibidem ara princeps extructa fuissent, corpus à Domino Fabritio Perusino, episcopo Tarracinensi ac Setinensi assistente Domino Brusco Setino, episcopo Litteranensi, solenni pompa ad novum altare translatum ibi depositum fuit anno MDCVI die XVIII Junii, ubi hodieduni conservatur, uti carum pignus, cumulans cælestibus thesauris invocantes sanctum nomen ejus. *Hæc Joannes Rho sub annum* 1641. AUCTORE C. J.

18 *Vidi ego locum anno* 1686, *& hæc notavi coram. Caput Sancti, argenteo capiti fabre facto inclusum, tunc servabatur in sacrario ecclesiæ S. Mariæ, quæ est cathedralis: corpus vero sub altari majore; quod tunc recenter, ut mihi videbatur, factum, in medio sui sustinebat statuam Sancti ligneam, cupreo colore rubescentem, quam quatuor columnæ striatæ ejusdem materiæ & coloris cingebant, superne elevatis conjunctisque tamquam brachus, inter se commissæ, ad instar confessionis seu ciborii (si parva licet componere maximis) S. Petri Romæ. Epigraphen quæ post ultimam corporis translationem ibi posita est, descripsi & est talis:* Corpus B. Ligdani Abb. & Confess. civitatis Setinæ Patroni, quingentis annis maxima cum veneratione in hoc templo asservatum, Fabricius Perusinus, Episcopus Tarracinensis, ad altare majus, insigniori loco ædificatum, augendæ devotionis causa, apostolica auctoritate, apparatu & pompa celeberrima, publico sumptu transtulit, die XVIII Junii, anno Domini MDCVI, Pauli Papæ V Pontificatûs 11. *Instrumentum hujusce translationis publicum, quod utique factum fuerit, diligenter Setiæ quæsivi nec inveni; concedens postridie Tarracinam, conveni Episcopum, qui tunc erat Illustriss. D. Dominicus Monanni, atque in id ipsum inquisivi, sed is dubitabat, an esset in tabulario ecclesiæ; missurum ad me, si invenisset.* *perpulcre ornatum,* *cum inscriptione.* E

VITA ET MIRACULA

Ex Cod. Ms. Collegii Soc. Jesu, Setiæ;

Collata ex parte cum Ms. Ughelli Abbatis.

PARS I.

AUCTORE DIONYSIO.

F

Parentes, patria, monachatus, monasterium novum, exercitationes religiosæ, mors, translatio.

a INcipit *a* legenda B. Lidani confessoris de civitate Antenæ *b*, regni Siciliæ, de provincia Aprutina, ex patre, nomine Gentilis, uno ex Dominis dictæ civitatis; & ex matre, nomine Cæciliæ, ex nobili progenie de domo Avelarum *c*. Qui Lidanus cum esset unigenitus supradictorum parentum suorum, & ætatis novem annorum, accenso corde suo gratiâ Spiritûs sancti, cum voluntate patris & matris ipsius ingressus extitit Ordinem B. Benedicti Casinensis & ibidem professionem perfecit. Cum igitur perveniret ad ætatem decem

a *b* *Parentes & patria Sancti,*

EX MSS. cem & ſeptem annorum, mortui ſunt parentes ipſius, relicto ſibi per eoſdem univerſo patrimonio ipſorum & parte dictæ civitatis. Redeunte ergo ipſo Lidano ad civitatem prædictam & infuſâ in anima ſua gratiâ Spiritus ſancti, auditoque ſermone beati Joannis Apoſtoli, ſibi recitato à Chriſto, dicentis; Quicumque vult ſalvus eſſe, oportet quod teneat Catholicam fidem & vendat omnia bona ſua & det pauperibus & abneget ſemetipſum & tollat Crucem ſuam & ſequatur Chriſtum.

Monaſterium ad paludes Pontinas.

2 Qui Lidanus ſpretis & totaliter neglectis pompis ac divitiis hujus miſeri & caduci ſeculi & falſorum prophetarum; vendidit omnia bona ſua, & partem, cum tangentem, dictæ civitatis, & divino inſtigatus Spiritu, cupiens terrena omittere & æterna poſſidere, direxit greſſus ſuos verſus partes maritimæ *d*, territorii civitatis Setinæ; & inſpectis ſilvis, locis, paludibus & nemoribus ipſarum partium, in quibus melius, habilius * & honeſtius ſtare poſſet in ſervitium omnipotentis Dei; fuit ſibi divinitus revelatum, ut moram ſuam traheret in loco, qui vulgariter dicitur Ad tres Arcus, juxta montem Antoniani *e* per modica ſtadia: juxta quos arcus ob reverentiam B. Cæciliæ virginis & nominis matris ſuæ, cum licentia Pollidii tunc epiſcopi Setinæ civitatis ædificari fecit quoddam monaſterium monachorum Ordinis ſupra dicti, ſub vocabulo B. Cæciliæ virginis, de pecunia recondita de ejus patrimonio. Quo conſtructo pariter & perfecto, in quo erant arduiſſima loca, videlicet nemora, ſilvæ & paluſtres: ibidemque facere cœpit arduiſſimam pœnitentiam una cum mocachis fratribus ſuis; omni tempore comedendo & bibendo panem & aquam abſque alia carnium cibaria: jejunando congruis temporibus & diebus, juxta ſanctorum Patrum inſtituta & divinarum ſcripturarum.

d

* *forte*, ſtabilius.

e

B

Abſtinentia monachorum.

Lidani exercitationes religioſæ,

3 Et ſingulis temporibus & diebus ſanctis, perfectâ Miſſarum & divinorum Officiorum celebratione in choro dictæ eccleſiæ cum monachis memoratis, ante cibi aſſumptionem intrabat cellam ſuam ſecretam, & expoliatus, nudis carnibus ſe percutiebat cum fruſta *f* pinligia ob reverentiam paſſionis Chriſti, recordatus de verbo Apoſtoli Pauli 12 capitulo; Caſtigo *g* carnem meam & ipſam in ſervitutem redigo, &, Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Hanc autem vitam ſervavit in monaſterio ſupradicto ſeptuaginta duobus annis, uſque ad tempus Gelaſii *h* Papæ ſecundi. Qui cum multa faceret miracula in vita ſua *i*, ut inferius continetur, & in proceſſu ſuæ Legendæ enarratur *k* ... Cum igitur diem ſuum clauſit extremum ſexto Nonas menſis Julii, reportatum fuit corpus ejus ad Setinam civitatem per Druſinum, tunc epiſcopum civitatis ejuſdem, cum clero & populo, cum maximo honore, & ſolennitate & devotione, & ſepultus ſub altari majore eccleſiæ S. Mariæ de civitate Setina. Caput vero corporis ſui reconditum fuit in ſancta eccleſia memorata, cauſa ipſum oſtendendi devote hominibus & populo dictæ civitatis, quolibet anno in die obitus ſui.

f

g C

h

i

k

obitus 2 Julii,

tranſlatio Setiam.

ANNOTATA.

a *Præmittebantur in cod. Ms. huic vitæ ſingularia nonnulla, quæ in Commentario num.* 8 *deſcripſimus; putamuſque alio pertinere.*

b Antena, *quæ in Aprutio eſt; an* Atina *ſit civitas Latii; diximus in Commentario num.* 3. D

c *Iſtius familiæ indicium aliquod invenio apud ſcriptores Neapolitanos; inveniantur fortaſſe plura.*

d Maritima, *regio eſt humilis & uliginoſa ſita circa maris littora.*

e Antoniani, *an vero* Antongiani *legendum ſit, dubium hic facit ſcriptura. Num.* 7 *clare ſcribitur* Antoniani. *Videtur mons ille ſingularis eſſe, in longo montium, qui paludibus Pontinis verſus boream obtenduntur, tractu. Vide num. citatum.*

f Fruſta, *vox Itala; Latinis* verber, flagellum. *Sed quid vox ſequens*, pinligia? *Totidem litteris diſtincte legitur in Ms. Ughelli. In codice, quem ego deſcripſi, videbatur ſcriptor ipſe dubitaſſe, quid ſcribendum eſſet, addens ſuperne notam compendiariam. Si* Saligniea *legeretur, apte adjungeretur* fruſtæ *ſeu* verberi, *& indicaret, cujus ligni verber eſſet.*

g *Ughelli Ms. rectius legit*, Caſtigo corpus meum & carnem meam. *Nec tamen ſic, purus eſt Apoſtoli textus, nec loco citato inveniendus, ſed cap.* 9. *ad Corinth. Textum ſequentem, etiam à ſcriptore mutatum, vide ad Philipp.* 1. E

h *Gelaſius ſecundus, Papa creatus eſt anno* 1118. *Hinc obitum Lidani affigunt eidem anno paſſim ſcriptores.*

i *Hinc, dum dicitur*, inferius *narrandum de miraculis, in* vita ſua *factis; concluditur, ſcriptorem hujus primæ Partis, ſcripſiſſe etiam ſecundam, quæ de miraculis, in vita factis, tantum narrat: non vero ſcripſiſſe Tertiam, quæ miracula, tantum poſt mortem Setiæ patrata, proſequitur.*

k *Oratio imperfecta. Quid ſi ſuppleatur hoc aut ſimili modo?* Vivere deſiit.

PARS II.

EODEM DIONYSIO AUCTORE.

Miracula à Sancto vivente patrata.

Prologus ſecundus emittitur,

PRæfari debeo, *quod hoc tantum loco in cod. Ms. ponitur titulus, ita conceptus*, Incipit ſecundus prologus beati Dionyſii de beato Lidano. *Opinantur hodierni cives Setini, ipſum civitatis ſuæ* epiſcopum *fuiſſe: Baronius in Annalibus ad annum* 1118, *vocat* monachum Caſinenſem: *citatus titulus neutrum habet; vocat tamen Dionyſium* Beatum. *Cujus rei cauſam diſcere à Setinis aut Caſinatibus cupio. Ego nullum beatitatis ejus in totis hiſce Actis indicium deprehendo. Prologum porro iſtum ſecundum, qui tantumdem fere continet ſcriptura, quantum tota Pars prima Actorum, hîc jam præmiſſa, prætermittendum duco, quod nihil ad vitam S. Lidani faciat. Orditur enim à creatione rerum, narrat prævaricationem Adæ, incarnationem Chriſti, electionem & miſſionem Apoſtolorum ad prædicandum Euangelium atque alia; ac tandem propius ad rem accedens ſcriptor, paragraphum ſuum ſecundum ſic incipit.*

præter ultimam partem,

5 Hæc & plura, quæ ſacra Scriptura docet, conſiderantes ſancti Martyres, relinquentes tenebras infidelitatis, inducti & moniti, armis lucis ſtatuerunt certamen animarum; ſpernentes juſſa Principum, cum gaudio ſuſcipien-

A cipientes pœnas corporum, ſoli ipſi Deo placere deſiderantes; cujus imperio cuncta famulantur. Poſt hos præclari Pontifices atque Confeſſores, etſi non extrinſecus, tamen intrinſecus ſine martyrio non fuerunt, crucifigentes membra ſua cum vitiis & concupiſcentiis. Sed quis explicare valet, quæ lingua aut quæ vox? quanti utriuſque ſexus fuerunt, qui ſibi hoc bonum propoſitum non neglexerunt. E quibus unus (ſi fas mihi dicendum eſt) in Setinis finibus enituit, Lidanus nomine, natione ſuperius enarrata: qui objectis humanæ miſeriæ laſciviis, tulit crucem ſuam & ſecutus eſt Dominum: & ne aliquid ſibi abominationis remanere videretur, eremum concupivit & feſtinanter adivit.

quæ propius ducit ad miracula S. Lidani,

6 Sed quæ & quanta miracula & virtutes per ejus merita in eadem converſatione mortalibus hominibus Dominus oſtendere dignatus eſt, non eſt noſtræ facultatis ſigillatim explicare. Tamen referentibus, poſt longi meatûs *a* curricula, quibuſdam ſenioribus, aliqua de multis, tunc temporis inopiâ ſcripturarum neglectis, humili ſtylo ſcribere conamur, licet præſumptuoſe videamur arripere, quod ſolummodo ſcientiſſimis atque peritiſſimis novimus eſſe conceſſum. Sed quis procul dubio non immemor illius, qui de duriſſimo ſaxo abundanter aquam producere juſſit; & aſinæ Balaam ſeſſorem ſuum directo ſermone alloqui præcepit; & ſterilem anum fertilem reddidit; & qui quinque millia hominum, excepto femineo ſexu ſeu infantulis, de quinque panibus & duobus piſcibus ſatiavit; & multa alia in veteri vel novo teſtamento mirabilia patrávit, quibus nullus ſufficit ad memorandum: at illius miſericordiæ non diffidens, quemque ductorem mecum habere confido, tanti viri propagandam memoriam, prout ipſe Dominus dederit, humotenus pro divinis non recitabo.

ex relatione ſeniorum accepta.

a

B

7 Igitur [ne] ſine aliquo præſagio nomen ejus remanere videatur; quod à nobis æſtimatur, prius oſtendere ſatagimus. Lidanus namque, ut in ſedulo *b*, pro lucerna ponitur, quæ appoſitâ cerâ vel oleo lucem emittit ponitur que ſupra candelabrum, ut ingredientibus & deambulantibus lumen miniſtretur: ita quoque B. Lidanus dum ſe in mundo vidiſſet infructuoſum, aſſumpſit oleum miſericordiæ & humilitatis, & induit ſe armaturâ Dei, fugiens obſcuritatem cordium tenebrarum, lumen veritatis verbis & exemplis cunctis oſtendere aſſidue non deſiſtebat. Qui etiam in quodam Triſarcu *c*, in paluſtribus locis ſito, diſtante à Setina urbe ſtadiis ferme triginta duobus, verſus Antoniani montem, venerandæ virginis Cæciliæ baſilicam conſtruxit. In quo loco confuſæ ranuncularum voces habitantium auribus aliquid impedimenti inferebant. Quod intuens Dei famulus, confidens in nomine ipſius, qui ſpreto mundo tiro in militia S. Benedicti, beatiſſimi patris ſui, ſe tota intentione commiſerat, tenens baculum in manibus, percutiebat paludem, dicens, Date honorem Deo & tantam confuſionem auditui noſtro inferre nolite: quoniam de vocibus hominum magis credimus delectari Dominum, quam veſtris. Ab illa autem die voces earum, in illo loco tam infeſtæ, non ſunt auditæ: quod ibidem obſervari videtur uſque in hodiernum diem.

Comparatio Lidani cum lucerna.

b

C

c

De ranis coaxantibus, ſilere juſſis.

8 Quodam denique tempore erat quidam tribus annis vigiliis fatigatus ab infirmitate, qui nulla medicorum experientia corporis dormitionem accipere poterat; quem parentes ejus, quorum auribus tanti viri fama perſonuerat, arrepto itinere ad eum quam feſtinanter perducunt. Qui etiam in ſupradicto cœnaculo triduo commorantes, ubi vidiſſent, quod nihil ſanitatis ægroto contulerit, indignati cœperunt intra ſe dicere; ut quid tantam fatigationem huc veniendi paſſi ſumus? Heu quid profuit nobis! ſperabamus, ut exiret & imponeret ſibi manum, & facta oratione in nomine ſanctæ Trinitatis eum ſanitati reſtitueret. Quo audito Dei famulus à quibuſdam cœnobitis, exivit & interrogavit eos. Illi autem omnia narrantes per ordinem, qualiter infirmus ille inſomnitatem paſſus eſſet per tres annos. Quibus ipſe Abbas conſolatoria verba impendens, valde exhortabatur excuſando, ſe non hujus meriti valere negotio (mos namque ſanctorum Patrum, ut de ſe [non] præſumant, quod de Deo ſentiunt.) Tunc illum manibus ante altare beatæ prædictæ virginis Cæciliæ deducere cœpit, & ante illud proſterni præcepit: cumque vir Dei in oratione diutius immoraretur, obumbravit [infirmum] Dominus tanto ſopore, ut à mane uſque ad veſperum penitus evigilare nequivit.

EX MSS.

Æger trium annorum vigiliis fatigatus,

orante Sancto,

E

9 Videntes autem amici ejus, inclinaſſe jam diem, pulſantes, excitaverunt eum, dicentes: Surge, edicito nunc, quid tibi videtur; vigebit autem valetudo tua ulterius? At ipſe increpare eos cœpit, quare hanc inquietudinem ſibi facerent: nam confitebatur ſe tantæ dulcedinis ſoporem atque ſuavem quietem cordis & corporis numquam percepiſſe. Surgens autem projecit ſe ad pedes ſanctiſſimi Patris Lidani, poſtulans, ut ſibi habitum ſanctæ religionis ſuæ condonaret. Ipſum autem renitens, ait: Non, fili; non licet homini, ut ſacra Scriptura declarat, ſeparare, quos Deus conjunxit, juxta Euangelicam doctrinam. Vade in pace tua & age ſolicite curam uxoris tuæ filiorumque tuorum. Ille autem talibus non acquieſcens, compoſuit teſtamentum ſuum coram ſupradictis parentibus ſuis, præordinans ſubſtantiam ſuam, ſicuti competebat ei, qui dives ſeculo ante fuerat; ab ipſo prorſus beato Lidano noluit omnino recedere, donec meta ſui corporis terminaretur & diem ſuum clauderet extremum.

in ſoporem incidit, ac plene curatur.

F

10 Cum ſupradictus venerabilis Pater beatus Lidanus quadam die more ſolito in ſupradicto cœnobio pœnitentiam agendo laboraret; ecce tres pauperes, exuviis inter fruteta abſconſis nudi; ut eos veſtiret pietate ſolita, adveniunt, proclamantes: Miſericordiſſime Pater, pauperes & nudi venîmus ad te, ut compatiaris nobis viſcere miſericordiæ tuæ & quod aliis facere conſueviſti, nobis nimis miſeris obnixe poſtulamus ne deneges. Quos diligenter aſpiciens venerandus Abbas, confortare eos cœpit ac conſedentibus illis cibum potumque apponere præcepit convenientem. Præterea ipſis ſumentibus neceſſaria corporis, almificus diſpenſator caute miſit ad locum, quo per Spiritum ſanctum noverat illos veſtimenta ſua occultaſſe & abſcondidiſſe. Oblata ad ſe, poſt ciborum refectionem, unicuique quod ſuum erat, largitus eſt. Qui pauperes & nudi,

Tres nequam, nuditatem ſuam mentientes,

petunt à Lidano tegumentum;

is, fraude divinitus cognitâ,

EX MSS. ac refecti assumptione ciborum, recepta humili benedictione ab eo abeuntes venerunt ad locum læti, reperire putantes præfata & absconsa primitus ipsorum vestimenta. Et cum ibidem nehil invenirent, subito contristati, se mutuo respicere cœperunt, ac iterum iterumque intuentes, agnoverunt vestimenta sua, atque mirabantur accepisse à quo sciebant ea se non commodavisse. Mox pœnitentia ducti, reversi sunt ad dispensatorem veritatis, confusis vultibus prostraverunt se ad terram ad pedes B. Lidani, veniam mendaciorum suorum exposcentes & misericorditer postulantes. Quos ut vidit, iterum cum gaudio suscepit, insuper & mellifluo documento cælestis verbi consolidavit, benedicensque eos dimisit abire *d*.

allatis ipsorum met vestibus, quas absconderant, eos induit.

d

11 Mulier quædam de Nimphano civitate, quæ consanguinitate B. Lidano conjuncta dicebatur, dum quadam nocte suum infantem juxta se exstinctum seu mortuum reperisset, flens & ululans, mane facto ad venerabilem Lidanum abbatem pœnitendi causa festinare curabat. Mox Vir sanctus Spiritu sancto mente
B concepto intellexit, quod sua propinqua ad eum veniret; misit ei obviam, ne ulterius accedere præsumeret. Quæ cum nulla ratione vellet talibus præceptis pariter & dictis acquiescere, Vir sanctus per Spiritum sanctum hoc ipsum agnovit, & rursum misit contra eam, ne sibi & monasterio suo amplius appropinquaret; quoniam hujus judicii examen trutinâ episcoporum pendêre affirmabat, non monachorum. Quibus etiam euntibus incredula mulier non est reversa, sed firmo gradu properans, dicebat: Moriar, an vivam, ad eum venire non destituam. Quam cum vidisset venerandus Pater & Abbas, increpando in hæc verba rupit: Hæc est superbia mulierum, quæ nesciunt verecundari. Illa autem suspicans ait: Mi Pater, ne dedignes peccatrici mulieri auxilium præstare. Quam verecundus Abbas, salutiferis admonitionibus instructam, remisit cum Dei benedictione: Vade, quod invenies filium tuum vivum. Ilico autem illa recedens, ac ferventer fidem gerens in Dei servum, statim cum applicuit ad Nimphanam civitatem ad domum suam, invenit filium suum infantulum, casu præmisso suffocatum, vivum precibus & orationibus Abbatis prædicti.

Mulier infanti, nocte ad latus suum extincto,

C

12 Quam laudandus est Vir iste, in quo spiritus prophetiæ videtur habitare, congruo tempore qui præsentia declarat, futura prænuntiat! Ecce alius Eliseus, ecce alius Elias, ecce alius Hieremias. Quoniam cum esset quidam, nomine Joannes Sanctus, de Setina civitate, qui cum quodam suo vicino, qui Benedictus Niger vocabatur, inimicitias & lites exercebat propter unum bovem, qui relictus in agro foris à pueris ipsius, devoratus extitit à lupis, de quo maximum placidum *e* habuerunt. Et dum in præfato loco ob hujus rei causam omnes pariter amici & vicini congregati essent, Joannes prædictus sumere vindictam personalem de Benedicto non desine-

e

Nolenti condonare proximo suo

prædicit S. Lidanus grave malum,

bat. Ait igitur B. Lidanus ad eumdem Joannem: Obsecro, fili, dimitte illi, ut Deus dimittat tibi. Sic enim scriptum est per sacratissimam scripturam; Dimittite & dimittetur vobis. Et prorsus in oratione Dominica, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et forsan aliquid debes, quod tu dimissurus es *f*, & Deus demittet tibi propter hoc. Ille autem Joannes noluit consentire sacris admonitionibus B. Lidani, sed magis dicebat sibi; Si mihi præceperis, Pater sancte, me præcipitari de arcu isto, adimpleam, priusquam huic hoc dimittam. Quem Sanctus arguens & increpans prædixit ei, quæ ventura fuerant sibi in processu temporis in familiam suam: O fili, quam male loqueris! hoc unum scias, quoniam qui magis obedire disponit se diabolo, quam Deo; superveniet sibi tristitia & persecutio, quæ adeo ipsum inficiet; acsi singula totius mundi tua essent, & cum ictu magni doloris subito amitteres. Quod modico dilapso tempore secundum dictum Abbatis sibi indubitanter advenit, hoc scilicet ordine. Cum igitur quadam nocte filius ejusdem Joannis, inobedientis Spiritui sancto & B. Lidano servo ipsius, nomine Marius, cum aliis bubulcis & pastoribus in custodiendo boves in agro staret juxta ignem, & ibidem accubuisset, ut mos est pastorum, subitaneo morbo percussus in ignem cecidit & mortuus extitit. Cujus strepitu socii expergefacti, ejecerunt illum de igne, quo ejecto combustio illa defecit.

D

quod in morte filii ejus completur.

E

13 Rursus quadam die, dum quidam pauper visendi causa cuperet ad supradictum Abbatem descendere, attulit secum vasculum unum plenum vino. Factum est dum appropinquaret illuc, & cognovisset multitudinem populorum ibidem adesse ad visitandum virum Dei propter multitudinem miraculorum suorum; dubitans ne sitiscret, abscondidit vasculum suum plenum vino, & vacuus ad Abbatem Dei virum pervenit. Post multa vero colloquia ministerii divini, mensam requirunt piscium epularum: & deficiente vino vocavit pincernam suum & caute misit ad locum, quo per Spiritum sanctum sciebat esse vinarium vasculum, & jussit ipsum adduci ad eum. Quo ducto, ex eo omnibus adstantibus potum porrigere præcepit. Ille autem frater, qui eum ibidem vasculum occultaverat, abiit, ut duceret illum ad Abbatem; sed ibidem nihil invenit; quod ipse Abbas miraculose fecerat auferri. Quo palificato, omnes unanimiter referre cœperunt gratias Deo, qui facit mirabilia in servis suis justis & sanctis, uti erat servus Dei Lidanus.

Vinum, ab hospite in via absconditum,

doctus à Deo ubi esset;

jubet adferri in mensam.

ANNOTATA.

F

a *Legebatur*, Longimatus.

b Sedulo. *Non capio; nisi legendum sit*, ut in Sedulio, *poëta nempe Christiano. Tum vero nondum capio, quid etymologiæ aut derivationis sit inter voces* Lidanus *&* lucerna. *Si* Lychdanus *scriberetur, derivari fortasse posset, interpositâ syllabâ, à græco* Λύχνος, *quod lucernam Latinis sonat. Sed hæc longe quæsita.*

c *Idem locus, qui supra num.* 2, tres Arcus *vocatur. Cogitari potest, pontem olim fuisse trium aut plurium arcuum, qui viam Appiam, per paludes ductam, illic loci commiserit. Ponte autem reliquo, voracitate temporum & aquæ destructo, tres tantum arcus, unde loco nomen, reliqui fuerint tempore Lidani: & duos hodiedum supersse, narrarunt mihi accolæ, atque in vicinia etiam videri rudera monasterii, inter quæ erecta stat crux alta; eoque cives Setinenses frequenter adeunt religionis aut voti causa.*

d *Simile exemplum habet S. Gregorius in Dialog.*

A *log. lib.* 3, *cap.* 14, *quod accidit S. Iſaaco abbati, relatum à nobis tomo* 1 *April, pag.* 26 *num.* 21.

e *Imo* Placitum, *quod eſt lis, in confeſſu judicum agitata, ut decidatur.*

f *Intellige*, quod tibi dimittendum eſt.

PARS III.

AUCTORE JOANNE EP. SETINO.

Miracula poſt mortem ac tranſlationem Sancti patrata Setiæ.

Præfatio Auctoris.

SImplex veritas, quanto ſimplicius, tanto decentius & dignius creditur nuntiari: cum omne ſimplex dignius ſuo compoſito judicetur. Nec ergo divina miracula rhetoricis ſunt coloranda commentis, quæ ab ipſo, qui lux eſt & lucis auctor, ſuæ lucis fulgorem obtinere noſcuntur; ne veritatis ſeries circumlocutionis nubilo ſubducatur, & palleſcat obducta; quæ ſui tantum vigore contenta clareſcit. Et certe ſupervacuis laborat impenſis, qui ſolem certat facibus adjuvare. Quare & Salomon ait; B Prov. 30. Omnis enim ſermo Dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe; ne addas quidquam verbis illius, ne arguaris ab ipſo, inveniariſque mendax. Ea propter quædam glorioſa miracula, quæ Dominus per dictum confeſſorem tuum Lidanum poſt pium ejus obitum in eccleſia Setina agere dignatus eſt; ad memoriam ſcribere futurorum ipſa, non in verborum ornatu pompoſo ſeu eorumdem diffuſione prodiga, ſed ſimplici ac brevi narratione, prout à multis fide dignis, qui tunc eorum oculata *a* ſunt viſione gaviſi, fideliter recitata ſunt, referre ſtudebo. Ad quod licet videatur me ingerere imprudenter, utpote inſufficiens & penitus imperitus; tamen, omnipotenti Deo & animæ conſcientia teſte, non præſumptionis temeritas, ſed ipſius S. Lidani devotio ad hoc me compellit Joannem epiſcopum Setinum.

a

Caput Sancti cum capſa ſua lignea, *b*

15 Cum ergo divino judicio tota Setina civitas furentis ignis periclitaretur incendio, contigit caſſam *b* ligneam, in qua conditum erat beatiſſimi Lidani caput, ſuper altare eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis remanere: & C cum ipſa eccleſia totaliter cremaretur, ita quod nihil præter muros incombuſtos ſervaretur, ibidem Dominus, qui cuſtodit omnia oſſa Sanctorum ſuorum, ut vel unum ex eis minime conteratur, caſſam ipſam, dum ſtaret ſuper altari majori dictæ eccleſiæ (& pannis ipſius altaris incombuſtis *c*,) ſic ab ignis voragine ſervavit illæſam, acſi prope ignem numquam fuiſſet. Nos enim qui ejus tanto miraculo gloriamur, & roboramur exemplo, divinam humiliter miſericordiam imploremus, ut per interceſſionem ſui beatiſſimi Lidani Confeſſoris, ſicut ejus ſacratiſſimas reliquias ſervavit intactas ab ipſo igne; flammam in nobis vitiorum extinguat, ne, ſi ſupercreciderit, præpediamur ſolem videre, & ſic demum dejiciamur in ignem; & in miſeriis minime ſubſiſtamus: ſed ſpiret in nobis ignem, quem mittere venit in terram, voluitque ipſum vehementer accendi, ut ad ejus gaudia, ipſius miſericordia præveniente & ſubſequente, pervenire poſſimus optata, qui in Sanctis ſuis glorioſus exiſtit in ſecula ſeculorum. Amen.

totâ eccleſiâ incendio conflagrante, *c*

in flammis illæſum ſervatur.

16 Quædam pauper mulier, Caracoſa nomine, de partibus Tuſciæ oriunda, ad urbem Setiam veniens, & à Domino viſitata, paralyticum morbum incurrit, & tamdiu ab ipſo morbo miſerabiliter eſt detenta, quod omnium fere membrorum ſuorum officio deſtituta eſt; in lecto ægritudinis ſuæ jacens infirma, adeo quod ſe movere non poterat, nequaquam & in ipſo revolvi, niſi alii ipſam revolverent una cum linteamine, in quo jacebat. Miſerator autem Dominus miſeriam inopis & gemitum pauperis miſeratus, volenſque mirificare nihilominus Sanctum ſuum, cauſam ei hujuſmodi recuperandæ præſtitit ſanitatis. Beatus ſiquidem Lidanus, ei apparens in ſomnis, dixit ad ipſam: Caracoſa, ſi deſideras hac quâ ægritudine detineris, liberari; ad baſilicam B. Mariæ Virginis Setinæ urbis, ubi meum corpus jacere dignoſcitur, in die ſolennitatis meæ facias te deferri, ſperans in Domino, qui ſanat contritos corde & alligat contritiones eorum, [ipſe] reſtituet te priſtinæ ſanitati. Cumque ipſa prout ei Sanctus dixerat, *infeſto S. Lidani ad ſepulcrum ejus delata,* E ſe feciſſet ad præfatam eccleſiam deferri, & coram altari, ſub quo glorioſiſſimum corpus B. Lidani jacere noſcitur tumulatum, deponi; & aliquantulum jacens ibidem, Dominum in lacrymis & ſuſpiriis flagitabat, ut per interceſſionem B. Lidani ipſam dignaretur miſericorditer ab hac ægritudine liberare. Dominus autem, cujus miſerationes ſunt ſuper omnia opera ejus, mirificans miſericordias ſuas & qui ſalvos facit ſperantes in ſe, ipſam ſic eſt liberare dignatus, ut Sancti gloriam publicaret in terris, & illa de fide ſua præmium reportaret optatum. Nam dum ita penes omnium corporis virtutum actionibus publica & contracta ſqualeret, ab eo, qui erigit eliſos & ſolvit compeditos, erecta, exſiliens per eccleſiam memoratam, turbis ſpectantibus, ambulabat: populus autem, qui ad ipſius Sancti feſtum ſolenne convenerat, tanto miraculo celebrari jucunditate congaudens, Domino, qui facit mirabilia ſolus laudes debitas, hymnis & canticis, eo die exultare non ceſſavit. Illa autem nomine Caracoſa, ſic ſanata per B. Lidanum, pluribus annis vixiſſe refertur.

inſpectante omni populo ſurgit ſanata.

Ex MSS. Mulier toto corpore paralytica,

17 Sed multum diſſimile fuit illud, quod Dominus meritis & interceſſionibus S. Lidani Confeſſoris, cuidam mulieri, nomine Agneti, de Setia, eſt dignatus. Nam cum hæc à dæmone vexaretur, credens per medicorum experientiam ſe poſſe curari vel mitigari ſuam quomodo libet paſſionem; fere omnia bona ſua propter hoc derogavit eiſdem, nec potuit aliquod inde remedium invenire, quod non eſt eis datum deſuper, ut poſſint ſuo artificio dæmones effugare; cum non niſi in digito Dei ſpiritus ejiciantur immundi & poteſtates aëreæ debellentur. Hæc autem in die vigiliarum S. Lidani confeſſoris jam dicti, ad eccleſiam beatæ Mariæ Virginis Setinæ civitatis, ubi ejus corpus ſanctiſſimum requieſcit, adducta & per violentiam intromiſſa, tota nocte ibidem una cum copioſa hominum multitudine, eidem Sancto devote ſolennizantium, dicitur pernoctaſſe & feciſſe moram ibi in craſtinum, ejuſdem videlicet diei feſti, quo uſque, Miſſarum ſolennibus celebratis, populus ad propria rectum iter arriperet redeundi. Factum eſt autem, quod illa ſomno ſuaviſſimo, præ-

Mulier alia dæmoniaca, F

nocte feſti ejus tota, ad ſepulcrum perſiſtens,

EX MSS. ter ejus consuetudinem, aliquamdiu quiesceret sopora-
ta, ac postmodum evigilans stercore proprio fœdata turpiter invenitur: cujus horribilem & inauditum fœtorem vix erat qui posset aliquatenus sustinere. Quare firmiter credebatur quod dæmon B. Lidani virtute inde fugatus, per partes inferiores exiret. Ipsa vero Agnes firmiter asserebat, instanter fore se B. Lidani meritis à dæmonibus liberatam; & sic ad domum suam reversa, aliisque vestibus innovata, incolumis exultans in Domino, qui fecit misericordiam suam cum ipsa precibus B. Lidani, ad præfatam ecclesiam repediavit, Vesperas auditura; & sine aliqua corporis macula dicitur pluribus annis vixisse.

sanatur, dæmone libera.

18 Præterea cum mulier quædam de castro Sermineti nuptui traderetur, statim quod à viro corrupta, florem suæ virginitatis amisit, ita tota diriguit, ut sensualitate plurimum disturbata, & diebus quam pluribus amissa loquela, nullo signo suam cuiquam innuere poterat voluntatem, nec intelligere alienam. Cumque appropinquante festo B. Lidani, consanguinei mulieris præfatæ, qui fama divulgante tot glorioſi Confessoris virtutes didicerant, [dicerent] ad eamdem, utrumne vellet ad ejus festum tàm celebre convenire, sperans opem salutis ab ipso; illa capite prono affectuose innuit, quod volebat. Factum est autem, quod in corde contrito & spiritu humiliato, portans lapidem in collo, Setiam duceretur & præsentaretur, ubi corpus B. Lidani jacere noscebatur tumulatum in ecclesia Setinæ civitatis ante altare majus ipsius ecclesiæ. Cumque ibidem aliquantulum expectaret expectans, ilico tam linguæ quam aliorum membrorum officium recuperavit amissum. Quæ exultans in Domino salutari suo ad propria incolumis cum consanguineis suis jucunda & sanata reversa est, recitans miracula B Lidani unicuique audire cum devotione volenti.

Mulier tertia, omnibus sensibus destituta

B

19 Cum juvenis quidam, Petrus Saladinus nomine, de Setina civitate quemdam suum bovem casu fortuito perderet, ac ipsum bovem noctis tempore de via in vias inquireret diligenter; adversarius noster diabolus, qui tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret, assumpta humana specie obviam se obtulit Petro juveni memorato: qui gestiens illum nequiter perdere & delere de terra, impetum fecit in ipsum, mala ipsum passione pertrectans: quem utique perdidisset, nisi virtus Altissimi, qui prope est omnibus invocantibus eum, sibi tam misericorditer quam mirabiliter succurrisset. Nam cum in tanto periculo constitutus esset, ac B. Lidani nomine invocato, ipsum sibi assistere postulasset; statim sibi comparuit in habitu monachali, prout eo usus fuerat, antequam de mundo transiret; & sic illum de potestate sævientis eripuit inimici. Ille autem hostis confusus, confestim evanuit, quod non habebat potestati resistere divinæ, cum à Deo sit omnis potestas vera. Beatus autem Lidanus, tamquam pius pater, juvenem ita perterritum animose confortans, prope mœnia civitatis Setinæ eumdem reduxit.

Juvenem, noctu in agro errantem, periculo mortis,

C

à malo genio inferendæ,

D

visibiliter apparens evipit S. Lidanus.

20 At ille juvenis stupefactus & debilitatus plurimum, præ timore præmissorum, à beatissimo Lidano panem sibi petiit exhiberi. Qui panis offellam, non sicuti creditum humana manu confecti, sed panis Angelorum affectione paterna exhibuit. Quem cum accepisset, confortatus est. Sane cum vellet ab ipso discedere, dixit ad eum: Fili mi, vade in pace tua; Dominus defensor vitæ tuæ est, non oportet te ulterius trepidare. Juvenis autem inquit trepidans, ubi non erat causa timoris, dicens tremebundus ad eum; Noli me derelinquere, Pater sancte, quia adhuc periculum mihi restat in via. Ille autem inquit; Noli timere fili, ego tibi providebo socium opportunum, qui numquam te usque in domum tuam dimittet: & sic, expectato quodam revertente de agro, socium sibi dedit, qui usque in domum suam eum secure conduxit. Factum est autem, ut hic postmodum, utpote pusillanimus, tantum mentis stuporem incurreret, quod amissa loquela quasi semianimis jacebat, nec poterat suam passionem aliquatenus recitare. Postea vero aliquantulum excitatus, innuit, quod volebat ad ecclesiam beatæ Virginis, in qua corpus B. Lidani jacebat, deferri. Cumque allatus illuc fuisset, statim solutum est vinculum linguæ ejus; & prædicta omnia, quæ sibi acciderant, fideliter recitavit. Turba autem virorum & mulierum, tanto viso & audito miraculo, facto à beatissimo Lidano confessore, protectore, & defensore civitatis Setinæ, ejus magnificabant & glorificabant Dominum, qui visitavit taliter plebem suam in civitate prædicta. Deo gratias. Amen.

esurientem cibo recreat, ac domum reducit;

denique ex concepto timore in agritudinem lapsum

ante tumbam suam persanat.

ANNOTATA.

E

F

a Oculata, *sic mavelim legere, quam* occulta, *quod ponebatur.*

b Cassa *vox Italica, pro* capsa.

c Incombustis. *Si legas* combustis, *majorem emphasin & admirationem habebit miraculum; quando nempe ipsius quoque, in quo stabat sacrum caput, altaris panni fuerint combusti, capite ejusque capsâ ligneâ salvis.*



DE

DE S. OTTONE EPISC. ET CONFESS.

POMERANORUM APOSTOLO.

BAMBERGÆ IN FRANCONIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

J. B. S.

§ I. De Scriptoribus Actorum S. Ottonis.

ANNO MCXXXIX.

Commentarium hunc ab ipsis vitæ sancti Ottonis *scriptoribus exordior, fere præter morem nostrum, qui cetera prius discutere consuevimus. Eò me compulit Scriptorum diversitas, atque in eis accurate dignoscendis, discernendis, secernendisque, major quam credi facile possit, difficultas; unde & alia exoritur in dissolvendis præviis controversiis, ad quas explanandas necessaria omnino est distincta Scriptorum cognitio. Præfatam difficultatem inductam potissimum existimo ab interpolatoribus, quibus monumenta, antiquitate sua veneranda, amplificare, polire, mutare, conjungere, augere vel contrahere libuit. Horum novissimus & ætate postremus fuit Andreas Montis monachorum ad S. Michaëlis prope Bambergam abbas ordine* XXXVI *, inquit catalogus Ms. apud Gretserum pag.* 377 *, cujus hoc est elogium :* Domino Udalrico cita morte sublato, Andreas, de Staffelstein oriundus, in ejus locum subrogatur anno salutis MCCCCLXXXIII, ipso die S. Dorotheæ virginis. Hic à primæva sua institutione per prædecessores suos, in sancta reformatione & religionis observantia, bene paterna ex arte instructus, morum probitate & vitæ honestate, tamquam bonus agonotheta, in bona operatione secutus est pedes & vestigia patrum suorum prædecessorum. In augmentatione spiritualium & temporalium utilissima ædificia perfecit, cum insigni bibliotheca. Tandem ... mortem obiit die XXIII mensis Octobris, anno MDII. *Ita ille.*

Andreas ad S. Michaëlis abbas, anno 1499, vitarum collector

B

C

2 *At Bucelinus Germaniæ sacræ tomo* 2, *pag.* 236 *locum* XXXVII *ei tribuit, ita scribens :* Andreas ex vicino oppido Staffelstein oriundus, vir religione non minus quam eruditione clarissimus, præfuit summa cum laude annis XX, abbatum omnium hujus monasterii præcipuus appellandus. OEconomico etiam studio felicissimus, multa struxit; multas piscinas fodit, bibliothecam auxit. Ipse etiam magnum opus Sanctorum ex Ord. S. P. N. canonizatorum composuit : historiam item S. Ottonis Episc. libris 4, & tractatum de Conceptione Virginali. Obiit Kal. Nov. MDII. *Hæc paulo fusius apud Bruschium, qui Bucelino præluxit, de monasteriis Germaniæ pag.* 91, *ast in eo hic aberravit, quod non adverterit ante* Kal. Nov. *apponi* X, *sic ut sit* X *Kal. Nov. qui verus Andreæ obitûs dies, ut ex Gretsero nuperrime vidimus. Ex his saltem certo habetur Scriptoris ætas, utpote qui cœnobii Montis monachorum præfecturam gesserit à* VI *Februarii anni* MCCCCLXXXIII *ad* XXIII *Octobris* MDII, *hoc est annis ferme* XX. *Atque hic est Andreas, cujus collectionem ex Ms. primus vulgavit & Divis suis Bambergensibus inseruit scriptor celeberrimus noster Jacobus Gretserus anno* MDCXI, *unde in posthumam amplissimamque Surianam anni* MDCXVIII *editionem transiit, cum in priori anni* MDLXXIII *breve dumtaxat Vitæ* S. Ottonis *compendium, nescio à quo digestum, reperiatur.*

à Jac. Gretsero editus an. 1611 :

3 *Meritissimam æstimationem apud eruditos consecuta est ea Gretseri editio, neque de alia Andreæ lucubratione magnopere cogitatum fuisset, nisi Valerius Faschius Pomeranus, Lutheranicæ theologiæ Licentiatus, novam & quasi Gretserianæ oppositam* ex membranis, Benedicto sanctæ Camminensis ecclesiæ pontifici inscriptis, *anno* MDCLXXXI *protrusisset in lucem, acceptam procul dubio ex schedis Crameri, qui eamdem in Pomeranicis suis sæpe citaverat, dicam, an mala fide reddiderat, ea causa à Gretsero non semel castigatus. En igitur vitas geminas auctoris ejusdem Andreæ abbatis, in plurimis diversissimas, diversis inscriptas, epistolis discrepantibus nuncupatas; verbo, unius hominis opera sibi mutuo propemodum oppositas, in quibus conferendis non minimam voluminis bene magni partem insumpsit, præfatus Faschius, locis variis annotationum suarum non minus inepta & odiosa importune depromens, quam ante Cramerus fecerat; religionis catholicæ integritatem, tam glorioſe à* S. Ottone *majoribus suis prædicatam, nusquam non arrodere soliti. Hæc cursim & obiter; neque enim res ab instituto nostro alienas tractandas suscipimus; contemplandus nobis est Andreas noster, ut ipsummet sibi, vel saltem opus ejus, siquidem fieri potest, operi conciliemus.*

alius Andreas à Valerio Faschio 1681,

E

F

Vitas suas diversis inscribunt.

4 *Gretserus hunc titulum profert :* Vita S. Ottonis Babebergensis episcopi, ac Pomeranicæ gentis apostoli, quatuor liberis scripta, ab Andrea monasterii sancti Michaëlis prope Bambergam abbate. *Faschii titulus ita conceptus est :* Audreæ abbatis Bambergensis, de vita S. Ottonis Babenbergensis ecclesiæ episcopi, ac Pomeranorum gentis apostoli, libri quatuor. *Utrum in utroque Ms. ad apicem usque ita expressi fuerint tituli, nec quæro nec disputo, ex nuncupatoriis certum est, utrobique Andream, eumdemque Montis S Michaëlis abbatem appellari. Ita sonat Gretseriana :* Venerabili ac supplici in Christo patri, Joanni Macario, Seraphici Ordinis conventûs Bambergensis Guardiano, proclamatori verbi Dei constantissimo, frater Andreas, humilis servitor fratrum cœnobii S. Michaëlis archangeli, Ordinis S. Benedicti prope Babebergam, salutem & charitatem. *Apud Faschium sic lego :* Domino reverendissimo, Deoque vere dignissimo, Benedicto, Dei gratia, sanctæ Camminensis ecclesiæ pontifici,

AUCTORE J. B. S.

fici, Andreas humilis ſervitor fratrum cœnobii ſancti Michaëlis archangeli prope & extra muros civitatis Babenbergenſis, in ipſo qui eſt via, veritas, & vita, viam veritatem, & vitam invenire ſempiternam depoſcit.

in dedicationibus

5 *Multum diverſa hæc ſunt, nec minus diverſa utriuſque dedicationis oratio, quamvis nonnulla interluceant, quæ viſam alteri alterius epiſtolam ſuadeant. En Gretſeriani Andræ exordium:* Petitionibus veſtris, venerande Pater, prout ſcientiæ meæ tenuitas permiſit, parêre ſtudui. Petiſtis enim ut ſanctiſſimi patris noſtri Ottonis, Babebergenſis Epiſcopi vitam, præcipuo quidem eligantique ſtylo ſcriptam, utpote Ebbonis, noſtri cœnobii monachi, ſicut eam ex ore venerandi & à Deo dilecti ſacerdotis Udalrici audivit, nec non Sefridi atque Tiemonis; per modum Dialogi antiquitus editam, ſed in locis quibuſdam ita infirmo intellectui obſcuram, ut difficile pateat, quo oratio tendat, & in nonnullis locis à ſeipſis diſcrepantem, hanc ego ſententia apertiori referarem. *Confer modo Faſchiana:* Exigitis à me, Pater per ſecula memorande, & Præſul nominatiſſime in orbe, ut ſigna & portenta, quæ per opinatiſſimum, nunc in ſeculaB ſanctum Ottonem, Babenbergenſis eccleſiæ Epiſcopum, ac noſtris temporibus Pommeranorum apoſtolum, novis temporibus divina peregit clementia, cura diligentiſſima indagata, ad laudem & nomen vivificæ Trinitatis, nec non ad excitandos animos Dominicæ plebis, prout eadem contulerit liberalis ac Deifica Trinitas, ſcedulis annotare decertem. *Vaſta & hians, ne dicam ex parte falſa oratio.*

contraria de antiquis ſcriptoribus tradentes.

6 *Hæc in ſpecimen ſufficerent, niſi hic aliud indagandum ſupereſſet, quod me cogat altius fodere. Quæro fontem ipſum, ſeu fontes, ex quibus ſua hauſit Andreas, ſive unum, ſive geminum; qui quidem jam ferme aſſignati ſunt, ſed qui non uniformiter in utraque dedicatione deſcribuntur. Audi Andream Gretſeri:* Sefridus vir ille beatus, quid in peregrinis & barbaris nationibus egerit Otto Epiſcopus ſanctus quia horum ſibi conſcius magis fuit, & quomodo apud Principem in curia degerit, vel qua opportunitate in curiam venerit, & inde ad pontificatûs dignitatem, homo curialis & in curia enutritusC, aptius explanavit. Tiemon autem homo ſimplex: velut Jacob habitans in tabernaculis cum Rebecca matre ſua, quæ domi ſolitus erat agere Epiſcopus, & de fundationibus vel renovationibus cellarum & cœnobiorum, cœnobita clarius edicit .... Ebbo vero presbyter & monachus cœnobii noſtri, vitam beati viri Ottonis Epiſcopi, pro ut ex ore Udalrici, ſacerdotis S. Ægidii edoctus fuerat, eleganti ſatis ſtylo deſcripſit. Herbordus autem ſcholaſticus vitam præfati Ottonis in libello quodam, dramatico carmine vel etiam proſa, luculentiſſime perſudavit.

Quid Sefridus & Ebbo præſtiterint.

7 *Hîc genuinis ſuis coloribus ad vivum depinguntur primi illi, qui ſancti Ottonis geſta ad poſteros tranſmiſerunt, & quorum priores tres, ſi non integri, ſaltem mutili aut interpolati ſuperſunt: ubi ſedulo adverti velim, præcipua quatuor capita ab ipſis illuſtrata:* 1, *acceſſum in curiam & promotionem ad epiſcopatum*; 2, *fundationes reſtaurationeſque cœnobiorum ac cellarum*; 3, *miſericordiam in pauperes*; 4, *miſſionem Pomeranicam. De origine, deque in adoleſcentia aut juventute geſtis, curſim panca Tiemo aut Sefridus. At quæ epiſcopatus tempore ſpinoſa & implexa multa cum Henricis IV & V, cum aliis Epiſcopis & imperii Principibus, cum Catholicis & Schiſmaticis tractanda habuerit, ſtudioſe neglecta videntur. Atque hæc obiter inſinuaſſe ſufficiat. Locus hic poſtulat, ut relata Andreæ verba cum alterius Andreæ ſententia expendamus. Ebbonem ibi audis & ſupra audiſti*, eleganti ſtylo *ſcribentem*; *at enim idem ipſe apud Faſchium alios colores induit:* Alterius vero Ebbonis ratio, *inquit*, etſi rerum veritate ſubnixa, ſic pene tamen videtur humi jacere, ut quiſquis ſapientum hinc quiddam potuerit guſtare, pigeat ulterius ad hanc inclinare. D

De poſteriori diverſa judicia:

8 *Equidem quid velit hîc Andreas, non ſatis clare perſpicio; at mirum profecto, ſi unus idemque Andreas, vir tantus taliſque, qualis à Bruſchio, Bucelino, aliiſque deſcribitur; mirum, inquam, ſi tam oppoſita ferre potuerit de Ebbonis opere judicia. Nec magis congruit alius ejuſdem Faſchiani Andreæ locus, dum ait pag.* 3: Accedit etiam quod venerandæ memoriæ Ebbo, noſtri cœnobii præsbyter & monachus, nulli modernorum ſecundus, idem negotium attemptavit, cui ſi ipſe manum extremam impoſuiſſet, parvitas mea ſuper hoc omnino digitum ori impoſuiſſet. Attamen ſeriem hiſtoriæ totius, verbis fidem accommodans, ipſius veſtigiis inhæſi, abſque his per eum obmiſſis, quæ ſupplevere duo viri celeberrimi, fide digni, Tiemo videlicet noſtri cœnobii Prior, ac Sefridus presbyter, per modum Dialogi loquentes. *Hæc, ut ut barbare dicta, qui legit, mecum haud dubie concipit, Ebbonem primum fuiſſe vitæ S. Ottonis ſcriptorem, ſed operis imperfecti, quod ſupplere debuerint Tiemo & Sefridus; cum vice verſa, teſtes illos duos oculatos primum de rebus geſtis S. Ottonis commentarium elaboraſſe oporteat, ex quo nonnulla fortaſſe accepit Ebbo, expolivitque, iis auctum & ornatum, quæ ex Udalrico intellexerat. Illud veriſſimum eſt, Ebbonis* veſtigiis inhæſiſſe *Andream illum Faſchii, unde tantopere à Gretſeriano deflectit, qui potiſſimam operis ſui partem ex hiſtoria Sefridiana deſumpſit.* E

in utroque ex Andreis eruendo difficultas.

9 *Ceterum, ut jam dicebam, habemus ſcriptores omnes antiquos, nominibus ſuis notos, qui de vita & geſtis S. Ottonis egerunt, quoſque utinam ſinceros & incorruptos ad nos tranſmiſiſſent Andreæ iſti, plurium in unum compilatores, ut de ſe ipſe non obſcure fatetur verus Gretſeri Andreas:* Unde, *inquit*, quæcumque ſcripta, huic operi conducentia, de ipſo invenire potui, in unum colligere ſtudui, & nonumquam nomen auctoris expreſſi. *Habet id ſingulare Gretſeri editio, ut ſæpe, ad marginem apponantur Tiemonis, Sefridi & Ebbonis nomina; quæ utrum ſatis exacte in Gretſeri apographo adjecta fuerint, certo definiri poſſet, ſi integra ſingulorum opera ſupereſſent. At vero cum aut Andreas ipſe antiqua ſuppreſſerit, aut alii negligenda putaverint, eò redigimur, ut multa palpando & quaſi divinando inveſtigare neceſſe ſit. In hoc precipuè diſquiſitionis noſtræ cardo vertitur, ut qua poſſumus diligentia, id ſcrutemur, ſintne ſatis diſcernibiles primigeniæ lucubrationes, ſic ut ab Andreæ additamentis ſejungi & ſeparari poſſint, ac proinde, eo relicto, tamquam primi puriores que fontes à nobis illuſtrari, adjectis ad calcem iis omnibus, quæ in antiquioribus non reperiuntur, ſive quod amanuenſium* F

A *nuensium oscitantia praterita sint, sive quod ea aliunde collegerit laudatus Andreas, ad quem brevi redibit oratio.*

§ II. De Sefrido & Ebbone, vitæ scriptoribus.

S. Ottonis vita à Canisio edita,

QUi primus *sancti Ottonis Bambergensis Episcopi vitam typis subjecit, fuit is V. C. ac veterum monumentorum collector diligentissimus Henricus Canisius, inter antiquas lectiones tomo 2 à pag.* 324, *sed tam turpi, fœda & hiulca editione, ut de ea integritati suæ reddenda penitus desperassem, nisi opportune succurrisset alia ejusdem operis impressio, à citato jam semel atque iterum Jaschio procurata, ex qua Canisianam, satis feliciter, non sine tetrico labore à nobis restitutam existimo. Ad illam ita præfatur Jaschius pag.* 270: Anonymi cujusdam, qui sancti Ottonis comes fuit & socius in convertenda gente Pomeranorum, non minus atque Udalricus, ut patet ex lib. 2, cap. 12, & lib. 3, cap. 11 sub initium; relatio, cum historia abbatis Andreæ, qui ex hac multa in libros suos transtulit, &
B in ordinem, uti profitetur, redegit, collata, eo modo, ut quæ Andreas jam recensuit, iisdem plane verbis cum hoc anonymo, qui vel Tiemo, vel ut doctor Cramerus putat, Sefridus est; vel Tiemo quoad librum primum, & Sefridus quoad lib. 2 & 3; qui ambo floruerunt anno Christi MCXX & sequentibus, cum utriusque sermo ab Andrea (*puta Gretseri*) personis illorum tributus, in his libellis referatur *&c.*

ex Sefridi & Tiemonis dialogo conflata videtur:

11 *Haud dubium quin hîc in plerisque satis recte senserit Jaschius, nempe opus Canisianum Sefridi & Tiemonis Dialogum complecti, ab alio, opinor, monacho ad historiæ formam reductum. Etenim ea planissime continet, quæ supra ex Andreæ Gretseriani prologo dedimus, nimirum,* quid in peregrinis & barbaris regionibus egerit Otto Episcopus sanctus; *item* quomodo apud Principem in curia degerit, *&* qua opportunitate in curiam venerit, & inde ad pontificatûs dignitatem *&c. Demum,* quæ domi solitus erat agere Episcopus, & de fundationibus vel renovationibus cellarum & cœnobiorum *&c.*
C *Porro* sancti Ottonis comitem fuisse & socium in convertenda gente Pomeranorum *illum ipsum, qui eam sub Sefridi persona primum descripsit, non ex solis locis à Jaschio assignatis evincitur, nempe ex lib. 2, cap 12, nobis num.* 60, *ubi legit* invenimus, *& simili modo alibi posito; sed idem patet ex nostro num.* 92; à nobis, *num.* 110, nos, *num.* 134, comperi, *aliisque locis, ex quibus certissime deprehenderetur, historiæ hujus compositorem Sefridum ipsissimum esse, nisi passim id genus indicia supprimeret, persona tertia substituta in locum primæ, quæ in editione Gretseri constanter servatur.*

certe ejus auctor, rerum gestarum testis oculatus non fuit;

12 *Præterea, prologum præmisit auctor, in codice Jaschii non repertum, qui rei nostræ explicandæ non modicum lucis adferat, certe ostendat, se S. Ottonis Actorum testem non fuisse. Postrema ejus verba propono:* Scripta sunt autem in libro hoc, quæ religiosi ac probatissimi viri, ab ipso gesta oculis suis viderunt, & nobis fideliter enarraverunt, ut in testimonio veritatis, nihil privati amoris & gratiæ inferatur; sed opera ejus, quæ in Deo facta sunt, summa sinceritate & veritate in honorem Dei & utilitatem Ecclesiæ proferantur. *Hic ego per* religiosos ac probatissimos viros *non alios intelligo quam Tiemonem & Sefridum, qui aut voce aut scripto omnia* fideliter enarraverunt, *quorum ipsi oculati testes fuerant, quemadmodum exprimebat Dialogus, cujus nonnulla specimina servata voluit Andreas; apud Gretserum pagg.* 184, 215, 224, 230, 237, 240, 246 *& alibi sæpe, quæ à Canisiano collectore studiose omissa sunt, uti & incidentes quæstiones; hinc inde in Dialogo motæ, quâlis est illa super morte sacerdotis; apud Gretserum pag.* 274, *ubi tertius interlocutor inducitur Herbordus, qui in proœmio supra adducto,* vitam præfati Ottonis; in libello quodam dramatico carmine, vel etiam prosa diligentissimè persudasse dicitur. AUCTORE J. B. S.

neque dialogus à duobus;

13 *Nodus hîc explicandus objicitur; qui involutus lectores sæpe impediet, culpâ Andreæ, nobis in sapedicto Dialogo duos quodammodo diversos auctores obtrudentis, quorum alter* Sefridus vir ille beatus, quid in peregrinis & barbaris nationibus egerit Otto Episcopus sanctus *&c. Tiemo vero,* quæ domi solitus erat agere Episcopus, & de fundationibus *&c. seorsim singuli enarraverint. Hæc enim ita animo obversantur, acsi diversa ab hisce duobus opera composita fuerint, ea ratione, qua in Gretseri marginalibus non semel citantur. Verumtamen alienam hanc esse rei ideam nemo non percipit, qui attentius considerat, homines quidem duos hîc appellari, ut in Tullii aliorumque colloquiis usuvenit, at non diversos scriptores; nisi quis ineptissime sibi imaginetur, Dialogum istum, partim à Tiemone, partim à Sefrido elaboratum, quod esset perridiculum. Fateor nodi plexum ultimum supereſſe; quis demum Dialogi auctor dicendus sit, duorumne istorum Tiemonis & Sefridi alteruter, an tertius quispiam? Ne in vanum hariolari cogamur; & plura in decursu nomina citando, multa involvere, scindenda omnino postrema hæc difficultas, sic, ut sine cujusquam injuria, Sefrido adscribatur Dialogi compositio, alteri vero anonymo historica narratio, ex Dialogo concinnata, prout à Canisio & hîc à nobis edita est; quam nihilominus tamdiu Sefridi Acta appllare non formidabimus, donec quis, cui tribuenda sint, clare demonstraverit: eccui enim potiori jure vindicabitur opus, quam cui certo debetur apostolatus Pomeranici, hoc est totius vitæ Ottonianæ partis illustrissimæ narratio?*
F

multo minus a tribus compositus est

14 *Nobiscum non sentit Gretserus, qui quod Ebbonem numquam vidisset, justam de scriptoribus crisim ferre non potuit, ut ex ejus conjectura in notationibus pag.* 379 *jam patebit:* Quis autem sit auctor ejus commentarii de vita & rebus gestis S. Ottonis, quem vir Cl. D. Henricus Canisius tomo 2 antiquæ lectionis publicavit, non difficile erit statuere, lectâ hac Andreæ historiâ; non enim unum parentem habet, sed tres, Ebbonem, Tiemonem & Sefridum seu Sifridum, quem Lutheranus Prædicans Cramerus lib. 1 Chron. Pomeranici cap. 14, ait, fuisse scribam seu notarium S Ottonis. His tribus vitam à Canisio editam adscribi debere, inde manifestum evadit, quod quæ in Andreæ Commentario sub Tiemonis, Sefridi & Ebbonis nomine commemorantur, pleraque, si non omnia, ad verbum in Historia tomo 2 Antiquæ lect. reperiuntur. *Hactenus tolerabiliter: falsum est quod sequitur:* Nam ex horum trium lucubrationibus olim quidam anonymus vitam S. Ottonis specie Dialogi conscripserat, quam Andreas auxit, supplevit, distinxit & clariorem red-

AUCTORE J. B. S.

reddidit, ut ipſe ſua in præfatione fatetur *Quid fateatur Andreas, ſuperius oſtenſum eſt.* Alii autem, *pergit Gretſerus*, omiſſa forma Dialogi, & tacitis auctorum nominibus, & nonnullis reſectis, hanc, quam Caniſius in lucem dedit, hiſtoriam concinnarunt.

Ebbonis opus ex Ms., a dialogo longe diverſum;

15 *Plura diſplicent, ſed ea, quam hîc tangimus, diſſonantia in eo conſiſtit potiſſimum, quod Gretſerus Ebbonem, ſibi plane ignotum, Tiemoni & Sefrido conjunctum velit in Actis à Caniſio vulgatis, deceptus fortaſſe poſtillis marginalibus operis Andreani, Ebbonis narrationem cum Sefridiana nonnumquam confundentibus. Verum quidquid ſit de hiſce notationibus, aut Ebbonis cum Sefrido in non paucis conformitate, priorem illum à vita Caniſiana longiſſime diſcrepare, puto non obſcure demonſtrari poſſe ex Ms. numquam antehac edito, quod ex celebri bibliotheca Paulina Lipſienſi anno* MDCLXXXIII *Papebrochio ſubmiſit V. C. Chriſtianus Daumius Lutheranus, notis in vitam S. Martini aliiſque opuſculis orbi litterario non ignotus, propria manu ex vetuſtiſſimo codice deſcripto; quod ſi vidiſſet Gretſerus, haud dubie longe aliter opinatus fuiſſet. Porro ſitne illud verum, ſincerum & integrum Ebbonis ipſius*
B *opus, equidem ſtatuere certo non auſim; at fallor vehementer, niſi in eo agnoſcantur Ebbonis characteriſtica ab Andrea Gretſeriano expreſſa.* Petiſtis enim, ut ſanctiſſimi patris noſtri Ottonis Babebergenſis Epiſcopi vitam, præcipuo quidem elegantique ſtylo ſcriptam, utpote Ebbonis, noſtri cœnobii monachi, ſicut eam ex ore venerandi & à Deo dilecti ſacerdotis Udalrici audierat *&c. Si hæc in manuſcriptum noſtrum conveniant, ſatis manifeſtum erit, Ebbonem nos tenere.*

in quo requiſiti characteres reperiuntur,

16 *Tria maxime expendenda veniunt;* 1, *ut, pro ea ætate, elegans ſtylus ſit:* 2, *ut à monacho Montis S. Michaelis opus iſtud ſcriptum pateat:* 3, *ex ore ſacerdotis Udalrici. Ac de ſtylo quidem multis diſceptandum non eſt, conferat lector ambas vitas hîc à nobis editas, vel primo ipſo intuitu fatebitur, poſteriorem, quam Ebbonis dicimus, priori Sefridiana, & nitidiorem & elegantiorem eſſe. Ex ungue leonem. Sic incipit Sefridus:* Semper honorandæ ac divinæ memoriæ Otto beatiſſimus, ex Suevia duxit originem. Parentes ejus, equidem patrem dico & matrem *&c. Audiatur nunc Ebbo:* Igitur beatus Otto ex provincia Alemannorum generoſa ſtirpe &
C parentibus ſecundum carnem liberis oriundus fuit, patre Ottone, matre Adelheyda nuncupata *&c. Hæc de ſtylo. Ad binos alios characteres quod attinet, diſertiſſimis verbis in ſuo prologo utrumque ſibi vindicat vitæ illius Ms. auctor, ſic loquens:* Scripturus itaque geſta piiſſimi patris noſtri Ottonis, quæ ex ore veridici ac Deo dilecti ſacerdotis Udalrici audivi, lectores, in quorum forte manus venerint, peto *&c. S. Ottonem* patrem *vocat, ut facit ſupra Andreas, fuit igitur ejuſdem cœnobii monachus; cetera commentario opus non habent.*

collatum cum Andrea, ſed hinc inde contractum.

17 *Hæc ego convincentia exiſtimo, quod ſi cui fortaſſe non ſufficiant, ſuperaddi poteſt argumentum quartum æque palpabile, ex ipſis Gretſeriani codicis annotationibus, cujuſcumque illæ ſint; ſi enim vel levi oculo Andream cum noſtro Ebbone componas, manifeſte perſpicies, quindecim omnino libri primi Gretſeriani capita, exceptis quibuſdam digreſſionibus, pene ad verbum ex Ebbone, uti ibidem diſerte notatur, deſumpta eſſe. Longa enumeratio fundationum, quæ breviſſime ab Ebbone perſtringitur, ex Sefrido accepta eſt:* capite D
27 *ad Ebbonem reditur, cui tamen in decurſu alia adſcribuntur, quæ ejus eſſe, ſola marginalium auctoritate vix crediderim. Nota eſt regula; eo ſinceriora plerumque reputari Acta, quo paucioribus epiſodiis referta ſunt. Toto deinceps libero primo non ſignatur Ebbonis nomen, in reliquis paulo rarius; an ſemper ſatis recte, ex noſtra editione cum Faſchii Andrea collata & adjectis annotationibus curioſus lector diſpiciet. Quæri poteſt, an ea quæ libro tertio, à num.* 117, *de ſignis & canonizatione ſubjunguntur, ea etiam ad verum Ebbonem partineant? Equidem, ut candide dicam, non exiſtimo, niſi ad longævam ſenectutem perveniſſe volueris. Mihi veroſimilius eſt, totius operis compilatorem, occaſione canonizationis, tres Ebbonis libros deſcripſiſſe, & forte hinc inde contraxiſſe, in gratiam fortaſſe ducis Pomeraniæ, qui hiſtoriam poſtulaverit; de ſuo autem adjeciſſe, quæ ad poſteriora ſigna, miracula, canonizationem & elevationem ſpectabant, quæque certum eſt, in Faſchii codice reperta non fuiſſe. Cum vero Sefridi commentarius ultra Sancti obitum non procedat, iſtud, ut antiquius, primo loco ponendum meritò exiſtimavi, ex cujus cum Gretſeri Andrea collatione intelliges, non ſine cauſa Sefridianum opus à nobis appellatum, cum is unus* E
plerumque ibi citetur, præſertim libris ſecundo & tertio. Reliqua, quæ de Ebbone dicenda ſunt, ex ſequenti §, quo de vero Andrea diſputamus, abunde intelliges.

§ III. De Andrea, aliorum Scriptorum compilatore.

Faſchii de Andrea judicium

AD *Andream, antiquiorum ſcriptorum compilatorem revertimur, quæſturi imprimis, utrum idem in eodem opere oppoſita, utrum idem de eodem Sancto diverſas vitas ſcripſerit, idem diverſis dedicaverit, nulla in alterutro commentario facta alterius mentione? Id ſuadere voluiſſe videtur Faſchius pag.* 382, *ubi Andream ſuum cum Gretſeriano conferre aggreditur, poſtquam Sefridi opus anonymum Andreæ ſui editioni ſubjunxerat.* Dubitarem ego, *inquit*, libri hujus auctorem eſſe noſtrum Andream (*intelligit librum à Gretſero vulgatum*) eumque à monacho quodam interpolatum crederem, niſi Gretſerus affirmaret, quod in codice ejus Ms. hoc ejus nomen inveniatur. Cui ſi fidem habemus, fateamur, bonum illum Andream, primum conſcripſiſſe hanc noſtram relationem, eamque abſolviſſe anno MCCCCLXXXVII, deinceps vero eamdem augere voluiſſe ex anonymo noſtro (*Sefridum indicat, ſeu vitam Caniſianam*) ejuſque librum ſecundum (*quid ni & tertium*) fere verbotenus exſcripſiſſe, quod factum anno Chriſti MCCCCXCIX, quæ poſtea vel incuria vel malitia quorumdam ſit mutilata. F

admitti non poteſt;

19 *Poſtrema hæc nimis quam ſæpe uſuveniunt, ut nos quotidiana docet experientia; ſed priuſquam Faſchio reſpondeam, ſtabilienda ſunt utriuſque ſcriptionis epochæ. Faſchianus Andreas, ſive verus, ſive ſuppoſititius, hanc codici ſuo clauſulam appoſuit pag.* 236: Explicit vita, & de miraculis ſanctiſſimi ac piiſſimi Ottonis, Babenbergenſis Epiſcopi ac Pomeranorum apoſtoli. Scriptum per me fratrem Erhardum Vetter, Ordinis S. Benedicti monachum indignum, profeſſum Montis monachorum, Babenbergenſis diœceſeos, anno milleſimo quadrin-

dringentesimo octuagesimo septimo, in die exaltationis sanctæ Crucis, in præpositura S. Fidis virginis & martyris. *Neque hæc interpretatione ulla indigent*, Vetteri *nomen & scriptionis annus nimis rotunde exprimuntur. Est igitur Jaschii commentarius, si non compositus, saltem descriptus anno* MCCCCLXXXVII, *sive dedicatio & titulus genuini sint, sive ab alio subinde adjecti. Atque hæ Jaschiani Andreæ notæ distinctivæ certissimæ sunt, at simul à Gretseriano tam discrepantes, ut paradoxa videatur Jaschii opinio*, bonum illum Andream, primum conscripsisse relationem *ab eo editam*, eamque absolvisse anno MCCCCLXXXVII, deinceps vero eamdem augere voluisse, *vulgasseque anno Christi* MCCCCXCIX. *Jam ad Gretseri Andream accedamus.*

neque ejusdem auctoris dici utrumque opus,

20 *De eo sic habet Vossius in Historicis Lat. lib. 3, pag. 643 :* Fuit Andreas is monasterii sui abbas XXXVI, eumque honorem adeptus est anno Christi MCCCCLXXXIII . . . Libris de vita Ottonis finem imposuit anno CIↃCCCCXCIX, ut ad calcem codicis Ms. erat additum. *Verba ejus apud Gretserum sunt pag. 368 :* Explicit liber quartus & ultimus, de obitu & miraculis sanctissimi & piissimi Ottonis, Babebergensis Episcopi, Pomeranorumque Apostoli, anno Domini millesimo quandringentesimo nonagesimo nono, ipsa die Barnabæ Apostoli. *Diu multumque canet Jaschius ille, priusquam hunc Andream cum altero confundendum persuaserit. Appositum calculum confirmare videtur dedicatoria epistola apud Gretserum, ubi Andreas ipse ita de se loquitur :* Quinque complevi lustra, quo hæc scribere cœperam: *obscure fateor; nec clarius est quod sequitur :* tria autem, quo eorum curam suscepi agens. *Si Scriptoris mentem assequor; ut ostendat, se nihil temere aut leviter memorasse, licet* advena & peregrinus, *docere voluit, res sibi adeo notas, ut id timeri non debeat, cum tunc quinque lustris, seu annis quinque & viginti in eo cœnobio fuisset, quindecim autem abbatis munere functus. Modum non reperi; quo implexam periodum dilucidius explanarem. Sic igitur calculi subducendi sunt. Anno* MCCCCLXXXIII *præfecturam suscepit, ab eo tempore abbas, plenis lustris tribus seu quindecim annis, qui nos ad annum* MCCCCXCIX, *in codice consignatum deducunt. Miror, ni pateat, paradoxon esse, ex duobus illis Andream unum conflare.*

dum tam opposita traduntur.

21 *Etenim sola hæc (tametsi abessent cetera) uni soli Andreæ tam sunt propria, ut ad alterum transferri nequaquam posse videantur. Revoca in memoriam, quæ de diversa, imo contraria nuncupatoria, diversis hominibus inscripta, nuper exhibuimus; fallor, ni mecum judices, ex duobus illis Andreis unum subditum esse; non Gretserianum, qui tot indiciis se prodit; ergo priorem illum à Jaschio editum. Dices, idem opus ab eodem auctore diversis potuisse inscribi. Haud inficior; verum in prologis diversa & opposita venditare, hoc in eamdem personam non convenit. Scio, Bruschium in Monasteriis Germaniæ tradere, quod Andreas iste, quo de agimus*, historiam & vitam S. Ottonis Episcopi scripserit quatuor libris ad illustrissimum Principem Pomeraniæ Boguslaum. *Per me licet, & ad Regem Poloniæ, & ad quemvis alium scripserit. Si ubique & idem & eodem tenore styloque loquatur, eumdem auctorem haudquaquam diffitebor. Hic vero cogor asserere, alterutrum larvatum esse, & sub alterius nomine, tamquam clariori & illustriori, latère voluisse. Id quibus præterea argumentis evidentissime demonstrari possit, ex utriusque operis collatione, non perfunctorie nec oscitanter facta, jam luce meridiana clarius perspicies.*

AUCTORE J. B. S.

Andreas Gretseri Sefridum potissimum,

22 *Meminisse oportet, nos supra ostendisse, fatente ipso Andrea Gretseri, totum ejus commentarium ex Sefrido Canisiano, seu ex famoso Dialogo, & ex Ebbone compilatum esse, primamque libri primi partem ex Ebbone, alteram ex Sefrido & Temone acceptam, quamvis alio ordine dispositam, libris aliis duobus, ex eodem Sefrido pro majori parte procedentibus. Andreas Jaschianus alia præfixit, alia addidit & immiscuit, præterquam quod plane alia apud ipsum sit capitum series. Capite* I *mutilam refert Ebbonis præfationem, cum* catalogo abbatum à tempore fundationis usque ad tempora sanctissimi Ottonis. *Sequitur Ebbo interpolatus usque ad capitulum* X *: à capitulo* X *ad* XXI *disputationes inserit, quæ apud alios non reperiuntur. Capitulo* XXI *septem Andreana capita complectitur, à* XVI *ad* XXII *inclusive. Reliqua saltem ordine differunt. Atque hæc libro primo. Sequentibus duobus, secundo & tertio, Jaschianus immensum à Gretseriano Andrea deflectit; nam hic Sefridum sequitur; alter, alterius* vestigiis inhærens, *Ebbonianus est totus, ut manifeste deprehendet, qui Ebbonem à nobis hîc editum cum Jaschii pseudo-Andrea contulerit. Jaschio ignoscendum, qui Ebbonis opere numquam viso, in tenebris luctari debuit æque ac Gretserus, Canisianum commentarium Ebboni tribuens, qui ex solo Tiemonis & Sefridi Dialogo coaluit.*

E

alter Ebbonem, sed licentiose sequitur,

23 *Hic iterum moneo, incertum esse, utrum Ebbo noster plenus, sincerus & integer sit : addere liceat, post longam diligentemque collationem, id me observasse, ex Andrea Jaschiano & Ms. nostro haud difficulter Ebbonem integritati suæ restitui potuisse, nisi Andreas Jaschianus sub finem prologi sui ita scriberet* Hoc tamen mihimet & proprio sudore conjunxi, ut latius diffusa, modesta brevitate arctius coërceam, strictius digesta, moderata prolixitate dilatem. *Dicam quod sentio. Ebbo apud Jaschium ab Andrea illo qualicumque, interpolatus est; in Ms. nostro, librarii forte oscitantia, hinc inde, nescio in cujus gratiam, contractus. Dandum id temporum istorum calamitati & imperitorum hominum licentiæ, ignorantiæ vel malitiæ, qui nihil primigenium, simplex sincerumve, intactum relinquere potuerint aut volucrint. Sic liber secundus pseudo-Andreæ apud Jaschium, de cetero Ebbo ipsissimus, auctus est capitibus quatuor, nempe* XII, XIV, XVI & XVII, *quæ in Ms. desiderantur : libro tertio, non minus Ebboniano, passim etiam auctior est, nonnumquam mutilus. En specimina. Lineæ primæ duodecim Jaschii desunt in Ms. Item quæ in hoc dicuntur num.* 71, *in Jaschio multo auctiora sunt. Rursus num.* 73 *in nostro omittuntur aliqua de S. Norberto paulo invidiosius dicta, quæ in Jaschiano codice, imo & in Gretseriano habebantur. Sequenti quoque numero contractus est Ebbo, ex Jaschii editione supplendus. Alia inseruntur pag.* 182 & 183, *quorum locus in Ms. est num.* 80. *Sic num.* 90 *omissa est Udalrici, ad Veranos properantis historia; unde nonnulla male ibi connectuntur : contra vero mutilus est Jaschius pag.* 197 *ex Ms. augendus corrigendusque.*

F

ut ex facta collatione patescit.

24 *Minutias prætereo, uti & historiam precationum ad S. Michaëlis pro S. Ottone, quæ ponenda esset num.* 98. *Sub finem graviores sunt discrepantiæ, talesque quæ dubium ingerant, apud*

AUCTORE J. B. S.

quem genuinus textus exiſtat. Ceterum ex dictis, non poteſt non evidentiſſime pateſcere, quantum à ſe mutuo diſtent Andreas Gretſeri & Andreas Faſchii; qui licet libro primo hinc inde conveniant, in primariis duobus libris, ſecundo & tertio, tantum omnino inter ſe differunt, quantum Sefridus ab Ebbone disjungitur, ut nulla veriſimili ratione dici poſſit, eumdem unum Andream utriuſque operis compilatorem fuiſſe, præterquam quod ſupra apertam contradictionem exhibuerim. Ex miraculis potiſſimum contextus eſt apud utrumque Andream, liber quartus, ſed pro mero arbitrio diverſimode, ut ferme in ſolo prologo concordent; quod ſcriptoris ejuſdem indicium non eſt. Prima quatuor capita Gretſeri, apud Faſchium alibi collocata ſunt. Hic hymnos refert à pag. 236, de quibus nihil apud Gretſerum. Lectiones pro depoſitione S. Ottonis, ad vitæ finem, ex Sefrido, pertinent, ceteraque omnino aliter diſpoſita ſunt.

Ambo ſcriptores antiqui, ſimpliciter hîc editi.

25 *Dubitavi aliquamdiu, expediretne ita Ebbonem noſtrum typis excudere, ut ex Faſchio ſupplerentur, quæ ad ipſum ex modo, ordine & ſtylo pertinere videri poterant, ea uncis inſerendo, quo à manuſcripti textu diſtinguerentur. Verum cum necdum ſatis perſpexerim, nec quis facile perſpicere poſſit, quid vere Ebboni, præſertim libro 2 & 3, tribuendum ſit; aliunde vero confuſionem parere ſoleat ingrata ſæpe orationis interruptio rerumque mixtura, hiſtoriæ filum perturbans; demum cum à noſtro inſtituto abhorreat, qui primigenios auctorum textus, prout eos accepimus, ſincere & integre reddere ſolemus: malui qualemcumque Ebbonem noſtrum, debitis annotationibus illuſtratum, fideliter recenſere, materiam alteri ſubminiſtraturus, ut ex aliorum, & noſtra impreſſione atque ex hoc commentario veram, germanam & chronologice ordinatam rerum à S. Ottone geſtarum hiſtoriam condere poſſit, ad quod Bambergenſes calamos non defuturos auſim plane confidere. Hæc laboris noſtri ratio. Sefridum in Caniſio deformatiſſimum, ex Faſchii editione, quoad potuit, reſtitutum, obſervationibus explicatum primo loco dabimus; Ebbonem, qualem Ms. reperit Daumius, ſecundo: quibus adnectentur quæcumque ex Gretſeri & Faſchii editione, nova luce digna cenſebimus. Sed de ſcriptoribus ſatis dictum & diſputatum ſit, nunc* ſanctum *ipſum* Ottonem *propius intueamur.*

B

C

§ IV. Brevis notitia urbis epiſcopalis, nominis Sancti, ejuſque illuſtris originis.

Undecumque Bamberga denominetur, nobilis civitas eſt,

NOtior *eſt nobiliſſima Franconiæ epiſcopalis civitas* Bamberga, *aliàs* Babeberga, Babenberga, Bavenberga, *à geographis abunde deſcripta, quam ut hic pluribus à me exornari debeat. Nominis etymon à pavone ſumptum aiunt, ut ſit germanicè* Pfauenberg, *quod nos belgicè diceremus* Pauwenberg, *latine* Mons pavonis, *uti in nuncupatoria ſua inſinuat Andreas Gretſeri, finiens;* ex Monte-pavonis feliciter. *Alii à* Baba, *Ottonis ducis Saxoniæ filia, atque uxore comitis Bambergenſis, nomen duxiſſe volunt, quaſi dicatur* Babæ-mons, Babeberg. *Joannes Cygneus in annalibus Epiſcoporum Bambergenſium, Ptolomæo* Gravionarium *dictum putat; facilius admiſerim, Gotfridum Viterbienſem, eam appellaſſe* Pfaffenberg, *quæ antiquitus fuerit* Volhfeld. *Selige quod magis placet, nam in etymologicis evolvendis & eruendis mirum in modum conſert palati diverſitas. Quidquid interim ſit de obſcurioribus principiis, Bamberga hodie* magnificis templis & cœnobiis exculta, fluvium habet, *inquit idem Cygneus,* è Norico agro diviſim per mediam urbem manantem, vulgo Regneſum vel die Regnitz dictum, quem Mœnus pater, non procul à ſupradicta urbe apud pagum Biſchberg excipit & devorat.

D

SS. Henrico & Ottoni potiſſimum adſcribenda.

27 *Plura in citatis annalibus vel potius in annalium Prodromo videri poſſunt (quamvis in iis, quæ ad S. Ottonem ſpectant tribus pagellis, turpiſſime ceſpitet) & porro alia ſuggeret ſancti Henrici Imperatoris, Bambergenſium patroni, vita ad* XV *Julii illuſtranda. Sanctiſſimo huic Principi præcipua ſua decora accepta referunt devotiſſimi clientes; dilata oppidi pomœria, exſtructa templa & monaſteria, fundatam dotatamque cathedralem eccleſiam: quæ omnia nonnihil collapſa, aut flammis abſumpta, egregiè inſtauravit* ſanctus Otto *noſter, inſignia incrementa adjiciens, de quibus in vita agitur. Jam vero Ottonis nomen varie efferri ante me notavit Gretſerus pag. 376, his verbis:* Auſpicemur à nomine, Outo, Oudo, Uto, Udo, cum aſpiratione & ſine aſpiratione ſcriptum varie reperio, inquit Aventinus, in ſua nomenclatura, unum nomen eſt à cuſtodia deductum, tandem Oto factum eſt. Quare & hoc ipſum nomen diverſimode ſcribitur, Oto, Otho Otto; eſt cum & Ottho. Roſwithæ moniali in panegyrica Othonis magni Oddo. *Hæc ad nominum etymologiam delibaſſe ſit ſatis: utcumque nomenclaturas iſtas formandas cenſueris, nos urbem* Bambergam, *Sancti nomen* Ottonem *conſtanter exprimemus.*

E

De S. Ottonis origine difficilis quæſtio

28 *Quæſtio occurrit longe difficilior intricatiorque de veris ſancti Ottonis natalibus, gente, origine & nobilitate, à qua diſcutienda quantumvis abhorream, profanas genealogias, quantum licet, devitans, non poſſum, quin veterum de Sancti Actis ſcriptorum auctoritatem adverſus recentiores tuendam ſuſcipiam, quod eſt pro debito noſtro Actorum veritati patrocinari, tametſi inde apud minus peritos offenſionem ſuboriri poſſe non ignorem. Nimirum innatus quidem gentibus, regnis, provinciis, urbibus, familiis, etiam religioſis antiquitatis & nobilitatis amor, nos pridem & frequenter in invidiam traxit, quod nullius partis ſtudio ducti, pacato & indifferenti animo nudam veritatem protulerimus, nec ſpe nec metu ab ea docti recedere. Quanta candidæ iſtius libertatis cauſa paſſi ſint Majores noſtri, non eſt opus ſigillatim exponere. Ne idem mihi accideret, Actis jam undequaque examinatis & diſcuſſis, Bambergam recurreram ad virum doctiſſimum R. P. Dom. Ottonem Schugentes, Ordinis S. Benedicti ad S. Michaëlis apud Bambergam monachum, paucis indicans, nullo pacto videri veroſimile, ex ea familia ortum eſſe* S. Ottonem, *quam Scriptores neoterici ei certatim adſcriberent.*

F

ſchemate genealogico Bambergenſi non ſatis explicatur,

29 *Contulit vir eruditus, quam potuit operam diligentiſſimam, miſſa primum expanſa arbore genealogica non ineleganti, tum vero deſcriptâ binâ longiori ſerie, latinâ alterâ, alterâ germanicâ, quæ ultra viginti chartæ folia adimplent. Excutiendæ mihi fuerunt longæ illæ & tetricæ deductiones, ſicubi fortaſſe inſtrumenta occurrerent, quibus recentiorum aſſertum veroſimile redderetur, quod me ex tota illa longa de S. Ottonis proſapia tractatione necdum perſpexiſſe, candide profiteor, imo vel inde magis ſenſiſſe, non ſubſiſtere illa omnia, quæ recentiores tam confidenter prodiderunt de S. Ot-*

A *S. Ottone noſtro Bambergenſium* VIII *Epiſcopo, illuſtriſſimæ olim in Bavaria Andechſianæ, Andechiſianæ, ſeu molliori flexu Andecenſi familiæ inſerendo, quod antiquorum Scriptorum nulli ante ſeculum, ni fallor,* XVI *in mentem venerat. Hoc totius controverſiæ caput eſt, hîc à nobis ita examinandum, ut ſoli veritati eruendæ collatum omne ſtudium noſtrum velim intelligant Bambergenſes, cum mihi de cetero ſus deque ſit, ſive Andecenſibus, ſive aliis quibuſcumque generoſis & antiquis familiis tribuatur S. Otto, cujus Acta & geſta illuſtranda ſuſcepi, ſatis certus, ſanctiſſimi Viri virtutes & gloriam ab omnibus hujuſmodi pigmentis abhorrere.*

quæ cum recentioribus Bavarum facit ex familia Andechſia

30 *Nequid in tota re aut præteream aut diſſimulem, exordium ducam ab iis auctorum locis, quæ pro vindicanda S. Ottoni Bavarica Andecenſium nobilitate, in medium afferri ſolent, ea ex antiquioribus ſubjuncturus, quæ non ſine hiſtorica evidentia, in veterum ſcriptorum auctoritate fundata, plane demonſtrent, totis quatuor ſeculis ignoratam fuiſſe S. Ottonis ab Andecenſibus progeniem. Auctor antiquiſſimus, qui quidem in manus meas devenerit, & cujus ætatem certo noverim, eſt Gaſpar Bruſchius in Epitome de epiſcopatibus Germaniæ edita anno* MDXLIX, *cujus verba ſunt :* S.
B Otto Bavarus Bertoldi comitis Andecenſis, ac Dominæ Sophiæ duciſſæ in Amberana valle filius. *Unde hæc ille acceperit, mihi hactenus incompertum eſt, ſequaces habuiſſe prope omnes, qui ipſo poſteriores ſunt, ſatis conſtat. Ita ſenſit Gretſerus in epiſtola ſua dedicatoria, Sanctos Bambergenſes Henricum & Ottonem Bavariæ tribuens:* S. Henricus, *inquit*, S. Kunegundis Bavariæ duces fuere. Otho quoque originem & incunabula ſua Boiis debet, quippe comes Andexius; licet non deſint, qui eum Suevis aſſerere tentent, ſed fruſtra. *Quam* fruſtra, *paulo poſt videbitur. Subſcribit Cygneus ſupra citatus :* Otto ſanctus comes ab Andechs. *Adde, ſi ita vis, Raderum, Hofmannum, Bucelinum, alioſque, quibus referendis ſuporſedeo, nam ſive ii pauci, ſive plures numero ſint, nihil ponderis addunt prædictæ ſententiæ, à Bruſchio fortaſſe primum excogitatæ, totis quatuor poſt Sancti obitum ſeculis.*

aliis plura etiam mire

31 *Non minus illuſtria ſunt, quæ ex Agilolfingica hiſtoria olim ſubmiſit noſter Joannes Gamans, ex cujus Scheda hæc de deſcribo :* Henricus hujus
C familiæ eo nomine primus dux Bavariæ, comes Altorffenſis &c. conjugem illuſtriſſimam habuit beatæ memoriæ Hettam comitiſſam ab Hohenwarth, Andechs & Dieſſen, familiæ potentiſſimæ, è qua multi præſtantiſſimi principes, Meraniæ, Iſtriæ & Dalmatiæ duces prodiere, & quæ poſt Agilolfingicam (etſi & hujus ramus fuiſſe perhibeatur, ab Arnulpho, ut nonnulli volunt, Imperatore oriunda) nullam ſibi ſimilem habuerit, egregiâ in religioſos viros pietate & liberalitate, plurimorumque cœnobiorum fundatione, ... ut de S. Otthone Bambergenſi poſtea Epiſcopo, cæleſti familiæ hujus ſidere, nil dixerimus, qui unus omnium vices ſupplere potuiſſet, niſi omnes omnium conatus unus ipſe longe ſuperaſſet *&c. His paria refert chronicon Montis Sereni apud Faſchium pag.* 457 : Ex illo Pipino orta eſt ſtirps illa nobilis & vetus comitum & principum de Andechs, quorum caſtrum fuit inexpugnabile, ubi nunc eſt monaſterium noſtri Ordinis, dictum Andechs, ſive Mons ſanctus, vulgo **Der heilige berg**. Ex dicta progenie ſancti & viri & mulieres complures per ſuc-

ceſſum temporis exorti ſunt & nati, quorum præſtantiores ſunt Conradus epiſcopus Conſtantienſis, S. Henricus Cæſar Babenbergenſis, S. Eliſabeth Lantgravia Duringiæ, Hedwigis ſancta, matertera S. Elizabeth, Mechtildis abbatiſſa in Ottelſteten, S. Otto epiſcopus Babenbergenſis *&c.* AUCTORE J. B. S.

ſed falsò connectentibus.

32 *Nihil ſpecioſius in Ottoniani ſanguinis laudem afferri poteſt, quam quæ hîc tam glorioſe oſtentant Bucelinus & Faſchius. At enim Agilolfingica illa debilibus fundamentis niti & perexiguæ auctoritatis eſſe, pridem agnoverunt eruditi, præterquam quod recentia ſint, nec comparanda ad ſcriptorum veterum monumenta. Magis premebat Faſchii locus, tamquam ex chronico Montis Sereni acceptus, quod cum ad ſeculum* XIII *pertineat, fortia ſane arma ſuppeditaret recentiorum opinioni, de S. Ottonis Andechſia nobilitate. Deerat nobis hoc Chronicon, nec reperiendi modus ſupererat, niſi clariſſimi atque eruditiſſimi Viri Joannis Georgii Eccardi, Britannicæ Majeſtatis Hanoveræ bibliothecarii, officioſiſſima humanitas eo nos munere beaſſet. Vix librum aperui, quin mox in oculos incurrerit, latêre aliquid, non ſatis à Faſchio explicatum : nam quod hîc citat ex Chronico Montis Sereni, merum eſt aſſumentum tractatuli* de fundationibus quorumdam Germaniæ E monaſteriorum, *collectis per Benedictinum aliquem anonymum à pag.* 269, *ubi chronicon deſinit pag.* 206. *Monachus autem, quiſcumque fuerit, pag.* 289, *citat aliqua quæ geſta ſunt an.* 1489, *ut facile perſpicias & ipſum juniorem eſſe, totque ſeculis à chronico Montis Sereni abeſſe, ut ſimilia auctori chronici adſcribi nequeant, qui ad an.* 1140 (*pro* 1139) *ſimpliciſſimè notavit :* Otto Bambergenſis Epiſcopus obiit, qui Pomeranos convertit, *quomodo ferme loquuntur eorum temporum chronographi alii, infra citandi. Aſt anonymus ille, tametſi recentior, ait, ſe ea tranſcripſiſſe ex Chronico Montis Sancti : fateor equidem, ſed hoc eſt Chronicon Andecenſe, de quo agit genealogia, cujus ætatem nemo prodere audet ; & quiſquis prodet, una manifeſtum faciet, quod brevi ex Kalendario Benedictino dicemus, confuſum eſſe S. Ottonem, cum juniori Ottone, ſeu Poppone Bambergenſi Epiſcopo, quem Andechſium, Bertholdi filium dici poſſe, ex Aventino & aliis perſpicuum eſt.*

Cum enim Actis antiquis contraria ſint, F

33 *Vides igitur quantopere limâ indigeant, quæ hîc congeſta ſunt ; tamque illuſtria, ſplendida & magnifica exhibent S. Ottonis incunabula : id mihi prodigii inſtar ſemper viſum, tam præcellentes titulos Sancto noſtro ſubinde acceſſiſſe, quorum antiqui geſtorum ejus oculati teſtes & alii proximi ſcriptores nec verbo meminerunt. Primus vita editor Caniſius hunc titulum præfixerat,* De vita B. Ottonis Suevi comitis *&c. Qui Bavarum dixere, in ea fuerunt ſuppoſitione, quod ex gente Andechſia deſcenderit, ex qua S. Ratho ad* XIX *Junii tomo* 3, *pag.* 892 ; *item Mechtildis & Euphemia, de quibus infra : verum id de ſancto Ottone veteribus monumentis probatum, hactenus deſidero. In genealogia Ms. ad me Bambergæ tranſmiſſa mire oſtentatur Chronicon vetus Andecenſe, nihil minus quam Chronicè aut chronologicè res diſtribuens, cum nuſquam tempora ſignentur, ex quibus de ejus qualicumque genealogia judicium ferri poſſit. Oſtendenda prius probandaque iſtius chronici ætas, fides & auctoritas, quam toties allegetur : quamvis & id advertam, chronicon iſtud auctori genealogiæ, in puncto controverſo non ſatis favere. Quanti hæc omnia valeant,*

AUCTORE J. B. S.

norunt eruditi, ad quorum tribunal appello; nihil miror, ſtupenda tradidiſſe auctorem genealogiæ Ms. ſi talia ſcripta præ oculis habuit.

& ignota Aventino, Andechſios accurate enumeranti,

34 Quis porro is fuerit genealogiæ contextor, docere me non potuit laudatus Schugentes; ætatem ejus colligo, ex eo quod Hundium citet, auctorem Metropolis Salisburgenſis, à Gewoldo primùm editæ anno MDCXX, niſi manuſcriptum habuerit, uti ab Hundio compoſitum fuerat ab anno MDLXXXII, quemadmodum præfert hujus nuncupatoria; quo facile intelligitur, recentiſſimam eſſe totam illam genealogicam ſeriem. Ceterum ejus compilator ab exordio profitetur, ſe Joannis Aventini Annales Boicos, anno MDLIV excuſos, impugnare & rejicere. At enim ſi recte expendantur omnia, non niſi ex Aventino ipſo profluxiſſe videtur, quidquid de primis Andecenſis familiæ progenitoribus cum aliquo fundamento tradit, ab iſto ſolum deflectens, ubi Bertoldo I & Sophiæ tribuendi ſunt filii, S. Otto & Fridericus, ab Aventino penitus excluſi, qui non ſanctum Ottonem, ſed Ottonem alterum, dictum aliis Rothonem vel Popponem, Bambergenſem Epiſcopum Andecenſibus adſcribit; rectiſſimè, opinor, & ſecundum hiſtoricam veritatem. Ad cujus rei intelligentiam, habenda præ oculis Aventini ſeries lib. 7 pag. 692, ex qua paucula deſumo: Bertholdus I Sophiam ab Ambergthal duxit; Berchtoldum II heredem reliquit. Is deinde ex Agnete Neoburgenſi Bertholdum III Hiſtriæ Marckgrafium, Ottonem epiſcopum Bambergenſem, divam Machtyldam &c. procreat. Quæ omnia cum ſuperioribus recte hic concatenata, in Ms. diſtorta ſunt, niſi ego vehementer fallar.

B

nec ſeculo 16 vetuſtiora,

35 Quis ante Bruſchium, ſanctum Ottonem Andecenſi familiæ aſſuerit, necdum ſatis perſpectum habeo; id ſcio, ut ſupra dicebam, plurimos philopatridas turmatim ſequaces inveniſſe, qui ſymbolam ſtudioſe contulerint. Quiſquis autem is fuit, antiquos vitæ ſcriptores minime conſuluit, imo nec Andream ipſum, cujus ævo de S. Ottone Andecenſibus annumerando, nec cogitatum fuiſſe, ex ejus opere evidentiſſime conſtat. Addo, nec annis poſt aliquot, talem opinionem invaluiſſe, nam qui vitam S. Ottonis contraxit, in priori Surii editione 11 Julii, cum ceteris aſſerit, beatiſſimum Ottonem à Suevia originem duxiſſe; verum ubi Andreas ex Ebbone, Ottonem & Adelheydam parentes nominavit, iſte, ex quo fonte neſcio, Bertholdum comitem & Sophiam appellat, nuſquam explicato genere; certe non Andecenſi, quod in Suevia incaſſum quæſiviſſet. Eſt & alia brevior vita, teſte Schugentes, in cœnobio S. Michaëlis, ab ipſo Andrea conſcripta & conventui ſuo dedicata, cujus hoc eſt principium. Otto igitur natione Suevus, patre nobili, Henrici Imperatoris capellanus &c. in qua nec umbra apparet proſapiæ Andecenſis.

C

debito carent fundamento,

36 Ceterum ex ſupradicta antiquioris Surianæ editionis periodo, rimam facile repererint curioſi illi genealogiarum compilatores, per quam ſanctum Ottonem Andecenſium genti obtruderent, quos inter Bruſchius jam non ſemel citatus. Nimirum cum inter Andecenſes comites reperiretur Berchtoldus aliquis cum Sophia junctus, non diu hæſitatum fuit, quin eos ſancti Ottonis genitores aſſererent. Quid ſi alii, vitis antiquioribus preſſius inhærentes, cum & ipſis in eadem genealogia opportune apud Aventinum occurrant Otto & Adelhaidis inter Andecenſes comites, Quid ſi, inquam, ex eo etiam capite, ſanctum Ottonem Andecenſium comitem dixerint. Non nugemur: undecumque hujuſmodi anſa arrepta ſit, necdum evicit auctor genealogiæ Ms. neque authentici inſtrumenti cujuſquam fidem adſtruxit, ex quo id ſolide oſtendi poſſit. Hoc autem ut fiat, contrariis documentis æque vetuſtis & fide dignis convellenda ſunt, quæ à Sefrido, Ebbone, Andrea & ceteris vitarum ſcriptoribus, unanimi teſtimonio aſſeverantur, ut ſequenti § fuſius demonſtratum eo.

D

in antiquis chronicis;

37 Præmittere liceat ea quæ aliunde etiam oſtendunt, quam nova ſint, quam totis quatuor ab obitu S. Ottonis ſeculis inaudita, quæ hic impugnare cogimur. Antiquorum ſcriptorum omnium ſilentium, utut negativum appelles, norunt eruditi, quanti in hac parte ſit ponderis. Fruſtra ego apud vetera Chronica vel leve veſtigium quæſivi, ex quo Sanctus noſter aut Bavarus aut Andechſius cenſeri poſſit. Chronographus Saxo, cujus opus deſinit in anno 1188, cujuſque proinde auctor S. Ottonem noviſſe potuit, ſub canonio anni 1103 (pro 1102, nam uno fere anno à vera Chronologia deflectit) ſic legit: Rutbertus Epiſcopus Babenbergenſis obiit, cui per Imperatorem Heinricum Otto Cancellarius ejus ſubſtituitur, vir bene religioſus. Idem, ſed vitioſo rurſus canonio, ſub annum 1140, ſic habet: Item Otto obiit, piæ memoriæ Bavenberg Epiſcopus, qui ſua prædicatione Pomeranos convertit. Solet hic auctor nonnullas genealogias hunc inde texere, veroſimiliter non omiſſurus Ottonianam, ſi de ea illuſtre aliquid reſciviſſet, cum Cancellarii munus non ſileat, de cetero Sanctum vocans virum bene religioſum. Tantumdem profert Helmoldus apud Leibnitium tomo 2. Script. Brunſwic. pag. 572. Item apud eumdem Engelhuſius pag. 1094 ſub finem, quorum verba recitare nil opus eſt: percurrant Bambergenſes annales antiquos omnes, rem gratiſſimam facient, ſi in opinionis ſuæ favorem, talia argumenta ſuppeditaverint, ut iis ſuffultus geſtorum S. Ottonis ſcriptoribus adverſari compellar.

E

imo etiam refutantur.

38 Verum ne Germanos omnes Bruſchium cæce ſecutos exiſtiment, meminerint, non defuiſſe, qui rem illam accuratius ante me diſcuterent. Caſu incidi in compendium vitæ ſanctæ Mechtildis abbatiſſæ ad diem VI Julii, extractum ex tomo 3 Kalendarii Benedictini Ægidii Rambeck, monachi Schyrenſis Ord. S. Bened. in Bavaria, ubi auctor aperte declarat, nullo ſe pacto iis ſubſcribere, qui S. Ottonis genealogiam tam magnificè exornant, eique adeo ſororem faciunt prædictam S Mechtildem. Verba ejus ſunt: Qui S. Ottonis Epiſcopi Babenbergenſis & Pomeranorum Apoſtoli ſororem creant Mechtildem, falluntur; cum & natali ſolo ſe inter divertant. Hæc Bavara ex Andeciis comitibus nata, ille Sueviæ natales in acceptis referat: & hic denatus, teſte Surio, anno 1139, illa, ut audivimus, ſub Barbaroſſa ſummam imperii tenente, cujus gubernacula non ante 1152 capeſſit. Errorem peperere cognomines ambobus parentes, à quibus impoſitum hiſtoricis eſt. Nempe ex Surio ſupponit Rembecius, ſancti, Ottonis parentes, Bertoldi & Sophiæ nominibus appellatos, de quibus nos alibi. Id vere dicit, falli eos, qui S. Ottonis ſororem creant Mechtildem, adeoque & eos à veritate longe deviare, quibus fixum eſt, à præjudiciis ſuis, de S. Ottone Andechſiis aſſerendo, non recedere. Sanctæ iſtius Mechtildis, ſeu Mathildis Bertoldi Andechſii filiæ Acta pridem illuſtravit Henſchenius ad XXXI Maii, exſtantque tomo VII à pag. 442, ubi invenient docti Bambergenſes quantum diſtent S. Mech-

F

A *Mechtildis, ſoror ejus beata Euphemia, ad* XVII *Junii in Actis relata, altera ſoror Giſala, quatuor Epiſcoporum mater, & Otto Bambergæ Epiſcopus, à* S. Ottone *de quo hîc agimus, ut mirum profectò ſit, tam multos hodie ſupereſſe, qui in eo confuſionis circulo ambulare pergunt. Jam ad alia argumenta procedimus.*

§. V. Variis argumentis oſtenditur, S. Ottonem è familia Andechſiana non fuiſſe.

Vitæ Sefridianæ aperte adverſantur recentiores,

PRimum ſumitur ex vita antiquiſſima à Caniſio primùm editâ, citatâ quidem in genealogiâ, ſed nihil minus quam expensâ. Ita loquitur ibi auctor S. Ottoni ſynchronus, quem Sefridum tantiſper appellamus: Semper honorandæ ac divinæ memoriæ Otto beatiſſimus ex Suevia duxit originem. Parentes ejus quidem, patrem dico & matrem, ingenuæ conditionis, nobilitate clari & honorabiles, in divitiis autem & opibus mediocres, filium ſuum in primæva ætate litteris erudiendum, diſciplinis ſcholaribus tradiderunt. Qui cum diligenter enutritus, in ſpe bona ad annos diſcretionis perveniſſet, ipſi defuncti ſunt & quæ in poſſeſſionibus & pecunia reliquerunt, alter filius eorum Fridericus miles futurus poſſedit. *Subtili ratiocinatione hîc opus non eſt, ut quilibet clare perſpiciat,* S. Ottonis *familiam, utut nobilem, Sueviçam fuiſſe, non Bavaricam atque adeo nec Andechſiam, tot titulis & opibus per id tempus inclytiſſimam, à qua immenſum diſtant homines* ingenuæ conditionis, nobilitate clari & honorabiles, in divitiis autem & opibus mediocres. *Nihil prætermiſit Sefridus, quod ad Sancti ſui gloriam poſſet conducere, an, obſecro, prætermiſerum putabimus tam illuſtrem originem, tam propinquam cum celeberrimis Sanctis, quos genealogia enumerat, conſanguinitatem, ſi ad Andechſianos pertinuiſſet* S. Otto *? Tantum hæc abſunt, ut ne quidem parentum nomina exprimenda cenſuerit.*

nec minus clare Ebboni,

40 *Ætate Sefrido ſuppar Ebbo ſic vitam ſuam orditur:* Igitur beatus Otto ex provincia Alemannorum, generoſa ſtirpe & parentibus ſecundum carnem liberis, oriundus fuit, patre Ottone, matre Adylheida nuncupata. Qui ambo ſimplicitati & manſuetudini operam dantes, nulli violentiam aut oppreſſionem inferebant, quin imo piis operibus & eleemoſynis vacantes, Dei nutui ad conſolationem Eccleſiæ, elegantem hunc filium gignere meruerunt *&c. Non opinor, exiſtimare quemquam poſſe, deſcribi hîc aut vel eminus indicari familiam Andechſianam, multo minus Berchtoldum aut Sophiam, quos neoterici illi, Sancti noſtri parentes conſtituunt. Porro* Provinciam Alemannorum *pro Suevia Ebbonis ætate acceptam, nemo vel mediocriter hiſtoriæ peritus ignorat:* erant *enim* Galliæ Belgicæ & Vindeliciæ contermini, inter Rhenum fluvium, Nicrum, Lycum, atque Brigantinum lacum extenſi *&c. ut geographi paſſim; à Boiis ſeu Bavaris ſemper diſtinctiſſimi. Parentes diſerte memorat Ebbo* Ottonem & Adylheidam, generoſa *quidem* ſtirpe oriundos, *at nullis titulis nobiles, ſaltem ab Andechſianis Bavaris, gente celebri juxta ac potente, longe diverſos.*

41 *Ebboni tantillum adjunxit vitarum collector Andreas, ſic ſcribens:* Igitur ex provincia Alemannorum beatiſſimus Otto, generoſa ſtirpe & parentibus ſecundum carnem liberis, ex Suevia duxit originem (nam ſummis principibus pares erant, ſed opibus impares) patre Ottone *&c. Quam hîc cum principibus paritatem indigitet Andreas, nec exprimit ipſe ſatis, nec mihi divinare lubet; melius ſimpliciter ſecutus fuiſſet, quæ à Sefrido & Ebbone tradita invenerat, omiſſa tota parentheſi, quæ cum ſcriptorum illorum dictis parum convenit. Non diſſimulabo, Sefridum lib.* 3, *cap.* 1, *num.* 125, *ita loqui, ut illuſtribus natalibus ortum ſanctum Ottonem intelligamus. En ejus verba:* Et primo de perſona id vobis conſtat, quia homo religioſus, ſenio & canitie venerabilis eſt, hoc enim & ipſi videtis. De cujus nobilitate opera teſtantur & virtutes, & alta, ut fide digna relatione didicimus, avorum & proavorum ejus linea nativitatis. *Admitto lubens altam lineam nativitatis, admitto generoſam ſtirpem; at* parem principibus; *aſt Andechſiam, necdum ex Sefrido aut Ebbone percipio.* Sueviam *illi patriam clariſſime declarant, declarat & Andreas, atqui ex Gretſeri mente, ſi Suevis accenſendus eſt S. Otto, Andechſius dici non poteſt, multo minus Bertoldi familiæ capitis filius.* Honoratiſſimum imperii Principem *fuiſſe, ex præfata oratione apud Gretſerum pag.* 310 *& apud Faſchium pag.* 176, *peſſimè deducitur, niſi eo ſenſu gratis intelligi demus, quo in annotationibus explicabimus ad Ebbonem lib.* 3 *cap.* 1 *litt.* L.

AUCTORE J. B. S. *uti & Andreæ abbati.*

Andechſio non convenit ludimagiſtrum agere.

42 *Rurſus, quantum ab illuſtriſſima Andechſiorum familia abfuerit ſanctus Otto, docet non obſcurè laudatus Sefridus, dum ipſum egeſtate coactum, ludimagiſtrum in Polonia exhibet, quod nemo admiſerit in virum è familia Andechſiana progenitum, præſertim à Bertoldo principe, cadere potuiſſe. Audi Sefridum ita proſequentem:* Ottone igitur gratia ſtudii apud extera loca demorante, frater ejus puer domum pro ſuo poſſe gubernabat, tenuiter adjuvans fratrem ſuum in ſtudio poſitum. Otto autem percurſis aliquibus poëtis & philoſophis, & grammaticæ metrorumque regulis, tenaci memoriæ commendatis, cum ad altiora ſtudia non haberet ſumptus, fratri ſuo ſive aliis cognatis importunus eſſe noluit vel odioſus, jam tum in ipſa adoleſcentia verecundiam ſecutus, & bonæ opinionis pulchritudinem. Itaque in Poloniam peregre vadens, ubi ſciebat litteratorum eſſe penuriam, ſcholam puerorum accepit, & alios docendo ſeque ipſum inſtruendo, brevi tempore ditatus, atque honori habitus eſt *&c. Hæc commentario opus non habent, ut quis manifeſte perſpiciat, non depingi hîc hominem Andechſiano ſanguine prognatum.*

Solo ſuo merito ab Henrico aſſumptus

43 *Non minus evidens eſt ex iiſdem ſcriptoribus, Sanctum noſtrum ab Henrico IV ſchiſmatico illo famoſiſſimo, nulla nobilitatis aut ſanguinis gratia in ſacellanum & deinde Cancellarium aſſumptum fuiſſe, ſed ſolo doctrinæ, virtutis, & perſonalium meritorum intuitu. Ne paginas integras cogar deſcribere, videatur prædicta Caniſii vel noſtra editio; aut mihi caligant oculi, aut ibi depingitur homo ſanctus, quem avorum aut abavorum tituli nullo pacto Imperatori commendaverint. Demus ex Ebbone num.* 4 *brevius ſpecimen:* Illo tempore abbatiſſa de Inferiori monaſterio, magnæ opinionis, utpote neptis Henrici Imperatoris, & virtutum operatrix habebatur. Quæ cernens perſonæ & morum elegantiam audienſque magni conſilii virum, ſine mora

AUCTORE J. B. S

eum advocans, ut alium Joseph, rerum suarum totiusque domus dispensatorem constituit, & ille solita gravitate ac industria, fideli devotione gubernabat omnia. Interea Henricus Imperator, quoddam de principalibus festis Ratisbonæ celebraturus, ad neptem suam abbatissam divertit. In cujus obsequio videns tantæ auctoritatis ac reverentiæ virum, mirari ac delectari cœpit sagacitate animi ejus, & conversus ad cognatam, ait: Opportunum est, soror, cunctis hoc festo amicis suis solatiantibus, & te mihi aliquod caritatis obsequium, ob consanguinitatis vinculum impendere. Qua humiliter respondente: Jube quod vis, Domine mi Rex; non enim fas est, ut avertam faciem tuam. Imperator subjunxit: Nil aliud peto, nisi Capellanum tuum Dominum Ottonem, spiritu sapientiæ plenum *&c. De nobilitate aut Andechsiana familia, alium silentium.*

à primoribus vix ut nobilis agnoscitur;

44 *Aliud præfatæ vitæ idque ineluctabile argumentum suggerunt, ex eo quod legati Bambergenses & aulici apud Cæsarem ipsum apertè conquesti sint, hominem nullius stemmatis aut nobilitatis sibi ab eo in Episcopum obtrudi. Nimis quam clara sunt verba Sefridi lib. 1, cap. 1, num. 9 & 10:* Cumque his & hujusmodi verbis consilium suum legatis semel & iterum commendaret Imperator; quidam ex eis, tamquam dilatione pertæsi, ubinam vel quis esset, scisscitantur. Imperator; Nonne, inquit, præsto est? Et manu arripiens Ottonem capellanum suum (ibi enim erat, elegantis personæ, ac indutus bonis vestibus, tonsurâ, formâ, totoque habitu intus & exterius clericum præferens.) En, inquit, hic est Dominus vester, hic est Bambergensis ecclesiæ antistes. Consternati ad horam illi, sese invicem respiciunt, illumque, oculis dejectis, sumunt & resumunt; aliique nobiles circumstantes, qui aut sibi aut suis cupiebant, nutu ac mussitatione, legatos quasi ad mussitationem instigabant. Legati autem subtristes; sperabamus, inquiunt, aliquem ex dominis & principibus curiæ nostræ parentatum, ac nobis notum, dominatorem nos accepturos: Nam hunc, quis sit, aut unde sit, ignoramus.

quod Imperatori ipsi improperant;

45 *Mirum profecto, si eo audaciæ prorumpere potuerint legati Bambergenses, ut hæc Cæsari in os improperarent; cui facillimum erat, ineptissimas querelas unico verbo difflare, si prosapiam Andechsianam obtrectatoribus objicere aut reponere potuisset. Audi quo divertat:* Imperator autem reprobationem personæ haud sustinens; Et vultis, ait, scire, quis sit? Volumus, inquiunt. Profecto, ait, ego pater ejus sum, & Babenberg mater ejus debet esse *&c. Audiatur Sanctus ipse num.* 11 *loquens.* Otto igitur, auditâ clementiâ Imperatoris, ad pedes ejus sternitur, ubertim lacrymas fundens. Accurrunt legati, prostratum levant; ille humiliter recusat; se pauperem, se indignum tantæ dignitatis affirmans: justius esse, viros ingenuos, claros, nobiles, potentes ac divites, & concapellanos suos ad tales honores conscendere. *Eadem est Ebbonis sententia num.* 12: Venientibus itaque Capitaneis ecclesiæ Bambergensis, Imperator eos benigne suscepit, & ascitis coram principibus, ait: Quantum profectui & honori ecclesiæ Bambergensis congratuler, hinc advertite, quod cum tot magnæ & alti sanguinis personæ episcopatum hunc à me pretio comparare tentarent, ego illum potius, qui fide, moribus, sapientia, & religione cunctis præstat, vobis eligere malui *&c. Legantur cetera apud utrumque scriptorem; fallor ego, si vel scintilla occurrat, unde Andecensis fumus exurgat.*

id minime ausuri, si genealogia subsisteret,

46 *Supereſt argumentum ferme ad hominem, ut loquuntur, ex ipsa genealogia Ms. desumptum, quod vel obstinatissimum quemque ab ea, quam impugnamus, opinione avellat. Præfata genealogia pag.* 7 Arnolphum *aliquem* sancti Ottonis avum *inducit, tamquam* Henrico *isti IV* gratum & acceptum, *imo* amicissimum: *obiisse autem dicitur Arnolphus ille anno* MLXXX, *annis non plus viginti duobus ante sancti Ottonis ad Cathedram Bambergensem exaltationem, ut vix magnatum aut aulicorum ullus ignorare potuerit, quanta pridem gratiâ apud Cæsarem valuisset. Quis igitur nobis satis suadeat, eo oblivionis aut temeritatis processuros fuisse vel aulicos vel Bambergenses Legatos, ut Imperatori ipsi in faciem ingererent,* NAM HUNC QUIS SIT AUT UNDE SIT, IGNORAMUS, *si* sanctus Otto *jam dicti Arnolphi Andechsiani comitis nepos fuisset. Certe ego, qui nullo partium studio ductus, rem pacate & libratis utrimque rationum momentis examino, id ab omni prorsus verosimilitudine abhorrêre censeo, atque ita propositis argumentis convincor, ut* sanctum Ottonem *à familia Andecensi tantum distare existimem, quantum tota illa genealogia, in hac saltem parte, à sinceritate & veritate deflectit.*

cum qua jam dicta concordari non possunt;

47 *Hactenus dicta ad hunc syllogismum contraho: Primi scriptores vitæ* sancti Ottonis *Sefridus & Ebbo, qui sua omnia habent ex ore eorum, qui Sancto intimi & familiares amici fuerunt, quique adeo arcana quæque ad Sanctum spectantia noverant, constanter tradunt, ipsum origine SUEVUM, nobilibus quidem sed pauperibus ferme parentibus genitum, in Polonia præ egestate fuisse ludimagistrum, vix pro nobili in aula Henrici IV agnitum, contemptum à proceribus & legatis Bambergensibus, qui unde aut quis esset, se ignorare, coram Cæsare testati sunt. Atqui horum omnium nihil prorsus potest cadere in hominem Bavarum, ex comitibus Andecensibus oriundum, qualem sanctum Ottonem finxerunt, post quatuor & amplius ab obitu ejus secula, sine teste, sine vade scriptores neoterici: ergo temere, vel saltem non satis certo asseritur,* sanctum Ottonem *aut Bavarum fuisse, aut comitibus Andecensibus accensendum. Major seu propositio* 1, *tam est evidens, quam certum sit* S. Ottonem *Episcopum Bambergensem fuisse & Pomeranorum Apostolum. Assumptio seu propositio altera pro* 1 *parte à nemine negari potest, qui Andecensium comitum potentiam ex historiâ noverit: pars posterior æque certa est; nam qui ante Bruschium seculi* XVI *scriptorem S.* Ottoni *nostro junxerit titulum comitis Andecensis Bavari, ex Bertoldo & Sophia geniti, hactenus novi neminem. Consequentia satis recte deducta est.*

nec reliqua magis quidquam probant:

48 *Nequid intactum sit, fatebor, genealogiæ Ms. pag.* 20 *in fine afferri aliud alterius vitæ Andreanæ exordium:* Otto igitur, natione Suevus, patre nobili, Berchtoldo nomine, comite Andechs *&c. Ad hæc rogatos velim Bambergenses, ne tot diversas Andreanas vitas in medium proferant; jam ostendimus, majores duas sub ejus nomine editas, historiam plusquam satis involvisse. Rogo item, observent, scriptorem hunc, quisquis est, sibi aperte contradicere, dum Andecensem comitem nobis in Suevia collocat. Lapis etiam, nescio quis, fracto charactere efformatus, exstare*

A *exſtare dicitur, in quo ſorte Andechſianum quid reperiatur. Reddant ipſi characteres iſtos, ſi de Andechſiana familia ibi ſit ſermo, non erit difficile oſtendere, quod ad ſeculum* XVI *pertineant. Neque adducantur officia Bambergenſia, recentius concinnata; neque diplomata apud Hundium, illud præſertim quod habet lib.* 2, *pag.* 98, *ubi* ſanctus Otto *patrem vocat Bertoldum de Andechs; nam manifeſtas adeo ſuppoſitionis notas continet, ut mirum ſit, ab Hundio editum fuiſſe. Nec plura id genus inſtrumenta appellavero, à Schugentio allegata, ſed & refutata. Alia documenta quærenda ſunt, ut Sanctus noſter Andecenſibus Bavaris aſſeratur; quæ ſi produci poſſint, ultro & lubens Bambergenſium opinionem amplectar, quam ea ſolum de cauſa impugnare compulſus ſum, quod Sancti Actis ex diametro opponatur.*

imo Breviarium Bamb. aliaque oppoſitum demonſtrant.

49 *Neque vero adverſarios mihi eſſe Bambergenſes omnes, aut venerandam ejus cathedralem eccleſiam, inde manifeſte patet, quod in ipſius ſeu antiqua ſeu nova eccleſiaſtica officia, numquam admiſſa ſit ea, quam hîc oppugno, hiſtoria de* S. Ottone *aut Bavaro aut Andechſio, ut videbis paragrapho* X *hujus commentarii. Nam in Breviario editionis Delinganæ anni* 1575, *quæ ibi refertur, lectiones deſumptæ ſunt ex vita antiqua à Caniſio edita, quam Sefrido adſcribimus, ubi diſertiſſime aſſeritur,* Ottonem beatiſſimum ex SUEVIA duxiſſe originem. *In novo autem officio, quo hodie cathedralis eadem utitur, ad normam Romani digeſto editoque anno* 1671, *lectiones ſecundi nocturni ex prima Surii editione acceptæ ſunt, hoc principio:* Otto in SUEVIA, patre Bertholdo comite, matre vero Sophia, nobilitate magis quam rerum opulentia inſignibus *&c. De Bertholdo & Sophia jam ſatis diximus;* SUEVUM *aſſerere* ſanctum Ottonem, *id apud Gretſerum & eruditos omnes tantumdem eſt, ac aperte negare, ex gente Andechſia eſſe potuiſſe. Idem ſtatue de Camminenſi Breviario, cujus etiam meminit citatus paragraphus, in quo lectiones de S. Ottone, Ebboniana ſunt, longiuſque adeo ab Andechſia gente remotæ. Nec minus clare loquitur Breviarium Herbipolenſe excuſum* 1665, *cujus quartam de S. Ottone lectionem ad me tranſmiſit P. Joſephus Bodaert Societatis noſtræ, cujus officioſâ operâ in his ſæpius uſus ſum: non minus clare, inquam,* C *ibi excluduntur omnia, quæ Andechſiis vel remotiſſime affinia ſunt. Ita incipit prædicta lectio:* Otho ex illuſtri Comitum progenie in SUEVIA, eamdem virtutibus & litterarum ſtudiis reddidit multo illuſtriorem. *Comitem fuiſſe S. Ottonem haud gravate patiar, Bavarum & Andechſium quomodo in Proprio ſuo fecerint PP. Benedictini S. Michaëlis, non eſt operæ pretium pluribus diſquirere. De cetero dicere liceat, tam illuſtri Chriſtiano heroi, fugacis gloriæ ſplendorem à natalibus fruſtra accerſi, cujus præclariſſima geſta immortalem aliunde famam conſecuta ſunt, ſempiternamque & contentionis expertem in cæleſti requie coronam. Neque his diutius immorari lubet.*

§ VI. Prima S. Ottonis ætas ante adeptum epiſcopatum Bambergenſem.

Alia difficultas in deſinienda ætate,

ABſtruſioris diſquiſitionis *eſt certa determinatio ætatis & primarum rerum geſtarum Sancti noſtri, à vitæ ſcriptoribus ita neglecta, ut de loco aut tempore nativitatis, de infantia, pueritia, adoleſcentia vix quidquam ſatis diſtincti memoriæ prodiderint, ſolis ferme epiſcopatûs geſtis, piis præſertim fundationibus & miſſioni Pomeranicæ deſcribendæ intenti, ac magis plerumque ſoliciti, dies aliquos, illius ævi more, notare, quam annos diſcernere, quibus res contigerint, aut ſaltem characteres adjicere, quibus in anni cognitionem deveniatur. Hoc unum præſtitit primæ vitæ auctor, ut ſub finem, mortis & ſepulturæ annum ſignaverit, nempe* MCXXXIX, tam morbis quam ſenio exhauſtis viribus; *ſic tamen ut nuſquam expreſſam Sancti ætatem definiverit; quam nec apud Ebbonem, nec apud ipſum Andream reperire eſt. Citatur à Gretſero pag.* 358 *Bambergenſis annaliſta Hoffmannus, annos vitæ* LXX *ſancto Ottoni adſcribens, epiſcopatûs* XXXVII *: poſtremum demonſtrari poteſt, unde primum hauſerit, neſcio. Cæcutiit Valerius Faſchius, in ſuo de S. Ottone volumine pag.* 494, *dum apud laudatum Gretſerum ſe legiſſe credidit, mortuum eſſe anno ætatis ſuæ* LXXII. *De mortis die agetur alibi, hîc ex Sancti ſenectute, eliciendus eſt annus quo primùm cœpit vivere.* AUCTORE J. B. S.

quæ ex rebus geſtis colligi debet;

51 *Aſt hîc ſe offert difficultas, quæ à nemine hactenus tacta, multo minus examinata aut expenſa, Hoffmanni ſententiam omnino evertit, ſi Sancti Actis credimus, quæ certe, me quidem* E *judice, recentiorum omnium opinionibus præferenda ſunt. Porro ex iis conſtat,* Ottone gratia ſtudii apud extera loca demorante, *cum à fratre* tenuiter adjuvaretur, *&* percurſis aliquibus poëtis & philoſophis, & grammaticæ metrorumque regulis tenaci memoriæ commendatis, cum ad altiora ſtudia non haberet ſumptus, *eum* in Poloniam peregre *iviſſe*, ſcholamque puerorum accipere *coactum fuiſſe. Utique non ipſe jam puer, ſed ut minimùm adoleſcens pueris inſtituendis aptus. Ex toto numero ſecundo intelliges, quo pacto primùm divitias, opinor ſatis modicas, collegerit, atque* ob ea ſtudia, omnibus gratus, magnorum virorum atque potentum, ſuffragante ſibi etiam corporis elegantia, contubernio ac familiaritati ſeſe applicuerit, legationibus etiam & reſponſis, inter magnas perſonas deferendis, adprime aptus. Denique occaſione legationum Duci Poloniæ innotuit, magnamque in oculis ejus & totius curiæ gratiam invenit, ita ut Duci placeret, talis clerici obſequio domum ſuam honeſtare.

ac primùm ex Polonicis,

52 Ita ergo ſe multa opportunitate ac modeſtia, *per* aliquot annos, Duci aptavit, & toti F curiæ gratum fecit, *adeo ut defuncta Ducis uxore, ablegatus fuerit ad petendam à Cæſare Henrico IV ſororem, quam ſecundis nuptiis ſibi copularet. Hæc pluribus ibi deſcribuntur; ſed nobis invenienda eſt rerum & temporum ſeries. Non fuit Dux iſte, ut hîc nomina confundit Ebbo; non fuit, inquam, Boleſlaus, tum vix natus, ſed Boleſlai pater Wladiſlaus, cujus prior conjux Juditha, edito prædicto Boleſlao filio, fatis conceſſerat, teſte Dlugoſſo hiſt. Polon. lib.* 4, *col.* 308, *anno* MLXXXVI, *quo tempore jam* ALIQUOT ANNOS *in Polonia verſatus fuerat S. Otto, ad eamque ætatem pertigerat, quæ apta foret tam celebri legationi obeundæ, anno proxime ſequenti* MLXXXVII *inſtitutæ, nam apud laudatum Dlugoſſum col.* 311, Charæ uxoris Judithæ Wladiſlaus Polonorum Dux orbatus deſtitutuſque ſolatio, alterum matrimonii fœdus adhorrebat: crebris tandem ſuorum prælatorum ac baronum perſuaſionibus expugnatus, B. Wladiſlao Pannoniorum Rege, ſuo affine, id quoque & ſibi & reipublicæ

AUCTORE J.B. S.

plicæ expedire cenſente, Zophiam, aliàs Zophoniam, Ungariæ reginam, Salomonis Regis Ungariæ relictam, & Henrici III Imperatoris filiam, & quarti Henrici tunc regnantis ſororem deſponſavit in uxorem, *anno* MLXXXVIII. *Obiter hic notandum eſt, Reginam illam Hungariæ, Salomonis relictam &c. etiam col.* 239 *à Dlugoſſo* Zophiam *conſtanter nuncupari, cum tamen eadem ipſa apud Baronium, ad annum* MLXXIV, *in B. Gregorii VII epiſtola ad eam directa, diſertiſſime* Judith *compelletur, quemadmodum & in Ebbone noſtro, ut proinde binomiam dici oporteat, niſi vel brevis Pontificii titulum, vel Dlugoſſum erroris cogamur arguere.*

ad quas aptus eſſe non potuit,

53 *Cetcrum quæ hîc Dlugoſſus tradit, cum veteſtiori vita apprime concordant, diſtinctiuſque explicant, quæ ibi obſcuriori modo congeſta ſunt; ex quibus Pagius ad annum* MCXXIV *occaſionem ſumpſit, multa non recte commiſcendi, quæ mirum eſt à Baronii critico tam male confundi potuiſſe, ut ad annum* MCXXIV *revocaverit, quæ annis omnino ſex & triginta antiquiora ſunt: illic enim & ad iſtummet annum,* Boleſlaum III Poloniæ

B Ducem, ſororem Henrici Imperatoris uxorem duxiſſe *contendit, quod ex Dlugoſſo jam factum oſtendimus anno* MLXXXVIII, *non à Boleſlao, qui tum primùm natus erat, ſed ab ejus parente Wladiſlao. Ut verbo rem conficiam, ſola opus eſt Boleſlai ad S. Ottonem epiſtola, apud Sefridum num.* 53. Domino ſuo & patri amantiſſimo Ottoni, venerabili Epiſcopo, Poliſlaus Dux Polonorum, filialis obſequii humilem devotionem. Quia in diebus juventutis tuæ, apud patrem meum decentiſſima te honeſtate converſatum memini. *Adde quod eodem numero ſub principium aſſerat auctor, Boleſlaum ad S. Ottonem recurriſſe,* eo quod & hunc in adoleſcentia ejus pater, ſui capellani more obſequentem, notum & charum habuerit. *Hæc obiter dicta ſint, ad confutandos incredibiles Pagii anachroniſmos, qui certe Baronio ſuperaddendi non erant, erudite illic tractanti, quæ vere ad ea tempora pertinuiſſe, ex reliqua vitæ S. Ottonis ſerie brevi ad oculum patebit.*

ſi ex recepto calculo ultra 70 annos non vixerit.

54 *Hîc præcipue, imo unice quærimus; quot annos natus cenſendus ſit* S. Otto, *dum ea obivit, quæ narrantur à Sefrido num.* 3, 4, *&* 5. *Equidem fallar vehementer, ſi annis quinque & viginti minor eſſe potuerit; etenim, non niſi ridicule quis dixerit, adoleſcentem annorum ſedecim vel ſeptemdecim, ad hujuſmodi res gerendas idoneum aut* capellani more *Duci* obſequentem *fuiſſe. Atqui ſi natus eſt anno* MLXIX, *ut ii ſtatuere debent, qui cum Hoffmanno ad annos dumtaxat* LXX *vitam ejus protrahunt, in obitu Juditha annos ſeptemdecim non ſuperabat, fingendum itaque erit prodigium, aut ulterius removendus eſt S. Ottonis natalis annus. Neque vero occurrit quidquam, quod id prohibeat; imo ex ipſis Actis ſuademur, ad annos pluſquam ſeptuaginta vixiſſe Sanctum, utpote qui anno* MCXXIV, *quo primam ad Pomeranos miſſionem ſuſcepit, jam tum ſenex &* reverenda canitie honorandus *apud Ebbonem num.* 50 *deſcribitur. Nihil, inquam, vetat ad ſexennium aut ſeptennium vitam Sancti protrahere, ſic ut ſtatuatur ad cælos evolaſſe anno ætatis ſuæ* LXXVI *aut* LXXVII, *quo vere dicentur* vires *ejus* ſenio exhauſtæ. *Liceat itaque, bonâ Hoffmanni & ceterorum veniâ, ortum S. Ottonis innectere anno* MLXII, *aut* MLXIII. *Addatur,* percurſis *ſubinde poëtis & philoſophis, in Poloniam perrexiſſe circa annum* MLXXX, *ibidem* aliquot annos, *opinor ſex, ut minimùm docuiſſe, inque optimatum familiaritatem ſeſe paulatim inſinuaſſe, donec Principi cognitus, ea adminiſtrare potuerit, quæ in citatis Actis fuſius memorantur.* D

Quo ferme tempore ex Polonia redux,

55 *Ex iiſdem colligitur, Sanctum noſtrum capellani munere apud Ducem & apud Sophiam, quam Juditham appellat Ebbo, perfunctum, unde ſigi aliquatenus poſſet ſancti Ottonis in Germaniam reditûs epocha, ſi annus, quo Sophia obiit, reperiretur. Juxta Sefridum, ab ipſa Sophia S. Ottonem accepit Henricus IV Imperator; verum Ebbo mavult Sanctum Ratiſponam adducere, ubi Cæſaris nepti ſerviverit in monaſterio Inferiori, unde demum ad aulam Cæſaream tranſlatus, ibi primùm Sacellani, deinde Cancellarii munere ornatus ſit, quidquid de ea dignitate dubitare videatur Malinkrotius in Catalogo ſanctorum Germaniæ Cancellariorum pag.* 133. *Fateri cogimur, obſcuriſſima eſſe, quæ ad iſtius temporis S. Ottonis geſta ſpectant, nec ea ſatis accurate diſquiſiviſſe ſcriptores vitæ, ſive vetuſtiores illos, Sefridum & Ebbonem, ſive juniorem Andream, unum vel geminum. Andreas enim à Jaſchio editus, pag.* 19 *hæc ad augendam confuſionem, ex neſcio quo fabulatore ſuperaddit:* Alii vero dicunt, eum liberalibus imbutum diſciplinis, primo ad abbatem Wierzenburgenſis cœnobii Heinricum veniſſe; & poſt modicum, eumdem Heinricum Dei nutu in Polonia archiepiſcopatus apicem conſcendiſſe, cui ipſum fideliſſimo adhæſiſſe famulatu teſtantur *&c. Alia difficultas ad eruendum tempus, quo ad aulam Cæſaream pervenerit S. Otto, inde oritur, quod Henricus Imperator, teſte Urſpergenſi, ab anno ferme* MXC *ad* MXCVII *in Italia manſerit.* E

Henrico IV adhæſerit,

36 *Interim una omnium ſententia eſt, commiſſam Sancto fuiſſe curam abſolvendæ Spirenſis eccleſiæ fabricæ, quæ à Conrado inchoata, ab Henrico III aucta, à IV Henrico ad finem perducta eſt, ut diſerte teſtantur ambo ſcriptores Sefridus & Ebbo. Si alicubi rei iſtius diſtincta epocha notaretur, facile eſſet conjicere, quo tempore S. Otto curiam imperialem frequentare cœperit. Fruſtra quæſivi annum, quo abſoluta fuerit prædicta Spirenſis fabrica; ceterum cum Bertha imperatrix, apud Urſpergenſem, pag. mihi* 173, *obierit anno* MLXXXVIII, *Moguntiæ primùm, deinde Spiræ ſepulta, tempore Joannis Spirenſis Epiſcopi* XXXIV, *ut vide apud Bruſchium pag.* 86, *ſi recte ſua ordinat Philippus Simonis, auctor hiſtoriæ Epiſcoporum Spirenſium, veroſimile, ante annum* MCI, *corporis iſtius tranſlationem accidiſſe, ut ante finem ſeculi* XI *perfecta omnia fuiſſe, dicendum omnino videatur. Suggeſſit mihi nuper eruditus amicus Chronicon Spirenſe, germanicè ſcriptum à Chriſtophoro Lehmano, excuſum Francofurti anno* 1612, *in quo ſe legiſſe teſtatur, templo Spirenſi ab Henrico IV coronidem impoſitam fuiſſe anno* MXCVII, *quod cum noſtro calculo apprime convenit. Utcumque ſtatuas, vix equidem dubito, quin pluribus annis prius Henrico Cæſari famulatus ſit* S. Otto, *quam ad eccleſiam Bambergenſem promoveretur: cum vero conſtet, ſub finem anni* MCII, *ante feſta Natalitia, nominationem factam eſſe, ut* § *ſequenti demonſtrabitur, non incongruè quis conjiciet, S. Ottonem famoſo Henrico adhæſiſſe vel ab anno* MXC, *antequam in Italiam pergeret; præſertim cum aſſerat Cæſar ipſe, apud Sefridum* longa hunc hominem (*S. Ottonem*) experientia & pro- F

A probatione *ſe* didiciſſe, *ſeque jam aliquoties Cancellarium ſuum ad epiſcopatus alios evehere voluiſſe, ex cujus textu lux aliqua affulget.*

multis ab eo muneribus cumulatus

57 *Videat curioſus lector num.* 11, *ubi ita loquitur Imperator:* Cernitis, ait, quâ hic homo feratur ambitione; jam tertio recuſat, jam duos epiſcopatus, ſibi oblatos, ad ſocios transferri rogavit; quid vobis videtur? Auguſtenſi epiſcopatui eum locare voluimus: ſed iſte ſciens, quod hereditas, ad quam primo feſtinatur, in fine benedictione carebit, eos, qui ſe priores, in laboribus & exercitiis curiæ noſtræ exſtiterant, prius ad quietem venire, juſtum eſſe dicebat. Poſtea vero de Halberſtadenſi epiſcopatu, ſibi à nobis oblato, ſimiliter fecit. *Notabis hîc Sigefridum II, Auguſtanum epiſcopatum tenuiſſe ab anno* MLXXVII *ad* MXCVI, *cujus ſucceſſor Hermannus ſimoniacus ſedem tenuit annis* XXX, *ut locus nullus* ſancto Ottoni *patuerit, niſi vacante poſt Sigefridi obitum cathedra, prædicto anno* MXCVI, *unde & illud inde colligitur, ante annum* MXCVI S. Ottonem *in Cæſaris curia verſatum, imo jam tum tot clarum meritis, ut Auguſtanæ eccleſiæ præfici mereretur. Halberſtadenſis eccleſia paſtore viduata fuit* XXIII *Octobris an.* MCI; *ſic ut in hac parte cum chronologico hiſtoriæ ordine ſatis belle conveniat Sefridi narratio.*

B

ac demum ad eccleſiam Bambergenſem promotus.

58 *Fateor nihilominus, hæc non undequaque coincidere cum relatione Ebbonis, num. 9 ſic ſcribentis:* Itaque cum, ut diximus, virga paſtoralis & annulus epiſcopi Bremenſis Imperatori offerretur, mox ille, accerſito unicè dilecto Ottone, inſignia hæc ei conſervanda tradidit; *tamquam in ſignum, quod ipſum eccleſiæ iſti deſtinaret, ut ex toto contextu colligi videtur; nam vacante poſtmodum Bambergenſi cathedra, num.* 12, advocans pium Ottonem, annulum & virgam paſtoralem Bremenſis Archiepiſcopi ab eo repetiit, illoque ſine mora hæc reſignante *&c. Atque in his Ebbonem ſecutus eſt Andreas, qua ex antiquiori Sefrido potius accepiſſet: quamvis de cetero ex chronico Bremenſi Henrici Wolteri, apud Meibomium de rerum Germanicarum ſcriptoribus, habeamus, obiiſſe Liemarum Archiepiſcopum* XVI *Kal. Junii* MCI, *unde hiſtorica veritati nihil refragatur. Attamen Sefridum ego alteri, cujus errorem in nomine ſororis Henrici IV, ejuſque marito ſupra notavimus, præferendum cenſemus; tametſi negare prorſus nolimus, oblatum etiam fuiſſe* S. Ottoni *epiſcopatum Bremenſem; unde major ei accreſcit gloria, quod tamdiu & à tam diverſis inſulis abhorruerit. Nunc reliquam vitæ ſeriem ad chronologicos calculos exigamus.*

C

§ VII. Geſta S. Ottonis à principio epiſcopatus ad annum MCXXIV chronologicè digeſta.

Nominatus Epiſcopus 21 Dec. 1102.

ALiam arenam ingredimur, *non minus quam præcedentes implexam, gravioribuſque, quam quis facile ſibi perſuaſerit, difficultatibus obnoxiam, præſertim cum ſcriptores noſtri Sefridus & Ebbo id neglexerint potiſſimum, quod ad ſeriem illam rite diſponendam omnino neceſſarium eſt. Notant aliquando, ut ſupra dicebam, diem quo aliquid contigerit, at characteriſtica, qua in annum deveniatur, rariſſima eſt; ſic ut adjumenta aliunde conquirenda ſint, ſi geſta ſingula certis ſuis temporibus adaptare velimus. Ab epiſcopatu Bambergenſi ordiamur. Hîc opportune ſignant Acta,* Ruperto *ſucceſſiſſe* S. Ottonem, *poſt* ſex menſium inducias. *Addunt, Bambergenſes* in proxima Dominica ante nativitatem Domini *ſolennem pro obtinendo paſtore, qui à Cæſare declarandus erat, ſupplicationem inſtituiſſe. Demum ex Sefrido num.* 12 *conſtat, Sanctum noſtrum jam Præſulem declaratum,* diem natalis Domini Moguntiæ cum Imperatore celebraſſe, *atque* in curia manſiſſe diebus XL. *Ex his conficimus,* S. Ottonem *ab Imperatore nominatum fuiſſe Dominica ante nativitatem Domini, quæ ſub litt. Dominicali* E, *fuit* XXI *Decembris anni* MCII. *Loquuntur circumſtantiæ; Rupertus eo anno vivere deſiit* XI *Julii, non fluxere niſi* ſex *circiter* menſes induciarum; *itaque indubitatum eſt, teſtante id etiam chronico abbatis Urſpergenſis,* S. Ottonem *eodem illo anno, ante feſta natalitia, ad ſedem Bambergenſem evectum fuiſſe, per Henricum illum IV, aliàs III, notoriè ſchiſmaticum & Eccleſiæ Catholicæ rebellem.*

AUCTORE J. B. S.

60 *Hinc* S. Ottonis *anguſtiæ, quæ à Sefrido memorantur num.* 12, *ubi & votum ejus exprimitur:* Numquam ſe in epiſcopatu manſurum, niſi & conſecutionem pariter & inveſtituram canonicè, conſenſu & petitione eccleſiæ ſuæ, à manu Domini Apoſtolici ſuſcipere mereretur. *Certum eſt,* in vigilia Purificationis beatæ ſemper Virginis Mariæ *anni proxime inſequentis* MCIII *ab Auguſtenſi & Herbipolenſi Epiſcopis deductum fuiſſe Bambergam; at ſcriptores noſtri conſecrationis annum nuſquam tradidere. Sefridus ita loquitur, acſi ſtatim Romam ad conſecrationem perrexiſſet. Audi ejus verba num.* 13: Memor ergo voti ſui, poſt paucos dies ſuſceptionis ſuæ, antequam de aliis rebus ſuis ordinaret, nuncios Romam & litteras in hunc modum *&c. Cetera ſic connectens, ut dubium non relinquat, quin ſtatim Romam profectus ſit. Non negaverim, eas litteras tunc Romam mitti potuiſſe; at ſubſecutam continuò inaugurationem, falſum eſſe conſtat ex Ebbone aliiſque capitibus hîc modo explicandis. Scribit iſte num.* 17; conſecrationis gratiam longo tempore, id eſt per triennium diſtulit, *ac tum demum eas ad Paſchalem PP. litteras dedit, quæ num.* 18 *ab Ebbone referuntur, à Sefridianis longè diverſæ. Ex ejuſdem Sefridi num.* 16 *Romam pervenit in* Aſcenſione Domini *atque inde Anagniam, ubi* in die ſancta Pentecoſtes, quæ erat tertio Idus Maii, ſcilicet ſancti Gingolfi martyris *ſolenniter ab ipſo Paſchale PP. conſecratus eſt.*

Bambergam ingreſſus eſt 1 Febr. 1103.

E

F

61 *Belliſſime hæc omnia concurrunt in annum* MCVI, *neque in alium quadrare poſſunt, Paſcha ſub littera Dominicali* G, *cadente in* XXV *Martii, nam eo ſolo haberi potuit concurſus Pentecoſtes cum* XIII *Maii, quo die apud multos coli conſuevit S. Gingulfus, qui apud alios ponitur* IX *vel* XI *Maii, ut vide in auctariis Uſuardi noviſſimæ noſtræ editionis. Hoc pacto reperitur* triennium dilationis, *quo turbatiſſimis Germaniæ rebus, opportunam occaſionem non reperit* S. Otto, *ut* conſecrationis gratiam *ab Apoſtolico, ut tunc loquebantur, impetraret. Ex adductis certiſſimis anni* MCVI *characteriſticis, aperte refelluntur ii omnes, qui Sanctum noſtrum citius ordinatum ſcripſere; quos inter Baronius, in errorem, opinor, inductus, ex textu Sefridi, à Caniſio editi, ſic ſcribens:* Annus ſequitur MCIII Redemptoris, XI Indictione, quo Paſchalis Papa, die Pentecoſtes conſecravit epiſcopum Bambergenſem

Anagniæ à Paſchale PP. conſecratus 13 Maii 1106,

AUCTORE J. B. S.

genſem Ottonem, Cancellarium Imperatoris, à ſchiſmaticis transfugam ad Catholicos. *Hîc criſim exercere poterat Pagius, ſi Andream à Gretſero editum conſuluiſſet; ut ſupra etiam vidimus, in rebus Ottonianis non ſatis accuratè verſatum eſſe. Ceterum indubitata eſt ſtabilita à nobis epocha, quam & ipſe Paſchalis confirmat, in litteris ad Ruthardum archiepiſcopum Moguntinum, apud Ebbonem noſtrum cap. 2 num. 22, apud Gretſerum pag.* 174, *cujus hæc ſunt verba:* Præterea quoniam eccleſia eadem, PER DIUTURNA JAM TEMPORA, EPISCOPALIS OFFICII SOLICITUDINE CARUIT, & propter præteriti ſchiſmatis ultionem, in Teutonicis partibus perpauci epiſcopali funguntur officio, juxta ipſius eccleſiæ poſtulationem, eidem fratri noſtro kariſſimo, cum per multa ad nos veniſſet pericula &c.

quo cum alii Epp. Teutonicis profectus erat,

62 *Dolendum profecto, ſcriptores Actorum, ſolis Ottonianis virtutibus deſcribendis intentos, res ejus cum temporis illius hiſtoria non magis conciliaſſe, quod facillime fieri poterat, vel leviter tangendo famoſam Henrici IV, in numeroſiſſimis comitiis, quibus etiam* S. Ottonem *interfuiſſe oportet, Maguntiæ exauctorationem, ſubſecutamque celebrem illam legationem* virorum ſpiritu ſapientiæ plenorum, dignitatibus, natalibus & elegantia, ſeu divitiis præcipuorum, in illaque ſecundum Deum ſive ſeculum veneratione inſignium, *Brunonis Trevirenſis, Henrici Magdeburgenſis, Ottonis Babenbergenſis &c.*, ut, ſi fieri poſſit, Domini Apoſtolici præſentiam Ciſalpinis partibus impetrent exhiberi. *Horum iter, captivitatem Tridenti ab Adalberto, liberationem per Welphonem, aliaque eò ſpectantia fuſe narrat Urſpergenſis ad prædictum annum* MCVI, *quo* per multa pericula *ad Paſchalem* venit *S. Otto, ſatis ibi notatus, dum ita pergit Chronologus:* Sic nimirum, ſic per jam tot annos obnubilata lux oriri cœpit noſtris in partibus; orthodoxa depublicatur & ventilatur, dejudicatur & convincitur; fœtet & reſpuitur, condemnatur & anathematiſatur hæreſis Wigbertina vel Heinriciana; abdicatis ſive fugatis hæreſibus, Catholici cathedris pontificalibus deſtinantur, è QUIBUS ETIAM ALIQUI INTER IPSA FESTA CONSECRANTUR.

ut narrat Urſpergenſis aliique:

63 *Minime dubium eſt, quin inter iſtos* aliquos *vere* catholicos cathedris pontificalibus deſtinatos, *qui* inter ipſa feſta conſecrati ſunt, *numerandus veniat ſanctus noſter Otto, in præcipua feſtivitate,* die ſancta Pentecoſtes, *per ipſum ſummum Pontificem inauguratus, quemadmodum fuſius deſcribunt ſupra citati biographi Sefridus à num.* 16, *Ebbo à num.* 19, *ut proinde rei certæ ulterius demonſtrandæ omnino ſuperſedendum exiſtimem. Accedat tamen Bruſchius alibi non ſemel citatus:* Conſecratus, *inquit*, à Paſchali II P. M. Anagniæ in feſto Pentecoſtes, ad quem legatus cum aliis Germaniæ Archiepiſcopis & Epiſcopis miſſus eſt. *Hæc veriſſimè & ad rem noſtram: quod autem ſequitur, miſſum fuiſſe* S. Ottonem *& legatos iſtos alios, ab Urſpergenſi ſigillatim enumeratos*, ab Imperatore Henrico IV pro impetranda Henrici V coronatione; *à multis tradi quidem video; verum longe alia ab Urſpergenſi legationis iſtius cauſa, & pro temporum circumſtantiis multo verior affertur, de qua hîc diſputare inſtituti noſtri non eſt. Neque huc pertinent, quæ Lutheranus prædicans in Sanctum noſtrum intorſit ſcommata, quod* ſeſe ſubjecerit Paſchali tyranno & antichriſto; *quod* pro Henrico filio contra Henricum patrem ſteterit, *& id genus alia, egregiè à Gretſero confutata à pag.* 392.

64 *Pergimus cum Ebbone, qui num.* 27 *ſic notat:* Igitur electus Dei Pontifex, conſecratione ſolenni ab Apoſtolico honorificè provectus, aliquantiſper ab eo, humanitatis gratia, eſt detentus, ſicque optata potitus emiſſione, proſpero itineris decurſu, tranſcenſis Alpibus Carinthiam venit. Poſt hæc ad curiale colloquium, quod Henricus Imperator univerſis regni optimatibus Ratiſponæ indixerat, Otto novus Antiſtes occurrit. *Ex his chronologiæ filum ſic deduco, ut exiſtimem* S. Ottonem *tota æſtate in Italia commoratum, interfuiſſe concilio Guaſtallenſi, de quo plura apud Urſpergenſem, qui ita ibi loquitur, acſi legatis illis Teutonicis ſocius fuiſſet, eo tempore necdum natus, ſed ex aliis chronologicis, in prima perſona loquentibus, ſua deſcribens. Id obſervo*, in Dominica, quæ erat XII Kal. Novembris *ſeu* XXI *Octobris, quæ iterum ſignant an.* MCVI, Juvavenſibus (*hodie Saltzburg*) Chunradum, Tridentinis Gebehardum præſules *à Paſchale PP.* conſecratos, *pluraque ſanctiſſime ordinata in bonum eccleſiarum Germaniæ, cum iiſdem ipſis legatis, quorum poſtremus non erat Sanctus noſter. Sic demum narrationem concludit laudatus Urſpergenſis, alienis iterum verbis tamquam ſuis utens:* Nos vero, id eſt Alpium tranſcenſores, ſpeciali quodam præ cunctis efferebamur tripudio, eo quod certi eſſemus, Domini Apoſtolici profectionem ſic fuiſſe diſpoſitam, quatenus iter noſtrum quam mature ſubſequens, natalem Domini Moguntiæ celebraturus eſſet, præſente cum univerſis regni principibus novo Rege noſtro.

cum vero in Italia tota ea æſtate manſiſſet,

65 *Quem ſucceſſum habuerit ea exſpectatio, docet præfatum Chronicon ſub canonio anni* MCVII *à Natali Domini inchoati, currente adhuc Romano* MCVI, *quo collocandum eſt* curiale colloquium, quod Henricus Imperator univerſis regni optimatibus Ratiſponæ indixerat, *ut eſt apud Ebbonem citato num.* 27, *ab Urſpergenſi vero ſic deſcribitur:* Rex Henricus natalem Domini Ratiſponæ celebravit, præſentibus ſcilicet legatis Domini Apoſtolici, vel cujus adventum jam aliquamdiu apud Auguſtam Alemanniæ metropolim, ceteraſque ſuperiores partes præſtolatus fuerat. *Sic modo aptari poſſunt tempora rebus à* S. Ottone *geſtis, aut res ipſæ temporibus, ut noſtra numerandi ratione, Henrico IV ſeniore* VII *Idus Auguſti vita functo, natalem Domini* novus Antiſtes, *ex Italia* occurrens, *Ratiſponæ cum Henrico V celebraverit an.* MCVI, *ubi, teſte Ebbone*, inter principes loquebatur ſapientiam, ita ut felicem unanimiter proclamarent eccleſiam, quæ tali divinitus donata eſſet ſacerdote: ſicque regia cumulatus beneficentia, poſt arduæ peregrinationis angariam, paſtor pius, ovium ſuarum curam ſuſcepturus, Babenberg ingreſſus ſit, ibique à clero & populo, debitæ jubilationis tripudio honorifice ſuſceptus, *ſub principium anni* MCVII.

circa Natalem D. Ratiſponam & 1107 ad eccleſiam ſuam rediit.

Hinc fundationes monaſteriorum & eccleſiarum,

66 *Huc igitur referenda ſunt initia glorioſæ adminiſtrationis ſanctiſſimi noſtri Præſulis, quam non indiligenter proſequuntur Sefridus & Ebbo, ſi modo accuratiorem redderent Actorum rationem, eadem ſuis temporibus rectè copulando. Enumerantur plurima monaſteria condita, fundata, ampliſicata; reſtaurata & à fundamentis exſtructæ eccleſiæ; ubique larga munificentia, & in viros religioſos omniſque generis pauperes, profuſa propema-*

A *pemodum liberalitas : aſt annorum , quibus hæc inſtituta aut facta ſint, vix hinc inde veſtigium reperias.* Primitias operum *vocant ſcriptores noſtri* Vraugiam *ſeu* Vrangiam, Uram *ſeu* Vraam *cœnobia , quæ ædificaverit in epiſcopatu Herbipolenſi. Primi nomen Germanicum efformat Bucelinus in Germania ſacra* Vraun , *quod ferme utramque formationem complecti videtur. Ceterum ſi veræ illæ primitiæ fuerunt , pertitent ad annum* MCVII *aut* MCVIII; *nam Pruveningenſe* ſupra Ratiſponam ad Nabi & Danubii confluentes ſitum , *aſſerit Bruſchius conditum fuiſſe* MCIX , *quem ſequitur Bucelinus. Verum de primordiis forte loquuntur ipſi , nam Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ſic ſcribit ad an.* MCXIV : Anno Brunonis abbatis IX , Indict. Romanorum VII , conſummatum fuit monaſterium Ordinis noſtri, haud procul Ratiſpona in Bavaria , Pruveningen dictum , quod S. Otto Epiſcopus Bambergenſis à fundamentis novum . . . . conſtruxit. *Additur ibi occaſio , de qua etiam Sefridus num.* 23, *ſed ad quem annum ea vere pertineat , mihi hactenus*
B *incompertum; certe Urſpergenſis non notavit , Henricum V anno* MCIX *per æſtatem Ratiſponæ commoratum fuiſſe. Ex citato Hirſaugienſi Chronico alia oritur difficultas , ex eo quod ad annum* MCXVIII *ibi diſerte notetur :* Anno etiam præſcripto S. Otto Babenbergenſis , Chriſti ſervus per omnia fideliſſimus , inter multa pietatis ſuæ ſtudia , monaſterium Ordinis noſtri fundavit . . . quod Vraugia nuncupatur. *Intellige hîc operis conſummationem , quando monachi ex Hirſaugia eò advocati ſunt.*

67 *Interim ad prædictum annum* MCIX *alia revocat Cygneus , in Prodromo ſic ſcribens :* Collegiatam eccleſiam S. Jacobi , ab Hermanno (*de quo vide Bruſchium*) prius inchoatam , cum ædificiis abſolvit *S. Otto* , XXV die menſis Julii MCIX. Eamdem eccleſiam ipſemet propriis manibus conſecravit. *Pergit Sefridus :* Deinde in Babenbergenſi epiſcopio , tertia & quarta ædificatio duorum cœnobiorum fuit , quorum unum Michilvelt dictum , in honore ſancti Joannis Euangeliſtæ ; alterum Lanchein. *Nomina non ſatis recte ſcripta videntur , neque ſatis pervium eſt , ſcriptorem hunc in his aliiſque , ad chronologicos calculos aptè reducere. Etenim , ſi Bruſchio credimus, Michelfeldenſe cœnobium* con-
C ſtruxit anno Domini MCXIX , prope Averbacenſe oppidum , ſex ab urbe milliaribus , *ut fuſius deducit in Monaſteriis fol.* 85 *verſo. De Lanckheim vero aſſerit Bucelinus* , conditum fuiſſe MCXXXII , & poſt annos *demum* viginti abſolutum , fundum præbente , & ſtrenue cooperante S. Ottone Bambergenſi : *quæ accepta ſunt ex Bruſchio de monaſteriis pag.* 78 , *qui ad eumdem annum revocat fundationem monaſterii* Fontis ſalutis *vulgo* Heilsbrunn *fol.* 53 *verſo. Iterum repeto , fundationum ordinem à me inveniri prorſus non potuiſſe ; reliqua deſcribo , quæ ſuggerit Bruſchius :* Bantenſis ad Mœnum , inter oppida Lichtenfelſum & Staphelſteinium ſiti (*fundator S. Otto* ;) quod collapſum , anno Domini MCXXVII , denuo inſtauravit. Montis item Monachorum , quod in honorem S. Michaëlis , olim ab Imperatore S. Henrico inchoatum & liberaliſſime donatum ; jam vero Monachorum negligentia & incuria ruinoſum , non ſolum reædificavit , firmavit , ac magnificentiſſimè illuſtravit anno Domini MCXVII , ſed & in eo habitavit. *Vide de his infra vitam quam Sefrido tribuimus num.* 34 *& Ebbonem num.* 29.

68 *Difficultas eſt in anno* MCXVII *à Bruſchio* AUCTORE J. B. S. *ſignato, quo non eſt veroſimile, perfectum fuiſſe cœnobium Montis S. Michaëlis , cum teſte Andrea apud Gretſerum pag.* 200 : Anno Domini MCXVII ; tertio Nonas Januarii , id eſt in octavâ S. Joannis Apoſtoli . . . . . terræ motus factus eſt magnus , quarta feria , luna viceſima ſexta . . . (*de quo fuſius Urſpergenſis ad eumdem hunc annum* MCXVII) . . . quo . . . eccleſiæ noſtræ fabrica , quæ & ante jam longa temporis vetuſtate , ex parte ſciſſa erat . . concuſſa eſt ; & poſt feſta Paſchalia , juſſu pii Ottonis , deſtructa & ſolo adæquata eſt. Hinc jam novi templi ædificatio , quod majori ſe ambitu dilataret , cœpta eſt *&c. Poſt multa vero parerga , ita rurſus Andreas pag.* 205 : Igitur anno Domini MCXXI , Indict. XIV , in Kal. Septembris , dedicatum eſt monaſterium S. Michaëlis archangeli in Monte Babenbergenſi à venerabili Ottone *&c. In anno congruit Ebbo num.* 32, *in die differt tantillum , fallens etiam in Indictione. Ceterum eo anno, vi terminorum , monaſterium dedicatum intelligo , quod quadriennio ante exſtrui cœptum fuerat. Sic vero ſalvatur nota anni* MCXVII *à Bruſchio poſita , ut eo anno inchoata fuerit ædificatio , quemadmodum diſertiſſime exprimit laudatus Andreas. Monaſterium porro , teſte eodem Bruſchio , pag.* 87 , renovatum non tantum , ſed & auctum & ditatum fuiſſe an. MCXXVI, *ſic accipio , ut variis temporibus varia ab Sancto beneficia monaſterio iſti collata fuerint. Quandonam vero dedicatæ ſint duæ baſilicæ , de quibus Ebbo num.* 29 , *non video unde facile eruatur.*

69 *Certum etiam eſt* cathedralem eccleſiam , *Reformatio iſtius monaſterii* *apud Cygneum* , incendio omnino conſumptam , in forma hodierna *à S. Ottone* ſumptibus immenſis de novo exſtructam : *at , ut ſemel dicam , neque hujus fabricæ, neque aliarum , neque ceterarum fundationum aut dotationum, cœnobiis & templis collatarum , certa tempora , utut diligenter & operoſe quæſiverim , licuit reperire ; idque veroſimile , quia ad alios annos ſpectant talium operum exordia , ad alios incrementa eorumque perfectio. Incendium Bambergæ fuiſſe videtur, dum prima miſſione in Pomerania prædicaret* S. Otto, *adeoque ædificatio poſt annum* MCXXV *facta fuerit. Plenæ ſunt vitæ munificentiſſimis donis in Montem Michaëlis collatis , cujus cœnobii ſingulariſſimam curam ſuſcepit , ut explicat ipſe in encyclica*
F *epiſtola , apud Andream Greiſeri lib.* 1, *cap.* 30, *pag.* 198. *Ejus cœnobii reformatio per reſignationem Gumboldi & ſubſtitutionem Wulframi , quam idem Andreas memorat cap.* 29 , *à pag.* 193 , *ſi recte calculos ſubduxit Bucelinus , pertinet ad annum* MCXII ; *epiſtola vero prædicta dari debuit circa annum* MXX , *quandoquidem Imbricus Michelfeldenſis , qui inter alios abbates nominatur, ſolum præfuerit annis duobus , nempe à* MCXIX *ad* MCXXI , *teſte iterum Bucelino. Atque hæc hactenus deducta ſunt , ad illuſtrandas Sefridi & Ebbonis vitas , in iis quæ à* S. Ottone *ante ſuſceptam miſſionem Pomeranicam fere geſta commemorant , paucis ex Andrea decerptis , quæ ad rem noſtram conducere exiſtimavimus.*

quas non ſatis obvium eſt chronologicè ordinare ,

70 *Qui commentarii hujus ope , totam ſanctiſſimi præſulis vitam in rectum ordinem diſponere voluerint , poterunt ii alia hinc inde inſerere , aliunde etiam accepta , quæ hîc digito monſtraſſe ſatis eſt. Elucidanda ſiquidem veniet S. Erminoldi abbatis Pruveningenſis correptio , de qua in Actis* VI *Januarii , pag.* 338 , *num.* 17 , *&* in *aliaque geſta ad annos ſuos utcumque reducuntur.*

AUCTORE J. B. S.

Chronico Hirſaugienſi ad annum MCXIV, *in nova editione pag.* 360. *Item paulo acrior epiſtola Friderici Colonienſis ad* S. Ottonem, *anno, ni fallor,* MCXV *data, videnda apud Gretſerum à pag.* 502; *aliaque id genus monumenta in ea collectione epiſtolarum vel alibi reperienda. Ejuſdem cum Fridericiana argumenti ſunt Adalberti Moguntini litteræ, apud eumdem Gretſerum à pag.* 468, *quibus ſcribendis cauſam dedit, inquit Gretſerus,* conſuetudo S. Ottonis, qui in tanta rerum omnium turbatione, quantum conſequi poterat, publico abſtinens, ſuæ eccleſiæ res curabat. Quod nonnulli, tam Catholicæ, quam ſchiſmaticæ partis ægre ferebant. *Multa in his paſſum Sanctum noſtrum ſatis clare indicat Urſpergenſis ad an.* MCXIV: Natalem Domini Babenberg, cum ſumma magnificentia copioſaque principum multitudine celebrat *Dominus Imperator*, & hoc ſimpliciter, quia virum Dei Ottonem, inibi Epiſcopum, propter quædam jam orientia in regno ſcandala, curiam frequentare renuentem, ex parte ſuſpectum habebat. Ipſe vero tranſitoriis, pro concordia eccleſiaſtica, non parcens, beneficiis indefeſſis animoſitatem Regis gloriosè devicit. *Quantum vero ad Eccleſiæ pacem contulerit annis* MCXXI *&* MCXXII, *ex Urſpergenſi facile eſt colligere. Nunc ad Pomeranicam miſſionem gradum facimus.*

B

§ VIII. Percurritur vitæ reliquum ab anno MCXXIV uſque ad obitum.

Pomeranicam miſſionem ſuſcepit an. 1124

Lorioſi apoſtolatûs Pomeranici circumſtantias varias afferunt auctores vitæ ſcriptoreſque alii, quas non eſt hujus loci examinare; concors omnium ſententia, ſuſceptam ſacram expeditionem an. MCXXIV, *quo diſertiſſime ſignatur ab Urſpergenſi, cujus verba Andreæ Faſchiano inſerta ſunt lib.* 2, *cap.* 12, *pag.* 137. Anno Dominicæ incarnationis MCXXIV, Indict. 2, Caliſto Papa II Romanæ Sedi præſidente, Otto Dei gratia Babenbergenſis eccleſiæ Epiſcopus, divino admonitus inſtinctu, prædicti Apoſtolici auctoritate & aſſenſu roboratus,
C partes Pomeranorum, cum quibuſdam civitatibus terræ Lutitiæ aggreſſus eſt, ut eos ab errore ſuo revocaret, & ad viam veritatis & ad agnitionem filii Dei perduceret *&c. quæ apud Baronium explicata invenies hoc anno à num.* 4. *Rectè aſſerit Urſpergenſis, ſuſceptam miſſionem auctoritate Papæ Calixti II, quod etiam tradit Ebbo num.* 41: Sciens ergo, omnia quæ in domo ſine diſpenſatione patrisfamilias fiunt, nihili eſſe, opus tam arduum nullatenus abſque Romani Pontificis auctoritate prævidit inchoandum. Ideoque miſſis ad Apoſtolicum Calixtum honorabilibus legatis, licentiam euangelizandi Pomeranis impetravit. *Ad eumdem annum ſpectat diploma laudati Papæ Calixti, quo fundationibus jam à Sancto factis conſulitur, exſtatque apud Sefridum num.* 47, *datum Idibus Aprilis Indictione* 2, *quæ ſolius hujus anni nota eſſe poteſt. Nec poſterius, nec multo antiquius fuit ejuſdem Pontificis diploma aliud, poſitum num.* 30, *quod Baronius eodem ipſo anno conſignat: ambo autem id plane evincunt, pium Patrem ad exteros proficiſci noluiſſe, quin prius inchoata operam vicit, non fictæ charitatis officiis, totius in ſe regni benevolum affectum commeruit. Unde compoſitis cauſis ejuſdem conventûs, inſinuat tam Auguſto, quam primatibus univerſis, ſe litteris atque nunciis quampluribus à Duce Poloniæ Polizlao vocatum, inſuper etiam Domini Papæ C. permiſſione atque benedictione directum, ad gentem ſcilicet Pomeranorum, quam nuper idem Dux ſibi finitimam ſubegerat, & ad Chriſtianitatis confugium impulerat. Annuit tota, quæ convenerat, eccleſia; annuit & aula, proſperitatem piis conatibus imprecantes; ſoli Babenbergenſis eccleſiæ filii, patrem dulciſſimum inviti deſerunt, multis cum lacrymis, acſi funus, proſequentes.*

D

72 *Præmiſerat Urſpergenſis, indictum ab Henrico Cæſare imperii principibus,* ad curiam venire Babenberg Non. Maii, *non anno* MCXXIV, *ut ibi & in chronico Hirſaugienſi male ſignatur, ſed veroſimiliter præcedenti, nam Nonis Maii* MCXXIV *jam expeditionem ſuſceperat* S. Otto, *ut ſtatim demonſtrabo:* Factus eſt itaque conventus idem non modicus . . . . quibus ſingulis neceſſarios ſumptus vel ex toto vel ex parte miniſtrabat venerandus Epiſcopus Otto, præter publicum atque conſtitutum antiquitus imperatoriæ majeſtati, quod aulicis etiam importunius exigebatur, ſervitium. Ab ipſis denique Pater idem notabatur, rarius quam ceteri præſules palatium viſitare: ipſe vero monaſteriis conſtituendis & reſtaurandis, eleemoſynis diſpenſandis, orationibus invigilandis, ceteriſque tam practicæ quam theoreticæ ſtudiis inſinuandis, ſeſe maluit occupare. Nec deerant qui id invidiæ cauſa muſſitantes, publicis potius functionibus impendendum judicarent, ſicque Cæſaris animoſitatem contra virum Dei commovere tentarent. Sed quia Dominus cuſtodit omnes diligentes ſe, & vias
E peccatorum diſperdit, iſte rebus tranſitoriis pro tempore non parcens, miro modo, quamvis undique regiones ſtringente penuria, ſufficienter omnibus miniſtrando, bonitate malitiam vicit, non fictæ charitatis officiis, totius in ſe regni benevolum affectum commeruit. Unde compoſitis cauſis ejuſdem conventûs, inſinuat tam Auguſto, quam primatibus univerſis, ſe litteris atque nunciis quampluribus à Duce Poloniæ Polizlao vocatum, inſuper etiam Domini Papæ C. permiſſione atque benedictione directum, ad gentem ſcilicet Pomeranorum, quam nuper idem Dux ſibi finitimam ſubegerat, & ad Chriſtianitatis confugium impulerat. Annuit tota, quæ convenerat, eccleſia; annuit & aula, proſperitatem piis conatibus imprecantes; ſoli Babenbergenſis eccleſiæ filii, patrem dulciſſimum inviti deſerunt, multis cum lacrymis, acſi funus, proſequentes.

(*in quo alicubi corrigendus Urſpergenſis*)

73 *Hæc ad annum* MCXXIV *ſpectare prorſus non poſſe, ſatis oſtendit Urſpergenſis ipſe, dum ſequenti pagina prædictum annum appellat, ea narrans, quæ paragraphi hujus principio retulimus. Clarius id ipſum perſpicies ex die, quo arduo operi dedit principium, ſeu potius, quo eccleſiæ ſuæ valedicens, iter ingreſſus eſt. Illum nobis diſerte ſignavit Sefridus lib.* 2, *num.* 55: Paratis ergo, *inquit,* omnibus, quæ profectioni erant neceſſaria, proxima die poſt feſtum Georgii martyris (*fuit is currente littera Dominicali* E, *Paſcha cadente in* VI *Aprilis, dies jovis, ejuſdem menſis* XXIV) ſalutato clero & populo ſuo, *avulſus eſt: vel ut habet Ebbo num.* 43; Tandem velut ultra non viſurus, valefaciens, Chriſto attentius *ſuos* commendabat, & non ſine lacrymis, paternum amorem teſtantibus, ad locum ſuum remiſit *&c. Si igitur* XXIV *Aprilis anni* MCXXIV *Bamberga diſceſſit ſanctus Pomeranorum Apoſtolus, non potuit Nonis Maii ejuſdem anni habitus eſſe conventus ille Principum, jam ex Urſpergenſi numero ſuperiore deſcriptus, ſed is ad annum prægreſſum ſeu* MCXXIII *certo referendus eſt. Neque vero dubitari à quoquam poſſe video, quin Pomeranorum converſionem*

iter ingreſſus 24 *Aprilis,*

F

A *nem jam dicto anno* MCXXIV *aggressus sit Sanctus noster, quemadmodum recte etiam notavit Bruschius:* Convertit, ut verus Episcopus, fideliter concionando, Pomeranos anno Domini MCXXIV. *Quod etiam probant antiquissimi versiculi à Faschio relati, altera sui operis pagina:*

Anno milleno, centeno bis duodeno.
Otto pius fanis fit Apostolus in Pomeranis.

sedente, non Honorio sed Calixto PP.

74 *Negotium facessere posset laudatus Sefridus, nisi clare patesceret, confusos ab ipso Pontifices Calixtum & Honorium. Ita scribit num.* 45: Jam tempus est, ut in memoriam æternam beati Ottonis pontificis, peregrinationem & laborem ejus stylo fideli prosequamur, qualiter Apostolica auctoritate beati Honorii Papæ, Pomeranicæ genti Apostolus destinatus, prædicaverit, baptizaverit *&c. Rursus num.* 54, *terminis non minus expressis affirmat, susceptum Pomeranicæ gentis apostolatum, auctoritate Papæ Honorii. Verba ejus sunt:* Habito igitur chori & cleri sui consilio, missis ad Apostolicam sedem legatis, pro petenda licentia, benedictione, atque obedientia venerandæ memoriæ Domini Honorii Papæ, huic gravissimæ

B sarcinæ humerum devote applicuit. *Clavum universalis Ecclesiæ tenuit Calixtus II usque ad diem* XIII *Decembris toties dicti anni* MCXXIV, *Sefrido autem teste, jam ostendimus, missionem à* XXIV *Aprilis inchoatam, sunt igitur Calixto II certissime tribuenda, quæ hîc Honorio itidem II perperam adscribuntur. In hoc Sefridum excuso, quod primam missionem cum secunda confuderit, hæc enim postrema in Honorii tempora manifestè incidit, ut infra patebit, cum is summum Pontificatum tenuerit à* XXI *Decembris anni* MCXXIV, *usque ad annum ejus seculi tricesimum.*

inde Bambergam redux 29 Martii 1125,

75 *Menses plusquam undecim durasse primam illam peregrinationem, distincte nos docet Ebbo, qui postquam num.* 59 *ostendit*, pium Ottonem assiduis fratrum ac filiorum suorum legationibus contraire non volentem, cum apud Julinenses hiemasset, circa Purificationem S. Mariæ, accepta ab omnibus licentia, unicam sibi sponsam Bambergensem ecclesiam visitare disposuisse; *num.* 60 *subjungit*: Tandem fines peregrinationis suæ egressus, Michilvelt venit, ubi occurrentibus sibi multis de clero & populo Bambergensi, cœnam Dominicam celebravit: Sabbato sancto Paschæ Turstat adiit,

C sed ea die urbem intrare distulit. Mane ergo primo resurrectionis Dominicæ, Bambergensem ecclesiam geminata excepit lætitia, tam jucunditate Paschalis festi, quam etiam adventu pii Ottonis, illustrata. *Huc usque tenuit prima ad Pomeranos instituta missio, nempe à* XXIV *Aprilis anni* MCXXIV, *ad* XXIX *Martii, qui fuit Resurrectioni Dominicæ sacer anno* MCXXV. *Non potuit clarius & apertius res tota circumscribi; nihilominus hîc filum denuo turbat Sefridus, cum sub finem numeri* 97 *festum Purificationis appellat, dum Sanctus apud Stetinenses adhuc moraretur, de quo in annotatis nostris: & dum numerum suum* 120 *sic concludit:* Itaque juxta propositum suum, ante diem Palmarum ad sedem suam sanctus Otto reversus est. *Scriptorem istum hîc ita explico, ut dicere velit, sanctum Ottonem* ante diem Palmarum *diœcesis suæ fines attigisse.*

absolvendis piis operibus sollicitè intendit.

76 *Triumphalem, ut ita dicam, sanctissimi Præsulis in urbem suam episcopalem regressum, cleri & populi universi exultantis lætitiam, satis nitide describit Ebbo sequenti proxime num.* 61, *miram optimi Patris solicitudinem mox subjungens. Etenim vix domum redierat inclytus Apostolus, cum statim interrupta immensæ charitatis suæ opera resumpsit, de quibus laudatus auctor citato jam numero hæc tradit:* Exinde humanæ vitæ incertam attendens metam, illudque beati Job assidua meditatione revolvens: Nescio quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus; omnia quæ dudum inchoaverat, cœnobiorum & ecclesiarum septa, quantocius consummare accelerabat, ne siquid in his neglectum foret, subtractum de mercede sua postea doleret. *Hinc facillime intelligitur, recte à me superius dictum, prope adynaton esse, annos certos determinare, quibus monasteria illa, templa aut ædificia alia, inchoata aut completa fuerint. Ceterum* pio Præsule, *Ebbonis iterum verba sunt*, in divinis operibus insudante, per invidiam antiqui serpentis, tot animarum incrementa in Pomerania sibi succrescere dolentis, duæ præcipuæ civitates, Julin & Stetin, apostasiam incurrerunt, abjectoque veri Dei cultu, cervices suas dæmonibus & non Deo subdiderunt. *Hæc jam occasio alterius Pomoranicæ missionis, cujus certus annus disquirendus* E *supereſt.*

AUCTORE J. B. S.

Secunda profectio spectare videtur

77 *Sic librum suum tertium orditur Sefridus:* Posthæc triennio domi detentus, post quadriennium, quamvis multis domi teneretur negotiis, ipse tamen amore novellæ coloniæ suæ flagrans, omnibus postpositis, illam revisere adgreditur. *Secundæ hujus Pomeranicæ peregrinationis causas luculentius explicat Ebbo sub finem libri 2 & initium tertii, num.* 70. *ita prosequens.* Igitur electus Dei Pontifex, audiens inimicum bono semini zizania superseminasse, non est passus Stetinenses claudicare in duas partes, Domino & idolis serviendo; sed petita benedictione à Domino Apostolico Honorio & serenissimo rege Lothario (*successerat is Henrico V, anno* MCXXV) barbarorum fines rursum adire disposuit, tam pro apostatis, ad sinum Ecclesiæ revocandis, quam etiam pro alia gente, Uznoym dicta, quæ necdum nomen Christi audiverat, jugo fidei subigenda. Præparatis itaque viæ necessariis pluribus, etiam verbi ministris & cooperatoribus assumptis, in Cœna Domini sacratissima, post confectio- F nem Chrismatis, & missarum solennia, devote peracta; jejunus, ac sandaliis, sicut altari adstiterat, ornatus, elato Crucis vexillo, iter prædicationis arripuit, juxta quod scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, prædicantium bona. Omnibus ergo filiis suis amantissimum patrem cum lacrymis prosequentibus, & prospera ei unanimiter imprecantibus, ipse fide armatus & galea salutis munitus, civitatem inimici impugnare aggressus est.

ad an. 1127, unde redierit 20 Dec.

78 *Quærimus, quo anno instituta sit altera hæc profectio. Dubios nos relinquit Sefridus, dum* triennium & quadriennium *nominat: si enim vel primum sumatur, susceptam oportet secundam hanc missionem anno* MCXXVIII, *quem margini adscripsit Gretserus pag.* 304; *à quo ego nequaquam abhorrerem, nisi Ebbo num.* 105, *miraculum referret, quod in festo Assumptionis B. V. factum sit, cadente in feriam secundam. Audi ejus verba:* Et illi, hesternam, *inquiunt*, Dominicam diem feriavimus, hodie operi manuum intendere volumus. *Clarius Sefridus num.* 185, *& ex eo Andreas Gretserianus pag.* 340, *editio Ja-*

AUCTORE J. B. S.

ſchii pag. 207: Erat autem feria ſecunda. *Atqui feria ſecunda cum feſto Aſſumptionis concurrere non potuit niſi ſub littera Dominicali* B: *hæc autem non habetur niſi anno* MCXXVII: *ergo ſi feria iſta recte notata eſt, non poteſt triennium Sefridi intelligi, niſi ab anno* MCXXIV, *primæ videlicet miſſionis exordio, quamvis pluſculum aliquid manifeſte indicare videatur. Mea quidem nihil intereſt, uter annus præferatur; difficultates propono, ſi forte felicius ab alio ſolvi poſſint. Ceterum ultra annum* MCXXVIII *miſſionem illam ſecundam nemo, quod ſciam, diſtulit; neque de die reditus ulla ſubeſt dubitatio, teſtantibus omnibus, ad eccleſiam ſuam poſtliminio remigraſſe* in vigilia S. Thomæ Apoſtoli, *opinor, eodem ipſo anno* MCXXVII *aut* MCXXVIII. *De reliqua vitæ ſerie nihil memoriæ proditum eſt: in conciliorum collectione Labbeana, tomo* 10 *col.* 988, *dicitur interfuiſſe concilio Moguntino anno* MCXXXI.

Reliqua geſta quod attinet,

79 *Hoc conſtat, quod Sanctus noſter undecim ut minimum annis in ſede ſua ſupervixerit, indeſeſſo labore gregi proſpiciens, pauperes ſuſtentans, templa & cœnobia ædificans, quæ omnia in unum confuſa & contracta ab Actorum ſcriptoribus, ſupra indicavimus. Reperi in Bruſchio de monaſteriis pag.* 86, conſtructam eſſe ab ipſo S. Ottone Epiſcopo Cellam S. Fidis . . . . anno MCXXXVI. *Plurima miſcuit Andreas libro* I, *quæ melius alibi collocata fuiſſent; Sefridus in librum tertium alia rejicit, quæ Pomeranicam miſſionem certe præceſſerunt. Verbo dicam, de Apoſtolica illa prædicatione fusè & latè tractarunt omnes; neque adeo inordinatè: cetera abſque modo & ordine paſſim ita congeſta & compacta ſunt, ut ea ſecernere & in rectam ſeriem dèducere, tantum non impoſſibile videatur. Sic apud Sefridum lib.* 3, *num.* 206 *refertur* S. Ottonis *morbus, qui dedicationem templi S. Michaëlis præceſſit, quod veroſimiliter factum oſtendimus anno* MCXXI, *toto ante triennio, quam in Pomeraniam progrederetur. Contra vero, apud Andream Gretſerianum lib.* I *cap.* 45, 46 *&* 47, *apud Faſchium à cap.* 40, *ea commemorantur, quæ evidentiſſime poſt converſionem Pomeraniæ geſta ſunt, ut Rudolphi OEconomi pia negotiatio, ejuſdem ad Belam Regem Hungariæ legatio, & intruſa illic virginis Sophiæ hiſtoria. Etenim Bela, de quo ibi ſermo eſt, ante annum* MCXXXI *regno non potiebatur. Sic caput* 43 *apud Gretſerum pag.* 214 *& plura alia, nec locis nec temporibus ſuis ſatis recte diviſa ſunt.*

plerumque confuſa ſunt tempora:

80 *Id equidem extra controverſiam pono, ſanctiſſimum Præſulem, ex altera ſua Apoſtolica expeditione reducem, eidem rei potiſſimum intendiſſe, de qua ſuperius meminit Ebbo, nempe,* omnia quæ dudum inchoaverat cœnobiorum & eccleſiarum ſepta, quantocius conſummare acceleraſſe, *& in his procurandis, ampliandis, confirmandis, ſtabiliendis reliquum vitæ impendiſſe. Atque huc revoco bullam Innocentii II, aliis apud Sefridum commixtam, lib.* I, *num.* 32, *qua cœnobiorum ſecuritati & religioſæ diſciplinæ proſpicitur, quæque ante annum* MCXXX *dari omnino non potuit, cum eo anno S. Petri Cathedram primùm conſcenderit Innocentius. Eſt qui ſcribat, interfuiſſe* ſanctum Ottonem *variis comitiis imperii, in quo vix quidquam momenti majoris tractatum fuerit, cui non intervenerit. Id ego interpretor, quantum neceſſitas tulit, & ſic apud Eyſengrein in Chronologia Spirenſi pag.* 204, *ſubſcripſit privilegio ibi recitato anno* IIII, *aliàs enim ab eccleſia ſua & piis, quibus intendebat, operibus, ægerrime avelli ſe paſſus eſt, iiſdem tandem immortuus, ut lege apud Sefridum num.* 207, *apud Ebbonem num.* 110; *quæ, quantum oportuit, ſub finem* § *præcedentis, & hujus principio ex Urſpergenſi attigimus. Annum obitûs indicavit Sefridus, non ſine typographi vitio, ultimis ſuis verbis,* MCXXXIX: *diem ſignat Ebbo;* nocte ergo qua feſtivitas S. Pauli Apoſtoli agitur . . . . hora autem diei prima, pius Otto . . . . cœlo reddidit animam.

ſanctiſſime obiit 30 *Junii* 1239.

81 *Certiſſimam notam addidit Andreas Gretſeri pag.* 352, *dum expreſſe notavit* feriam ſextam *quæ anno prædicto, ſub littera Dominicali* A *cum* XXX *Junii plane coaluit, ut proinde evidenter hallucinentur ii omnes, qui alium diem aut annum obitûs nobis perperam aſſignarunt. Miror ego vehementiſſime, in ipſum, quod Bambergæ ad S. Michaëlis exſtat, Sancti monumentum, errorem irrepſiſſe, ubi* ſanctus Otto anno MCXL, II Kal. Julii obiiſſe *dicitur. Monumentum ipſum infra æri inciſum exhibebitur. Miror, inquam, quam maxime, talia notari potuiſſe in eo cœnobio, ubi antiqua vita à Sefrido ſcripta, ignota eſſe non potuit, uti nec Andreana, ſiquidem mauſoleum Andreâ poſterius fuerit, de quo non facile judicaverim. Ne autem ægre ferant Bambergenſes, me tam illuſtre monumentum quodammodo arrodere, advertant, quæſo, prima inſcriptionis iſtius verba, longius etiam à vero aberrare. Ita ſonant:* Anno Domini MCII, III Idûs Maii ordinatus eſt in Epiſcopum ſanctus Otto. *Nihil magis imperite ſcribi potuit, nam Rupertus,* ſancti Ottonis *in epiſcopatu Bambergenſi prædeceſſor, non obiit ante* XI Julii, MCII, *ut apud Bruſchium alioſque probat Epiſcoporum catalogus: qui igitur, obſecro, ordinari vel conſecrari potuit Epiſcopus* ſanctus Otto, III *Idus Maii ejuſdem anni? Videant quæ in præcedentibus à nobis paulo accuratius diſcuſſa ſunt, ibi invenient ex indubitatis characteriſticis,* ſanctum Ottonem *ordinatum fuiſſe à Paſchale Papa,* III *Idus ſeu* XIII *Maii* MCVI. *Corrigi itaque poterit in his duabus epochis prædicta inſcriptio: ſupereſt ſepultura, implexo etiam modo à ſcriptoribus ſignata.*

veroſimillime ſepultus 3 *Julii.*

82 *Sancti corpus* tumulatum, *ait Sefridus,* tertio Non. Julii, *ſic etiam ſcripſit Andreas Faſchii pag.* 245; *pro quo Andreas Gretſeri pag.* 358 *peſſime legit* tertio Kal. Julii. *At neque* tertio Nonas *mihi placet; ſic enim* V *Julii primo ſepultum fuiſſet ſacrum corpus, ſexto poſt obitum die, quod contra Sefridum ipſum & Andream pugnat, qui* quarto die *factas exequias, habitam orationem funebrem ab Imbricone Herbipolenſi, & corpus in tumulum delatum teſtantur. Lege Sefridi num.* 209: Jam enim per totum triduum dormitionis ejus, dilecti corporis gleba per omnes eccleſias circumferebatur . . . . Quarto die, ubi ad locum tumuli ventum eſt *&c. Ab Ebbone, quod mirêre, lucis nihil haberi poteſt, is enim quaſi ſtudio diem ſepulturæ tacuiſſe videtur, ſolum innuens;* venerabile corpus ejus à religioſis viris curatum & aromatibus conditum, per ſingula monaſteria deportatum, illicque vigiliarum excubiis & miſſarum ſolemniis honoratum. *Siquid conjecturæ indulgere licet, non vereor divinare, illud* tertio Nonas, *æque ac* tertio Kalend. *accipi oportere pro* III die Julii; *at cur hodie* II *die ejuſdem menſis in ſacris faſtis recolatur, hactenus ignoro. Erravit Gretſerus, dum pag.* 412 S. Ottonem III Nonas Julii *in Martyrologio Romano collocatum ſcripſit, nam in omnibus editioni-*

A *tionibus Plantinianis eodem die* VI *Nonas conſtanter ponitur. Plures de hoc argumento hallucinationes collegit Faſchius pag.* 494, *at eas hîc referre nil juverit. Sic ad me ſcripſit laudatus alibi Schugentes* VII *Maii* MDCCXVII : In monaſterio noſtro commemorationem obitus ſancti Ottonis XXX Junii annuatim inviolabiliter fecimus, ac hodiedum facimus.

§ IX. S. Ottonis Canonizatio, memoria in faſtis recentioribus & elogia.

Ad Canonizationis ſolennitatem

Huc uſque de iis quæ à Sancti ortu ad felicem tranſitum aliquo ordine geſta fuiſſe reperiuntur. Eximias ejus virtutes, illuſtria opera, zelum vere Apoſtolicum in prædicanda Pomeranis fide, ſigna & miracula proſequitur Sefridus, quem deſcribit Andreas : at nemo rem eo perduxit, quo eam ab Ebbone deſcriptam videmus à num. 117, *ſed præſertim à num.* 127, *ubi ea proſequitur, quæ ad obtinendam Sancti Canonizationem ab Ottone II Bambergenſi epiſcopo, atque à*

B *Wolframmo itidem ſecundo ejus nominis abbate montis S. Michaëlis, tum in Pomerania, tum repetitis ad Romanos Pontifices legationibus geſta ſunt, quarum is demum optatiſſimus ſucceſſus fuit. Deputati ad ſolennitatem Eyſtettenſis & Marſeburgenſis Præſules anno Dominicæ Incarnationis* MCLXXXIX, *aſſiſtentibus* Duce Bohemiæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Principibus & infinita multitudine . . . . nomen beati Ottonis in canone & in litaniis, in catalogo confeſſorum Chriſti, qui non minus illis laboravit, recenſeri ſanxerunt, & ut jam non anniverſarius ſed natalitius dies celebretur, ex auctoritate Apoſtolica, Eccleſiæ Chriſti per latitudinem mundi diffuſæ præcepe-

deputati Epiſcopi Merſeburg. & Eyſtett.

runt. *Itaque anno ob obitu quinquageſimo, quem multis jubilæo confert Ebbonis oratio, elevatum & tranſlatum eſt ſacrum corpus* pridie Kal. Octobris, quo die feſtum ejus celebratur, *inquit Surius. Apud Gretſerum pag.* 375 : Anno igitur Domini MCLXXXIX, II Kal. Octobr. in

C die S. Hieronymi tranſlatus eſt ſanctus Otto, ut pluribus infra. *Pro hoc tempore laudatus ſupra Schugentes teſtatur*, in maxima veneratione & ſolennitate haberi ejus feſtum tranſlationis XXX Septembris, quod per totam diœceſim feriatur, quo die milleni homines, tum hujates, tum externi, ſepulcrum Sancti viſitant, & vinum in Divi nomine ſacratum, è phiala ſive vaſe argenteo ſupradicto expotant, ita ut vix integer etiam dies, pro devota hac ſiti ſedanda ſufficere valeat. *Addere poterat, veram iſtam apud Bambergenſes S.* Ottonis *feſtivitatem eſſe, utpote quæ ſola in Breviario ponitur, ut dicetur paragrapho ſequenti.*

84 *Non eſt is verus dies Canonizationis, ſed elevationis, quæ bullas Pontificias conſecuta eſt. Primam refert Baronius ad annum jam præcitatum num.* 13, *quæ & apud Gretſerum exſtat, cui hic alteram adjunxit pag.* 374, *repertam in codice quodam bibliothecæ Bavaricæ. Utriuſque copiam hic facio, ex prædicta Gretſeri editione.*

per breve Clement. III PP.

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus E. Merſeburgenſi & O. Eiſtettenſi Epiſcopis, & dilectis filiis S. Emmerammi Ratiſponenſi & Schuuartzenſi abbatibus, Decano & Scholaſtico Wirtziburgenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam Apoſtolatus noſtri, ex quarumdam ſerie litterarum & relatione multorum pervenit, quod divina potentia, per merita & interventum beati Ottonis, qui Babenbergenſis fuit Epiſcopus, multam eſt operata ſalutem, præcipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apoſtolica Sede tranſmiſſus ; & in ea compluribus miraculis donavit illi Dominus coruſcare. Quoniam igitur, juxta divinæ Scripturæ teſtimonium, lucerna non ſub modio, [ſed] ſupra candelabrum eſt ponenda ; diſtrictioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita ipſius & miraculis diligentius inquiratis, quæ nobis fuerunt per multorum litteras indicata. Et ſi non inveneritis aliquid, quod obſiſtat ; ipſum canoniſatum, auctoritate freti Apoſtolica, ſolenniter & publicè nuncietis ; anniverſarium diem ſui tranſitus facientes, & publicè nunciantes ad honorem Dei, & ipſius beati viri memoriam ſolennem haberi. Datum Laterani III Kal. Maii, pontificatûs noſtri anno ſecundo. *Hactenus bulla iſta, quæ non tam vera Canonizatio, quam Canonizationis inſtituendæ mandatum dici poſſit : nomina duorum Epiſcoporum habes in Ebbone noſtro num.* 133. *Altera ad Bambergenſes ipſos dirigitur in hæc verba.* AUCTORE J. B. S.

E

qui Bambergenſes de eadem re admonuit,

85 Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Ottoni Epiſcopo, & dilectis filiis canonicis & univerſo clero & populo Babenbergenſi Montis S. Michaëlis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Sedi Apoſtolicæ referuntur ea, quæ ad ſalutem pertinent animarum & devotionem cleri & populi, manifeſtis indiciis reſpicere comprobantur, ea, ſicut convenit, libenter audimus, & ut debeant in Domino promoveri, favorem, ut expedit, impertimur Apoſtolicum & aſſenſum. Hinc eſt, quod cum ad audientiam Apoſtolatus noſtri, quarumdam ſerie litterarum & multorum relatione pervenerit, quod divina potentia, per miracula & interventum B. Ottonis, qui Babenbergenſis fuit Epiſcopus, ſit multorum operata ſalutem, præcipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apoſtolica ſede tranſmiſſus : in qua donavit illi Dominus Deus compluribus miraculis coruſcare. His gratanter auditis, & pro tantis beneficiis omnipotenti Domino gratiarum actionibus exſolutis, veſtris piis deſideriis, ad

F laudem Dei, ſatisfacere cupientes, Venerabilibus fratribus noſtris Merſeburgenſi & Eiſtettenſi Epiſcopis, & dilectis filiis S. Emmerami Ratiſponenſi & Schuuartzenſi abbatibus, Decano & Scholaſtico Wirtzeburgenſi dedimus in mandatis, quatenus de vita ipſius & miraculis diligenter inquirant, quæ nobis fuerunt per multorum litteras indicata. Et ſi non fuerit inventum aliquid, quod obſiſtat, ipſum canonizatum prædictæ perſonæ debeant ſolenniter & publice, auctoritate freti Apoſtolica, nunciare, anniverſarium diem ſui tranſitus facientes, & publicè nunciantes ad honorem Dei, & ipſius beati viri memoriam ſolennem haberi. Datum Laterani Kal. Maii, pontificatûs noſtri anno ſecundo.

omnia peregerunt an 1189 *& abſolverunt* 30 *Septembr.*

86 *Hæ bullæ vel earum alterutra, aliquos induxit, ut inſtitutam* XXXIX *Aprilis* ſancti Ottonis *Canonizationem ſcriberent, quos ſecutus noſter Antonius Balinghemius, ad eum diem ita legit :*

S. Otto

AUCTORE J. B. S.

S. Otto anno 1189 à Clemente III refertur inter Sanctos, *quo die & in prætermiſſis de eo actum eſt tomo* III, *pag.* 612. *Verumtamen non ſatis propriè & in rigore ab ipſo & ab aliis id intellectum oportuit, cum ex relatis inſtrumentis manifeſtè pateat, præcedere debuiſſe, deputatorum Epiſcoporum aliorumque* de vita S. Ottonis, & miraculis *diligentem inquiſitionem, priuſquam* prædictæ magnæ perſonæ *Sanctum, ut* Canonizatum ſolenniter & publicè, auctoritate freti Apoſtolicâ, nunciare *potuerint; quibus rite exequendis menſes ut minimum tres inſumptos exiſtimo; tum vero ad actum ſolennem proceſſum eſſe, coram univerſa Cæſarea curiâ; quæ Herbipoli convenerat* in feſto ſancti Laurentii, *uti habet noſter Ebbo num.* 134. *Tum vero ad ſacri corporis è prima ſepultura elevationem, tranſlationem & publicæ venerationi Catholico tunc more expoſitionem, quæ ſub finem Septembris ejuſdem anni peracta ſunt. Et ſic rectè pag.* 375 *ſubjungit laudatus ſupra Gretſerus:* Anno igitur Domini MCLXXXIX, 11 Kal. Octobris, in die S. Hieronymi tranſlatus eſt S. Otto, Deo dignus Epiſcopus Babenbergenſis & Pomeranorum
B Apoſtolus, præſidente adhuc in ſede Babenbergenſi Ottone Largo, 11 *ejus nominis.*

In addit. Uſuardinis variis diebus refertur,

87 *Atque hæc pro legitima* S. Ottonis *publicaque veneratione abundantiſſimè ſufficiunt, neque à Martyrologiis accerſenda auctoritas, cum ferme in ſolis Uſuardinis auctariis, non valde antiquis, notus ſit. In noſtra Uſuardi editione hæc ex Lubeco-Col. habentur* XXX *Junii, quo vere obiit:* Eodem die, S. Ottonis Epiſcopi Babenbergenſis & confeſſoris; *vel ut in Greveno:* Ottonis Epiſcopi Babenbergenſis & confeſſoris: *qui hoc die* 11 *Julii legit:* Ottonis Epiſcopi & confeſſoris, ſecundum alios prid. Kal. Julii. *Molanus ad eumdem diem:* Ottonis Epiſcopi & confeſſoris depoſitio in Bamberga. *Non eſt iſte verus depoſitionis dies, ut ſupra oſtendimus, at ſic hodie invaluit. Alia* S. Ottonis *memoria fit in dicta edit. Lubeco-Col. ad* XXX *Septembris, diem nimirum quo corpus elevatum & tranſlatum eſt:* In Babenberga, tranſlatio S. Ottonis Epiſcopi & confeſſoris. *Sic habet etiam Grevenus, quem deſcripſit Molanus in prima ſua editione; in aliis mutatur textus:* Babenberga, ſancti Ottonis Epiſcopi & confeſſoris, qui convertit Pomeranos. *Pro* 1 *Octobris, reperio ſolum codicem Hagenoyenſem, in quo Sanctorum*
C *nomina ſæpe tranſpoſita ſunt:* In Babenberg, ſancti Ottonis Epiſcopi & confeſſoris. *In eccleſia Caminenſi in Pomerania, ſic olim cultum fuiſſe, § ſequenti oſtendam. Apud Balinghemium elogium hoc die habetur, quo* S. Otto *inter alia,* ab infantia divæ Virgini à parentibus conſecratus *dicitur; plura ibi videat curioſus lector: & in Kalendario Benedictino inſcriptam S. Ottonis* ordinationem XIII *Maii.*

uti & in aliis recentioribus.

88 *Aliis Martyrologiis recentioribus enumerandis multam operam non ſumemus. Germanicum Caniſii hoc die ſic paucis:* Bambergæ, depoſitio ſancti Epiſcopi & confeſſoris Ottonis, qui etiam XXX Junii poſitus eſt. *At vero* XXX *Septembris longiori eum ornat encomio, ex Actis contracto, quem longe ſuperat Bucelinus hoc die, nihil veritus aſſerere, quod* abdicato honore, quietem in cucullo quærens, cucullum in monte S. Michaëlis inhiantiſſime exambiens, monachus adlectus *ſit; atque item alia, quæ ego ſolâ ejus auctoritate venditare non auſim. Tum* XXX *Septembris brevius rem tractans;* hac autem die, *inquit,* qua Chriſti anno MCLXXXIX ſa- D
crum ejus corpus tranſlatum eſt, feſtum ejus præcipuè celebratur. *Neque Sanctum Menardus præteriit, deſcripto textu Martyrologii Romani. Satis nitidum eſt Galeſinii elogium:* Babembergæ, S. Ottonis Epiſcopi. Hic nobili ſtirpe natus, à parentibus ad veram pietatem eruditus, pervagata illius ſanctitatis in omnes partes fama, Babembergæ Epiſcopus creatus eſt, quo in munere ſe religiosè perpetuo geſſit. Ob divinas ejus virtutes in Pomeraniam accerſitus, ab impuris ſuperſtitionibus ad Euangelium Pomeranos perduxit, tres illius regionis principes baptizavit; idola evertit; aliaque geſſit, quorum meritis cumulatus, æterna perfruitur gloria. *Eadem repetit, phraſi tantillum mutatâ, ad* XXX *Septembris, nulla tranſlationis facta mentione. Poſtrema ſint Romani Martyrologii verba:* Bambergæ, S. Ottonis Epiſcopi, qui Pomeranis Euangelium prædicans, eoſdem ad fidem convertit. *Hæc in Martyrologiis.*

Ex plurimis ſeliguntur elogia Helmoldi;

89 *Jam vero ſcriptorum de* S. Ottone *encomia colligere nimis longum foret, panca de multis antiquiora recenſebimus, locis deinde indicatis, ubi alia reperiri poſſint. Proximus ætate Sancto fuit Helmoldus presbyter Boſovienſis, qui Chronicam ſuam Slavorum ad annum* MCLXVIII *perduxit. Hic lib.* 1, *cap.* 40, *num.* 10 *editionis Bangerti pag.* 99, *ſic de Sancto noſtro loquitur:* Nec tamen prætereundum reor, quod in diebus illis, *Henrici junioris,* claruit vir inſignis ſanctitate Otto Bavenbergenſis Epiſcopus, qui invitante pariter & adjuvante Bolizlao Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Odoram & Poloniam; prædicavitque barbaris verbum Dei, Deo cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis; omnemque gentem illam, cum principe eorum Wercezlao convertit ad Dominum, permanetque fructificatio divinæ laudis illic uſque ad hodiernum diem. *Hactenus Helmoldus. Porro aliorum ſcriptorum ſeriem bene longam invenies apud Faſchium à pag.* 456, *qui omnes in* ſancti Ottonis *laudem excurrunt; verum cum plerique ex Actis ipſis ſua deſumpſerint, aut præcipuum & prope unicum fontem ſequantur, ſæpe à nobis laudatum Conradum abbatem Urſpergenſem, nihil ex antedictis hîc repetendum cenſui. Quæ habet iſte, & ex eo alii, de Catechumenorum inſtitutione, à* S. Ottone *facta, malo in Actis ipſis curioſius lector inveniat.* F

Grantzii,

90 *Inter plura Crantzii loca, quæ adducit Faſchius, unum adfero, ex quo de reliquis feras judicium, ſic refert pag.* 458: Circa hæc quoque tempora (quibus Henricus rex quintus ejus nominis, dejecto patre, regnum occupavit) claruit vir ſanctitate præcipua Otto Bambergenſis Epiſcopus, qui invitante pariter & adjuvante Boliſlao Polono, adiit peregrinationem ad gentem Wandalorum, qui dicuntur Pomerani, prædicavitque barbaris verbum Dei, omnemque gentem illam, cum principe ſuo Wartiſlao, convertit ad Dominum, quod in Wandalia expoſuimus. *Item ex loco altero ejuſdem Crantzii, ubi Sancti reditum ex Pomeranica miſſione lib.* 5 *Saxoniæ cap.* 45 *deſcribit:* Quo tempore (anno ſcilicet MCXXIV) Bambergenſis Epiſcopus ex ſua peregrinatione reverſus, gaudium Paſchale duplicavit, quod & ſuam præſentiam deſideratiſſimis civibus Paſtor bonus exhiberet, & magno cum fœnore

A nore lucratis tot Christo animabus, felix pater de tot filiis tripudiabat. Urbium nomina in quibus prædicaverat fidemque seminaverat, populo baptizato & Dominicis præceptis instituto, hæc sunt: Poritz, Stetin, Wolin, Camin, Colberg, Belgrat, Lubin, Gresb. *Vide ibi citatos plurimos, qui verosimiliter nec nova alia, nec illustriora recensebunt.*

poëticum ex Faschio: 91 *Apud eumdem Faschium carmen reperio pag.* 459, *quod Caminensium in Pomerania Episcoporum nomina complectitur, in honorem Casimiri Episcopi recitatum, die* XXVI *Octobris anno* MCLXXIV, S. Ottonis *gloriam satis celebrans, dum ei totius Pomeranicæ gentis conversionem, & episcopatus initia adscribit. Ita ibi canit poëta:*

Divus Otho Christum docuit quo tempore verbum,
In Pomeranorum, numine dante, plagis,
Tunc Pomeranorum Wartslaus nomine primus,
Consilium sequitur, Christe benigne, tuum.
Namque sacræ ductus pietatis amore, Julino
Templa cathedralis sedis in urbe locat.
Filius illius quæ transtulit inde Caminum,
B Bughslaus, patris post pia fata sui.
Ac ubi permagnum fructum fecisset Othonis
In Pomeranorum concio crebra locis,
Bambergam repetit, populos littusque relinquens
Quod quatit horrisono Baltica nympha mari.
Albertus fit in his tunc primus Episcopus oris
Qui comes ante pii fidus Othonis erat. *&c.*

item ex diplomate Barnimi Ducis 92 *Refert etiam jam toties dictus Faschius à pag.* 450, *diploma aliquod Barnimi, qui Stetini, Pomeraniæ &c. Dux erat, datum in monasterio Colbacensi anno* MCCCXLIII, *quo notum facit, quod de bonis sibi à Deo collatis, cultum sui sanctissimi nominis cupiens ampliare, ad laudem & gloriam ejusdem Dei omnipotentis, ipsius matris Mariæ Virginis gloriosæ*, ac sanctissimi confessoris beati Ottonis Episcopi, qui progenitores nostros totumque ducatum ad rectam Christi fidem & ad Catholicam convertit veritatem . . . . . *dederit, tradiderit, obtulerit &c. Tum vero enumeratis bonis, quæ monasterio Colbacensi confert, subjungit* servitia *quæ à monachis fieri desiderat. Ac primum quidem in festo nativitatis Christi, secundum in cœna Domini, tertium in*
C *festo Ascensionis ejusdem, quartum in Assumptione beatæ Mariæ Virginis, quintum* in die beati Ottonis Episcopi & confessoris, in quo debet specialis & propria de ipso servari historia, & in summa missa Alleluya, Filiæ Sion lætamini & exultate in Domino decantari, per totam ipsius octavam, tam in Vesperis quam in Matutinis de eo commemoratio specialis haberi. *Bruschius de Monasteriis pag.* 90, *agens de* XXV *abbate Montis monachorum Walthero, ita scribit:* Habuit valde beneficum Barnimum, Pomeraniæ, Stettinii, Sclavorum & Cassubiorum Ducem, anno MCCCXLVI.

& ex chronico Hirsaugiensi. 93 *Postremum sit elogium Trithemii in Chronico Hirsaugiensi, postremæ editionis, typis Sangallensibus* MDCXC, *quod male refertur ad annum* MCXL, *quasi eo anno mortalitatem exuerit sanctissimus Episcopus, cum supra ex disertis Sefridi verbis & feria sexta cum* XXX *Junii concurrente, ostenderimus, verum obitûs annum fuisse* MCXXXIX. *Hac cautione præmissa textum chronici reddimus:* Hoc ipso anno sanctus Otto Bambergensis Episcopus mortuus est, anno pontificatûs sui octavo atque tricesimo, & in ecclesia S. Michaëlis archangeli, quam multum amavit, coluit, & vivus sublimavit, in Monte monachorum, ante summum altare sepultus est. Qui mox infinitis coruscare miraculis cœpit, ob quorum testimonium, catalogo Sanctorum meruit inscribi. Vir certe sempiterna memoria dignus, qui multa pro Dei honore bona fecit; monasteria nova construxit, antiqua pulchra * simul & ecclesias magnificè reparavit. Et quod majus est omnibus, Pomeranos & Stetinenses idololatras, cum multitudine paganorum, ad agnitionem veritatis convertit. AUCTORE J. B. S. * *forte plura*

§ X. Perpetuus S. Ottonis cultus ex officiis ecclesiasticis.

Officium ecclesiasticum recentius, PErpetuum S. Ottonis *cultum & in hanc usque diem perseverantem, probant argumenta omnia eò adduci solita, quæ in vitis fuse memorantur miracula, quæque tribus hisce ultimis paragraphis deducam. Primum sit officium ecclesiasticum, quod ad me Bamberga transmissum, non alibi quam apud Montem monachorum in usu esse, ex clarissimi Schugentii litteris satis colligo. Non satis novi, quando compositum fuerit, saltem quo tempore intrusa sint lectiones: verum cum* sancti Ottonis *patrem faciat Bertholdum Andechsanum, seculo* XV *posterius esse, credere omnino compellor. Antiquiora sunt & Sancto plane propria officia, quæ nobis suggerunt Breviaria ecclesiarum Bambergensis & Caminensis, de quibus infra. Aliud continuati cultus indubitatum indicium est, veneratio sacris reliquiis delata, quæ quanta sit apud Bambergenses finitimosque populos manifeste demonstravitur. Monumenta accepta refero laudato sæpius Schugentio, ex cujus propria delineatione, ut est illius etiam artis peritus, præcipua duo in æs incisa repræsentanda censui, omissis aliis, pro pictoris arbitrio, referentibus vitam, quam eruditi in Sefridi & Ebbonis Actis elegantius & verius adumbratam invenient. Sic de illis Schugentius:* Imagines, quæ ex arte delineatæ, æri incidi possent, sunt ex utraque parte sepulcri ad parietes templi appensæ tabulis ligneis numero XXVI, quæ vitam & miracula S. Ottonis, artificioso penicillo depictas exhibent *Hæc indicasse sufficiat; jam ab officii ecclesiastici lectionibus, prout illæ in* E *Monte monachorum in usu sunt, exordiamur.* F

in quo primum referuntur gesta ante episcopatum, 95 *Titulum præfigit Schugentius: Ex officio canonico de obitu S.* Ottonis, XXX *Junii, lectiones* II *Nocturni. Lect.* I. Sanctus Otto, patre Berchtoldo ab Andechs, matre Sophia ab Amerthal comitibus natus, Fridericum uterinum habuit fratrem. Parentes quidem consanguinitate reges ducesque attingebant, at opibus non valebant. Quod S. Otto attendens, cum ad annorum maturitatem pervenisset, atque litterarum humaniorum curriculum perfeciisset, peregre in Poloniam abiit: ibi ignotus, latinæ linguæ gnarus, eadem pueros erudiendos suscepit. Ab elegantia morum corporisque forma præstante, in amorem omnium devenit, ac Duci ipsi Poloniæ gratissimus effectus, ab eodem ad Imperatorem Henricum IV, in arduis negotiis missus est. Imperatori mox ita placuit, ut eum in aulicorum suorum adsciisceret numerum: paulo post Cancellario ad episcopatum promoto, ipse S. Otto sufficitur. Quo munere dum fungere-

AUCTORE J. B. S.

tur, oblatos duos episcopatus, Augustanum & Alberstadiensem renuit, tandem Bambergensem, urgente Imperatore ipsomet, vix ægrè acceptavit.

tum in episcopatu,

96 *Lect.* II. Sciens autem, quid mali sub investitura episcopatuum à manu Imperatoris latitaret; ad summum Pontificem Paschalem II se confert; atque ab eodem denuo episcopatu investitur, & in feriis Pentecostes in Episcopum, Anagniæ initiatur. Quo munere cum fidelissime ab anno Christi millesimo centesimo secundo functus esset, dum basilicam Bambergensem igni vastatam restauraslet, monasteria plurima de novo erexisset ac dotasset; collapsa multa, aut inclinantia erexisset; prædia, fundos, castra, villas, & quidquid demum ad diœceseos amplificationem spectaret, ubertim procurasset; pro Christi amore & animarum salute, Pomeranos adit, & ad Christi fidem, ut verus apostolus, multa tolerans, convertit.

demum in obitu.

97 *Lect.* III. At cum jam in toto imperio spectatus, ob multiplicem curam, senio confectus & laboribus exhaustus esset, anno ætatis septuagesimo, episcopatus trigesimo

B septimo, ad finem Junii in gravissimum morbum, id est sanguinis profluvium incidit, quem patienter cum gratiarum actione sustinuit: at interim hinc peregrinaturus, sacro se viatico & sacri olei unctione muniit; & rebus omnibus coram Egilberto Cathedralis ecclesiæ Decano, abbatibus & aliis summatibus, quibus specialiter monasterium in monte S. Michaëlis, quod quà ædificia, quà disciplinam monasticam, velut alter fundator erexerat, ceu viscera sua tuendum mandavit, atque ibidem sepeliri petivit: [omnibus] rite dispositis, feria sexta, qua sancti Pauli commemoratio agebatur, inter orantium & lacrymantium gemitus spiritum Deo reddidit. Corpus in prædicto Monte coram altari summo, cum decenti pompa terræ mandatur; ubi quotidie, quantopere non solum Deo placuerit, sed & quam non Montem saltem [*leg.* solum] sed & totam diœcesim dilexerit, posthumis circa ægrotos declarat beneficiis & miraculis. *Huc usque lectiones à Schugentio submissæ.*

C *Officia vetustiora Bambergense & Caminense*

98 *Verum longe magis placent, quæ in antiquis Breviariis exstant, ex Sefridi & Ebbonis Actis desumptæ. Reperi in Museo nostro Bambergense Breviarium, eleganti charactere Romano Dilingæ editum, duobus tomis in* 8, *anno* MDLXXV; *ast multo vetustius est, litteris theutonicis excusum Basileæ* MDXXI *ad usum ecclesiæ Caminensis in Pomerania, tomo unico in eadem forma, haud dubie ex antiquiori aliquo Bambergensi acceptum; illud ponitur* XXX *Septembris, hoc* I *Octobris, ne impediatur officium S. Hieronymi. Conveniunt ambo, quod* S. Ottonis *festum recolant cum octava: conveniunt item in peculiaribus Antiphonis, Capitulis, Responsoriis &c. atque in ea oratione, quæ in Bambergensi primo loco refertur. Potissima differentia in eo consistit, quod sex lectiones Bambergenses ex Sefrido Canisii, Caminenses ex nostro Ebbone verbotenus concinnatæ sint; & hîc quidem ita, ut ad calcem officii adjungatur longior historica series, quæ per totam octavam commode deducatur, ubi in Bambergensi per singulos dies distributæ sunt. Eas lectiones describere, supervacaneum omnino existimo, cum in ipsis vitis proxime secuturis ad verbum recitentur, ut satius multo visum fuerit, ea dumtaxat in eruditorum gratiam colligere, quæ alibi reperiri non possunt. Sequar editionem Dilinganam, cujus totum officium tunc temporis in Cathedrali Bambergensi usitatum fuit.* D

impressa sec. lo XVI,

99 *Incipiuntur Vesperæ de* sancto Ottone *Episcopo, cum responsorio.* Æstuans igne divino, venerandus præsul Otto, divini operis fructum propensius exequitur, monasteria construens, & Sanctorum gregem pascens. ℣. Jocundus homo qui misereturr & commodat. Et Sanctorum. Amavit eum Dominus. *Super Magnificat, Antiph.* Gloria Sanctorum, Jesu, spes, vita tuorum, cujus suffulta gratia, gaudet beata anima, pii præsulis Ottonis, æternis ditata bonis; annue votis supplicum, pastorem venerantium, ô summe Princeps pastorum. *Sequitur oratio:* Deus, cujus virtute beatus Otto confessor tuus & pontifex, ad solidandas in fide gentes incredulas, rapidi fluminis cursum prece restrinxit, concede propitius: ut qui doctor factus est infidelium populorum, pro nobis pius intercessor efficiatur ad Dominum. *Ad nunc dimittis, Antiph.* Beati præsulis bona in Domino stabilita, fructu eleemosynarum, divinum roborant cultum in Ecclesia Sanctorum. *Deest hæc antiphona in Caminensi, uti & sequens oratio:* Deus qui multitudinem E populorum beati Ottonis confessoris tui atque pontificis instantia, ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es, concede propitius: ut pro nobis pius interceſſor existat, qui tui nominis devotus exstitit prædicator.

in quibus

100 *Ad Matutinum, invitatorium:* Vigiles in laudibus Domino exultemus. Qui pium patrem Ottonem suam duxit in requiem. *Psal.* Venite exultemus. *In primo Nocturno Antiph.* 1. Ex nobili prosapia, genuit felix Suevia, Ottonem Dei gratia, quem nutrit ab infantia. *Antiph.* 2. Hic ad exemplum Sanctorum, facies animalium imitatur cælestium, assumens pennas virtutum. *Antiph.* 3. Spernens mundi vanitatem, per fidem, spem & charitatem, jugiter crevit in Deum, summam sperans præmiorum. *Incipiunt lectiones à vitæ principio:* Semper honorandæ *&c. Resp.* Claris ortus natalibus Otto, præsul venerandus, religiosis actibus ornare studuit suæ nobilitatis lineam ℣. Gratia Christi præventus, divinis rebus intentus. Ornare studuit. *Post* 2 *lect. Resp.* Religiosus & pius puer, gravitate morum crescens in virum perfectum, profectum [*leg.* profectu] virtutum, scandit altum præsulatus gradum ℣. Non sibi sumit honorem, sed vocatus à Deo tamquam Aaron. Scandit altum. *Post.* 3 *lect. Resp.* Bonus pastor in populo, & cælestia commoda & terrena stipendia, suis præbuit ovibus. ℣. Fidelis & prudens dispensator Domini, tritici mensuram. Suis præbuit ovibus.

propria sunt ferme omnia

101 *In* II. *Nocturno, Antiph.* 1. Amator religionis, maximis virtutum donis, cælitus erat ditatus, Deo in omnibus gratus. *Antiph.* 2. Ordine promotus sacro, venerabilis Otto, ut gemma fulsit in clero, omnem transcendens gratiam. *Antiph.* 3. Christum diligens ardenter, miseretur hilariter & tribuit simpliciter, quæ in terris possideret. ℣. Justum deduxit Dominus. *Post lect.* 4 *Resp.* Flagrans divini amoris igne vir venerabilis, verbo prædicationis. Infudit lumen fidei idololatræ nationi. ℣. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Infudit lumen fidei. *Post lect.* 5 *Resp.* Sacerdos apo-

stoli-

A ſtolicus, præclarum virtutis opus inter gentes operatus. Ædes profanas deſtruxit & eccleſias conſtruxit. ℣. Quoniam immolaverunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant. Ædes profanas. *Poſt lect. 6, Reſp.* Favente Chriſti gratia, doctor prima hæc ſpolia, tulit de idolatria, tria hominum millia. Quæ convertit ad Dominum. ℣. Adduntur his multo plura Pomeranorum millia. Quæ convertit ad Dominum.

ad Matutinum, 102 *In* III *Nocturno*, 1 *Antiph.* A Domino præelectus, ſublimatur vir beatus, in ſede pontificatus, Deo dignus Epiſcopus. 2 *Antiph.* Cœnobiorum fundator, ſacri cultus propagator, eccleſiis quas conſtruxit, prædia largè tribuit. 3 *Antiph.* Fungitur apoſtolico vir beatus officio, cum Paulo ad gentes miſſus, gentium fit Apoſtolus. ℣. Juſtus ut palma. *Lectiones de Euangelio*; Sint lumbi veſtri præcincti. *Reſp.* 1. Furens gentilium turba in necem Sancti armatur, ſed manus omnipotentis brachia eorum ligat. Ne ſervum Chriſti læderent. ℣. Irruit ſuper eos formi-
B do & pavor, in magnitudine brachii tui, Domine. Ne. *Reſp.* 2. Quidam ab hoſtibus captus, & in vincula conjectus, ſancti Præſulis per viſum, expertus beneficium, vinculis & carcere liber. Cum multis credit in Chriſtum. ℣. Annuntians in gentibus magnalia Dei, qui eſt mirabilis in Sanctis ejus. Cum multis. ℣. O beatum pontificem, Apoſtolorum concivem, qui ſuo erat tempore, lux & decus Eccleſiæ. Nunc lætus vivit cum Chriſto, in Sanctorum collegio. ℣. Bonum certamen certavit, curſum conſummavit, fidem ſervavit. Nunc lætus. *Te Deum laudamus.*

ad Laudes &c. 103 *Ante laudes.* Juſtum deduxit. *Ad Laudes.* 1 *Antiph.* Ad opus Dei ſtrenuus, pius Otto Epiſcopus, eccleſias, quas fundavit, bonis plurimis ditavit. 2 *Antiph.* Ecce floret ut lilium ſacerdotium, cujus pia memoria permanebit in ſecula. 3 *Antiph.* Lucet verbo & exemplo, præſul venerandus Otto, cujus prædicatione fructus crevit Eccleſiæ. 4 *Antiph.* Almi patris induſtria, multa dedit incrementa Eccleſiæ catholicæ, gentium converſione. 5 *Antiph.* O Chriſte, Ottonis decus, hoc laus tua, tu illius; cui cum Sanctis perpetuâ das
C perfrui lætitiâ. *Cap.* Ecce Sacerdos. ℣. Magna eſt gloria. *Super Benedictus. Antiph.* Quaſi ſtella matutina in hujus mundi tenebris virtutum lucet exemplis, vita tanti pontificis, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. *Oratio.* Deus cujus virtute *&c. In ſecundis Veſperis Reſp.* O magnum & memorandum, ô verè beatum virum, cujus tantâ induſtriâ, ſancta crevit Eccleſia. Qui Chriſto Domino novam lucratus eſt familiam. ℣. Operibus manuum ejus benedixit Dominus. Qui. *Super Magnificat. Antiph.* O pietas Salvatoris, per omnia laudabilis, qui famulum ſuum vere vivere monſtrat apud ſe, cujus illuſtrat tumulum gratia curationum. *Ita antiqua Breviaria quæ commentario non indigent. Reſponſorium ad Veſperas tunc in uſu fuiſſe, ſatis liquet, cui modo reſpondet noſtrum Capitulum.*

Rhythmus Faſchii, 104 *Parabam hîc ſubnectere* commendationem pii Ottonis Babenbergenſis Epiſcopi ac Pomeranorum Apoſtoli, & de geſtis ejus, *ut vocat Faſchius pag. 236. Rhythmus is eſt leoninus ſtropharum quatuor & triginta, qui prima fronte alicujus pretii videatur; verum accurate*

perpenſis omnibus, ſolas cœnobiorum fundationes reperi, quas Sefridus libro primo diligentius enumeravit, ut proinde tota illa commendatio nihil novi doceat, nec eam preferat elegantiam, ut hoc loco attexi mereatur. Principio ſupernam Jeruſalem invocat poëta, ubi inter alia ſic canit: Qui virtutum profectibus, aſcendunt quaſi per gradus, ad te ſancta Jeruſalem, omnium credentium matrem; *quæ & reliqua omnia conſonantiam non habent, niſi accentus ponatur in ultima ſyllaba. Tum Sanctorum ordines percurrit,* ſanctum Ottonem *ſingulis aggregans. Deinde, ut ad cœnobia dilabatur, ſic pergit:* Ex filiis tuis multos habet hic præſul patronos, ſub quorum patrocinio ſtruxit eccleſias Chriſto. Dat primitias votorum, tibi, Laurenti, ſuorum Otto præſul eccleſiæ in Vraugia conſtructæ: & tibi, ſancte Georgi *&c. Ex quibus abunde intelligas, nec rei ſubſtantiam nec verſificationem tanti eſſe, ut imperiti poëta cogitata deſcribantur.* AUCTORE J. B. S.

105 *Sic idem Faſchius à pag. 256 producit antiquum officium de* ſancto Ottone *ex codice Ms. bibliothecæ, quæ fuerit olim Benedicti Epiſcopi Caminenſis, ex eodem codice, in quo vitam* S. Ottonis, *Benedicto iſti dicatam, reperit. Aſt hoc etiam præter hymnum & ſequentiam, ut vocant, ad Miſſam, nihil magnopere tradit, quod à nobis hoc paragrapho deſcriptum non ſit ex ſecuriori fonte, atque adeo prætermitti non poſſit. Delibemus tamen paucula ſpecimina. Titulus eſt.* Hæc ſequentia notis muſicis ſubſcripta erant, præmiſſa hac præfatione: Incipit hiſtoria de S. Ottone confeſſore, atque pontifice. Ad primas vigilias Antiph. Feſta pii pontificis Ottonis tota devotione veneremur, ut apud Dominum, qui ſumme pius eſt, meritis & precibus ejus adjuvari mereamur, Evovae. Interponebantur hæc verba: Pſalmi, omnia laudate. Canticum: Omnis pontifex Reſponſorium. Deinde hæc adjiciebantur ſub notis muſicis: Æſtuans igne divino *&c. ut ſupra. En modo hymni partem ex qua cetera colligas:* Dies nunc celebris præſulis Ottonis, incitat animos, promere modulos, quo Deo animam carniſque ſarcinam terræ dedit feliciter. Chriſtum qui colere, idola fugere barbaros docuit, araſque diruit fundans eccleſias, reducens animas ad Dominum viriliter. Virtute nominis Divini fluminis curſum ſtrinxit pius, ut fidem populus novus agnoſceret &c. *Miraculum iſtud non ſemel recurrit, tacentibus de eo biographis.* *& quæ in officio ab ipſo edito,*

E

F

106 *Poſt antiphonas, pro horis canonicis ſequitur pag.* 264 officium Miſſæ in feſto depoſitionis S. Ottonis Epiſcopi & Pomeranorum Apoſtoli. *Introitus.* Statuit ei Dominus *Collecta.* Deus in cujus virtute *&c. Lectio.* Ecce ſacerdos magnus *&c.* Oratio *vel potius Graduale:* Juravit Dominus & non pœnitebit eum &c. Alleluia. Filiæ Sion lætamini *&c. Sequentia cum notis:* Gratulare ſponſa Chriſti, quæ per fidem genuiſti virum tanti nominis; in quo Pater gloriatur & virtutes operatur *&c. Euangelium.* Sint lumbi veſtri *&c. Offertorium.* Inveni David *&c. Secretum.* Suſcipe Domine ſacrificium placationis, quod nos famulos tuos, interveniente beato Confeſſore tuo Ottone atque pontifice, & perducat ad veniam & remedia conferat ſempiterna. Per Dom. *Com.* Fidelis ſervus *&c. Compl.* Beati Ottonis confeſſoris atque pontificis, Domine, precibus confidentes, quæſumus clementiam tuam, ut per ea quæ ſumpſimus, æterna remedia capiamus. Per Dom. Officium *à noſtro diſcrepant.*

AUCTORE J. B. S.

De festo translationis, Missæ in festo translationis S. Ottonis, quod celebratur ipso die S. Hieronymi, per omnia ut in festo depositionis ipsius, quod celebratur ipso die Commemorationis S. Pauli, excepta sequentia, quæ est, ut sequitur: Ad honorem summi Regis, & pastoris sui gregis, *ordinationis,* nec mens nec vox sileat *&c.* Festum ordinationis S. Ottonis celebratur 11 Id. Maii. Idem in die S. Gangolfi sive Servatii, & recipit commemorationem ad utriusque Vesp. & Laudes cum officio Missæ. *Citatum Faschium ii consulant, quibus jam dicta non sufficiunt.*

& hodiernis officiis Bamb. & Herbipol. 107 *Hæc jam pridem prælo parata erant, cum à laudato Schugentio Breviarii proprii monasterii S. Michaëlis Bambergæ fragmentum accepi, in quo totum* S. Ottonis *officium pro* XXX *Junii, idem ferme ipsum est, quod supra ex Dilingana editione descripsi. Additur in principio ad Vesperas hymnus:* Dies nunc celebris præsulis Ottonis, *ut nuperrime ex Faschio notavimus. Eadem est Antiphona ad Magnificat, sed oratio:* Deus qui multitudinem populorum *&c. Minutiæ aliæ variantes occurrunt, ut multiplicatæ aut contractæ*
B *antiphonæ, ad ritum Benedictinorum ordinatæ & accommodatæ, quas observare, operæ pretium non existimo. Lectiones* 1 *Nocturni:* Ecce sacerdos *&c. Præcipua differentia in eo consistit, quod PP. Benedictini, nescio cujus ductu, lectiones* 11 *Nocturni, pro suo libitu composuerint, quas supra ex Schugentii scheda recitavimus. In festo Canonizationis seu translationis, quod in prædicto monasterio, æque ac in Cathedrali & per totam diœcesim celebratur* XXX *Septembris, lectiones in dicto monasterio desumuntur ex bullis Clementis III pro Canonizatione, quas suo loco dabimus. Scribit ad me laudatus alibi noster P. Bodaert, festum* S. Ottonis *in Herbipolitana diœcesi celebrari* 11 *Octobris, in Choro tantum, sine octava, sub ritu semiduplicis, saltem ab anno* 1665 *cum una lectione, de qua superius diximus: in proprio antiquo lectiones eædem erant, quæ hodiedum in Cathedrali Bambergensi leguntur, cujus Breviarium recentius, teste Schugentio, ad normam Romani digestum, approbatum & excusum est anno* 1671.

C

§ XI. Idem cultus ex reliquiis & monumentis Sancto erectis.

Præcipuus cultus in Monte Monachorum, QUæ præcedenti § *adduximus, cleri quodammodo propria sunt, tum in ipso* S. Ottonis *natali die, de quo supra Schugentius:* In monasterio nostro commemorationem obitus sancti Ottonis XXX Junii annuatim inviolabiliter fecimus ac hodiedum facimus: *tum præcipuè in solennissimo translationis festo, quod unicè olim Bambergæ & Camini celebratum, probant ea quæ nuperrime diximus, probatque idem Schugentius, nempe,* in maxima veneratione & solennitate haberi ejus festum translationis XXX Septembris, quod per totam diœcesim feriatur *&c. cui festo aptissimas lectiones composuit, is qui vitam ab Ebbone scriptam, ad Canonizationem usque prosecutus est, ut vide infra à num.* 150: *Verum ita Bambergæ prævaluisse videtur translationis festivitas, ut eo die de natali recitetur officium. Hæc est nimirum præcipua Sancti nostri solennitas majori celebritate quotannis instituti solita, cui accedit quotidianus ferme ad Sancti tumulum devoti populi concursus, diversis morbis opem & remedium efflagitantis, ut denuo narrat oculatus omnium testis Schugentius his verbis:* D Cultus hujus Sancti, patroni patriæ, usque in hodiernum diem perseverat, & singulis diebus Veneris varii languoribus & infirmitatibus devexati, maxime vero febricitantes ad tumulum beati Ottonis, quasi ad commune pharmacopolium magna devotione advolant, & pristinam meritis divi Episcopi recuperant sanitatem: fiunt nempe oblationes crebræ, accenduntur in honorem ejusdem cerei plurimi, multæque ex voto aut devotione, ad humilem petitionem eorum, leguntur Missæ. *Quæ porro beneficia obtineantur, docebunt sequentes paragraphi* XII *&* XIII.

ubi corpus depositum, alibi partes, 109 *Qui Canonizationis, elevationis, seu translationis ordinem aliquo usque prosecutus est, Ebbonis continuator, non obscure indicat, sacras corporis reliquias, in varias partes, opinor ad monasteria ab Sancto fundata, delatas fuisse, dum num.* 137 *agens de sacri corporis elevatione scribit;* cum Abbates suorum cœnobiorum, dulces ejus carpentes reliquias, & mundis linteaminibus involventes secum deportaverunt: quamvis S. Otto principalia sui corporis membra apud E eos, quos post Deum & Sanctos ejus principaliter dilexit, divinâ providente gratia sibi retinuit. *Item num.* 158, *totius operis ultimo, Sancti miracula per anacephaleosim colligens, ita asserit:* Hæc vero & his similia, non solum ibi facta sunt, ubi corporali requiescit præsentia; verum etiam quocumque delatæ sunt sacratissimæ corporis reliquiæ, illuc & miraculorum virtus concomitata. *Vellem, paulo distinctius loca enumerasset, ad quæ tum temporis delatæ fuerunt sanctissimæ exuviæ; at cum de iis nihil ex professo traditum reperire licuerit; subjungam hîc, quod mere fortuito in oculos incurrit, dum alia quærerem in longo catalogo reliquiarum à Majoribus nostris proposito* XXV *Januarii pag.* 612, *ubi ita legitur:* Allatæ sunt anno MDLXXXVII, mense Octobri, Ulyssiponem præclaræ plurimorum sanctorum reliquiæ, quas magno studio ex variis locis conquisierat, ac præsertim à Rudolpho II Imperatore & Maria ejus matre impetrarat Joannes Borgia, cum pientissima conjuge sua Francisca Aragonia, atque eximio splendore adornatas, donarat domui professæ Societatis Jesu, in eadem urbe S. Rocho dicatæ. *In harum numero reponitur feretro* 4, S. Ottonis Episcopi Bambergensis brachium. *Quæ sane notabilissima est reliquia; ceterum unde ea accepta fuerit, mihi jam non lubet inquirere.* F

quas non est facile enumerare. 110. *Inter varias quæstiones Cl. Schugentio à me propositas, hæc erat ordine octava: Per quot monasteria aut ecclesias reliquiæ sancti Episcopi Ottonis fuissent dispersæ? Respondit,* se nihil omnino annotatum reperire, præterquam quod in ecclesia Cathedrali Bambergensi, medietas ossis minoris brachii ejusdem asservetur; partes aliæ in cœnobiis Rantz, Michelfeld, Prüvlingen, & Scharzach ad Rhenum Ordinis sancti Benedicti, ac demum in pago quodam Reündorff, duobus milliaribus Bamberga distante, notabilis pars cruris. Reliquum vero corpus, exceptis his & aliis paucis ossibus, habetur in nostro Monte Michaëlis. Gaudet præterea ecclesia nostra sacris ejusdem exuviis, velut infulâ, stolâ & casulâ aureo contextis filo; calice ac pedi curvatura, libro pontificali scripto, in sacerrimum salutis animarum Pomeraniæ negotium adhibito; singulis

A lis ac omnibus, quinquaginta annorum ſpatio, ſub terra deliteſcentibus incorruptis; alio inſuper calice ſuperſtite, quo ſanctus idem Epiſcopus in vivis pientiſſime uſus fuit; nec minus baculo ſuo deambulatorio. Præter has venerandas eliquias, reſtat vas argenteum inauratum largi, circularis obtuſique ambitûs, mediante cranio S. Ottonis ſacratum, è quo vinum epotatum piis febricitantibus mirificum reconvaleſcentiæ præbet ſolatium, ac medelam rabie hydrophobica laborantibus afferre ſolet. *Aſt hæc ad ſequentes paragraphos, quibus de quotidianis beneficiis agitur, ſpectare, dictum eſt.*

AUCTORE J. B. S.

Præcipuum Sancti monumentum,

111 *Jam ad monumenta accedimus, quorum illuſtrius & elegantius eſt, elevatior tumulus, in eccleſia cœnobii S. Michaëlis Montis monachorum conditus, de quo Bruſchius in Monaſteriis pag.* 87 *ait*, quod *Sanctus* in ejus loci templo primario, ſepeliri voluerit, in cujus choro magnificum cernitur ejus mauſoleum. *Huic Sancti ipſius ſupina ſtatua, epiſcopalibus indumentis ornata, ſuperpoſita eſt, aſſurgente circum & deſuper machina affabrè facta, quam cum omnibus eo ſpectantibus in æs inciſam repræſentamus, ſubjunctis accuratiſſimi delineatoris Dom. Ottonis Schugentii, ſupra laudati, noſtriſque ad eam obſervationibus.*



Quærent hîc primo curioſi lectores, quo anno inſignis illa ſepulcralis machina ſancto Ottoni *erecta ſit? Quæſivi & ego ſatis diligenter, at poſt operam fruſtra ſumptam, cogor ingenuè fateri, neque ex Bambergenſibus monumentis, neque ex veriſimili conjectura id me hactenus colligere potuiſſe. Scio, Bruſchium de Germaniæ monaſteriis, ad* XLII *Abbatem* Georgium Adamum *notare*, quod præfuerit decem annis, obierit XXIV Aprilis anno Domini MDXLIX, ſepultus in ambitu ante aram S. Ottonis epiſcopi, à ſe conſtructam. *Verum ego hîc aram non video, ſed merum ſepulcrale decoramentum; totumque illud opus majorem ſeculo* XVI, *jam provecto, vetuſtatem oſtendit, quam forte aliquis, me felicior, aliquando definiet. Id certe tuto decerni poſſe videtur, ea ſaltem ætate conſtructum eſſe tumulum, qua nec artifices, nec curatores ſatis diſtinctè noverint tempus, quo ſanctus Otto* in Epiſcopum ordinatus *fuiſſet, neque verum annum, quo ad ſuperos emigraſſet. Sit hæc prima noſtra obſervatio, ſuperius curſim, ſed non oſcitanter indicata.*

F

cujus inſcriptio corrigitur, & alia.

112 In declivi plano extimo tegumenti ſuperioris ſepulcralis, *inquit Schugentius*, legitur ſcriptura inſculpta ſequens, *charactere theutonico paſſim abbreviato, ut in ære ſculptum intueris ad litteram* B; *nos vero hîc expreſſioribus verbis deſcribimus:* Anno Domini MCII, III Idus Maii ordinatus eſt in Epiſcopum ſanctus Otto. Anno MCXL, II Kalendas Julii obiit ſanctus Otto. Anno MCLXXXIX, II Kalendas Octobris tranſlatus eſt ſanctus ac Deo dignus Epiſcopus; *addit Bruſchius*; Bambergenſis & Pomeranorum Apoſtolus. *Hæc inſcriptio tribus conſtat partibus, quarum prima tam evidenter falſa eſt, quam quod maximè, nam* III *Idus, ſeu* XIII *Maii an.* MCII *vivebat etiamnum* ſancti Ottonis *deceſſor Rupertus Bambergenſis epiſcopus, teſte Bruſchio & aliis; uſque ad* XI *Julii, vel, ſi mavis cum aliis, uſque ad* XI *Junii ejuſdem anni ſuperſtes, ut dixi numero* 59. *Alibi autem, nempe numero* 61, *ex certiſſimis characteribus chronologicis demonſtratum eſt*, ſanctum Ottonem *à Paſchale Papa conſecratum fuiſſe anno primùm*

AUCTORE J. B. S.

MCVI. *Paulo minus evidens eſt error in parte altera, ubi* ſanctus Otto *dicitur obiiſſe an.* MCXL: *attamen & iſtiuſmet propoſitionis falſitatem ex Sefriđo & ſignata obitûs* feria ſexta *cum* XXX *Junii concurrente, palpabilem reddidimus ſuprà num.* 81. *Vera manet ſola pars ultima de anno & die tranſlationis ſeu elevationis,* XXX *Septembris* MCLXXXIX. *Ex his conjecturam quilibet faciet, quam cautè admittenda ſint Bambergenſia monumenta, imo quam accurate examinanda, dum Actis, quæ ſynchronos auctores habent, tam apertè repugnant.*

ſeorſim explicantur.

113 *Monuit laudatus Schugentius, in ſuperiori lipſanotheca ſub littera* A, tectum ligneum eſſe, vel ciſtam ſeu loculum, ſepulcro incumbentem, in quo reconditæ ſunt notabiliores majoreſque S. Ottonis reliquiæ oſſeæ. *Monet præterea, in inferiori tumuli parte ad litteram* C, quadratum & oblongum foramen eſſe, pedum duorum in latitudine, trium in altitudine, januam afflictis tergi doloribus præbens, per quod incurvato corpore, pio animo, quoties libet aut dolor agitat ac impellit, etſi cum difficultate, præſertim obeſi & proceri, reptabundi tranſeunt, hunc ob finem, quod certo ſciant, precibus divi Ottonis ſe
B ſervatum iri à moleſtis illis dorſi doloribus: qui ſtatis anni temporibus illud repetunt, hujuſmodi dolores non ſentiunt. *Reliquus tumuli ornatus, explicatione vix indiget. Quæ templum manibus geſtant ſtatuæ, ſeu integræ ſeu anaglyptica, ſatis manifeſtè ſanctos Henricum & Cunegundem, eccleſiæ Bambergenſis fundatores, adumbrant. In poſteriori minorique ſepulcri latere, videor agnoſcere B. V. Mariam cum S. Archangelo Michaële, patrono Monaſterii, draconem confodiente, & ſancto ipſo* Ottone, *egregio beatiſſimæ Virginis cultore. Foramini proxima imago, tum ex habitu, tum ex lapidibus, dextera manu comportatis, ſanctum Stephanum protomartyrem nimis quam clare indicat, ſingularem fortaſſe etiam cœnobii patronum. Hactenus de Sancti mauſoleo.*

Alterius monumenti deſcriptio.

114 *Monumentum aliud delineavit Schugentius, videlicet* ſtatuam lapideam ſeu effigiem ſancti Ottonis ſupra columnam, mox poſt obitum ejus poſitam, juxta ſepulcrum ad ſiniſtram parietis, cornu Euangelii reſpicientis. *Habes hîc in adjecto ſchemate totius operis ideam. Facile equidem conceſſero,* mox, *vel ſaltem non diu* poſt obitum *hujuſmodi* ſtatuam *fuiſſe* poſitam, *cum nulla ſanctitatis indicia præ ſe ferat, habitum*
C *vero, ſeu mitram, caſulam, pedum & ornamenta cetera tempori ſatis convenientia. Id miror, tam juvenili renidentique facie Sanctum efformatum fuiſſe, quem conſtat ſenem grandævum, & laboribus doloribuſque fractum, è vita migraſſe. Dubitabunt mecum aliqui, num ea ſtatua ſculpta primùm fuerit, ut tali erectæ columnæ imponeretur, an potius, ut monumento ſupina incumberet, quemadmodum commonſtrare videtur pulvinar, quod hominibus ſtantibus poſt cervicem apponi vel ſupponi, neque ars docet neque natura, quamvis & alibi id genus opera, pro variorum ſeculorum captu, erecta eſſe non negaverim. Columnam ait Schugentes, longitudine ſtatuam adæquare; ut ferme oſtendunt partes, hîc à delineatore expreſſæ: ceterum tota ipſa reddenda aut referenda non fuit, cum nihil exhibeat eruditorum conſideratione dignum. Neque certe opus eſt, plura in ea ſtatua expendere, ſeu mitræ, ſeu pedi, ſeu reliquorum ſacrorum indumentorum formam ſpectes, quæ oculis ſatis expoſita ſunt. Caſulas per ea tempora rotundas, clauſas & in terram defluas fuiſſe, ſoli illitterati ignorant. Uſum pallii Epiſcopis Bambergenſibus pridem conceſſum, ex Actis intelliges. Hæc ſatis de eo monumento, ut jam tempus ſit, ad quotidiana Sancti beneficia procedendi.* D





§ XII.

A

§ XII. Vinum adversus febres benedictum, & beneficia per illud obtenta.

De vini benedictione,

Hunc & sequentem paragraphum sic dispesco, ut in hoc ea præcipue colligam, quæ ad benedictionem vini pro febricitantibus spectant, varia subnectendo beneficia, Bambergâ ad me per laudatum sæpe Cl. Schugentium transmissa; in altero proponam modum benedictionis vini adversus morsus rabidorum canum, addendo item beneficia, à variis in hac parte accepta, quæ sub finem potissimum referuntur, præmissis aliis ad varios morbos spectantibus, eo ordine, quo à Schugentio dispositа sunt, non tam ut materiarum ordinem religiosius observem, quam ut aliquo usque æquales ferme reddantur paragraphi, cum uno facile comprehendi omnia non possint. Utrumque modum seu ordinem benedictionis Vini, ad nos Bamberga pridem, ab anno nempe MDCXCV *destinavit P. Joannes Risse, collegii nostri ibidem tunc rector. Tam*

B

clare & distincte expressa sunt omnia, ut commentario minime opus sit. De cetero miracula, seu saltem obtenta beneficia, ordine descripta, ea fide nituntur, ut non videam merito in dubium posse revocari, tametsi Ordinarii approbatione aliisque formalitatibus destituta sint. Sequatur itaque

Ordo benedicendi vinum pro febricitantibus.

cujus formula exhibetur.

116 Præparato primum parvo calice, sanctissimi Ottonis cranium cui inclusum est, cum vino ac mandibulo ejusdem ante calicem collocato, legantur sequentes benedictiones.

Salvum fac famulum tuum.
Domine exaudi orationem meam.

O R E M U S.

Domine sancte Pater Omnipotens æterne Deus, qui cuncta ex nihilo creasti, & jussu tuo ex ligni materia hunc liquorem, ad perfectionem vini venire fecisti: te humiliter ac

C

supplices depreçamur, ut hoc vinum ad invocationem sancti confessoris tui Ottonis benedi✠cere, & sancti✠ficare digneris; ut hic famulus tuus, qui hoc usus fuerit, te per merita sancti Ottonis laudet & glorificet. Exaudi Domine preces de cælo sancto tuo, & de sede majestatis tuæ propitius sis clamanti ad te, quem pretioso Sanguine filii tui redemisti. Amen.

O R E M U S.

In tuo nomine, Deus Pater omnipotens, & Jesu Christi filii tui Domini nostri signo, & in virtute Spiritus sancti, hanc creaturam vini exorcisamus, simulque bene✠dicimus: quia ita benignus Dominus per suos sanctos Apostolos declarare dignatus est, dicens: Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros, & orent super eum, & oratio fidei salvabit infirmum: & si in peccatis est, dimittentur ei, & idem ipse, omnia possibilia esse credentibus, docuit: & ut cunctum suâ charitate salvaret, sic in Euangelio locutus est, dicens: Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Quapropter, Domine, tuâ ineffabili bonitate compertâ, submissis precibus (credentes nullum alium Deum nisi te Dominum, qui dives es in misericordiâ, celeriterque subvenis in periculis) te peritissimum medicum imploramus, ut apertis cælis, Spiritus sancti velocitate deductâ, virtutis tuæ medicinam in hunc vini liquorem infundas. Descendat super hunc liquorem potentiæ tuæ donum, descendat puritas sanitatis, exorcisetur Crucis ✠ Christi vexillo, bene✠dicatur dextera majestatis tuæ, & corroboretur filii tui Domini nostri signaculo. Præsto sint, Domine, sancti angeli & archangeli, & omnis militia cælestis exercitûs. Adsit sanctorum Apostolorum, Martyrum, fidelium sacerdotum, atque aliorum servorum tuorum digniſſima oratio, & specialiter sancti confessoris tui Ottonis, pii Pontificis, sub cujus reliquiarum præsentiâ, dum in tuo & in ipsius nomine, Domine Pater immense, hunc liquorem dederimus infirmo sanando, conti- E
nuo peragratis visceribus ejus, omnem evomat violentiam fellis. Prosit, Pater misericordiarum, huic famulo tuo febribus laboranti, simulque vexato, quartanâ, tertianâ, quotidianâ, excutiat frigora, arentia membra reficiat, dementiam mentis ad scientiam revocet; dolorem capitis, oculorum infimitatem, manuum, pedum, brachiorum, pectoris, atque omnium membrorum, tam extrinsecus, quam intrinsecus, & medullarum depellat. Somnum quietis infundat, & salutem conferat sanitatis. Jube, Domine, per hanc tuam & sancti tui confessoris Ottonis invocationem, ab imis ejus viscеribus omnia expelli, ut nullam in eo maculam relinquens, ultra ad eum ingrediendi febris dicta habeat locum, sed salvatus hic famulus tuus ab his malis, referat honori tuo & sancto confessori tuo Ottoni atque Pontifici, in Ecclesiâ sanctâ tuâ atque Catholicâ laudem, omnem honorem, gratiarumque actionem, & perducatur in vitam æternam. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in u- F
nitate ejusdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia secula seculorum.

Hic accipiat mandibulum & intingat per modum crucis in calicem, dicendo:

Benedictio Dei Pa✠tris, & Fi✠lii & Spiritus ✠ Sancti descendat super hanc creaturam vini & maneat semper. Amen. Pax ✠ tecum.

Præsens divi Ottonis in febribus pellendis auxilium.

Narrantur hîc

117 Medicæ B. Ottonis opi viginti & plures febricitantium prolium parentes suffragantur; quas nihil proficientibus quibusvis pharmacis, stillis aliquot vini, nomine B. Ottonis sacrati, pulmento mixtis, sanitati profitentur restitutas. Idem atteſtantur non paucæ tabellæ & anathemata in Divi honorem & grati animi tesseram appensa. Non indigenæ modò, sed externi quoque auxiliatricem Thaumaturgi opem deprædicant, quorum non pauci invocatum Patroni sui auxilium, in variis & corporis & animæ periculis experti fuêre. Imò ad acatholicos quoque thaumaturga beati Episcopi

AUCTORE J. B. S.

AUCTORE J. B. S.

scopi manus sese extendit. Elisabetha Lutherana Ottonis (qui hujatis monasterii , postmodum Episcopi Bambergensis , à famulitio erat) uxor, dum à celebratis nuptiis promissi sui veram fidem profitendi obliviscceretur , ex diuturnâ febri jam ad extrema pervenerat , cui cum suæ proximæ mortis memoria incidit, S. Otto quoque , mariti patronus , ejusque prodigiosa manus mentem subit. Ad Beati tumulum deferri petiit , ubi bibito vino in Divi nomine benedicto , cum integritate corporis , animæ quoque salutem obtinuit.

multa beneficia

118 Barbaram à Giech , matronam nobilem, pertinacis febris dolores miserè torquebant , adhibitis frustrà remediis , admonetur ab ancillâ, quam habebat , ut ad B. Ottonem suppetias quæreret , quas simul atque vinum sanctum vel primis labiis degustasset , stupente acatholico viro totâque familiâ , prodigiosè impetravit. Alia , Sybilla à Murach dicta , postquam infallibilem S. Ottonis apud Deum intercessionem à multis deprædicatam audiisset , ipsam experientiâ didicit ; dum trimulam filiam suam

B

malignâ febri correptam Divo commendavit , qui sanatam matri reddidit. Gertrudis Ungerim , institoris tum Norinbergensis uxor , in nundinis Bambergensibus sanitatem mercata est ; ubi enim febri decumbens , ex hospitis sui consilio B. Ottonem imploravit , non absque summâ patriotarum admiratione convaluit. Eamdem vini B. Ottonis benedicti virtutem , sanitati restitutæ , professæ sunt duæ virgines moniales in monasterio ad S. Sepulchrum Bambergæ , altera Walburgis Apruchin , altera Martha Geringin , utraque ubi vinum è phiala , cui particula cranii S. Ottonis inclusa est , bibisset , à febri , qua vehementer cruciabatur, recreata est.

per prædictum vinum

119 Catharina, Leonis Morich granarii quæstoris Albimænii conjux , eodem malo correpta , ut primùm ad fontem salutis Bambergam misit , & apportatum sacrum vinum bibit , continuò plurimis cum marito stupentibus, melius habuit, altero die ex integro valens. Idem in eodem malo remedium se expertum gloriatur vir senator Otto Muller Albimænius civis : is febri prostratus , vinum divi patroni sui in pharmacum adhibuit , consecutâ sanitate , salutare expertus est. Filiola quæstoris granarii Rutteldorfensis febricitans ,

C

eodem pharmaco usa , sanitatem mox consecuta est. Michaël Sutter , fullo Bambergensis , malè habitus à diuturna febri , non modò ipse , sed familia , penum , quod negotiari non posset , penitus amiserat ; tandem ad sanctum Episcopum confugit , & ab eodem , hausto ejus vino , sanus dimittitur. Benignissimi archiatri sui virtutem fratris uxori , eodem malo laboranti , narrat ; quæ cum gemina prole , ejus quoque potentiam sensit. Non leve virtutis Ottonianæ prodigium est Anna Kautherin ; hæc tertianâ laborans , B. Ottonis patrocinium implorat ; adjicit , se ex devotione , ejus vinum bibituram , & ecce vix verba protulerat , & de incolumitate sibi gratulatur.

à variis

120 Eam ubi tres alii Michaël Rae piscator , Echardus Dreschner , artis pictoriæ tiro , & Anna Körberin in eodem malo prostrati secuti essent , eamdem quoque adverterunt Sancti virtutem. Habuit Joannes Lamprecht , ordinis senatorii , filium , Erasmum nomine , fe-

D

bricitantem , qui B. Ottoni præsentatus , reductus est integer. Is ubi puerum in plateis , pallentem & ex eâdem tertianâ laborantem , offendit ; ad fontem , à quo ipse salutem hauserat , duxit , & uterque sospes cum gaudio & plausu à parentibus fuit exceptus. Quædam puella , quadrimula miserè torquebatur febri : cum nullum , quodcumque parentes adhibuêre , remedium proficeret , in somnis admonetur , ut auxilium efflagitaret à S. Ottone. Illa matrem urget , ut ad S. Ottonem deferretur , quæ filiæ satisfactura , eam ad Monasterium bajulat , quærens remedium pro filia ; quod statim invenit , cùm vinum S. Ottonis bibisset , quæ enim baculo nixa ad Beati tumbam adrepsit , suâ sponte regressa est. Mauritius Appellt puerulus , XXIV Sept. anno MDCXI febri liberatus est , postquam ad Montem S. Michaëlis ad B. Ottonis tumulum adductus est à matre ; quæ alterum huic miraculo addidit ; professa , se hausto Sancti vino , in partus periculo prodigam S. Ottonis liberalitatem expertam fuisse.

diverso tempore obtenta.

121 Id quod & alia fassa fuit. Erat hæc Anna , Andreæ Baminger , stabuli Illustrissimi principis præfecti conjux , quæ dum partui proxima , febri corripitur , ægrè Montem S. Mich. cum marito , in ipso Ascensionis Christi die, conscendit ; ubi hausto Sancti vino , sanitatem , & post aliquot dies felicem partum retulit. An. MDCXI , XIX Aprilis Anna Gollin Nordlingensis , continuâ febris quotidianæ molestiâ cruciata , famâ divi Ottonis excita , petit ex phialâ sacrâ vinum , in Divi honorem sacratum , sibi cum reliquiis porrigi ; impetrat , & postquam suo medico grates debitas persolvisset , sana revertitur. Eodem die , qui cœnæ Dominicæ sacer erat , cujusdam scribæ filia , Catharina nomine , ex eodem calice bibens , à febri liberata est. Non secus duo cujusdam olitoris Schuz liberi , Joannes & Margaretha , suæ febris liberatorem agnoverunt. Monachus quidam Benedictinus , in ipso Monte S. Mich. professus , febri , ut vocant , putridâ ex improvisò correptus , hac usque adeo laborabat , ut quodcumque remedium suggererent medici , frustra adhiberetur ; æger se tandem omni humano auxilio destitutum videns , divinum

E

F

quærere instituit. Petit à fratribus , ut pro se ad Deum , in honorem S. Ottonis , preces funderent : postea ad Beati aram ægrè baculis innixus deducitur , vinum ex phiala bibit , & continuo meliusculè habere cœpit , post aliquot dies totus sanus , quem paulo ante omnes medici deposuerant , anno MDCX. Et quam toties sanavit S. Otto febrim , ab hac non parùm præservat. Testes sunt R. P. Fr. Philippus Mez , Carmelitanæ familiæ Prior , & Reverendus Doctor Abraham Schrepfer , ad S. Gangolphum canonicus , qui alterationis humorum ergo , jam se febrim incessere adverrentes , quo [*leg.* eo] malò ut obviam irent , Montem S. Michaëlis ascendunt , & hausto S. Ottonis vino , revertuntur incolumes.



§ XIII.

A

§ XIII. *Vinum benedictum contra morsus rabidorum canum, & varia alia per S. Ottonem beneficia.*

ORdo benedicendi vinum, pro iis, qui à rabidi canis morsu læsi sunt:

Formula benedictionis

Nimirum ut supra, mutatis mutandis.

Salvum fac famulum tuum. ℟. Deus meus &c. Domine exaudi. Et clamor meus.

OREMUS.

Exaudi nos, Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere dignare Angelum sanctum tuum de cælis, qui benedicere & sanctificare dignetur hanc creaturam vini, ut hic famulus tuus, qui lethifero rabidi canis morsu læsus est, intercedente sancto tuo Con-
B fessore atque Pontifice Ottone, cujus suffragiis suffultus, pristinam sanitatem, tam mentis quam corporis, & ab hoc noxiali morsu liberationem consequi mereatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum.

ANTIPHONA.

O pietas Salvatoris per omnia laudabilis, qui famulum suum verè vivere monstrat apud se: cujus illustrat tumulum gratiâ curationum.

℣. Ecce Sacerdos magnus,

℟. Qui in diebus suis placuit Deo.

OREMUS.

Deus, in cujus virtute beatus Otto Confessor & Pontifex, ad solidandas in fide gentes incredulas, rapidi fluminis cursum prece restrinxit; concede propitius; ut qui Doctor factus est infidelium populorum in terris, pro nobis ad te pius interceſſor efficiatur in cælis. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium
C tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Hic accipiat mandibulum & intingat per modum crucis in calicem, dicendo:

Benedictio Dei Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ sancti descendat super hanc creaturam vini & maneat semper. Amen.

& variæ sanationes

123 Quam prodigiosus autem sanctus Episcopus erat in extinguendis febris caloribus, tam miraculosum sese exhibuit in persanandis aliorum morborum generibus, usque adeo, ut vel solo ejus tumuli attactu, non pauci sanitatem adepti sint. Inter alios numeratur Michaël Ziegler olim ad S. Stephani æduus, qui ex dorsi doloribus graviter decumbens, ut primum sacros S. Ottoni dies se habiturum vovit, continuò convaluit. Wolfgangus faber eodem morbo laboravit; expleto ad Sancti tumbam eundi voto, sanus surrexit. Idem beneficii Andreas Uthmüller Margaritam conjugem suam consecutam fuisse à S. Ottone, emisso ad Divum voto, attestatur: idem sibi ipsi solatii fuisse asseverat maritus, cum enim octogenarius penè, acutissimis capitis doloribus angeretur, ad suum patronum confugit, & ubi vinum, in ejus honorem sacratum, partim bibit, partim oculis illinit, medico Thaumaturgo sanus, gratias persolvit. Iisdem capitis doloribus miserè torquebatur reverendissimus P. Kilianus, Abbas ad S. Stephani Herbipoli; is cum S. Ottonis reliquias veneraturus ad monasterium divertisset, concepto ad Sanctum voto, suæ sanitatis auctorem S. Ottonem deprædicavit.

AUCTORE J. B. S.

per prædictum vinum

124 Elisabetha Zieglerin, senis, cujus supra mentio facta, conjux, annis nata LXXIX, dolorum suorum liberationem B. Ottoni fert in acceptis; dum enim flosculos, de Beati tumba sumptos, membris languentibus devotè applicat, sanitate donatur. Virgo monialis ad sanctum Sepulchrum Bambergæ professa, Barbara Schrepferin, pluribus mensibus febri divexata; ubi varia remedia frustra adhibuit, tandem floribus à Divi tumba collectis, queis collum circumdedit, à morbo recreata est, cujus rei veritati Antistita manu propriâ
E subscripsit. Fr. Balthasar, in monasterio ad S. Michaëlis monachus; laborabat febri duplici tertianâ, nihil proficientibus quibuscumque remediis; tandem ad sanctum Episcopum sanitatem quærit, quam & invenit, dum Sancti cineribus de collo suspensis, vis morbi penitus evanuit. Monachus in eodem monasterio professus, nomine Burkardus; hæmorrhœâ laborans, ad Divum confugit, convaluitque ejus ope. Id beneficii dum ex pudore reticuisset, nec quas debebat gratias persolvisset, febri correptus est, quâ itidem sancti Episcopi ope, hausto nimirum vino sacro, liberatus, utrumque simul beneficium, priorisque ingratitudinis pœnam, malum secundum fuisse, professus est.

a pluribus

125 S. Episcopi patrocinium, hausto in sui honorem benedicto vino, senserunt devoti Divo clientes, duo conjuges Bartholomæus Hebenstreid & ejus uxor, Auraei superioris incolæ; ipse epilepticus, hæc febricitans, Ottonianâ in malè affectos beneficentiâ exciti, Bambergam advolant, vino in ejus nomine sacrato utuntur, & derepente sanantur. Margaretha, Joannis Lungenhein piscatoris Bam-
F bergensis uxor, altera à partu hebdomadâ, tam ardenti febri correpta est, ut ad intolerabiles morbi dolores, ipsa phrænesis accederet; ejus maritus admonitus S. Ottonem implorat, vinumque in ejus honore benedictum ægrotæ defert, quo bibito, stupentibus amicis, à morbo & doloribus simul recreata est. Alia ejusdem nominis, itidem Bambergensis, diu multumque anginâ cruciabatur, hæc invocato Patroni sui patrocinio nuncupatoque in ejus honorem voto, continuo melius habere cœpit, hausto que Divi vino, ex integro convaluit. Joannes Philmut, ab equestri Reverendissimi & Illustrissimi principis Bambergensis officio, morbo regio seu ictero (ut vocant) jam contabuerat, & vix ossibus hæsit; is exhausto S. Ottonis vino, subito sanitati est redditus. Paulus Osterbach, lanio Hircheidensis, à cane rabido, venenato morsu læsus, ut primùm S. Ottonem invocavit, medicum expertus est.

obtenta.

126 Huic non absimile est beneficium, quod in se à divo Ottone profectum esse, Joannes Mo-

AUCTORE J. B. S.

Mokell faber ærarius gratus agnoſcit. Is à furioſo cane periculoſe morſus, non aliud veneno remedium adhibuit, niſi vinum, in nomine ſancti Epiſcopi benedictum. Adfert quotannis ad S. Ottonis tumbam cereum Caſpar Frank lanio, in grati animi teſſeram; hujus ſe patrocinio, periculo exemptum profitetur, quod venenato canis rabidi morſu, una cum filiâ incurrerat. In Fridericum Seidlen Gauſtadianum tantâ rabie furioſus canis inſiluit, ut totam faciem laceraret, quam paucæ vini ſtillæ ſanitati dederunt; relictis ad perpetuam miraculi memoriam cicatricibus. Quod duo parvuli Hallſtadiani Joannes Hofman & Martha Deurlein à cane læſi, veneno infecti, permanſerint incolumes, parentes eorum ſancto Epiſcopo in acceptis referunt. Idem beneficii minime obliti faciunt Georgius Faber & ejus uxor Helena, Schluſelavenſes, quos à veneno S. Patroni patrocinium prodigioſe præſervavit. Suum denique ſervatorem S. Ottonem depræ-
B dicant Henricus Fliger in crure, & Andreas Fürſt puer in manibus læſi.

§ XIV. Appendicula de S. Ottonis homiliis Mss. quæ ſuperſunt.

INter Bollandi ſchedas inventæ ſunt litteræ noſtri P. Franciſci Storer, datæ Ingolſtadii XXII *Februarii* MDCL, *quibus vir eruditus diligenter enumerat, quæ ad opus de Actis Sanctorum conducere poſſe exiſtimabat. Ad ſanctum noſtrum Ottonem ſpectant hæc verba:* Deinde cum Rev. Va. etiam Sanctorum libros, quos ediderint, recenſere ſoleat, fortaſſis nondum etiam, accepit, in noſtro hoc collegio eſſe homilias beati Ottonis Epiſcopi Bambergenſis, antiqua lingua & charactere ſcriptas. Titulus, fugiente jam charactere, iſte legitur: Incipiunt ſermones beati Ottonis Babenberg Epiſcopi in adventu Domini. *Subjungitur ſeries ſermonum octo & triginta, quos omnes* ſimplices *ait, &* maximam partem tantum proponere doctrinam Chriſtianam: *cenſet autem*, non male *aliquando* edendos, ad oſtendendum Pomeranis, quam fidem primo hauſerint. *Notandum in prædictis homiliis brevibus & contractis, Sanctorum & Sanctarum nominibus plerumque titulum præfigi* Do-
C mini *vel* Dominæ. *Ita, inquit dictus Storerus, in ſermone de nativitate B. V. non ſemel appellatur* Dominus Joachim, *item* Domina Anna. *In ſermone de ſanctis Petro & Paulo*; noſter Dominus ſanctus Petrus, & hi duo Domini; *cujus moris veſtigia alibi reperiuntur; imo & hodie in nonnullis Galliæ partibus hujuſmodi locutiones in uſu eſſe novimus.*

128 *Sermonum iſtorum ſpecimen exhibet Storerus, unum deſcribendo, habitum in feſto ſancti Michaëlis archangeli, procul dubio in Monte monachorum, hoc præfixo themate:* Angeli eorum ſemper vident in cælis faciem patris mei. *Concionis brevitatem intelliges ex eo, quod non impleat unius folii chartæ integram faciem ſeu paginam. Porro in ea* ſanctus Otto *nitide explicat, bonorum angelorum erga homines miniſteria, malorum artes ad eorumdem perniciem; bonos, ut cuſtodes & tutelares proponendo, qui clientum opera pia Domino repræſentent; malos autem, qui non minus ſolicitè homines in perditionem æternam, quam ſatis graphicè depingit, pertrahere molian-
tur. Tum auditores excitat, ut ſanctis angelis ſeſe commendent, præſertim ſancto Michaëli, utpote cui* data *ſit* poteſtas ſuper animas juſtorum & peccatorum. *Demum concludit, ad ſanctum illum archangelum, cujus feſtivitas agebatur, maxime recurrendum, ut propitiam nobis reddat Dei miſericordiam, qua angelorum ſocietati aliquando copulari eaque æternum frui poſſimus. Reliquum eſt, ut homiliarum ipſarum ordinem, ſicuti eum Storerus deſcripſit, ſubjiciamus.*

D

129 *Eſt autem ſermo* I. De Adventu. II. In Nativitate. III. De S. Stephano. IV. De S. Joanne Euangeliſta. V. De ſanctis Innocentibus. VI. In Circumciſione. VII. In Epiphania. VIII. In Purificatione S. Mariæ. IX. In Quadrageſima. X. Dominica I in jejunio. XI. Dominica in Palmis. XII. In cœna Domini. XIII. In Paraſceve. XIV. In Paſcha. XV. In feſto ſanctorum Petri & Pauli. XVI. S. Laurentii M. XVII. In aſſumptione S. Mariæ. XVIII. In nativitate S. Mariæ. XIX. In feſto S. Michaëlis archangeli. XX. De omnibus Sanctis. XXI. In feſto S. Martini Epiſcopi. XXII. S. Nicolai Epiſcopi. XXIII. De Apoſtolis. E XXIV. In dedicatione eccleſiæ. XXV. Sermo Decani in concilio Fratrum. XXVI. De Martyribus. XXVII. De Confeſſoribus. XXVIII. De Virgine una. XXIX. Dominica die quandocumque. XXX. Quandocumque volueris. XXXI. Exhortatio. XXXII. Sermo beati Bernardi Clarevallenſium abbatis. XXXIII. Sermo in agenda mortuorum. XXXIV. In ſubitanea morte. XXXV. In tempore tribulationis. XXXVI. Exhortatio bona. XXXVII. ſermo de Dominica oratione. XXXVIII. Item de eodem. *Addit Storerus*, ſubjungi ſymbolum; *Et in fine*; Expliciunt ſermones.

VITA

Auctore Synchrono, qui Sefridum præ oculis habuit, & hinc inde contraxit.

Ex editione Caniſii correcta & emendata.

F

PROLOGUS

AUCTORIS.

Intendit gloriam Dei & utilitatem proximi.

SCripturus vitam beati Ottonis epiſcopi, ac Pommeranæ gentis apoſtoli, grandi quidem affectu, ſed impari facultate materiam ingredior ſacram, duo hæc finaliter intendens, ut virtutum & meritorum ejus auctor Deus, in illo glorificetur, & de lucerna in domo Domini ſublimiter accenſa, pietatis ac devotionis lucem fideles accipiant. Chriſto enim bonus odor eſt in ipſo & univerſa Eccleſia. Tamquam paranymphus & amicus ſponſi fragrans & ipſe unguentis optimis, unguento contritionis ac devotionis; & in Deum ac proximum precioſæ pietatis. Unguentum enim contriti cordis & humilitatis, tamquam pauper ſpiritu, pedibus Domini ſuppliciter exhibuit, aperiens os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis jugiter interpellans; unde & Chriſtus purgavit peccata ipſius, & exaltavit in æter-

æternum cornu ipſius. Unguentum autem devotionis, in quo recordatio divinorum beneficiorum intelligitur, in obſequium divini cultus, tamquam in caput redemptoris, tam piè ac copiosè effudit, ut expreſſe de illo dictum videatur : Et domus impleta eſt ex odore unguenti. Non ſolum enim ſua perſona, tamquam ſacerdos & pontifex, per exhibitionem cæleſtium ſacramentorum obtulit Domino ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta, accedens per ſemetipſum ad Deum, ſed etiam in diverſis locis, in vicinis & remotis epiſcopiis, grandi ſumptu & labore Chriſto multas fundavit & reſtauravit eccleſias, in quibus miſerationes Domini recoluntur, & ſpiritualibus diſciplinis, ac divinis ſacrificiis mors Domini annunciatur, donec veniat. Unguentum autem pietatis, quod de latiſſimo ſinu caritatis, ex omni ſpecie miſericordiæ, tamquam ex aromatibus, & omni pulvere pigmentario, univerſo corpori præparatur, quis abundantius membris Chriſti exhibuit ? Taceo infinitas ejus expenſas, & miſerationes, quas fecit in eccleſiis Domini coram Deo immortales : tranſeo eleemoſynas illius, quas in
B locis definitis, in hoſpitalibus, & manſionibus pauperum diligentiſſima cura ; redemptiones captivorum, quas in terras alienas ac remotas mittendo, erogavit : & immenſam pecuniam, quam de manu ejus in cæleſtes theſauros manus pauperum quotidie deportaverunt, quis enumerare ſufficiat ? Profecto miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus. Nam non ſolum ſua, ſed etiam ſeipſum pro lucro animarum Chriſto impendit, divinitus ab ipſo directus in pœnitentiam Pommeranæ gentis, cujus per Euangelium Chriſti, tulit abominationes, & gubernavit ad Dominum cor ipſius, perferens in ea contumelias, perſecutiones, paſſiones ; & ferventiſſimo cordis affectu, pro lege Dei ſui mori coronamque martyrii adipiſci deſiderans. Hæc idcirco brevi epilogo præmiſi, ut quantus ſit iſte, de quo ſermo habendus eſt, in capite libelli videatur, &
C de tanto pontifice, de novo patrono, non ſolum noſtra ſpecialiter, ſed etiam omnis generaliter Eccleſia glorietur, qui ſeneſcente jam ſeculo & ad occaſum vergente, ſecundum incrementa & conſummationes perfectionis apparuit, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi lux plena in diebus ſuis lucens, & quaſi ſol refulgens, ſic refulſit in templo Dei, Romani imperii ac ſacerdotii firmamentum, gemma ſacerdotum, ſpiritualis ordinis decus & præſidium, prædicator veritatis, & doctor gentium, Martha frequens, & fervens in obſequio Domini Jeſu, pater, miniſter, ac ſuſceptor peregrinorum, captivorum, & omnium membrorum Chriſti. Scripta ſunt autem in libro hoc, quæ religioſi ac probatiſſimi viri, ab ipſo geſta oculis ſuis viderunt, & nobis fideliter enarraverunt, ut in teſtimonio veritatis nihil privati amoris & gratiæ inferatur, ſed opera ejus, quæ in Deo facta ſunt, ſumma ſinceritate & veritate in honorem Dei & utilitatem Eccleſiæ proferantur.

ANNOTATA.

Hoc prologo caret editio recentior Jaſchii, qui auctorem anonymum vixiſſe putat anno MCXX, *& comitem ſociumque fuiſſe S. Ottonis in converten-*

da gente Pomeranica. Verum ex poſtremis hujus præfatiunculæ verbis, oppoſitum certo conſtat, dum dicuntur ſcripta eſſe in libro hoc, quæ religioſi ac probatiſſimi viri ab ipſo geſta oculis ſuis viderunt, & nobis fideliter enarraverunt. *Vide plura in commentario prævio* § 2. *Quæ hîc & in toto opere male apud Caniſium impreſſa erant, ex editione Jaſchii reſtituimus.* AUCTORE SEFRIDO.

LIBER PRIMUS

CAPUT I.

Ortus, ſtudia, legationes, gratia apud Cæſarem, promotio ad epiſcopatum Bambergenſem a

a

SEmper honorandæ *b* ac divinæ memoriæ, Otto beatiſſimus ex Suevia duxit originem. Parentes ejus equidem, Patrem dico & matrem, ingenuæ conditionis *c* nobilitate clari & honorabiles, in divitiis autem & opibus mediocres, filium ſuum in primæva ætate litteris erudiendum, diſciplinis ſcholaribus tradiderunt. Qui cum diligenter enutritus, in ſpe bona ad annos diſcretionis perveniſſet, ipſi defuncti ſunt, & quæ in poſſeſſionibus & pecunia reliquerunt ; alter filius eorum Fridericus, miles futurus, poſſedit. Ottone igitur gratia ſtudii apud exteta loco demorante, frater ejus puer, domum pro ſuo poſſe gubernabat, tenuiter adjuvans fratrem ſuum in ſtudio poſitum. Otto autem percurſis aliquibus Poëtis & Philoſophis, & Grammaticæ metrorumque regulis tenaci memoriæ commendatis, cum ad altiora ſtudia non haberet ſumptus fratri ſuo ſive aliis cognatis importunus eſſe noluit, vel odioſus ; jam tum in ipſa adoleſcentia verecundiam ſecutus, & bonæ opinionis pulchritudinem.

b

Claris ortus natalibus,

c

ſed à fratre tenuiter adjutus,

2 Itaque in Poloniam peregre vadens, ubi ſciebat litteratorum eſſe penuriam, ſcholam puerorum accepit, & alios docendo, ſeque ipſum inſtruendo, brevi tempore ditatus atque honori habitus eſt. Linguam quoque terræ illius apprehendit, atque ad altiora paulatim progrediens, parſimoniæ, frugalitatis, & caſtimoniæ diſciplinis litteraturam adornabat. Ob ea igitur ſtudia omnibus gratus, magnorum virorum atque potentum, ſuffragante ſibi etiam corporis elegantia, contubernio ac familiaritati ſeſe applicuit. Legationibus etiam & reſponſis, inter magnas perſonas deferendis, apprime aptus erat. Denique occaſione legationum Duci Poloniæ innotuit, magnamque in oculis ejus & totius curiæ gratiam invenit, ita ut Duci placeret talis clerici obſequio domum ſuam honeſtare. Ita ergo ſe multa opportunitate ac modeſtia Duci aptavit, & toti curiæ gratum fecit. Cumque aliquot annos probe & ſapienter ibi manſiſſet, uxor *d* Ducis defuncta eſt. Expletis igitur diebus lamentationis ac luctus, cum ſe lætius Dux habere cœpiſſet, Otto qui cum majoribus terræ frequenter erat ; tentare & inveſtigare cœpit de animo Ducis, ſi quomodo ultra ad alios thoros venire cogitaret, adjungens quod in partibus Theutonicis, honeſtiſ-

Ludimagiſtrum in Polonia agit ;

E

F

ubi magnatibus gratus.

d

AUCTORE SEFRIDO.

simum posset invenire matrimonium, per quod magna nobilitas, immo totius Theutonici regni potentia summis amicitiis conjungeretur. Dum hæc Otto crebro monet, sermo ad Ducem perlatus est.

Duci innotescit,

3 Primo autem cœpit apud se ille tractare, deinde consilium habere cum aliis, postmodum ipsum Ottonem ad consilium vocare, plenius ab eo rem cogniturus. Itaque Otto de majestate ac potentia Romani imperii, & de antiqua & clarissima Regis prosapia, pauca præmittens, de viduitate sororis ejus, Dominæ viduæ *e*, quodque eam Imperator dignis thalamis sociare volens, totius curiæ ac Principum, super hoc consilium exspectaret, plurima subjunxit, felicem fore affirmans, cui tantæ pulchritudinis thorus contingeret. Ex parte autem Ducis monebat, ultra in imperiis nihil ei quærendum, nisi amicos, genus, potentiam; utpote cui opes abunde suppeditarent. Quid plura? Dux ipse omnesque consilii participes, à Deo sermonem esse dicunt. Deinde magis ac magis Ducem hortantur sui, monent publicè ac privatim, hoc tam ingens decus, tam opportune venientem gloriam mature captandam. Ubi autem ad plenum Duci res animo sedit, non prius adgredi voluit, nisi & hoc principibus Poloniæ placeret. Habito igitur colloquio, invenit assensum; id idem omnes sequuntur, probant, cupiunt, tanta claritate tantaque nobilitate illustrari Poloniam.

e

à quo

B

ad Cæsarem mittitur,

4 Otto igitur pro tali consilio magnus & clarus habitus est. Cum ergo de nuntiis ageretur, ipse eligitur, & magni summique viri comites ei decernuntur; vestitur, ornatur, ditatur, omnibusque necessariis, quæ usus honorque poscebat, abunde expeditur; sicque in multa gratia dirigitur, in summæ legationis secretissimo officio, gratiam & gloriam recepturus. Eo tempore soror Imperatoris in contubernio ipsius, digno honore & apparatu manebat; de qua ille magnæ affinitatis sperans necessitudines, secundum magnificentiam generis ac potentiæ, felices de illa nuptias exspectabat. Acceptis igitur nuntiis & petitione Ducis, Rex hilariter respondit; magnæ legationi, consilio principum se responsurum pollicetur, gratias tamen agens Deo, vota sua de honore sororis opportune promotum iri. Consilium igitur de tanto negotio habens cum Episcopis & Archiepiscopis aliisque principibus seu magnis viris, magnificè tractat rem & retractat, nuntiis interim ad decus imperiale bene habitis. Denique ubi satis omnia exquisita videntur, vocatis eis, rem per se breviter exequitur Imperator; Ducem Poloniæ, nobilitate, opibus ac potentia dignum altis thalamis; sororem quoque suam unicam unici fratris, gratam sibi præ cunctis rebus, libenti animo tali viro copulare, quia suis fidissimis hoc visum sit consiliariis. Addit etiam, hoc commercio duos populos confœderari, Poloniæ res nobilitari, Ducem amicos, potentiam & gloriam conquiri.

sororem ejus postulaturus.

C

Qua occasione

5 Figitur ergo contractui locus & tempus, remittuntur nuntii, magnis cumulati muneribus, ingens utrimque apparatus, pro personarum dignitate, nuptialibus rebus componitur. Duce igitur optatis thalamis potito, major iterum gratia Ottoni accessit, suique paranymphi Domina oblita non est, in omni domo sua inclitum, charum, & familiarem eum habens. Et quotiens germano suo Imperatori dona vel responsa mittebat, Otto internuntius & fidus mediator fuit; factaque est per eum quasi una respublica, domus Imperatoris & domus Ducis. Cumque inter eas sæpe iret, & rediret, Imperator, vir sagax, legati fidem & prudentiam animadvertit; & quamvis sorori ac sororis marito commodum eum ac necessarium agnosceret, intelligebat tamen altiori dignitati hunc fore opportunum. Quare clementi beneficentia eum alliciens, sorori pro eo scripsit verba postulationis, suis dicens talem Clericum obsequiis necessarium. Soror autem & Dux in multis divitiis benefacientes Capellano suo, in multa honestatis gratia Imperatori eum quamvis inviti dimiserunt *f*.

D

ita placet Cæsari,

f

ut primo ad Capellani

6 Imperator vero primo in levibus eum rebus exercens, familiari ejus servitio in multis benè usus est, psalmos & orationes privatas, si quando vacabat, cum eo ruminare solebat. Nam adeo litteratus erat Imperator, ut per se breves *g* legeret ac faceret. Videns igitur hoc placere Imperatori, psalmos & hymnos, capitula & orationes per totum annum, ut memoriter cursim dicere posset, efformare Clericus elaborabat, aliisque capellanis alias intentis, hic semper præsto erat, & Psalterium *h*, quo uti solebat Imperator, sub ascella jugiter habens, vel ad sellam suam jugiter dependens, quociens opus erat, requirenti obtulit Imperatori. Nihil enim Ottonis solertia negligendum putabat, quo sibi gratiam Domini conciliare valeret. Unde mane, vesperi, omni tempore cum Psalterio suo ad manum Imperatoris præsto se Otto exhibuit.

g

E

h

deinde ad Cancellarii munus,

7 Porro illis diebus investituras Ecclesiarum Imperatores dare solebant, & quotiens Episcopi decedebant, id moris erat, ut Ecclesia illa baculum & annulum Imperatori transmittens, de curia expostularet Episcopum. Multi ergo nobiles & magni viri, cognati ac filii principum in curia degebant, spe promotionis, vice capellanorum Imperatori obsequentes. Inter quos omnes tam æqualiter & composite Otto se gerebat, ut neque ex elatione invidiam, neque ex vilitate despectum incurreret. Denique quodam eorum, qui Cancellarius *i* fuit, ad episcopatum sublimato, Otto sigillum Imperatoris & officium Cancellariæ suscepit; tantaque industria & bonitate se in illa gessit, ut ab omnibus curialibus amaretur, & à cunctis ei deferretur. Imperator vero famosum ac laboriosum opus Spirensis monasterii habebat in manibus, omnes sapientes ac industrios architectos, fabros, cæmentarios, aliosque opifices regni sui, vel etiam de aliis regnis in ipso opere habens, aurum & argentum & pecuniam multam sumptusque infinitos annis singulis expendebat. At magistri operis, partim negligentes, partim etiam sua commoda sectati, rem tarde promovebant. Commonitus ergo Princeps à fidelibus suis, de jactura impensorum, diligentius tractare cœpit, ac securus de Ottonis fide, diligentia, & sagacitate, omne opus ei commisit; præcipiens ut tam opifices, quam magistri eorum illi soli parerent, omnemque pecuniam, sumptus & impensas ab eo expeterent, illique retaxarent. Sed quid? Nam facile dici potest,

i

F

A teſt, quanta conſervatio rerum facta ſit, & quanta ſtructutæ promotio. Ita ergo in omnibus rebus, Deo propitio, præſtabilem ſe & charum ſummis & mediocribus Otto faciebat in aula Regis, quaſi alter Joſeph, curam gerens univerſorum.

8 Interea Rupertus Babenbergenſis Epiſcopus de hac vita migravit *k*. Itaque ex more temporis, inſignia epiſcopatûs ad curiam allata ſunt, & petitio Eccleſiæ pro paſtore. Sed Imperator conſilio ſex menſium ponit inducias; Eccleſia vero Babenbergenſis cum Clero & populo, Deo interim devotiſſime pro idoneo rectore ſupplicabat. Elapſis ergo induciarum diebus, cum jam tempus eſſet mittendi ad curiam pro Epiſcopo, Imperator benignitatis & gratiæ litteris nuncios evocans, idoneum illi eccleſiæ inventum indicat Epiſcopum: inter ſpem & metum anxii attentius rem Domino Babenbergenſes commendabant. Abeuntibus ergo nuntiis, ſummis & præcipuis de ipſa Eccleſia viris, tam Clericis quam laicis; reliqui omnes à minimo uſque ad maximum, in proxima Dominica ante Nativitatem Domini, elatis Crucibus cum proceſſione montem beati Michaëlis aſcendunt, angelica ſuffragia quæſituri; ſcilicet beatus Michaël archangelus cæleſtis militiæ ſignifer, negotio huic ſe ingereret, ut ejus ſtrenuo interventu, ſtrenuum, bonum & gnarum ſuper ſe proviſorem accipere mererentur. Quos in miſericordia & veritate ſumma divinitas, interventu archangeli, exaudivit, ut ipſe rerum probavit eventus. Nam & legati Eccleſiæ ab omni imperatoria majeſtate honorabiliter ſuſcepti ſunt, & optime de negotio ſuo expediti.

k demum ad epiſcopatum Bambergenſem

9 Imperator etenim annuens eis, quantam, inquit, ſolicitudinem geramus pro Eccleſia veſtra, hinc advertere poteſtis, quod non temerè aut ſubito rectorem vobis deſtinandum putaverimus; ſed magis conſilio & deliberatione, mora temporis & cura diligenter exquiſita. Nec mirum ſane; à noſtris enim proximis ac progenitoribus, ut noſtis, Eccleſia illa fundata, prædiis & poſſeſſionibus feudatis, & miniſterialibus & omnium rerum affluentia ditata & ſublimata eſt: quod de aliis Eccleſiis dicere non poſſumus, hæc omnino illi adhuc integra manent, & conſervata. Quare in talem domum, providum & ſagacem & rerum conſervatorem; non vanum, non ſuperbum convenit intromittere rectorem. Unde aliàs non ita ſoliciti fuimus, ſed cito & abſque temporis dilatione fecimus, quod faciendum erat. Cumque his & hujuſmodi verbis conſilium ſuum legatis ſemel & iterum commendaret Imperator, quidam ex eis tanquam pertæſi dilatione, ubinam, vel quis eſſet ſciſcitantur. Imperator, Nonne, inquit, præſto eſt, & manu arripiens Ottonem capellanum ſuum (ibi enim erat, elegantis perſonæ, ac indutus bonis veſtibus, tonſura, forma, totoque habitu intus & exterius clericum præferens) En, inquit, hic eſt Dominus veſter, hic eſt Babenbergenſis Eccleſiæ Antiſtes. Conſternati ad horam illi, invicem reſpiciunt, illumque oculis dejectis ſumunt & reſumunt; aliique nobiles circumſtantes, qui aut ſibi aut ſuis cupiebant, nutu ac muſſitatione legatos quaſi ad contradictionem inſtigabant.

propter egregia ſua merita,

10 Legati autem ſubtriſtes; Sperabamus, inquiunt, aliquem ex dominis & principibus, curiæ noſtræ parentatum, ac nobis notum, dominatorem nos accepturos. Nam hunc, quis ſit, aut unde ſit, ignoramus. Imperator autem reprobationem perſonæ haud ſuſtinens; & vultis, ait, ſcire quis ſit? Volumus, inquiunt: Profecto, ait, ego pater ejus ſum, & Babenberg mater ejus debet eſſe. Verbum hoc mutare non poterimus. Si quis autem huic noſtræ ordinationi, quæ à Deo eſt, contraire temptaverit, offenſam noſtræ indignationis procul dubio incurret. Non enim levitate aut privatis commodis ducimur, ſed quod honeſtiſſimum & maximè illi Eccleſiæ neceſſarium eſſe perſpeximus, id ſimplici animo in hoc negotio ſectati ſumus. De expertis rebus non incertum judicium eſt *l*. Longa hunc hominem experientia & probatione didicimus; patientiam, ſagacitatem & diligentiam in exequendis parvis rebus; ſtrenuitatem ejus in magnis negotiis notam habemus. Denique abſentatio ejus magnum domui noſtræ impedimentum fiet, quam ipſe de omnibus rebus ſtrenuè ac fideliter expedire ſolebat.

l

AUCTORE SEFRIDO. obtrectantibus nequidquam invidis,

evectus ſit.

11 Otto igitur audita clementia Imperatoris, ad pedes ejus ſternitur, ubertim lachrymas fundens. Accurrunt legati, proſtratum levant; ille humiliter recuſat; ſe pauperem, ſe indignum tantæ dignitatis affirmans: juſtius eſſe, viros ingenuos, claros, nobiles, potentes ac divites, & concapellanos ſuos, ad tales honores conſcendere. Cernitis, ait Imperator, qua hic homo feratur ambitione? Jam tertio recuſat; jam duos epiſcopatus ſibi oblatos, ad ſocios transferri rogavit. Quid vobis videtur? Auguſtienſi epiſcopatui eum locare voluimus; ſed iſte ſciens, quod hereditas ad quam primo feſtinatur, in fine benedictione carebit, eos, qui ſe priores in laboribus & exercitiis curiæ noſtræ exiterant, prius ad quietem venire; juſtum eſſe dicebat. Poſtea vero de Halberſtadenſi epiſcopatu, ſibi à nobis oblato, ſimiliter fecit. Quid ergo? Spero, ait, Babenbergenſi Eccleſiæ hunc divinitus eſſe reſervatum. Hæc dicens, annulum epiſcopalem digito ejus infixit & baculum dedit illi; ſicque veſtitum legatis conſignavit; moxque ab omni curia ei acclamatur. Legati ergo rem à Deo eſſe cognoſcentes, ſuſcipiunt, amplectuntur, Dominum & Patrem ſuum illum vocantes. Quos etiam alloquens Imperator: Aſſumite, ait, Dominum veſtrum, & omni reverentia, dilectione ac bonitate ipſum complectimini. Teſtor eum, qui novit omnia, non me hominem noſſe mortalem, cui honeſtius ac tutius ejus loci cura credi potuiſſet. Me quoque vivo & in imperio Romanorum poſito, qui hunc tetigerit, tanget pupillam oculi mei.

Pium ejus tempore ſchiſmatis vorum.

12 His modis, hoc ordine, ad pontificatûs gradus ſcandere coactus, ægre quidem, & cum multa hæſitatione conſenſit, propter de inveſtitura contentionem inter regnum & ſacerdotium, & propter electiones Eccleſiarum, quas evacuare, ac ſibi vendicare, vi magis quam juſtè laborabat imperialis auctoritas. Cogitabat etiam, non abſque divinitatis nutu tertia jam vice epiſcopatum ſibi offerri, quem ſi tertio repudiaſſet, timuit ne ſententiam incurreret illam, qua dicitur, noluit benedictionem & elongabitur ab eo. Itaque in his anguſtiis poſitus, quod ſolum ſalutare putabat, ad ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis, Ca-

Pſal. 108 v. 18.

AUCTORE SEFRIDO.

tholicæ matris auxilium confugere delegit. In ipso igitur articulo adhuc in curia positus, votum vovit *m* Domino, numquam se in episcopatu mansurum, nisi & consecrationem pariter, & investituram canonicè, consensu & petitione Ecclesiæ suæ, à manu Domini Apostolici susciperе mereretur. Diem autem Natalis Domini Moguntiæ cum Imperatore celebravit, dehinc retentis ex parte atque ex parte dimissis legatis, qui pro se venerant, in curia mansit diebus pene XL, decore magno & honestate, Imperatore ipso & omni aula plurimum ei deferente.

m Votum vovit

ANNOTATA.

a *In editione Canisii præfigitur hic titulus :* Incipit vita venerabilis ac Deo digni Ottonis Episcopi & confessoris Apostoli Pommeranorum. *Faschius alium ponit titulum hoc modo:* Incipit liber de vita S. Ottonis Pomeranorum apostoli. *In hac, liber dividitur in capita 37, sed absque titulis : in Canisiana tituli plures sunt, capita à Gretsero dicta ; ut facile observare possis, pro amanuensium ingenio, nonnulla hinc inde addita aut contracta esse, ut etiam de Ebbone in commentario præmonuimus. Nostra hîc est divisio capitum, numerorum &c. more à Majoribus semper usitato.*

b *Paucis observo, Andream ex hoc & sequenti capite nihil, sed ex Ebbone accepisse omnia usque ad caput suum* XVI.

c *De conditione, origine & nobilitate Sancti, in commentario satis dictum est.*

d *De ea Ducis uxore & subsecutis secundis cum Sophia, aliàs Juditha, Henrici IV sorore nuptiis, vide commentarium* § 6.

e *Cujus vidua fuerit, ibidem invenies. Sed repetitio* viduæ, *hic nullum sensum facit ; malim legere* Dominæ Judithæ.

f *Alia Ebbonis narratio, ut citato loco explicatum est.*

g *Per* breves, *intelligo litteras ; si de brevibus plura cupis, adi Glossarium Cangii.*

h *De* Psalterio *&* Spalterio *aliqua notavit Gretserus pag.* 380 ; *nos legimus & legendum putamus* Psalterium.

i *De Cancellarii munere & cura perficiendæ ecclesiæ Spirensis, alibi egimus.*

k XI *Julii* MCII. *Vide in commentario explanationem inscriptionis tumuli.*

l *De his omnibus videndus iterum commentarii prævii* § 6.

m *Hanc S. Ottonis religiosam observantiam egregie tuetur Gretserus à pag.* 392, *adversus Crameri & aliorum prædicantium calumnias.*

CAPUT II.

Ingressus in ecclesiam suam, consecratio & commendatio per Paschalem PP. à quo pallio donatus, regimen sancte orditur.

Frigida hieme nudipes ecclesiam adit.

POst hæc Princeps Augustensi & Wirtzburgensi mandat Episcopis, aliisque de curia sua honoratis viris, qui honestissima societate atque ingenti comitatu, ad sedem suam, in vigilia Purificationis beatæ semper Virginis Mariæ, Babenberg eum deducant, omni Clero & populo in magno desiderio & exspectatione positis. Itaque propinquante illo ad locum, ubi primitus conspicere potuit monasterium cathedrale, ab equo descendit, calceamina solvit, humilitatem cordis, habitu corporis ostendit ; frigora, nives, & glaciem Februarii, nudis pedibus, usque in ædem beati Georgii calcavit, occurentibus ei longo examine Clericis & monachis, nobilibusque laicis in multitudine copiosa, cum universa plebe Babenbergensis ecclesiæ, in pompa & processione gloriosa, in ornamentis & reliquiis Sanctorum, in hymnis & confessionibus, personæ ac tempori opportunis ; tantaque fuit exultatio & decus susceptionis, ut verbis explicari non queat. Salutatione autem completa, penetrabile gelu pedes Episcopi ita adusserat, ut vitæ sedem, cor & vitalia, frigus ex toto pene possederit ; Episcopus autem rerum gnarus, aliis aquam calidam ad lavandos pedes offerentibus ; ille frigidam poposcit, & imponens pedes, frigore frigus propulsavit. Memor ergo voti sui, post paucos dies *a* susceptionis suæ, antequam de aliis rebus suis ordinaret, nuncios Romam mittit & literas in hunc modum.

Ejus litteræ ad Paschalem PP.

14 Domino & Patri suo Paschali, sanctæ & Apostolicæ Sedis universali Episcopo, Otto Babenbergensis Ecclesiæ id quod est, tam devotæ quam debitæ subjectionis orationes & servitium. Quia totius Ecclesiasticæ dignitatis ac religionis firmamentum in Christo petra est, & in Petro ejus discipulo & ejus successoribus ; idcirco ab hac linea, ab hac virga directionis, virga regnorum, pontificatuum & omnium potestatum in Ecclesia, insanum duxi aberrare. Vobis igitur, Pater sanctissime, & sanctæ matri nostræ Romanæ Ecclesiæ collum devotè submittens, auxilium & consilium de rebus meis flagito. In obsequio enim Domini mei Imperatoris per annos aliquot degens & gratiam in oculis ejus inveniens, suspectam habens de manu principis investituram ; semel & iterum, cum dare vellet, renui episcopatum. Nunc vero jam tertio in Babenbergensi episcopatu me ordinavit, in quo tamen minimè permanebo, nisi vestræ complaceat Sanctitati, per vos me investiré & consecrare. Quidquid ergo placeat discretioni vestræ de me, per nuncios mihi significate servo vestro ; ne forte in vacuum curram, si ad vos currere incipiam. Omnipotens mihi propitiam incolumitatem vestram custodiat. Dominus autem Apostolicus visis litteris gavisus [est], eo quod pauci Episcopi Teutonici regni, in ea malignitate temporum, matri suæ, ut justum esset, deferrent, ac ei tales litteras destinavit :

b & hujus responsoriæ. Prov. 10.

15 Paschalis servus servorum Dei, *b* Ottoni dilecto fratri Babenbergensis Ecclesiæ Electo, salutem & Apostolicam benedictionem. Filius sapiens lætificat matrem suam. Opera tua & consilium tuum, virum præferunt sensatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos juvare congruum duximus. Nihil ergo de nostra benevolentia dubitans, tuam nobis, quantocius vales, præsentiam exhibeto. Certi enim sumus, quod divina sapientia etiam malis hominibus bene uti novit.

16 Igitur, acceptis litteris, juxta verbum Domi-

A Domini Apoſtoli, beatus Otto Romam, in Aſcenſione Domini veniens *c*, tranſivit, & in Anagnia civitate Campaniæ, Dominum Apoſtolicum invenit. Porro viri honorati, qui cum eo erant, data & accepta ſalute, Dominum Apoſtolicum etiam ex parte ſalutant, Eccleſiæ ſubdentes petitionem & vota pro Electo. Otto vero nihil cunctatus, ordinem & modum acceſſionis aperit: fatetur omnia, baculum ponit & annulum ad pedes Apoſtolici, temeritatis vel errati veniam petit; inſinuans tamen, non voluntate ſua, ſed poteſtate factum aliena. Pro quo & ſeverus in ſe, canonicæ diſtrictionis ſibimet imprecatur ultionem. Apoſtolicus vero, vir ſummæ prudentiæ, conſtantiam ejus admiratus, levare jubet inſignia. Negat ille; indignum ſe & peccatorem proteſtatus. Cum Apoſtolicus: Sancti Spiritus, inquit, feſtum propinquat, tanti arbitri conſiliis rem hanc commendare debemus. Deinde, ubi de his ſatis utrimque dictum eſt, benedictione accepta, Otto cum ſuis ad hoſpitium digreditur. Ibi multa ſecum tota nocte illa, & ſequenti die tractabat: malitiam temporum, anxietates & pericula paſtorum, inobedientiam & inquietudines ſubditorum; poſtremo quidquid in tali re duri vel adverſi eſſe poteſt, ante oculos ponebat, ac plena deliberatione omnibus depoſitis, privatus & quietus apud ſe vivere decrevit. Itaque aſcitis ſociis viæ, quid deliberaſſet aperuit. Moxque valefaciens Domino Apoſtolico & curiæ, per viam quâ venerat, redire cœpit. Cumque iter diei cucurriſſet, miſſis legatis, ſub ſanctæ obedientiæ mandato Apoſtolicus redire jubet abeuntem: mittit dona donorum ſignificantia, monet cor & corpus aptare donis Spiritus ſancti. Quid faceret? Obedientia retrahitur, à comitibus impellitur, & cum tremore ac reverentia, juxta mandatum Domini Apoſtolici reverſus, in ſancto die ſacroſanctæ Pentecoſtes, petentibus nunciis eccleſiæ ſuæ, ab ipſo Domino Apoſtolico inveſtitur, multoque decore ac lætitia totius curiæ, ſancti Spiritus invocatione, inter miſſarum ſolennia in Epiſcopum conſecratus eſt. Et revertens, has de itinere litteras exſpectanti

C Eccleſiæ ſuæ præmiſit.

17 Otto *d* dei gratia Babenbergenſis Epiſcopus, Eberhardo Præpoſito, Adalberto Decano ceteriſque fratribus omne bonum. Quantum ego novi & expertus ſum caritatem veſtram, ſcio vos jam diu exſpectare eventum noſtri laboris, ut de noſtro ſucceſſu, ſiquidem bene per miſericordiam Dei ſucceſſerit, gaudeatis. Litteris iſtis vobis ſignificare decrevimus, quàm miſericorditer Deus more ſuo poſt immenſos labores & ſudores plurimos, nobiſcum operatus ſit. In die Pentecoſtes ſancto, qui ex adventu ſancti Spiritus ſacratus, & cunctis fidelibus universè ſolennis eſt, illo, inquam, die, Deo ſic ordinante, in Anagnia civitate Campaniæ, quæ Romaniam dividit & Apuliam, epiſcopalis benedictionis munus, quamvis indignus, Domino largiente ſuſcepi; venerabili Papa Domino Paſchali manum imponente; ceteris vero Epiſcopis plurimis cooperantibus; Clero quoque Romanæ Eccleſiæ, cujus magna pars ea die in eamdem civitatem convenerat, aſtante & conſentiente: & quod nulli, à Romano Pontifice conſecrato, noſtris temporibus contigit; ſine obligatione alicujus juramenti conſecratus ſum. Hujus loci, hujus diei, hujus gratuitæ miſericordiæ Dei ſemper memores eſſe debemus, & ut vos memores eſſe velitis cum gratiarum actione, obnixè precamur; præcipue cum aliæ quamplures venerandæ perſonæ, de magnis rebus ad Apoſtolicam ſedem agentes, infecto negotio redierint. Valete.

18 Apoſtolicus vero has commendatitias litteras Eccleſiæ ſcripſit, pro dilectione Ottonis Epiſcopi. Paſchalis Epiſcopus *e*, ſervus ſervorum Dei, Clero & populo Babenbergenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quantæ affectionis debito Babenbergenſis Eccleſia ab ipſo ſuo conſtitutionis primordio, ſedi Apoſtolicæ conſtringatur, etſi nos lateret, litterarum veſtrarum ſignificatio manifeſtat. Quod affectionis debitum, venerabilis frater Otto, veſtræ Eccleſiæ Electus, non inconſtanter tenuiſſe ac tenere cognoſcitur; cum per tot & tanta pericula ad Apoſtolicæ ſedis viſitationem tendere procuravit. Nos igitur eum debitæ benignitatis affectione ſuſcepimus, & juxta veſtræ dilectionis deſiderium, noſtris tamquam Beati Petri manibus, ſalvo Metropolitani jure, vobis per Dei gratiam Præſulem E ordinavimus. Hunc igitur, ſub præſentium litterarum proſecutione, ad Eccleſiæ veſtræ regimen remittentes, plena hortamur affectione diligi, plena humilitate venerari. Confidimus enim eum diſciplinæ eccleſiaſticæ futurum eſſe cuſtodem & ſalutis veſtræ ſolicitum proviſorem. Huic ergo ſedulis officiis obedite, & gratiam vobis in eo conciliate cæleſtem. Integritatem Catholicæ fidei firmam ſemper in omnibus conſervate, ſedi Apoſtolicæ ſemper devotius adhærete, ut per ejus conſortium à contagiis omnibus liberi, ad æternæ ſalutis portum feliciter pervenire, domino largiente, mereamini.

19 Cunctis ergo diebus, quocumque ſtatu Eccleſiæ, Apoſtolicæ ſedi conſtanter ac fideliter adhæſit Otto Epiſcopus, adeo ut in illa dolenda excommunicatione Imperatoris Hainrici junioris, toto tempore ſchiſmatis, cum ſacerdotio perſtiterit, Canonicis ſuo non ingenio quidem, imperio pro conſervatione rerum temporalium ſaventibus. Tali igitur ordine & honore in Epiſcopum conſecratus, multis virtutibus enituit; ſed una in eo tanta claritate reſplenduit, ut in morem ſolis, cetera ſidera prænitentis, ſua luce alias quodammodo minus redderet fulgentes. Dico autem beneficentiam vel liberalitatem, quæ in eo ſpeciali quadam prærogativa ſic enituit, ut ſine ambitione gloriæ inanis, gratiam conſequeretur apud Deum & homines. Tanta enim in dando uſus eſt diſcretione, ut numquam prodigus, ſemper autem liberalis inveniretur. Immanes autem jacturas & ſumptus infinitos parvi pendebat. Si autem ſuæ aut etiam alienæ rei augendæ ratio poſtularet, equidem homo gravis, omnia facta ſua certo judicio ponderabat. Unde ſi aliquando res major & utilior magna largitione acquirebatur, nequaquam manum contraxit. Cauſa igitur largitionis, ſemper ei fuit aut utilitas, aut neceſſitas, aut honeſtas; aut divinæ remunerationis intuitus. Huic autem ſuper omnia intentus, omnium indigentium, vel qualibet calamitate op-

Romæ inſignia Pontifici reſignat,

ſed revocatus, à Papa conſecratur.

d

Rem eccleſiæ ſuæ ſignificat

e

cui à Pontifice commendatur.

F

Singulari in Eccleſiam fide, & largitate elucet,

AUCTORE SEFRIDO.

AUCTORE SEFRIDO.

oppreſſorum commune fuit conſilium. His tamen beneficentiæ modis plus afficiebatur, quorum memoriam poſteris relinqueret.

Donatuſque Pallii uſu,

20 Poſt Dei autem honorem, quem in cunctis factis ſuis glorificare jocundum habebat, etiam Eccleſiæ cui præerat, gratiam & decorem cumulare ſatagebat. Unde factum eſt, quod in ipſo introitu ſuo, cum eatenus quamdam ſpecialis honorificentiæ prærogativam Babenbergenſis Eccleſia, uſum ſcilicet Crucis & Pallii, quater in anno haberet; ille quando ex more, pro accipienda epiſcopali benedictione, Romanæ matri venerandum caput offerebat, non quidem ex ambitione, quod illa vehementer execrari ſolet, ſed ex gratuita ipſius matris benignitate, quæ dignos filios honorare gaudet, eodem honore duplicato, uſum Pallii *f* & Crucis, quatuor aliis vicibus, eo quod idoneus & honore digniſſimus videretur, ad omnes ſucceſſores ſuos tranſmittendum, à beatæ memoriæ Papa Paſchali percepit, in ſacro die Pentecoſtes, ab ipſo in Epiſcopum, ſancti Spiritus cooperante virtute, conſecratus. Ex eo igitur tempore, operante in ſe gratia ejuſdem Spiritus ſancti, tam in ſecularibus, quam in ſpiritualibus cauſis & negotiis, conſilio viguit & prudentia, ita ut dignitatem ſibi augeret & gratiam apud omnes quidem, ſed apud illos ſpecialius, quibus non magis præeſſe quam prodeſſe incipiebat.

f

B

omnes boni paſtoris partes adimplet.

21 Itaque multa cura ei fuit, viam & inſtituta noſſe majorum: & quidquid honoris vel emolumenti alicui ordini vel profeſſioni vel etiam dignitati, debite vel gratuito exhibere potuit, numquam ſponte prætermiſit. Ac omnium ſynodalium & legum provincialium, vel ſynodalium proceſſus vel exceſſus ſumme cognitos habebat, atque ad depromendum quòd ſentiebat, gravi & grata & ornata dicendi facultate comptus eſt. Unde licet non philoſophicæ, nec tam profundæ in litteratura eſſet eruditionis, tamen in populari ſermone, ad erudiendos in divinis & eccleſiaſticis rebus homines, nihil ejus eloquentia præſtabilius *g*, quam admiratione audientium & ædificatione compunctorum, & peccata ſua deplangentium, ſæpe conſtat probaram. Huic enim ab omnibus ſui temporis Pontificibus, in docendo populum naturali ſermone, principatus minimè negabatur; quia diſertus & naturali pollens eloquio, uſu & frequentia in dicendo facilis erat, quid loco, quid tempori, quid perſonis competeret obſervans. Sed quia pluris eſt benefacere quam benedicere, licet utrobique valuerit, & utrumque rectoribus *h* Eccleſiarum conveniat, tamen plerumque contingit in altero aliquem eſſe propenſiorem. Unde ad benefaciendum maluit eſſe procliviot, & in eam partem bonitatis, quæ de fonte rei familiaris emanat in proximos, quia copia ſinebat, ſtudium inflexit, multaque in præſentes erogans, etiam poſterorum, & abſentium, vel nondum natorum oblitus non eſt. Hinc eſt quod illis rebus, quæ poſteris etiam manere poſſent, majores ſumptus impendit, ut ſunt, muri, pontes, aquarum ductus, & quidquid ad multorum in longum poſſet durare commoditatem. *i* Amen.

g

C

h

i

ANNOTATA.

D

a *Potuit S. Otto poſt paucos dies legatos Romam mittere cum ſequentibus litteris: aſt alia eſt epiſtola ab Ebbone recitata num.* 18, *multo ſerius ad Paſchalem PP. à Sancto deſtinata.*

b *Hoc reſponſum deeſt in Ebbone & Andrea.*

c *De hujus narrationis veritate, dubitandum non eſt; verum ita præcipitatur rerum geſtarum ordo, acſi trimeſtris ſpatio facta fuiſſent omnia, quæ ad tres & amplius annos protracta novimus.*

d *Sunt hæc apud Ebbonem num.* 26, *ubi præpoſitus vocatur* Egilbertus.

e *Apud Ebbonem num.* 24, *qui & alia diplomata adducit, hîc prætermiſſa. Ordinem porro, quo geſta ſunt ſingula, ex commentario noſtro accipias.*

f *Singulare hoc Bambergenſis eccleſiæ privilegium eruditis ſatis notum eſt; neque ex Faſchio diſcendum pag.* 468, *quis pallii uſus ſit &c. Neque æſtimandæ aliæ ejuſdem ineptiæ à pag.* 466. *Vide potius notulam Gretſeri pag.* 173.

g *De Sancti ſermonibus actum eſt capite ultimo commentarii prævii.* E

h *Annotatio Faſchii pag.* 470, *ipſi & ſuis longe melius applicaretur.*

i *Hactenus hujus anonymi auctoris propria, ſive hic vere Sefridus, ſive Thimo; ſive, quod verosimilius eſt, ex eorum narratione tertius aliquis, Sefridum potiſſimum ſecutus, præcipue libro* 2 & 3, *ut poſtmodum ex Andreæ Gretſeriani citationibus intelliges.*

CAPUT III.

Multorum monaſteriorum fundationes qua intentione aggreſſus ſit, & quomodo eas à ſummis Pontificibus confirmari curaverit.

a Multa cœnobia fundat & exſtruit F

ET primitiæ *a* quidem operum ejus, duorum fuit ſtructura cœnobiorum in epiſcopio Herbipolenſi, quorum primum Vraugia dicitur, ſub patrocinio beati Laurentii. Alterum Ura, in honore beati Petri Apoſtoli: his autem honeſta & eleganti fabrica compoſitis, ſicut omnibus cœnobiis faciebat ſuis, prædia emere, ſilvas & agros & prata comparare, vel aliis juſtis modis acquirere ſatagebat. Ipſa vero nominare & enumerare univerſa, ne longus aut faſtidioſus fiam, omitto. Deinde in Babenbergenſi epiſcopio tertia & quarta ædificatio duorum cœnobiorum fuit, quorum unum Michelvelt dictum, in honore ſancti Joannis Euangeliſtæ. Alterum Lanchein, in honore beatiſſimæ virginis Mariæ de ordine Ciſtercienſi. Nam iſta tria fecit de ordine Cluniacenſi Et Michelvelt & Vraugia in patrimoniali fundo Eccleſiæ; Lanchein vero & Ura in adventitio locata ſunt. Porro in epiſcopatu Ratiſponenſi ſex monaſteria conſtruxit; quinque de ordine Cluniacenſi, quorum unum Enſtorff dictum, in honore ſancti Jacobi Apoſtoli. Secundum Priffling*, ſub patrocinio beati Georgii martyris. Utraque autem in adventitio

Lanchein.

**al.* Pruveningen.

titio fundo locata ſunt. Sed Enſtorff ab Ottone Palatino Comite acceptum, magnificæ liberalitatis munificentia ditatum, ædificiis, ac prædiorum largitionibus decoravit ac provexit. Priffling vero quomodo divinæ revelationis & angelicæ viſionis occaſione, à fundo cœperit, ad notitiam poſterorum ſcripto tranſmittere non inutile credimus.

b etiam apud Ratiſponam

23 Heinricus *b* proinde quintus, Heinrici quarti Imperatoris filius, æſtivo quodam tempore curiam Epiſcoporum ac Principum totius Theutonici regni frequentia celebrem Ratiſponæ celebrabat, cui venerandum Ottonem, utpote magnum conſilio, & omnium primatum aſpectibus gratioſum, quippe qui gratia & affabilitate, & vitæ etiam merito omnium ſibi conciliabat favorem, regia non patiebatur deeſſe vocatio. Sed pius Otto, qui cum Pſalmiſta dicere noverat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Si quando locus dabatur & opportunitas, ne tumultu ac ſtrepitu curialium, meditationis ejus impediretur propoſitum, à curia ſe abſentabat; ut ſolus ſoli Deo, quo liberius, eo licentius vacaret. Erat itaque in occidentali civitatis parte, in vicinia villæ, Priffling dictæ, à qua & monaſterium pro condignitate nomen contraxit; ager paſcuus, arborum umbra & graminis viriditate admodum delectabilis, in quo venerandus Præſul, pro loci amœnitate; cum tentorium ſubrigi ſibi feciſſet, meridiano tempore feſſa quieti membra dederat. Cum ecce in morem ſcalæ illius, in qua Jacob patriarcha angelos vidit deſcendentes & aſcendentes, à capite dormientis ad cælum uſque porrigi beato Pontifici viſa eſt; & angeli in ea alternis vicibus deſcendentes & aſcendentes. Ille ergo excitatus, Capellanos reliquoſque commilitones ſuſcitatos advocat, & ſeriem viſionis avide auſcultantibus exponit. Omnes itaque viſionem à Deo eſſe conſiderantes, non ſomnum vanum; divinæ revelationis glorificant dignationem: & Epiſcopum, ut inibi obſequium Deo provideat, per viſionem hujuſmodi admonitum dicunt. O felicem Præſulem, omni laude & honore digniſſimum, cujus quia in cælis eſſet converſatio, divina revelatio, & cæleſtium civium viſio declaravit. Ipſe proinde, agri poſſeſſore requiſito, agrum comparavit, & altare in eo, ubi ſponda ſteterat, & deſuper eccleſiam exſtruxit, donec agrum conterminabilibus comparavit, ſpacioſum locum monaſterio & cellæ conſtituendæ conquiſivit. Talis itaque ei fuit occaſio cœnobii Bryvingenſis à fundo exſtruendi.

ac variis aliis locis

24 Tertium eſt cœnobium Munſter, quod cum adjacente parochia, ejuſdem nominis, auri & argenti pretio ab Heinrico duce Bavariæ & à Dypoldo Marchione comparavit; & regali privilegio Lotharii, in proprietatem Babenbergenſis Eccleſiæ collatum, ſuſcepit. Quartum Biburch. Quintum Malenſtorf. Sed Biburch ſub patrocinio eſt beatæ Dei genitricis; illud autem in honore ſancti Joannis Evangeliſtæ; utrumque autem fundi adventitii. Sextum eſt Windeberg de ordine Nortpertinorum, in honore beatæ ſemper virginis Mariæ, & ipſum de fundo adventitio. In epiſcopatu Halberſtadenſi, undecimum ei eſt, congregatio Reginſtorf de ordine Cluniacenſi, ſub patrocinio B. Joannis Baptiſtæ. Abbatiam, Wirtzenburch, quæ nunc mutato loco & nomine, Reginſtorf appellatur, cum omnibus pertinentiis, ab Heinrico Imperatore acceptis privilegiis, Babenbergenſi adjecit Eccleſiæ. Bona quoque ejuſdem cœnobii duplicavit. Nam cum prius non niſi ſexaginta habuerit manſos; eumdem numerum totidem additis ipſe ampliare curavit. In epiſcopatu Aiſtetenſi duodecimum illi eſt, congregatio de ordine Ciſtercienſi, Halsbrunn dicta, ſub patrocinio beatæ Dei genitricis. Ipſe autem [locus,] fundis à venerabili Ottone multa pecunia comparatis, magnis ſumptibus in abbatiam promotus eſt. AUCTORE SEFRIDO.

aliiſque in epiſcopatibus.

25 In epiſcopatu Patavienſi decimum tertium, congregatio Alderbach dicta. Et decimum quartum Cluniacenſe ſub patrocinio beati Andreæ Apoſtoli, juxta fluvium Aniſen. * Hanc à Lyopoldo Marchione datam ſuſcepit, in cujus promotione viginti manſos & quinquaginta marcas expendit. Et in patriarchatu Aquileigenſi quintum decimum cœnobium, in caſtro Arnoldenſtein, deſtructa munitione, conſtruxit. Quadraginta vero & quinque annis hoc caſtrum, cum nonaginta quinque manſis, ad ſe pertinentibus, Eccleſiæ Babenbergenſi abalienatum fuit. Sed ipſe multo labore & impenſa recuperavit, & additis ei ſexaginta manſis, abbatiam eſſe fecit. Has quindecim congregationes opera illius & benignitas fœcunda ſemper propagavit. Quinque inſuper cellulas, quaſi totidem grana ſeminis, ſeminare curavit, ſciens, quod neque qui rigat, nec qui plantat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Ex eiſdem autem granis quidam jam ſurculi pullulant; poteruntque, Deo præſtante incrementum, in arbores conſurgere. Sunt autem hæ, una, quæ dicitur Aſpach, in honore ſancti Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, ipſum autem fundum & prædium ejus Babenbergenſis Eccleſia multo tempore perdiderat; ſed ipſe illud ſolerti cura requiſitum, cellam fecit monachorum, eaque in abbatiam convaluit; prædiorum donatione copioſa ab ipſo primum, deinde ab aliis fidelibus ditata. Secunda eſt in loco Babenbergenſi, in domate ſancti Michaëlis ſita, ſub patrocinio ſanctæ Fidis, Virginis & Martyris. Primo hanc ſanctimonialium eſſe voluit; ſed altiori conſilio ſeptem monachis eam inſtituit, & cum omnibus pertinentiis ſuis ſancto Michaëli conſignavit.

* *al.* OENUM.

De quinque Cellis.

26 Tertia eſt Rotha, ſub patrocinio ſancti Georgii Martyris in epiſcopio Herbipolenſi. Quarta eſt Verzera in eodem epiſcopio, in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, de ordine Norpertinorum. Sed alterius fœcunditas, alteri fecit ſterilitatem. Rotha enim in ſua permanens ſterilitate, proficienti Verzeræ tamquam meliori ad ſerviendum ſubdita eſt. Hoc tamen ſciendum, quod Epiſcopus Rotham ab Agnete Palatina & ejus ſorore Adelheyde, cum ſexaginta manſis Eccleſiæ Babenbergenſi donatam ſuſcepit; circumjacentia vero eccleſiæ cellæ emit bona ducentis ſeptuaginta quinque marcis, cum miniſterialibus, ſcilicet agris, ſilvis & pratis, paſcuis ac molendinis, & cum utilitate ac jure, quo Chuno dux idem prædium noſcitur habuiſſe. Verzeram autem Goteboldus Comes ædificare inchoaverat, quam Epiſcopus ab eo ſibi datam ſuſcipiens, ſuis eam promovit impenſis. Quinta ei cella fuit

AUCTORE SEFRIDO.

in episcopio Herbipolensi, Nichardelsehausen, in pago Tullenelt. Atque si, quod verum est, fateri liceat, sextam ille Tikchelnhausem in eodem episcopio annumerare debemus; hujus enim structores, dum ejus promotioni minus sufficerent, scientes Episcopum talium rerum studiosissimum, ut ejus opitulatione locus promoveretur, ipsius hunc titulo adscripserunt, atque ut eum Babenbergensi Ecclesiæ omni jure firmarent, coram idoneis testibus promiserunt. Hac igitur conditione multa eidem loco impendit. Hæc de cellis & monasteriis ejus, dicta sufficiant.

Causam tot largitatum rogatus, c

27 Inquisitus autem familiariter à suis, quare tot & tanta in sumptus ecclesiarum Christi, tam diligenter *c* expenderet. Parabolam illam Euangelicam de Samaritano & homine à latronibus cæso, & stabulo & stabulario, ad reddendam rationem causæ suæ humiliter inferebat; Mundus, inquiens, iste totus exilium est, & quamdiu vivimus in hoc mundo, peregrinamur à Domino; unde stabulis egemus atque diversoriis. Stabula vero & diversoria,
B cellas dicebat & monasteria; & ea non indigenis, sed peregrinis seculi esse opportuna. Quid multa, inquit, vel nimia esse, vel fieri, queruntur diversoria, non semper in peregrinatione positos se putant, sed in patria. Quod si à latrunculis occupati fuerint, si spoliati, cæsi, atque plagati fuerint, & ita semivivi relicti, certe vel inviti experientur, quam melius est, juxtà esse stabulum, quam procul. Cum enim repentinus supervenit interitus, & dolor sicut in utero habentis; ita ut evadere non possint, quomodo illuc levari poterunt, si procul est? Et si tales multi in locis multis, nonne melius est stabula multa esse quam pauca? Si enim pauca fuerint, quo modo multis peregrinis, multis sufficient ægrotis? Præterea, inquit, novissima hora est, & mundus in maligno positus est; sed propter eos, qui ab illo fugere ac salvari cupiunt, quia homines multiplicati sunt super terram, & cœnobia multiplicari, absurdum non est. Ab initio seculi, cum pauci essent homines, necessaria erat propagatio hominum, & ideo non continebant; tempus est; continere debent homines, quicumque possunt, atque vacare Deo. Continentia vero & alia sanctita-
C tis opera in cœnobiis melius, quàm extra observari potest.

solidis rationibus

28 Hæc mihi causa, inquit, fuit, hæc intentio multiplicandi cœnobia. Et ut aliquid secundum hominem loquar, dum proficiunt ac succrescunt cœnobia studiis & oblationibus fidelium, sicut in plerisque locis videmus, quia tribuente Deo, promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boves eorum crassæ; ipsorumque providente solertia, non est ruina maceriæ, neque tansitus inutilis in satis eorum & pratis; possunt nonnumquam honori atque utilitati esse suis Episcopis. Si vero tenues sunt & pauperes, habent successores mei, apud quos opportune collocent eleemosynas suas, & occasionem inveniunt benefaciendi honestam, si meos surculos irrigando, suas arbores faciunt, sicut & ego aliorum meas feci aliquas: & facilius quidem inchoata promovere, quam ea, quæ nulla sunt, inchoare. Initia enim rerum difficilia sunt. Unde si qui ad inchoandum talia tardi fuerint & timidi, vel meis initiis, meis- D
que fundamentis in nomine Domini superædificare accingantur.

intentum suum graphice exponit;

29 Tales suorum operum ille rationes reddere dedignatus non est; hoc fine concludens omnia, ut in omnibus honorificetur Deus & proximus adjuvetur. Nec eum utique spes fefellit, multa enim bona ex ejus studiis in Ecclesia provenêre, atque proveniunt quotidie. Quid enim putamus in tot cellis & cœnobiis Deo servitii & honoris; quid proximo solatii exhibetur & utilitatis? Signa illic & portenta per eum & per ejus opera fiunt quotidie; & si non corporaliter, profecto quod melius est, fiunt spiritualiter. Ibi enim cæci vident, surdi audiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. His enim malis & in- Matth. 11.
commodis circumventi homines peccatores, de seculo, ad meliorem vitam secundum animam, in cœnobiis convalescunt. Ibi lectiones sacræ, psalmodia & orationes, missæ, atque divinarum rerum contemplationes, jejunia & vigiliæ, & pugna jugis contra spirituales nequitias, ibi carnis contritiones & cordis, eleemosynarum largitiones & hospitalitates. E
Quis negat ex magna parte meritis ejus hæc omnia posse ascribi, cujus labore & impensâ ipsa cœnobia contigit fundari? Considerans autem quod ipsorum cœnobiorum suorum structura robustius consisteret, si eam Apostolicæ auctoritatis petra solidaret, nec facile convelli posse, si vallata esset munimine Petri; sub ejus defensione omnia constituens, à sede Apostolica hujusmodi scripta suscepit.

privilegiis Calixti

30 Calixtus *d* Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babenbergensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Bonis fratrum nostrorum studiis, non solum favere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare. Tuis ergo, charissime & venerabilis Frater, Otto Babenbergensis Episcope, supplicationibus inclinati, monasteria, quæ ipse propriis sumptibus extruxisti, & Babenbergensi Ecclesiæ conferens, Apostolicæ Sedis roborari munimine quæsivisti, in beati Petri ejusque Romanæ Ecclesiæ protectione suscipimus, contra pravorum hominum nequitiam, defensanda. Statuimus er- F
go, ut possessiones, prædia & bona omnia, quæ & Fraternitas tua eisdem monasteriis, divini amoris intuitu, contulit, quæque aliorum fidelium justa oblatione concessa sunt, aut in futurum justè legalitervè acquiri vel offerri contigerit, firma eis & illibata, Domino auctore permaneant. Ordinationes sane Abbatum vel monachorum suorum à Catholicis Episcopis accipiant, rerum vero ipsorum monasteriorum curam & administrationem in tuo tuorumque successorum arbitrio & potestate manere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit, eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigationibus vexare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus commodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactio-

A tisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eiſdem monaſteriis juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem, præmia æternæ pacis inveniant. Scriptum per manum Gervaſii Scriniarii regionarii & notarii ſacri Palatii.

31 Sed ſicut in rebus temporalibus perpetuam ſecuritatem & immunitatem ſuis cœnobiis, per Apoſtolicam auctoritatem providere ſtuduit, ita in religione & diſciplina ſpirituali ſtabilitatem atque immutabilitatem monaſtici Ordinis ejuſdem ſacræ Sedis auctoritate corroboravit, ſicut in privilegio, quod à Domino Innocentio Papa accepit, perſpicuè conſiderari poteſt.

B 32 Innocentius *e* Epiſcopus ſervus ſervo- *e*
& Innocentii rum Dei, Venerabili fratri Ottoni Babenbergenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoties à nobis petitur illud, quod religioni & honeſtati convenire cognoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & congruum impartiri ſuffragium, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Proinde venerabilis Frater, Otto Epiſcope, petitionis tuæ deſideriis ex conſueta ſedis Apoſtolicæ manſuetudine, clementer annuimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut tenor religionis, qui in eccleſiis tibi commiſſis eſt per tuam diligentiam, cooperante Domino, inſtitutus, firmiter in eis, perpetuis temporibus conſervetur. Conſtituimus etiam, ut in eiſdem Eccleſiis nullus per ſimoniacam hæreſim ſtatuatur, ſed honeſtæ perſonæ, quibus utique morum & ſtatûs dignitas ſuffragatur, inibi ordinentur. Sane in cœnobiis, quæ vel antiquitus in tua parochia conſtructa ſunt, vel tu ipſe devotionis intuitu conſtituiſti, ſeu aliis juſtis modis Eccleſiæ tuæ unire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium, infra tuam diœceſim, divina
C inſpirante gratia conſtruentur, ſacræ religionis ordinem manere decernimus; nec alicui liceat ejuſdem inſtitutionis formam ullatenus permutare; niſi fortè ad melioris ſtatus prærogativam, præſtante Domino, promovere voluerit. Nec id alicujus ſingulari judicio committatur, ſed omnium monaſteriorum ad Babenbergenſem Eccleſiam pertinentium, aut ſanioris partis conſilio ac conſenſu fieri debere ſancimus. Si quis autem huic noſtræ conſtitutioni temere contraire temptaverit; ſecundo, tertiove commonitus, ſi non factum ſuum digna ſatisfactione correxerit, à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini redemptoris Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Conſervantes eiſdem locis, quæ juſta ſunt; omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtram gratiam conſequantur.

omnium firmitati proſpiciens.

33 His ita ſe habentibus, manifeſte vides, beatum Ottonem ſatis, quantum in ſe fuit providiſſe, ut in omnibus cœnobiis ſuis ordo ac tenor religionis ſacræ, qui per ejus diligentiam, cooperante Domino inſtitutus eſt, firmiter perpetuis temporibus conſervetur. Aperte enim ſancitum eſt auctoritate Romana, ut in eiſdem ejus cœnobiis ſanctæ inſtitutionis formam nullatenus alicui mortalium liceat permutare; niſi fortè ad melioris ſtatus prærogativam, præſtante Domino, voluerit promovere *f*. *f*

AUCTORE SEFRIDO.

ANNOTATA.

a *Hîc incipit caput* XVI *Andreæ à Gretſero editi, qui in ſex diverſa capita dividit, quæ apud Caniſium indiſtincte referuntur, luxatis quandoque & corruptis nominibus, ex Gretſeri editione reſtituendis. Videri etiam poſſunt quæ ipſe de his fundationibus notavit à pag.* 395. *Nos hic auctorem noſtrum reddimus.*

b *Hiſtoriam iſtam cum S. Ottonis viſione, in Chronico etiam Hirſaugienſi narrari, alibi monuimus, utinam tam certo ſciretur, quo anno acciderit. Vox* conterminabilibus *ibi in fine uſurpata, intelligenda videtur, de empto agro contermino.* E

c *Andreas Gretſeri cap.* 23 *loquentes inducit Sefridum & Thimonem, ſervatâ totâ rei ſubſtantiâ: unde rurſus colligitur, ſcriptorem noſtrum dialogis iſtis uſum fuiſſe. Nugæ Jaſchianæ ſuper miraculis pag.* 471, *contemnendæ potius quam refutandæ.*

d *Dixi in commentario, hanc bullam haud dubie poſtulatam, antequam ad miſſionem Pomeranicam tenderet anno* 1124, *ut etiam notavit Baronius. Atque huc revocandum aliud privilegium, quod infra ponitur num.* 37. *Nugatur denuo Jaſchius, neſcio quas gerras intorquens, quæ ad rem non pertinent.*

e *Fuit hic Innocentius II, qui ſedit ab anno* 1130 *ad* 1143. *Cum autem privilegium anni nota careat, id ſolum conjici poteſt, datum circa annum* 1131 *aut* 1132, *S. Ottone jam ſeneſcente, ſed diſciplinæ monaſticæ prudenter conſulente.*

f *Poſt hæc aliqua apologetica inſeruntur vitæ à Gretſero editæ, quæ Andreæ potius eſſe crediderim, quam antiquorum ſcriptorum, licet eadem referat Andreas Jaſchii, ſub finem capitis* 24.

CAPUT IV. F

Cura reſtaurandæ Cathedralis augendique epiſcopii. Sancti frugalitas, morbus, miſericordia tempore famis.

Monaſterium cathedrale

IN diebus ipſius, ſemper honorandæ memoriæ Ottonis, Cathedralis eccleſiæ monaſterium, quod ſub anteceſſore *a* ſuo, Domino permittente, uſque ad ſolos muros ſuperſtites conflagratum erat incendio, multis ſumptibus ab eo ad priſtini decoris nobilitatem reparatum eſt. Ipſe pavimentum ſtravit, columnas eccleſiæ, quas ignis afflaverat, opere gipſeo & firmavit & ornavit, chorum ſancti Georgii exaltavit, picturas quoque, non ignobiliores prioribus effecit; & ne ultra ſimiles formidare debeat eventus, totum monaſterium & turres cupreis tabulis contexit; ſphæras quoque & cruces turrium deauravit, omnia denique ædificia clauſtri per officinas ſingulas renovare, & in meliorem ſtatum promovere curavit. Quantum vero eidem eccleſiæ bonorum & prædiorum, præter ea

AUCTORE SEFRIDO.

quæ à fundatoris liberalitate ipſe pridem habuerat, benignitate ipſe ſuperaddiderit, in redditibus & oblationibus quotidianis canonicæ præbendæ conſiderari poteſt *b*. Eccleſiam quoque ſancti Michaëlis cum terræ motu ſoluta, ruinam ſui minari videretur, à fundamento deſtruxit, & ingenti ſumptu ac pecunia, majoris & elegantis fabricæ monaſterium, in laudem & gloriam Dei & militiæ cæleſtis erexit.

b *& eccleſiam S. Michaëlis ſplendidè reſtaurat,*

35 Stipendia quoque fratrum, talentis pluſquam nonaginta redituum per ſingulos annos cumulavit. Multa *c* quoque ornamenta eidem loco contulit, ipſumque uſque ad noviſſimam tubam & vocem filii Dei, locum habitationis ſuo venerando corpori elegit. Multa hic ſtudio brevitatis prætereo, quæ huic & aliis cœnobiis & eccleſiis ſuis ab ipſo collata ſunt, in palliis, ſtolis & caſulis, in calicibus aureis & argenteis, in thuribulis & acerris, in candelabris & variis eccleſiarum utenſilibus, in cortinis, aulæis, & tapetibus, & in libris utriuſque teſtamenti, & variis codicibus, quorum omnium tam ingens copia eſt, ut numerus æſtimationem videatur excedere; mirumque ab uno Epiſcopo tot locis tanta potuiſſe conferri. Sed hæc omnia de fonte rei familiaris hauriens, Deo ſubminiſtrante abundantiam, ipſum non exhauſit; quia, ſicut fateri conſuevit, quanto magis in opera Dei erogabat, tanto magis quod erogaret habebat. Nam licet totus in Deo fuerit, & omnia ſua in cæleſtes theſauros præmittere feſtinaret; ipſe tamen, utpote prudens & potens, Deo quæ Dei erant reddidit, & mundo quod ſuum erat non negavit.

quaquaverſum mirè munificus, *c*

B

36 Regibus quippe ſeculi, ſuper omnes regni Pontifices, honorificè ac fideliter domi foriſque ſervivit: Principum quoque ſibi familiaritates & amicitias intimas conciliavit: miniſterialibus & feudatis Eccleſiæ propria jura & honorem intemeratum conſervavit; familiam denique, & omnia ſibi adhærentia firmiſſimo pietatis præſidio, & maternæ affectionis ala confovendo protexit; ſtipendia epiſcopalis menſæ nullius umquam neceſſitatis occaſione minoravit; ſed quod de parſimoniali fundo Eccleſiæ matricis, propter adjacentiam & opportunitatem cœnobiis contulit, emptitiis & adventitiis prædiis recompenſare cuñ augmento ei curavit; quia de injuſto non poſſe fieri dicebat eleemoſynam. Injuſtum autem, imo injuriam maximam eſſe affirmabat, aliqua largitione aut feudatione, ſine recompenſatione, tabulam minuere ſucceſſorum. Ad hanc ergo excludendam ſuſpicionem, & ne cuiquam ſuccedentium ſibi Epiſcoporum fas ſit diſpoſitioni ejus quidquam ſuperordinare, vel ab ipſo bene ordinata reſcindere, Sedes Apoſtolica, ejus poſtulatione, ſuper his omnibus hujuſmodi ei confirmationis privilegium poſtulavit. [*leg.* porrexit.]

abſque jactura menſæ epiſcopalis,

C

37 Calixtus *d* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babenbergenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sanctorum Patrum præceptis & Canonicis ſanctionibus demonſtratur, quod prædia & poſſeſſiones eccleſiarum, quæ vota fidelium, pretia peccatorum & pauperum patrimonia non immerito nuncupantur, vendi vel alienari non debeant. Quæ enim divinæ majeſtatis obſequio, & cæleſtium ſecretorum uſui ſunt dicata, non decet in alienum jus redigi, vel in alterius ſervitii formam tranſmutari. Nempe ut beati Symmachi Papæ verbis loquamur: Poſſeſſiones, quas unuſquiſque Eccleſiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuſlibet titulis aut diſtractionibus, vel ſub quocumque argumento, non patimur. Eapropter nos tuis juſtis poſtulationibus annuentes, manſos, qui epiſcopalis menſæ tuæ ſervitio dediti ſunt, in eodem ſtatu, in quo benè à te diſpoſiti cognoſcuntur, futuris temporibus permanere, præſentis ſcripti noſtri confirmatione ſancimus; ſtatuentes, ut nulli ſucceſſorum tuorum, vel alicui hominum liceat eos vendere, ſive in laicorum beneficium tradere, vel in uſus alios commutare. Sed ſicut à te diſpoſitum eſt, de unoquoque prædictorum manſorum denarius unus annis ſingulis Babenbergenſi eccleſiæ, pro anima Imperatoris Heinrici fundatoris ejus, ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero & Regulares canonicas, per induſtriam tuam in religionis ordine ſtabilitas, & alia à te recte conſtituta, nulli hominum facultas ſit, in poſterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario auſu præſumpſerit, excommunicationis vinculo ſubjacebit. Data Latterani Idibus Aprilis, Indictione ſecunda. [1124]

d *ut probant bulla Calixti*

D

E

38 Rem quoque familiarem epiſcopii, ſicut prædiis & poſſeſſionibus, ita etiam ædificiis & caſtrorum munitionibus adjuvit atque ſublimavit. Nam per diverſa loca & curtes epiſcopii, quatuordecim baſilicas & quatuor cœnacula elegantis fabricæ conſtruxit. Præterea ſex caſtella, quæ pridem non habuit, dominio epiſcopatus adjecit, unum videlicet Albuineſtein. Secundum Lupoldenſtein. Tertium Geutenreut. Quartum Hemphenveld. Quintum Eberſperck. Sextum Eſchenveld. Caſtrum vero Albuinenſtein, quod etiam dicitur Bottenſtein, fere in meditullio ſitum epiſcopatus, octingentis argenti libris, nec non XVII auri talentis comparavit. Providens in hoc ſibi & poſteris non modicum pacis ſubſidium: quia bonis Eccleſiæ in circuitu poſitis defenſio eſt, & terror inimicis. Multa quidem commemorare poſſem, quæ illius ſtudio ac labore in rebus temporalibus epiſcopatui acceſſere: ſed parcius hæc laudanda puto; quia penè omne genus hominum acquirendi ſtudioſum eſt, & ſua cumulandi, neque ut id faciant, egent exemplo; ſed ne male id faciant. Hic ergo non in eo quidem magno opere laudandus, quod rem familiarem quærere aut augere ſolicitus fuit; ſed hoc in eo non temere laudatur, quod his rebus à quibus abeſſet turpitudo & avaritiæ ſuſpicio *e* [ſancte uteretur] diligentia videlicet & frugali parſimonia.

& varia bona epiſcopio adjecta,

F

e

39 Non in veſte *f*, non in cibis, rebus epiſcopii umquam indulgentius uti voluit; nec voluptati, ſed neceſſitati ſuæ tantum providebat. Quin etiam, aiunt, illum humilitatis cauſa ocreas vel ſubtalares diſſolutos *g* plerumque ad ſartorem miſiſſe. Murmurantibus autem de hoc aliquibus, Sinite, inquit, fratres, ſinite; res epiſcopii, eleëmoſynæ ſunt fidelium; vanis uſibus eas profligare non debemus. Nec in veſtitu ei frugalitas defuit. Ac in victu quomodo ſe reſtrinxerit, vix ulli credibile videbitur. Nam dixiſſe hunc pro certo accepimus, numquam ſe ad ſatietatem panem

f *ipſe interim ſummè frugalis.*

g

A nem in episcopatu comedisse. Semper enim sobrius ac pene jejunus de cœna vel prandio surrexit; apposita omnia infirmis, pauperibus ac mendicis impertiens. Quodam jejunii tempore multa penuria piscium fuit, sed quidam procurator ejus, lucium parvæ quantitatis; emptum duobus solidis, prandenti attulit bene paratum, modeste obsecrans, ut se uberius reficeret vel cibo, qui tam magno pretio constabat. Cui Episcopus: Quanto? inquit. Procurator, duobus, ait, solidis. Et Episcopus: Absit ut miser Otto solus hodie tot denarios absumat, levansque discum, defer, ait, hunc pretiosum cibum Christo meo, qui mihi me ipso pretiosior esse debet; defer, inquam, ei, sicubi ægrotus in lecto jaceat, vel paralyticus. Nam ego robustus hoc me pane reficiam. Sic ille in opulentia sua deliciis affluebat, Præterea in consuetudine habuit, à manibus sacerdotum, in conclavi,
h corporales accipere disciplinas *h*, sane adeò acres, ut cruor aliquando latera ejus tingeret. Ipse quoque Pater cælestis, qui ait: Ego quos amo arguo & castigo; suo interdum verbere,
B ad eruditionem eum tangebat.

40 Referam unum de flagellis ejus, cautsamque sive ordinem monstrabo, quidve inde boni provenerit. Dum forte in vico, qui dicitur Buchelbach, divinarum rerum studiosus chartulam Patrociniorum *i* legisset, & in ara ecclesiolæ multas & permaximas Sanctorum reliquias reconditas cognosceret, ad nobiliora loca eas transferre cogitabat, ubi ampliori honore divinæ servitutis ac religionis colerentur. Itaque assumptis clericis, jejunio & oratione præmissa, pia, ut dictum est, intentione, sigillum altaris solvi præcepit, sed hæsitantibus cunctis ac trepidantibus, ipse ferramentum corripiens; Absit, inquit, ut tantum decus sub tam vili schemate remaneat. Cumque bis aut ter sigillum malleo percuteret, sanguis de cistula plumbi cucurrit, acsi de corpore animalis flueret. Sed quid? Turbatur Episcopus, ferramentum projicit, stupent omnes, opus cœptum omittitur, ad orationem tam ipse, quam omnes qui aderant se prosternunt, commissi veniam postulantes. Sed Pater omnipotens, sapiens & benignus, qui ad disciplinam filium erudire parabat, gravi
C statim languore tetigit ottonem suum, adeo, ut vitæ terminum putaret. Igitur invalescente morbo, cum evadere non speraret, eum quem maximè fidum ac familiarem habuit Abbatem sancti Michaëlis Wolframum vocavit, ut sive ad vitam sive ad mortem res vergeret, fide & obsequio fidelis amici uteretur, qui dum ejus lectulo assisteret, ejusque dolores quibus poterat consolationibus relevare curaret, Otto beatus, monasticæ religionis præcipuus semper amator, habitum monachicum ardentissimè flagitabat; à multis annis se dicens in proposito habuisse, depositis pontificalibus, in paupertate spiritus & contritione cordis Deo servire sub magistri obedientia.

41 Verum Abbas, vir gnarus ac prudens, & magni consilii, obedientiam quidem promittentis suscepit, desiderium laudans ac petitionem: porro de habitu distulit ingeniose. Hinc post aliquot dies, melioratur ægrotus, voti memor, habitum quærit religionis; disponit de rebus suis; ad monasterium se portari jubet. Abbas igitur lætus de fervore vo-

Volens cistulam sacram solvere i

languore à Deo tactus,

monachus fieri postulat,

tivi sui, adhibitis sui nominis compluribus honestis viris, de hoc verbo cum eis communicat. At hi quidem perspectis omnibus, inutile factum dicunt, personam talem, Ecclesiæ & pauperibus Christi tam necessariam, ad silentium monasterii transire. Itaque cum reverentia Episcopum interrogat; si promissam sibi obedientiam implere vellet. Ille vero, in ejus, inquit, nomine, qui pro nobis Deo patri usque ad mortem obedivit, tibi obedire paratus sum. Cui ille, & ego, inquit, in nomine ipsius tibi jubeo, Pater sanctissime, sub honore accepti reginiinis usque ad diem vocationis tuæ permanere, & honorem & utilitatem Ecclesiæ, ad consolationem egenorum & pauperum, in sublevatione viduarum & orphanorum facere, sicut facis, ad consummanda cœpta tua in operibus tuis bonis; & , ut brevius dicam, facere quod facis, operari quod operaris, pro æterna vita & centuplo. Quis enim monachorum tantæ perfectionis *k* est, ut ejus merita vel paupertatem tuis divitiis adæquemus? Igitur post hæc tempora episcopatus Babenbergensis totus in eleemosynas, totus in hospitalitates pauperum & peregrinorum versus est. Quidquid frumentorum aut victualium, quidquid auri vel argenti usquam vel umquam inveniri potuit, per egentium manus in thesauros cæli transmissum est.

42 Eo tempore orientalis Francia sterilitate annorum, magna panis inopiâ laborabat; ipsi namque opulentiores fame & necessitate squalebant; inopes autem & mendici passim per plateas & agros mortui jacebant, ita ut præ multitudine in cœmeteriis humari non possent. Sed vir Dei misericordia plenus, memor Tobiæ, modo per se, modo per alios sepeliendi officium complevit: ubi autem cadaverum multitudo sepulturam ordinatam fieri non sinebat, ingentes fossas præparavit, & centenos & millenos simul quandoque terræ mandabat, pretio conducens homines, qui talibus officiis, jugiter inservirent. Ipse autem per se omnia lustrabat, vicos, plateas, ac domos pupillorum, vespere, mane & meridie, nec non etiam nocturno tempore visitando ægrotos, reficiendo famelicos, omnique ingenio bene operandi vias inquirebat. Accidit ergò die quadam æstu meridiano, quando in umbraculis & refrigidariis suis soporantur homines, Episcopus accito cubiculario, more
F suo, ad hospitale pauperum pergebat. Dum autem iret, fœtor inhumati corporis non procul à via de sub urticis nares ejus tetigit. Substitit ergo & cubiculario suo digito locum demonstrans, Sentio, ait, tamquam illic corpus humanum jaceat. Pergente puero sequitur Episcopus, diligenter quærunt, ac tandem inter herbas & silvam stantis urticæ projectum ad sepem cadaver inveniunt mulieris, lacero vultu, & ab avibus comesto.

43 Episcopus autem, conspecta miseria, ferit pectus, sortem deflet humanam, flagellum divini confitetur judicii. Postremo seipsum culpabilem, se reum addicit, qui ea die qua hæc fame periisset, multis panibus abundaret. Dehinc dicta breviter oratione pro anima jacentis, manum mittit ad corpus, cubicularium hortatur levare secum. At ille, Noli, ait, Domine, noli sacras manus tuas inquinare. Curram & vocabo alios, ac sepeliemus eam. Cui Episcopus: Absit, inquit,

AUCTORE SEFRIDO.

sed ab Abbate pie fallitur.

k

Tempore famis

vel in mortuos misericors,

mulieris corpus humeris ad sepulcrum defert,

AUCTORE SEFRIDO.

ut ſororem meam filiam Adæ, immo filiam Eccleſiæ tangere diſpiciam. Portabo mortuam, quam vivam paviſſe debueram. Sed tu, rogo, juva me; certus quod à Deo & à me quoque mercedem accipies. Ille autem, etſi horrore & fœtore pariter propelli potuiſſet, tamen dum luctantem & laborantem, ipſique horrori humerum jam aptantem videt, vicit ſemetipſum, & clauſis naribus averſoque vultu, dorſum invitè ſubjecit ſarcinæ, & cum Epiſcopo communicato labore ad cœmeterium cadaver fœtidum deportant, cantante ac flente ſacerdote: Heu me, Domine.

& ſita omnia famelicis diſtribuit.

44 Videns ergo, quia tempus eum monet, omnes apothecas ſuas aperuit, panes præparat, alit egentes, & ecce quaſi ad univerſales ordines nundinarum, de tota provincia famelicorum turbæ concurrunt, de monaſteriis virorum ac feminarum præpoſiti ad diſpenſatores, omneſque quos annorum egeſtas premebat, ad promptuaria Epiſcopi currebant, ſperata ſubſidia ſine mora invenientes. Cumque meſſis appropinquaret, & maturæ ſegetes ubique locorum falcem poſtularent,
B multa millia falcium pauperibus, quos toto anno aluerat, præparata diſtribui fecit, atque refectis omnibus, in feſtivitate ſancti Jacobi; Ecce, inquit Pater optimus, filioli mei; terra coram vobis eſt, finita eſt dierum malitia. Et accipiens ſingulas falces, ſingulos addidit denarios, unicuique denarium & falcem, inſtrumentum operis & viaticum, ſicque valefecit eis, & bonitate & gaudio eos dimiſit. Iis modis id officium ei fuit omnibus annis inopiæ ac ſterilitatis. His aliiſque operibus miſericordiæ, maximam ſibi fiduciam apud Deum altiſſimum conquirebat, & temporalibus expenſis in cælis ſibi theſauriſans, diſperſit dedit pauperibus, ut juſtitia ejus maneat in ſeculum ſeculi *m*.

m

ANNOTATA.

a *Fuit is Rupertus, de quo ſupra.*

b *Huc uſque cap.* 26 *Andreæ Gretſeri, qui Ebbonem denuo citat. Verum hic alius à noſtro eſſe debuit, aut noſtrum mire contractum oportet, qui ſub finem libri primi in compendium redactus*
C *videtur. Hîc doctorem rurſus agit Jaſchius: ſed ſutor ultra crepidam.*

c *Et hæc in noſtro anonymo contracta ſunt, ſed ex Andrea ſuppleri poſſunt.*

d *De hoc privilegio nuper locuti ſumus. Hiſtoriam explicet notator Jaſchius; at rebus ſacris aut vitæ canonicæ ſeſe non immiſceat.*

e *Totus hîc numerus, eſt caput* 35 *Andreæ Gretſeriani, ubi ultima hæc conſtructio non rectè exprimitur. Correcta eſt ex editione Jaſchii.*

f *Capite* 36 *Andreæ Gretſeri &* 31 *Jaſchii aliqua hiſce præmittuntur de pelliceo habitu S. Ottonis, quem* renonem *rectè appellat Andreas Jaſchii. Tu de eo vide Gloſſarium Cangii.* Bruno quondam Argentinenſis epiſcopus, *qui ibi inducitur, ejectus eſt à Lothario Imperatore, adeoque poſt annum* 1125. *Vide Gretſerum pag.* 419.

g *In utroque Andreæ eſt* diſſutos. *In Caniſii editione bene corrigitur* ſubtalares, *pro voce male expreſſa, ſive ea* ſotulares *ſit, ſive* ſocculares.

h *Eſt hoc caput* 38 *Andreæ Gretſeri, cujus notationem fruſtra arrodit Jaſchius.*

i *Rectè id explicat Gretſerus de* indice reliquiarum, *ut patet ex toto contextu.* D

k *In perfectione monachorum pueriliter ludit Jaſchius, non intelligens quid dicat.*

l *Videor definire poſſe, quo hæc anno facta fuerint, nam ad annum* 1125 *talia narrat Urſpergenſis, quæ cum ea calamitate ſatis conveniunt. Verba ejus ſunt:* Hoc etiam anno nonnullos ex nobilibus, unà cum innumera multitudine vulgarium ſæviens mortalitas abſumpſit: inter quos Udalricum Eihſtatenſem ac Ruoggerum Wirziburgenſem, Arnoldum quoque comitis Arnoldi filium, bonæ indolis adoleſcentem, pluresque alios ſors ultima preſſit. Nam poſt vulgi ſtragem immenſam tam fame quam peſtilentia, judicio divino, patratam; lues tanta tamque indifferens per populos ubique graſſari cœpit, ut nulli conditioni, ſexui vel ætati parcendum fore, mors minitaretur pallida, vixque vivi ſufficerent ad curanda defungentium cadavera. *Audiſti, fuiſſe* annorum *calamitatem &* annos inopiæ, *ut forte maximè ſævierit anno* 1126, *quo toto S. Ottonem Bambergæ fuiſſe conſtat.*

m *Hîc rectè finitur liber primus, nempe cap.* 42 *Andreæ Gretſeri &* 37 *Jaſchii; nam Andreas ille ſequentia capita melius alibi collocaſſet, ut dictum eſt in commentario, & iterum notabitur ſub finem lib.* 3, *hujus operis. In Jaſchio alius eſt ordo à nobis non curandus.* B

PRÆFATIO
ad librum ſequentem a

a

De S. Ottonis miſſione in Pomeraniam, b

JAm tempus eſt, ut in memoriam æternam beati Ottonis Pontificis, peregrinationem & laborem ejus ſtylo fideli proſequamur, qualiter Apoſtolica autoritate beati Honorii b Papæ Pommeranicæ genti Apoſtolus deſtinatus, prædicaverit, baptizaverit, & miniſterium ſuum fideliter adimplendo, opus Euangeliſtæ fecerit, in quo revera ſimilem illum fecit Dominus gloriæ Sanctorum, quam magnificè adeptus eſt in converſatione c gentis illius, in cujus pœnitentiam divinitus eſt directus. Magna quidem ſunt merita ipſius, quæ ſecundum dilectionem proximi, in operibus bonis & eleëmoſynis, membris Chriſti exhibuit, magnæ & indeficientes miſerationes
E ejus, quam fecit in domo Dei ſui, & in cæremoniis ejus; ſed oleum divinæ charitatis in ipſo abunde effuſum virtutibus ejus ſupereminet univerſis. Venit enim non ſolum reducere oves perditas, & convertere ad paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum, ſed etiam animam ſuam ponere pro teſtamento Dei, ardentiſſimo deſiderio amplectens contumelias, plagas, & perſecutiones expectans, etiam vincula & carceres, & ipſam mortem pro nomine Domini Jeſu felici conſtantia, relictis omnibus ſuſtinere. Credimus repoſitam ergo illi coronam juſtitiæ in illum diem regenerationis, cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, quando veniens in exultatione cum Apoſtolis, Doctoribus & Euangeliſtis, tamquam fidelis operator dominicæ meſſis, plures adducet manipulos, à Principe Paſtorum percepturus duplicem ſtolam jocunditatis & immarceſſibilem gloriæ coronam. Nunc ergo quibus de cauſis, quibus auctoribus, quo ordine & tempore converſionem Pommeranicæ gentis ſit aggreſſus, exequamur, de ſitu & qua-

c

A qualitate ipſius terræ, de ritu gentis pauca præmittentes.

d *quæ regio pancis deſcribitur.*

46 Pommerania provincia *d* ex ipſa nominis etymologia, qualitatem ſui nominis & ſitus indicare videtur. Nam Pommo *e* lingua Sclavorum, juxta ſonat, vel circa; morim autem mare. Inde quaſi Pommorizania, id eſt juxta vel circa mare poſita. Eſt autem terra hæc, ſi totam ejus poſitionem tam in ſtagnis & refuſionibus marinis, quam in locis campeſtribus conſiderare velimus, quaſi figura triangula, quia tribus lateribus, quaſi tribus lineis, per capita ſibi cohærentibus, tres angulos habere deprehenditur, ita tamen, ut unus angulus duobus reliquis ſit extenſior, qui etiam uſque ad Leutitiam & prope Saxoniam, verſus Aquilonem ad fluctus Oceani paulatim recurvatus demittitur. Itaque Pommerania poſt ſe in Oceano Daciam habet, & Rugiam inſulam parvam *f* ſed populoſam; ſupet ſe autem, id eſt ad dexteram Septemtrionis, Slaviam habet & Pruſciam, & Ruſciam. Ante ſe vero, id eſt verſus aridam, parva extremitate ſe attingentes fines reſpicit Ungariæ ac Moraviæ. Deinde Poloniam ſpatioſa contiguitate, uſque ad confinia Leutitiæ & Saxoniæ ſe habet, attingendo extendentem. Gens iſta, terra marique bellare perita, ſpoliis & raptu vivere conſueta, naturali quadam feritate ſemper erat indomita, & à cultu & fide Chriſtiana penitus aliena. Terra vero ipſa, piſcium & ferarum copioſam incolis præbet abundantiam, omnigenumque frumentorum & leguminum ſive ſeminum fertiliſſima eſt; nulla mellis feracior, nulla paſcuis & gramine fœcundior. Vinum autem nec habent nec quærunt; ſed melleis poculis & cerviſia curatiſſime confectâ, vina ſuperant Falernica. Sed de his aliàs. Nunc autem expediendum, quod multis admirationi eſt, quare videlicet hi homines, tam procul ab orientali Francia, & à Babenbergenſi Eccleſia, immo à toto pene orbe diviſi, non alium quemquam de vicinioribus regnis, vel Eccleſiis baptiſtam & prædicatorem, quam Babenbergenſem Epiſcopum habere potuerint. Sed hic fructus ad incrementum beatitudinis ejus, illi à Deo donatus eſt *g*.

f

g

C

ANNOTATA.

a *Deeſt tota hæc præfatio in utraque Andreæ editione. Longe diſtat ab Andrea Faſchiano, qui hîc Ebbonianus eſt totus: Gretſerianus librum ſuum incipit à numero ſequenti, cum tamen anonymus, & hunc & numerum ſequentem libro ſecundo præmittat, etiam in editione Faſchii à pag. 286.*

b *Neceſſe eſt Sefridum & hunc Sefridi compilatorem, nomina Pontificum confudiſſe, cum indubitatum videatur, ſanctum Ottonem primam miſſionem ſuſcepiſſe, ſedente adhuc Calixto PP., ut in commentario fuſius explicuimus.*

c *Malim legere* converſione, *nihil tamen mutatum eſt, in conſenſu utriuſque editionis.*

d *Hîc inchoatur etiam liber ſecundus in editione Faſchii, ex qua & Andreæ Gretſeri nonnulla in Caniſio corrigenda.*

e *De tota hac etymologia nominis* Pomeraniæ, *quæ in Andrea Faſchii paulo aliter explicatur, fruſtra diſputationem inſtituam; uti & de finibus, quos tunc habuerit, hodie magis reſtrictis; ſatis rem explicat auctor ut fuſiori commentario opus habere non videatur: & quamvis hinc inde limites ad amuſſim non definiret, ea omnia ad vitam S. Ottonis parum conferunt.* AUCTORE SEFRIDO.

f *Melior eſt hæc lectio, quam Faſchiana, in quo pro* parvam *habetur* puta.

g *Addit hîc aliquid interlocutor Thimo apud Gretſerum, uti ſæpius alibi inducitur: ſed meræ videntur tranſitiones, aut certe interpellationes non magni momenti, quæ proinde à noſtro facile negligi potuerunt.*

LIBER SECUNDUS

CAPUT I.

Boleſlai Pomeranorum domitoris litteris invitatus S. Otto, auctoritate Apoſtolica miſſionem ſuſcipit & gentis illius fines ingreditur.

E

TEmpore quo Dominus Epiſcopus Babenbergenſem regebat Eccleſiam, Polizlaus *a* vir ſtrenuus & ingenuæ atque avitæ nobilitatis decore illuſtris, ducatum Poloniæ adminiſtrabat. Qui dum ſe graviter ac provide gereret, omnes terræ ſuæ terminos, ſub prædeceſſoribus ſuis hoſtium violentia invaſos & perturbatos, & caſtra urbeſque, à ſua poteſtate vi alienatas, manu robuſta recuperare prævaluit. Cumque bellicos actus ſuos felici exitu ſæpe proſperari videret, erga Deum quidem, â quo ſibi ſciebat præſtari victoriam, humilior atque devotior, erga hoſtes vero erectior atque animoſior factus, mutua vice terminos eorum ferro & igne attemptare, prædaſque & manubias frequenter abſtrahere, & perſonas captivare ſolebat, quouſque aſſiduis cladibus ac terrore confracti, multis obſequiis & donorum impenſis, animum ejus delinirent, datiſque & acceptis dextris, fidem pacis firmiſſimè pangerent & pacta reciperent. Erant autem diverſi, cum quibus diverſis temporibus certamen habebatur, ex parte una Poloniæ, Bohemi, Ungari, Moravi; ex alia Rutheni, gens crudelis & aſpera, qui Slavorum, Pruſcorum & Pomeranorum freti auxiliis, acrius diutiuſque illi reſtiterunt; ſed fruſtra; qui tandem ſuperati ab eo & contriti, poſt multas clades pacem ab eo poſtulare cum rege ſuo decreverunt. At ille, ut erat bellis ac laboribus ſemper infractus; non continuo de pace acquieſcere voluit, niſi prius aliqua memorabili honorificentia ſatisfactionem accepiſſet. *Dux Poloniæ vicinorum terror* a

F

48 Rex vero & omnes principes Rutheno- *Ruthenis infeſtis,*
rum, ſine amicitia & pace Ducis, non ſe quietos fore perpendentes, viam inveniendæ mutuæ pacis & gratiæ, illius prudentiæ ac fidei committendam præſumpſerunt. Ille vero hanc honeſtiſſimam ratus viam ſtatuendæ ac firmandæ pacis, filiam ipſius regis petivit & accepit uxorem, videlicet, ut hoc affinitatis commercio, tam principes ipſi, quàm ſubditi eis terræ utriuſque populi pacem ad invicem haberent

AUCTORE SEFRIDO.

berent perpetuam, atque in neceſſitatibus & opportunitatibus ſuis, mutuo contra hoſtes ſibi præſidio forent atque auxilia portarent. Colebant ergo ſe mutuis beneficiis ſocer & gener; magnificatuſque eſt Poliſlaus & confortatus ac proſperatus undique eſt. Nec ulla ei erat contradictio, univerſis poteſtatis ſuæ terminis hoſte nullo turbatis. Verum ea perfunctoria & brevis tranquillitas. Nam poſt paucos annos Rutheniſſa uxor Poliſlai moritur, unum tantum ei filium relinquens. Unde quaſi rupto vinculo, quo tota inter generum & ſocerum conſtabat amicitia, dudum conſopita bella paulatim recrudeſcunt.

capto eorum rege

49 Poliſlaus igitur feritate gentis permotus, cum ſuis conſilium habuit, quonam [modo] rediviva mala hæc propulſare potuiſſet. Habebat autem Petrum quemdam militiæ ductorem, virum acris ingenii, & fortem robore, de quo dubium, utrum in armis, an in conſiliis major fuerit, qui erat præfectus à Duce ſuper viros bellatores. Hic aſcitus conſiliis; Si ſuis tantum, inquit, Rutheni viribus dimicarent, illos nobis conteri, non eſſet laboriosum; ſed habent Slavos, habent Pruſcos, habent etiam Pommeranos, gentem idololatram, B inviſam ac nimis indomitam, quos omnes ſimul in arma provocare, quam durum ſit, inexperti non ſumus; quamvis ante de his triumphos habuerimus. Quo circa meo animo conſilium incidit, Ruthenos arte melius ſuperari. Et ne quis impoſſibile hoc exiſtimet, ecce vadam ad illos, & incruentam nobis de tyranno victoriam reportabo, Deo mihi præſtante ingenium. Sed quid multis? Placuit Duci & Principibus experiri, ſi effectum habere verba Petri queant. Aſſumptiſque viris quaſi triginta robuſtiſſimis, ficta neceſſitate Petrus ad Regem transfugit Ruthenorum, eumque arte ſermonis circumventum, quod malè de Duce ſentiret, æſtimare fecit. Et rex eo quod fidem haberet homini, quem etiam prudentem ſenſit, ad multa negotia ſua, ejus familiaritate uſus eſt, ſperans quod tandem per eum de Polonia tota triumpharet.

pacem in leges ſuas conficit.

50 At Petro aliud mentis erat. Nam cum die quadam fictus transfuga, ipſiuſque ſocii cum rege in ſaltu nemoris venandi gratia vagarentur, rex nihil mali ſuſpicatus, occaſione ferarum longius à mœnibus abſceſſerat, elongatiſque aliis, Petrus cum ſuis circa illum remanſit. Qua fretus opportunitate, capto rege, incruentam, ut pollicitus erat, de Ruthenis victoriam Domino ſuo duci reportavit; mirumque dictu, effera gens illa hoc facto ita edomita eſt, ut numquam poſtea, vivente Duce, ne quidem de bello cogitaret. Nam pro ereptione ſui tyrannus, quidquid majorum ſuorum ſtudio ac ſolertia in theſauris collectum habere poterat, dare coactus eſt, aurum & argentum, & quæque ſpecioſa in vaſis & veſtibus & variis opum ſpeciebus, quadrigis & camelis in Poloniam adportantibus, ita ut Ruthenia tota, inſolita paupertate contabeſceret *b*. Deinde ubi fœdera manſuetæ pacis jurejurando, tam rex quam optimates Ruthenorum, ſolidaverant, etiam hoc polliceri fide firmiſſima rogati ſunt; ne Pommeranis ultra forent auxilio. Contra illos enim totis viribus Dux manum levare cogitavit.

C

b

51 His ergo omnibus ipſius ad votum compoſitis, Pommeraniam *c* inſultibus crebris concutere, vaſtare ac populari cœpit. Et quia paganiſmo tenebantur, Dux eos aut penitus elidere, aut ferro ad fidem Chriſtianiſmi conatus eſt impellere *d*. At illi ſuis fiſi viribus, eò quod civitates & caſtra, natura & arte firma, in introitu haberent quam plurima, ſe inexpugnabiles fore arbitrati ſunt, omnemque ſubſtantiam ſuam in urbibus collocantes, armorum præſidia præparare moliuntur. Sed quia Deo placuit, aliquos ex eis conterere, ut ceteros ad fidem converteret, ingenium & vires contra eos Poliſlao miniſtravit, ita ut multis & magnis cladibus eos frequenter afficeret. Nam & civitatem Stetinenſem, quæ ſtagno & aquis undique cincta, omni hoſti inacceſſibilis putabatur, quæ etiam totius Pomeraniæ metropolis fuit, hiemali tempore ſtrictam per glaciem, non ſine periculo exercitum ducens, inopinata clade percuſſit. Vadam *e* quoque civitatem, munitam & fortem, valde fregit & ſuccendit; & omnem in circuitu ejus regionem igni & ferro vaſtavit; adeò ut ruinas, & aduſtiones, & acervos cadaverum interfectorum, per diverſa loca, monſtrarent poſt annos tres, acſi de ſtrage recenti.

C

c

d

e

Hinc debellatos Pomeranos idololatras

D

E

fidem Chriſtianam ſuſcipere compellit,

52 Tam graviſſime autem in illarum civitatum expugnatione ſubacti ſunt, ut quos neci & captivitati Dux ſupereſſe paſſus eſt, cum ſuo principe, Chriſtianos ſe atque tributarios fore, quod jurare licuit, pro ingenti lucro ducerent. Ferunt autem, quod 18000 virorum pugnatorum neci traditis, 8000 cum uxoribus & parvulis, ad terram ſuam captivos abduxerint, & in periculoſis marchiarum *f* locis, in urbibus & caſtris eos collocans, quo terræ ſuæ præſidio forent, & cum hoſtibus ſuis, gentibus ſcilicet extraneis, bella gererent, indixit. Hoc addito, ut abdicatis idolis, Chriſtianæ ſe religioni per omnia conformarent. Sed cum reliquos de gente perfida quos in terra propria tributarios dimiſerat Dux fidei Chriſtianæ apponere curaret, omnes Epiſcopos terræ ſuæ conveniens, nulli perſuadere potuit, ut illò ire, atque in tenebris & umbra mortis ſedentibus, lumen vitæ vellent oſtendere; ſingulis ſuas excuſationes prætendentibus. Sicque per triennium dilata eſt prædicatio.

f

ad quam prædicandam

F

53 Tandem inſtinctu admonitus divino, ad hoc opus Ottonem Babenbergenſem Epiſcopum, cujus tunc fama latè in regnis efflоruit, eò quod & hunc in adoleſcentia ejus pater, ſui capellani more obſequentem, notum & charum habuerit, invitare decrevit: opportunum fore autumans, cum tali viro & antiquas renovare amicitias, & tam ſancti operis gratiam illius injungere ſanctitati. Mittens ergo legatos & munera, ſcripſit ei litteras, ſecundum verba hæc: Domino ſuo & patri amantiſſimo Ottoni, venerabili Epiſcopo, Polizlaus Dux Polonorum filialis obſequii humilem devotionem. Quia in diebus juventutis tuæ, apud patrem meum decentiſſima te honeſtate converſatum memini *g*, & nunc quoque Dominus tecum eſt, firmans te & benedicens tibi in omnibus viis tuis, ſi tuæ non diſplicet dignitati, veteres tecum renovare animo meo ſedit amicitias, tuoque conſilio ſimul & auxilio uti, ad Dei gloriam promovendam, ipſius gratia coadjuvante. Noſti enim, ut arbitror, quomodo Pommerano-

g

rum

A rum cruda barbaries, non mea quidem ſed Dei virtute humiliata, ſocietati eccleſiæ, per Baptiſmi lavacrum ſe admitti petivit. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum epiſcoporum vel ſacerdotum idoneorum mihive affinium, ad hoc opus inducere queo. Unde quia tua ſanctitas ad omne opus bonum prompta & indefeſſa prædicatur, rogamus, Pater amantiſſime, non te pigeat, noſtro comitante ſervitio, pro Dei gloria tuæque beatitudinis incremento, id laboris aſſumere. Sed & ego tuæ paternitatis devotus famulus, impenſas omnes & ſocios itinerum, & linguæ interpretes, & coadjutores presbyteros, & quæcumque neceſſaria fuerint, præbebo, tu tantum, ſanctiſſime Pater, venire dignare.

S. Ottonem invitat:

54 His auditis Epiſcopus, quaſi de cælo vocem Dei loquentis accepiſſet, toto pectore abundantiâ lætitiæ repletus, gratias egit omnipotenti Deo, quod ad tale negotium, ſuo uti dignaretur miniſterio. Habito igitur chori & cleri ſui conſilio; miſſis ad Apoſtolicam Sedem legatis, pro petenda licentia, benedictione atque obedientia, venerandæ memoriæ Domini Honorii *b* Papæ, huic graviſſimæ ſarcinæ humerum devotè applicuit.

qui, facta ſibi à Papa poteſtate,

b

B Sed quia terram Pomeranorum, fama ferente, opulentam audiverat, & egenos ſive mendicos penitus non habere, ſed vehementer aſpernari, & jam dudum quoſdam ſervos Dei prædicatores egenos ac cenſu tenues, propter inopiam contempſiſſe, quaſi non pro ſalute hominum, ſed pro ſua neceſſitate relevanda, officio inſiſterent prædicandi; ſtudioſè procuravit, ut non ſolum illis non indigens, verum etiam opulentus appareret, non opes eorum ſibi, ſed ipſos potius velle Deo lucrari *i*. Aſſumptis ergo clericis idoneis; & eiſdem ad iter abundè procuratis, Miſſales alioſque libros & calices cum indumentis ſacerdotalibus, & alia quæque altaris utenſilia, quæ in gente pagana ſubito non poſſe inveniri ſciebat, provida liberalitate ſecum fecit portari, ne ſine inſtrumento agricola fidus in agrum Domini ſui exire videretur. Veſtes quoque & pannos pretioſos aliaque donaria, nobilibus ac divitibus apta, Euangeliſta ſimplex & prudens in viam portavit Euangelii, ne fortè indigentiæ cauſa, paganis videretur euangelizare: C ſed novellæ plantationi ſua potius conferre, quam illius appetere.

i

55 Paratis ergo omnibus quæ profectioni erant neceſſaria, proxima die poſt feſtum ſancti Georgii Martyris, ſalutato clero & populo ſuo, tanquam hoc opere viam ſanctificaret, duas eccleſias, unam in Luchenberge *k*, & alteram in Vohendrere conſecravit. Hinc tranſito nemore Bohemico, venit ad Cladrim cœnobium, Cluniacenſis ordinis; ubi honorificè ſuſceptus, dedicavit eccleſiam in honore ſancti Nicolai. Ibi etiam quaſdam ſorores velavit, quarum unam nomine Richam, amariſſimè flentem, blandè conſolatus eſt, dicens: Noli flere filia, quia ſecura eſto, quia in die judicii ego animam tuam ſponſo tuo Domino noſtro Jeſu Chriſto conſignabo. In hujus promiſſionis argumentum, poſt multa annorum curricula, in anniverſario depoſitionis beati Ottonis die, defuncta eſt. A Cladrim digrediens, pervenit Bragam, inde per Saciſcham, in Albis fluminis ripa ſitam eccleſiam, ad caſtrum Ducis Bohemici, quod Mile-

peragratâ Bohemiâ,

k

ciam dicunt, ubi à Duce ipſo ſuſceptus & donis honoratus eſt. Inde per aliud ejus caſtrum, Burda nomine, uſque ad Nemetiam urbem Ducis Poloniæ: atque inde per tres Epiſcopatus Poloniæ, Brezlabenſem videlicet, & Caliſienſem atque Poznanenſem, uſque ad archiepiſcopatum Gneznenſem, cum gaudio & pace conducti ſunt. Omnibus illic Eccleſiis, una ſalutationis forma, Epiſcopum ſuſcipientibus; feſtivæ ſcilicet per proceſſionis honorem, gaudenteſque per loca ſingula, uno eodemque exultationis cantu, ejus propoſito alludentes: Cives Apoſtolorum & Domeſtici Dei advenerunt hodie, & cetera quæ in illo Reſponſorio ſunt, devote cecinerunt. AUCTORE SEFRIDO.

56 Præterea Dux ipſe & omnes optimates Poloniæ, quaſi ducentis paſſibus ab urbe Gnezna, nudis pedibus procedentes, cum magna ſuſceptum reverentia, principalem uſque ad eccleſiam conduxerunt. Dux ergo tali hoſpite lætiſſimus & glorioſus, per dies ſeptem ejus fruens præſentia, multa eis *l* humanitate & benignitate, omnia etiam viæ neceſſaria ſolerti cura inſtitit præparare: dediſque Domino Epiſcopo de gente illa, tam E Sclaviæ quam Teutonicæ linguæ gnaros ſatellites, ad diverſa ejus miniſteria, ne quam incommoditatem per linguæ ignorantiam, in gente externa pateretur. Quid dicam? currus & quadrigas, ordine longo, victualia & omnes ſarcinas Epiſcopi portantes, monetam quoque illius terræ liberalitate contulit ingenua: nulla eos ſuſtinens laborare inopia; ſed neque propria expendere, aſſi omne illius viæ meritum, ſuis impenſis emere cogitaret. Tres etiam ſacerdotes capellanos, de latere ſuo, Princeps Epiſcopo ſociavit coadjutores verbi, & centurionem quemdam Paulitium nomine, virum ſtrenuum & catholicum; qui etiam naturali facundia idoneus eſſet concionari ad populum.

in Poloniam advenians,

l

57 Taliter à Duce Poloniæ dimiſſi, ſcilicet Epiſcopus & qui cum eo erant, per caſtrum in extremis Poloniæ finibus tranſeuntes, nemus horrendum & vaſtum, quod Pomeraniam Poloniamque dividit, intraverunt *m*: ſed viam in invio quam difficilè ſit tenere, etiam illic experiri potuerunt. Nemus quippe hoc, nulli ante mortalium pervium erat, niſi quod F ſuperioribus annis Dux latrocinandi cauſa, priuſquam ſubegiſſet totam Pomeraniam, ſectis ſignatiſque arboribus, viam ſibi exercituique ſuo exciderat. Quæ ſigna tenentes, magna quidem difficultate propter ſerpentum ferarumque diverſarum monſtra, nec non & gruum, in ramis arborum nidos habentium, eoſque garritu & plauſu nimis infeſtantium, importunitatem, ſimulque propter loca paluſtria, quadrigas & currus præpedientia, vix diebus ſex emenſo nemore, ad ripam fluminis, quæ limes Pomeraniæ eſt, conſederunt.

à Boleſlao honorifice ſuſcepius,

m

duce Paulitio, per difficiles vias

58 Dux verò Pomeranorum adventus eorum præſcius, cum quingentis viris occurrens, ex alia parte aquæ caſtra metatus eſt, moxque amne tranſmiſſo, cum paucis Epiſcopum ſalutat, atque ſalutatur ab illo, & quia Chriſtianus erat, occultè autem, propter metum paganorum, corde magis quam ore locutus, in amplexu Pontificis diu pendens, alta devotione ſuper viæ cauſa, Dei clementiam collaudat, Epiſcopo & Duce, cum interprete Paulitio, ſeorſum in colloquio demoran-

Pomeraniæ fines attingit;

AUCTORE SEFRIDO.

tibus. Ceteri, qui venerant cum Duce, homines barbari, quia clericos aliquantum trepidare videbant, ficto eos terrore amplius vexabant, ita ut articulum paſſionis imminere metuentes, confeſſione & orationibus atque pſalmodia, Domino ſuum commendarent agonem. Nam primo illic paganos viderunt, & qua mente Dux advenerit, nondum omnes ſciebant. Sed & horror ſolitudinis, & loca inſolita, & nuper evaſi nemoris nigra denſitas, & crepuſculum noctis propinquæ, & hominum barbarorum crudelis aſpectus, materia eis non parvi timoris erant. Nam & cultros acutiſſimos educentes, vivos eos excoriare aut transfigere, ac humi eos defodere uſque ad verticem, coronaſque eorum eiſdem cultris punctare ac ſecare minati ſunt; & alia multa genera tormentorum, rictu fremituque eos terrentes, eis imminere dixerunt. Sed cito reſpiraverunt, Duce ipſo eos placidæ benignæque conſolationis eulogio *n* relevante, quodque inani pavore pulſati fuerint, utrimque pro joco eſſe cœpit. Nam ubi eis Ducem ipſum alioſque milites, qui eos terruerant, Chriſtianos eſſe compertum eſt, paulatim quidem animoſe, deinde fiducialius agere, ipſoſque etiam adhortari ac docere præſumpſerunt, quos antea vel intueri, metu percuſſi, non potuerant.

ſuis ad barbarorum aſpectum trepidantibus,

ſed Duce proſpera omnia pollicente. 1 Reg. 10.

59 Ipſis ergò jam manſueſcentibus, & religioni Chriſtianæ magis magiſque deferentibus, repletum eſt gaudio os illorum, & lingua eorum exultatione; dicebantque inter gentes, quarum Deus tetigerat corda: Magnificavit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes; quia Epiſcopo veniente ad eos, diſſolviſſet Dominus captivitatem eorum, ſicut ſolvitur glacies à ſole meridiano. Epiſcopus igitur, bene agendi ſemper avidus, bene ſe veniſſe ominatus, donariis ducem honorans, baculum quoque dedit eburneum, quo ille ſtatim uſus, ipſoque incumbens, gratulabundus huc illucque ambulat, converſuſque ad milites: Qualem, ait, Patrem nobis Deus dedit, & qualia Patris dona, & hæc nunc quidem magis quam alio tempore gratiora? Hinc ad caſtra diſceſſum eſt; factoque mane, Dux de viris, qui ſecum venerant, ductores & miniſtros reliquit Epiſcopo, mandans in tota Pomerania, per cuncta loca ſuæ poſſeſſionis, liberalia ei præberi hoſpitia. Chriſtiani vero & Epiſcopus, tranſito fluvio, terram Pomeranorum, in nomine Domini intraverunt, & conductoribus eorum viam demonſtrantibus, iter ad caſtrum Piriſſam direxerunt. Dux verò ab eis ad ſua negotia divellitur.

ANNOTATA.

a Polizlaus, Bolizlaus, Boleſlaus *& hujuſmodi inflexiones alias obſervandas non puto; de ejus parentibus aliiſque ad rem noſtram ſpectantibus, dictum eſt in commentario prævio. Qui heroïca viri bellatoris geſta & perpetua ferme, cum finitimis & fratre notho, bella diſcere voluerit, adeat Martinum Cromerum lib. 5. Hæc pluribus illuſtrare operæ pretium non eſt, utpote vitæ ſancti Ottonis plane extranea.*

b *Talem belli Ruthenici circumſtantiam non facile alibi reperies; at ex Sefridi auctoritate admittendam cenſeo, quamvis in Ebbone nihil reperiatur, quod ei hiſtoriæ affine ſit.*

c *De bellis Pomeranicis multa referunt ſcriptores Poloni: videatur jam dictus Cromerus citato libro, converſionem gentis ad fidem Chriſtianam non ſatis apte temporibus connectens, eaque omittens, quæ huc ſuppleri poſſunt.*

d *Novus prædicandæ fidei modus, qui tamen Pomeranis ſaluti fuit.*

e *Cromerus* Naclum *appellat, ut vide jam dicto libro, pag. mihi* 124.

f Marcham *vel* Marchiam *regionis limitem vel extremum terminum ſignificare, vulgo notum eſt; forte hîc accipitur pro certis terrarum tractibus, hoſtium excurſionibus magis expoſitis.*

g *Quæ huc ſpectant, in commentario abunde explicata ſunt.*

h *Item de prima, Pomeranis prædicandi poteſtate, non ab Honorio, ſed à Calixto facta, de qua vide pag.* 411 *editionis Andreæ apud Gretſerum, ineptas Crameri Lutherani phraſes pro merito redarguentem.*

i *Miſſionem & miſſionis modum genti, loco & tempori ſapientiſſimè aptavit novus Apoſtolus, ut hinc diſcant hypercritici, non omnibus omnia ſemper convenire, ſed Apoſtolos ipſos omnibus omnia fieri oportere.*

k *Nonnulla nomina aliter effert Andreas Gretſeri, aliter quandoque Faſchii editio; verum hujuſmodi minutiis eruderandis bonas horas inſumere, operæ pretium non videtur.*

l *Sefridus apud Gretſerum ſic loquitur:* Multâ nobis exhibita humanitate, *& ita pergit, ut omnibus ſe interfuiſſe oſtendat. Noſter ea ſigna ſtudioſe mutavit, quamvis hinc inde nonnulla veſtigia reliquerit.*

m Intravimus, *inquit Sefridus &c. Caſtrum porro* Uzdam *appellat, quod nomen his omiſſum eſt.*

n *Malim* alloquio, *ut notavit Gretſerus.*

CAPUT II.

Piriſſæ poſt aliquam tergiverſationem admiſſus, ingenti fructu populum catechizat, baptizat, ac fidei myſteriis & Sacramentis inſtituit.

Poſito felici principio,

IN ipſo autem itinere viculos paucos, bellica pridem vaſtatione dirutos & raros incolas, qui nuper ſe, poſt diſperſionem recollegerant, invenimus *a*, qui de fide Chriſtiana conventi, an credere vellent interrogati, humiliter pedibus advolvuntur Epiſcopi, catechizari ſe atque baptizari poſtulantes. Hos ergo quaſi primitias meſſis Dominicæ, in aream Domini ſui meſſor devotus, cum gratiarum actione componens, baptizavit illic homines triginta, fidemque ſanctæ Trinitatis & Decalogum legis in numero tacitè conſiderans, opus euangelicum, myſticè à ſe inchoatum gaviſus eſt. Deinde ad caſtrum Ducis Piriſſam, undecima hora diei propinquantes, ecce illic hominum ad quatuor millia, ex omni provincia confluxiſſe, ut erant eminus, aſpexerunt: erat enim dies feſtus paganorum, quem luſu, luxu, cantuque gens veſana celebrans, vociferatione alta, eos reddidit attonitos. Non igitur utile

vel

A vel cautum eis visum est, illa nocte in turbam potu lætitiaque ferventem, eos tam insolitos hospites advenire; sed manentes, ubi fuerunt, noctem illam insomnem duxerunt; nec ignem in castris habere ausi, nec verbis apertioribus ad invicem loqui præsumpserunt.

Piriſſam accedit,

61 Mane verò Episcopus Paulitium & nuncios Vrotislai Ducis ad castrum mittit. At illi, salutatis majoribus ex nomine Ducum, ab eis missum nunciant Episcopum, qui fidem & religionem Christianam terræ illi debeat prædicare: atque sub eorumdem authoritate mandant & suadent, ut digne ac reverenter susceptum audiant: addentes, virum esse honorabilem, domi divitem, & nunc quoque in aliena terra suis opibus sufficientem; nihil illum petere; nullius egere; pro illorum salute adveniſſe, non quæstus gratia. Memores sint fidei ac sponsionis suæ, memores divinæ ultionis & recentis exterminii, ne denuò iram Dei exasperent: orbem universum Christianis legibus deditum, se solos universitati resistere non posse. At illi, diu cunctabundi & diversas excusationes molientes, indulgentiam temporis consilio petunt; non oportere, di-

B centes, rem tam grandem subitò aut inconsulte aggredi.

quæ primo ſurgiverſatur,

62 Paulitius vero & legati, astute ea dici animadvertentes; Non, inquiunt, tempus est productionis consilii; quod facturi estis, facite citius: ecce juxta est; sero intraturus erat ad vos Dominus Antistes, sed quia ludo & jocis occupatos audivit, distulit intrare, in campo figens tentoria. Sed vestræ hoc convenit prudentiæ, ut non illum despectiva dilatione contristetis, ne fortè & Domini Duces se doleant super hoc injuriatos. Et est, inquiunt, tam prope? Quibus, ita esse, respondentibus: Et omnia, inquiunt, consilia nostra ruptum venit. Quoniam ergo rerum convenientia sic postulat, faciamus sponte & alacres, quod facturi sumus. Nam & altissimus Deus sua nos virtute circumventos undique trahere videtur: declinare non possumus; sequamur ergo trahentem ad vitam, ne reluctantes bonitati ejus, præcipitemur in mortem. Dii nostri, sicut apparet, dii non sunt, contra eum nos juvare non possunt. Melius ergo est, ut relictis desertoribus, ad verum

C Deum; qui non deserit sperantes in se, ex toto corde transeamus.

inſtante Paulitio Sancti ductore,

63 Verum ubi eam sententiam tam bonam tamque salubrem diligenti retractatione probaverant; primo quidem apud se in conclavi, deinde vero cum legatis & Paulitio, ad plenum vigorem laxiori consilio firmaverunt, cum eisdem ad populum egressi; qui sicut ad festum confluxerat, contra morem indispersus, Dei nutu in loco manebat, nec in rus discesserat; luculenti sermonis dulcedine, multo benevolentiæ captu, eos de hoc verbo allocuri sunt. Sed quid multa? Mirum dictu, quam subito, quam facili consensu, omnis illa multitudo populi, auditis Primatum verbis, in eumdem sese consensum inclinaverunt. Et quia dici audiunt, Episcopum in proximo esse, facto ingenti clamore, ut advocetur, universi rogant, quo illum videre queant & audire, antequam soluto cœtu singuli in loca sua discedant.

64 Redeuntibus itaque Paulitio & legatis, abierunt quidam de castellanis cum eis ad E-

piscopum, qui obnixa veneratione, ad se illum invitarent, salutatum ex parte nobilium, plebisque universæ, quibus fidem facerent, sine omni periculo vel injuriæ metu, eum ascendere posse; quin etiam in omnibus obaudituros se ex animo. Episcopus vero, tam quieto successu rebus se promoventibus, gratias agens Deo, ad castrum se levabat. Sed ecce cum quadrigas, vehicula, & saginarios *b* eorum victualia portantes, jumenta quoque & qui cum eis veniebant, eminus videre cœperunt, quasi apparatum belli suspicantes, modicum turbati sunt. Re autem, sicut erat, recte agnita, pavore abjecto, in modum torrentis omnis populus in occursum eorum effunditur, ambiens & circumdans, admirans & contemplans, & eos & omnia eorum usque ad hospitii locum conducendo. Fuit autem ante introitum castri area spatiosa, quam occupantes fixerunt tentoria in eodem loco, ipsis barbaris mansuete ac familiariter eos adjuvantibus & in omnibus se eis opportunos exhibentibus.

AUCTORE SEFRIDO.

faciles aures præbet

b

& S. Ottonem ſuſcipit.

65 Interea vero Episcopus pontificalibus indutus, monente Paulitio & primatibus, de loco editiori populum cupientem ore alloquitur interpretis; ita dicens: Benedictio Domini super vos, benedicti vos à Domino: benedicimus & vobis gratias referimus in nomine Domini; quia grata & jucunda & benigna susceptione nos refovistis. Et causa quidem adventus nostri ad vos, quæ sit, forte jam audistis; & iterum, si dignamini, audire debetis & diligentius attendere. De via longa venîmus; salus vestra, beatitudo vestra, gaudium vestrum, tantæ nobis viæ causa fuit. Nam læti, salvi atque beati eritis æternaliter, si creatorem vestrum agnoscere & illi servire vultis. Hæc & his similia, quæ inserere studio brevitatis omitto, populo rudi simpliciter euangelizante Pontifice, omnis illa multitudo, quasi unus homo, fidei sanctæ concordantes, illius doctrinæ se commiserunt. At ille cum clericis & sacerdotibus septem diebus eos catechizans, & de omnibus quæ Christianæ religioni conveniebant, diligentissime instruens, indicto trium dierum jejunio, jussit, ut corpora sua balneis mundarent, & lotis albisque induti vestibus, mundo corde & corpore, mundoque habitu, ad sanctum baptisma con-

E

F currerent. Interim vero tribus exstructis baptisteriis, ita ordinavit, ut ipse solos mares pueros in uno baptizaret; alii autem sacerdotes in aliis feminas seorsum, & viros seorsum.

Ipſe cum ſociis prædicans & catechizans,

66 Tanta quoque diligentia, tanta munditia & honestate, Pater optimus Sacramenti operationem fieri edocuit, ut nihil indecorum, nihil umquam, quod alicui gentium minus placere posset, ibi ageretur. Namque dolia grandia valde, terræ altius immergi præcepit, ita ut ora doliorum usque ad genu hominis vel minus de terra prominerent, quibus aqua impletis, facilis erat in eam descensus. Cortinas circa dolia, fixis columnellis funibusque inductis, oppandi fecit, ut in modum coronæ, velo undique cuppa cingeretur, ante sacerdotem vero & comministros, qui ex una parte astantes Sacramenti opus explere habebant, linteum fune trajectum pependit; quatenus verecundiæ undique provisum foret; nequid ineptiæ aut turpitudinis notaretur in Sacramento, neve honestiores personæ, pu-

AUCTORE SEFRIDO.

doris occaſione, ſe à baptiſmo ſubtraherent. Cum ergo ad ſtadium Baptiſmi turbæ venirent, ſermone, qui talibus competeret, Epiſcopus eos omnes communiter alloquens, ſexumque à ſexu dextrorſum & ſiniſtrorſum ſtatuens, catechizatos oleo perunxit; deinde ad baptiſteria degredi mandat. Igitur ad introitum cortinæ venientes, ſinguli tantum cum patrinis ſuis intrabant; ſtatimque veſtem, qua fuit amictus is qui baptizandus erat, & cereum, illo in aquam deſcendente, patrini ſuſcipiebant; & ante faciem ſuam illam tenentes, exſpectabant, donec eam redderent de aqua exeunti. Sacerdos vero qui ad cupam ſtabat, cum audiſſet potius, quam vidiſſet, quod aliquis eſſet in aqua, velo paululum remoto, trina immerſione capitis illius, myſterium Sacramenti perfecit, unctumque liquore chriſmatis in vertice, & alba impoſita, reductoque velo, de aqua juſſit exire baptizatum; patrinis, veſte quam tenebant, illum cooperientibus atque deducentibus.

B *omnibus ritè diſpoſitis,*

67 Hic modus, hæc ſpecies, hic ordo eis fuit baptizandi viros & mulieres & pueros adultos, qui à ſacerdotibus in aquam levari non poterant, tam in Pyriſſa quam in urbibus aliis & caſtellis, ubicumque populi copia eos moram facere coëgiſſet. In hieme quoque in ſtubis calefactis & in aqua calida eodem nitore atque verecundiæ obſervatione, infoſſis doliis & cortinis adhibitis, thure quoque & aliis odoriferis ſpeciebus cuncta reſpergentibus, veneranda Baptiſmi confecit ſacramenta. Namque in omni actione ſua (quod & paganis dignum laude videbatur) quamdam à Spiritu ſancto cujuſdam ſingularis munditiæ atque elegantis & urbanæ diſciplinæ prærogativam habebat; ita ut nihil umquam dedecens aut ineptum inhoneſtumve quid, in cibo aut potu, ſermone, geſtu, vel habitu admitteret, ſed in omni officio exterioris hominis, quænam eſſet compoſitio interioris, oſtendebat, bonitate, diſciplina, cautela prudentiæ conſpicuus.

ſolennem Baptiſmum inſtituit,

C

68 Manſerunt autem in eodem loco quaſi diebus viginti, euangelizantes populo & baptizantes eos in nomine Domini; docentes eos ſervare unitatem fidei in vinculo pacis; inſtruentes de feſtivitatibus & obſervationibus Chriſtianæ religionis, de jejuniis quatuor temporum, de quadrageſimali jejunio, de Incarnatione, de Nativitate, Circumciſione, Apparitione, Præſentatione, Baptiſmate, Tranſfiguratione, Paſſione, Reſurrectione atque Aſcenſione Domini noſtri Jeſu Chriſti, de Adventu Spiritus ſancti, de vigiliis & natalitiis Apoſtolorum & aliorum Martyrum & Sanctorum, de die Dominica, de ſexta feria, de diſtributione menſium & inſtitutione totius anni ſecundum Chriſtianos, exſtructoque altari & ſanctuario (totum enim corpus baſilicæ tam ſubito fieri non potuit) altare ſanctificavit, & interim Miſſas illic celebrari præcepit, dans eis ſacerdotem, libros & calicem, paraturam & omnia utenſilia, quæ ad officium altaris pertinebant. Quæ omnia illi cum multo gaudio, alacritate ac devotione ſuſcipientes, & gratias agentes, omnes veteres, & profanas ſuperſtitiones ſuas & gentiles obſervantias penitus abjiciebant, & exuti veterem hominem cum actibus ſuis, in vitæ novitate ambulare cœperunt & proficere. Erat autem numerus converſorum ibi ad fidem quaſi ſeptem millia. D

& neophytos myſteria edocet.

69 Videns autem Epiſcopus, quia meſſis multa, &, quod aliis civitatibus oportet eum euangelizare regnum Dei, cum inde proceſſurus eſſet, vocata concione, hoc ſermone allocutus eſt Eccleſiam: Fratres æmulor vos Dei æmulatione: vos enim omnes, qui in præſentiarum ad me audiendum conveniſtis, & me docente, Chriſto credidiſtis & Chriſtiani facti eſtis, una in Domino Eccleſia eſtis, deſponſati per fidem Domino meo Jeſu Chriſto; una, inquam, vos omnes Eccleſia eſtis, una & unica ſponſa Domini mei Jeſu Chriſti, quia unicæ univerſali Eccleſiæ per fidem incorporati eſtis. Sed quia ego per ejus gratiam, hujus veræ deſponſionis auctor eſſe videor, (nam ego ei uni viro deſpondi vos virginem caſtam exhibere) hinc eſt quod æmulor vos, non tamen qualibet, ſed Dei æmulatione. Nam & mala æmulatio eſſe poteſt juxta illud Apoſtoli: Sunt quidam, qui æmulantur vos non benè. Æmulari autem eſt, velle indignari, licet pro imitari nonnumquam poſitum inveniatur, ut eſt, Æmulamini chariſmata meliora. Volo autem vobis indignari & paratus ſum vobis indignari, quod pridem dixi; Æmulor vos: quia ſine triſtitia & indignatione ferre non poſſum, nec potero, ſi, quod abſit, ad injuriam Domini mei Jeſu Chriſti, cui per fidem vos deſpondi, cum diis alienis vos denuo contaminare volueritis: hoc enim eſt fornicationis genus, quod maximè ſeparat à Deo. Gal. 4. E

Inſignis ejus exhortatio

70 Fratres attendite, ecce omnes in Chriſto baptizati eſtis, & omnes Chriſtum induiſtis, originalium & actualium peccatorum indulgentiam accepiſtis ab ipſo, mundi eſtis & ſancti, non per nos, ſed per eum ſanctificati & mundati: quia ipſe in ſanguine ſuo lavit peccata mundi. Nolite ergo iterum inquinare vos cultura idolorum, nam hæc eſt immunditia, qua omnino Deus offenditur, & penitus ſeparat à gratia Dei. Nolite vos proſtituere corruptoribus & immundis ſpiritibus. Soli creatori vero, nulli autem creaturæ divinum honorem exhibeatis, ne indignatio ejus & furor veniat ſuper vos: ſed magis in fide & ſpe & charitate proficite, ut benedictio ejus veniat ſuper vos & ſuper filios veſtros, & ut ei credentes & fidem operibus exornantes, vitam habeatis in nomine ipſius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. Certi enim eſſe, & nullatenus dubitare debetis, quia ſi hanc, in qua hodie poſiti eſtis, innocentiam ſervaveritis, & iſtam ſanctificationem ipſius adjutorio ſervare uſque ad finem vitæ veſtræ ſtudueritis, non ſolum mortem evadetis æternam, ſed etiam gaudium regni cæleſtis poſſidebitis in æternum. Sed quia vita præſens ſine peccatis duci non poteſt: luctamen enim & temptatio eſt vita hominis ſuper terram, diſceſſurus à vobis, trado vobis, quæ tradita ſunt nobis à Domino. Arrham fidei ſanctæ inter vos & Deum, ſeptem ſcilicet Sacramenta Eccleſiæ, quaſi ſeptem ſignificativa dona Spiritus ſancti, quibus intendendo in laboribus & certamine hujus vitæ non deficere, ſed proficere veſtra poſſit eccleſia, ſuoſque defectus reficere. Videte ergo & tenete, ut ſciatis F

ad fidem & mores chriſtianos.

A sciatis diligenter enumerare, quæ tradimus vobis, discedentes à vobis.

Septem Sacramenta

71 Primum ergo Sacramentum est, quo jam imbuti estis, sacrosanctus Baptismus. Hoc Sacramentum, fratres mei, abhinc & semper tenere & venerari debetis, & parvulis vestris opportuno tempore, scilicet in Sabbato sancto Paschæ ac Pentecostes, per manus Sacerdotum tradere debetis *c*; certissime scientes quod quicumque sine illo de hac vita emigraverit, regno Dei carebit, & insuper maledicti originalis pœnas luet æternas.

c

sigillatim

72 Secundum Sacramentum est Confirmatio, id est, unctio Chrismatis in fronte. Hoc Sacramentum victuris est necessarium: videlicet, ut Spiritus sancti corroboratione muniantur & armentur, contra omnes tentationes & nequitias vitæ præsentis pugnaturi. Non autem usque in senectam differendum est, ut quidam putant, sed in ipsius adolescentiæ fervore percipiendum: quia illa ætas magis obnoxia est temptationibus.

enumerat,

73 Tertium Sacramentum est Unctio infirmorum, quod ideò morituris est necessarium,
B quia in illa unctione, per virtutem Spiritus sancti, remissio datur peccatorum; & ipse, qui moriturus est, contra spirituales nequitias, id est, contra malignos spiritus, in exitu vitæ animabus insidiantes, eadem Spiritus sancti virtute pugnaturus armatur. Hoc omni Christiano in agone mortis ardentissimè desiderandum, & devotissimè percipiendum est, utpote remedium animæ certissimum.

& accuratè explicat

74 Quartum Sacramentum est Eucharistia, id est, corpus & sanguis Domini. Hoc Sacramentum victuris & morituris est necessarium. Sive enim vivimus sive morimur, hoc viatico semper utendum est. Est enim cibus animæ verus, vitam in se habens æternam. Unde frequenter Missæ celebrandæ sunt, & vos ad easdem devotè convenire debetis, ut sæpius huic viatico communicetis. Quod si non potestis, quia carnales estis, huic tam sanctissimæ rei per vos ad omnes Missas participari, saltem per mediatorem vestrum, scilicet sacerdotem, qui pro vobis communicat, fideliter, reverenter ac devotè Missas audiendo communicate. Oportet tamen & vos ip-
C sos ter vel quater in anno, si amplius fieri non potest, & confessionem facere atque ipsi Sacramento communicare.

præsertim

75 Quintum Sacramentum est, per pœnitentiam reconciliatio lapsorum, id est, eorum, qui post Baptismum propter graviores culpas ab ecclesia projecti, per satisfactionem pœnitentiæ iterum ei conformantur. Et hoc Sacramentum quasi malagma & recuperatio est cadentium in pugna, & vulneratorum.

Matrimonium

76 Sextum Sacramentum est Conjugium, id est, copula matrimonialis. Quinque autem superiora Sacramenta, quasi generalia sunt, & omni Christiano necessaria: istud autem quasi particulare est; quia non omnibus necessarium, sed eis tantum qui se continere non possunt, & sicut ad superiora Sacramenta omnes homines trahendi sunt & invitandi, ita nullus ad hoc trahendus est, & invitandus; nisi qui, ut dictum est, se non continent, sed vago & illicito concubitu sese polluunt & commaculant: his enim suadendum est, ut infirmitati suæ honestiori subveniant remedio.

77 Vos autem qui usque ad hæc tempora non Christiani sed pagani fuistis, Sacramentum conjugii non habuistis: quia fidem uni thoro non servastis. Sed qui voluistis, plures habuistis uxores; quod deinceps vobis non licebit. Sed unus vir unam tantum habere debet uxorem, & una unum. Quod amplius, à malo est. Si quis ergo in vobis est, qui plures habuerit uxores ante Baptismum, nunc unam de illis, quæ sibi magis placet, eligat, dimissisque aliis, hanc solam habeat, ritu Christiano. Et partus, inquit, femineos, audio, quia vos, ô mulieres, necare consuevistis: quod quantum abominationis habeat, exprimi sermone non potest. Videte si hoc vel bruta animalia faciant fœtibus suis. Parricidium hoc non fiat amodo in vobis: quia sine gravissima pœnitentia dimitti non potest. Sive igitur sit masculus, sive femina, diligenter enutrite partus vestros: Dei enim est & marem procreare & feminam. AUCTORE SEFRIDO. *ejusque obligationem;*

78 Septimum itaque Sacramentum est, Ordinatio sive Consecratio Clericorum, quod & ipsum particulare est & non generale, quia non omni homini necessarium est. Quamvis enim omnes homines indigeant clericis, non tamen est necessarium omnes homines fieri clericos. Ad ipsum tamen Sacramentum, qui moribus ac scientia magis idonei sunt, invitandi potius, quam trahendi. Unde adhortor vos & invito: quia cogere non debeo: ut de liberis vestris ad clericatum tradatis, liberalibus studiis prius diligenter instructos, ut ipsi per vos, sicut aliæ gentes, de lingua vestra, latinitatis conscios possitis habere clericos & sacerdotes. Ista ergò septem Sacramenta, quæ iterum vestri causa enumerare libet, & Baptismum, Confirmationem, infirmorum Unctionem, Eucharistiam, lapsorum Reconciliationem, Conjugium, & Ordines, per nos humiles suos paranymphos sponsus cælestis in arrham veræ dilectionis vobis, Ecclesiæ suæ transmittere dignatus est. Quapropter omni honore ac reverentia eadem Sacramenta servate diligenter, & veneramini; docete ea filios vestros, ut memoriter teneant, & diligenter observent in omnes generationes *d*. Ecce habetis Ecclesiam, habetis sacerdotem de his omnibus, & quæcumque sunt
F necessaria vobis, abundantius vos instruere scientem. Ipsum ergò sicut me audietis, honorantes & amantes eum, & quæcumque vobis dixerit facientes. Et nunc ego vado, iterum cito reversurus ad vos. Valete in Domino dilectissimi. *& Ordinem sacrum* E *d*

ANNOTATA.

a *Non ita primæ personæ loquentis indicia suppressit Anonymus, ut non aliquando elabi siverit & hîc & alibi.*

b *Melius* sagmarios, *ut in Andrea Gretseri. Sensus ostendit, agi de jumento sarcinario aut equo clitellario.*

c *Notus est ritus antiquus, à nobis hîc non explicandus. Cetera etiam satis plana sunt.*

d *Totam hanc de septem Sacramentis catholicam sancti Ottonis doctrinam digerere haud potuit Lutheranus Faschius pag.* 482. *Ut paucis sese expediat, temere & audacter asserit*, de suo hoc addidisse monachum, qui hanc Sefridi historiam

AUCTORE SEFRIDO.

edidit. *Bella enimvero ſolutio; nempe quia in pſeudo-Andrea hîc ex Ebbone compilato, ea non traduntur. At ſi tali effugio uti licet, plurima ex Sefrido reſcindenda erunt, quæ in Ebbone non reperiuntur; multa item ex Ebbone, quæ Sefridus non tangit, quaſi ſingula ſinguli enarraverint. Ea præcipuè deſcripſit Ebbo, quæ ex Udalrico audiverat: verum geſtis & dictis omnibus adfuit Sefridus, qui ubique in prima perſona, ut teſtis oculatus & auritus loquitur, non ſolum Sancti acta, ſed etiam verba, ſed etiam prædicationes & allocutiones ad populum accurate referens, ut ex Gretſeri editione convinci potuit Faſchius.*

CAPUT III.

Felix Caminæ converſio, ubi Dux polygamiam deſerit. Punitio matronæ die Dominica mentis. Julinenſes barbari, repulſo Euangelio, S. Ottoni necem intentant.

B

POſtquam confirmata & inſtructa eſt eccleſia in Piriſſa, uberrime lacrymati, populoque primitivo eorum, caro affectu vale facientes, legatis eos deducentibus, ad civitatem Ducis Caminam deveniunt. Erat autem illic Duciſſa, uxor videlicet Ducis legitima, & licet inter paganos, Chriſtianæ tamen religionis memor, de eorum adventu lætiſſima efficitur, & cum omni domo ſua tantò eos devotiſſimè ſuſcepit, quantò & hoc marito placere, ſuæque & illius ſaluti profuturum non dubitavit. Eis enim Piriſſæ demorantibus, omnia quæ illic gerebantur, immiſſis clam exploratoribus, diligenter edidicit, magnoque tripudio cordis de illuminatione illius plebis exultans, ipſam quoque ſuæ fidei ſcintillam, quaſi ſub mortuis cineribus eatenus conſopitam, inter ſuos familiares modeſtè primo, deinde fiducialius apud omnes, quos potuit, ventilare cœpit. Et quia ſcriptum eſt: De ſcintilla conſurgit ignis, totam illam civitatem, etiam ante eorum introitum, tantus ardor fidei, operante Domino per matronam, invaſerat, ut non ſolum nil contradictionis, verum etiam totius populi conſenſum, de ſuſcipiendo Baptiſmo, invenerint, in multa gaudii plenitudine.

Opera duciſſæ, urbs Camina.

C

80 Quadraginta ergò fermè diebus in eodem loco manentes, tam ipſe Pontifex, quam alii ejus cooperatores, ſacerdotes & clerici, id pene ſolum operis habuerunt; ſuſcipere venientes ad fidem, ducere, catechizare, prædicare & baptizare: videbanturque in tam copioſa meſſe, pauci meſſores. Nam & ipſius loci atque circumjacentis provinciæ populus catervatim accedebat quotidie ac recedebat. Quibus omnibus dum ſatis fieri oporteret, immenſo labore, maximè qui fuit in baptizando, Epiſcopum (licet ſolos mares pueros tingeret) ſæpenumero ſudantem aſpexerunt; adeo profecto, ut alba ejus ab humeris uſque ad umbilicum antè & retro ſudore manaret. Sæpe etiam ipſius miniſterii nimietate laſſatus, brevi ſeſſione vires recuperans, modicumque ſedendo reſpirans, quaſi animoſus operator & ſtrenuus, denuo ſe ſublevabat in idem opus ſibi dulciſſimum; gratias agens omnipotenti Deo, quod ipſius præſtante clementia, tot manipulos in ejus horreo cum ſudore ac laſſitudine ſua congereret.

S. Ottonis prædicatione convertitur,

D

81 Dum ea Caminæ gerebantur, atque de ſucceſſu rerum & Epiſcopus cum ſuis & populus civitatis cum ipſa matrona nobiliſſima & Chriſtianiſſima, ſpirituali gaudio fruerentur, ecce cum ſuo comitatu Dux terræ Vrotiſlaus *a*, non modicum lætitiæ ſalutaris augmentum, ſupervenit, nihilque moratus, quaſi filiali fiducia, in amplexus ruens Epiſcopi: Salve, inquit, Pater ſanctiſſime. Deinde: Non, quæſo, ait, iraſcaris, quod poſt primam illam ſalutationem tam diu fui, te non videns, ſed cauſa fuere inexcuſabiles reipublicæ adminiſtrationes. Nunc autem ecce adſum parêre ac ſervire tuæ paternitati prout vis. Etenim nos ipſi & omnia noſtra tui ſumus, utere ſicut vis. Et hæc dicens, converſus ad clericos & ad alios quoſque meliores de comitibus Epiſcopi; & hos, inquit, Pater, tuos collaboratores, tua licentia ſalutabo: apprehendenſque manus ſingulorum tenebat, & benedicebat illis atque deoſculabatur, eos filios & fratres appellans chariſſimos: benedixitque Deum omnium bonorum largitorem, quod hoſpites tam gratiſſimos ſua domo ſuſcipere meruiſſet.

Duce ipſo,

a

E

82 Quia vero deinceps navigio de civitate ad civitatem eundem fuit, omnes equos & jumenta eorum, villicos ſuos ad opportuna loca terræ, paſtus gratia, deducere juſſit; neque ante eis reddebantur, quam etiam conſummatis omnibus, de terra fuerant jam exituri. Quos certe ita receperunt alteratos, ut præ craſſitudine vix cuique ſuus cognoſceretur. Milites ergo, qui cum Duce venerant, catechizati ſtatim & baptizati ſunt; multique ex eis, prius qui Chriſtiani fuerant, ſed ex conſortio incredulorum metas Chriſtianitatis exceſſerant, ex quorum numero Ducem etiam ipſum fuiſſe conſtat, per confeſſionem & pœnitentiam confirmati ſunt; promittentes deinceps, omnia quæ Chriſtiano inimica ſunt nomini, reſpuere, & ea quæ ſunt apta ſectari.

poſt ſufficientem inſtructionem præeunte,

In repudianda polygamia.

F

83 Dux etiam: Scio, inquit, Chriſtianæ ſanctitati eſſe contrarium, plures uxores vel concubinas habere, ſimulque tactis Sanctorum reliquiis, ſicut Chriſtianis jurare mos eſt *b*, coram populo, aſpiciente Epiſcopo, viginti quatuor concubinas, quas ritu gentili ſuæ legitimæ uxori ſuperduxerat, publice abjuravit. Quod videntes alii complures, ejuſdem enormitatis præſumptores, abjurata & ipſi conjugii pluralitate, uni thoro, exemplo Ducis, fidem ſervaturos ſe polliciti ſunt. Crevit ergo Eccleſia in loco illo, & confortata eſt, in timore Domini ambulans, & Spiritu ſancto replebatur, Epiſcopo & clericis inſtantibus & euangelizantibus regnum Dei. Exſtructa quoque illic baſilica, & ſanctificato altari & ſanctuario, collatiſque illuc per Ducem prædiis ac dote, in ſuſtentationem ſacerdotis, pater liberaliſſimus, ſicut omnibus in terra illa eccleſiis faciebat, libros contulit & indumenta ſacerdotalia, calicem quoque argenteum cum ceteris utenſilibus, deque ſuis ſacerdotibus unum, qui populum poſſet inſtruere, eidem præfecit eccleſiæ.

b

84 Cum

A *Matrona prædives*

84 Cum hæc omnia ritè peracta fuiſſent, & non ſolum de civitate, verum etiam de rure populus ad eccleſiam omni die convenirent, & diem Dominicam aliaſque ſolennitates devotè obſervarent; vidua quædam in rure non longè à civitate Caminenſi, dives ac nobilis valde; Chriſtiana religione contempta, patrios deos ſe colere nullaque occaſione vanitatis novæ, à patrum ſuorum veteri traditione declinare ſe velle dicebat. Erat autem multam habens familiam, & non parvæ auctoritatis matrona, ſtrenuè regens domum ſuam: &, quod in illa terra magnum videbatur, maritus ejus, dum viveret, in uſum ſatellitii ſui triginta equos cum aſcenſoribus ſuis habere conſueverat. Fortitudo enim & potentia nobilium & capitaneorum, ſecundum copiam vel numerum æſtimari ſolet caballorum. Fortis, inquiunt, & potens ac dives eſt ille, qui tot vel tot poteſt habere caballos, ſicque audito numero caballorum, numerus militum intelligitur; nullus enim militum præter unum
B caballum illic habere conſuevit.

die Dominica ſegetes metens

85 Sunt autem magni & fortes equi terræ illius, & unuſquiſque militum ſine ſcutifero militat, manticam per ſe geſtans & clypeum, agiliter ſatis & ſtrenuè ſic militiæ ſuæ officium exequens. Soli autem Principes & capitanei uno tantum, vel ſi multum eſt, duobus clientibus contenti ſunt. Factum eſt ergo in una Dominica die tempore meſſis, populo undique ad eccleſiam properante, præfata matrona nec ipſa veniebat, nec ſuos permittebat; ſed magis turbulenta: Ite, inquit, metite mihi agros meos, hoc enim utilius eſt, quam vacare illi, neſcio cui, novo Deo, quem de terra ſua vobis affert ille Otto Babenbergenſis Epiſcopus. Quid nobis cum illo? Videtiſne quanta bona, & quantas divitias nobis dederint dii noſtri? Ipſorum utique largitate, opibus & gloria omnibuſque rebus abundantes ſumus, quare ab eorum cultura diſcedere non levis injuria eſt. Igitur ite ad metendas ſegetes noſtras; &, ut minus timeatis, parate mihi vehiculum; ecce ipſa ego vobiſcum in campos meſſura deſcendam. Cumque in agrum veniſſet: Quod me, inquit, facere videritis, omnes ſimiliter faciatis; moxque rebrachiatis manicis ſuccinctaque veſte, falcem dextra corripuit, ſtantes vero calamos ſiniſtra
C tenens metere niſa eſt. Sed mirum dictu, in actu ipſo ſubitò, ut erat inclinis, miſera diriguit, & quaſi marmoris effigies, nec ſemetipſam erigere, nec falcem è manu dimittere potuit, nec ſegetem; ſed muta & nil loquens, ſimilis ſimulachro ſtabat, tantum intuens intuentes ſe.

terribili exemplo mortua corruit.

86 Videntes autem famuli, timuerunt valde, & circumſtabant eam aſpicientes & operientes, ſi nam melius eſſet habitura. Rogant etiam, ut à temeritate ſua reſipiſcat, dicentes, fortem eſſe Deum Chriſtianorum. Sed illa nihil reſpondebat. Injectis ergo manibus violenter illam trahentes, erigere conati ſunt, & falcem ſegetemque de manibus extorquere; ſed minimè potuerunt. Stabat autem quaſi moles immobilis terræ affixa. At ubi ſatis miraculi ac ſtuporis hoc habitu infelix illa intuentibus oſtenderat, ipſique famuli dolore ac tædio affecti, jam abire illamque dimittere vellent, ſoluta illa repente corruit, ſontemque animam in ignem tartareum efflavit. Quam levantes in vehiculum: En, inquiunt, qualem manipulum de agro die Dominico reportamus. Quod factum ubi perferente fama paſſim vulgatum eſt; nam famuli ſtatim ad eccleſiam currentes Baptiſmum poſtulant, ſtupidi, quod acciderat referentes: & credentibus quidem fides aucta eſt ex miraculo; non credentes autem, & ſi quid adhuc blaſphemi exſtiterant, ad credendum ex pœna mulctatæ mulieris eruditi ſunt. Dies autem Dominicus & aliæ ſolennitates reverentius obſervari cœperunt, & tam ipſum cum ſuis omnibus Epiſcopum, quam omnem eorum doctrinam amplius reveriti ſunt.

Julinam provectus Otto

87 Expletis autem illic fermè quinquaginta diebus, acceptis à Duce legatis, & conductoribus de ipſo loco civibus, Domezlao videlicet & filio ejus, viris honoratis, per lacus & refuſiones marinas, Julinam vecti ſunt navigio. Eſt autem civitas hæc magna & fortis: homines ipſius loci crudeles erant & barbari. Cum autem appropinquaſſent civitati, conductores eorum hærere, pavere atque inter ſe muſſitare cœperunt. Quod intelligens Epiſcopus: Quid eſt, ait, quod ad invicem confertis? At illi: Timemus, inquiunt, Pater, tibi ac tuis. Populus iſte durus ſemper & in- E
domitus fuit. Si ergo placet tibi, applicemus, & moram in littore uſque ad crepuſculum noctis faciamus, ne forte civitatem manifeſtè ingrediendo, tumultum populi ſuper nos ſuſcitemus. In ſingulis autem civitatibus Dux palatium habebat & curtem cum ædibus, ad quam ſi quis confugiſſet, lex talis erat, ut quolibet hoſte perſequente, ſucurus ibi conſiſteret & illæſus.

& noctu Ducis palatium ingreſſus,

88 Dixerunt ergo, ſi per noctem ad Ducis tecta intramus, freti ſecuritate, paulatim cives conveniendo, negotiumque noſtrum illis pedetentim inſinuando, melius fortaſſe proficiemus. Placuit conſilium; & cum dies abſceſſiſſet, tecti umbra noctis, curtem & mœnia Ducis invaſerunt, illis ignorantibus. In craſtinum vero, ubi eos viderunt, & quinam eſſent, & unde & quare venerint, maligni homines ſcrutati ſunt. Primo quidem moveri ac ſenſim turbari, currere ac diſcurrere, videre illos, iterumque videre, & aliis alii nuntiare; poſtremo vero, inſano furore correpti, magno tumultu, ſecuribus & gladiis aliiſque telis armati, ſine ulla reverentia, in ipſam F
Ducis curtem irrumpentes, mortem eis ſine ulla retractatione, niſi quanto citius de curia & de ipſa civitate fugerent, comminabantur.

à furenti populo

89 Erat in ipſa curte ædificium quoddam fortiſſimum, trabibus & tabulis ingentibus compactum, quod Stubam *c* vel pyrale vocant, in quod ſcrinia & clitellas & capellam Epiſcopi & pecunias & quæque pretioſa deportaverunt: quin & propter impetum furentis populi, cum Epiſcopo clerici omnes illuc confugerant. Sed illi vociferabantur & clamabant, exire eos compellentes. Sed moram eis facientibus, quaſi à furore illi eſſent ceſſaturi, magis eorum exarſit inſania, factoque impetu ſtubam aggrediuntur & diſſipant, tecto primum, dein parietibus disjectis & exciſis. Tunc vero Epiſcopus, ad coronam paſſionis ſe invitari ſperans, aliis trepidantibus, quibuſdam etiam præ pavore lachrymantibus, ille ſpiritu jocundo & hilari vultu ſtabat intrepidus,

AUCTORE SEFRIDO.

trepidus, optans & gliſcens, ut vel unum ictum aut vulnus in nomine Jeſu accipere dignus habeatur.

ad necem quæritur,

90 Paulitius vero & legati, videntes quia verè inſaniunt omnes, & quia illic moram facere deterius eſt atque deterius; in medium populi exilientes, validiſſimo clamore, acſi & ipſi furerent, extentis manibus, ſilentium fieri poſtulant. Quibus ad modicum ſedatis, illi continuo proſecuti. Quid eſt hoc, inquiunt? Et cauſam totam in ſemetipſos transumentes: Nos, aiunt, hîc in curia Domini noſtri Ducis pacifice conſiſtere non ſinitis, ſaltem pacificè hinc exire permittite. Quid furitis in nos? Quem læſimus ex vobis? At illi: Impoſtorem, inquiunt, illum Epiſcopum & ceteros cum eo Chriſtianos, deos noſtros blaſphemantes, interficere venimus. Sed ſi eos ſalvare vultis, ecce damus locum, cito eos extra civitatem deducite. Plateæ autem civitatis paluſtres erant & lutoſæ, & pontes extracti, & tabulæ undique poſitæ propter lutum. Arripiens ergo Paulitius, per manum trahere cœpit Epiſcopum, & deducere, adhortans modeſtè, ut, ſi poſſet, properantius iret. Ut autem per medium turbæ omnes, non

B

d

imperturbatis paſſibus, extra curtim uſque ad pontes devenimus *d*: ecce quidam de turba, vir barbarus & fortis, librata, quam geſtabat

e

ingenti phalanga *e*, vaſto ictu caput ferire niſus eſt Epiſcopi: ſed ille avertens caput, humero ictum ſuſcepit, eodemque geminante cominus, & alio eminus in eum jaciente contum, inter manus Paulitii ac Hiltani ſacerdotis, ducentium illum à ponte, in lutum proſternitur Otto Epiſcopus.

& à barbaro in lutum proſtratus, verberatuſque

91 Paulitius vero, animo & corpore ibi ſe virum exhibens, jacentem Epiſcopum, nec propter imminentia tela deſeruit, ſed proprii corporis objectu, crebras percuſſiones excipiens, inque cœnum à ponte inguine tenus deſcendens, ſublevabat de luto proſtratum. Similiter & alii ſacerdotes & clerici, dum protegunt illum & jacenti manus porrigunt, fuſtibus & contis juxta ſuum Pontificem in nomine Jeſu vapulaverunt. Tandem multo diſcrimine, ponte arrepto, rurſum ire & abire cœperunt extra civitatem, illique à prudentioribus ſedati, ceſſaverunt à nobis *f*. Abeuntes ergo trans lacum, disjecto ponte à tergo, ne iterum impetum ſuper eos facerent, in campo inter areas & loca horreorum decumbendo reſpiraverunt, videntes & dinumurantes ſocios; & quia nullus defuit, Deum benedicentes; ex hoc autem magis gaudentes, quod digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. Poſtquam autem reſpiraverunt & illi deſævierunt, Otto beatiſſimus: Proh dolor! inquit, bona ſpe caſſati ſumus. Palma in manibus erat; vos eam (Deus vobis ignoſcat filii & fratres) extorſiſtis de manibus noſtris; vix omnes illi ictus unius paſſioni ſufficerent: ſed dum omnes ad coronam proſiluiſtis, nec unum pervenire dimiſiſtis. Cui Paulitius: Satis, inquit, Domine, nobis viſus es accepiſſe. Parum, inquit ille, quia

C

f

* *al.* avaritia voto minus. Tuâ quoque audacia * meam ex magna parte præripuit benedictionem; hoc autem dixit de ictibus quos ille intercepit. Conſtat tamen Epiſcopum tribus plagis vapulaſſe.

92 Manſerunt ergo per dies quinque trans ſtagnum, quod cingebat civitatem, exſpectantes, ſi forte meliori animo fierent. Interea vero Chriſtiani ad illos ſæpe ibant & redibant; ſimiliter & illorum primates veniebant ad iſtos, excuſare ſe, ſtultis hominibus & vilioribus de plebe culpam illius tumultus imponentes. Habuit ergo Epiſcopus cum eis verbum de fide Chriſtianiſmi, quaſi per ambages, hortans eos & ſuadens. Præferebat etiam nomen & potentiam Ducis Poloniæ, & quomodo ad illius injuriam ſpectat illata ſibi ſuiſque contumelia, quidve mali contra eos inde oriri queat, niſi forte illorum intercedat converſio, inſinuavit. At illi, conſilium ſe accepturos dicebant; regreſſique ad ſuos omnia hæc tractabant diligenter atque retractabant: tandemque in unius ſententiæ formam conceſſerunt; videlicet ſuper hoc verbo ſe facturos, quidcumque facerent Stetinenſes. Hanc enim civitatem antiquiſſimam & nobiliſſimam dicebant in terra Pomeranorum, matremque civitatum, & ſatis injuſtum fore, ſe aliquam novæ religionis obſervantiam admittere, quæ illius auctoritate prius roborata non fuiſſet.

D

vix periculum evadit.

E

ANNOTATA.

a *Alias* Vortiſlaus, Wortizlaus, Vuratiſlaus, *pro vario librariorum ſcribendi modo, quem in noſtro corrigendum non exiſtimavi.*

b *Utique antiquus Chriſtianorum jurandi modus, de quo vide auctoritates multas & exempla apud Cangium, verbo* jurare.

c *Patet, vaporarium indicari ſeu hypocauſtum, quod etiam indicat* pyrale *à Græco* πῦρ, πυρὸς ignis.

d *En iterum Sefridi loquentis veſtigium, qui paulo ante in Andrea Gretſeri febrim, qua tenebatur, deſcribit, eo tempore, quo barbari maxime furerent: ſed hoc præteriit compilator noſter.*

e Falangus *etiam &* falanca *dicitur, ſicque vocatur fuſtis teres, quem navibus ſubjiciunt, de quo plura Cangius.*

f *Jam ſatis oſtenſum eſt, Anonymum noſtrum non tam accurate expunxiſſe omnia Sefridi loquentis veſtigia, ut non aliqua remanſerint; cetera vide in Andrea Gretſeri.*

F

CAPUT IV.

Stetinenſium obduratio, ex felici ſucceſſu legationis Polonicæ, & adoleſcentium cum matre converſione, miteſcit. Verbum Dei recipitur, ſublatis idolis, ſortilegiis &c.

Stetinenſes principio rebelles

QUibus auditis Epiſcopus Stetinam nihil cunctatus adire feſtinat, & quemdam de Julinenſibus civibus, Nedaverum nomine, ut viam ſibi monſtraret, aſſumpſit. Hic autem familiaritate Epiſcopi bene utens, cum filio ſuo quaſi alter Nicodemus, occulte eos frequentabat, & quæ dicebantur, libenter audiebat. Alii quoque nonnulli de ipſa civitate occulte Chriſtum colebant, tam viri quam mulie-

A mulieres. Isti etiam frequentabant eos, dum ibi moras facerent, deque suis rebus eis humanitatem honeste impendentes, spirituali consolatione ab Episcopo recreati sunt; optantes, ut Stetinâ recipiente verbum Dei, Julina quoque recipere ex ratione pacti convincatur. Quidam de ipsis, quid de Christo sentiant, Christianis patefacientes, in locum suum occulte reversi sunt. Ipsi vero post crepusculum noctis, applicantes civitati, egressi naves, curiam Ducis intraverunt. Mane facto, Paulitius & legati, primates adeunt; ex parte Ducum se cum Episcopo missos referunt; causam viæ proponunt eis, Euangelium, dant consilium, promittunt & terrent. At illi inquiunt, Quid nobis & vobis? Patrias leges non dimittemus, contenti sumus religione, quam habemus. Apud Christianos, aiunt, fures sunt, latrones sunt, truncantur pedibus, privantur oculis; & omnia genera scelerum & pœnarum Christianus exercet in Christianum. Absit à nobis Religio talis. Hæc & his similia protestantes, obturaverunt aures suas ne audirent verbum. Omnibus igitur obstinatis, per duos menses & plus ibi morantes,

B nihil pæne profecerunt.

in Poloniam legatos mittunt.

94 Dum ergo tam longa & inutilis mora eis turbationi esset, consilium incidit, legatos mittere ad Ducem Poloniæ, scisciatari, quid de Christianis juberet, utrum manere illic, an redire; & de contradictione civitatum, quid ei videretur. Quod consilium ubi civibus compertum fuit, timebant quidem, tamen rogabant, ut mitterentur legati; suos cum illis hac ratione profecturos, dicentes; ut si apud Ducem perpetuæ pacis stabilitatem obtinere, tributumque alleviare queant, his ibi coram suis & nostris legatis scripto firmatis, Christianis se legibus sponte inclinarent. Abeuntibus ergo cum Paulitio Christianorum & paganorum legatis, isti interim bis in hebdomada in diebus scilicet mercatûs, per medium fori, populo ex omni provincia conveniente, sacerdotalibus vestibus induti, Crucem portaverunt, & de fide atque agnitione Dei populum incredulum opportune & importune alloquendo, jugulum neci quodammodo quotidie aptaverunt: sed Deo protegente, læsi non sunt. Plebs autem, quæ de rure fuit, & simplicitate sua & rerum novitate capta, negotiis suis postpositis, prædicationem libentissimè accepit, quamvis credere non auderet. Et

C quia certis diebus Crux portabatur, & sermones fiebant, magis propter verbum, quam propter forum ruriculæ confluebant.

Conversis duobus adolescentibus,

95 Quotidie autem fidei retia laxantibus, & nihil eis capientibus, & multum super hoc tædentibus, tandem benignus Dominus sedulitatem boni servi sui Ottonis, laborem quoque ac mœstitiam miserando respexit. Nam duo pulcherrimi adolescentes, filii cujusdam nobilis de civitate, domum Christianorum frequentare, & familiares se præbere, paulatimque de Deo nostro & de fide quærere cœperunt. Episcopus autem sentiens, quia in bono veniunt, futurorum bonorum præsagium captando de his, blandis mulcet colloquiis, atque de munditia & honestate Christianismi, de immortalitate animarum, de resurrectione corporum, de spe & gloria vitæ æternæ, adolescentibus per singulos dies euangelizavit. Quæ omnia, flante Spiritu sancto, pueri altius suis imbibêre pectoribus; neque diu cunctati, credere se velle atque Baptismum percipere dixerunt. AUCTORE SEFRIDO.

96 Episcopus ergo lætissimus pueros statim catechizat, ac de omnibus quæ Christianæ religioni competebant, diligenter instructos, jussit, ut loti & lotis induti, cum cereis suis & albis, sese præberent baptizandos. Illi ut moniti erant, silenter exequentes omnia, die statuto, parentibus insciis, loti & purificati novisque ac mundis vestibus induti, cum albis & cereis, percepturi sanctum baptisma, se manibus Episcopi obtulerunt. Videres humano in corpore vultus angelicos; videres, expulsâ dæmoniaci squaloris inertiâ, in vultibus juvenum Christum, novum hominem gratioso jam coruscare aspectu. Pontifex ipse omnesque alii sacerdotes & clerici gavisi sunt, & admirati super gratia, quam videre in pueris. Sed quid multa? baptizati sunt, & propter octavam Purificationis *a*, octo dies apud

a Episcopum commorantes, in domos parentum non sunt reversi. *Ex*

eorum mater

97 Mater vero illorum (nam pater domo aberat) ubi quæ gesta sunt audivit, pueris nondum exalbatis, ultra quam dici queat, gaudio perfusa, cuidam de pueris suis; Vade, inquit, nuntia Domino meo Episcopo, quia ipsum & filios meos videre venio. Erat enim magnæ honestatis & potentiæ in civitate illa. Episcopus ergo audiens illam advenire, de sub tecto exiens, in graminis cespite sub divo [*dio*] consedit, suosque regeneratos, adhuc in albis positos, circumsedentibus clericis, ad pedes suos collocavit. Sed ubi matrem eminus advenientem conspiciunt, modestè consurgentes & Episcopo inclinantes, quod advertere pulchrum fuit, quasi petita licentia, obviam ei vadunt. Quos illa intuens albatos, magnitudine gaudii quasi amens & stupida, soluta in lachrymas, subito in terram corruit. Accurrit Episcopus accurrunt clerici, levant, tenent, consolantur: putabant enim quod nimietate doloris defecisset. At illa, recuperato flatu; Benedico, inquit, te Domine Jesu Christe, totius spei & consolationis auctor, quod filios meos tuis Sacramentis imbutos, tuæque fidei veritate aspicio illustratos. Scis enim, Domine Jesu Christe, quod hos (tenensque oscula pueros & amplexata) in secreto pectoris mei tuæ miserationi jam per multos annos commendare non cessavi, petens ut hoc eis faceres, quod fecisti. Deinde ad Episcopum, Benedictus, inquit, introitus tuus in hanc civitatem, Domine & pater reverendissime, multum enim populum tua perseverantia Domino hîc habes acquirere. Non te fatiget dilatio. En ego ipsa, quæ coram te adsto, Dei omnipotentis adjutorio, & tui, Pater, animata præsentia, sed & pignorum meorum freta subsidio, Christianam me confiteor; quod hactenus non audebam.

olim Christiana, eorumque domesticis & amicis.

98 Sicut enim protestata est, in diebus adolescentiæ suæ de terra Christianorum ablata fuit: & cum esset ingenua & speciosa, gentili homini marito suo, diviti ac præpotenti hero copulata est, & eosdem filios ex eo suscepit. Episcopus ergo super his omnibus Deum benedicens, confitenti matronæ verbo confortationis fidem auxit & fiduciam, suæque liberalitatis non immemor, grisea pellicula *b* chla-

b

AUCTORE SEFRIDO.

midem pretiosam ei dedit, & eâdem petente atque cum fiducia jam euangelizante, omnes ejus domesticos aqua tinxit regenerationis; deinde etiam omnes convicinos ejus ac familiares, viros ac feminas cum parvulis suis, eadem societas involvit. Pueros quoque ipsos, post expletos octo dies, in die depositionis albarum, duabus camisiis *c* de subtili panno vestivit, & easdem camisias aurifrigio more capitii, & sutura humerali atque brachiali ornari eis fecit, duosque cingulos aureos tradens & calceamenta picturata, verboque doctrinæ & Sacramento Eucharistiæ eos communiens, cum gaudio in matris domum remisit. Ita miris modis *d* aurum suum & donaria Otto beatissimus expendit. Ut enim salvi essent homines, pretio conduxit, verbo instruxit, rudesque alumnos & spiritualibus documentis informabat, & corporalibus beneficiis conciliabat. Sed quanto fœnore donaria sua in thesauros Domini sui aliquotiens congesserit, hoc proximo poterit adverti eloquio.

c

d

B

sensim mitescunt

99 Præfati etenim pueri, cum ad suos coadolescentes perveniissent, & quomodo ab Episcopo habiti & instructi essent, quanta esset apud illum disciplina & honestas, quanta pietas & mansuetudo, nuntiare cœperunt; mox etiam quantæ munificentiæ ac liberalitatis circa omnes existeret, prædicare obliti non sunt: atque in argumentum rei, Cernite, inquiunt, his indumentis post omnia beneficia sua nos induit, his aureis cingulis honoravit. Pecunia sua captivos redimit, suis impensis eosdem vestit, cibis reficit, & liberos abire permittit. Quid umquam simile visum auditumve est in terra Pomeranorum? Quid simile nostri pontifices & sacerdotes faciunt? Nunc certe, aliquem visibilem Deum inter homines adveniisse, ipsa gratuita redemptio captivorum, in cippis & compedibus putrefactorum, multos cives nostros fecerat autumare: sed ille hoc negans, non Deum se, sed Dei altissimi servum, pro nostra salute ad nos directum, dici & credi optat; & animæ immortalitatem, & corporum resurrectionem, & æternæ vitæ gloriam, doctrinam dicit esse Christianorum. Quare non credatur ei?

C

Stetinensium animi.

100 Hæc & his similia pagana juventus à juvenibus audiens, aspirante gratia Dei, tracta est, & attracta per eosdem in eumdem fidei fervorem, reversique ad Episcopum pueri, fide recenter imbuti, more columbarum alias trahentium, gregem non modicum adduxêre coævorum, Euangelii rudimenta suscipere cupientium. Quid multa? Catechizantur, baptizantur, & à pueris & juvenibus cana patrum prudentia se passa est erudiri, flammaque fidei paulatim progrediente, concaluit civitas universa: neque jam occulte vel pauci, sed publice ac multi simul quotidie veniebant ad fidem. Interea præfatæ conjunx matronæ & pater primitivorum, in via, domo absens, ubi audivit quod uxor & filii totaque domus ejus, projecto paganismo, ritu viverent Christiano, mori voluit præ dolore. Sed uxor provida, cognatos ejus & amicos, qui malagma ei consolationis apponerent, obviam direxit ægroto; ipsa vero domi pro illius conversione preces Domino & vota non irrita offerre non cessavit. Itaque reversus ille, cum non solum domesticos suos, verum & alios vicinos & concives suos, veterem hominem exutos, in novitate vitæ conspiceret ambulantes, ad conformandum se illis, Deo visitante cor illius, facile inclinatus est.

D

Reversi legati,

101 Dum ea geruntur in civitate, Paulitius, & legati tam paganorum quam Christianorum, à duce Poloniæ veniunt, peractis mandatis; & scripta tyranni secundum hæc verba reportantes: Polislaus, omnipotentis Dei favente clementia, Dux Poloniorum, hostis omnium paganorum, genti Pomeranicæ & populo Stetinensi, promissæ fidei sacramenta servanti, Pacem firmam & longas amicitias; non servanti vero, cædem & incendia & æternas inimicitias. Si occasiones quærerem adversum vos, justa esse poterat indignatio mea, quod quasi fidei vestræ transgressores, vos retrorsum abire conspicio, & quod Dominum & patrem meum Ottonem Episcopum, omni honore ac reverentia dignissimum, vita & fama in omni populo & gente præclarum, vestræ saluti, à Deo vero, & nostro ministerio destinatum, sicut oportuit, non suscepistis, neque hactenus, secundum Dei timorem, illius doctrinæ obedistis. Omnia hæc vestræ valebant accusationi: sed interpellavere pro vobis responsales & mei & vestri, honorati viri ac prudentes, præcipue autem ipse Pontifex, apud vos manens, Euangelista vester & Apostolus. Horum ergo consilio ac petitioni acquiescere dignum judicans, servitutis ac tributi pondus, ut jugum Christi eo alacriores suscipiatis, hoc modo relevare decrevi.

E

obtenta tributi imminutione,

102 Tota terra Pommeranorum Duci Poloniæ, quicumque sit ille, trecentas tantum argenti marcas publici ponderis annis singulis persolvant. Si bellum ingruerit ei, hoc modo eum juvabunt. Novem patres familias decimum in expeditionem armis & impensis abundè procurabunt, & ejusdem familiæ interim domi fideliter providebunt. Ista servantes & fidei Christianæ consentientes, nostram pacem, porrectione pacis *e* & manus, & æternæ vitæ gaudium consequemini, & in omnibus opportunitatibus vestris præsidia semper & auxilia Polonensium, tamquam socii & amici experiemini. Igitur habita concione, ubi coram populo & principibus verba hæc recitata sunt, multo *f*, quam dum apud Vadam armis subacti sunt, lætiores facti, sacramenta devotè suscipientes, remota omni controversia, Euangelicis traditionibus se submiserunt. Episcopus ergo arrepto tempore pulpitum conscendens; Nunc, ait, ad nostri sermonis officium ventum est. Et incipiens: Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete; modestia vestra, fides & conversio vestra nota sit omnibus, nota sit omni mundo; nam totus mundus pro vestra dolüit infidelitate. Totus enim mundus, fratres chariissimi, usque ad hunc terræ vestræ angulum, lumen veritatis agnoscit, & vos in tenebris remanere voluistis. Pudeat & pœniteat vos, creatorem vestrum hactenus vos non agnovisse.

e

F

f

optatam faciem inducunt.

103 Nunc ergo tanto devotius, quanto serius, ad ipsum convertimini, currite, festinate, ut eos, qui vos in fide præcesserunt, consequamini; hoc agere soliciti, ut qui de vestra cæcitate piè doluerunt, de vestra illuminatione possint in Christo gloriari. Et primo ipsis deceptoribus diis vestris, surdis & mutis,

A mutis, ſculptilibus, & immundis ſpiritibus; qui in eis ſunt, ſigno Crucis armati, quanto citius renunciate; fana diruite, ſimulachra conterite, ut hoſtibus ejus ejectis à vobis, Dominus veſter, Deus vivus & verus in medio veſtri habitare dignetur. Niſi enim omnes alios deos abjiciatis, ipſum habere propitium non poteſtis: fugit enim & indignum ſibi reputat aliorum deorum conſortium; & nulla communicatio templo ejus cum idolis. Sed ſcio quia nondum ſatis confiditis, ſcio quod timetis dæmones, inhabitatores fanorum & ſculptilium veſtrorum; & idcirco non audetis ea comminuere. Sed pace veſtra ſit, ut ego ipſe cum fratribus meis ſacerdotibus & clericis ſimulachra & continas *g* aggrediar: ſi nos Crucis ſanctæ ſignaculo præmunitos illæſos permanere videritis, eodem Crucis muniti trophæo, vos omnes nobiſcum in ſecuri & aſcia, exciſis januis & parietibus, dejicite illas & incendite.

g

Confringuntur idola

104 Quod cum audiſſent & annuiſſent, Epiſcopus & ſacerdotes, celebrata Miſſa & accepta communione, armati ſecuribus & ſarpis, continas aggrediuntur, & fana comminuentes & excidentes omnia, ſcandentes tecta & convellentes. Stabant autem cives aſpicientes, quid dii facerent miſerrimi, utrumnam tecta ſua defenderent, nec ne. At ubi deſtructoribus nihil mali evenire vident: Si, inquiunt, aliquid divinæ virtutis haberent iſti, quorum ſacra & templa convelluntur, utique defenderent ſe: ſi autem defendere ſe aut ſibi prodeſſe non valent, quomodo nos defendere vel nobis prodeſſe poterunt? Et hæc dicentes, facto impetu, diruunt & comminuunt omnia, ipſamque lignorum materiam inter ſe diripientes, ad domos ſuas in uſum foci coquendis panibus & cibis comportabant. Et quia plus rapienti, plus habere fas erat, omnes ille continæ, numero quatuor, mira celeritate confractæ ſunt ac direptæ. Ne fortè vero minus pateat legentibus, quid ſignificent, vel unde dicantur continæ, ſciendum, quod Sclavica lingua in pleriſque dictionibus latinitatem attingit, & ideo, puto ab eo, quod eſt continere, continas eſſe vocatas.

B

& inter alia

105 Erant autem in civitate Stetinenſi continæ quatuor, ſed una, quæ ex his principalis erat, mirabili cultu & artificio conſtructa fuit, interius & exterius ſculpturas habens, de parietibus prominentes imagines hominum & volucrum & beſtiarum, tam proprie ſuis habitudinibus expreſſas, ut ſpirare putarentur ac vivere; quodque rarum dixerim, colores imaginum extrinſecus nulla tempeſtate nivium vel imbrium fuſcari vel dilui poterant, id agente induſtria pictorum. In hanc ædem, ex priſca patrum conſuetudine, captas opes & arma hoſtium, & quidquid ex præda navali vel terreſtri pugna quæſitum erat, ſub lege decimationis congerebant; crateres etiam aureos vel argenteos, in quibus augurari, epulari & potare nobiles ſolebant ac potentes, in diebus ſolennitatum, quaſi de ſanctuario proferendos, ibi collocaverunt. Cornua etiam grandia taurorum agreſtium, deaurata & gemmis intexta, potibus apta, & cornua cantibus apta, mucrones & cultros, multamque ſupellectilem pretioſam, raram & viſu pulchram, in ornatum & honorem deorum ſuorum ibi conſervabant. Quæ omnia Epiſcopo & ſacerdotibus, ubi fanum dirutum fuerat, danda cenſebant. Sed ille: Abſit à me, inquit, ut à vobis ditemur, nam talia & his meliora domi nobis abundant: vos ea potius, quorum ſunt, in veſtros uſus cum Dei benedictione diſtribuite. Et aqua benedicta omnia conſpergens, & ſanctæ Crucis ſuper ea benedictione facta, juſſit, ut inter ſe illa dividerent.

C

AUCTORE SEFRIDO.

Triglaus triceps; b

106 Erat autem ibi ſimulachrum triceps quod in uno corpore tria capita habens, Triglaus *b* vocabatur: quod ſolum accipiens, ipſa capitella ſibi cohærentia, corpore comminuto, ſecum inde quaſi pro trophæo aſportavit, & poſtea Romam pro argumento converſionis illorum tranſmiſit; ſcilicet ad videndum Domino Apoſtolico & univerſali Eccleſiæ, quid ipſe illius obedientiarius vellendo & plantando, ædificando & deſtruendo, apud gentem illam profeciſſet. Tres vero aliæ continæ minus venerationis habebant, minuſque ornatæ fuerant: ſedilia tantum intus in circuitu extructa erant, & menſæ: quia ibi conciliabula & conventus ſuos habere ſoliti erant. Nam ſive potare, ſive feria ſua tractare vellent, in eaſdem ædes certis diebus veniebant & horis. Erat præterea ibi quercus ingens & frondoſa & fons ſubter eam amœniſſimus, quam plebs ſimplex numinis alicujus inhabitatione ſacram æſtimans, magna veneratione colebat. Hanc etiam Epiſcopus cum poſt deſtructas continas incidere vellet, rogatus eſt à populo ne faceret. Promittebant enim, ſe numquam ulterius ſub nomine religionis nec arborem illam culturos nec locum, ſed ſolius umbræ atque amœnitatis gratia, quia hoc peccatum non ſit, ſalvare illam potius quam ſalvari ab illa ſe velle. Qua ſuſcepta promiſſione; Acquieſco, inquit Epiſcopus, de arbore: ſed illud vivum numen ſortium *i* veſtrarum de medio tolli oportet: quia nec augurium, nec ſortilegium exercere Chriſtianis licet.

D

E

i

abolitis etiam ſortilegiis,

107 Habebant enim caballum miræ magnitudinis & pinguem, nigri coloris, & acrem valde. Iſte toto anni tempore vacabat, tantæque fuit ſanctitatis, ut nullum dignaretur ſeſſorem; habuitque unum de quatuor ſacerdotibus, templorum cuſtodem diligentiſſimum. Quando ergo itinere terreſtri contra hoſtes, aut prædatum ire cogitabant, eventum rei hoc modo ſolebant prædiſcere. Haſtæ novem diſponebantur humo, ſpatio unius cubiti ab invicem ſeparatæ. Strato ergo caballo atque frenato, ſacerdos ad quem pertinebat cuſtodia illius, tentum freno per jacentes haſtas tranſverſum ducebat ter, atque reducebat. Quod ſi pedibus inoffenſis, haſtiſque indiſturbatis, equus tranſibat, ſignum habuere proſperitatis, & ſecuri pergebant; ſin autem, quieſcebant.

F

& aliis ſuperſtitionibus,

108 Hoc ergo genus ſortium aliaſque ligneas calculationes, in quibus navalis pugnæ vel prædæ conſiderabant auguria, quamvis multum renuentibus aliquibus, Dei tandem auxilio, penitus abraſit, ipſumque profani vaticinii caballum, ne ſimplicibus eſſet laqueus offenſionis, in aliam terram vendi præcepit, aſſerens, hunc magis quadrigis quam prophetiis idoneum. Cumque omnes ſuperſtitiones & enormitates ſuas, Epiſcopo docente abjeciſſent, monuit etiam, ut omnes Chriſtianos fratres ſuos reputantes, nec ven-

AUCTORE SEFRIDO.

derent, nec interficerent; neque captivando torquerent, nec terminos eorum turbarent, nec præda ex eis tollerent, sed fraterne ac socialiter se cum omnibus gererent, eademque ab illis mutuo sperarent. Et, quod immanitate crudelius erat, femineos partus necare, ne ultra fierit, mulieres collaudans, monebat. Nam usque ad hæc tempora, si plures filias aliquæ genuissent, ut ceteris facilius providerent, aliquas ex eis jugulabant, pro nihilo ducentes parricidium.

& sacerdote idolorum punito.

109 Emundata igitur civitate ab immanitate scelerum & spurcitiarum, abdicata etiam conjugum pluralitate, adjuvantibus & coeuangelizantibus illis; qui ante universalem populi consensum, fidem privatim acceperant, fiunt catechismi per vicos & capita platearum, tuba insonat Euangelii, Cruces eriguntur, Crucifixus adoratur, omnis ætas, omnis lingua Christum nominat, Christum ruminat, verbaque fidei aut discunt omnes aut docent. In tam ingenti autem civitate, quæ nongentos patres familias, absque parvulis & mulieribus & reliqua multitudine, numeratos habebat; non est inventa persona, quæ post generalem consensum Euangelii, veritati se subtrahere niteretur, nisi tantum ille sacerdos, qui præfati caballi curam susceperat. Hic autem cum multis importunitatibus fatigaret Episcopum, B & bono semini zizania superjaceret, die quadam cum multa prece ab omnibus rogatus, & ab Episcopo multis rationibus superatus, ex obstinatione nullo modo vellet acquiescere veritati, nocte ipsa, divina ultione percussus, tumore ventris ac dolore crepuit & mortuus est. Quod factum universæ civitati magnum incussit terrorem, omnesque Christum laudantes, fortem Deum suæque legis æmulatorem vocitabant.

ANNOTATA.

a *Ita legunt editio Gretseri, altera Jaschii æque ac Canisiana. Verumtamen errorem hic irrepsisse ex eo colligo, quod certum sit, circa festum Purificationis S. Ottonem ex Pomerania discessisse. Malim itaque substituere* Nativitatis, *nisi fortasse* C *intelligatur, non octava Purificationis B. M. V., sed ea octava purificationis baptismalis, quâ olim per octiduum manebant in albis recens baptizati: hac ratione facile tollitur omnis difficultas.*

b *Existimo hic intelligi* griseum *vel* grisium, *hoc est pellem animalis cujusdam, quod vulgo* Vair *Galli appellant, ut explicat Cangius.*

c *Tota descriptio satis ostendit, quid indicare voluerit Sefridus.*

d *Hæc apud Gretserum interloquenti Thimoni tribuuntur, at forte melius uno contextu Noster conjunxit omnia.*

e *Convenit editio Jaschii cum Canisiana, at melius legit Gretserus,* nostram pacem porrectione manus, & æternæ *&c.*

f *Puto legendum*, multo, quam dum apud Naclum armis subacti sunt, lætiores facti, Sacramenta devotè *&c.*

g *In editione Jaschii reperio* cortinas *&* concivas, *Canisius & Gretserus legunt* continas, *& ita servo, quod vocem illam interroganti Thimoni sic explicet Sefridus:* Et ideo puto ab eo quod est continere, continas esse vocatas. *Non multum hinc abludit explicatio germanica Crameri apud Gretserum.*

h *De* Triglao, Trigelao, Trigelawo *plura* D *tradit Jaschius pag.* 483, *quæ describere non vacat: ad historiam pertinet hujus* Triglai *destructio & trunci tricipitis Romam transmissio, hîc tam diserte à Sefrido assertæ, quamvis hæc cum Ebbone à num.* 56 *non facile concordari possint, nisi plura, aut saltem aliud Trigelawi simulacrum fuerint, vel Noster circumstantias multas tacitus præterierit.*

i *Apud Gretserum est* Sordium, *at sensus exigere videtur ut sit* numen vivum sortium *seu sortilegorum.*

Nota, cap. 34 *apud Gretserum referri dialogum Thimonem inter & Sefridum super morte sacrificuli, qui rectè à Nostro prætermissus est, cum ad historiam nihil faciat.*

CAPUT V.

Exemplo Stetini Julina idololatriæ renuntiat, ædificatis duabus basilicis. Accedit Dodona, Colobrega & Belgradia. S. Otto ad ecclesiam suam revertitur.

Sedulo instructis

DEstructis ergo fanis, collisis simulachris, multato divinitus sacerdote, victoria Crucis erigitur, constituuntur Baptisteria, dolia humo infodiuntur, cortinis velantur, omnibusque religiose ac sancte aptatis, populus per aliquot dies ante catechizatus & instructus, ad aquam regenerationis cum multa gravitate ac disciplina se offerebat, toto corpore balneis prius abluti, & lotis ac mundis vestibus induti, cereos ardentes & albas suas gestantes, & Spiritus sancti accensi desiderio, singuli apud se in cordibus suis cantantes: Tamquam cervus desiderat ad fontes aquarum, Psalm. 41. ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum; quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Pater etiam eorum spiritualis fervorem & studia filiorum tacita mente considerans, abundantia lætitiæ spiritum excitante, obortisque præ gaudio lachrymis, inter agendum in vocem exultationis erupit, dicens exhortando: Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos; accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Neque ab re fuit talis in omnes Sacerdotis exhoratio: videbat enim quod & alii comites sui cum magnæ admirationis tripudio contuebantur, quodque ipsi cives nos a contemplari monuerunt, in vultibus scilicet omnium baptizatorum quemdam jucundum & spiritualis gratiæ rutilare fulgorem, ita ut baptizati à non baptizatis, veluti lux à tenebris, facile discerni possent; quidve tenebrosus dæmon suis cultoribus, & quid Deus, lucis auctor & amator, suis cultoribus conferre habeat, omnibus intueri promptum fuit.

& batizatis Stetinensibus,

111 Currebant ergo de ipsa civitate & de omni circum provincia felices animæ, ad regales nuptias ingredi cupientes, & Episcopo seorsum tingente solos mares pueros, aliis autem atque aliis sacerdotibus seorsum viros, &

A & seorsum mulieres, apud omnes opera Dei servabant, & de Ægyptia servitute, populo acquisitionis transito mari liberato, velut olim ad montem Sinai lex panditur Euangelii; & quid Christianis fugiendum sequendumve, sicut fide plena docentur, sic & plena intentione discunt, & facere ardent. Manserunt autem in eodum loco negotiosi operatores fere aliis tribus mensibus *b*, destruentes & ædificantes & evellentes, plantantes & plantata irrigantes, ipso agro dominico suis cultoribus, grata & gratuita fœcunditate, victum præbente necessarium. In omnibus enim victui eorum competentibus, liberales eis extiterunt & humani, optantes, ut, si fieri posset, numquam à se divellerentur. Ordinatis autem illic omnibus, quæ rudi Ecclesiæ profutura credebantur, exstructaque basilica diligenti cura in medio foro Stetinensi, collatisque omnibus, quæ sacerdotalis officii ratio poscebat, qui populo præesset, sicut ubique faciebat, sacerdotem investiri curavit.

b

Julinam redeunt,

112 Julinenses autem, Episcopo ignorante, quosdam homines cautos & gnaros Stetinam miserant, exploraturos tacitè, quidnam illic B ageretur; si Episcopus ab eis reciperetur, an non; & qui omnes vias & studia Episcopi discerent atque referrent. At illi, ubi habita exploratione diligentissima, nil impostura aut doli circa Euangelizantes invenerunt, & Stetinenses, licet tarde, fidem tamen unanimiter suscepisse viderunt; reversi ad suos, more Apostolorum vel Euangelistarum, pagani paganis, istis absentibus, quanta bona vidissent & audissent, & quam munda esset fides & doctrina Christiana, prædicare non cessabant; eorumque verbis paulatim scintillantibus, quasi arundinetum tota civitas incanduit, & jam tædere atque horrere super suis abominationibus, suaque idola & errores, quibus involuti tenebantur, execrari cœperunt. Episcopus autem tenorem pacti, quo ab eis recesserat, mente habens, cogitabat quidem statim post conversionem Stetinæ ad eos properare: sed rogatus est, duo prius invisere castella, Gratiziam videlicet & Lubinum, quæ in confinio posita ad pagum pertinebant Stetinensem.

C 113 At ubi homines illi, velut arida imbrem sitiens, verba Euangelii suscipientes, fidei sacramentis imbuti sunt, exstructo altari & sanctificato per castellum utrumque, atque ordinatis illic sacerdotibus, per Odoram flumen in mare lapsi, vento meliori, ad Julinæ littora navigaverunt. Quanto autem exultationis tripudio illic recepti fuerint, & quanta humilitate illorum & satisfactione priores injurias oblivisci Episcopum rogaverint, non potest explicari sermone. Quidquid autem suscipiendi Christianismi ratio exigebat; discere & facere, assumere vel rejicere, non morabantur; ita ut illic impleretur, quod scriptum est: Dominus dixit & facta sunt. Populus quem non cognovi servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi. Nam quos prius contis & fustibus à suis terminis satis inclementer exturbaverant, postmodum quasi angelos de cælo venientes summo studio venerati sunt, sanctum arbitrantes atque divinum, quidquid ab eis dictum vel factum est.

114 Sed quid plura? Tota civitas & pro-
quæ Stetinen- vincia, cum populo suo apposita est ad Deum,
sium exemplo tantaque fuit multitudo virorum & mulierum, & utriusque sexus puerorum, ut in spatio duorum mensium, quamvis sine cessatione ageretur opus, vix omnes tingi potuissent. Quantum & illic sudoris & laboris sanctæ semper memoriæ Otto loquendo & clamando in turba, baptizando, & faciendo multa, pertulerit, qui videt omnia, viderit Deus. Sed quia civitas hæc in meditullio sita est Pomeraniæ, civesque Julinenses fortes & duræ cervicis sunt, eam Dux Vrotizlaus & principes terræ sedem episcopatûs fore censuerunt; scilicet ut gens aspera ex jugi doctoris præsentia mansuesceret, nec ad pristinos rediret errores; & quod de medio ad omnes terræ terminos Chrisma & alia quæ ab Episcopo accipienda sunt, facilius deportari possent. Itaque duas illic basilicas fieri præcipiens, altaria tantum, & sanctuaria sanctificavit; quia reliqua pars interim consurgebat & perfectionem exspectare longum erat ad alia festinanti.

AUCTORE SEFRIDO.

ab erroribus revocatur, ædificatis 2 basilicis.

115 Moventes autem à Julina Dodonam venerunt, nihilque difficultatis aut contradictionis illic invenientes, sanctæ Crucis trophæum ibi erexerunt, & quia locus nemorosus erat & amœnus, & ligna ad ædificandum suppetèbant, in honore sanctæ Crucis ingentem ecclesiam de nobili ædificio fundaverunt, & cum lætitia & gaudio populum catechizantes & baptizantes, quia messis multa erat, ad ulteriora progredi festinaverunt. Transito autem flumine, quod Dodonam præterlabitur, civitatem quamdam invenerunt, magnam quidem ambitu & spatiosam, sed raros incolas; nam ferro & incendio se vastatam, adustionum signis & cadaverum acervis, spectantibus indicabat. Ipsi autem tenues incolæ illorum se fuisse clientulos, qui à Duce Poloniæ illic interfecti erant & captivati, asserebant, & à facie gladii salvatos se fugæ præsidio. Fecerant autem ex ramis & virgultis circa ruinas parietum tuguria & umbracula, quibus tegebantur, quousque tecta meliora instaurarent. Hos pater optimus verbis consolans & stipe relevans, benignissime instruxit & baptizavit. Multi etiam de viculis circumpositis ruricolæ illic confluentes, fidei percepere sacramenta.

Post hæc Dodona,

E

116 Inde Colobregam pervenerunt, quæ *Colobrega*
super littus maris sita est. Sed quia cives illius F
pene omnes, more institorum, ad exteras insulas causa negotiandi navigaverant, illi, qui domi reperti sunt, absentibus suis concivibus, nihil se novi aggressuros dicebant. Hacque sub occasione aliquamdiu restiterunt Euangelio. Tandem exhortationibus crebris ab Episcopo superati sunt. Confirmatis ergo eisdem in fidè sanctæ Trinitatis & Baptismo regeneratis, & fundato altari & sanctuario, ceterisque, quæ nascenti Ecclesiæ utilia credebantur, ordine peractis, diei unius itinere distantem à Colobrega Belgradiam petens, simili operum effectu, illic lætificatus est, omnibus se Domino sponte applicantibus. Quod ubi factum erat, visum est ei bonum esse, omissis quatuor, quæ supererant, civitatibus cum pagis, viculis & insulis suis *c*, Unznoimia videlicet, Hologosta, Hozgongia, & Timina, quia tempus eum revocabat, hiems quippe erat, id quod plantaverat interim irrigare, ne forte dilatando tantum agrum suum, & non etiam excolendo, in vacuum curreret, aut cucurrisset, quin etiam si ulterius procederet,

c

AUCTORE SEFRIDO.

ante diem Palmarum, ſicut diſpoſuerat, redire ad ſuam ſedem, conſecraturus chriſma, minimè potuiſſet.

& Belgradia fide imbuuntur,

117 Diſcretus ergo pontifex, apud Belgradiam terminum ponens Euangelii, omnia loca & civitates ſuperius nominatas, in quibus ſemina fidei ſparſerat fidelis agricola, denuò perluſtravit; cognituras, quomodo ſe haberent ſata. Et ecce omnes; quas imperfectas dimiſerat baſilicas & eccleſias, perfectas invenit. Ad opus ergo dedicationis devotus & lætus accingitur, atque inter dedicandum, chriſmatis unctione populum confirmans, etiam quàm plurimos invenit baptizandos, qui generali baptiſmo prius intereſſe non potuerant, eo quod in exteris partibus peregrinati, negotia ſua exercerent, quorum profectò Dodonæ, Julinæ, Stetinæ, maxima erat copia. Mira quippe aviditate, audito quod Epiſcopus ab eis diſcedere vellet, ad eum confluxerunt, infelices ſe reputantes, quibus ſine illius benedictione remanere contingeret. Quæ res in ſingulis locis aliquamdiu eis remorandi cauſa fuit. Nullam autem civitatem aut locum plantationis ſuæ relinquere voluit, quam non ſemel aut ſæpius, ante exitum de terra, confortationis aut conſolationis cauſa reviſeret. Talibus ergo viſitationibus regione peragrata, conſolando, confirmando atque ſalutando amicos patrinos & filiolos ſuos, in pacis oſculo dimiſit eos & dimiſſus eſt, lachrymis & gemitibus divulſionis dolorem utrimque temperantes *d*. Et ut veritas proferatur, multotiens toto conamine eos jugiter apud ſe retinere moliti, Dominum Epiſcopum, ut epiſcopatum ibi gubernaret, ardentiſſimè rogabant; ſe ipſos & omnia ſua illius ditioni ſervire pollicentes. Et ut verum fatear, tanto amore ſuæ plantationis flagrabat Epiſcopus, quod voluntatem plenariam apud eos remanendi haberet, ſed à clericis ſuis diſſuaſus eſt.

Sancto deinde templa dedicante, & omnibus valedicente.

B

d

Deſcribitur natura Pomeraniæ.

118 Poſſent etiam in his locis non importunè eſſe cœnobia, & maximè hujus temporis Sanctorum, qui terram uberem, quam ſcopulos aridos vel ſqualentem eremum incolere malunt, ſuæ memores imbecillitatis. Nam piſcium illic tam ex mari, quam ex aquis & lacubus & ſtagnis abundantia eſt incredibilis, carratamque *e* pro denario recentis acciperes halecis. Ferinæ, cervorum, bubalorum & equulorum agreſtium, urſorum & aprorum, porcorum omniumque ferarum copiâ redundat omnis provincia; butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipe agnorum & arietum, cum abundantia mellis & tritici, cum cannabo & papavere & cuncti generis legumine. Atque ſi vitem & oleam & ficum haberet, terram putares eſſe repromiſſionis, propter lignorum abundantiam fructiferorum. Sed Epiſcopus vitem illi terræ deeſſe nolens, in ſecunda profectione cuppam ſurculis plenam attulit & implantari fecit, ut tellus ea vel ſacrificio vinum procrearet.

C

e

Stupenda incolarum inter ſe fiducia,

119 Tanta vero fides & ſocietas eſt inter eos, ut furtorum & fraudum penitus inexperti, ciſtas aut ſcrinia non habeant ſerata. Nam ſeram vel clavem ibi non viderunt, ſed ipſi admodum mirati ſunt, quod clitellas Epiſcopi & ſcrinia Epiſcopi ſerata viderunt. Veſtes ſuas, pecuniam & omnia pretioſa ſua in cuppis & doliis ſuis ſimpliciter coopertis recondunt, fraudem non metuentes, utpote inexperti. Et quod mirum dictu, menſa eorum numquam diſarmatur *f*, numquam deferculatur, ſed quilibet Pater familias domum habet ſeorſum mundam & honeſtam, tantum refectioni vacantem. Illic menſa cum omnibus, quæ bibi ac mandi poſſunt, numquam vacuatur, ſed aliis abſumptis, alia ſubrogantur; non ſorex, non ſorilegus *g* admittitur, ſed de mappa mundiſſima fercula teguntur, comeſturos exſpectantia. Quacumque igitur hora reficere placuerit, hoſpites ſint, domeſtici ſint, omnia parata inveniunt intromiſſi ad menſam. Et de his ſatis dictum eſt.

D

f

g

& Sancti Bambergam redeunt.

120 Revertentes autem de terra illa, tranſitum fecerunt per patrem eorum Ducem Poloniæ. Retribuat illi Dominus Jeſus in die agnitionis ſuæ, omnia bona quæ oſtendit omnibus illis. Nam tantæ affectionis tantæque benignitatis circa eos exſtitit, ut etiam in Pomerania poſitis, hiemis tempore, vir ille optimus veſtes eis mitteret hiemales, Epiſcopo & unicuique ſecundum ſuam perſonam idoneas, tam clericis quam militibus ſive ſcutiferis omnibus. Tunc ergo conſummatis his, ad quæ eos vocaverat ipſe, ad ſe reverſos omnes ipſos, ut filios chariſſimos excipiens, Epiſcopum & ceteros quoſque congruis honoribus habitos, nullum dimiſit indonatum. Denique quia feſtinantes vidit, cum multa gratiarum actione dimiſſos, uſque in Bohemiam eos fecit conduci. Epiſcopus vero propter feſtinationem, de epiſcopatu Pomeraniæ pro voto ſuo tunc ordinare non potuit, ſed de prudentia Ducis confiſus, ei ex otio commiſit ordinandum. At ille unum de capellanis ſuis Adalbertum nomine, quem de latere ſuo cum aliis duobus ſacerdotibus in adjutorium conceſſerat Epiſcopo, præſulatus honore in gente illa ſublimavit. Itaque juxta propoſitum ſuum ante diem Palmarum ad ſedem ſuam ſanctus Otto reverſus eſt *h*.

E

h

ANNOTATA.

a *Hìc denuo recurrit perſona prima, ſive Sefridus, loquens; quæ & alibi opportune ſervaretur.*

F

b *Non facile quis calculos ſubduxerit, niſi S. Otto Pomeraniæ fines attigiſſe ſupponatur adulto jam Maio; cum autem diebus* XX *Piriſſæ,* XL *Caminæ laboraverit; ſupponendam videretur, ſub finem Julii vel Auguſti principium, Stetinum appuliſſe; illo & ſequenti fere menſe non multum illic profeciſſe; in converſione autem ut minimum uſque ad Novembrem commoratum: unde Julinam regreſſus ſit, ubi hiemaſſe dicitur, & num.* 114 ſpatio duorum menſium ſine ceſſatione opus egiſſe: *quæ non video multo ſcrupuloſius expendi poſſe, & cum iis conciliari, quæ habet Ebbo à num.* 47.

c *Aliter fe-me urbium nomina efferuntur apud Gretſerum, quem curioſi conſulere poſſunt, uti & ejus notationem ad templum S. Crucis Dodonenſe, à S. Ottone erectum, pag.* 412, *& Faſchium pag.* 488.

d *Et hic ſenſus & alii obſcuri ſunt, quia tertia perſona primæ ſubſtituta eſt. Perfecta eſſet conſtructio ſi legeretur:* dimiſimus eos & dimiſſi ſumus. *Sic in ſequenti periodo clariora eſſent omnia ſi pro* eos, *haberetur* nos, *&c. Vide Gretſerum pag.* 282.

e *Intellige, quantum carro vehi poteſt.*

f *Men-*

f *Mentem explicat auctor, dum asserit, mensam* numquam deferculari, numquam vacuari.

g *Quid sorex sit, probe capio; non item quid* sorilegus, *vel, ut Gretserus*, soricilegus, *nisi felem velit indicare.*

h *Huc usque Sefridus & ex eo Noster, quibus tota prima missio absolvitur, Andreæ Gretseriani cap.* 40. *Subditur caput* 41, *de incendio in civitate Bambergensi exorto, quod Ebboni tribuitur; non nostro, forte contracto, sed qui à Faschio sub Andreæ nomine editus est. Caput* 42 *Ebboni recte tribuitur, exstatque num.* 58. *Legatio Bambergensium, epistola Wigandi ejusque elogium, in nostro Ebbone omissa sunt: caput* 45 *invenies à num.* 59.

LIBER TERTIUS

CAPUT I.

Altera missione per Saxoniam delatus S. Otto, Duce Pomeraniæ egregie cooperante, apud Timinam, Uznoym & Hologastam fructuose laborat.

a *Resumpta missione,*

POst hæc triennio *a* domi detentus, post quadriennium, quamvis multis domi teneretur negotiis, ipse tamen amore novellæ coloniæ suæ flagrans, omnibus postpositis, illam revisere adgreditur. Sed ne forte gravaret, per quos dudum transierat, Ducem Bohemiæ vel Ducem Poloniæ, aliosve illius viæ hospites & amicos suos, per Saxoniam iter disposuit, & apud Hallam naves victualibus onerans, per Albam flumen in Habalam perlapsus, Leutitiæ littora usque adductus est. Et ne inanis & vacuus adveniens, sponsæ suæ vilesceret, neve ii, qui adhuc convertendi erant, si modo cum sumptu poneret, qui prius sine sumptu *b* posuerat euangelium, contra se murmurarent, in auri & argenti copia, in purpura & bysso, & pannis pretiosis & muneribus magnis & variis, pro varietate personarum, dives studuit advenire, cunctaque Hallæ coëmpta & navigio usque in Leutitiam portata, curribus & quadrigis quinquaginta cum annona imponens, ibi per terram Leutitiæ usque Timinam civitatem Pomeraniæ transportavit. Quo ubi cum labore ac fatigatione ventum esset, multos horrores & pavores illa nocte ibi sustinuerunt. Nam civitas illa, Dei adhuc ignara, cruda quodammodo & barbara fuit Christianis, & ii ignoti ad ignotos venerunt. Solum tamen urbis præfectum in priori peregrinatione cognitum habentes, ipsum de hospitio convenerunt: sed ille amicè eos suscipiens & alios quoque se hospites habiturum dicens, aream juxta civitatem in veteri castello, eorum mansioni designavit, in qua fixis tentoriis se requieturos sperantes, novis terroribus tota illa nocte agitabantur.

b

per Saxoniam ad Pomeranos rediens,

apud Timinam incidit in copias Ducis,

122 Nam Dux Pomeraniæ populaturus Leutitiam, cum exercitu eadem nocte illò venturus erat. Timinenses autem Leutitios audierant ad pugnam ibi ei occursuros. Unde non modica trepidatio fuit in civitate. Ingruente igitur noctis silentio, exercitus Ducis per turmas suas illuc confluxit, factumque est, ut una cohors peditum & altera cohors equitum, ex diverso juxta civitatem convenientes, quia nox erat, utrique se hostes suspicati, diutissimè gladiis cæderent. Hoc vero strepitu ac tinnitu armorum excitati & exterriti, ignem in castris aqua perfuderunt, fugam meditantes. Interea socios se agnoscentes, illi à pugna desierunt. Præfectus vero, misso satellite, causam illius tumultus eis insinuans, ne timerent rogavit; sicque animati constiterunt in loco suo. Facto mane Dux cum exercitu omni ad prædam festinans, Episcopum videre non potuit; sed missis nunciis ibidem illum die illa rogavit se exspectare. Circa meridiem vero Leutitium quaquaversum fumigare aspexerunt; signum omnia vastantis exercitus. Ad vesperum autem, ecce Dux voti compos, multa onustus præda, cum suis omnibus lætus & incolumis revertitur. Aspiciebat namque Episcopus quia dividebant spolia, vestes, pecuniam, pecora & aliam diversi generis substantiam; homines quoque quos captivaverant, inter se distribuebant. Ibi vero fletus & gemitus & dolores innumeri, cum ad diversos dominos, pro ratione divisionis, vir ab uxore & uxor à viro, & parentes à filiis discedebant. Et quamvis pagani omnes essent, communis quos hujusmodi miseria involverat; Episcopus tamen, pius semper & misericors, conditionem miseratus humanam, lachrymas tenere non potuit.

AUCTORE SEFRIDO.

qui vastata Leutitia,

E

123 Dux vero & successu rerum & de adventu Episcopi lætissimus, videns quia hoc ejus voto placuit, teneriores & infirmiores quosdam absolvi præcepit, & quibus separatio dolori erat, manere simul, ejus interventu, ordinabat; auditoque eo multa faciebat, & libenter ei obaudiebat. Episcopus etiam multos pretio absolvit, quos tamen fide imbutos baptismoque novit renatos *, & liberos abire permisit. Deinde cum mutuis colloquiis se recreassent & invicem muneribus honorassent, Duce ad sua negotia digresso, Episcopus omnem substantiam suam & populi, qui secum erat, Timinæ navibus imponens, per proni fluminis undam tribus diebus Unznoimiam vecti sunt, Episcopo itinere terrestri cum paucis gradiente. Nec mora, Euangelico vomere agrum Domini sui proscindens, semen spargit fidei, neque ibi difficultas erat in opere: quia civitas illa præcompluta fuerat imbre doctrinæ Salutaris. Sacerdotes etenim, quos pater beatus operis sui vicarios in gente illa reliquerat, Unznoimiam ex magna parte converterant: reliqua pars per Episcopum apposita est ad Dominum.

S. Apostolum lætus excipit;

** al regeneratos.*

F

atque apud Uznoym,

124 Igitur in hac civitate, quia prope fuit festum adventus Spiritus sancti, Dux terræ Vrotizlaus toto corde Christianus, instinctu Ottonis, baronibus ac capitaneis totius provinciæ ac præfectis civitatum in festo Pentecostes conventum indixit; causam simul Christi mandans Euangelium & Euangelistam iterum adveniisse Ottonem Episcopum. Itaque die statuto congregatis omnibus, adducto in medium Episcopo, Dux ait: En ad quod venistis; En coram est nuncius Altissimi. Pacem fert non arma, neque vestra sibi, sed vosmetipsos Deo lucrari quærit. Attendite, oro.

Ante

AUCTORE SEFRIDO.

Ante hoc quadriennium *c* in ſuperioribus hujus terræ partibus docens, me teſte, noſtis quoque & ipſi, omnia replevit Euangelio. Et tunc quidem has partes viſitare volebat, ſed Deo proſperante negotia ſua, toto anno illo ſanctis operibus illic tenebatur occupatus; emenſoque anno, ad ſua reverti, ſuæ ſedis rationibus cogebatur, nec ad vos venire prævaluit. Sed, quæſo, una mecum & hujus & illius viæ cauſas diligenter advertite, quodque in omni cauſa fieri ſolet, quis, vel quare, quid, vel quomodo agat, altius contemplemur.

c

egregia oratione,

125 Et primo de perſona id vobis conſtat, quia homo religioſus, ſenio & canitie venerabilis eſt; hoc enim & ipſi videtis. De cujus nobilitate opera teſtantur & virtutes, & alta, ut fida relatione didicimus, avorum & proavorum ejus linea nativitatis. Porro ſi dignitatem quærimus; præſulari fulget officio & univerſis Teutonici regni principibus ſpeculum eſt & lucerna. Imperatori quoque Romano & Apoſtolicæ Sedis Pontifici gratus valde eſt & unicè familiaris. In auro quoque & argento, in miniſterialibus & feudatis, in agris & poſſeſſionibus, & quæcumque hic mundus pretioſa vocat, Dominum divitem novimus & glorioſum. Nunc etiam opulentus venit, veſtræ ſaluti miniſtraturus, nec aliunde quam de ſuis ſumptibus apud vos vivere propoſitum habens. Sed, rogo, quid intendit? Ut quid tantæ viæ laborem aggreſſus, nec proprio corpori nec ſumptibus parcit? Sed ut breviter dicam, ſicut & pridem, nihil aliud quærit, niſi vos omnes ſeparare à diabolo, & per fidem Catholicam jungere Domino Jeſu Chriſto. Sed quonam modo? Non fraudulenter, non violenter, non lucri alicujus terreni, ſed veſtræ tantum ſalutis gratia, & Dei honoris benignitate. Et nunc quidem nihil juſtæ excuſationis à vobis inveniri poterit ſuper hoc tali viro, quo minus eum audire debeatis. Neque enim is eſt, cui necem aut patibulum, ob circumventionis vel impoſturæ culpam intentare conveniat, vel alterius generis injurias, quemadmodum peregrinis & pauperibus Chriſti prædicatoribus paulo ante feciſtis, ſuſpicati, dolo & fraude quæſtuſve gratia, nudos homines & inopes rerum, loqui verbum Dei.

B

C

ſubditos ad fidem cohortatur,

d

126 Sed illi quidem plagis & verberibus pro veritate ſubacti, à veſtris finibus abſceſſerunt *d*, vos autem hucuſque in infidelitate perſtitiſtis. Pudeat jam & pœniteat vos longi erroris & ignorantiæ, & qui noluiſtis audire mendicos Euangeliſtas, audite opulentos: Dixiſtis namque & ſubſannando blaſphemaſtis, quia Deus Chriſtianorum vilior eſſet omnibus diis atque inferior, qui ſuæ doctrinæ miniſtros habere non poſſet, niſi tantum homines imperitos & ruſticos, mendicitati egeſtatique addictos. Et vos quidem in inſania veſtra hæc dixiſtis: ille vero pius & miſericors, & præſtabilis ſuper malitia, quaſi morem gerens inſipientiæ veſtræ, de imperitia vel ruſticitate, de improperio etiam mendicitatis legati, omnem vobis abſtulit excuſationem. Supereſt modo, ut nos qui primi & majores dicimur ac ſumus, veſtræ dignitati conſulamus, tam digniſſimæ ac ſanctiſſimæ rei conſentientes, ut populus qui nobis ſubjectus eſt, noſtro poſſit eruditi exemplo. Quidquid enim religionis vel honeſtatis, ſecundum Deum vel homines aggrediendum eſt, juſtius atque decentius autumo, ut à capite hoc in membra, quam ut à membris derivetur in caput. Et in primitiva quidem Eccleſia, ſicut audivimus, religio fidei Chriſtianæ à plebe & plebeis perſonis incipiens, ad mediocres progreſſa, etiam maximos hujus mundi involuit. Reddamus vicem Eccleſiæ primitivæ, ut à nobis principibus incipiens, & uſque ad mediocres progreſſa, facili proventu totum populum & gentem ſanctificatio divinæ religionis illuſtret.

D

qui omnes baptiſmo regenerantur.

127 Sed quid plura? Affuit Spiritus ſancti gratia, & ſermonem Ducis omnium cordibus altius, quam dici queat, implantavit, omneſque pari voto, pari conſenſu faciendum reſpondent, quidquid Epiſcopus ſuaderet. Igitur occaſione ipſius temporis, de adventu Spiritus ſancti, de remiſſione peccatorum, de variis chariſmatum donis, de bonitate & clementia divina, ſermone mirabili Præſul eos alloquens, euangelizavit illis Jeſum. Et quoſdam quidem jam dudum Chriſtianos, ſed errore paganiſmi denuò inquinatos, præſenti ſermone ad compunctionem & validam cordis contritionem emollitos, cum magno fructu aſpicientium, per manus impoſitionem Eccleſiæ reconciliavit, alios autem certatim ſe offerentes, catechizatos ac pro tempore inſtructos, baptizavit, & totam illam hebdomadam doctrinæ ſacriſque operibus inſtabat, gaudio ingenti, adeò ut verè Spiritus ſancti præſentiam illic adeſſe certiſſimè conſtaret. Itaque concilium hoc non antea ſolutum eſt, quam principes ipſi & omnes, qui cum eis advenerant, baptiſmi Sacramenta percepiſſent.

E

Sacrificulus habitu idolo indutus,

128 Porro fama facti repente in univerſam provinciam divulgatur, villas & vicos in ſtudia diverſa conſcindens, aliis autem dicentibus; Quia bene eſt, aliis autem dicentibus; Non; ſed magis ſeductio magnates apprehendit. Ipſi vero ſacerdotes idolorum non minima cauſa hujus conciſionis erant, appoſiti eis, quibus diſplicebat, quod factum fuerat; ſua nimirum lucra ceſſatum iri non ignorantes, ſi cultura dæmonum illic aboleretur; unde modis omnibus rem præpedire moliti, varia calliditatis ſuæ argumenta viſionibus, ſomniis, prodigiis, & variis terroribus confinxerunt. Quin etiam in Hologaſta civitate, quo tunc proximè adventurus nunciabatur Epiſcopus, ſacerdos, qui illic idolo miniſtrabat, nocturno tempore vicinam ſilvam ingreſſus, & in loco editiori ſecus viam inter condenſa fruticum, ſacerdotalibus indutus aſtabat, & mane ſummo quemdam ruſticum, de rure ad forum gradientem, his alloquitur verbis: Heus tu, inquit, bone homo. At ille reſpiciens in eam partem, unde vocem audierat, inter virgulta perſonam candidis indutam, quamvis dubia luce, videre cœpit & timere.

F

ruſticum & per hunc Hologaſtenſes

129 Et ille: Sta, inquit; & accipe quæ dico. Ego ſum Deus tuus, ego ſum qui veſtio & graminibus campos & frondibus nemora & fructus agrorum & lignorum, fœtus pecorum, & omnia quæcumque uſibus hominum ſerviunt, in mea ſunt poteſtate, hæc dare ſoleo cultoribus meis; & his, qui me contemnunt,

A temnunt, auferre. Dic ergo eis qui ſunt in civitate Hologaſtenſi, ne ſuſcipiant Deum alienum, qui eis prodeſſe non poſſit; mone etiam, ut alterius religionis viros, quos ad eos venturos prædico, vivere non patiantur. Hæc ubi attonito ruriculæ dæmon viſibilis edixerat, ad denſiora nemora ſe contulit impoſterum. Ruſticus verò, quaſi de oraculo ſtupidus, corruens pronus adoravit in terram; deinde abiens in civitatem, cœpit annuntiare viſionem. Quid plura? Credidit populus, iterumque atque iterum circumdantes hominem, eadem ſæpius narrare cogebant, moti videlicet monſtri novitate.

contra S. Ottonem incendit,

130 Poſtremo, acſi neſcius omnium, advenit ſacerdos, indignationem ſimulans primo, quaſi dementatus; deinde attentius audire & obteſtari cœpit hominem, ut vera tantum narrans, nullo figmento populum ſolicitaret. At ille, ut erat ruſticanæ ſimplicitatis, manus tendere, oculos ad cælum levare, magniſque juramentis & forti proteſtatione rem ita ſe habere aſſerens, etiam locum ipſius apparitionis ſe oſtenſurum pollicetur. Tunc ſacer-
B dos, converſus ad populum, immane ſuſpirans; En hoc eſt, inquit, quod toto anno dicebam. Quid nobis cum alieno Deo? Quid nobis cum religione Chriſtianorum? Juſte movetur & iraſcitur deus noſter, ſi poſt omnia beneficia ejus, ſtulti & ingrati ad alium convertimur. Sed ne iratus, occidat nos, illis iraſcamur & occidamus eos, qui nos ſeducere veniunt. Quod dictum cum placuiſſet omnibus, firmaverunt decretum, ut ſi Epiſcopus Otto vel quiſpiam de ſocietate ejus civitatem intraret, ſine mora occideretur. Item firmaverunt ſibi ſermonem nequam, ſcilicet, ut ſi nocte vel clam intrantes quiſpiam tecto reciperet, ſimili ſententiæ ſubjaceret. Et hæc agentes multis opprobriis & verborum injuriis religionem Chriſtianorum deridebant blaſphemantes.

adeo ut duo ejus ſocii,

131 Interea vero apud Unznoimiam rebus feliciter comſummatis, ſolutoque cœtu primatum, Dux cum Epiſcopo remanens, de his quæ poſt agenda videbantur, & de proge-
C ſſione, vel quonam diverterent, conſilium habuit, multaque devotione ſtudiis Epiſcopi gratias agens; Ecce, inquit, terra omnis coram te eſt, ſecurus eſto, Domine Pater, non eſt qui tibi contradicat, majoribus natu ac principibus omnibus jam fide imbutis. Qua ſecuritate fretus Antiſtes, quaſi exemplo Domini Jeſu Chriſti, binos & binos de diſcipulis ſuis præmittebat ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quo erat ipſe venturus. Contigit ergo Udalricum & Albinum, duos presbyteros ſimul pergentes, Hologaſtam intrare, ubi à matrona quadam, uxore videlicet præfecti, ſunt hoſpitio ſuſcepti, atque ſatis humanè tractati. Nam hæc, quamvis pagana, multum hoſpitalitati dedita fuit ac timori divino, & religioſa valde, adeo ut eſſet eis admirationi. Poſt refectionem *e* vero Albinus, Sclavicæ linguæ gnarus, matronæ adhuc ignoranti, rem omnem ſecreto aperit, ſcilicet quinam eſſent & quare advenniſſent.

e

à furentibus prope interfecti ſint.

132 At illa vehementer attonita; Me miſeram, inquit, ô Domini mei, quare ad me intraſtis, de vobis enim jam apud magiſtratus data ſententia eſt, & de me quoque, ſi vos non prodidero. Sed divina clementia ſervos ſuos ubique tueri novit. Nam matrona illa divinitus, ut puto, commonita, in ſuperiori quodam cœnaculo eos abſcondit, & quaſi Raab Iherichontina, ne proderentur, effecit. Equitaturas etenim illorum & ſarcinas, & quæcumque habere poterant, illa per pueros ſuos ſubito extra civitatem deduci & in præſidio ſuo collocari fecit. Quibus deductis, ecce gladiatores, & turba populi cum telis & fuſtibus tecta matronæ irrumpunt, cum tumultu & clamore magno, illos ignotos homines ſibi exhiberi jubentes. At illa, Fateor, inquit, homines ignoti ac peregrini, ut ſæpe ſolent, ad me declinaverunt. Sed accepto prandio, mox in viam ſuam abierunt. At illi ſcrutantes omnia, cum nec jumenta, nec veſtes, nec ulla ſigna itinerantium inveniſſent, furere deſierunt. Porro illis per triduum ibi latitantibus, nec uſquam prodire, nec ullo modo muſſitare præſumentibus, Epiſcopus cum Duce ab Unznoimia profectus, multa manu militum & ſociorum Hologaſtam intravit, ſpem ſalutis & præſidium portans Apoſtolis in conclavi latitantibus. AUCTORE SEFRIDO

E

Duce allabo-rante, res ſuccedit;

133 Itaque urbem ingreſſus, Duce fideliter ac ſtrenue ad omnia cooperante, ſemen ſparſit Euangelii, & dura incredulorum corda placidæ prædicationis unguento paulatim detumeſcere faciebat. Interea quidam de Chriſtianorum ſociis, Udalricum & Albinum de latibulis ſuis emergentes & junctos conſociis timorem ſuum referentes, deriſerunt, & quaſi eis inſultantes, ſecurius ſeſe habere cœperunt, & longius à ſuis digreſſi, fana etiam idolorum, Epiſcopo ſermonem exhortationis proferente, ſpeculatum vagabantur. Verum quidam maligni homines, apud quos radix paganiſmi adhuc valentius vigebat; En, inquiunt, iſti explorant, quomodo templa noſtra incendant. Et congregantes ſe in platea, etiam arma portare ac fuſtes cœperunt, & qua tranſituri videbantur, eis obviam ſtare. Udalricus autem intuens eos eminus, & ſubſiſtens; Non advertitis, inquit, hos non ſine cauſa convenire? Nam & turbulenter ſe habent & arma portant omnes; & prioris periculi recordans; Nolo, inquit, toties temptare Deum meum.

ſed zelo indiſcreto ſociis alter,

134 Et converſus, illò, ubi Epiſcopum dimiſerat, redire cœpit, aliis omnibus eum ſequentibus, præter clericum quemdam, Theodoricum nomine, qui longius ante illos progreſſus, jam fores delubri tenebat. Videntes autem pagani, qui convenerant, illos à cœpta via reverſos, proſequi eos quidem non audebant, ſed ad illum clericum interficiendum omnes acquieverunt. Quo viſo, ille aliud, quo declinaret, non habens, fanum audacter, quamvis exterritus intravit. Erat autem illic clypeus pendens in pariete, miræ magnitudinis, operoſo artificio, auri laminis obtectus, quem contingere nulli mortalium liceret, eo quod eſſet illis, neſcio quod in hoc ſacroſanctum ac paganæ religionis auſpicium, in tantum, ut numquam niſi belli tempore à loco ſuo moveri deberet. Nam, ut poſtea comperi, deo ſuo, Herovito *f*, qui lingua latina Mars dicitur, erat conſecratus, & in omni prælio victores ſeſe, hoc prævio, confidebant. Clericus autem, vir acris ingenii, dum metu mortis in templo huc illucque diffugeret, telum aliquod vel latibulum quæritans, clypeum

f

AUCTORE SEFRIDO. corripuit, & amento collo injecto, levaque loris inserta, in medium turbæ furentis prosiliit.

non nisi astu mortem effugit.

135 Rustici vero prodigialem armaturam videntes, partim in fugam conversi, partim etiam quasi examines facti, in terram cadunt: ille autem projecto clypeo, secus hospitium ad socios currere cœpit, & pedibus timor addidit alas. Cumque anhelans & pallidus ad suos deveniisset, de ipsâ hujus trepidatione & eorum, qui præmissi fuerant, triduana occultatione apud omnes, præcipue vero apud Episcopum & Ducem tota nocte illa jucunda erat narratio. Monuit tamen pius Pater filios suos & discipulos, propter insidias latentis inimici, ut se circumspectè agerent. Tamdiu ergo mansit in loco illo disputans & suadens de regno Dei, quo usque omnis populus fidei sacramenta percipiens, fana sua destrueret & ecclesiæ sanctuarium cum altari præpararet. Quod Episcopus consecrans, Johannem presbyterum eis ordinavit, & ut reliquam basilicæ formam post suum discessum promoveret, admonuit.

ANNOTATA.

B

a *Triennium istud vel quadriennium, de integris annis accipi non posse, in commentario explicuimus, siquidem vera sit circumstantia, tam diserte expressa, de miraculo facto* feria secunda, *quæ concurrit cum festo Assumptionis B. V. M. ut vide num.* 185. *Notabis, præcipitem Sefridi narrationem, qui nulla data secundæ hujus missionis causa, continuo iter ingreditur. Verum hæc ab Ebbone opportune supplentur, ex quo libri sui tertii exordium melius desumpsit Andreas Gretseri.*

b *Non magna attentione opus est, ut deprehendatur, oppositum plane dicere voluisse Sefridum: nam & antea* cum sumptu posuerat Euangelium, *ut habes à num.* 54. *Nec sane ex Pomeranorum parte murmuratio timeri poterat à sumptu & splendore, sed à paupertate, ipsis maxime despecta. Dubium igitur esse non potest, quin vera lectio sit:* Si modo sine sumptu poneret, qui prius cum sumptu posuerat Euangelium.

c *En rursus quadriennium, quod velim ab alio felicius exponi.*

C

d *Videatur Ebbo noster à num.* 36.

e *Vide caput* 6 *Andreæ Gretseri, qui aliqua transposuit; & Ebbonem num.* 77.

f *Si de hoc idolo* Herovito, *seu* Gerovito *plura scire desideras, adisis scriptores à Faschio citatos pag.* 490, *& notulam Gretseri pag.* 315, *qui deinde nomina ista idolorum in* Vitus *terminata, ex Crantzio erudite explicat pag.* 418 *tamquam quæ à*, S. Vito *in nova Corbeia celeberrimo, efformata sint &c.*

D

CAPUT II.

Gozgangiæ fanum destruitur, templo christiano dedicato. Mira Mizlai ad misericordiam conversio. Boleslaus Pomeranis imminens, placatur. Tentata insulæ Veraniæ conversio.

Apud Gozgangiam

DEinde omni populo valefaciens, & in multa caritate omnipotenti Deo illos committens, ad Gozgangiam iter divertit. In hac siquidem civitate miræ magnitudinis ac pulchritudinis templum fuit; sed Episcopus cum de fide Christianæ religionis eos per interpretem alloqueretur (nam Dux ad sua negotia jam ab eo discesserat) illi ad omnia paratos se asserebant, si modo fanum eorum intactum remanere potuisset: magnis enim sumptibus nuper extructum fuerat, multumque in eo gloriabantur, eo quod videretur magnum totius civitatis esse ornamentum. Tentabant etiam, occulte immitentes quosdam, Pontificis animum lenire muneribus, pro ædis conservatione; tandem rogantes, ut vel in basilicam ordinaretur.

E

sumptuosum idolorum fanum destruit;

137 Sed Episcopus constanter agens, indignum esse dicebat, ædem sub titulo dæmonis ædificatam immundoque ritu profanatam, divinis usibus mancipari. Nam quæ conventio Christi ab Belial, aut quæ communicatio templo Dei cum idolis? Dicebat autem illis & similitudinem. Numquid seminatis frumenta vestra super dumos & spinas? Non puto. Sicut ergo de agris vestris spinas primo eradicatis ac tribulos, ut jactis bonis seminibus, optatas segetes ferre queant, ita & hanc radicem idololatriæ, spinamque prædicationis, de medio vestrum funditus exstirpate, ut de bono Euangelii semine corda vestra fructificent in vitam æternam. His & aliis hujusmodi sermonibus opportune, importune, obsecrando, increpando, arguendo per singulos dies insistens, duros gentilium animos tandem ita emollivit, ut ipsi ædem execrabilem, de qua tota quæstio fuit, suis manibus confringerent & simulachra proterent *a*.

F

ubi marchionis Saxoniæ legatos excipit.

138 Dum ea gerebantur, legati marchionis Adelberti de Saxonia supervenêre, opera & statum Episcopi studiose inquirentes. Marchio etenim cum esset amicus valde ac familiaris Episcopo, in gente barbara hunc periclitari metuebat: unde, si opus haberet, præsidium & opem ei ferre cupiebat. Affuêre etiam ipsius Episcopi œconomorum nuntii, aurum & argentum, vestes quoque & alia necessaria ei deferentes: Ut enim supra dictum est, licet Euangelium annuntians, de Euangelio vivere deberet, ipse nihil horum uti volens, suis se tantum sumptibus transigebat. Igitur legatos omnes apud se ibi tam diu retinuit, quousque videndo & audiendo discerent,

A rent, quid de operibus aut ſtatu ejus referre deberent. Porro baptizatis omnibus, tam viris quam mulieribus totius civitatis, ad dedicationem altaris & ſanctuarii jam ſurgentis Baſilicæ, multa exultatione populi, devotus accingitur, omni ſtudio ac diligentia, ipſi feſto decorem & reverentiam procurans, quatenus de amiſſione prioris fani vel celebritatis minimè dolerent, melioris ſolennitatis tripudio & melioris fabricæ ornamento conſolati.

Templum dedicaturus,

139 Inter agendum verò, quid ipſa dedicatio, vel quid ſingula opera dedicationis ſignificare habent, rudi populo Antiſtes expoſuit; præcipue vero Mizlaum ipſius civitatis principem, quem pridem in Pentecoſte cum aliis primatibus Unznoimiæ baptizaverat, ut in eo ceteros erudiret, de his omnibus alloquitur; ſacramentum dedicationis ad animam cujuſque fidelis pertinere, ſufficienti ſermone demonſtrans, quæ Spiritus ſancti templum efficitur, vel in cujus corde Chriſtus per fidem inhabitat. Dein ſermonem ad ipſum principem ex toto convertens: Tu es, inquit, fili chariſſime, vera domus Dei. Tu ipſe hodie dican-

B dus & dedicandus es omnipotenti creatori tuo Deo, ut eminus ab omni alieno poſſeſſore, ipſius tantum manſio fias & poſſeſſio. Non

Mizlaum principem cogit

ergo impedias dedicationem tuam, fili chariſſime; nihil enim prodeſt iſtam, quam cernis, domum foris dedicari, niſi & dedicatio iſta, ad cordis tui ſanctificationem proficiat. Ille vero exhortatione compunctus, ait; Et quid eſt, Pater? Quid me jubes facere, ut dedicatio iſta in me compleatur? Epiſcopus autem intelligens adeſſe Spiritum ſanctum: Ex parte, inquit, fili, domus Dei eſſe cœpiſti; fac ut ex toto ſis. Jam enim idololatriam fide commutaſti, baptiſmi gratiam conſecutus.

captivos omnes ſolvere,

140 Nunc ſequitur, ut fidem pietatis operibus exornes. Impietates, violentias, & crudelitates, oppreſſiones, rapinas, homicidia, fraudes, penitus devita; poſtremo quidquid tibi fieri non vis, alii ne feceris. Captivitates, quas habes, abſolve omnes. Quod ſi non omnes, vel eos certe, qui Chriſtiani ſunt, tuæ fidei conſortes. Tum ille parùm hæſitans: Durum, inquit, mihi eſt, Pater, dimittere omnes: quia magnis rationibus ac

C debitis quidam ex eis modò detinentur. Tunc Epiſcopus: Debita, inquit, pro debitis dimitti, & ſermo Euangelicus & Dominica ſuadet oratio. Sic enim omnium debitorum tuorum apud Dominum certam remiſſionem conſequeris, ſi omnes debitores tuos in ejus nomine dimittis. At ille altius ingemiſcens: En, inquit, in nomine Domini Jeſu omnes abſolvo, ut, ſecundum verbum tuum, dimiſſis peccatis meis, dedicatio iſta hodie in me compleatur. Et vocans miniſtrum, qui ſuper captivos erat, omnes demitti præcepit. Erat autem inter eos adoleſcens nobilis, filius cujuſdam potentis de Dacia. Iſte abſolutis aliis, in cavea quadam ſubterranea vinctus cippo & catenis tenebatur, eo quod pater ejus quingentarum librarum debitor, hunc vadem poſuiſſet. Cumque de abſolutione captivitatum, de obedientia & religione Mizlai principis, multa eſſet tam populo quam Epiſcopo & omnibus qui aderant in Domino exultatio, & ad conſummationem dedicationis, miniſtri ac ſacerdotes alacriter feſtinarent & neceſſaria præpararent; habitis omnibus, vas cum cineribus, quod ad aram poſitum erat, inveniri non potuit. Cumque miniſtri, commixtionem ſalis & vini & cinerum facturi, de non inventis cineribus turbarentur; Udalricus ſacerdos, correptâ conchâ, vicinas domos, unam vel duas ſcrutatus, in eis cinerem non invenit.

illum etiam, quem celaverat,

141 Deinde ad tertiam currens, cryptam quamdam ſubterraneam, in qua prædictus adoleſcens in abditiori parte claudebatur, intravit. Sed captivus per feneſtram manu porrecta, & ſonitu facto, currentem ſacerdotem ad ſe vocat, rogans, ut pro ſui liberatione Epiſcopo ſignificet. Sacerdos vero, correptis cineribus, properanter ad eccleſiam rediit & operienti Epiſcopo aliiſque fratribus de illo inſinuat. Epiſcopus vero, quamvis miſericordia moveretur; Tanta, inquit, præſtitit nobis, ut amplius eum rogando gravare non audeam. Tamen ne gaudium hujus feſti aliqua ex parte claudicet, ſuper hujus quoque miſeriam, Dei miſericordiam invocemus. Et converſus ad orientem cum miniſtris, quaſi hora una preces fudit ad Dominum. Deinde ſacerdotibus

potentis Dani filium;

ait, ſeorſum accipite Mizlaum, & quam modeſtius poteſtis, ſuper hoc verbo exhortamini. Quod cum facerent, Mizlaus ait; In hoc

E uno homine parcat mihi velim prudentia veſtra, nam pater ejus majoribus mihi debitis adſtrictus eſt, quam ut gratis abſolvi poſſit. Sufficiat vobis, quod tantos abſolvi gratis. Tunc illi: Revera, inquiunt, multum eſt quod feciſti; miratur hoc Dominus Epiſcopus, miramur & nos, nec in longo tempore à Chriſtianis tale quid in terra Chriſtianorum comperimus, unde & Dominus Epiſcopus & omnes fratres gratias tibi referunt & honori te habent & ſemper habebunt, Deoque omnipotenti, cujus te ſervum exhibuiſti, quo de omnibus vicem tibi rependat, devotè ſupplicabunt.

ferrò & catenis onuſtum:

142 Nam & Dominus Epiſcopus tam magni pendit, quod feciſti, ut ultra quidquam rogare te, injuriam putet; unde quaſi parcens dilectioni tuæ, ore proprio rogare te verecundatus eſt. Sed noveris in veritate, quoniam ſi quo pacto te ipſum vincens, hoc bonum ceteris tuis meritis ſuperaddere poſſis, magna tibi gratia magnaque recompenſatio F apud Deum cumularetur. Magnus etenim Dominus Deus noſter, & magna virtus ejus, moriſque illi cum ſit, pro parvis magna reſtituere, quanto magis pro magnis maxima. Quod ſi hoc magnum & difficile tibi pro ipſo feceris, non ſine mercede maxima ab eo indonatus remanebis. Sed quid multis? Ingemuit homo, tactuſque ab intus ſpiritu pietatis, totus ſolvitur in lachrymas. Deinde cum ipſis clericis ad Epiſcopum tendens: En, ait, Pater ſanctiſſime, in iſta quoque petitione Deum meum & te ſervum ejus, dominoſque meos ſacerdotes, miniſtros tuos honorabo: quinimo pro nomine Domini mei Jeſu corpus meum & omnia mea, ſi ratio poſtulaverit, devotus impendam. Et jubens adduci vinctum, ferro & catenis oneratum, flentibus omnibus qui aderant, in hoſtiam & oblationem Deo aræ impoſuit, petens ſibi remiſſionem peccatorum à Domino pro ipſo recompenſari.

quo facto, conſummata eſt dedicatio.

143 Ita ergo in plenitudine gaudii ſpiritualis tota illa Eccleſia fervente, & laudes Deo ſuper univerſis bonis ac donis ejus concinen-

AUCTORE SEFRIDO.

te, dedicatio consummatur, omnesque alii, exemplo Mizlai principis, vias suas correxerunt, unusquisque ab injustitiis & violentiis seu oppressionibus suis temperando, & vi ablata proximis suis restituendo. Ecclesia ergo proficiebat & crescebat, & licet invidente diabolo, ambulans in timore Domini, Spiritu sancto replebatur. Sed hostis antiquus damna sua non ferens, opera Dei turbare molitus, validis terroribus universam provinciam concussit. Nam Polizlaus Dux Polonorum invictissimus, in multa fortitudine & copioso militum apparatu de terra sua jam veniens, in ipsis terminis Pomeraniæ castra metatus, ferebatur in furore gravi terram ipsam ingressurus. Audierat enim, quod post priorem beati Ottonis prædicationem, nec pacti secum tœderis, nec susceptæ religionis jura servare curarent.

Boleslaus rebellibus imminens,

144 Insuper compertum habebat, quod civitates, quæ pridem conversæ fuerant, remissi tributi veniam aspernatæ, suique mediatoris oblitæ, viribus suis se deinceps tutas fore confiderent, munitionibus & castris, quæ bellica vi complanata fuerant, ex magna parte hoc intervallo reparatis. Unde quasi justam commotionem habens Dux, eos iterum conterere veniebat, suæque ditioni subjugare. Quod illi audientes, missisque sæpius atque remissis exploratoribus, exercitum jam in proximo cognoscentes; multum ubique trepidare cœperunt, partimque fugere ac res suas ad loca munita deferre, partim etiam arma contra movere, finesque suos defendere meditabantur. In ipso tamen articulo, utpote à Deo inspirati omnes, quasi oves ad pastorem, sic ad Episcopum confugiunt, & quid facto opus esset, consilium quærebant. At ille pietatis visceribus affluens, Ecclesiam rudem & neophytam, bellico tumultu vexari, pernicioſum sciens, de divina misericordia, simul etiam de Polesłai Ducis amicitia non vanè præsumens, bellum simul & causam belli, si modo consiliis ejus parere velint, dissolvere pollicetur. Quo audito, illi prudentiæ & sanctitati Doctoris sui attendentes, nec siniſtrè casurum arbitrati negotium, quod ille in timore Domini susceptsset, communi decreto semetipsos & omnia sua consilia ejus sapientiæ commiserunt.

S. Ottonis interventu placatur;

145 Assumptis igitur clericis Pater venerabilis, sarcinas quidem & omnem supellectilem suam ibi relinquens, obviam se parat exercitui, junctis sibi viris honorabilibus de terra, qui à Duce objectis respondere & omnibus controversiis decidendis, hinc inde exortis, possent sufficere. Ubi igitur ad castra venit, à Duce honorabiliter susceptus est, mirumque dictu, quam facile divinis eloquiis animi ejus feritate lenita, ad omne, quod volebat, Principem inclinaverit. Ille namque multum protestabatur, non alia ex causa hoc tempore bellum susceptsse, quam ob injuriæ Dei omnipotentis ultionem & mutui fœderis ruptionem, qui & Christianismi jura plerisque locis, rediviva paganitate, violassent, & initæ societatis & compositionis ligam * minimè servassent. Episcopus ergo hæc omnia emendatione dignissima fassus, legatosque aliquantum pro his objurgans, ad pristinæ compositionis pactum partem revocat utramque, sese runc temporis, quemadmodum & nunc, pacis mediatorem extitisse commemorans. Placabat autem maxime Ducem Poloniæ, Vrotizlai Ducis fides & devotio, ab Episcopo laudata: quia & in priori & in secunda prædicatione æquè fidelis inventus, multa bona prædicatoribus ostendisset. Stetinensibus vero, quod aliqui ex eis ad errores pristinos revoluti essent, divinæ indignationis ac suæ, illis mandat non defore vindictam, nisi quantocius apostasiæ immunditias congrua diluant satisfactione, indulgentiâ petitâ Doctoris.

* *al.* legem

hinc summa Sancti æstimatio.

146 Dux itaque talibus modis à beato Viro mitigatus, licet nimis murmurantem exercitum, utpote prædæ avidum, versis aquilis, ad sua redire præcepit. Porro Episcopus voti compos, cum legatis rediens, attonitis gregibus suis, optatæ pacis & securitatis nuntium reportavit. Et quantum illi pridem de metu belli mœstificati fuerant & concussi, tantum alacres facti sunt & in fide Christianismi fundati; sane Doctori suo ascribentes patriæ liberationem, Servusque Dei magnificatus est vehementer in terra Pomeranorum. Ille vero nihil meritis suis tribuens, tanto se humiliorem apud Deum & homines exhibuit, quanto sine illius auxilio, se nihil posse sciebat, dimittensque nuntios, de quibus supra dictum est, Marchioni & Saxonibus gratias egit pro bona voluntate; de Dei operibus & de suo statu mandans, quæ audissent & vidissent, ad Dei gloriam narrare.

In Veraniam pergere meditans,

147 Erat autem Unznoimiæ illis diebus dux pariter & Episcopus. Est autem insula quædam, non longe à civitate illa, habens mare interjectum, quasi itinere unius diei, Verania *b* nomine. Sed loci hujus incolæ duri erant & barbari, singulari feritate crudeles. Hi, prædicatione beati Viri dudum comperta, omnia, quæ de illo dicebantur, aspernati, mortem ei, si ad eos veniret, minabantur. Sed quo amplius duras eorum minas audierat, eò amplius in animo suo fixum habebat illò ire, sperans ibi martyrii coronam se adepturum. De hoc vero cum Duce & aliis familiaribus suis dum consilium tractaret, propter immanitatem periculi ab omnibus dissuasus est. Quod ægerrime ferens, ingeniosius agere cœpit, quomodo se, nescientibus eis, illo proriperet. Hoc sentientes illi, cautius eum observabant, nullam secreti opportunitatem, quo id aggredi posset, ei concedebant: salutem illius vitamque longiorem multis utilem ac necessariam memorantes. Verum desiderii magnitudine nihil hujusmodi rationem audire potuit, illos potius modicæ fidei arguens, ac pusillanimitatem eorum increpans; fidem Christianam factis magis firmandam aiebat, quam verbis; satisque inertes æternæ vitæ prædicatores, qui pro illa vitam præsentem expendere formidarent? Et quid, inquam, fieret, si in his barbaris nationibus euangelizantes pro Christi nomine omnes occumberemus? Nimirum glorioſior esset prædicatio, quæ Martyrum sanguine firmaretur. Sed, ô dolor! de tanto fratrum numero nec unus, puto, dignus habebitur, morte sua, vitæ, quam speramus, perhibere testimonium? Atque verbis talibus verecundia nata est trepidantibus.

b

à Duce dissuadetur:

148 Udalricus autem venerabilis sacerdos constantior factus, sciens etiam hoc Seni placere,

Udalricus vices suppleturus,

A cere, huic ſe periculo intrepidus offerebat, comitem tantum & viæ ducem poſtulans. Accepta igitur benedictione, paraturam ſacerdotalem, calicem quoque ac librum & cetera, quæ faciendæ Miſſæ ratio poſtulat, aſſumens, navem conſcendit. Sed illi videntes fratrem ſuum unicè carum, ſolum ad martyrii palmam properantem, cum dehortari eum non poſſent, viam ejus lachrymis uberioribus proſecuti ſunt Qui horis quaſi tribus, proſperis flatibus navigans, fere jam ab oculis eorum ablatus fuerat, & ecce tempeſtas oritur, ventiſque contrariis, ratem huc illucque pellentibus, viam tenere non potuit, ſed ad littus unde exierat, poſt multam fatigationem appulſus eſt. Ille vero tametſi tempeſtatis injuria & imbribus deſuper irruentibus, & procellis navem deorſum implentibus, totus eſſet madidus, vixque ſpirare videretur, à cœpto deſiſtere noluit, neque ad terram exire voluit, ſed ſedens in navicula tranquillitatem maris exſpectabat; interim aquam de navi vaſculo projiciens. Ventis itaque paululum ſedatis, iterum navigare cœperunt, iterumque ſimili modo impeditus eſt. Tertia quoque vice ire temptans, ſed nihilominus nocte ac tempeſtate ingruente, ponti ſævitiam vix & quaſi per miraculum evaſit; tempeſtas vero infra dies ſeptem non ceſſavit.

contrariis ventis impeditus eſt.

B

150 Intellexit ergo vir Dei, Veranos Euangelicæ gratiæ indignos; currenſque cum clericis, diſcipulum quaſi de palæſtra coronatum, de littore ducit ad tectum, ſuper ipſius conſtantia fideique magnitudine Dominum benedicens At ubi cœnatum fuit, fratres de navigatione Udalrici jocari cœperunt. Et quis, inquiunt, ſi periiſſet homo, reus homicidii teneretur? Adelbertus autem interpres, cui maximè factum diſplicebat; Quis juſtius, inquit, homicidium lueret, quam is qui eum ad tale periculum direxit? Verum Epiſcopus, quamvis ab eodem fratre de hoc verbo ante pulſatus fuerat, nil motus, ad Euangelium ſe convertit, & exemplo Domini, diſcipulos quaſi oves inter lupos mittentis, factum ſuum defendit. Quis enim, ait, homicidii reus tenebatur, diſcipulis, qui à Domino mittebantur, interfectis? Qui oves ad lupos miſit, profecto à lupis oves devorandas ſcivit. Devoratæ ſunt oves à lupis, interfecti ſunt Apoſtoli à tyrannis. Deinde parabolam facto ſuo coaptans, plena rationis doctrina diſcipulos animavit, digniſque exhortationibus in gaudio ſpirituali magnam partem noctis expendit. Et mane facto, quidnam agerent, vel quo ducerent, intér ſe tractabant. Verum haud diu cunctabundi, quod ſuperfuit de opere in agro Domini, coloni fideles inter ſe diſtribuunt; aliis retro ad Timinam, aliis autem ad loca alia, euangelizandi gratia divertentibus *c*.

Focos ea ſuper re compeſcit,

C

& ſocios in varias partes diſtribuit.

c

ANNOTATA.

a *Mirum eſt, Andream, qui ex Sefrido tam multa hoc etiam capite deſumpſit, totam hanc hiſtoriam præteriiſſe, unde hiulca redditur ejus narratio, non ſatis apte res connectens.*

b *Obſervat Faſchius*, Veranos, *qui &* Rani *&* Rutheni *appellati ſunt, eos eſſe, qui hodie* Rugiani *vocantur, ab inſula* Rugia.

c *Hîc & in ſequentibus Sefridianus totus eſt Andreas Gretſeri, æque ac Anonymus noſter; ſed in eo differt, quod Ebboniana aliqua in principio retulerit, quæ paulo poſt ex Sefrido prætermittere cogitur.* AUCTORE SEFRIDO.

CAPUT III.

Solus ad Stetinenſes apoſtatas properans S. Otto, ſocios adſciſcere cogitur. Stupenda VVitſaci per Sanctum è vinculis liberatio. Furibundi, inſtigante ſatrificulo, haſtas vibraturi obrigeſcunt.

EPiſcopus vero ad Stetinam iter propoſuit cum miniſtris ſuis, de apoſtaſia in ſpiritu vehementi increpare ſuperbos. Sed clerici qui cum ipſo ituri erant, Stetinenſes barbaros & crudeles agnoſcentes, ſuæ pariter & illius ſaluti metuebant. Unde ne illuc veniat dehortantur ſtudioſius. Cumque illi moleſti eſſent; Video, ait, tantum ad delicias venimus: quidquid aſperum & difficile occurrit, totum declinandum judicamus. Sed eſto, nam ad gloriam martyrii, ſicut nullum cogere volo, ita, ſi fieri poſſet, omnes vos hortari vellem. Rogo autem, ſi juvare non vultis, ſaltem ne me impediatis. Suæ vitæ poteſtatem habeat unuſquiſque: liberi eſtis vos; liber & ego. Dimittite me, viri, obſecro. Et ejectis omnibus ſeſe in cubili ſuo in orationem dedit uſque ad veſperam. Deinde vocat puerum familiarem, præcipiens ut clauſis undique oſtiis, à ſe omnes dimoveat, nullumque ſine ſui conſcientia admittat.

Fruſtra dehortantibus ſociis,

E

152 Quo facto, ſecreti ſui compos, fugam meditatur, itineralia induitur, ſuccingitur; indumenta ſua ſacerdotalia cum libro, calice, aliiſque utenſilibus in mantica ponens, omnia in humeros levat, tectuſque umbra noctis, clam, cunctis neſcientibus, incomitatus urbem egreditur, viam carpens, quæ Stetinam vergit. Cumque circumſpexiſſet huc atque illuc, & nullum comitari ſe videret, lætus & alacer de proſperitate furti, Deum benedicens, matutinale inchoat officium, gliſcens, & properans totum iter nocte illa complere. Cumque nocturnus viator viam ardenter carperet, hora noctis decima jam inſtabat. Clerici autem è diverſis ſtratis ſurgentes, cum ad dicendas maturinas ſe colligerent, quidam ſuſpenſo gradu ad cubiculum pergunt Epiſcopi, utrum dormiat an vigilet, vel quid agat, explorare cupientes. Verum ubi propius propiuſque admoti, Epiſcopum non inveniunt, conſternati ſunt animo. Et diligenter omnia ſcrutantes, cubicularium Epiſcopi & alios, qui juxta erant, crebro ſciſcitantes, quod factum fuerat, tandem ediſcunt.

clam ad apoſtatas Stetinenſes perrecturus,

F

153 Quid multis? Turbantur omnes, aliique pedibus, alii vero aſcenſis equis, huc illucque pontificem quæſituri diſcurrunt; factoque mane, hi qui in equis fuerant, directo

invitus ab ipſis retrahitur:

AUCTORE SEFRIDO.

calle ac concito gradu versus mare viam insequuntur abeuntis, & abeuntem consequuntur. At ille ubi eminus venientes, navem jam intraturus, agnovit, turbatus est valde & altius ingemiscens: Heu, inquit, Domine Jesu, unice Dei, unice Virginis, dulce nomen spei meæ, numquid fraudabis me à desiderio meo? Fac, oro, ut hi qui veniunt, aut mecum eant, aut me à proposito meo non impediant. His dictis, illi accurrebant, moxque ab equis desilientes, pedibus illius prosternuntur. Sed quid? Prosternitur & ipse: levant illi; levat & ipse: flebant illi, flebat & ipse, vocemque mœror ac tristitia utrimque diutissime intercluſit. Tandem post multas lachrymas Senior *a* mœstus, in hanc vocem prorupit: Ad quid venistis? Redite quæso ad hospitium, & ego via, qua cœpi, pergam. At illi. Absit, inquiunt. Sufficit nobis hæc tam grandis confusio; amodo te nequaquam deserimus. Si redire vis; tecum redibimus; sin autem progredi mavis, tecum progredimur. Sed placeat sanctitati tuæ consilium nostrum. Redeamus pariter ad fratres & ad B pueros nostros hodie, cras (ecce coram te loquimur) sive in mortem sive in vitam omnes tecum veniemus.

a

una tamen eò pergunt,

154 Tali ergo pacto Episcopus cum eis reversus, crastina die, omnibus se comitantibus, viam eamdem ingrediuntur, ascensaque navi, prosperis flatibus, Stetinam sunt advecti. Homines autem de civitate inter se divisi erant, aliis adhuc in fide manentibus, aliis vero ex majori parte ad paganismum reversis. Fuit autem basilica ante introitum civitatis in area spaciosa, quam ipse in priori profectione dedicaverat. Quam ingressi hospitari cœperunt. Fideles itaque de adventu Episcopi gaudebant, infideles turbabantur. Præ omnibus vero nefandi sacerdotes furere & furorem in turba excitare festinant, adeo ut collecta manu armatorum, ecclesiam undique cingerent, & insanis tumultibus debacchantes, ædem ipsam convellendam & omnes qui erant ibi, una cum magistro interficiendos clamitarent.

prælata cruce hymnos concinentes.

155 Episcopus itaque martyrii avidus, pontificalibus se induens, arma sua, Crucem tollit & reliquias, psalmosque ac hymnos cum C clericis personans, agonem suum Domino commendabat. Barbari vero audito cantu mirati sunt valde, quod quasi in articulo mortis positi cantare potuissent. Et auscultantes, mutuoque se invicem respicientes, virtute utpote verborum incantati, clementius se habere cœperunt, & jam non viribus, sed magis ratione opus esse dicebant, ad talia recipienda, vel etiam propulsanda. Deinde sapientiores quique super his rebus ipsos sacerdotes secretius conveniunt, ipsorum esse dicentes, congruis rationibus religionem suam defendere. Talia inter se mussitantes, paulatim singuli ad sua digrediuntur. Erat autem sexta feria, & Episcopus cum suis illa die sabbatoque jejuniis & orationibus sacrisque meditationibus usque in diem Dominicam intentius operam dabat.

b
Witsacus prodigio per S. Ottonem

156 Interea civis quidam nobilis ejusdem civitatis, Witsacus *b* nomine, in conventu populi, in plateis & domibus, ubicumque & quandocumque facultas data est, regnum Dei & fidem prædicare non desiit, Christianas traditiones & omnia documenta Episcopi sana & sancta & veritatis plena contestans. Hic D etenim non longe ante adventum piissimi Ottonis, cum aliis concivibus suis piraticam contra paganos exercendo, dum incautius ageret, in hostes inciderat, multisque ibi trucidatis, cum aliis vitæ relictis in captivitatem ductus fuerat. Cumque ferro & catenis & tenebrosi carceris custodia clauderetur, orando ad Dominum, per merita Episcopi liberatus fuit. Nempe cum diuturna oratione fatigatus, in somnum resolutus esset, Episcopum Ottonem, qui eum baptizaverat & de sacro fonte levaverat, sibi assistentem videbat. Quem dum ille cognosceret, rogat iterum & genua flectit pro ereptione. At ille: Ad hoc, inquit, veni; sed tu liberatus, ea quæ Stetinensibus mando, ferre non dubites. Et mox datis mandati verbis, & signo crucis ad eum facto, captivum exire jubet. Expergefactus homo de visu lætatur, movet gressum, effectum probat visionis. Et ecce catenæ omnes & vincula solvebantur; progreditur ad ostium, & carcer apertus erat.

è dira captivitate liberatus,

157 Sentit ergo virtutem adesse divinam, altumque suspirans, gratias agit omnipotenti Deo, ac timido gressu invisam domum exivit, suspectisque locis leniter transitis, cursum ad mare tetendit; diuque huc illuc discurrens, navem quærebat, sed nullam inveniens admodum anxiari cœpit: Nam se denuo capi, denuo incarcerari metuebat. Sed quid faceret? Ad ultimum, formidine majoris mali, cum jam sine remige corpus in undas pararet mittere, Ottonem suum nominans, ingemuit ad Dominum; & ecce de inspe:ato cymba littori adlabitur; quam sibi à Deo paratam videns, cum gratias egisset, ascendit & utrisque manibus fluctus verberans, ratem convertit in altum, mirumque dictu, quam citissimè, prosperante Deo, patriis oris appulsus est. Quod miraculum assiduo relatu notum fecerat, & Stetinam veniens responsa Episcopi civibus in unum congregatis, ut jussus erat, præmissa ex ordine liberatione sua, ita exposuit: O cives, doctor & magister noster beatus Otto sic & sic fecit mihi: & hæc mandat vobis. Gravis & dura nimis ab omnipotenti Deo vindicta super vos & super civitatem istam ordinata est, pro eo quod ejus fidem & culturam polluistis, partim cum eo, partim pro eo idolis servientes. F

& impii sacrificuli punitio,

158 Nefandi quippe sacerdotes, dum peste ac mortibus homines & jumenta quodam anno ex inæqualitate aëris ibi laborant, à diis hoc malum immissum esse dicebant & ex voluntate populi ecclesiam sancti Adelberti *c* Martyris, tintinnabulo & campanis dejectis, destruere cœperant, unusquisque illorum, dum malleo cæmentarii altare percuteret, subito languore ac stupore à Domino percussus est. Cumque malleus de manu ejus caderet, cecidit & ipse: deinde post longum, spiritu parum resumpto, populum astantem, quasi ex plaga emendatus, sic adorsus est: Frustra, O cives, nitimur: Deus Christianorum fortis est, & nostra vi à nobis expelli non potest. Mihi autem consilium videtur, ut illum habeamus, & tamen antiquos deos nostros non dimittamus, & juxta illius aram nostris quoque diis aram constituamus, ut eos omnes pariter colendo, illum & istos pariter habeamus propitios. Quid faceret populus? Territus prodigio,

c

A digio, consilium probavit, exstructoque nefando altari juxta Dominicum altare, Deo servierunt & dæmonibus, juxta historiam antiquitatis, qua dicitur, quod populus Samariæ deos gentium colens, nihilominus Domino serviebat.

viam sensim aperiunt.

159 Witsacus ergo fidei zelo calens, non semel aut bis legationem, quam acceperat, egit ad populum; sed ex quo à captivitate rediit, numquam cessavit euangelizare regnum Dei, misericordiam Dei & merita liberatoris sui civibus inculcans; & nisi ab errore quiescant, divinam eis ultionem intentans. Tota vero civitas, exceptis sacerdotibus, factum hoc cum veneratione mirabantur, & tamen prævalente consuetudine, à paganismi ritibus cessare non poterant. Sed jam de præsentia Domini Episcopi responsalis ejus audentior factus, linguam laxat eloquio, victorque idolorum & vatum, vana de his vaticinantium, ad servum Dei veniens cum amicis & cognatis suis, pronus adorat, gratias agit, referens omnem ex ordine rem, ipsumque ardenter ad opus prædicationis instigat, auxilium ei & consilium ex sua suorumque parte ad omnia
B pollicitus. Itaque die Dominico, completis Missarum solenniis, sicut erat sacra indutus armatura, vexillo Crucis ex more prælato, in medium forum civitatis duci se rogavit. Cumque ad portam ventum esset, ecce, per quam sine remigio trans mare Witsacus vectus erat, navicula poste pendebat; & admotus lateri Pontificis; Vides, ait, Pater? Et feriens eam hasta; Hæc, inquit, cymba testimonium sanctitatis tuæ, firmamentum fidei meæ, argumentum legationis meæ ad populum istum.

Monstratur Witsaci cymbula,

160 Erat autem alveus brevissimus, qui à duobus viris facile portaretur. Substitit Episcopus, & diligenter rem considerabat, perpenditque, quod in pacatissimo amne, vix remo gubernata, unam personam portare sufficeret, nedum in fluctibus marinis sine omni gubernaculo, nisi hoc divinæ virtutis esset gubernaculum. Gratias agit Deo beatus Antistes, quod incredulæ genti virtutem suam tali facto demonstrasset. Liberatus autem subintulit; Hanc idcirco suspendi feci ad portam,
C ut ingredientes & egredientes facto hoc discerent, quid in suis necessitatibus de Dei misericordia ac de tuis meritis, sanctissime Pater, sperare deberent. His dictis, in confertissimas paganorum turbas, ministris comitantibus, in medium forum sese contulit Episcopus. Erant autem ibi gradus lignei, de quibus præcones & magistratus ad populum concionari solebant; in quibus stans Minister Euangelii, sermonem cœpit, fremitum verò dissidentis populi Witsacus, vice præconis, manu & voce sedabat.

d dein Sancto pro concione dicente,

e

161 Cumque *d* omnes conticuissent, & verbum exhortationis pars maxima libenter audiret, ecce unus sacerdotum, vir Belial, plenus furore, pinguis ac procerus, in medium turbæ sese fortiter intrudens, cambuccam *e* suam manu gestabat, spiransque & anhelans, usque ad ipsos gradus accessit, levataque manu semel & bis columnam graduum validissime percussit. Deinde clamore magno & verbis nescio quibus, contumeliose prolatis, silentium mandat loquenti, suæque vocis grossitudine magnum tonans, sermonem Episcopi & interpretis pariter oppressit, populoque ait: Sic, ô insensati & stulti & inertes, quare decepti & incantati estis? Ecce hostis vester & hostis deorum vestrorum. Quid exspectatis? Feretne impunè contemptum & injuriam? Omnes autem incedebant hastati. Fatur ergo sacerdos; Hæc dies omnibus erroribus ejus finem imponet; omnesque adhortans, sigillatim quoque, de quorum certus erat malignitate, propriis nominibus compellabat. Et quicumque spiritu vesano agitabantur, quibusque familiare fuit, audacter magis quam consulte agere, ad dicentis vocem inflammati, hastas levant, quas dum ad jaciendum vibrant, actu rigent in ipso, mirumque dictu, nec hastas jacere, nec dimittere dexteras, vel de loco moveri poterant.

AUCTORE SEFRIDO.

qui hastas in eum torquebant, obrigescunt:

quo miraculo commoti Stetinenses,

162 Srabant igitur ut simulacra immobiles, fidelibus & religiosis facti speculum. Quotquot enim erant infideles & maligni, qui à fide Christianismi defecerant, & in infidelitate sua pertinaci dementia stantes, impias manus contra servum Dei levaverant, hac pœna E tamdiu sunt multati, quousque in sua fide boni firmarentur, & illi à pravitate cordis per pœnam corporis corrigerentur. Nam & Episcopus arrepta miraculi occasione; Cernitis, inquit, fratres, quanta sit potentia Domini. Certè, ut video, divinitus ligati estis. Quare non jacitis hastas? Quare non dimittitis dexteras? Quamdiu in hoc visu apparebitis? Illi autem, nescio an præ confusione, an præ stupore, nihil respondebant. Tunc ille; En, inquit, dii vestri, pro quorum religione certatis, si quid possunt, auxilientur vobis. Sed & iste vester tumultuosus sacerdos invocet nunc deos suos super vos, det consilium, det auxilium. Si quid novit, si quid potest, jam tempus est. Ille vero jam dudum eventu rerum attonitus stabat, jam ulterius nec mutire præsumens.

ad saniora consilia redeunt.

163 Cumque omnes ingenti pavore silerent, Episcopus miseratione tactus; Gratias, inquit, tibi Domine Jesu Christe, qui potentiam fortitudinis tuæ, cum tempus est, ad terrendos adversarios & ad protegendos servos tuos, exercere soles. Sed quia pius & misericors es, ignosce, ignosce, rogamus, ignorantiæ seu temeritati populi hujus & usum corporum suorum, quo te ligante privati sunt, solita illis F miseratione restitue. Quo dicto, Crucisque signo ad eos facto, effectus orationem mox insecutus est. Et subjungens; En, inquit Episcopus, si audire hactenus noluistis, tangite saltem, & sensu ipso probate, quanta sit misericordia Dei nostri, quanta sit veritas fidei, quam prædicamus vobis; & longius de judicio & misericordia Dei, de vitæ præsentis incerto, & perseverantia æternorum profunde disputans, contritos in sinu peccatores erudivit, tandemque medicamine salutaris eloquii aliquantum mansuefactos benedixit, & cœtum dimisit. Descendens vero de gradibus, ecclesiam sancti Adelberti cum fidelibus, zelo zelatis pro domo Domini, intravit, ac præmissa inibi orationis solennitate, altare abominationis fregit, comminuit & ejecit, factaque reconciliationis emundatione, fracturas basilicæ suis fecit emendari impensis.

164 Cum-

AUCTORE SEFRIDO.

Quomodo Sanctus Christianos pueros,

164 Cumque sæpius eamdem frequentaret ecclesiam, quodam tempore pueros in platea ludentes invenit, quos dum lingua barbara salutasset, veluti conjocando illis, etiam Crucis signo eos benedixit. Et paululum procedens, intellexit, quod universi relictis lusibus suis, visendi studio collecti, à tergo sequuntur Episcopum, hominum ignotorum, ut est mos illi ætati, aspectum habitumque admirati. Substitit homo Dei, & circumfusos blande alloquens, scisciatur, si aliqui, ex eis baptisma percepissent. Illi se mutuo respicientes, cœperunt invicem prodere, qui fuerint ex eis baptizati. quos Episcopus seorsum vocans, quærit ab eis, si voluntatis eorum sit, tenere fidem, quæ ad Baptismum spectat, vel non? Illis autem, se tenere velle constanter affirmantibus, Episcopus, Si, inquit, Christiani esse velitis, & fidem servare Baptismi; istos non baptizatos & infideles pueros ad ludum vestrum admittere non debetis. Qui statim juxta verbum Episcopi, similes cum similibus congregati, pueri baptizati non baptizatos abjicere & abominari cœperunt, nulla eis ludi societate communicantes. Itaque videre pulchrum erat, quomodo hi de professione Christiani nominis gloriantes, familiarius agere & avidè intueri & audire doctorem, etiam inter ludos suos; illi autem quasi de infidelitate confusi & exterriti, à longius stare [solerent.] Sed pater optimus & credentes miti sermone ad fidem plenius pro ipsorum capacitate instruxit; non credentes vero ad credendum tam diu exhortabatur, quousque baptizari se & Christianos fieri omnes flagitarent.

à paganis segregaverit.

B

ANNOTATA.

a Senior *hîc accipi posset pro grandævo sene, sed talis necdum erat S. Otto, qui etiam juxta supputationem nostram, annum quintum & sexagesimum non superaverat; at fallor, si non significet* Dominum, *unde ortum gallicum* Seigneur, *norunt etymologiarum periti.*

b Wiricus *nominatur ab Ebbone, ab aliis* Witschacus, *sed in eis inflexionibus non laboro. Ebbo totam ejus historiam secundæ S. Ottonis in Pomeraniam profectioni præmittit, à num. 66, ex quo eam*

C *cap. 2 libri sui tertii retulit Andreas Gretseri, omnia Sefridiana hîc negligens usque ad num.* 161.

c *Quam in priori missione ibi condiderat in honorem sancti Pragensis Episcopi, apostoli Prussorum & Martyris, de quo vide Acta ad* XXIII *Aprilis.*

d *Hic rursus cum Nostro convenit Andreas Gretseri, qui, ut supra monui, Ebboniana cum Sefridianis non semper satis ordinatè commiscet.*

e *Recte notavit Gretserus*, pedum *esse seu* baculum, *ut etiam habet Cangius.*

D

CAPUT IV.

Sincera Stetinensium resipiscentia, non sine multis S. Ottonis periculis. Varia miracula. Ruthenorum conversione tentata, gloriosæ missioni coronidem imponens, ad propria remeat.

Stetinenses coacto prudentiorum consilio,

INterim vero majores natu & sapientiores quique de rebus istis altius inter se tractaturi confederant, & à mane usque ad medium noctis huic deliberationi vacantes, de salute propria & totius populi, de statu civitatis & conservatione patriæ, secundum prudentiam seculi, diligenter disputabant. Præcipuè autem universa, quæ Ottonis erant dicta vel facta examussim trutinabant, & mediante Spiritu sancto, in hanc sententiam omnes conveniebant, ut funditus exstirpata idololatria, ex integro se religioni Christianæ submittant; atque in hoc verbo concilium solvunt. Witsacus verò, qui omnibus his intererat, nocte ipsa cum paucis ad Episcopum veniens, optatum affert nuntium, omne consilium ei breviter intimans. Deinde etiam, collectis ad Episcopum clericis & aliis familiaribus, omnia quæ audierat quæque in concilio de ipsis dicta fuerant, secundum ordinem liberationis ejus, qui loquebatur; & de miraculo, quod hastas vibrantes contra Episcopum pridie obtiguerant, & quod adhuc Episcopum latebat, quando ad ecclesiam cum ministris per plateam præparatus incedebat, tantus splendor vestium apparuit, ut maligni homines, qui ad eum necandum ex insidiis veniebant, nimiæ claritatis aspectu in fugam, territi ac turbati, versi fuerint. Denique virum illum Belial sacerdotem, qui ei concionanti ad populum impedimento fuerat, ab ipsis civibus ejectum nuntiat.

E

F

ab apostasia plane resipiscunt.

166 Porro apud eos ejus liberalitates & eleemosynarum inæstimatæ largitiones, captivorum redemptiones, quodque sine magna recompensatione, nullius eorum opes vel substantiam oblatam contigerit, suis impensis se atque suos transigens, etiam basilicas exstrueret, destructasque reædificaret; omnia hæc quantæ venerationis, quantæve admirationis habita sint, cum gaudio referebat. Igitur de mane consurgens Episcopus, & cum gratiarum actione Missas celebrans, concurrentes cives iterum alloquitur; & paratos atque obedientes ad omnia invenit. Quicumque enim apostasiæ vitio se inquinaverant, Spiritus sancti virtute faciente, compuncti, per manus impositionem in fonte lachrymarum suarum loti, Ecclesiæ sanctæ reformantur. Pueri vero & quicumque Sacramentum baptismi nondum erant consecuti, baptizantur; fana destruuntur, ecclesiarum fracturæ solidantur; & si quæ destructæ fuerant, reparantur. Omnis ergo populus, jam quasi vir unus, idipsum sapiebat in Domino. Gaudet Episcopus, lætantur sacerdotes, magnificata sunt in consilio justorum opera Domini.

167 Præ-

A

Ingens rombo, insolito tempore capitur.

167 Præter hanc autem spiritualis lætitiæ occasionem, Divinitas omnipotentis illi civitati ex inopinato corporale commodum exhibuit. Nam immensæ molis ac magnitudinis Rombonem *a*, circa portus ac naves se ostentantem, piscatorum manus ad litus ejecit in mense Augusto; cum tamen illis in locis talis captura non nisi vernali tempore occurrat; ex cujus carnibus ac pinguedine omnes cives partes capiunt, & Episcopo, cujus meritis hoc munus adscribebant, plusquam absumere cum suis omnibus posset, apportant.

a

S. Otto ictum securis evadit,

b

168 Verum tam lætis eventibus temptatio non defuit. Nam cum delendis & exstirpandis fanis idolorum & sacris diligentius instaret Episcopus, etiam nucis arborem *b* mirandæ pulchritudinis, idolo dicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini autem, qui umbra ejus & amœnitate sæpe delectati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porro agri possessor vehementius irasci atque indignari cœpit, aliisque modeste agentibus, hic minis & clamoribus longius assistens, furorem cordis evomuit. Itaque, quasi paululum furore sopito, silenter à tergo accedit, nulloque spectante, securim bellicam utrisque manibus levans, caput Episcopi ferire nisus est. Sed illo præsentiente atque in aliam partem ruente, bipennis casso vulnere in trabem pontis, juxta quam stabant, perlata est, tam fortiter, ut à feriente reduci non posset. Accurrunt omnes, comprehendunt, trahunt, tundunt infelicem illum, &, nisi per interventum Episcopi, eâdem securi trucidassent.

B

de quo gratias agit Adalbertus.

169 Ottone sic à periculo liberato, percussore suo de manibus percutientium salvato, inter adstantes Adalbertus presbyter, ad Teutonicas se partes vertens; profundius inclinat, Deo & sancto Michaëli in Babenberg & fratrum orationibus gratias agit pro salute. Et conversus ad Episcopum; En, inquit, scutum orationis fratrum & protectio sancti Michaëlis Archangeli. De arbore vero ne incideretur, tandem cives multis precibus obtinuerunt, jurejurando affirmantes, nihil umquam divinitatis vel sanctitatis arbori se adseveraturos, neque numinis vel idoli alicujus vice habituros; sed magis pro utilitate fructuum & amœnitate umbrarum *c*. Omnibus ergo, quæ ad cultum fidei spectant, rite illic ordinatis, dum ad alia loca pararet iter, ab universis majoribus natu, prudentioribus civitatis, rogatus est, ut quia Deus cum illo erat, & multa eis bona ostenderat, Ducem Vrotizlaum, cujus offensam gravibus culpis incurrerant, eis placare studeret, atque hoc facto cuncta circa se studia sua deauraret. Annuit: elegit viros honorabiles, ad responsa accipienda sive reddenda idoneos; Ducem adit, preces fundit, accusat populum & excusat. Deinde potenti suadela mitigat indignantem, jubet, obsecrat, facit compositionem, pacatisque ad perfectum omnibus, legatus cum legatis pacem affert civitati. Hinc toti Ecclesiæ valefaciens, miris affectionibus Julinam ire dimittitur. Maligni vero sacerdotes, pleni dæmonibus, cum jam aperte non possent, vel per insidias servo Dei nocere moliti sunt. Conducta enim magna sicariorum manu, viam abeuntis in arctioribus navigii locis obsederunt; suis amicis, istarum rerum nescius, mortem Episcopi, quasi per divinationem prænuntiantes.

c Stetinenses Duci reconciliat,

C

179 At ubi ad insidias ventum est, hostes arma corripiunt, funambulos *d* tenent, navigantes invadunt, Episcopi sanguinem super omnia sitientes. Stetinenses vero & comites Episcopi arma rapiunt, ex rate prosiliunt, partim terra, partim aqua consistunt, vim viribus audacter arcentes. Cumque aliquamdiu pugnatum esset, hi qui de insidiis erant, à Stetinensibus cœperunt agnosci, & confusi de male facto fugerunt. At sacerdos, qui hæc machinatus erat, eadem hora domi cum amicis residens, paralysi & vehementissimo cœpit vexari languore, suis eum diis non immerito laniantibus. Cumque ore, oculis, ac tota facie distorta, frontem ad scapulas verteret, & miserabili corporis agitatione in mortem solveretur, exclamavit: Hæc patior propter insidias & mala, quæ contra Ottonem feci. In hac voce vitam finivit. Tantus autem fœtor subsecutus est, ut Pluto ipse infernalis, vel quisquis illic est maximus, ab hujus faucibus spirare putaretur. Item alius quidam de sacerdotibus, Ottoni contrariis, cum ad negotia sua cum institoribus fortè navigaret & in insulam quamdam nautæ, ut adsolet, ad suas commoditates applicuissent, iste alienata mente, nec vultu, nec voce sanum quid agens, ob amentiam à comitibus notatus est. Cumque seorsum ab aliis in silva veluti per amentiam vagaretur, juvenes quidam, quasi per lasciviam secuti, delirum persequuntur, funè per guttur ad arborem ligant, ac discedunt. Ille vero incautis motibus, vinculorum impatiens, solvere se luctabatur. Sed divino judicio confectus, per funem, qui collo injectus erat, intercluso anhelitu mortuus est.

vitaque insidias sacrificuli,

d

qui dira morte punitur.

E

171 Episcopus autem, Dei protectus auxilio, cum Julinam venisset, nihil ibi invenit adversitatis. Omnes enim redargutiones de apostasia seu de aliis excessibus patienter ferebant, indigna & mala opera sua dignis emendationibus, ad ejus doctrinam expurgare & corrigere parati. Ille autem per manus impositionem & sacri verbi exhortationem sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ omnes reformavit, baptizatis pueris & quoscumque Sacramenti hujus expertes invenit. Sicut enim exemplo Stetinensium pridem à fide recesserant, ita denuò, conversis illis, facilè convertebantur. Illos enim per omnia imitari, quasi pro sententia eis fuit.

Julinenses etiam convertuntur.

F

172 Cum autem sacris operibus illic institaret Episcopus, mulier quædam in rure posita, nescio quo eventu, subita cæcitate percussa est. Audiens autem Antistitem adhuc esse in civitate, duci se illo jubet, & veniens corruit ante pedes ejus, auxilium petens super clade sua. Signum autem æris pendebat ante fores ecclesiæ, quod simplices, cum intrarent oraturi, quasi ad excitandum Sanctos pulsare consueverant. Episcopus ergo dum ad succurrendum à muliere crebro invocaretur: Vade, ait, mater, vade ad ecclesiam, quassa campanam *e*, excita sanctum Adalbertum, ut te adjuvet. Abiit illa, Deum & sanctum Adalbertum invocans, arreptoque fune, non prius à pulsatione signi cessavit, quam oculorum lumen reciperet.

Cæca mulier simplicitate sua,

e

visum Sancti ope recuperat.

173 Videntes autem cives, gratias agunt Domino super gratia hujusmodi, & magis in fide Catholica roborati sunt. Sed dum hoc factum Episcopi meritis adscribere vellent,

AUCTORE SEFRIDO.

prohibuit eos, dicens; Non me miraculorum factorem, sed peccatorem sciatis. Potius hoc beati Martyris Adalberti meritis adscribendum certissimè noveritis. Num obliti estis, quomodo priori anno, cum tota civitas ista incendio vastaretur, hanc ædiculam suam beatus Martyr in mediis flammis positam liberavit; Sed moneo, ut illius calamitatis memores, nec Julium *f* ipsum, nec Julii hastam, nec statuas idolorum vel simulacra ullo modo colatis, denuò pristina mala iterantes; nec mortem, pestilentiam, incendia, bella, divina incurratis ultione. Hæc & his similia Dei servus ad eruditionem populi blanda oratione loquebatur.

f

Sanatus puer,

174 Die vero quadam miles habens filium lunaticum, benedicendum eum obtulit Episcopo, adductis cum eo quatuor bobus pascualibus, dònans donarium & gratiam pro benedictione. Sed Doctor bonus, manus suas excutere suetus ab omni munere, benedictionem quidem puero tribuit, ipsum autem puerum cum patre ac donariis ad papilionem suum, ubi capsæ ac reliquiæ Sanctorum erant, deduci jubet, ut ibi, si vellent, facta oratione & oblatione, Dei misericordiam invocarent. Vadunt: sanatur puer; gratias agunt.

B

item phreneticus.

175 Miles quidam freneси ac dementia, interdum capitis languore vexatus, in loco, ubi ad orandum steterant pedes ejus, sese projiciens, sanitatem orans obtinuit.

Seges in festo laborantis exusta:

176 In die sancti Laurentii Bocetis, presbyter beati viri, ad villam pergebat: homines autem terræ illius nondum consueverant servare dies feriatos. In ipso ergo die transeunte presbytero, rustici segetem metebant. Ille autem de observantia festi eos alloquens, merita Martyris prædicabat, atque ut ab opere cessarent, sub contestatione & reverentia beati Laurentii admonebat. Sed cum scriptum sit: Stultus non corrigitur verbis; homo qui magister erat operis, spreta sacerdotis admonitione, operarios suos magis ac magis urgebat. Contristatus ergo super illorum temeritate presbyter, cum abiret, imprecatus est Dominum, ut digna ultione contemptum Martyris sui vindicaret. Nec mora; ecce ex improviso ignis venit & stantem segetem & eam quæ messa fuerat, undique afflavit, tantaque vis ardentis fuit stipulæ, ut ipsi rustici de campo fugerent. Factumque est, ut qui salvis frugibus ab opere sponte cessare noluerant, perditis omnibus quæ habebant, cessarent inviti.

C

ob eamdem causam puniti duo alii.

177 Simile quiddam, eodem presbytero per viam pergente, in Assumptione beatæ semper Virginis Mariæ factum comperimus, duobus videlicet rustico & ejus uxore in agro metentibus. Zelo enim religionis presbyter eos prohibebat, dicens: Huic diei propter Assumptionem Dei Genitricis honorem deberi. Erat autem secunda feria. Dicebat ergo rusticus, Heri propter Dominicam non licuit operari, & iterum hodie vacare debemus; quæ est hæc doctrina *g*, quæ homines à rebus necessariis bonis jubet cessare? Quando ergo collectas videbimus fruges nostras? Puto vos invidere utilitatibus nostris. Cumque jam ad blasphemandum os aperire vellet, & falcem crebris tractibus messor vehemens in calamos vibraret; mirum dictu, subito extinctus in sulcos cecidit, falcemque in dextra, segetem autem in sinistra, ut abscta erat, tam fortiter mortuus tenebat, ut à nullo auferri posset. Mulier autem infelix socia operis, morte quidem mulctata non est, puto, quia sub viri posita fuit obedientia, sed tamen sine pœna & confusione non evasit. Nam corpus exanime viri ad ecclesiam secuta, falcem & segetem, de manibus suis & ipsa excutere non potuit, quousque coram populo & clero argumentum hoc illicitæ operationis probaretur. Sepulto igitur viro, abeunte cum timore populo, mulier quoque soluta est. Ex hoc autem facto populus majorem Dei Genitrici reverentiam, majoremque aliis festis celebritatem doctus est exhibere.

g

D

h

Rutenorum minis nil territus

178 Interea Rutheni *h* comperta fide & conversione Stetinensium, & quod in Christianitate penitus roborati sunt, à societate illorum se averterunt; commercia omnia mutuaque negotia institorum ex indignatione abrumpentes, quasi alterius jam fidei populo communicare in talibus non deberent. Isti autem sæpenumero à multis prædicatoribus ad fidem vocati, de integro nulli submittere se voluerunt; sed aliis interdum credentibus, alii non credebant, atque ex majori parte paganicis ritibus degentes, semina fidei *i* veluti spinæ suffocantes, illis convalescere non sinebant. Ruthenia vero Danos adjunctos habet. Porro Archiepiscopo Danorum etiam Ruthenia subjecta esse debuit. Sed populo fidem Catholicam propulsante, superfluum est Sacerdotes de Parochiæ terminis litigare. Rutheni ergo, paulatim crescente odio, Stetinensibus publice adversari cœperunt. Et primo quidem naves illorum à littoribus suis arcere, post etiam naves illorum submergere prorsus, etiam ex communi decreto hostes eos haberi statuunt; Ottoni Episcopo mandantes (audierant enim quod illo ad prædicandum venire vellet) ne umquam fines eorum contingeret. Dicebant enim nihil eum apud se inventurum nisi acerbas pœnas & mortem certissimam.

E

ad eos perrexisset,

170 Ille autem accepta tali legatione, tacite apud se exultat, animum parat ad martyrium, cogitat disponere omnia, tractat anxie apud se, an melius sit solum se ad talé convivium ire, an cum multis. Stetinenses autem quidam boni viri & prudentes in comitatu Episcopi erant Julinæ, gnari locorum, provinciarum, & morum cujusque gentis. Hos ergo paulatim Episcopus interrogationibus pertemptabat, scire volens, si quomodo Christus per eos se illuc perducere dignaretur. At illi de origine Rutheniæ gentis, de feritate animorum, de instabilitate fidei, & bestiali eorum conversatione multa ei narrantes, etiam hoc, quod Archiepiscopo Danorum subjecti esse debuerint, non tacebant. Sperans ergo Episcopus gratum fore illi, si converti possent, simulque attendens, congruum esse, quod per ejus licentiam ac permissionem ad prædicandum ejus parochiam veniret, Juvanum venerabilem presbyterum de latere suo & alios nuntios navigio cum litteris & muneribus, illuc pro licentia direxit.

F

nisi Archiepiscopo Danorum fuissent subjecti,

ad quem legatos mittit,

180 Archiepiscopus vero in maximo gaudio & honore legatos accepit, habitosque apud se multa humanitate, plurima de statu, de doctrina, & de operibus beati Ottonis percun-

ctaba-

A ctabatur. Erat autem vir bonus & ſimplex, bonarum rerum cupidus auditor, non mediocris ſcientiæ ac religionis, in exterioribus tamen Sclavicæ ruſticitatis. Nam & homines terræ illius tales ſunt, ut in maxima ubertate atque divitiis, generali quadam duritia, omnes inculti videantur & agreſtes. Urbes ibi & caſtra ſine muro & turribus, ligno tamen ac foſſatis muniuntur. Eccleſiæ ac domus nobilium humiles & vili ſchemate. Studia hominum aut venatio aut piſcatio eſt, vel pecorum paſtura: in his etenim omnes divitiæ illorum conſiſtunt; ſiquidem agrorum cultus rarus ibi eſt. Porro in victu vel in habitu veſtium parum lauti habent aut pulchritudinis. Noſtri ergo mediocres, in comparatione illorum, glorioſi erant. Juvanus vero presbyter Archiepiſcopo ipſo major eſſe videbatur.

ſed eo rem procraſtinante,

181 Cumque eſſet boni oris, ad omnia compoſitè reſpondens, illum valde oblectabat, nihilque ſatis ei eſſe potuit, quidquid de Ottone audiebat. Famâ enim ante annos plures hunc notum habuit; & nunc quidem gloriari atque lætari abundantius cœpit, quod ejus dignos & præclaros nuntios præſentes haberet, cujus tanta & tam præclara facta, vulgari fama paſſim prædicari prius audiſſet. De legatione autem ejus ad præſens nihil ſe reſpondere poſſe dicebat, niſi ante principes Danorum atque magnates per aliquas inducias conſuluiſſet. Juvanus autem & legati hoc longum ſibi judicantes, dimitti ſe rogant, ne ſuper eorum mora contriſtaretur Epiſcopus. Annuit ille cum benignitate, ac litteras, donaria, navemque grandiuſculam, butyro plenam, ſignum dilectionis & amicitiæ mittens Epiſcopo, dicebat; ex conſilio principum per ſuos legatos de verbo prædicationis ſe reſponſurum. Quod utrum induſtria, an ſimpliciter dixerit, nobis compertum non eſt. Nam cum per aliquot dies ejus nuntios exſpectaret Epiſcopus, de partibus Alamanniæ, de domo Babenbergenſi, plures nuntii venerunt, magnis & neceſſariis cauſis Epiſcopum revocantes.

obtenta de Ruthenis victoria,

C

182 Rutheni autem crebris inſultibus Pomeranos laceſſunt, & Stetinenſium fines armatis navibus perturbant. Cumque ſemel & bis repercuſſi, à bello ceſſare noluiſſent, Stetinenſes ex conſilio communi, arma tractare cœperunt, atque iterum venientibus, coadunatis viribus, occurrere. Sed quid plura? Tanta ſtrage Rutheni fuſi ſunt & tanti ex eis in captivitatem redacti, ut qui evadere potuerunt, nullum ultra victoribus bellum intulerint. Stetinenſes igitur hac victoria potiti, Domino Jeſu Chriſto & ſervo ejus Ottoni honorem adſcribebant; Ruthenos ultra jam non timentes, ſed ex captivitatibus ad humiles ſatiſque indignas compoſitiones eos aſtringentes.

Sanctus Bambergam revertitur.

Beatiſſimus proinde Otto, omnibus propter quæ venerat, bene completis, viſitans omnes quos potuit, decorum vale in maxima lætitia illis faciebat, per Ducem Poloniæ ac per alios amicos ſuos iter ad ſedem ſuam relegens. Itaque aliquot diebus gratioſa ſui præſentia & caris aſpectibus Ducem, Polonienſes dilectos dilectores ſuos, in plenitudine ſanctitatis, manſuetudinis & gratiæ lætificans, ita ſe promovit, ut in vigilia ſancti Thomæ, Babenbergenſi in eccleſia Cathedrali, in multo deſiderio & exſpectatione ſuorum, quaſi de victoria cum exultatione rediens, ſuſciperetur, cantantibus clero & monachis tota mente totiſque viribus: Domine ſuſcipe me, ut cum fratribus meis ſim *k*. AUCTORE SEFRIDO. *k*

ANNOTATA.

a Rhombus, *eſt piſcis plani genus, à figura ſic dictus.*

b *De ethnicorum more arbores etiam colendi, remittit Gretſerus ad Serrarium lib. 3 Rer. Mogunt. notat. 19: de eadem vel ſimili arbore actum eſt ſupra num.* 107. *Vide etiam Faſchium pag.* 492.

c *Inſerit hîc Andreas Gretſeri caput* 23, de orationibus pro ſalvatione pii Ottonis in Monte S. Michaëlis factis, & de viſione Ellenhardi ſenioris, *quæ neſcio unde acceperit.*

d *Nautas, opinor, indigitat.*

e *Non placet Faſchio iſta mulieris ſimplicitas, at Deo placuiſſe; ex eventu ſatis manifeſtum eſt.*

f *De* Julina, *Julium Cæſarem colente, agemus in notationibus ad Ebbonem.*

g *Non potuit Faſchius decoquere, quod ad marginem appoſuerat Gretſerus, de Lutheranis & Calvinianis, feſta non obſervantibus.*

h *Per* Ruthenos *hîc intelligendi veniunt* Rugii *ſeu* Rugiani, *ab inſula* Rugia, *de qua ſuperius iterum locuti ſumus.*

i *Fidem in ea inſula diu ante ea tempora prædicatam fuiſſe, & in honorem ſancti Viti exſtructam eccleſiam; docebunt Acta noſtra tomo* VI *Junii pag.* 140.

k *Hæc paulo clarius ab Ebbone explicata ſunt, ex quo ſua hîc accepit Andreas Gretſeri.*

CAPUT V.

Pretioſis Boleſlai pellibus operitur fœtens leproſus. Ad Pomeranos mittuntur dona. Sancti cum Bela Rege Hungariæ, amicitia. Hujus filiæ Sophiæ heroica in ſervando virginitatis propoſito conſtantia.

a Nobili veſte à Boleſlao donatus,

DUx Poloniæ Polizlaus *a* omneſque meliores terræ, illi ſumma amicitia conjuncti erant; frequentes ei ſalutationes & litteras mittebant, donariis ſuis eum magnificè honorantes, quia meritis ipſius ac precibus ſe apud Dominum juvari plurimum poſſe confidebant. Alii quoque principes ac divites de omnibus terris, audientes famam operum ejus, audientes eleemoſynas, ei ſæpenumero ingentia dona mittebant, ſocios ſe fieri & comparticipes ſtudiorum ejus devote poſtulantes. Quadam vice tegimentum nocturnale mirabilis pretii, de ſerico, auro & megalina *b* pelle confectum, inter alia ei dona allatum eſt, ipſeque auctor doni, ſpecialis amicitiæ ſignum hoc eſſe nuntians, obnixè rogabat, ut in recordatione ſui, ejus uſum dignaretur; neve de profligatione rei cauſaretur; devotè promittit, hoc detrito vel parumper abſumpto, aliud ſe tranſmiſſurum. *b*

AUCTORE SEFRIDO.

184 At Præſul, accepta veſte, plicat eam ac replicat, & diligenter undique perſpectam, veſtiario ſuo commendat. Deinde portitoribus & legatis, ſub perſona mittentis, reverenter inclinat, gratiaſque agit dicens: Siquidem magnæ dilectionis munus hoc teſtimonium eſt; & ego in memoriam datoris, in perpetuum illud ſervare curabo, ita ſartum, ut nec mures vel ulli fures furentur, vel tinea demoliatur aut ærugo. Habebat autem cognitos & ex nominibus propriis notatos omnes paralyticos, languidos, canceroſos ſive leproſos de civitate ſua, modum, tempus, quantitatem languoris eorum per ſe inveſtigans, congruaque ſubſidia omnibus providebat & curabat. Vocato igitur veſtiario ſuo: Tolle, ait, præclarum iſtud & carum mihi tegimentum, ac pone ſuper illum paralyticum, nomine illum deſignans, quem ſciebat longis doloribus adtractatum *, ulceribus ſcatentem & vermibus, cujus fœtorem vicinia tota perhorrebat. Abiit ille & juxta mandatum Epiſcopi delicatiſſima veſte miſerrimum illum cooperuit, mirantibus ac ſtupentibus omnibus qui hoc viderant.

ipſam magni ſe facere oſtendit;

* *al.* affectum.

B 185 Erant autem complures majores ac nobiliores, talia dona de manibus illius accipere conſueti, qui ſpe hujus deluſi, vix ab injuria linguas retinerent, dicentes; non opus eſſe megalinis pellibus leproſos ac paralyticos tegi, quibus utique ovium vel leporum veſtimenta ſufficere potuiſſent. Sed ſunt aliqui Epiſcoporum, qui ſi hanc veſtem corpori ſubtraherent, proprio ſanguini injuriam inferri fortaſſe non negarent, qui terrenæ ſapientiæ dediti, tales ſumptus fatuitatem vocant, qui cor trahentes in terra, lingua cælum pulſant; qui terrenum habent fundamentum, rem ſuam humanis præſidiis tutandam putant, moles turrium & inertem maſſam murorum multis ſumptibus coacervantes, ſpiritualia munimenta vilipendunt. Verum Ottoni beatiſſimo non ea mens erat, omnem fiduciam in divinitatis ope collocabat. Caſtra quidem & urbes ad terrenos uſus quandoque parabat: ſed longe major eccleſiarum vel monaſteriorum ei cura fuit.

ſed ad fœdum leproſum deferri mandat,

C 186 Faber *c* quidam peritiſſimus, de arte ſua Epiſcopo innoteſcere cupiens, telorum ac diverſi generis ſagittarum, ad opus bellicum mirabiliter præparatarum, ſportam plenam adportavit, ut in urbibus & propugnaculis Epiſcopi futuris neceſſitatibus ſervari debuiſſent. Epiſcopus vero gratias quidem egit homini, pro munere dignam illico mercedem rependens, ſed manu propria unam levans, quæ triplici acie ac longo acumine, viſu etiam erat terribilis: Quare, inquit, iſtam tam longam, tam ſubtilem, tam acuram feciſti? Ille; Tales, inquit, facimus ad penetrandas loricas & clypeos. Impulſu enim baliſtæ, tales ſagittæ nec ſcuto nec thoraci tueri ſinunt hominem. Cui Epiſcopus: Ego, inquit, agam, ut mortales ſe de his non mortificent: jubetque omnes ſimul levari, ſicut erant in cophino, portitotibus dicens: Ferte hac abbati Hermanno, rogantes diligenter, ut, mei cauſa, eas in obſequio Domini expendat, ne mortibus hominum aptentur. Habebat autem Abbas in manibus opus, tectum videlicet Eccleſiæ ſancti Michaël Archangeli. Acceptis ergo ſagittis, patula retro hæſimenta *d* omnibus convolvi juſſit, ac de nobiliſſimis ſagittis clavos tegularum fabricans, tecto illos Eccleſiæ coaptavit. D

c ac oblatas ſagittas in clavos converti.

187 Quidam œconomorum ejus Rudolfus, vir bonus ac prudens, ad eum propter domeſticas cauſas veniebat: cumque pro explicandis rebus apud eum aliquamdiu demoraretur, Epiſcopus more ſuo egreſſus viſitare Xenodochium, ſtabulum tranſivit œconomi, videnſque duos equos fortes & eleganti corpore, à comitantibus, cujuſnam hi ſint, inquirit: ſed illi procuratoris ſui eſſe eos, dicunt. Bene, inquit, magni ſunt & fortes: certè portare habent pretia & redemptiones captivorum in terram Pomeranorum. Audierat enim quoſdam de baptizatis ſuis in civitate barbararum gentium fuiſſe captivatos. Sublatis ergo equis, œconomus re agnita, ad Epiſcopum venit; de via ſua & negotiis ſuis inſinuat, equitaturas repetit, quas ſi habere non poſſit, ad omnia ſe impeditum dicit. Cui Epiſcopus: Non iraſcaris, obſecro, lucrum quoddam & negotiationem cogitavi: eſto ſocius meus. Agamus pariter, ut de fructu & lucro actionis pariter gaudeamus. Decem equos, pannis oneratos, in Pomeraniam miſſurus, opera tua indigeo. E

Pomeranis ſemper inimicus,

188 Omnem igitur pannum *e*, qui ad uſus noſtros in partibus Saxoniæ repoſitus ſervatur, inargentabis; inſuper omnes pecunias de redditibus earumdem partium ad nos pertinentium, quas colligere poteris, cuncta ſimul ad nundinas Hallæ portabis. Noſti etenim nobiles, puros, & pretioſos pannos in terra Pomeranorum caros, frugi mercatu Hallæ inveniri. Igitur quidquid ex præfata pecunia fuſtani *f*, & purpuræ, friſſati, fritſali quoque ſeu alterius cujuſlibet optimi generis vel coloris pannorum coëmere poteris, in ſarcinas concludes, aliaſque ſpecies glorioſas & res pulchras emens, omnia his jumentis in Pomeraniam diriges, partim dona majoribus, reliqua vero, cauta venditione habita, pretium captivis, quos in barbaras nationes abductos conſtiterit. Hæc autem ſi, ut dictum eſt, ita exequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inanes nec ſine mercede in futura vita remanebimus. Hac etenim cauſa equitaturas abſtuli. Abiit homo & quia fidelis erat, omnia ſicut Epiſcopus ordinaverat, haud ſegniter implevit. Munerantur honeſtiores, inſtitor Ottonis laudatur, forum ejus ac diſtractio populo rudi admirationi fuit & exemplo, certatimque cuncti rapientes, res duplo emebant, tum præ dilectione Pontificis, tum etiam quia pretium redemptionis eſſe ſciebant. F

e œconomum ſuum pia negotiatione inſtituit.

f

189 His omnibus ad votum Epiſcopi explicitis, eumdem œconomum mittit ad Regem Hunorum, illum beatæ memoriæ Belam *g*. Qui à patruo ſuo Colomanno Rege, cum patre ſuo almo Duce, in diebus adoleſcentiæ luminibus privatus, poſtea in regnum ſublimatus eſt, oculiſque fidei ac ſapientia mentis præditus, rempublicam Ungarorum per annos plures graviter adminiſtravit, plenus orationibus, plenus & operibus bonis, & eleemoſynis. Certus itaque de ſtrenuitate Rudolfi Epiſcopus, cujus memoria ſemper in benedictione ſit, qui ad omnia ſtudia miſericordiæ ſedulus ei miniſter erat, ad prædictum Regem Belam, magnum eleemoſynatorem, cum litteris ac donariis eum direxit, parare amicitias

Eumdem ad Belam mittit,

g

A citias ac ſocietatem, notitiam quoque ac paritatem ſtudiorum in operibus miſericordiæ, accendere hominem ſanctum ad deſiderium futuræ exſpectationis, ad gaudium æternæ vitæ atque beatitudinis.

sui ſancta amicitia conjungitur.

190 Bela igitur accepto nuntio auditiſque litteris Epiſcopi, ſpirituali gratia & divina conſolatione plenis, lætatus eſt valde, atque in feſto Paſchali, quod apud Ungaros, etiam propter ipſius terræ maximam ubertatem, multa epularum largitate ſplendidè ac delicatè celebrari ſolet, magnificè habuit nuntios Ottonis, vitam ejus, converſationem, ſtatum & opera crebro interrogans, miraturque omnia, quæ de illo audivit; magnæ felicitati adſcribens, quod talis viri notitiam per nuntios, dona & litteras accipere meruiſſet. Conſummatis ergo diebus, cum tempus eſſet dimittendi legatos, multa devotione ſacris beati Viri orationibus Rex ſeſe commendans, dona multiplicat, vaſa aurea & argentea & veſtes pretioſas mittit, inſuper viginti libras excocti auri, ſpecialiter obſecrans, ut has in aliquos divinos uſus, in recordationem ſui, expendere dignaretur. Epiſcopus ergo acceptis donis &
B auro, nil moratus, beato Michaëli hoc obtulit, Crucis decus in nomine Salvatoris de hoc fieri mandans, additque de ſuo, auri quantitatem & gemmas, & cuſorem conducens, inſigne trecentas argenti marcas valiturum, ad honorem Dei & utilitatem Eccleſiæ fabricatus eſt.

h
Bélæ filia Sophia,

191 Sed quia Belæ Ungarici Regis mentio incidit, pauca de filia ejus Sophia *h*, quæ in propoſito virginitatis, ſub ſacro velamine inter ſacras virgines Admontenſis cœnobii laudabiliter degit, licet à propoſito diſcordent, inferenda ſunt; ſi quos forte legentium ſive audientium poſthac lucri facere ejus exemplo Dominus hac lectione dignetur. Hæc etenim ante annos nubiles petita eſt in matrimonium Heinrico puero, Conradi Regis Teutonicorum filio primogenito. Bela ergo cum ſæpe rogatus adquieviſſet hanc illi dare, & nuntii propterea veniſſent, Archiepiſcopi & Epiſcopi, aliique primates de regno Alemanniæ, ut juxta imperialem magnificentiam clare ad nuptias duceretur; hoc ordine, hac oratione ad
C ſponſalia eam direxit; Domine, inquiens, cæli ac terræ, tu omnia vides, ego vero nihil video. Tua ordinatione, ſicut voluiſti Domine, cæcus factus ſum. Sed tu omnia videns, intueris abdita cordium; vides præſentia & futura indifferenter. Et manus ponens ſuper caput filiæ, Hæc inquit, Domine, mihi unica eſt filia: hac me ſola prole feminea in tua miſeratione beaſti. Hanc hodie, te teſte, te ad auxilium noſtrum invocato, ad nuptias mitto; hanc, te comitante, præſentibus nuntiis committo, tali fixa inter me & te, Domine Deus, conditione, ut numquam eam deſeras. Et, ſi forte is, qui eam petit filio ſuo, Dominus Imperator Conradus, umquam mali quidquam adverſus eam cogitaverit, tua in protectione, tibi hanc commiſſam habeas.

filio Conradi Cæſ. nuptui data,

192 Ad legatos autem: En, inquit, coram vobis eſt; tollite filiam meam, ducite eam Imperatori veſtro: & quia meâ vitâ ipſa mihi carior eſt, omne quod charum vel pretioſum habeo, cum ea tranſmitto. Juſſitque apportari omnia regalia ſua, capellam ſuam totam cum patrociniis Sanctorum, cum univerſis paraturis & utenſilibus aureis & argenteis, cum tentoriis ac papilionibus, cum jumentis optimis ad ſubvectionem rerum, inſuper aurum & argentum abſque ulla æſtimatione, dona genero ſuo ac filiæ. Et apprehendens ſcrinium, in quo erat patrocinium beati Blaſii, ſtatuit ſuper hoc filiam ſuam, dehinc ad legatos: En, inquit, filiam meam cum patrono ſuo, in hæc verba, ut locutus ſum, in nomine Domini vobis committo. Igitur abeuntibus nuntiis, exita jam Ungaria, cum ad Taurum montem Carinthiæ propinquaſſent, Imperator Conradus, obviam eis mittens, ad virgines admontenſis cœnobii dominam cum puellis ſuis interim locari fecit, donec opportuno tempore; ſolemni habita curia, convenienti honeſtate ad nuptialia vocaretur ſacramenta. Dona vero ac omnes divitias, quæ allatæ cum ea erant, ſibi adportari fecit. AUCTORE SEFRIDO.

eo præmortuo,

193 Itaque diverſis negotiis ingruentibus, quæ Regum etiam animos à propoſitis retardant, rem explicare præpeditus eſt. Puer etiam infirmitate præventus, domina in monaſterio permanente, ex hac luce ſubtractus eſt. Bela quoque requievit in Domino & filius ejus Giſo * ei ſucceſſit in regno. Qui videns nuptias ſororis eſſe fruſtratas, nuntios miſit, ut reduceretur: ſed illa noluit Secundo miſit & tertio: ſed illa redire abnuit. Ad extremum reputans apud ſe, vi fortaſſe teneri eam à rectoribus monaſterii, indignari cœpit adverſus locum, & niſi quantocius redderetur, excidium vaſtationemque minari. Sed virgo caſtiſſima, mente & corpore ad omne bonum diſpoſita, Deo magis quam ſeculo placere deſiderans, ſororibus ibidem degentibus adhærere cogitabat, apertiſque oſtiis clauſtri, cum abbas in ejus poſuiſſet deliberatione, intus manere vel ad nuntios fratris exire; manere intus delegit, & numquam à propoſito virginitatis recedere. Rex autem nimio germanitatis affectu circa ſororem affectus, cum ſecundum ſeculi hujus magnitudinem ſublimare eam vellet, modo vi, modo aſtu & ingenio teneri eam querebatur, habitoque cum neceſſariis conſilio, ire parat liberare eam in manu forti. Sed viri magni & prudentes, quos conſilio ſuo adſciverat, Regem monebant non abire, nec cito Theutonicorum regno bellum
F importari oportere ſine cauſa belli. Optimum eſſe factu, ut miſſa perſona publica & honeſto comitatu, cum decore ac diſciplina dominam repeterent. Quæ ſi inordinate negaretur, juſtas demum communionis cauſas fore.

* *al.* Geiſa.

ipſa in partheone Admontenſi,

virginibus adhærere ſtatuit;

fratre Giſone

194 Sed quid multis? Licet ægre fracto animo, Rex audivit conſilium. Mittit ducem unum, virum fortem cognatum ſuum, amatorem gloriæ ſuæ, & cum eo militiam magnam. Et ecce ventum eſt Admonti. Abbas vero & fratres, conſpecta multitudine & potentia legati, rem agi ſerio vident, turbantur, præſidia orationis quærunt. Deinde egreſſi ad legatos, reſponſa tyranni triſtes accipiunt; ſcilicet ut puellam reddant, aut graves Regis Ungarorum experiantur inimicitias. Abbas ve-
fruſtra minis, ro, vir dignæ auctoritatis, gnarus ad omnia maturoque pollens conſilio, meritis ac religione, decus & firmamentum monaſtici ordinis, ad verba legatorum his paucis reſpondit: In hac cauſa nihil à nobis perperam actum

AUCTORE SEFRIDO.

est sive agetur. Sed hodie curam corporum vestrorum, quia in itinere fatigati estis, velim agatis. Negotium vero vestrum crastina dies expediet. Itaque lauto apparatu epularum multaque diligentia eis ministratur. Sequenti vero die Abbas ad legatos: Et quid, inquit, facietis, si domina vestra sponte vobiscum venire noluerit? Numquid invitam abstrahetis? Numquid nolenti & renitenti manus violentas injicietis? Siquidem hoc regibus ac regnis extremum est dedecus, vi trahi ad quod nolint, & subjici quando non velint, atque alienæ voluntati seu violentiæ mancipari; non id puto convenire libertati ingenuæ.

promissis & donis,

195 At illi: Sic est, inquiunt, & nos eam libertati suæ restituemus, & non vim, sed obsequium præbebimus eunti. Denique si ab indigna coactione soluta, suæque libertati fuerit restituta, certe quidquid propria deliberatione elegerit, neque vos neque nos prohibere debebimus: & Rex Ungarorum invictissimus indecenter vel contra decus regii sanguinis habitam germanam suam conterinam * causari non poterit. Placuit sermo Abbati & fratribus, venientesque in atrium Basilicæ ante fores claustri, quo virgo sancta cum convirginibus clausa degebat, duos faciebant globos, seorsum legati & milites populusque multus, qui ad spectaculum venerat, & seorsum Abbas cum fratribus. Reserantur postes, januæ claustrales panduntur, regina ad nuntios exire rogatur. Negat illa; Nihil sibi & eis esse dicens. Lege se loci, limen januæ, nisi morte obita, non esse transituram. Docetur ergo, quid inter Abbatem & legatos sententiæ ac rationis de ipsa constiterit. Illam de sub claustris in apertum egredi oportere, liberam fieri, coactione solvi: ceterum in ejus arbitrio locandum, quam sibi viam elegerit.

eam inde avellere conato.

** An non coüterinam?*

B

196 At illa femineo corpore viriles animos gerens, ubi vidit, quia sic necesse est, neque litem aliter posse decidi, pede limini imposito: En, ait, sancta Maria Domina mea, patrona mea, mater Domini mei Jesu Christi, sponsi mei, salva gratia tua & pace, te duce, te comite, limina tua transeo; te adjuvante, te protegente, cito reversura; tibi commendo causam meam, Virgo virginum:

Heroica virginis constantia,

C & tu, beate Blasi, Martyr Christi, patrone Admontensium, Domine ac dominator loci hujus, qui me, à parente meo tibi commendatam, divina ordinatione in hæc tua tecta suscepisti peregrinam; obsecro ne me derelinquas. His dictis, flebant virgines, fratres flebant universi. Egreditur illa, modesto gradu ac lento in medium tendens. Stabant legati immobiles, vestes tantum ac purpuram gemmasque pretiosas, in cultum seculi ei ailatas, offerentes ac protendentes, ad reginæ animos pelliciendos. Omnes igitur, qui aderant, immoti stabant, avidè spectantes & operientes, quid esset factura, nullo ei propinquante. Sacræ autem virgines stabant, ardentissimè flentes & orantes, veritæ admodum, ne tantum decus societatis amitterent. Itaque ubi libertatem & absolutionem suam in medio posita satis omnibus ostenderat, ad nuntios conversa Regina virgo, modestè inclinans, valefacit eis.

197 Deinde viâ, quâ venerat, ad sorores rediens, clara voce, multam compunctionem omnibus excitans, cantare cœpit: Regnum

omnium applausu excepta.

mundi & omnem ornatum seculi contempsi: D succinentibus ceteris virginibus, quæ illam in limine stantem operiebantur; succinentibus pariter & monachis, & prosequentibus eam in gaudio & lachrymis usque ad introitum januæ. Omnis quoque populus voces & laudes dedit in excelsum, gratias agens Deo, quod virgo nobilis & tenera tam virili mente seculi abjecisset delicias. Nuntii quoque, non minus aliis, Dominum magnificabant, omniaque ornamenta seu vestes, quas in usum seculi ei portaverant, monasterio conferunt; & reginæ valefacientes, ejusque se orationibus commendantes, in pace & gaudio ad Dominum suum revertuntur; quæ gesta erant ei referentes. Mitigatus est itaque Rex, ultrà à proposito suo illam revocare desistens. Hac igitur brevi digressione utilitati posterorum consuluerimus. Ceterum ad propositum revertamur.

ANNOTATA.

E

a *Hîc incipiunt capita aliquot in Andrea Gretseri distincta, quæ alibi diximus, male ab eo relata esse libro* 1, *cum pleraque spectare videantur ad sancti Ottonis gesta post apostolatum Pomeranicum, ita ut anonymus hic noster, Sefridum haud dubie secutus, rerum seriem melius servaverit. Apud Gretserum libro isto primo cap.* 34 *interloquuntur Thimo & Sefridus, sed hîc omnia paulo contractius posita sunt.*

b *Eadem quæ* mygalina, *à* mygala *animalculo, inter murem & mustelam speciem habente, quod Latini murem araneum appellant, cujus mentio est Levit.* 11 *inquit Cangius. Vide ibi* ℣ 30.

c *Historia Sagittarum non male lib.* 1 *collocaretur. Siquidem acciderit dum templum sancti Michaëlis ædificabatur, quod circa annum* 1120 *contingere potuit; nisi agatur de alio monasterio aut æde sacra, quam alio tempore consecraverit sanctus Otto, uti forte indicant verba relata sub initium capitis sequentis, dum appellatur* Præsul grandævus, *qualis certe dici non potuit, dum anno* 1121 *consecravit monasterium S. Michaëlis, ut alibi dictum est. Porro non unam fuisse ecclesiam istius monasterii, docet nos Ebbo lib.* 1 *num.* 9 *cujus verba sunt:* Statuens duas basilicas ex utroque latere monasterii, *præter capellam B. Ægidii &c. quæ cuperem à scriptoribus nostris distinctius explicata.*

F

d *Apud Canisium & Faschium est* patula retro haurimenta, *apud utrumque Andream* pabula retro hæsimenta: *corrupta, opinor, utrobique lectio, ita intelligenda, ut dicere velit, auctor, ex* triplici *sagittarum* acie, *duas esse convolutas, sic ut* longum acumen *solum supereset, atque sic* de nobilissimis sagitis clavi tegularum fabricari, *&* tecto ecclesiæ coaptari *potuerint.*

e Annonam *legunt alii; verum sive* pannus, *sive* annona, *quomodo* inargentari *dicantur, non satis perspicio, nisi liberali in pauperes & captivos distributione.*

f *Non magis pervium mihi est divinare, qui aut quales panni isti fuerint, quam Faschio pag.* 474.

g *Tota hæc historia, mera est digressio, ad vitam S Ottonis nullo modo pertinens, quæque tota post obitum ejus contigit. Ceterum heroica virginis regiæ constantia in exemplum proponi meretur.*

A *tur. Si recte Cramerum intelligo, hanc Sophiam confuderit Bonfinius, cum alia Sophia Henrici IV sorore, de qua supra. Vide Polonum historicum pag. mihi 94.*

CAPUT VI.

Ad consecrandum monasterium divinitus convalescit. Senio & laboribus fractus, operibus misericordiæ sanctissime immortuus, ab iis potissimum oratione funebri Imbriconis laudatur.

a *Consecraturus monasterium,*

QUodam tempore *a* dum monasterii cujusdam consummatio dedicationem exspectaret, & omnia, quæ hujus officii ratio poscebat in corporalibus & spiritualibus, laute
B ac diligenter præparata fuissent, omnibus in expectatione positis, Præsul grandævus molestia corporis laboravit, adeoque infirmatus est, ut ad opus consecrationis vires minimè habens, misso nuntio, in vigilia beati Ægidii, ad aliud tempus dedicationem transferendam statueret. Sed quia parata erant omnia & cupientibus animis omnis dilatio invisa est, duplici mœrore ecclesia turbari cœpit, pro languore videlicet Episcopi, & pro frustrato desiderio exspectatæ consecrationis. Quocirca orationes non cassas mittunt ad Dominum, vires ac sanitatem Præsuli obnixè postulantes. *à morbo divinitus convalescit.* Igitur meridiano tempore in lecto recubans & sopore paululum pressus, puerum coram se per somnum ludentem & saltantem videt Episcopus, ac de Psalmo versum crebro cantantem: In Domum Domini lætantes ibimus. Expergefactus vero, ægros prius artus, fortes invenit & vegetatos. Corpus levat, sentit gratiam sanitatis rediisse: cubicularios citat, interdictum consecrationis mutat, proximoque in die sancti Ægidii, sicut antea voluerat, in magna totius ecclesiæ lætitia dedicationem
C peragit, Domino sibi vires administrante.

b *Senio & laboribus fractus,*

199 Post ea vero tempora, tam morbis *b* quam senio exhaustis viribus corporis, indies dissolvi cœpit, & labore infirmitatis continuæ ad laborum finem tendere. Itaque cum se acrius premente languore, in proximo ad Dominum speraret migraturum, illud amicum sibi semper ac solitum opus eleemosynæ tanto ardentius exercuit, quanto illi constabat, quod diu hoc exercere non daretur. Omnia igitur loca, omnes domus & curtes circa positæ, imo tota civitas, eo volente atque jubente, pauperibus & peregrinis repleta fuit. Aderant viduarum & orphanorum longa examina, clericorum & monachorum intrantium & exeuntium multitudines negotio beato pii mercatoris, jam abire parantis, ad extremas nundinas; sacras dixerim; in quibus terrenis cælestia, temporalibus æterna bona comparabat. Fervebant sane circa illius lectum cœli terræque sancta negotia, & Martha semper solicita & turbata circa multa, & innumerabilis humanitatis officio, nec languida jam mortique vicina, cessavit ab operibus suis plurimis propter unum, quod sciebat esse necessarium. Cum abbatibus enim & præpositis, cum procuratoribus & dispensatoribus suis, de omnibus ordinavit; ecclesias & cœnobia sua & diversoria, intima retractatione digessit, singulisque, prout opportunum videbatur, sumptus & necessaria supplevit. Cerneres jam oleam uberem & frugiferam, solita ubertate uberiorem, & copiosissimis fructibus, onustam, totam se carpentium manibus inclinare. AUCTORE SEFRIDO.

200 Et revera, mirum valde est, quod hic *suis omnibus in pauperes erogatis,* inexhausta benignitatis arca, quæ tot ante diebus & annis ad erogandum jugiter patuit, adhuc tantillo tempore tantum quod erogaret, habere potuerit. O Martha, Martha devota Domini, quando vel quomodo sentires egestatem? Quis enim donantium, donanti omnia, egens umquam factus est? Interea vero languor magis magisque spiritum luctantem urgebat, riteque dispositis omnibus, quæcumque post se victuris præstare potuit, supplici & pura confessione præmissa, olea illa, & placida & sacra unctione sacri olei delibuta, propitiabile viaticum, corpus Domini percepit, & circumstante illo suo semper familiari collegio virorum religiosorum, tam monachorum quam clericorum, psalmis & orationibus agonem ejus devote Deo commendantium, plenam operibus bonis & eleemosynis, plenam honoris & gratiæ animam exaltavit in cælum. *sanctissime moritur.* Quid multa? Flebat civitas universa, juvenes, & virgines, senes cum junioribus: flebat omnis ordo, flebat omnis religio, divites & pauperes, nobiles & mediocres cum plebe rusticana, omnes patrem ademptum tanto lugebant amarius, quanto ab omnibus illis carius ipse amabatur. Monasteria & ecclesiæ longe vel prope positæ; magnates & capitanei provinciæ, fama mortis ejus exciti, ex omni parte confluebant: se ingratos atque inertes arbitrati, si ejus, quem tantopere dilexerant, funeri non adessent, vel si debitos honores tantis exequiis non præstarent. E

201 Supervenit quoque sacræ semper memoriæ Imbrico, Herbipolensis Episcopus, vir clarus & prudens, tam eloquii venustate vel ingenio, quam etiam sapientia præpollens. Supervenit, inquam, amicus ad amici exequias invisas *c* & dolenti & ardentissime flenti ecclesiæ, lugendo ipse ac dolendo luctum auxit & dolorem. Jam enim per totum triduum dormitionis ejus, dilecti corporis gleba per omnes ecclesias circumferebatur, jugi sacrificio, indefessisque orationibus & multis eleemosynarum largitionibus, beata ejus anima Deo commendata fuerat ab omnibus. Quarto die ubi ad locum tumuli ventum est, Episcopus commendationem celebravit, atque inter Missarum solennia, quæ pro dilecti patris & amici, multa intentione devotus agebat, ad mœrentem & lugentem conversus multitudinem, brevem quidem, sed gratiæ dulcedinis plenum intulit sermonem, ita dicens: *Imbrico, Herbipolensis Episcopus,* F *c*

202 Ecquid fiet, quid erit consilii? Mortua est Martha, Ecce ubi jacet. Quis ergo venientem Dominum Jesum in hoc castello amodo suscipiet? Equidem defuncta est, defuncta est Martha, quæ illum suscipere consueverat. Defuncta est hospita Domini Jesu Christi, quæ venienti hospitium præbebat, sed *funebri oratione,*

AUCTORE SEFRIDO.

sed & ponebat mensam. Pariter benigne ac liberaliter ministratum ab eo est; nisi quod non solum ministravit Christo, sed minister & hospes ac susceptor fuit Christianorum. Ecquis stabit in loco ejus, quis vicem ministerii hujus implebit? Quis, rogo, aget quæ iste agere consuevit? Omnibus gradibus, omnibus ordinibus, omnibus personis Ecclesiæ valde utilis fuit. Ecce defunctus est, ut vere dicam, servus servorum Dei. Quid facietis monachi? Quid facietis clerici? Quid facietis pauperes & mendici? Quis vobis restituet matrem vestram? Ubi amodo illa materna ubera, ubi maternos affectus quæretis? Sed quærere ubique potestis; vobis denuntio, nusquam invenietis. Sui temporis enim secula (confidenter dico) hunc solum, hunc unum tantæ misericordiæ virum habuerunt. Ut enim de aliis virtutibus ejus taceam, quæ plurimæ fuerunt & claræ, in misericordia & misericordiæ operibus tantus erat, ut nullum penitus ex omnibus mihi notis ei possim adæquare.

B *Sanctum Marthæ comparat,*

203 Sed quid dicam? Doleo, dico iterum, doleo vicem illorum, qui in sinum hunc misericordiæ fugere consueverunt. Doleo, ut verum fatear, vicem meimetipsius, ac, ut ita dicam, me miseret mei meritoque mœrore conturbor. Multum enim præsidii, multum solaminis in hoc amico perdidi. Hic enim commodus, societate opportunus, magnum mihi fuit præsidium. Cum hoc fiducialiter ac tute omnes curas meas, omnia ne-

d gotia seu consilia pensiora *d* communicare solebam. Hic mihi, ut breviter dicam, in omnibus opportunitatibus meus magnus fuit sublevator. De me certe dico; Nam mei nominis ordo universus, videlicet ordo pontificalis, hoc adempto compare, merito lugebit. Hic nobis gemma, hic decus, hic splendor fuit. Conventus quippe nostros in conciliis sive curiis, virtutum suarum radiis collustrabat. In hoc, ut ita dicam, quasi in veteri libro, quomodo nobis vivendum, vel quid agendum esset conspiciebamus. Sancta enim exempla, sanctæ actiones magis erudiunt, quam verba. Sed doctrina hæc, ô dolor, rara est in hominibus: quotquot sumus, eloquio magis, quam exemplo proximos ædificare studemus. Sed iste & eloquio & exem-

C plo, dixit & fecit. Talem Martham de medio nostri ablatam æqua mente quis ferat? Sed vado ad altiores.

ejus opera misericordiæ

204 Hujus certe interitum, ô Romane Pontifex, caput sacrosanctæ Ecclesiæ, senties; & tu regnator orbis, Rex Alammaniæ . . . , Imperator Rom. Auguste, casum Pontificis hujus experieris. Ambo, permaximi, magna clade multati estis. Magnus enim Ahod ille ambidexter vobis occubuit. Occubuit ille, qui utraque manu pro dextera utebatur, Israheliticæ gentis ductor egregius. Occubuit, inquam, qui potens erat & industrius, & prona voluntate reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & Deo, quæ sunt Dei. Non tibi, ô Imperialis majestas, non tibi cito consurget alia columna, cui tam fiducialiter inniti queas. Hic te quidem non solum divitiis & prudentia seculari, sed, quod utraque majus est, sanctitate suffulsit. Sanctitate, inquam, & virtutum meritis Imperatorem pariter & imperium sublevavit. Justitia enim & sanctitas in dextera ejus. Non parva res acta est, non D parva hæc mutatio in Ecclesia Dei. Non ergo leviter ferenda talis viri mors *e*. Ubi *e* amodo tale ingenium, talem prudentiam, talem bonitatem inveniemus? Sed redeamus ad monachos, redeamus ad populum spiritualem, detrimenta illorum lamenta nobis faciunt.

potissimum exsolvens.

205 Quid fiet de illis? Quid fiet de monachis & pauperibus, qui ad has manus spectare consueverant? Lugetis, video, & fletis Ottonem nostrum; & certe non immerito. Vobis enim ille occubuit, vobis ablatus est. Vos nempe, ô monachi, specialiter populus pascuæ ejus & oves manus ejus. Hic profecto erat, qui de abundantia divitum hujus mundi vestram supplere sollicitus fuit inopiam Hic magno auctoritatis exemplo gloriari solebat, dicens: Spolians Ægyptios, ditavi Hæbræos. Nam revera sanctè ac religiosè multa secularibus extorsit, quibus penuriam sublevaret spiritualium. Sancta & religiosa fraude, ut ita dicam, divites circumveniebat, ut eleemosynas facerent quandoque non cogitatas; argumentosus enim erat in lucris divinis: nam & manus Domini cum eo erat. O quam multos divites cum suis omni- E bus divitiis ad spiritualem vitam trajecit! Quidquid personarum, quidquid rerum vel operum seculo auferre potuit, Deo aptavit, pietatis ac misericordiæ obtentu. Quid multa? Misericordia ejus, super omnia opera ejus; misericordia Dei ante oculos ejus semper fuit.

Ultima deprecatio,

206 Orate ergo, fratres dilectissimi, o- rate attentius, ut & ipse hodie misericordiam consequatur. Orate ut illa beatissima anima, quam credidit, quam speravit, quam dilexit, re ipsa Dei misericordiam hodie percipiat. Equidem non surdis auribus illud Euangelicum accepit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et; Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Nullus autem misericors esse potest, qui non & humilis fuit. Omnis ergo misericors, & humilis est. Unde bene inferre possumus, quod veram & coram Deo probatam habuit humilitatem spiritus ejus, qui tantæ misericordiæ extitit. Interventu ergo beatæ Dei Genitricis Mariæ, cui semper devotus fuit; interventu beati Michaëlis Archangeli, cujus eccle- F siæ reparator & sublimator hodie conspicitur, quem patronum & servatorem, & corpori & animæ suæ delegit; interventuque omnium beatorum spirituum, spiritus ejus divinam misericordiam consequatur. Ipsorum, inquam, atque omnium Sanctorum suorum meritis, si uspiam, sicut est humanæ fragilitatis, tanta ejus opera, tantæ ipsius miserationes & benefacta, humana laude vel humanæ laudis intentione titillata sunt vel maculata (nihil enim satis purum coram summo judice) Rogate, quæso, rogate attentius: oremus omnes pariter, ut hoc abolere, hoc tollere dignetur ipse, qui tollit peccata mundi, Agnus Dei, Dominus noster Jesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum.

& omnium Ordinum planctus.

207 Quanta vero vociferatione, quanto mugitu, quantis affectibus & lachrymis omnes Amen responderint, dici non potest. Sic ergo finita Missa, in loco, ubi cernitur, in ecclesia beati Michaëlis, Comitibus, Marchionibus seu aliis quibuslibet nobilibus feretrum

ejus

A ejus certatim geſtantibus, ſarcofagum levantibus, ſeu alia, quæ ibi erant neceſſaria, operariorum more, ſuis manibus devotiſſime agentibus, ejus corpus tumulatum eſt. Anno Dominicæ incarnationis MCXXXIX *f*. Tertio Nonas Julii, feliciter. Amen.

f

ANNOTATA.

a *Hanc conſecrationem fuſius deſcripſit Andreas Gretſeri ex Ebbone, ut ait: nos rem totam cum aliis analectis in appendicem rejecimus.*

b *Compendio utitur anonymus; rem melius diſpoſuit Ebbo: narratio ſuppleri poterit in additione, quam ex Andrea Gretſeri & aliunde ſubjungemus.*

c *Andreas Gretſeri legit* invitas; *neutrum placet: malim ego* invitatus.

d *Laudatus Andreas melius poſuit* penitiora.

e *Legitur ibidem* ablatio.

f *Error typographi in omiſſione unius litteræ numeralis* C, *hic correctus eſt. Andreas Gretſeri omnia certius verbis expreſſit: aſt in die non minus erravit quam noſter Anonymus, ſcribens* III *Kal. Julii; quod falſum eſſe, evidentiſſime patet, cum pridie Kalendas primum mortuus ſit Sanctus. Noſter ſignavit* III *Non Julii, in quo etiam fallit; eſt enim hic dies Julii quintus, adeoque ſexto ab obitu die ſepultus eſſet, contra quam ſuperius num.* 201 *diſertiſſime ſcripſit, & habet Andreas quoque pag.* 354, quarto die ad locum tumuli ventum eſt, *eodem habita oratio funebris, eodem die* ejus corpus tumulatum; *ut proinde recte dixerim in commentario, pro* III Kal. *&* III Nonas, *ſubſtituendum* III *die Julii.*

B

VITA ALTERA

Auctore, ſi non fallimur, Ebbone monacho.

Ex Ms. Bibliothecæ Paulinæ Lipſiæ, numquam antehac edita.

C

PROLOGUS.

OMne, quod agimus, per humilitatis cuſtodiam munire debemus; quia, teſtante beato Gregorio, qui virtutes ſine humilitate congregat, in vento pulverem portat: & unde ferre aliquid cernitur, inde deterius excæcatur. Scripturus itaque geſta piiſſimi patris noſtri Ottonis, quæ ex ore veridici ac Deo dilecti Sacerdotis Udalrici * audivi, lectores in quorum forte manus venerint, peto, ne arrogantiæ aut temeritati hoc aſſcribant: ſed, Deo teſte, ſciant, me ſola caritate urgente, dum vocem pectori negare non poſſum, ob notitiam poſterorum hæc humiliter depromere. Cujus enim vel ſaxeum pectus ad compunctionem non moveat tam flagrantiſſimum hujus beati Patris deſiderium, quo omnes Chriſti fideles, acſi nutrix officioſiſſima, fovere non deſiit? Quis ſine lacrymis ad memoriam reducat, quomodo totus, velut ſeraphim, ad propagandam divinæ ſervitutis celebritatem ardebat? Quomodo cuncta, quæ poterat mundo abripere, ſervis Dei feſtinabat offerre? Quomodo gloriam Chriſti, non ſolum in Teutonicis regionibus, per multa, quæ conſtruxit, cœnobia, & hoſpitalia dilatavit, ſed etiam in exteris & longè remotis barbarorum finibus, miro devotionis fervore, Euangelii tubam cecinit, & Apoſtolus gentis Pomeranorum noſtris temporibus appellari meruit? Quod quanto his diebus conſtat inſolitum, eò magis in eo amplectendum eſt, & omni laude colendum. Nunc ergo tantum lumen Eccleſiæ, unde proceſſerit, videamus, & quo ordine ad culmen pontificatus acceſſerit, fideli relatione aperiamus.

*

AUCTORE EBBONE.

ANNOTATIO.

* *Per hæc verba atque ex paribus characteribus in decurſu expreſſis, Ebbonem depingi oſtendimus in commentario prævio, quod pluribus ex Andrea, ipſum identidem citante ulterius demonſtrari poſſet; quamvis hanc vitam integre Ebboniana eſſe, aſſerere non audeamus, cum potius videatur ab alio monacho nonnihil contracta & occaſione canonizationis ſic compilata atque additamentis, quæ Ebboniana eſſe vix poſſunt, ad calcem aucta. Vidit hunc prologum quiſquis ſub Andreæ nomine vitam ſcripſit à Faſchio editam, Benedicto Caminenſis eccleſiæ Epiſcopo inſcriptam, ſed* catalogo Abbatum à tempore fundationis uſque ad tempora ſanctiſſimi Ottonis *interpolavit, iis ſtudioſe ſuppreſſis, quæ manifeſtum reddere poterant operis auctorem, quem priori libri primi parte paſſim deſcribit; nonnullis aliunde inſertis, quæ nec apud Andream Gretſeri reperiuntur, verum quæ tanti non ſunt, ut minutius obſervari mereantur, utpote ad hiſtoriam non magnopere ſpectantia. Ceterum incredibiles difficultates adferunt recentiores illi, ita paulatim res involventes, ut ſumma eis habenda eſſet gratia, ſi primorum ſcriptorum opera ad nos intacta tranſmiſiſſent.*

LIBER PRIMUS

CAPUT I.

S. Otto origine nobilis, ſit ſororis & neptis Henrici IV Imp. Capellanus, ab hoc vero Cancellarius, deinde Bambergenſis Epiſcopus nominatur, & ad eccleſiam deducitur.

E

F

IGitur beatus Otto, ex provincia Alamannorum, generoſa ſtirpe & parentibus, ſecundum carnem liberis *a*, oriundus fuit, patre Ottone, matre Adylheida nuncupata. Qui ambo ſimplicitati & manſuetudini operam dantes, nulli violentiam aut oppreſſionem inferebant, quin immo piis operibus & eleemoſynis vacantes, Dei nutu ad conſolationem Eccleſiæ, elegantem hunc filium gignere meruerunt. Qui, decurſa teneriori infantia, litteris imbutus, ubi primum annos intelligibiles attigit, mirum in modum ſpiritu ſapientiæ & intellectus abundare cœpit. Sed & morum gravi-

Genere nobilis, a

gravis & modeſtus,

AUCTORE EBBONE.

gravitate & modesti habitûs nitore, cunctis acceptus & honorabilis erat.

2 Accidit forte illis diebus, ut germana soror Heinrici quarti Imperatoris, Judita *b* nomine, in matrimonio jungeretur Bolizlao Polonorum Duci. Cui ille, tamquam fidelissimus adhærens Capellanus, Poloniam venit, ibique in brevi loquelam gentis addiscens, & præfatæ matronæ obsequio deditus, prudenter se agebat, donec magnus valde & nominatus in regione illa factus est. Sed & nobiles quoque & potentes terræ certatim ei filios suos ad erudiendum offerebant. Sicque, Deo cuncta ejus opera dirigente, non mediocriter dives esse cœpit, in possessione argenti & auri. Non enim in ludicris & vanis mundi illecebris opes, sapientiâ & fidelitate congregatas, expendebat: sed, ut vir prudens, rem suam tam servare, quam etiam sapienter expendere noverat. Domina etiam Judita, cui familiare contubernium præstabat, frequenter per eum munera varia & permagnifica germano suo Imperatori dirigebat, utpote quæ nullum fide & moribus inter obsequentes sibi præstantiorem habebat. Cujus legationis officium tanta auctoritate & circumspectione persolvebat, ut pro hoc etiam ipsi rerum Domino admirabilis videretur.

b *Juditha sacellanus in Polonia.*

B

3 Sæpius verò transitum faciens per Wirzeburgense cœnobium, à religioso ejusdem loci abbate, Heinrico *c* nomine, ut vir gravioris personæ, reverenter suscipiebatur, debitoque humanitatis officio benignè tractabatur. Cujus benevolentiæ vir sagacis animi non immemor, audiensque magnam illic victualium rerum esse penuriam, ut totus misericordiæ visceribus affluebat, inopiæ eorum condoluit. Et quia caritas operatur magna si est, si vero operari renuit, caritas non est: ex opibus à Deo sibi concessis, hospitale, ad receptionem peregrinorum, illic construxit, hocque primum devotionis munus de thesauro bonæ voluntatis, Christo exhibuit. Sic bona arbor fructum plurimum germinatura, in florem erupit, & quasi primitias agri sui ad altare veri Sacerdotis detulit, ut centuplum in hoc seculo, & in futuro vitam æternam reciperet. Bonum plane initium, quod finis est optimus subsecutus.

Herbipoli Xenodochium fundat.

c

C

4 Post obitum ergo Dominæ venerabilis Juditæ, ad Teutonicas reversus regiones, Ratisponam adiit. Ubi Canonicis in servitio Christi adhærens, reverendi habitûs modestia ac vitæ probabilis disciplina, cunctis amori & exemplo fuit. Illo tempore abbatissa de Inferiori monasterio, magnæ opinionis, utpote neptis Heinrici Imperatoris, & virtutum operatrix habebatur. Quæ cernens personæ & morum elegantiam, audiensque magni consilii virum, sine mora eum advocans, ut alium Joseph rerum suarum totiusque domus dispensatorem constituit, & ille, solita gravitate ac industria, fideli devotione gubernabat omnia.

Post nepti Cæsaris serviens,

5 Interea Heinricus Imperator, quoddam de principalibus festis Ratisbonæ celebraturus, ad neptem suam abbatissam divertit. In cujus obsequio videns tantæ auctoritatis ac reverentiæ virum, mirari ac delectari cœpit sagacitate animi ejus, [&] conversus ad cognatam ait: Opportunum est, soror, cunctis in hoc festo amicis suis solatiantibus, & te mihi aliquod caritatis obsequium, ob consanguinitatis vinculum, impendere. Qua humiliter respondente: Jube quod vis, Domine, mi Rex: non enim fas est, ut avertam faciem tuam. Imperator subjunxit; Nil aliud peto, nisi Capellanum tuum dominum Ottonem, spiritu sapientiæ plenum. Talem enim virum respublica nostra habet necessarium. Quo audito abbatissa, licet fidelissimi sui auricularii ægre ferret abscessum, Imperatoris tamen majestati contraire non potuit. Et advocans eum, debitasque ministerii sui gratias exsolvens, non sine lacrymis, pium amorem testantibus, Principi assignavit. Assumptus itaque, Dei nutu, in aulam regiam vir totius industriæ & religionis, ita sibi prudentissimum Imperatorem, nobilitate morum & fidei pietate devinxit, ut eum quasi unicum amplectens filium, secretalem intimum & custodem capitis sui poneret cunctis diebus. Nam & Cancellarium eum fecit, & quæque pretiosa vel cariora in palatio habuit, ejus fidei commisit.

ab hoc fit Cancellarius,

D

6 Eo tempore glorioſissimus Imperator Heinricus magnum illud & admirabile Spirensis ecclesiæ ædificium, ob venerationem perpetuæ virginis Mariæ, cujus specialis alumnus fuit, regali magnificentia exstruebat. Sed magistri operis, fraudulenter & sine timore Dei agentes, magnam pecuniæ quantitatem suis usibus insumebant, ita ut frequenter, ad opus tam mirificum, pecunia ipsa deficeret. Unde Augustus, accito familiari suo auriculario Ottone, ei totius operis magisterium commisit, utpote cujus sapientia, cunctis probata, etiam ad majora quæque & ardua dispensanda, esset idonea. Qui sagaciter & providè commisso operi intendens, sciebat enim juxta Apostolicum mandatum, Dominis carnalibus sic quasi Deo serviendum; frequenter ad aulam regiam regressus, pecuniam, quæ supererat statuto operi, fideliter ei resignabat. Insuper ad indicium ingeniosæ diligentiæ suæ, æquam fenestrarum ecclesiæ mensuram, prudenter à se dispositam, Imperatori considerandam offerebat. Pro qua sinceriſſimæ fidei constantia, non solum Regi, sed & cunctis optimatibus ita se acceptum reddidit, ut Deo gratias agerent, quod ad ejus notitiam perveniſſent *d*.

& templi Spirensis fabricæ præficitur.

E

F

d

7 Imperator igitur Heinricus, fide & prudentia pii Ottonis agnita, secretius eum compellans, an psalterium cordetenus psallere posset, inquisivit. Quo respondente, etiam; Imperator eum sibi assidere præcepit, & remotis aliis, psalmodiæ cum eo vacabat, quotiens à negotiis expeditus esse poterat. Erat enim litteris adeo imbutus, ut chartas, à quibuslibet sibi missas, per semetipsum legere & intelligere prævaleret *e*. Codex autem, in quo psalmos decantabat, manuali frequentia rugosus & admodum obfuscatus erat. Quod pius Otto cernens, absente Imperatore, codicem vetusto spoliavit involucro, & novam mercatus pellem, eumque decenter cooperiens, loco suo reposuit. Veniens ergo postmodum Imperator, & quod factum erat nesciens, psalterium à cubiculariis requirebat. Turbantibus autem se ad quærendum, cubiculariis, dum præ oculis omnium jacens, veteribus rescellis codex exutus, & novis decoratus induviis, nescitur; fit huc illuc discursus, nec quidquam reperitur.

Cæsaris psalterium,

e

8 Tan-

A 8 Tandem Imperator : Vocate, inquit, *gratiosè refici curat;* Ottonem meum, & ab eo ſciſcitamini. Quo coram poſito, Imperator ab eo Pſalterium exquirebat. At ille concitus librum coram Imperatore jacentem elevans : Ecce, ait, præ oculis omnium hîc fuit, ubi & ſemper reponebatur. Et Imperator ; Quis, ait ; tam nitido hunc innovavit operimento ? At ille ait : Ego, Domine. Quo audito, Imperator, Vivit Dominus, inquit, ſicut tu inter cetera diligentiæ monumenta Pſalterium meum, vetuſto exutum tegmine, novo illuſtraſti cooperimento : ſic & ego te paupertatis tunica ſpoliatum, novo honoris culmine ſublimabo. Et exinde quærebat opportunitatem, quomodo eum promovere & pontificali infula redimire poſſet. Nec multo poſt, annulus cum virga paſtorali Bremenſis *f* Epiſcopi ad aulam regiam tranſlata eſt. Eo ſiquidem tempore Eccleſia liberam electionem non habebat, ſicut poſtea ſub Heinrico quinto, mediante piæ memoriæ Calixto Papa, actum eſt ; ſed cum quilibet Antiſtes viam univerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, mox Capitanei civitatis illius, annu-
B lum & virgam paſtoralem ad palatium tranſmittebant ; ſicque regia auctoritate, communicato cum aulicis conſilio, orbatæ plebi idoneum conſtituebat Præſulem.

f

tum Bremenſis, 9 Itaque cum, ut diximus, virga paſtoralis & annulus epiſcopi Bremenſis Imperatori offerretur, mox ille accerſito unice dilecto ſibi Ottone, inſignia hæc ei conſecranda tra- *deinde Bambergenſis præſul,* didit. Poſt paucos vero dies rurſum annulus & virga Paſtoralis Roberti Babenbergenſis Epiſcopi Domino Imperatori tranſmiſſa eſt. Quo audito, multi nobiles, & tam ſcientia quam divitiis inſignes, ad aulam regiam confluebant, qui alteram harum, prece vel pretio ſibi comparare tentabant. Imperator vero gaudens, quod occaſionem honorandi intimum ſecretalem ſuum Ottonem, ut voluerat, inveniſſet ; cunctos, qui præcipue pro epiſcopatu Babenbergenſi adipiſcendo ſatagebant, arguta reſponſionum ambiguitate ſuſpenſos reddidit. Accidit itaque, ut procedens crepuſculo diei cujuſdam ex aula regia, & parumper in limine
C ſubſiſtens, audiret puerulos quoſdam, naturali ingenio callentes, talia invicem muſſitare : Non bene agit *g* Imperator, qui nobilem illum Bambergenſem epiſcopatum pretio venumdare diſponit. Cur non potius fideli ſuo domino Ottoni hunc aſſignat, in quo eſt aſpectus angelicus, reverendus habitus, mores religioſi, facundia ſingularis, prudentia & magnanimitas admirabilis ? Hunc omni pietate & modeſtia conſpicuum, decet eſſe paſtorem populorum. Audiens hæc Imperator, hilaris effectus eſt, recordatuſque propheticum octavi Pſalmi verſum ; Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem ; Deo gratias agebat, quod voluntatem ſuam hoc teſtimonio confirmari cernebat.

g

ob egregias dotes deſignatur. 10 Nec mirum quod infantilis ætas tali eum præconio efferebat. Illo enim tempore, ſicut & poſtea, tantæ benignitatis tantæque affectionis erga omnes erat, ut nemo cohabitantium ei inveniretur, qui non hunc ex corde diligeret, & verum Dei ſervum acclamaret. Sed & modeſtia habitûs & perſpicua religionis auctoritas ſic in eo eminebat, ut nullus, eo præſente, quidpiam indecens, aut riſui aptum, ſeu [verbo ſeu] facto prætendere au-

deret ; ſed cum aulam regiam intrabat, mox omnis prioris laſciviæ intentionem magna gravitatis manu tergebat. Imperator vero legatos honorabiles clero & populo Babenbergenſi dirigit, paſtorem ſe eis idoneum & electum ex millibus providiſſe nunciat ; utque Capitanei civitatis, Mogontiam ad natale Dominicum ſibi occurrant, denunciat. Exhilarantur omnes hoc nuntio, & confeſtim Egilbertus Præpoſitus, Adelbertus quoque Decanus cum Eberhardo piæ memoriæ, tunc ſancti Jacobi, poſtmodum vero majoris eccleſiæ Præpoſito, aſſumptis natu majoribus & quibuſque illuſtrioribus perſonis, Imperatori Magunti- E
am tempore condicto occurrunt.

AUCTORE EBBONE.

Bambergenſes de paſtore ſolliciti,

11 Interim verò Clerus & populus Bambergenſis, diu jam epiſcopali benedictione privatus, nullo modo à precibus ceſſabat : ſed in unanimi devotione congregatus, in Dominica proxima Natali Dominico, ſolemni proceſſione cum reliquiis Sanctorum, montem beati Michaëlis Archangeli aſcendunt, ibique Miſſarum celebritatem ſumma compunctionis dulcedine agentes, divinam exorabant clementiam, ut per ſummum ſuæ ſedis miniſtrum, qui ſemper in adjutorium populi Dei occurrit, eis propitiatus, acceptabilem largiri dignaretur Antiſtitem. Quorum preces & vota, quomodo ſecretiſſimas Dei penetraverint aures, hodieque & in conſummatione ſeculi patenter datur intelligi ; quia talem huic Eccleſiæ deſtinavit Præſulem, qui omnes prædeceſſores ſuos meritorum prærogativa longe anteceſſit : cujus memoria in omni ore quaſi mel indulcorabitur, & ut muſica in convivio vini. Divinitus enim revera in hunc locum eſt directus, quem pene collapſum mirificè, Deo cooperante, reparavit, & cultu interiori tam nobiliter augmentavit, ut quouſque mundus iſte volvetur, ejus laudabile meritum ſemper accipiat incrementum.

à Cæſare S. Ottonem accipiunt.

12 Venientibus itaque Capitaneis eccleſiæ Bambergenſis, imperator eos benigne ſuſcepit, & aſcitis coram Principibus, ait : Quantum profectui & honori eccleſiæ Bambergenſis congratuler, hinc advertite, quod cum tot magnæ & alti ſanguinis perſonæ epiſcopatum hunc à me pretio comparare tentarent, ego illum potius, qui fide, moribus, ſapientia & religione cunctis præſtat, vobis elegere malui. Et advocans pium Ottonem, annulum & virgam paſtoralem Bremenſis Archie- F
piſcopi ab eo repetiit. Illoque ſine mora hæc reſignante, Imperator ait : Ex multo jam tempore fidelem te mihi & præ omnibus utilem approbavi. Tempus eſt, ut & ego fidei tuæ, digna munificentiæ meæ largitate reſpondeam. Accipe nobilem eccleſiæ Bambergenſis præſulatum, quem multi quidem pecuniis & muneribus ſibi comparare ſatagunt ; ſed ego, ſpretis omnibus illis, te ſolum pontificali culmine ſtatui illuſtrare.

Ejus animi demiſſio,

13 Mox pius Otto, cadens in faciem & cum lacrymis ſe tanto apici indignum præſtans, juſſu ipſius Cæſaris ab optimatibus erigitur, annulo & virga paſtorali, quamvis plurimum renuens, inveſtitur, & quantum ſe indignum fatebatur, tantum dignus à cunctis aſſerebatur. Mirumque in modum univerſa, quæ aderat, multitudo, in electionem ejus acclamabat, una omnium voluntas, eadem vota, eademque ſententia, Ottonem epiſcopatu digniſſi-

AUCTORE EBBONE.

mum, felicem fore eccleſiam quæ tali Sacerdote [frueretur.] Quid multa? Non aliud pium Ottonem facere licuit, niſi quod Imperator & populus, Domino volente, conſtituit. Itaque Imperator clero & populo affectuoſa cum ſedulitate commendans; Ecce, ait, electus & Deo dignus Pontifex. Hunc ut viſcera mea ſuſcipite, ſcientes omni divina & humana ſcientia probabiliter inſtructum. Nam, ut verum fatear, ex quo regni ſolium, Dei largitate, conſcendi, in capella noſtra non memini me virum honeſtate, prudentia, & omni virtutum genere præſtantiorem vidiſſe.

Cæſaris elogio laudata.

14 Adhæc Berngerus Comes de Sulzbach, cui cum bonis ſemper læva voluntas fuit, ſubmurmurans; Domine, ait, neſcimus quis vel unde ſit, quem nobis Paſtorem aſſignaſti. Cui Imperator: Si unde ſit quæris, ait, Bambergenſis eccleſia mater ejus; ego autem pater ipſius ſum. Et vivit Dominus, qui nocuerit eum, tangit pupillam oculi mei; quive eum deponere tentaverit, me quoque regni ſolio privabit. Hunc, divino credens electum judicio, vobis Pontificem dignum offero. Nam B qualis ſit, quantave in eo gratia redundet, evidentius adhuc experimentum capietis. His dictis, cuncti in altum elata voce, laudem Deo canebant; clerus & populus proſpera ei divinitus imprecando, affectuoſis vocibus concrepabat. Imperator autem, ſecretius eum de neceſſariis quibuſque paterna informans diligentia, aliquamdiu *b* in palatio detinuit, doniſque optimis cumulatum, eccleſiæ Babenbergenſi deſtinavit. At pius Otto cari Cæſaris vitam, Jeſu multum commendans, iter cum ſuis aggreſſus eſt.

b

Ad eccleſiam.

15 Cumque emenſo itinere ad villam, Ampharbach dictam, veniſſet, occurrunt ei eminentiores quique & honorati Bambergenſium, & magno exultationis concentu, Patrem deſiderantiſſimum excipientes, debiti ſedulitate obſequii invicem ſeſe prævenire certabant. Ipſe autem paululum ex eadem villa progreſſus, cum civitati Bamberc appropinquaret, ad demonſtranda veræ humilitatis & invictæ magnanimitatis exempla, equo, cui inſederat, ſeſe excutiens, & calceamentum ſolvens, nu- C dipes intrat urbem. Erat autem tunc hiems nivoſa, & glaciali frigore aſperrima, & ille Beatus, igne divini amoris calens, in intimis virili conſtantia tolerabat horrorem tanti algoris, ita ut per longiſſimos viæ tractus nudipes ambulans, cunctis pro hoc admirationi eſſet ac ſtupori.

nudipes hieme deducitur.

16 Igitur in Purificatione ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, pio Ottone Cathedram ſuam inviſente, Clerus & populus Bambergenſis unanimi devotione adunatus, ante portam civitatis occurrit, & ſolenni apparatu cantuque dulciſono, ut competebat, in domum Domini novum Paſtorem deducentes, cum lacrymis ſpirituali gaudio plenis, Deo gratias agebant. Cumque poſt debitam devotæ ſuſceptionis & ſalutationis jocunditatem, domum epiſcopalem adiſſet, pedes ejus nimio gelu dirigueranr, ita ut ſanguis guttatim procurrens, tepida eos aqua confoveri urgeret *i*. Unde & poſtmodum ſæpius vehementiſſimo podagræ dolore cruciabatur; ſed inerat ei admiranda fortitudo patientiæ & robur mentis, tentaque vis amoris Chriſti, ut pro hoc à Dei opere nullatenus ceſſaret.

i

D

ANNOTATA.

a *Quantum hæc abſint ab inclytiſſima familia Andechſiana Bavara, nemo non perſpicit.*

b *Confuſum hîc* Boliſlai *nomen, in commentario monuimus: non mirarer, ſi imperitus interpolator nomen hîc mutaſſet. Vide priorem vitam ex Sefrido collectam.*

c *De his nihil apud Sefridum, ſaltem ut à Caniſio & Andrea Gretſeri editus eſt, uti nec de ſequenti hiſtoria neptis Henrici Imperatoris in monaſterio Ratiſponenſi. Sed quid miri, ſi nonnulla collegerit Ebbo, quæ à Sefrido, Thimone & Herbordo neglecta, ſaltem non obſervata fuerant.*

d *Vide quæ interſeruntur apud Andream Gretſeri pag.* 161.

e Breves *vocat Sefridi compendiator, ut ſuo loco dictum eſt. Sed ea vox, & ſequens paulo infra* reſcellæ *vel* reſcelli, *ex ſenſu intelliguntur.*

f *De ea re egimus in commentario. Porro Simoniacæ iſtius temporis inveſtituræ epiſcopatuum, apud ſcriptores Catholicos notiſſimæ ſunt, ut opus non ſit à Faſchio lucem accerſere.*

g *Notabilis caſus à Sefrido prætermiſſus.*

h *Diebus fere quadraginta, inquit Sefridus, ſub finem num.* 12.

i *Vide Sefridum num.* 13.

E

CAPUT II.

Dilatum munus conſecrationis à Paſchale PP. ſuſcipit, donatuſque uſu Pallii, Moguntino metropolitæ & eccleſiæ ſuæ commendatur. Stupenda ejus in fundandis reſtaurandiſque cœnobiis munificentia.

Differt ordinationem,

SCiens autem veridicum illud proverbium: hereditas, ad quam in principio feſtinatur, in noviſſimo benedictione carebit; conſecrationis ſuæ gratiam longo tempore, id eſt per triennium *a*, diſtulit, ut poſtmodum ſuſcepti præſulatus curam, tanto perfectiori interiorum & exteriorum ſcientia adminiſtraret, quanto ad hanc inſtructior ex tempore veniret. Augebat quoque hujus dilationis cauſam, ſchiſmatis, quod tunc in regno erat, dolenda ſatis confuſio. Quia Ruthardus *b* venerabilis Moguntinus Archiepiſcopus, quaſi rebellis Imperatori, & pro hoc Cathedra ſua depulſus, in Thuringia per octo annos jam morabatur; plurimi quoque Epiſcoporum in Teutonicis partibus, officii ſacerdotalis ſuſpenſione multati fuerant. Unde pius Otto ordinationis ſuæ gratiam ab cariſſimæ memoriæ Paſchali Papa conſequi deſiderabat, ſciens, quantæ affectionis privilegio, Bambergenſis Eccleſia à fundatore ſuo Heinrico Imperatore primitus Romanæ Sedi, quaſi unica filia, matri eſſet obligata. Pro hoc ergo litteras hujuſcemodi per fideles & honorabiles nuntios miſit Apoſtolico. F *a* *b*

ſcribens Paſchali PP.

18 Domino Apoſtolico Paſchali, prærogativa *c* meritorum, & ſanctitate morum, Romanæ Sedis apice condigne ſublimato, Otto Dei gratia Bambergenſis electus, cum omni de- *c*

A devotione, orationes promptiſſimas, & ſervitium tam voluntarium quam debitum. Quia tandem, Domino miſerante & Eccleſiæ ſuæ navim moderante, poſt nubilas errorum tempeſtates, ſerenæ lux veritatis occidentali refulſit Eccleſiæ, ante omnia & ſuper omnia deſiderans ſcire Sanctitatem tuam, in omnibus nos paruiſſe Legato veſtro, Epiſcopo videlicet Conſtantienſi, & ſumma devotione, cuncta, quæ per ipſum edocti ſumus, partim exſecutos fuiſſe; partim, ſi vita detur, exſequi paratos. Quamobrem veſtigiis pedum veſtrorum advoluti, obnixe flagitamus, ut Paternitatis veſtræ ſervum patienter audiatis. Siquidem, mundo jam in maligno poſito, cum vix cuiquam creditur homini vel loco, non parvæ nos torquent anguſtiæ, pro ordinationis noſtræ exſequutione. Proinde dubius & anxius, & fluctibus curarum naufrago ſimillimus cum Principe Apoſtolorum, cujus vicem tenetis, ad vos clamo: Domine ſalva me. Et
B ut paucis ſummam noſtræ cauſæ concludamus, in hac hora & poteſtate tenebrarum, Vos ſolum reſpiciunt oculi noſtri; Vobis debitam ſervare obedientiam parati ſumus; Vobiſcum aut conſiſtere, aut pro Vobis in carcerem ire decrevimus. Auctoritati ergo veſtræ tota mente deſideramus inniti; quid nos velitis facere, jubete. Si mandatis, ut ad vos veniamus, opes noſtræ, licet rapina & igne ſint attritæ; tamen deſiderio vos videndi, & conſecrationis gratiam conſequendi, cum debita ſervitutis noſtræ benedictione, tuæ Majeſtatis præſentabimur aſpectibus. Dignentur ergo viſcera pietatis veſtræ, ſuper hoc negotio, aliquo nos reſcripto certum reddere, quo & iter tutius ad vos veniendi nobis præmonſtretur, & benedictionem, quam devoti efflagitamus, à te percepturos eſſe, ſignificetur. Quod nimirum propterea à veſtræ Sanctitatis manu tantopere expetimus; quia Metropolitanus noſter, etſi per vos habeat conſecrationis gratiam, tamen, quod ſine lacrymis fateri nequimus, magnam cooperatorum ſpiritualis doni
C patitur penuriam.

à quo Romam evocatus,

19 His ergo litteris ab Apoſtolico ſuſceptis & relectis, idem ſummus Pontifex Paſchalis pium Ottonem paterna dulcedine ad Sedem Apoſtolicam evocavit. Qui pro hoc Deo gratias exſolvens, ut mandatum acceperat, cum ſuis impigre limina Apoſtolorum *d* adiit. Cumque clementer ab Apoſtolico ſuſceptus fuiſſet, juxta quod eſt ſcriptum, Juſtus in principio accuſator eſt ſui, genibus Domini Papæ advolutus, curam paſtoralem humiliter ei reſignavit, ſe indignum, & nullatenus tanto oneri aptum eſſe, lacrymoſis ſingultibus vociferans. Verebatur enim aliquantula Simoniacæ hæreſeos *e* umbra ſe reſperſum: quia tanto tempore in aula regia fideli miniſterio deſudaverat, ne forte Imperator, pro mercede ejuſdem ſervitii, pontificatûs eum infula ſublimaſſet: ideoque non ſine animæ periculo, hujus ſacerdotii dignitate fungeretur. Unde maluit temporanei honoris ſubire diſpendium, quam ſuperni arbitri oculos offendere, animæque ſuæ pati detrimentum. Cumque abdicata paſtorali cura, è conſpectu Apoſtolici, gaudens pro hujuſmodi libertate, abſceſſiſſet, converſus ad Dominum; Expeditius, inquit, tibi, Domine, ſerviturus ſum, quia tanto me onere liberaſti.

d

e

20 Sed non diu hac ei libertate frui licuit. Papa enim, divino tactus ſpiritu, ſequenti die ad revocandum virum Dei legatos dirigit, cum jam ille ad locum, Sudra *f* dictum, veniſſet, eique opus eccleſiaſtici regiminis, quod pridie abjecerat, plurimum renitenti, ex auctoritate ſancti Petri impoſuit: & iterum atque iterum renitentem, dulcibus & verè paternis animavit promiſſionibus, ſe ei fautorem & fidiſſimum contra omnes mundi impetus defenſorem ſpondens. Deinde in vigilia Pentecoſtes xenia ei per honorabilem tranſmiſit apocriſiarium, cui & in mandatis tradidit: Dic Epiſcopo, ut præparet ſe ad accipiendum Spiritum ſanctum. Sicque in die ſancta Pentecoſtes, quæ erat tertio Idus Maii, ſcilicet ſancti Gingolfi Martyris *g*, Deo dignum Antiſtitem propriis, tamquam beati Petri manibus, ſolemniter conſecravit. In Anagnia civitate, quæ Romaniam dividit *h* & Apuliam, & privilegio Crucis ac Pallii, tam eum, quam omnes ſucceſſores ejus, in perpetuum honorandos eſſe cenſuit; idque ſcriptis talibus confirmavit.

AUCTORE EBBONE.

Anagniæ conſecratur, *f*

g

h

donaturque uſu Pallii,

21 Paſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Ottoni, Babenbergenſi Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Caritatis proprium eſt bonum, congaudere profectibus aliorum. Caritas enim non quærit quæ ſua ſunt. Unde Apoſtolus; Tunc, ait, vivimus, ſi vos ſtatis in Domino. Et iterum: Quæ eſt enim noſtra ſpes aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum? Hoc igitur Caritatis debito provocamus & Apoſtolicæ Sedis auctoritate compellimur, honorem debitum fratribus exhibere, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitatem pro ſuo cuique modo ceteris eccleſiis impertiri. Idcirco, venerabilis Otto Bambergenſis Epiſcope, dilectioni tuæ pallium ad ſacra Miſſarum ſolemnia celebranda concedimus. Quo nimirum fraternitas tua intra eccleſiam tantum, [uti] noverit, illis ſolummodo diebus, quos præſens deſcriptio continet: videlicet die ſancto Reſurrectionis Dominicæ, & Pentecoſtes; item Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Natalitio ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & in ſolemnitate ſancti Dionyſii Martyris; Anniverſario etiam tuæ conſecrationis die, & dedicationi-
F bus eccleſiarum. Cujus nimirum pallii volumus te per omnia gratiam vendicare: hujus ſiquidem indumenti honor, humilitas atque juſtitia eſt. Tota ergo mente fraternitas tua ſe exhibere feſtinet, in proſperis humilem & in adverſis, ſi quando eveniant, cum juſtitia erectam, amicam bonis, perverſis contrariam: nullius umquam faciem contra veritatem ſuſcipiens, nullius umquam faciem pro veritate loquentem premens, miſericordiæ operibus juxta virtutem ſubſtantiæ inſiſtens, & tamen inſiſtere etiam ſupra virtutem cupiens; infirmis compatiens, bene valentibus congaudens; aliena damna, propria deputans; de alienis gaudiis, tamquam de propriis, exultans; in corrigendis vitiis pie ſæviens; in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens; in ira judicium ſine ira tenens; in tranquillitate autem ſeveritatis juſtæ cenſuram non deſerens. Hoc eſt ergo, frater cariſſime, pallii accepti dignitas, quam ſi ſollicite ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Ad hæc etiam Crucis vexillum, intra Babenbergen-

cujus prærogativæ explicantur.

E

AUCTORE EBBONE.

sis Eccleſiæ parochiam, ante faciem tuam portari concedimus, ſalva videlicet Moguntinæ Metropolis reverentia, ut ſpeciali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitate præditus, ſpecialiter ejus ſtudeas ſervitiis inſudare. Paternitatem tuam ſuperna dignatio per tempora longa conſervet incolumem. Amen. Scriptum per manum Heinrici ſcriniarii regionari ac notarii ſacri palatii.

commendatur archiepiſcopo Moguntino,

22 Sed & venerando Præſuli Ruthardo metropolitano idem Apoſtolicus litteras commendatitias pro dilecto filio Ottone miſit, in hunc modum ſe continentes: Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ruthardo Mogontino Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quantum à ſuæ inſtitutionis exordio Bambergenſis eccleſia Sedi Apoſtolicæ familiaris extiterit, prudentiæ tuæ notum exiſtimamus. Congruum igitur duximus, ut venientem ad nos venerabilem fratrem noſtrum Ottonem, ejuſdem Eccleſiæ electum, integra & perfecta præteritæ familiaritatis gratia ſuſciperemus. Præterea quoniam eccleſia eadem per diuturna tempora epiſcopalis officii ſollicitudine caruit, & propter præteriti ſchiſmatis ultionem in Teutonicis partibus per-
B pauci epiſcopali funguntur officio, juxta ipſius Eccleſiæ poſtulationem, eidem fratri noſtro cariſſimo, cum per multa ad nos veniſſet pericula, conſentientibus & unanimi ſententia decernentibus omnibus, qui nobiſcum aderant, Epiſcopalis benedictionis manum, Domino largiente, contulimus, ſalva nimirum debitæ tuæ metropolis reverentia. Eum igitur ad te, cum noſtræ gratiæ dulcedine remittentes, fraternitatis tuæ litteris præſentibus commendamus, ut quanto Sedi Apoſtolicæ familiarior creditur, tanto apud vos carius habeatur. Data Lateranis XII Kal. Junii.

atque etiam

23 Talibus ſcriptis beatiſſimum patrem noſtrum Ottonem Apoſtolicus, divæ memoriæ, Ruthardo Archiepiſcopo fideli ſuo commendans; quam intimis paterni amoris viſceribus eum amplectendo foveret, & fovendo amplecteretur, evidentius aperuit. Nec immerito. Prævidebat enim beatum hunc firmiſſimam Eccleſiæ Dei columnam futurum & arcam Domini, inter undas diluvii, feliciſſima gubernatione recturum. Nihilominus clero & po-
C pulo Bambergenſi idem ſummus Eccleſiæ Paſtor litteras hujuſcemodi tranſmiſit, ut filiis unicum patrem, antea gratum, gratiorem redderet.

eccleſiæ ſuæ,

24 Paſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, clero & populo Bambergenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Quantæ affectionis debito Bambergenſis eccleſia, ab ipſo ſuæ conſtitutionis primordio, Sedi Apoſtolicæ conſtringatur, etſi nos lateret, litterarum veſtrarum ſignificatio manifeſtat. Quod affectionis debitum venerabilis frater Otto, veſtræ eccleſiæ electus, non inconſtanter tenuiſſe & tenere cognoſcitur, cum per tot & tanta pericula ad Apoſtolicæ Sedis viſitationem tendere procuravit. Nos igitur eum debitæ benignitatis affectione ſuſcepimus, & juxta noſtræ dilectionis deſiderium, noſtris, tamquam beati Petri manibus, ſalvo Metropolitani jure, vobis, per Dei gratiam, Præſulem ordinavimus. Hunc ergo, ſub præſentium litterarum proſecutione, ad Eccleſiæ veſtræ regimen remittentes, plena hortamur affectione diligi, plena humilitate venerari. Confidimus enim, eum diſciplinæ eccleſiaſticæ futurum eſſe cuſtodem, & ſollicitum veſtræ ſalutis proviſorem. Huic ergo ſedulis obedite obſequiis, gratiam vobis in eo conciliate cæleſtem, integritatem fidei Catholicæ in omnibus conſervate, Sedi Apoſtolicæ ſemper devotius adhærete, ut, per ejus conſortium, à contagiis omnibus liberi, ad æternæ ſalutis portum pervenire, Domino largiente, mereamini. D

ad quam,

25 Hoc modo vir ille, per omnia Apoſtolicus & vere dignus Petri vicarius, Patrem devotiſſimis filiis commendabat. Ad hæc etiam ipſe piiſſimus Pater Otto, non ignarus curarum & ſollicitudinum, quibus grex fidelis pro unico paſtore angebatur, jamjamque ardens & ſitiens deſiderabili ejus reditu recreari, conſolatorias ei miſit litteras, hæc continentes:

& ipſe ſcribit,

26 Otto, Dei gratia Bambergenſis Epiſcopus, Egilberto Præpoſito, Adelberto Decano, ceteriſque fratribus omne bonum. Quantum ego novi & expertus ſum caritatem veſtram, ſcio vos jam diu exſpectare eventum E noſtri laboris, ut de noſtro ſucceſſu, ſiquidem bene per miſericordiam Dei ſucceſſerit, gaudeatis. Ne ergo diutius ſuſpenſi aut dubii ſitis de nobis; ſed, ut juſtum eſt, ſinceriſſime gratulemini, litteris iſtis ſignificare vobis decrevimus, quam miſericorditer Deus, more ſuo, poſt immenſos labores & ſudores plurimos, nobiſcum operatus ſit. In die ſancto Pentecoſtes, qui dies ex adventu ſancti Spiritus ſacratus, & cunctis fidelibus jure ſolemnis eſt; illo, inquam, die, Deo ſic ordinante, in Anagnia civitate Campaniæ, quæ Romaniam dividit & Apuliam, Epiſcopalis benedictionis manum, quamvis indignus, Domino largiente, ſuſcepi, beatiſſimo Papa Paſchali manum imponente, ceteris vero Epiſcopis plurimis cooperantibus, clero quoque Romanæ Eccleſiæ, cujus magna pars ea die in eamdem civitatem convenerat, aſtante & conſentiente. Et quod nulli, à Romano Pontifice conſecrato, noſtris temporibus contigit, ſine obligatione alicujus juramenti *h* cenſecratus ſum. Hujus loci, hujus diei, hujus gratuitæ miſericordiæ Dei ſemper memores eſſe debemus, & ut vos memores eſſe velitis, cum F omni gratiarum actione, obnixe precamur; præcipue cum aliæ quamplures venerandæ perſonæ, de magnis rebus apud Apoſtolicam ſedem agentes, infecto negotio redierint *i*. Magnificate ergo Dominum meum, & exaltate nomen ejus in invicem: cui quam facile eſt reſiſtere ſuperbis, tam facile eſt humilibus dare gratiam. Quia vero aſperum eſt, confuſis temporibus, eſſe præpoſitos, curandum nobis eſt & omnino ſatagendum, ut res dura fiat mercedis occaſio. Dum ergo ſeminandi tempus eſt, ſemina bonorum operum ſerere non ceſſemus, ut majores in die meſſis lætitiæ manipulos reportemus capiti noſtro, quod eſt Chriſtus, per compagem caritatis adhærentes, ne ab eo, mundanis plus juſto intenti lucris, ſeparemur, & veluti palmites de vite ejecti, areſcamus. Sed quia in exſequendis juſtitiæ operibus divinæ gratiæ adjutorio opus eſt, omnipotentis Dei [miſericordiam] aſſiduis precibus exorate, quatenus ad hæc operanda & velle tribuat, & poſſe concedat, atque in ea nos

h

i

A nos via, cum fructu boni operis, quam se esse testatus est, dirigat; ut, sine quo nil sumus, per ipsum implere omnia valeamus.

paulo post reditus.

27 Igitur electus Dei Pontifex, consecratione solemni ab Apostolico honorifice provectus, aliquantisper ab eo humanitatis gratia est detentus, sicque optata potitus emissione, prospero itineris decursu, transcensis Alpibus, Carinthiam venit. Posthæc ad curiale colloquium, quod Heinricus Imperator universis regni optimatibus Ratisponæ indixerat, Otto novus Antistes occurrit, & inter Principes loquebatur sapientiam, ita ut felicem unanimiter proclamarent Ecclesiam, quæ tali divinitus donata esset Sacerdote. Sicque regia cumulatus munificentia, post arduæ peregrinationis angariam, Pastor pius, ovium suarum curam suscepturus, Babenberg ingreditur, ibique à clero & populo debitæ jubilationis tripudio honorificè susciptur. Qui glorificantem se Deum, in suis glorificans operibus, in cunctis affectabat Christi honorem, salutem populi, contemptum sui, sciens, sibi in his

B omnibus, non sua, sed Domini lucra esse quærenda Nitebatur itaque, in domo Domini oliva esse fructifera, studuitque in populis verbi erogare talentum, pro quo se sciebat quandoque super omnia Domini bona constituendum. Quapropter de commissa sibi cura sollicitus, ecclesiasticæ utilitati diebus invigilabat ac noctibus, dans operam, quomodo bona Ecclesiæ suæ vel augeret inventa, vel restauraret dispersa.

Plurimæ fundationes piæ,

28 Cumque ad dilatandam Christi gloriam tota ejus flagraret vitæ ratio, quædam cœnobia à fundamentis construxit, quædam vero prius tenuiter inchoata, sed per eum Ecclesiæ Babenbergensi digno pretio acquisita, largo sumptu perfecit. Primitiæ votorum ejus ædificatio fuit duorum cœnobiorum in episcopatu Wurzeburgensi. Vrangia videlicet, sub patrocinio beati Laurentii; Vraa vero, in honore Principis Apostolorum. Item alia duo in propria fecit diœcesi, Lancheim, in honore semper Virginis Dei Genitricis Mariæ; & Michelvelt, sub patrocinio sancti Johannis Euangelistæ. Sex deinde construxit monasteria in episcopatu Ratisponensi. Bruveningen videlicet, pretioso Martyri Georgio; Endistorph, beato Jacobo Apostolo; Madelhardestorph,

C in honore sancti Johannis Euangelistæ; Biburk sub patrocinio perpetuæ Virginis Mariæ; Munster vero, sancti Petri Apostoli titulo adornatum; Windeberk autem, regularium Clericorum, memoria gloriosæ Matris Domini condecoratum. In episcopatu Halberstadensi construxit Remerdorph in honore sancti Johannis Baptistæ. In episcopatu Eistetensi Halesbrunnen, sub defensione Dei Genitricis Mariæ. In episcopatu Patavienſi Mersbach & Clunich in honore sancti Andreæ Apostoli; in episcopatu Aquilegiensi Arnoldisten, titulo sancti Georgii Martyris nobilitatum. Sex cellas *k* divino cultui assignavit: Aspach, sancti Matthæi; in loco Babenbergensi, beatæ Fidis virginis & Martyris; in Rotha, sancti Georgii; Drosendorf, & Tullevelth; itemque Vezzere, defensioni Dei Genitricis attitulavit. His omnibus conventualibus ecclesiis sive Cellis, prædia, usquequaque pervigili labore & multo pretio acquisita, congruis in locis distribuit, quæ hîc omittenda *l* censentur.

k

29 Idem Deo devotus Pontifex, in monte Babenbergensi, monasterium sancti Michaëlis, cum universis ejusdem ecclesiæ ædificiis, mirifice construxit, statuens duas basilicas ex utroque latere monasterii: unam beatæ Mariæ Virgini, alteram beato Bartholomæo Apostolo dicatam. Plurima eidem loco vir beatus ornamenta contulit; inter quæ crucem pretiosam, auro gemmisque nobiliter fabricatam, recondito in ea salutari ligno Sanctorumque reliquiis ipse sacravit, crucemque Salvatoris appellari statuit, & banni sui interpositione, ne ab ipso monasterio pro aliqua necessitate auferretur, indicens, beato Michaëli Archangelo eam devotissime obtulit. Hunc ergo locum ille, Deo plenus, fidelissimo semper amore dilexit, hunc restauravit & ditavit, hujus gloriam quæsivit, huic bona tribuit, hunc sublimavit & coluit, hujus profectum semper amavit, & in ipso, coram altari ejusdem Archangeli, cujus specialis minister erat, se sepeliri decrevit. Eidem monasterio, in usus fratrum, dedit prædia, quingentis argenti libris E comparata. Præterea ecclesiam *m* juxta Albuch, hereditario sibi jure propriam, eidem monasterio cum duabus aliis ecclesiis donavit, ob memoriam videlicet sui parentumque suorum, inibi corpore quiescentium. *m*

AUCTORE EBBONE. *& in S. Michaëlis cœnobium,*

profusa liberalitas;

30 Adhuc autem dilectissimum sibi locum amplificare desiderans, sub monte beati Michaëlis, capellam beati Ægidii cum hospitali domo, pauperum & peregrinorum receptionibus apta, construxit. Totus enim misericordiæ viscera affluebat, totus eleemosynæ & compassionis affectu sic ardebat, ut confidenter cum beato Job dicere posset: Ab initio crevit mecum miseratio, & de ventre matris meæ egressa est mecum. Flebam super eum, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Recolebat illam beati Gregorii sententiam: Qui compassionem non habet, vacuum Episcopi nomen tenet. Virtus namque sanctæ caritatis omnibus quidem fidelibus, sed maxime Christi congruit Sacerdotibus. Qua virtute caritatis pius Otto singulari decore circumfultus, usquequaque eam propagare, & felicissimis declarare satagebat operibus. F

cujus ecclesiam, divinitus sanatus,

31 Cum igitur beatus Pontifex Otto præ dictam ecclesiam in monte Bambergensi, quam ipse à fundamentis ampliori statu reædificaverat, in Kal. Septembris dedicare statuisset, appropinquante eadem die, summus arbiter, qui quos amat castigat, hunc beatissimum Patrem corporalis ægritudinis tam gravi perculit molestia, ut penitus fracta corporis virtute, succumberet, omnemque propositæ dedicationis intentionem postponeret. Quo audito fratres ejusdem loci, ut habet natura, capite vulnerato, cetera quoque membra dolore atteri, languorem pii Patris grex devotus, suum deputabat. Unde quod solum in his erat remedium, toto ad Deum corde conversi, cum oblationibus hostiarum, & eleemosynarum, salutem ei & sospitatem cælitus imprecari non cessabant, donec prospiciens de excelso sancto suo Dominus, desiderium pauperum suorum exaudire dignatus est. Illis enim orantibus, dum Pater amabilis apud castrum Botenstein quiesceret in meridie, vidit manifeste Angelum Dei lecto suo gratulabundum assistere, & magna jocunditate Antipho-

nam

AUCTORE EBBONE.

nam vespertinalem psallere : In Domum Domini lætantes ibimus. Nec mora post abscessum angeli, se sanum & incolumem sentiens, nuntiavit fratribus, quod viderat & audiverat, & dedicationi necessaria præparari mandat. Qui exauditori suo Deo debitas gratias agentes, venturæ solemnitatis jocunditatem devoti præstolabantur.

dedicat an. 1121.

32 Igitur anno Domini MCXX primo, Indictione quinta decima, III Kal. Septemb. [*in Kal.*] dedicatum est monasterium *n* in monte Babenbergensi à venerabili Ottone, ejusdem Sedis octavo Episcopo, in honore sancti Michaëlis Archangeli, sanctique Benedicti abbatis, quibus videlicet Patronis idem locus à primo fundatore suo beato Heinrico Imperatore attitulatus fuerat.

n

ANNOTATA.

a *Dilatio ista in commentario satis explicata est.*

b *De Ruthardo legendum Serrarium lib. 5 Rer. Mogunt. ad an. 1088 & 1109, monet Gretserus, aperti mendacii Cramerum merito arguens pag. 392, dum fingit dilationis causam S. Ottoni fuisse Moguntini absentiam &c.*

B

c *Dixi in annotatis ad alteram vitam, non unas ad Paschalem PP. litteras S. Ottonem destinare debuisse, quod triennii spatio facile fieri potuit.*

d *Quando & qua occasione usus, Romam adierit, & consecrationis munus Anagniæ à summo Pontifice obtinuerit, in commentario fusius deductum invenies.*

e *Quomodo simoniacam hæresim illam deglutiat Faschius, vide à pag. 466.*

f *Si* Sutrium *indicet, urbem 24 milliaribus in occasum æstivum Româ distantem, ostendit Sanctum festinasse, ne forte revocari posset.*

g *Ex iis characteristicis evicimus, inauguratum fuisse S. Ottonem an. 1106.*

h *Condonandus est lapsus geographicus, qui etiam in Sefrido observari potuit. Notior est Anagniæ situs in Latio, quam ut pluribus explicari debeat.*

i *De hisce Pontificum bullis, alibi etiam locuti sumus.*

k *Notabilem etiam circumstantiam non putavit Faschius intactam relinqui posse; neque tamen viri istius oracula multum curamus.*

C

l *Quæ sequuntur, desunt in nostro ananymo Sefridiano.*

m *Legunt alii*, cellas quinque, *interim tamen sex enumerant. Præcipuas quinque ad S. Ottonem magis propriè pertinere, facile quivis intelligit.*

n *Imo hîc plura omittuntur & contrahuntur, quæ fusius ab Andrea relata sunt.*

o *Intellige, patronatum spectasse ad familiam, quam nec origine nec habitatione Bavaricam fuisse, clarè, ni fallor, ostendit* Albuch *territorium montosum & silvosum, ut describunt geographi, ad Sueviam pertinens, in qua proinde natum S. Ottonem rectè dixere Sefridus & Ebbo, in qua &* parentes sui corpore quieverunt, *Non opinor, novos illos Ottonianæ genealogiæ textores in tractu Suevico Albuchensi, Comitum Andechsiorum sepulturam reperturos.*

p *Sic etiam Andreas Gretseri*, dedicatum est monasterium, *cum tamen hic Ebbo noster, sub initium numeri præcedentis, agat de dedicatione ecclesiæ : an de basilica B. M. V. an sancti Bartholomæi, quas nominavit num. 29, non facile dixeris. Alibi indicari videtur, non solum monasterium, sed & templum S. Michaëli dicatum fuisse. Hæc ego iis explicanda relinquo, qui propius locum intuentur.*

D

LIBER SECUNDUS

CAPUT I.

Irrita Bernardi Episcopi in Pomerania missio, S. Ottonem accendit, ad novam alia ratione instituendam. Camina cum fructu prædicat, sed à Julinensibus barbarè repellitur.

E

a Occasio Pomeranicæ missionis,

SEnescente jam mundo *a* & die seculi adveperascente, cum divinæ pietatis dignatio Pomeranos, eatenus paganitatis errore depressos, splendore fidei illuminare decrevisset, juxta quod scriptum est ; In omnes gentes primum prædicari oportet Euangelium : idoneum eis verbi ministrum, scilicet pium Ottonem Episcopum destinavit. Hic enim totus lucrandis animabus invigilans, amplificatus est, quasi stella matutina in medio nebulæ, & ut luna plena in diebus suis lucebat, ac veluti sol refulgens inter suos collegas Episcopos emicuit. Hujus autem apostolatûs quæ fuerit occasio, scire volentibus, aperiam ; sicut ex ore servi Dei Udalrici sacerdotis audivi ; cujus reverendæ maturitati & spectatæ coram Deo & hominibus fidei, ita me necesse fuit credere, acsi propriis oculis ea, quæ dicebat, vidissem.

Bernardus Episcopus Hispanus, b

34 Aiebat ergo, quia Episcopus quidam, miræ sanctitatis & scientiæ fuit, Bernardus *b* nomine, Hispanus quidem genere, sed Romæ ad episcopatum electus & consecratus. Hic aliquanto tempore eremiticam vitam cum aliis servis Dei duxerat : sed deposito Romæ quodam erroneo Episcopo, ipse, nutu divino, raptus ex eremo, ei subrogatus est. Qui cernens Ecclesiam horrendo schismate laniari ; quia pars una Bernardo, pars altera deposito favebat Episcopo, ut vir prudens & doctus, in scissura mentium Deum non esse, perpendens, cedendum tempori & diebus malis intellexit, curaque pastorali deposita, ad eremum regredi cogitabat, tamquam & ipse cum Athanasio diceret ; Si propter me est tempestas ista, tollite me & mittite in mare. Audiens vero Pomeraniam adhuc gentilitatis errori deditam, zelo pietatis armatus, illuc euangelizandi gratia divertit, cupiens, aut illos Ecclesiæ Catholicæ per fidem incorporare, aut per martyrii gloriam ibidem pro Christo occumbere. Erat enim vitæ præsentis contemptor, suique corporis acerrimus castigator, ita ut arido parvoque cibo uteretur, nullo umquam potu, nisi sola aqua uteretur. Veniens itaque ad Ducem Poloniæ, benigne ut servus Dei excipitur.

F

35 Cum-

A *qui in Polonia duce viæ accepto,*

35 Cumque itineris ſui cauſam expoſſuiſſet, Dux benigne reſpondit; Se quidem ardori tam ſanctæ voluntatis ejus congratulari, ſed tantam gentis illius eſſe ferocitatem, ut magis ei necem inferre, quam jugum fidei ſubire parata ſit. Cui Epiſcopus conſtanter ajebat: Ad hoc ſe egreſſum, ut mortis ſententiam pro amore Chriſti, ſi neceſſe fuerit, libenter excipiat. Quo reſponſo Dux exhilaratus, interpretem ei & viæ ducem tribuit, imprecatus ei proſpera divinitus ſubminiſtrari. Ille autem humilitatis ac paupertatis ſuæ etiam in epiſcopatu cuſtos, ſciebat enim regnum diaboli, non potentia ſed humilitate Chriſti deſtructum: & quia dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt, in abjectis veſtibus & nudis pedibus urbem Julini ingreditur, ibique intrepidus fidei Catholicæ ſemina ſpargere cœpit.

Julinam ingreſſus,

36 Cives autem ex ipſo habitu eum deſpicientes, utpote, qui non niſi ſecundum faciem judicare ſciebant, quis eſſet, vel à quo miſſus inquirunt. At ille, ſervum ſe veri Dei, factoris cæli & terræ profitetur & ab eo ſe miſſum, ut illos ab errore idololatriæ ad viam

B veritatis reducat. Illi vero indignati; Quomodo, inquiunt, credere poſſumus te nuntium ſummi Dei eſſe, cum ille glorioſus ſit, & omnibus divitiis plenus: Tu vero deſpicabilis & tantæ paupertatis, ut nec calceamenta habere poſſis? Non recipiemus te, nec audiemus. Summus enim Deus numquam tam abjectum nobis legatum dirigeret. Sed ſi revera converſionem noſtram deſiderat, per idoneum

ob paupertatem deſpicitur, & dignum ſuæ poteſtatis miniſtrum nos viſitabit. Tu vero ſi vitæ tuæ conſultum eſſe volueris, quantocius ad locum, unde egreſſus, revertere, nec ad injuriam ſummi Dei, miſſum ejus te profitearis; quia pro ſola tuæ mendicitatis inopia relevanda, huc migraſti. Bernardus autem intrepidus animo, illato ſibi terrore conſtantior: Si verbis, inquit, meis non creditis, vel operibus credite. Domum quamlibet vetuſtate collapſam & nullo uſui aptam, igni immiſſo, ſuccendite, meque in medium jactate; &, ſi domo flammis abſumpta, ego illæſus ab igne apparuero, ſci-

C tote, quia miſit me Dominus, cujus imperio ignis & [omnis] ſimul creatura famulatur.

& verberibus exceptus

37 His auditis, ſacerdotes & ſeniores plebis multam inter ſe conquiſitionem habentes, aiebant; Iſte inſanus & deſperatus eſt, nimia cogente inopia, mortem appetit. Sed & argumentoſa nos circumveniens nequitia, repulſionis ſuæ vindictam à nobis exigit, ut ſine noſtro non moriatur exitio; quia ſcilicet una domo ſuccenſa, totius urbis interitum ſubſequi neceſſe eſt. Unde cavendum eſt nobis, ne hominem veſani capitis audiamus. Non enim expedit nobis peregrinum nudipedem interficere, quia

c & fratres noſtri Pruſci, ante annos aliquot, Adelbertum *c* quemdam, ſimilia huic prædicantem, occiderunt: unde omnis preſſura & calamitas apprehendit eos, totaque ſubſtantia eorum ad nihilum redacta eſt. Ideo, ſi conſultum nobis eſſe volumus, ſine injuria eum à finibus noſtris exterminemus, navique impoſitum, ad alias terras tranſmigrare faciamus. Interim vero ſervus Dei Bernardus, amore martyrii flagrans, correptam ſecurè columnam

d mire magnitudinis, Julio Cæſari *d*, à quo Urbs Julin nomen ſumpſit, dicatam, excidere aggreſſus eſt. Quod pagani indigne ferentes, accenſis animis, irruunt ſuper eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemivivo relicto. Sed illis abeuntibus ſervus Dei Bernardus, accurrente Capellano ſuo Petro, ac manum ei dante, ſurrexit, reſumptiſque viribus, populo verbum ſalutis annuntiare exorſus eſt. AUCTORE EBBONE.

tandemque ejectus,

38 Sacerdotes vero idolorum, de medio plebis eum violenter abſtrahentes, cum Capellano & interprete ſuo, naviculæ impoſuerunt, dicentes; Quandoquidem tanta tibi prædicationis ineſt aviditas, prædica piſcibus maris & volatilibus, & cave ne ultra in nomine Dei tui, nobis inaudita loquaris. Bernardus autem, juxta mandatum euangelicum, excuſſo in eos pulvere pedum, ad Ducem Polo- *Poloniam* niæ revertitur, eventuumque ſuorum lacryma- *repetit,* biliter retexit hiſtoriam. Cui ille: Nonne, ait, prædixeram, Pomeranos fidem minime recepturos? Prophani enim ſunt, & verbo ſalutis indigni. At Epiſcopus: Me quidem, pro paupertatis meæ tenuitate, ſpreverunt, ſed ſi potens quiſquam prædicator, cujus gloriam & divitias revereantur, ad eos acceſſerit, forte audient illum. Quia hominem non E niſi exteriori habitu metiuntur. Dux ergo ſervum Dei apud ſe, humanitatis gratia, peraliquot dies detinens, cum ei temporalis vitæ adminiſtraret adminicula, ab ejus ore, in ſuo pectore, vitæ referebat alimenta. Interim, con- *inde Bam-* venientibus regni Principibus, in civitate Ba- *bergam;* benbergenſi colloquium habitum eſt, ubi & ipſe Deo dignus affuit Bernardus Epiſcopus, cunctiſque ſcientiæ & veræ humilitatis, ac ceterarum virtutum culmine mirabilis apparebat. Qui mutato Pontificali habitu, in conventu fratrum, in monte ſancti Michaëlis Deo ſervientium, monachum induit, & locum illum ſummo deinceps affectu excoluit.

ubi S. Ottonem,

39 Agnito itaque pius Otto ſanctitatis ejus rumore celebri, & inſolito illis temporibus prædicationis fervore, debita eum veneratione excipiens, omnem peregrinationis ſuæ hiſtoriam & ſtatum Pomeranicæ gentis curioſè ſciſcitabatur. Quibus expoſitis, Bernardus ſentiens, pium Ottonem ad omne opus bonum paratum, verbis ſuaſoriis, tamquam oleum igni adjiciens, ait: Ego quidem, honorande Pater, memor verbi Domini, diſcipulos ad prædicationem mittentis; Nolite portare ſaccu- F lum, neque peram, neque calceamentum, tanta paupertatis abjectione opus Euangelii aggreſſus ſum, ut nec calceamentis uti voluiſſem. Sed gens illa, nimiæ inſipientiæ dedita, veritatiſque penitus ignara, cernens tenuitatis meæ & habitus deſpectionem, non pro amore Chriſti, ſed pro ſola inopiæ neceſſitate, me illo migraſſe credidit; ideoque verbum ſalutis ex ore meo audire contemnens, repulit.

alium inſtituendæ miſſionis modum edocet.

40 Unde neceſſe eſt, ut, ſi tu, Pater venerande, lucrum aliquod in brutis barbarorum pectoribus agere volueris, aſſumpta cooperatorum & obſequentium nobili frequentia; ſed & victûs & veſtitûs copioſo apparatu, illuc tendas, & qui humilitatis jugum effrenata cervice ſpreverunt, divitiarum gloriam reveriti, colla ſubmittent. Cavendum eſt etiam, ne quidquam de bonis eorum appetas; ſed &, ſi oblatum quid ab eis fuerit, majora quam acceperis reſtituas, ut per hoc intelligant, te non turpis lucri gratia, ſed ſolo Dei amore opus Euangelii ſubiſſe. Confortare igitur & eſto robuſtus: tu enim maximam populi multitu-

AUCTORE EBBONE.

titudinem in veram repromiſſionis terram introduces. Nec te labor arduus & inſolitus deterreat: quia, quanto pugna difficilior, tanto erit corona glorioſior. His beati viri monitis *e*, ſicut ferrum inflammatur ab igne, ita cor pii Ottonis ſuccenſum eſt, ut nihil carius haberet, quam arctam peregrinationis hujus ſubire angariam. Hac igitur occaſione pius Otto Pomeraniam, euangelizandi gratia, adiit. Sed quo ordine, vel quem illic fructum fecerit, conſequenter, Deo favente, explicabimus.

e

Hic, rebus diſpoſitis,

41 Sciens ergo, omnia, quæ in domo ſine diſpenſatione patris familias [fiunt,] nihili eſſe, opus tam arduum nullatenus, abſque Romani Pontificis auctoritate, prævidit inchoandum. Ideoque miſſis ad Apoſtolicum Calixtum *f* honorabilibus legatis, licentiam euangelizandi Pomeranis impetravit. Quâ impetratâ, pius Otto, Bambergenſis eccleſiæ & multorum monaſteriorum, quorum pater & conſtructor erat, ſtatu bene diſpoſito, electis peregrinationis ſuæ comitibus, ſumptis quoque tantæ viæ neceſſariis, propoſitum iter aggreſſus eſt. Multi vero de Clero & familia

f

B Bambergenſi, nimio piiſſimi patris ſui amore devincti, ad locum Michilveldenſem eum fuerant proſecuti, cupientes, vel tantillo tempore, amabili ejus præſentia, & doctrinæ ſuaviſſimæ deſiderabili eloquentia recreari. Quos ille, monitis ſalutaribus inſtruens, ad pacis & fraternæ unanimitatis concordiam, uberibus paternæ conſolationis reficiebat, dicens inter alia.

ſuos conſolatus,

42 Quia pro amore Chriſti arduam peregrinationis hujus viam ſubire & lucrum aliquod in remotis barbarorum finibus propagare deſidero, pacem relinquo vobis, pacem iterum atque iterum commendo vobis. Hanc quippe Dominus & redemptor noſter, ad paſſionem mortis iturus, velut unicum & ſpeciale pignus, diſcipulis ſuis relinquere & dare dignatus eſt, ut eos, qui ſibi firmitate fidei cohærebant, per hanc illi faceret ſua pietate conſortes. Scriptum namque eſt; Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Quiſquis ergo patri ſuo heres eſſe deſiderat, filius exiſtere, pacem cuſtodiendo, non renuat. Nam qui locum præbet diſcordiæ, ipſe profecto

C tanti ſe muneris exortem conſtituit. Siqua igitur divini amoris æmulatio, ſiqua in vobis meæ humilitatis eſt affectio, pacem ſectamini cum omnibus domi foriſque, cum domeſticis & extraneis, ea quæ ſunt pacis & caritatis agite, hoſpitalitem diligite, providentes bona, non tantum coram Domino, ſed etiam coram omnibus hominibus.

arduum iter ingreditur,

43 Hæc & his ſimilia triduo eis inculcans, tandem velut ultra non viſurus, valefaciens, Chriſto attentius commendabat, & non ſine lacrymis, paternum amorem teſtantibus, ad locum ſuum remiſit. Illi autem, quia vinculo caritatis cum eo fuerant arctius uniti, cum lamentabili ſingultu pium Ottonem proſequebantur. Cum quidem ille, converſus ad eos, paſtorali auctoritate & ſacerdotali gravitate, quantum poterat, flentes conſolari ſatageret. Itaque egreſſus cum nobili ſuo comitatu, dedicavit eccleſiam quamdam in epiſcopatu Ratiſponenſi, ubi multitudo copioſa plebis, ad ſex milia vel amplius computata, ei occurrens, confirmationis gratiam ſuppliciter ab eo flagitabat; quam, deſideratâ manus ejus impoſitione conſecuta, mirum dictu, gratulari cœpit in Domino, & pro longiturna tanti patris vita, proſperoque peregrinationis ejus eventu, Divinam exorare clementiam. Fuit enim in ſumma apud Deum & homines gratia, ita ut cuncti, ad videndam ejus venerabilem canitiem, ſitienter anhelarent, & non ſolum manus, plenas munditia & aſſidua eleemoſynarum largitate ſanctificatas, verum etiam veſtigia ejus exoſculari ſummopere gauderent. D

in Bohemia

44 Poſt hæc ad Cladrunenſe veniens cœnobium, honorifice cum ſuis exceptus eſt. Nam & Dux Boëmiæ Ladizlaus *g* honorabiles legatos ſuos illuc in occurſum pii Patris præmiſerat, qui ei debita devotionis reverentia obſequerentur, ac ducatum præberent uſque in præſentiam Ducis, ad civitatem Pragam, ubi Dux cum divæ memoriæ Meginhardo, ejuſdem urbis Epiſcopo, omnique clero & populo, officioſiſſime eum excipiens, magna ei donaria obtulit, quæ ipſe in uſus pauperum delegavit. Præterea prædictus Dux certas eis manſiones, uſque ad terram Poloniorum, conſtituit. Bolizlaus igitur Dux Poloniæ, comperto viri Dei adventu, flere cœpit præ gaudio, moxque egreſſus cum omni clero & populo, dilecto Patri nudis pedibus occurrit, tantaque cum devotione excepit, ut etiam filios ſuos lactentes, in humeris illi obvios portari & veſtigia ejus exoſculari juberet, ſacraque ejus benedictione, per manus impoſitionem, confirmari cum lacrymis expeteret. Erat enim Dux ipſe Chriſtianiſſimus, amator pauperum & piiſſimus inopum conſolator, humilitatis & caritatis virtute omnibus amabilis, congregationibus fidelium & domiciliis Sanctorum, magis quam urbibus exſtruendis, operam dare ſolitus.

g

& Polonia honorifice ſuſceptus.

E

Dux Pomeraniæ Sancto occurrit,

45 Poſt hæc, gubernante Deo, proſpero itinere uſque ad fines terræ Poloniorum proceſſit. Cumque ad caſtrum quoddam, Uźda nominatum, quod eſt in confinio utriuſque terræ, cum ſuis veniſſet, comes Paulus, ductor ejus, præmiſit nuntios ad Worcizlaum, Pomeraniæ Ducem, qui ſervum Dei Ottonem, apud eos famâ vulgatum celeberrimâ, fines ſuos, euangelizandi gratia, adire inſinuarent; cui tam pro ſuæ ſanctitatis reverentia, quam Domini Calixti, cujus miſſus erat, omni devotione occurrerent, & monitis ejus ſeu præceptis per omnia obtemperarent. Quo mandato Dux Worcizlaus accepto, in caſtro, Litarigrod nuncupato, ei occurrit, honorifice illum, ut angelum Domini, excipiens. Cui pius Otto pacem Domini offerens, more etiam ſuo, munera pretioſa obtulit, ut temporalibus illum bonis, ad amorem cæleſtium facilius attraheret. Barbari autem, inſtinctu inimici & ſatellitum ejus, videlicet ſacerdotum ſuorum, ſeditionem in plebe excitantium, in filios pacis crudeli impetu irruerunt, mortemque minitari cœperunt *h* Quo viſo, Dux ſtatim cum ſuis accurrens, contumaciam eorum viriliter repreſſit, & famulos Dei exterritos & pene deſperatos, non minime conſolatus eſt.

F

h

qui ulterius progreſſus,

46 Sed & legatos ſuos pio Ottoni aſſignavit, qui per deſertum magnum, quod immi-
nebat, continuato ſeptem dierum ſpatio, eum tranſduxerunt, ubi grande venenatorum animalium periculum incurrerunt. Sed, Deo protegente, illæſi evaſerunt. Et poſt hæc

ad

A ad ſtagnum quoddam venerunt, ubi occurrentibus ſibi Pomeranis, quorum Deus corda tetigerat, & ultro fide ac lavacri ſalutaris gratiam expetentibus, flens præ gaudio; primitias novi gregis ovili Chriſti adjecit. Altera die ad villam proximam divertit, ibique
Piritſcum plures, Domino cooperante, ſecundæ nativitatis Sacramento initiavit. Tertia die ad Piritſcum primum Pomeraniæ caſtrum venit, ubi cives ejus ad fidem exhortans, quatuordecim dies manſit, eis nimirum invidentibus, & ſervum Dei ad alia migrare loca compellentibus, ſeque novam hanc legem ſine primatu & majorum ſuorum conſilio non poſſe aggredi teſtantibus.

47 Tandem, pio Ottone aſſiduis pro ſalva-
indeCaminam pervenit, tione eorum precibus inſiſtente, ſpiritu Dei, qui ubi vult ſpirat, & cui vult miſeretur, tacti aſſenſerunt; & jugo fidei colla ſubmittentes, baptizati ſunt quotquot erant præordinati ad vitam. Itaque in nativitate ſancti Johannis Baptiſtæ ad caſtrum, Camin dictum,
B ubi ſedes Ducis eſt, pervenit, ubi multum
i tempus, id eſt, quatuordecim hebdomadibus *i* vel amplius prædicans, eccleſias de ramis arborum, ut novella plantatio exigebat, compoſuit; & ipſe quidem infantes, cooperatores autem ſui viros ac mulieres, ad Chriſtum confluentes, baptizabant. Illic ergo in catechizatione requiſitum eſt à mulieribus, quod
ubi ingens, prædicationis fructus. infantes necarent. Nam crudelitate paganica, puellas necare & mares reſervare ſolebant, & pro hoc ſcelere ſpecialis pœnitentia eis injuncta eſt. Singulariter ergo viri, ſingulariter feminæ, ſacro abluebantur fonte, oppanſis circa baptiſterium velis, tanto ab invicem ſemoti ſpatio, ne ullius ſcandali hinc oboriri poſſet occaſio *k*. Prædicationem vero pii Ottonis ſigna & prodigia confirmabant, quæ hîc inſeri ordo relationis exigit.
k

48 In eodem caſtro Camin mulier quæ-
Mulier Dominica laborans, dam, nobilitate & divitiis famoſa, ſed inimici ſuaſionibus Deo exoſa, piiſſimi Apoſtoli ſui doctrinam pro nihilo ducebat, &, verba Dei poſtponens, ſequi nolebat. Unde inter
C alia contemptus & tranſgreſſionis indicia, Dominica die, juxta præceptum beati Pontificis, cunctis feriantibus, ipſa in agrum egreſſa, metebat, & reclamante ac reluctante ejus familia, irreverenter & infrunito animo, cœpto operi inſtabat. Sed pius Dominus, qui prædicatoribus ſuis polliceri dignatus eſt, dicens: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit; evidenti miraculo ad correctionem aliorum, deſpectionis hujus vindex &
morte punitur. caſtigator factus eſt. Nam dum mulier infelix, ſolo inclinata, pertinaciter operi ſola inſiſteret, ac familiæ ſuæ, cur eam adjuvare negligeret, garrula comminatione exprobraret; ſubito collapſa retrorſum, dicto citius exſpiravit, magnumque aſtantibus horrorem incuſſit. Moxque à familia plangente & ululante, loculo impoſita, per omnem civitatis ambitum miſerabiliter circumferebatur, cunctiſque tam manifeſtum Dei judicium pertimeſcentibus, novella plantatio in fide & religione Chriſtiana magis ac magis convaleſcebat.

49 Progreſſus inde novus Apoſtolus Po-
Julinæ peſſime exceptus, meranorum, venit ad urbem magnam Julin; ubi Odora fluvius præterfluens, lacum vaſtæ longitudinis ac latitudinis reddit, illicque ma-

re influit. Cives autem loci illius *crudeles* AUCTORE erant & impii. Unde pius Otto magno illuc EBBONE. capitis ſui ingreſſus periculo, certam mortis exſpectationem cum ſuis omnibus habebat. Mos autem regionis illius eſt, ut princeps terræ in ſingulis caſtris propriam ſedem & manſionem habeat, in quam quicumque fugerit, tutum ab inimicis aſylum poſſidet. Illuc ergo pius Otto ingreſſus, orationibus & lacrymis pro converſione gentis Pomeranicæ inſtabat. Sed tunc exauditus non eſt. Julinenſes enim calice furoris Domini miſere ebriati, audito ſervorum Dei adventu, ſequenti die primo diluculo ad famulos Chriſti, cum gladiis & fuſtibus exierunt, tamquam ad latrones, dicentes, in vanum eos Ducis manſionem irrupiſſe, quaſi illic pacem habituri eſſent; cum ſubverſores patriæ, ac legum antiquarum, extranei ab hac pacis conditione, Deorum ſuorum edicto cenſerentur. Vix interventu ac ſuffragio Ducis, poſt multimodas injurias vivi evaſerunt, & extenſis ante caſtrum tentoriis, ſeptem diebus illic morabantur, cottidie per internuntios utriuſque Ducis, id eſt Bolizlai & Wortizlai, requirentes à Julinenſibus, ſi fidei Chriſtianæ jugum ſubire deliberaſſent. E Sed illi, ſacerdotum ſuorum depravati conſilio, nullatenus ſanæ doctrinæ præconem recipere volebant: quin immo de finibus ſuis proturbantes ejeceruut.

50 Accidit quoque in eodem loco, ſervum
à ruſtico tantum non Dei gravem & ſuo nomine indignam ſubire *mactatus eſt.* jacturam, quæ illi majorem apud Deum retributionis æternæ pariebat gloriam. Nam ruſticus quidam, filius perditionis, in ſilvam ad præcidenda ligna ierat, redienſque cum plauſtro lignis onuſto, viro Dei occurrit in loco, ubi magna cœni profunditas erat. Et nimia furoris armatus inſania, inſtinctu ſe poſſidentis ſatanæ, arrepto validiſſimo ligno, caput ſervi Dei perfringere niſus eſt. Sed ſecus accidit. Domino enim pium Ottonem ad multorum ædificationem conſervante, nefandus ille homicida, ſanctum ejus verticem attingere non potuit: ſed ingentem ei inter ſcapulas ictum dedit, ita ut pronus in cœnum laberetur, caputque illud, reverenda canitie honorandum, cum toto corpore luto fœtidiſſimo turparetur. Servus autem Chriſti è luto extractus, F gratias pro contumelia agebat, dicens: Gratia tibi Domine, quia etſi amplius non erit, tamen unum pro amore tuo ictum accipere merui. Verum non uſquequaque deſeruit Deus famulum ſuum, pro nomine ejus tanti diſcriminis acerbitate laborantem; quinimo defenſorem illi, & adjutorem in opportunitatibus in tribulatione, illuſtrem virum, nomine Nedamirum, deſtinare dignatus eſt. Eratque vir ille divitiis & potentia inter ſuos opinatiſſimus, antea quidem in Saxonia factus Chriſtianus, occultus tamen, propter metum paganorum. Hic omnem pio Ottoni exhibuit caritatem & humanitatem, ita ut abeuntem magna hilaritate proſecutus, tres naves, victualium copia oneratas, alacriter præberet, ac ducatum ei ad urbem Stetin, uſque in arcem Ducis, officioſe exhiberet. Ipſe vero, accepta benedictione, ad cives ſuos Julinenſes clam rediit. Apoſtolus itaque Pomeranorum, continuis novem hebdomadibus *l*, tuto in loco diu multumque in opere Dei & verbo prædicationis *l* opportune, importune inſtabat; tandemque,

AUCTORE EBBONE.

Dei gratuita præveniente clementia, conversionem efferæ gentis obtinuit hoc modo.

ANNOTATA.

a *Aliud hîc plane exordium à Sefridiano; alia prorſus hiſtoria, de qua Sefridus non meminit. Ceterum de rei veritate dubitari omnino non poteſt, cum rurſus diſerte teſtetur Ebbo, ſe* ex ore ſervi Dei Udalrici ſacerdotis audiviſſe *&c.*

b *De Bernardo iſto nihil alibi legere mimini; ſucceſſum apoſtolatûs ejus hîc habes, quo longe felicior Ottoniana prædicatio, tametſi in curribus & in equis, imo & principum terrore & potentia adjuta.*

c *De S. Adalberto egimus in annotatis ad Sefridum lib.* 3, *cap.* 3, *lit.* c.

b Ita majores noſtri, *inquit Jaſchius*, honorare voluerunt Julium, cujus virtutes ac labores ubique prædicabantur, ut viſa hac ſtatua, illius veſtigia premerent, *&c. Vide ibi pag.* 478.

e *Pathetica illa Bernardi oratio, S. Ottonis animum non ſolum incendit, verum etiam docuit, quo pacto cum fructu annuntiandum eſſet Pomeranis Euangelium.*

B f *Sefridi errarem alibi reteximus, primam hanc miſſionem ad Honorii PP. tempora revocantis.*

g *Cum eo Duce neceſſitudinem aliquam S. Ottoni interveniſſe, docet noſter Bohuſlaus Balbinus, de Ducibus & Regibus Bohemiæ pag.* 87, *Miſcell. parte altera.*

h *Vide Anonymum Sefridianum num.* 58.

i *Hæc ſi vera ſunt, debuit S. Otto Caminæ hæſiſſe uſque ad menſem Novembrem, quod eſt contra Sefridum, qui Caminenſi miſſioni ſolum tribuit dies* XL.

k *Apud Sefridum fuſius & diſtinctius tota prædicatio deſcribitur, uſque ad num.* 85, *quo ſubjicitur miraculum de matrona metente &c.*

l *Hæ nos perducerent ad anni finem. Sefridus, teſtis oculatus, temporum rationem æque ac rerum ordinem melius ſervaſſe videtur. Hinc neceſſe non puto, plures notationes ad ea explicanda coacervare.*

C

CAPUT II.

Converſis Stetinenſibus, Julinam invitatur Apoſtolus. Quæſitum Triglai idolum. A ſuis revocatus, conſtitutis in Pomerania eccleſiis, Bambergam revertitur.

Stetini Domuzlaum lucratus,

DOmuzlaus quidam, corpore & animo ac divitiarum copia, ſed & generis nobilitate inter Stetinenſes eminentiſſimus, tanto ab omnibus honore & reverentia colebatur, ut nec ipſe Dux Pomeraniæ Wortizlaus ſine conſilio & aſſenſu ejus quidquam ageret; ſed in illius arbitrio tam publica quam privata pendebant negotia. Nam eximia urbs illa Stetin, quæ tres montes ſuo ambitu incluſos habens, principatum omnium Pomeraniæ civitatum obtinet, cognatis, ſervis & amicis ejus repleta erat. Sed & in aliis circumjacentibus regionibus, tantam propinquorum turbam habebat, ut non facile ei quidquam reſiſtere poſſet. Sciens itaque pius Otto, utpote vir ſagaciſſimus, quia ſi hunc fidei Chriſtianæ cum propinquis ſuis ſubjiceret, omnis plebs exemplo ejus attraheretur, toto conamine rhinocerotam *a* hunc, ad arandum in agro Domini, loro prædicationis alligare contendit. Sed quia infrenis erat & dura cervice, nec facile conſtringi poterat, primum filios ejus, abſente patre, fidei ſacramentis imbuit, matremque cum filiis in Chriſto regeneravit. Quo audito Domuzlaus, primo quidem graviter indignatus, quod ſine voluntate & aſſenſu ejus hæc acta eſſent, velut alter Saulus perſecutionem in ſervos Dei excitavit, & eos de finibus illis exterminare cogitavit. Sed Apoſtolo Pomeranorum genua ad Deum flectente, & orante, ut, ubi abundavit iniquitas, ſuperabundaret gratia; ille timore ſimul & amore Dei tactus, tamquam & ei ſuperna voce diceretur: Domuzlae, quid me perſequeris? Olim quidem debui perdere te: ſed Otto ſervus meus oravit pro te, repente de lupo agnus; hoc eſt, qui fuit devaſtator, factus eſt veritatis defenſor & propagator. Compunctus enim, & totus lacrymis infuſus, pio Ottoni, humili adgeniculatione proſternitur, indulgentiam ab eo & locum pœnitentiæ flagitans.

ejus exemplo ceteros convertit.

52 A quo benignè ſuſceptus & paterna benedictione conſolatus, ſecreta confeſſione innotuit, ſe olim in Saxonia baptiſmi gratiam percepiſſe, ſed aſtutia inimici, tanta divitiarum mole in barbarica terra ſibi accedente, fidem Chriſti inter idololatras ſervare non potuiſſe. Ex eo igitur, abdicato penitus gentilitatis errore, fidei, quam impugnaverat, validiſſimus propugnator factus eſt; & plus correctus profuit, quam errans læſerat. Statimque omnis familia ejus cum gaudio novæ regenerationis lavacro perfuſa eſt, ſcilicet animæ pluſquam quingentæ. Sed & propinqui ejus & amici cum domeſticis ſuis, exemplo ejus provocati, fidem receperunt; ſicque factum eſt, ut, de die in diem creſcente numero fidelium, tota civitas cum adjacente provincia, fugatis idololatriæ tenebris, ſplendore fidei illuminaretur. Manſit itaque illic pòſt Prædicator per inſtantem hiemem, & confluentibus ad ſe populis baptiſmi gratiam tradens, eccleſias in locis opportunis conſtruens, eaſque miniſtris ac ſacerdotibus committens, omni ornatu eccleſiaſtico diligenter inſtituit. Sed quia, ſicut Dominus ore prophetico prædixerat; Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, fidelem operarium ſuum, viriliter pro ſe agonizantem, ſequentium miraculorum indiciis dignatus eſt illuſtrare.

Sanantur duæ matronæ.

53 Matronæ duæ, errore gentilitatis irretitæ, ægritudinis moleſtia detinebantur, ita ut omni membrorum officio deſtitutæ, morti jam proximæ viderentur. Ad quas pius Otto acceſſit, verbum ſalutis prout capere poterant annuntiavit, & ſancta ſpe de miſericordia Chriſti præſumens, pollicitus eſt eis, ſi credere & baptizari vellent, non ſolum animæ ſed & corporis medelam & integerrimam ſanitatem. Quod ſine mora pollicentibus eis, ſervus Dei, oratione facta, manus capitibus earum impoſuit & ſigno crucis communivit. Statimque

A timque ipso momento fugatis doloribus universis, à duplici morte, corporis videlicet & animæ, per orationes sancti Præsulis sunt absolutæ, & unda salutari cum gaudio magno regeneratæ, multis salutis æternæ occasio fuere.

Julinenses Sanctum ad se invitant,

54 Julinenses autem, qui dudum veritatis præconem à se repulerant, cum audissent, Stetinenses fidem recepisse, nutu Dei mente compuncti, legatos honorabiles ad revocandum servum Dei miserunt. Quibus ille visis; Quid, inquit, venistis ad me, hominem quem odistis & expulistis? At illi, veniam petentes; Nos, inquiunt, antiquam Patrum nostrorum & majorum legem, sine consensu Primatum, quos in hac Stetinensi nostra metropoli reveremur, infringere non præsumimus. Sed postquam Deus tuus Principes nostros sibi per te subegit, nos quoque, omni remota diffidentia, doctrinam salutis excipere parati sumus. Quo audito, Antistes Domini, positis genibus, Deo gratias egit, profectusque cum eis, & debita à Julinensibus susceptus reverentia, veritatis viam errantibus aperuit & baptismi

& fidem suscipiunt.

B sacramento purificans, adoptivum populum Deo exhibuit. Computatus est autem numerus baptizatorum viginti duo millia & centum quinquaginta sex homines, quos Pater sanctus, pro ignorantia & cultu rei insensibiles, comparatos jumentis insipientibus & similes factos illis, ad rectum tramitem perduxit, & destructis universis erroribus paganicis, rationabile Deo vivo obsequium exhibere docuit. Absque notitia etenim creatoris sui omnis homo pecus est *b*.

b

Apostasiam veritus,

55 Soli autem Pontifices idolorum viæ Domini resistebant, & multos servo Dei tendentes laqueos, occulte eum perimere nitebantur. Nam multitudine plebis cottidie ad fidem convolante, cum nullus sacrilegis & profanis sacerdotibus ad eum pateret accessus, confusi & reveriti à facie ejus, longius extra regionem illam secesserunt, & quocumque devenissent, invidiam ei ac inimicitias excitantes, maledicta in eum & probra congerebant. Cum vero ad summi Dei gloriam, idolorum destruerentur imagines, sacerdotes Trigelawi, qui principaliter ab eis colebatur, aureum fugati effigiem extra provinciam abduxerunt, & cuidam viduæ, apud villam modicam degenti, ubi nec spes ulla requirendi esset, ad costodiendum tradiderunt. Quæ mercede conducta, quasi pupillam oculi sui profanum illud custodiebat simulacrum: ita ut,

C trunco validissimæ arboris cavato, illic Trigelaum, pallio obductum, includeret, & nec videndi, ne dicam tangendi illum, cuiquam copia esset. Solummodo foramen modicum, ubi sacrificium inferretur, in trunco patebat; nec quisquam domum illam, nisi profanos sacrificiorum ritus agendi causa, intrabat. Quod audiens inclitus Pomeranorum Apostolus, multifaria intentione satagebat, quoquomodo illuc attingere, præmetuens, quod & accidit post abscessum suum, rudibus adhuc & necdum in fide confirmatis illud in ruinam futurum.

idolum Trigelawum,

56 Sed prudenter animadvertens, quod si illuc publicam profectionem indiceret, sacerdotes, audito ejus adventu, imaginem Trigelawi, rursum ad remotiora occultando, abducerent, sapienti usus consilio, quemdam ex comitibus suis, Hermannum nomine, barbaricæ locutionis sciolum, & ingenio acutum, latenter ad viduam illam destinavit. Cui etiam præcepit, ut barbarico habitu, ad sacrificandum Trigelawo se pergere fingeret. Hermannus itaque chlamydem & pelliolum *c* mercatus barbaricum, post multa arduæ viæ pericula, viduam illam tandem conveniens, asserebat, se nuper, de procelloso maris gurgite, per invocationem Trigelawi erutum; ideoque debitum pro salvatione sua sacrificium litare desiderantem, ductu ejus, illo mirabili ordine, per incognitos viæ tractus devenisse. At illa: Si ab eo, inquit, es missus, ecce ædes, in qua Deus noster, robore cavato inclusus detinetur. Ipsum quidem videre & tangere non poteris; sed ante truncum procidens, eminus foramen, ubi munus inferas, attende. Quod dum imposueris, reverenter clauso ostio, egredere, &, si vitæ tuæ consultum esse volueris, cave ne cuiquam hunc patefacias sermonem.

AUCTORE EBBONE.

c

astu surripere conatur.

57 Qui alacer ædem illam ingressus, dragmam argenti in foramen jactavit, ut sonitu metalli sacrificasse putaretur. Sed concitus, quod jecerat, retraxit, & sputaculum pro sacrificio obtulit Trigelawo. Deinde curiosius attendens, si forte negotium, pro quo missus erat, exsequendi facultas suppeteret, animadvertit, imaginem idoli tanta cautela & firmitate trunco impressam, ut nullo pacto eripi aut saltem loco moveri posset. Unde non mediocriter tactus dolore, quidnam ageret, æstuabat, dicens intra se; Heu quid tantum viæ pelagus sine fructu peragravi! Quid respondebo Domino meo? Vel quis credet, me hîc fuisse, cum vacuus rediero? Et circumferens oculos, videt sellam Trigelawi cominus parieti affixam. Erat autem nimiæ antiquitatis, & nullo jam pene usui apta; statimque exiliens cum gaudio, infaustum munus parieti detrahit & abscondit. Primoque noctis canticinio egressus, omni festinatione Dominum suum socioscque revisit: cuncta quæ egerat, replicat, sellam etiam in testimonium fidei suæ repræsentat. Apostolus itaque Pomeranorum, habito cum suis consilio, sibi quidem & suis ab hac requisitione desistendum censuit, ne non tam zelo justitiæ, quam auri

E

F cupiditate hoc agere videretur. Collectis tamen & adunatis principibus ac natu majoribus, jusjurandum ab eis exegit, ut cultura Trigelawi penitus abdicaretur, & confracta imagine, aurum omne in redemptionem captivorum erogaretur.

Duabus ecclesiis Julinæ constitutis,

58 Plurimi autem Julinensium, pro negotiatione sua, trans mare abierant, qui audita civium suorum conversione, spiritu Dei præveniente, æmulatores eorum facti sunt, & ad metropolim suam reversi, regi regum Christo colla submittunt; statimque à presbyteris, quos pius Otto illic constituerat, baptizati, civibus suis, Christianis legibus initiatis, pari fervore adunantur. Ecclesia autem, præcone veritatis in verbo Dei laborante, crescebat & confortabatur, Dominusque augebat cottidie, qui salvi fierent per ipsum. Apostolus itaque Pomeranorum duas illic ecclesias constituit, unam in civitate Julin, sub honore Sanctorum Adelberti & Wenezlai Martyrum, in loco ubi profani dæmoniorum ritus agi solebant, ut, ubi spurca pridem commercia, Christi dein-

AUCTORE EBBONE.

ceps frequentarentur mysteria. Alteram extra civitatem, in campo miræ latitudinis & amœnitatis, in veneratione beatissimi Apostolorum Principis ædificavit, illicque sedem Episcopalem statuit.

à Bambergensibus revocatus,

59 Sed pio Doctore animarum lucris & ecclesiarum ordinationibus occupato, congregationes fidelium, non solum in Bambergensi loco, sed & in pluribus cœnobiis, pro longitutna tanti Patris absentia, sollicita exspectatione angebantur, & preces precibus, vota votis congeminantes, reditum ejus de toto corde desiderabant. Igitur pius Otto, assiduis fratrum ac filiorum suorum legationibus contraire non valens, cum apud Julinenses hiemasset, circa Purificationem sanctæ Mariæ, accepta ab omnibus licentia, unicam sibi sponsam Bambergensem ecclesiam visitare disposuit. Quo audito, plebs neophita Pomeranorum, in fide tenera, & adhuc quasi pannis infantiæ involuta, non mediocri dolore perculsa, lacrymosis precibus vestigia pii pastoris ambire, eumque apud se detinere conata est : sed incassum. Ipse enim graves in terra sua diversorum negotiorum causas sibi imminere respondit : sed & magnum animæ suæ
B periculum sciebat, si dum nova de alienis gregibus lucra requirit, proprias oves, sibi specialiter assignatas, negligeret. Moxque, adunata sociorum & cooperatorum turba, cunctos, quibus fidei verbum disseminaverat, circuivit ; & in religione Christiana tam monitis quam precibus confirmavit. Primum vero castellum Camin, exin Dodinensem locum, in honore sanctæ Crucis consecratum, adiit, ubi multos Pomeranorum, de insulis maris reversos, ubi timore Bolizlai Ducis occultati erant, baptizavit.

via, qua venerat,

60 Nam Dux Bolizlaus, sicut erga Deum cultoresque Dei religione ac pietate insignis ; ita erga idololatras & ærumnosos, debiti tigoris asperitate, fuit impacabilis. Singulis quippe annis collecto exercitu valido, terras paganorum devastare solebat, ut vel timore, jugo Christianæ fidei subderentur. Ministerio verò pii Ottonis, arma in pacem *d* mutata sunt, cunctique de latibulis, ubi absconditi erant, accepta per beatum Præsulem se-
C curitate, prodeuntes, baptismi gratiam consecuti sunt. His peractis, Colubregam petiit, ubi ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ, dudum à se inchoatam *e* perfecit & consecravit. Posthæc, visitatis omnibus ecclesiis, Deoque intima supplicatione commendatis, auctus benedictione Domini, Pomeraniam egreditur. Deinde veniens Poloniam, cum ingenti gaudio à Duce Bolezlao omnique clero & populo suscipitur. Aliquamdiu ergo illic ab eodem Christianissimo Duce humanitatis gratia detentus, Boëmiam adiit, si-
f milemque Ladizlao *f* Duci & omnibus suis, de adventu suo lætitiam magnam præbuit. Tandem fines peregrinationis suæ egressus, Michilvelth venit, ubi occurrentibus sibi multis de clero & populo Bambergensi, Cœnam Dominicam celebravit. Sabbato sancto Paschæ Turstat adiit : sed ea die urbem intrare distulit.

in Paschate ad eos revertitur.

61 Mane ergo primo Resurrectionis Dominicæ, Bambergensem ecclesiam geminata excepit lætitia, tam jocunditate Paschalis festi, quam etiam adventu pii Ottonis illustrata. Convenit enim tota civitas, novum nostri D temporis Apostolum excipiens, & populo laudem decantante, dulcis in ore cleri resonabat cantus ; Advenisti desiderabilis, quem exspectabamus in tenebris. Sic infinito stipatus agmine, processit ad ecclesiam, cunctis ejus reverendam canitiem & angelicam faciem desideranter intuentibus, & pedes ejus Euangelio pacis consecratos, exosculari gaudentibus. Quibus ille verbum Dei, quod nunquam ejus ori abfuit, solita eructans dulcedine, Pomeraniam Christi legibus subjugatam annunciabat, & conctorum affectus ad considerandam divinæ pietatis gratiam, illo, quo ipse ardebat caritatis igne, accendebat. Exinde humanæ vitæ incertam attendens metam, illudque beati Job assidua meditatione revolvens, Nescio quamdiu subsistam ; & Si post modicum tollat me factor meus ? omnia quæ dudum inchoaverat, cœnobiorum & ecclesiarum septa *g*, quantocius consummare accelera- *g*
bat, ne, si quid in his neglectum foret, subtractum de mercede sua postea doleret. Sed pio Præsule in divinis operibus insudante, per E invidiam antiqui serpentis, tot animarum incrementa in Pomerania sibi succrescere dolentis, duæ præcipuæ civitates Julin & Stetin apostasiam incurrerunt, abjectoque veri Dei cultu, cervices suas dæmonibus, & non Deo subdiderunt. Hoc autem quo ordine sit factum, vel qualiter pii Ottonis secundo Apostolatu, per gratiam Dei, sit recuperatum, tertius liber, Domino annuente, explicabit.

ANNOTATA.

a *Durior phrasis, sed facile condonanda. Multa hic rursus compendio percurrit Ebbo noster, quæ à Sefrido melius narrata sunt ; forte & à genuino Ebbone, si integer haberetur,*

b *Quitoto hoc libro Ebbonem secutus est Andreas Faschii, subjungit extraneum fere caput ex Urspergensi, ni fallor, pro majori parte descriptum ; estque ipsi capitulum duodecimum, ex quo materiam egregiarum notationum sumpsit Faschius à pag.* 480, *sed ubi denuo extra oleam saltat. Utpote qui ex S. Ottonis præclare gestis, correctorem se declaret aliorum Episcoporum, rectius facturus, si suorum scandala corriperet.* F

c *Melius Andreas Faschii* pileolum. *Tota vero historia ista Ebboniana, aut ignota fuit Sefrido, aut eam pratereundam putavit ; sane circumstantiæ illæ cum ejus narratione non conveniunt, ut suo loco annotavimus.*

d *Ut multo fusius descripsit Sefridus à num.* 95.

e *Multa cursim transilit Ebbo, quæ ex Sefrido pleraque suppleri possunt. At quis reperiet, quo tempore Colbergensis ecclesia à Sancto fuerit inchoata.*

f *Huc referri possunt, quæ habet noster Balbinus, citato superius loco, de S. Ottonis cum Wladislao Bohemiæ Duce familiaritate, utpote quo* agente, Sobieslaum I, etiam proprio filio præterito, proceribus commendaverit, & post se principem nominaverit. *Hæc autem transacta opinor, mense Martio* 1125, *cum Wladislaus iste obierit* 2 *Aprilis ejusdem anni. Unde rursus confirmatur, quod in commentario probavimus, primam missionem Pomeranicam susceptam esse anno* 1124, *absolutam sub finem Martii* 1125.

g *Melius*, cœpta.

LIBER

A

LIBER TERTIUS

CAPUT I.

De apoſtaſia Stetinenſium & Julinenſium, & variis ibi prodigiis. Reſumitur à S. Ottone miſſio, & Duce cum ſuis converſo, inter varia pericula fides reſtituitur.

De apoſtaſia Stetini & Julinæ.

BEato Ottone Epiſcopo, poſt primum Pomeranicæ gentis apoſtolatum, ad ſedem propriam feliciter reverſo, duæ ex nobiliſſimis Pomeraniæ civitatibus, Julin & Stetin, invidia diaboli inſtigante, ad priſtinas idololatriæ ſordes rediere; hac tamen occaſione. Julin, à Julio Cæſare condita *a* & nominata;

B in qua etiam lancea ipſius columnæ miræ magnitudinis, ob memoriam ejus, infixa ſervabatur; cujuſdam idoli celebritatem, in initio æſtatis, maximo concurſu & tripudio agere ſolebat. Cumque verbo fidei & baptiſmi lavacro mundata, idola majora & minora, quæ in propatulo erant, ignibus conflagrari cœpiſſent, quidam ſtultorum modicas idolorum ſtatuas auro & argento decoratas, clam furati, penes ſe abſconderunt, neſcientes quale per hoc urbi ſuæ ferrent excidium, ſicut infelix Achas, qui, urbe Jericho ſubverſa, auream regulam quinquaginta ſiclorum, cum pallio coccineo, ducentis ſiclis furatus eſt, & per hoc ſe cum tota gente Judaica anathemate obligavit. Nam ad prædictam idoli celebritatem comprovincialibus ſolito fervore concurrentibus, ludoſque & comeſſationes multiformi apparatu exhibentibus, ipſi, dudum abſconditas ſimulacrorum effigies, populo, inani lætitia diſſoluto, repræſentantes, eos ad antiquum paganizandi ritum impulerunt, ſtatimque per hoc divinæ correptionis plagam

C incurrerunt.

In hujus incendio,

63 Siquidem ludis & ſaltationibus paganico more occupatis, ſubito ignis Dei cecidit de cælo ſuper apoſtaticam civitatem, tantaque violentia tota urbs conflagrare cœpit, ut nemo quidpiam de rebus ſuis eripere valeret, ſed animas tantum ſuas ſalvare cupientes, fuga pernici, ſæviens incendium vix evaderent. Tandem verò, urbe ſua ignis atrocitate deleta, reverſi, invenerunt eccleſiam ſancti Adelberti, per beatum Ottonem illic in meditullio, propter raritatem lapidis firmo lignorum tabulatu conſtructam, ex media parte flammarum vaporibus abſumptam. Sed mirum in modum ſanctuarium, quod viliori ſchemate, id eſt arundineto contectum fuerat, ſubter habens pannum linteum oppanſum, propter vermiculos ab altari arcendos, omnino ab ignibus intactum remanſerat. Quo ingenti viſo miraculo, tota plebs in laudem acclamabat, aſſerens, procul dubio verum hunc eſſe Deum, qui in tanta ignis violentia, quæ etiam lapides comminuerat, arundinetum, ſuo altari ſuper congeſtum, reſervaverat illæſum. Sicque, advocatis ſacerdotibus Chriſtianis, publicam egere pœnitentiam, & abjuratis idolis, urbeque ſua reædificata, jugo Chriſti cervices ſuas ſubmiſerunt. Hoc modo divinæ correptionis plaga ſalutem in urbe Julin operata eſt.

intactum manet ſanctuarium;

AUCTORE EBBONE.

64 Stetin verò ampliſſima civitas, & major Julin, tres montes ambitu ſuo concluſos habebat; quorum medius, qui & altior, paganorum Deo Trigelao dicatus, tricapitum habebat ſimulacrum, quod aurea cidari oculos & labia contegebat, aſſerentibus idolorum ſacerdotibus, ideo ſummum eorum Deum tria habere capita, quoniam tria procuraret regna, id eſt, cæli, terræ & inferni; & faciem cidari operire, pro eo, quod peccata hominum quaſi non videns & tacens diſſimularet. Hac itaque potentiſſima civitate, ad veri Dei agnitionem per beatum Præſulem adducta, delubra idolorum flammis erant abſumpta, duæque eccleſiæ una in monte Trigelai ſub honore ſancti Adelberti, alia extra civitatis mœnia, in veneratione ſancti Petri, erant locatæ; & ex hoc ſacrificia, quæ copioſo apparatu & divitiis, ſacerdotibus & fanis idolorum exhibebantur, eccleſiæ Chriſti ſibi vendicabant. Unde commoti ſacerdotes, & prioris E pompæ delicias cottidie ſibi decreſcere dolentes, occaſionem quærebant, ut populum ad idololatriam, quæſtûs ſui gratia, revocarent.

in illa ſe evigunt ſacrificuli;

ſed unius punitio alios reprimit,

65 Accidit ergo mortalitatem magnam civitati ſupervenire, & requiſiti ſacerdotes à plebe, dicebant, abjurationis idolorum cauſa hæc eos incurriſſe, omneſque ſubito morituros, niſi antiquos deos ſacrificiis & ſolitis placarent muneribus. Ad hanc vocem ſtatim conventus forenſes aguntur, ſimul ac requiruntur; & in commune profanus ſacrificiorum ritus & ſuperſtitio repetitur; eccleſiæ Chriſti ex media parte deſtruuntur, cumque ad ſanctuarium plebs furibunda veniſſet, non auſa ulterius progredi, ſummum idolorum pontificem ſic alloquitur: Ecce quod noſtrum erat, exſecuti ſumus; tuum eſt, iſtud caput & culmen Teutonici Dei pro officio aggredi & profanare. Ille autem arrepta ſecuri, cum altius dextram libraſſet, ſubito diriguit, & reſupinus corruens, clamore lamentabili dolorem ſuum proteſtatus eſt. Accurrens vulgus, cauſam doloris requirit. At ille graviter ingemiſcens, ait: Heu quantæ potentiæ, quantæ fortitudinis eſt ille Deus, & quis reſiſtet ei? En quia ſacram ejus ædem contingere præſumpſi, graviter percuſſus ſum. Illis verò attonitis, & quid agerent, inquirentibus, Pontifex eorum; Ædificate, ait, hîc domum Dei veſtri, juxta ædem Teutonici Dei, & colite eum pariter cum diis veſtris, ne forte indignatus, interitum huic loco quantocius inferat. Qui præcepto ejus paruerunt, & uſque ad reditum piiſſimi Ottonis in hoc errore permanſerunt *b*.

F

b

Wiricus civis Stetinenſis,

66 Sed interim non deſtitit divinæ pietatis providentia, quæ ſemper converſionem errantium deſiderat, paterna eos lenitate redarguere, per quemdam potentiſſimum de civibus ſuis, Wiricum nomine, mirabiliter ab hoſtium captivitate & maris periculo liberatum, quod nullatenus ſilentio prætereundum eſt, maxime, cum per abſentem licet, beatiſſimum Pomeranicæ gentis Apoſtolum, tam evidens miraculum Chriſtus operari dignatus ſit. Siquidem orientalis eſt regio barbarorum

Po-

AUCTORE EBBONE.

Pomeraniæ, habens ex latere provinciam Danorum, mari interjacente, tantaque eſt maris latitudo, utramque dividens regionem, ut qui in medio navigans ſereniſſima die poſitus fuerit, vix provincias has ad inſtar parviſſimæ nubis conſiderare valeat. Hic itaque civis Stetinenſis frequenter in provinciam Danorum navigare, & prædam ex ea agere ſolebat, ſicut & illi econtra in Pomeraniam crebras incurſiones piraticas faciebant.

à Danis captus,

67 Sed eo tempore quo civitas ſua apoſtaſiam incurrerat, idem præpotens vir Wiricus, copioſo ſex navium apparatu, Danos infenſos petebat, & non præviſas incidens inſidias, cum omnibus ſuis captus eſt, ſociiſque crudeliter ſtrangulatis, ipſe ſolus carceri traditur, collo, pectore, manibus pedibuſque gravi catenarum nexu, quæſtûs dumtaxat gratia, compeditur. In hac arctiſſima recluſione compeditus, ſinguliſque momentis, quando ad mortis ſupplicium traheretur, ſuſpectus *c*; Ottonis Epiſcopi memoriam animo revolvere cœpit, & lacrymarum imbre perfuſus, anxius hanc ſupplicem Domino profudit orationem :

c

B

invocato S. Ottone,

Domine Deus, qui nos ad cognitionem nominis tui, per os ſancti Patris noſtri Epiſcopi, venire tribuiſti, miſerere & ſuccurre mihi in hac tribulatione, per ejus beatiſſima merita. Qui me, licet indignum, de fonte baptiſmatis ſuſcepit, ut ſi vera ſunt omnia, quæ ex ore ejus de tua inæſtimabili pietate audivi, nunc in tam horrenda mortis imagine poſitus experiar, & tuo munere abſolutus, deinceps ab hac piratica invaſione deſiſtam, tuæque religioni ſtrictius jugiter inhæream.

vinculis ſolvitur,

68 His dictis, in ſomnum reſolutus eſt, continuoque dilectum Patronum ſuum Ottonem Epiſcopum cernit, pontificalibus indutum & infulatum, & virga paſtorali latera pulſare dormientis. Qui de gravi ſomno evigilans, hac flebili voce eum compellat : O ſerve Dei vivi, quis te ſic inopinatum huc adeo adduxit ? At ille : Propter te, inquit, veni : Surge quantocius, & ſequere me. Cui captivus ; Quomodo, ait, ſurgam, tantis catenarum nexibus undique irretitus ? Tum Pater benignus, ſigno crucis edito, erexit eum, ſtatimque vincula ejus cæleſti virtute ſoluta ceciderunt in terram : & ſurgens ſecutus eſt eum. Cui ſervus Domini ; Ecce, ait, abſolvit te Chriſtus, cui credidiſti. Memento, ut cum redieris in terram tuam, omnibus civibus tuis legationem meam perferas. Gravem quippe offenſam Dei incurrerunt, pro eo quod, cultu ejus neglecto, idololatriam repetere veriti non ſunt, & niſi quantocius reſipiſcant, cæleſtis iræ vindictam, hîc & in futuro ſeculo multipliciter incurrent. His dictis, evanuit ab oculis ejus.

C

miraculoſe in patriam reductus.

69 At ille, curſu rapidiſſimo, venit ad mare. Sed quid ageret dubius, intra ſemetipſum variis cogitationibus æſtuabat, dicens : Quid faciam ? Deus per merita Patris mei beatiſſimi Ottonis abſolvit me ; ſed quomodo tanta maris ſpatia ſine navi tranſibo ? Hoc animo volvens, in tetræ noctis ſilentio aſpicit modicam coram ſe naviculam, littori ſine vectore appulſam, in qua non niſi aliquis navigandi gnarus, ſolus vehi poſſet. Quam ſine cunctatione ingreſſus, pelago, ſe committit, ſola fide munitus, & hæc ſecum reputans ; Satius duco, in profundo maris, ſi ſic neceſſe eſt, interire, quam denuo in cruentas hoſtium manus incidere. Sed aſcendente eo naviculam, ſtatim Dominus ventum validiſſimum miſit in mare, qui eum ſine mora ad litus Stetinenſis civitatis ſine remige depoſuit. Et egreſſus ad terram, cum lacrymis Deo omnipotenti & beato Ottoni debitas gratias exſolvit, maximoque omnium civium ſuorum gaudio & admiratione ſuſceptus, omnem jacturæ & ereptionis ſuæ ordinem eis expoſuit. Qui etiam in teſtimonium miraculi hujus, naviculam ipſam, in portæ urbis introitu, ſuſpenderunt. Stetinenſes verò, à malis præventi ſacerdotibus, legationem pii Ottonis ſpreverunt, in eodem errore durantes, quoaduſque Præſul ipſe, denuò eos viſitans, ad viam veritatis revocaret. Quod quo ordine factum ſit, præſens narratio declarabit.

D

Miſſionem repetens Sanctus,

70 Igitur electus Dei Pontifex, audiens inimicum bono ſemini zizania ſuperſeminaſſe, non eſt paſſus Stetinenſes claudicare in duas partes, Domino & idolis ſerviendo : ſed petita benedictione à Domino Apoſtolico Honorio *d* & ſereniſſimo Rege Lothario, barbarorum fines rurſum adire diſpoſuit, tam pro apoſtatis, ad ſinum Eccleſiæ revocandis, quam etiam pro alia gente Uznoym *e* dicta, quæ necdum nomen Chriſti audierat, jugo fidei ſubigenda. Præparatis itaque viæ neceſſariis pluribus, etiam verbi miniſtris & cooperatoribus aſſumptis, in cœna Domini ſacratiſſima, poſt confectionem Chriſmatis & miſſarum ſolemnia devotè peracta, jejunus ac ſandaliis, ſicut altari aſtiterat, ornatus, elato crucis vexillo, iter prædicationis arripuit, juxta quod ſcriptum eſt : Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, prædicantium bona ? Omnibus ergo filiis ſuis amantiſſimum Patrem cum lacrymis proſequentibus, & proſpera ei unanimiter imprecantibus : ipſe fide armatus, & galea ſalutis munitus, civitatem inimici expugnare aggreſſus eſt.

d

E

e

ad S Norbertum divertit ;

71 Venit igitur ad inſignem illam Saxoniæ metropolim, urbem Virginum *f*, ubi à Norperto Archiepiſcopo honorifice ſuſceptus eſt. Deinde Habelbergenſe epiſcopium petiit. Quod tunc paganorum crebris incurſionibus ita deſtructum erat, ut Chriſtiani nominis vix tenues reliquiæ ibi remanſiſſent. Nam ipſa die adventus ejus civitas, vexillis undique circumpoſitis, cujuſdam idoli Veroviti *g* celebritatem agebat. Quod vir Domini ut advertit, pro tali errore compunctus, urbis mœnia ingredi recuſavit : ſed ſtans in porta civitatis, omni populo coadunato verbum ſalutis prædicabat, & abdicationem hujus ſacrilegæ ſupeſtitionis facile apud eos obtinuit.

f

F

g

& ſilvam tranſiens,

72 Erat illic vaſtiſſima ſilva, quâ diebus quinque tranſmiſſâ, venit ad ſtagnum miræ longitudinis, ubi homuncionem, paravæ inſidentem naviculæ, contemplatus, copioſam ab eo piſcium multitudinem comparavit ; ſed ipſe, argento aliiſque ſpeciebus ſibi propoſitis, nil pretii, niſi tantum ſal, accipere conſenſit, Dicebat enim, ſeptennio ſe panem non guſtaſſe, ſed piſcibus tantum & aqua ſtagni illius ſe ſuſtentari. Siquidem captâ à Duce Poloniæ eâdem provinciâ, ipſe cum uxore ſua fugiens, ſecuri & aſcia ſua ſumpta, parvam in medio ſtagni planitiem invenit, ubi ædificatâ domunculâ, ſecure habitabat, tantamque ſiccatorum piſcium multitudinem æſtivo tempore con-

homine in medio ſtagni reperto,

congregabat, ut tota hieme ſuperabundaret, quibus etiam condiendis non parvam ſalis quantitatem à pio Ottone recepit.

ad Timinam, Ducem in armis offendit; h

73 Erat etiam illic barbarorum natio, quæ Moriz *h* vocabatur. Hæc audita beati Præſulis opinione, ultro ſe fidei Sacramentis ab eo imbui expetebat. Quibus ipſe benigne reſpondit, ſe quidem interim ad gentes ſibi commiſſas tendere, ſed poſt earum converſionem, ſi in hac voluntate peſiſterent, auctoritate & permiſſu Domini Papæ, atque conſenſu Norperti Archiepiſcopi, eos impigre viſitaturum. Igitur veniens ad urbem Timinam, magnum illic belli apparatum, hoſtilemque Luticenſium incurſionem reperit. Nam Luticenſes, quorum civitas cum fano ſuo à glorioſiſſimo Rege Lothario, zelo juſtitiæ, nuper igni *i* erat tradita, urbem Timinam vaſtare, civeſque ejus captivare nitebantur. Sed ipſi viriliter eis reſiſtentes, Wortizlai Ducis auxilium requirebant.

i

à quo jam victore, k

74 Ipſa vero die adventûs Præſulis eximii, cives Timinenſes ante portam concionabantur *k*. Qui dum vexillum Crucis & Ottonem Epiſcopum adventare eminus cognoverunt, certatim ei occurrerunt, & mœnia civitatis intrare coëgerunt. Qui renuens urbem, idololatriæ ſordibus pollutam, ingredi, ante portam fixis tentoriis habitabat, interimque accerſitos ad ſe primates plebis, ad fidem Chriſtianam mira prædicationis dulcedine provocabat. Dux igitur Pomeraniæ in auxilium Timinenſium, cum duobus exercitibus navali & equeſtri, ſupervenit, & terras rebellium Luticenſium invadens, cuncta ferro & igni vaſtat. Ad veſperam vero magna præda onuſtus rediens, cariſſimum ſibi patrem Ottonem cum reverentia ſuſcepit, ac Uznoym perduxit, ubi opportunam manendi & prædicandi quietem habebat. Statimque in Pentecoſte generale Principum terræ ſuæ colloquium in eodem loco indixit: ubi convenientibus Timinenſis aliarumque urbium primoribus, ſapienter eos ad ſuſcipiendum Chriſtianæ fidei jugum hortabatur. Ipſe enim in pueritia captivus atque in Teutonicas regiones abductus, in oppido Merſeburgenſi baptizatus eſt. Sed inter paganos vivens, ritum Chriſtianæ legis exequi non poterat; ideoque gentem, cui præerat, fidei jugo ſubjici ardenter deſiderabat. Conſidentibus ergo Principibus, Dux ita exorſus eſt.

Uznoym, provinciæ caput, perducitur.

l Egregia Ducis oratio ad ſuos,

75 Cernitis *l*, dilectiſſimi, quomodo Præſul hîc beatiſſimus, pro ſalute veſtra, omnem gloriam & divitias, quas apud ſuos habebat, reliquerit, & longinquas ſibique ignotas adierit regiones, nec propriis ſumptibus, nec caris ſuis pro Dei amore parcens, ſed in morte animam ſuam ponens, ut vos à morte ad vitam revocaret, inexpertam & difficilem hanc ſubire non dubitavit peregrinationem. Antea quidem multi verbum Dei his partibus annuntiaverunt, quos per malitiam veſtram occidiſtis. E quibus etiam unum nuper crucifixiſtis *m*. Sed oſſa ejus, capellani Domini mei colligentes, cum timore & reverentia ſepelierunt. Tales injurias amantiſſimo patri & Domino meo Epiſcopo inferre non debetis, ſed nec poteſtis: quia miſſus eſt Domini Papæ & Lotharii Regis invictiſſimi. Unde ſciatis, quod ſi quidquam moleſtiæ aut controverſiæ ei à vobis irrogatum fuerit, ii qui miſerunt eum, ſibi factum reputabunt, & uſque ad internecionem vos & terram veſtram delebunt. Non eſt meum ad hanc vos religionem cogere *n*: quia ut ex ore Epiſcopi audivi, non vult Deus coacta ſervitia, ſed voluntaria. Quapropter unanimi conſilio inter vos convenientes, ſalutis veſtræ cauſam agite, & ſi verbum Dei & legatum ejuſdem verbi recipiatis, in commune decernite.

m

n

qui omnes baptiſmi gratiam recipiunt.

76 His auditis, principes & natu majores opportunum huic colloquio locum petentes, diu multumque ancipiti ſententia nutabundi oberrabant, præſertim ſacerdotibus, quæſtûs ſui gratia, contradicentibus. Sed pars ſanior conſilii affirmabat, infinitæ nimis eſſe inſipientiæ, cum totus Romanus orbis, & circumpoſitæ nationes Chriſtianæ fidei jugum ſubierint, ſe ultra abortivos à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ abalienari, meritoque diligendum Chriſtianorum Deum, qui per tot annorum curricula eos ſibi rebelles pertulerit, patienter exſpectans converſionem eorum; nimiſque verendum, ſi amplius jugum ejus detrectaverint, cæleſtis iræ importabilem ſeſe vindictam invenire. Tandem, divina volente clementia, unanimiter cultum idolorum abdicarunt, & baptiſmi gratiam flagitare cœperunt. Quo audito, Paſtor piiſſimus, flens præ gaudio poſitiſque genibus, Deo gratias exſolvit.

Inde ſocii duo, Hologaſtam intromiſſi,

77 Mox igitur in eadem civitate, baptizatis principibus univerſis, binos & binos è presbyteris ſibi adhærentibus, ad alias urbes ante faciem ſuam præmiſit, ut populo converſionem principum, ſuumque denuntiarent adventum. Quorum dúo, Udalricus *o* religioſus presbyter S. Ægidii, & Albwinus interpres viri Dei, opulentiſſimam civitatem, Hologoſt *p* dictam, adierunt, ubi ab uxore, præfecti urbis honorificè ſuſcepti ſunt, ita ut pedes eorum ſumma humilitatis devotione lavaret, ſtatimque menſa appoſita, copioſiſſimis eos dapibus reficeret, mirantibus eis & admodum ſtupentibus, quod talem in regno diaboli, humilitatis & hoſpitalitatis gratiam inveniſſent. Tandem, finito prandio, Albwinus matrem familias ſecretius conveniens, indicavit ei cauſam adventus ſui, & qualiter ad colloquium, Uznoym habitum, cuncti principes, abdicatis idololatriæ ſordibus, Chriſti gratiam induerint. Hæc illa audiens, adeo expavit, ut terræ procumbens, diu ſemianimis remanſerit. Quam tandem ad ſe reverſam Albwinus requirere cœpit; Cur Dei gratiam adeo exhorruiſſet, cum magis lætari debuerit, pro eo, quod viſitavit Deus plebem ſuam.

o

p

pio matronæ dolo,

78 At illa; Non pro hoc, ait, obſtupui: ſed magis pro nece veſtra, jamjamque imminenti, contremuit cor meum. Nam magiſtratus civitatis hujus cum omni plebe diſpoſitum habent, ut ſi uſpiam apparueritis, ſine retractatione occidamini, & hæc domus mea quieta & pacifica, quæ ſemper viatori patuit, ſanguine veſtro contaminanda erit. Nam ſi aliquis magiſtratuum introitum veſtrum deprehenderit, hac hora domus mea obſidione vallabitur, & ego infelix, niſi vos tradidero, igne cum omnibus meis concremabor. Aſcendite ergo in ſuperiora domus meæ, ibique latitate, & ego miniſtros meos, cum exuviis veſtris atque caballis, ad remotiores villas meas dirigam, ut ſi venerint inquiſitores, libere vos

AUCTORE EBBONE.

excuſare poſſim, cum nec indumenta veſtra, neque caballi veſtri apud me deprehendantur. Illi vero, piæ proviſioni ejus gratias agentes, fecerunt ut docti erant. Statimque miniſtris caballos eorum & veſtes abducentibus, poſt modicum plebs furibunda irrupit, & everſa domo *q* peregrinos illic ingreſſos violenter ad mortem expetebant. Quibus matrona, Fateor, ait, domum meam ingreſſi ſunt, ſed refecti, velocius abierunt: & ego qui vel unde eſſent, aut quo tenderent, explorare non potui. Sequimini autem, & forſitan comprehendetis eos Illi vero; Si, inquiunt, abierunt, vanum eſt eos inſequi: ſed ipſi viam ſuam pergant, & ſi denuò hic apparuerint, morti procul dubio involvendos ſciant. Et ſic inquiſitio eorum, Dei nutu, caſſata eſt; ſervique Dei in ſolario matronæ illius, velut alterius Raab, abſconditi latuerunt.

q furibundorum manus evadunt.

79 Cauſa autem inquiſitionis hujus & tumultus, ſacerdos quidam idolorum fuit; qui, audita novæ prædicationis opinione, ad callida argumenta converſus, cujuſdam fani chlamyde & reliquis indutus exuviis, urbem clam egreditur, vicinamque petens ſilvam, prætereuntem quemdam ruſticum inſolito occurſu perterruit. Qui videns illum veſtibus idoli amictum, ſuſpicatus Deum ſuum ſibi apparuiſſe, in faciem corruit, eumque talia dicentem audivit: Ego ſum deus tuus, quem colis. Ne paveas, ſed ſurge quantocyus, urbemque ingrediens, legationem meam magiſtratibus omnique populo inſinua, ut ſi diſcipuli ſeductoris illius, qui cum Duce Wortizlao apud Uznoym moratur, illic apparuerint, ſine dilatione morti tradantur: alioquin civitas cum habitatoribus ſuis peribit. Quod cum ruſticus ille ſumma feſtinatione civibus denuntiaſſet, illi unanimiter adunati, mandatum Dei ſui peragere conabantur. Sed, ut prædiximus, divina providentia ſervos ſuos abſcondit, donec ſequenti die pius Otto Epiſcopus, cum duce ſuperveniens, eos de latibulis produxit.

Sacrificuli diabolica aſtutia.

B

80 Sed nec ipſa die adventus Epiſcopi, tentatio per invidiam diaboli ſervis Dei immiſſa defuit. Adveſperaſcente namque die, quidam ex comitibus Epiſcopi, fanum ejuſdem urbis conſiderare volentes, minus caute pergebant. Quod cernentes aliqui de civibus, ſuſpicati ſunt, fanum igni eos velle tradere. Et congregati ſeditionaliter, cum tumultu eis occurrerunt. Tunc religioſus presbyter Udalricus converſus ad ſocios ait: Non ſine cauſa congregantur iſti. Sciatis nos proditos eſſe. Quo audito ſocii, retrogradum iter ſecuti, fugæ præſidia petunt. Clericus autem, Ditricus *r* nomine, qui jam præcedens eos, portis delubri ipſius appropinquarat, neſciens quo diverteret, audacter fanum ipſum irrupit, & videns aureum clypeum parieti affixum, Gerowito, qui Deus militiæ eorum fuit, conſecratum, quem contingere apud eos illicitum erat, arrepto eodem clypeo, obviam eis proceſſit. Illi autem nimiæ ſimplicitatis viri, cenſentes Deum ſuum Gerowitum ſibi occurrere, abierunt retrorſum & ceciderunt in terram. Ditricus autem videns amentiam eorum, projecto clypeo, aufugit, benedicens Deum, qui de manu odientium eripuit eos.

Alterius clerici periculum.

C

r

81 Apoſtolus itaque Pomeranorum per ſeptem dies in eadem civitate verbum fidei diſſeminans, & baptiſmi gratiam tradens, Johannem presbyterum eis præfecit: ſicque aliam urbem Cohzegowan expetiit. In qua magni decoris & miri artificii fana erant, quæ cives ejuſdem loci trecentis exſtruxerant talentis. Qui beato Patri pecuniam offerebant, ne ea deleret, ſed pro ornatu loci, integra [conſervari permitteret. At Epiſcopus; indignum eſſe] ſacrilegas ædes reſervare affirmabat, dicens; Poſt diſceſſum ſuum materiam apoſtaſiæ, cauſam ruinæ, infirmis exinde generari. Jocundum igitur erat ſanctæ Eccleſiæ ſpectaculum; [nam] aurificis manu cælata, deargentata ſive deaurata, jam omnibus membris ignominioſe truncata, per deſcenſum cujuſdam pontis, ad Chriſti gloriam, ignibus cremanda trahebantur, aſtantibus idolorum fautoribus & magno ejulatu, ut diis ſuis ſuccurreretur, ac iniqui patriæ ſubverſores per pontem demergerentur, acclamantibus; aliis vero ſanioris conſilii ècontra proteſtantibus; quia ſi veri dii ſunt, liberent ſe ab imminenti periculo.

D

Fana & delubra deſtruuntur,

82 Miraculum vero ingens apparuit in ipſorum fanorum dilapidatione. Subito enim, aſtante populo, inſolitæ magnitudinis muſcæ, quæ numquam in terra illa viſæ ſunt, magno impetu ex delubris idolorum proruperunt, & tanta denſitate omnem civitatis ambitum operiebant, ut pene lucem diei tetra caligine obducere viderentur. Sed & oculos & labia univerſorum nimia importunitate vexantes, non parvum horrorem aſpicientibus ingerebant. Sed cum violentis manuum repercuſſionibus abigerentur, nihilominus tum diutius inſiſtebant; donec fidelibus laudes Dei concrepantibus, Cruciſque vexillum circumferentibus, inviſum monſtrum, portis apertis evolans, agmine facto, Ruthenos ſumma velocitate petiit. Unde cunctorum ſapientum judicio definitum eſt, hoc portenti genus dœmonum expulſionem præſagare *ſ*; quorum princeps Beelzebub, id eſt, vir muſcarum, Ruthenos, adhuc paganico errore irretitos, adiret.

dæmoniis ſub muſcarum forma diffugientibus.

E

ſ

ANNOTATA.

a *Palpabilis fabella, à Jaſchio confutata pag.* 488.

b *Primi iſti Ebbonis numeri ſerviunt connectendæ hiſtoriæ prioris & alterius Pomeranicæ miſſionis; quæ omnia à Sefrido omiſſa ſunt. Sequens vero miraculum in* Wirico, *quem Sefridus* Witſcachum *appellat, æque ac Andreas Jaſchii, alio loco relatum eſt, ut ibi obſervavimus.*

F

c *Ita etiam in utroque Andrea; voluit dicere auctor,* exſpectans.

d *Rectè hîc appellatur Honorius PP, qui poteſtatem fecerit ſuſcipiendæ alterius miſſionis; uti & Lotharius, qui Henrico V ſucceſſerat ab anno* 1125.

e *Uſedomiam interpretatur Jaſchius in indice, vulgo* Uſedom.

f Magdeburg, *ut expreſſius loquuntur ambo Andreæ, apud quos non pauca interſeruntur, quæ in noſtro Ms. prætermiſſa ſunt, præſertim illa quæ de S. Norberto paulo invidioſius dicta videntur.*

g *De* Verovito, Gerovito, & Herovito *ſatis dictum eſt ſupra ad libri tertii Sefridiani cap.* 1, *lit.* e.

h *Qui in excolandis neſcio quibus gerris nimius eſt Jaſchius, rem ſe dignam facit, dum ad elucidationem hiſtoriæ, geographicas patriæ ſuæ notas*

A *notas adjicit, gentes & urbes deſcribendo, quas vellem addidiſſet quoque circa* ſilvam vaſtiſſimam & ſtagnum miræ longitudinis, *de quibus numero præcedenti.* Timinam *in indice vocat* Demmin. *De* Lutitia *fuſius agit pag.* 480.

i *De ea Lotharii Regis expeditione, fruſtra alibi lucem quæſivi; forte facta fuerit priuſquam in regem eſſet electus, aut ſaltem paulo poſt, per ſe aut per ſuos, dum anno* 1126 *in Bohemiam profectus eſt: quo adduci poterunt verba Engelhuſii tomo* 2 *de ſcript. Brunſwic. pag.* 1098, *ubi ait, Regem Poloniæ Lothario de Pomeranis & Rugianis homagium feciſſe, ſub certo ſtipendio annuatim ſolvendo.*

k *Alii legunt* conventus forenſes agebant, *pluraque iterum hinc & inde admiſcent, quæ hîc deſiderantur.*

l *Videatur hæc oratio fuſius deducta apud Sefridum à num.* 124, *ubi à Sancti dotibus, canitie, virtutibus & nobilitate arguit orator; imo apud Gretſerum pag.* 310, *& apud Faſchium pag.* 176, *hæc inſeruntur:* Nam & ipſe Romani imperii Princeps, cuncti primates, loco patris eum venerantes, conſiliis ejus obaudire per omnia
B ſatagunt. *Unde Faſchius in indice poſuit:* Otto Epiſcopus, Princeps Imperii honoratiſſimus. *Aſt ego hîc per Principem imperii Cæſarem ipſum intelligo, & hoc vere innuit vitæ iſtius auctor; quamquam & admitti poſſit, Principem fuiſſe imperii, quà Epiſcopus Bambergenſis fuit.*

m *Non dicit Sefridus, aliquem cruci affixum fuiſſe, at Ebboni, ex Udalrici ore id referenti, plane credendum exiſtimo.*

n *Ad hæc vide, ſi lubet, annotationem Faſchii pag.* 490, *timentis, opinor, ne aliquando hæretici ad Eccleſiæ matris ſuæ gremium redire compellantur. Ambæ S. Ottonis miſſiones ſatis oſtendunt, ſingularia media ad Pomeranorum converſionem fuiſſe adhibita; quæ porro etiam à poteſtate laica olim uſitata ſint, docebit Ludovicus Thomaſſinus, in opere Dogmatico-hiſtorico, de mediis, omni tempore adhibitis, ad firmandam conſervandamque Eccleſiæ Catholicæ unitatem, gallicè edito Pariſiis* 1703.

o *Is haud dubie, ex cujus relatione S. Ottonis vitam adornavit Ebbo.*

p *Hodie* Wolgaſt: *cetera habes apud Sefridum à num.* 131.

q *Lege cum utroque Andrea*; & omnia ſcru-
C tantes.

r *Apud Sefridum num.* 134 Theodoricus, *quod plane ſynonymum eſt. Ibi* Chozegowa *aliter etiam inflectitur, uti & id genus alia minoris momenti, quibus chartam implere, operæ pretium non judico.*

ſ *Sic etiam Andreas Faſchii, aliqua inſerens, quæ vere Ebbonis eſſe non videntur; altero Gretſeri Andrea Sefridum identidem deſcribente. Sæpe deploro, in meſſem ſinceram, non æque ſinceras manus falcem immiſiſſe.*



AUCTORE EBBONE.

CAPUT II.

Mira Mizlai in captivos miſericordia ante eccleſiæ dedicationem. Boleſlai cum Duce reconciliatio. Stetinenſium perfidia corrigitur, ejectis ſacrificulis, eorumque delubris everſis.

PIus itaque prædicator, deſtructis idolorum fanis, & populo ſacræ regenerationis fonte innovato, novam Chriſto ædificare cœpit eccleſiam. Ad cujus dedicationem cum loci ejuſdem princeps, Mizlaus nomine, veniſſet; qui dudum [cum] aliis primoribus, ad colloquium Uznoym habitum, baptiſmi gratiam perceperat; his eum beatus Pontifex per interpretem allocutus eſt verbis: Fili cariſſime, quem ego in Chriſto per Euangelium genui, dedicatio hæc exterior, interiorem tui cordis dedicationem requirit. Tu enim es templum Dei, ubi Chriſtus per fidem inhabitare dignatur, & ſi domum cordis tui ſic ornare volueris, ut Deo qui inſpector ejus eſt, manſio illa placeat, cum gaudio ſpirituali hanc exteriorem peragere potero dedicationem. Qui compunctus his verbis, flebili voce reſpondit: Quid ergò faciam, ut Deus domum pectoris mei inhabitare dignetur? At ille; Hoc eſt, ait, quod moneo, ut ſecreta conſcientiæ tuæ ſcruteris, & ſi cui aliquid per violentiam rapuiſti, digne reſtituas. Si quos cauſa pecuniæ captivaſti, pro honore Dei abſolvas. Tum ille; Nemini, inquit, violentiam exhibui; ſed captivos multos penes me habeo, graviter mihi obnoxios. Cui Vir Domini; Require, ait, ſi qui inter eos ſint Chriſtiani. Et dum requiſiſſet, invenit plures ex Danorum regione Chriſtianos. Quos ſtatim, omni debito abſolutos, beato Patri noſtro obtulit. Ad quod ſervus Dei gratulatus; Quæ, ait, cœpiſti, perfice gratum Domino ſacrificium, ut paganos *a* etiam, captivitate depreſſos, abſolvas, quò facilius jugo fidei colla ſubmittant. Et ille; Multorum, inquit, criminum rei
F ſunt iſti, & damna mihi non ferenda intulerunt: [ſed] juxta verbum tuum, Pater amantiſſime, abſolvantur. His auditis, Otto pius cum lacrymis gratias agens, Nunc, ait, acceptabilis erit Deo hæc dedicatio; quia hoſpitium cordis tui ad inhabitandum Domino dedicaſti. Et hæc dicens, ſolemnia dedicationis exorſus eſt.

Novæ eccleſiæ dedicationi intentus,

E *à Mizlao obtinet*

captivorum libertatem;

a

84 Nutu autem Dei, ex improviſo cineres defuerunt, & jurantibus miniſtris, pridem ſe eos in circuitu altaris collocaſſe, mirum in modum, nec ſignum exceſſionis uſpiam inveniri potuit. Tunc presbyter Udalricus, ſpiritu Dei actus, ad ſubterraneum quoddam habitaculum pro cineribus colligendis velocius abiit. Cujus introitu audito, captivus illic latitans, vocem cum gemitu emiſit, & manum de cavea protraxit. Obſtupefactus Udalricus acceſſit videre, quidnam hoc eſſet, viditque juvenem mirabiliter collo, pectore ac pedibus

ſed dum cineres quærun-tur,

AUCTORE EBBONE.

ferro incluſum. Et accerſito interprete, hæc ab eo audivit : Serve Dei, miſerere mei, & mitte manum tuam, ut educas me de graviſſimo captivitatis hujus jugo. Ego enim ſum nobiliſſimi Danorum Principis filius, & Dux Mizlaus pro quingentis marcis *b*, à patre meo ſibi dandis, hîc me incluſum retinet. Quo audito, Udalricus ad Epiſcopum redit, & ſecreto eum conveniens ; Non ſine cauſa, inquit, hoc impedimentum dedicationi noſtræ accidit ; quia nutu Dei, ego in recluſione graviſſima filium Principis Danorum inveni, dum pro cineribus colligendis abiſſem, & non poterit rata eſſe dedicatio, niſi hic cum reliquis abſolvatur.

b reperitur vinctus Principis filius :

85 Cui Epiſcopus ; Jam, ait, tanta præſtitit nobis, quod non facile præſumo, eum amplius interpellare ; nec puto quemquam Principum in Teutonicis partibus tam exorabilem eſſe, ſicut hic alienigena. Secreto tamen eum convenite, & forſitan acquieſcet vobis ; licet grave ſit negotium. Udalricus itaque, aſſumpto Adelberto, viri Dei interprete, de turba eduxit Mizlaum Principem, & primum pacis Chriſti verbo ſalutans, requirit, ſi omnes captivi ejus relaxati eſſent. Quo dicente, Etiam ; Cur, ait, fallere conaris Chriſtum, qui falli non poteſt ? Cur Apoſtolum ejus, negando & diſſimulando, contriſtas ? Ecce impedimentum dedicationi huic tua diſſimulatione feciſti. Siquidem cineres heſterna die repoſiti, nutu divino diſparuerunt, & dum cooperator Domini mei Udalricus, non caſu, ſed Deo ſic diſponente, ad requirendos cineres abiſſet, invenit captivum tuum, quem Deo, cui omnia patent, occultare voluiſti.

quo etiam ſoluto,

B

86 His auditis obſtupefactus Princeps ; Hic, ait, captivus ſingulariter præ omnibus aliis mihi obnoxius eſt. Ideoque peto, ne cauſa ejus manifeſtetur ; ſed magis in ſubterraneo habitaculo incluſus reſervetur. Cui ſervus Dei Udalricus ; Abſit, inquit, ut tanta pietatis opera, quæ Deo exhibuiſti, ita ut etiam Domino meo Epiſcopo admirationi ſis & honori, hac una crudelitate pereant. Cui ille ; Quid ergo fiet de quingentis argenti talentis, à patre ipſius, pro incomparabili damno mihi illato, exſolvendis ? Ad quod famulus Dei : Habet, inquit, Dominus, unde tibi centuplum hæc reſtituat. Tunc demum Mizlaus Princeps, gravi ſuſpirio frendens in ſemetipſo ; Deum, ait ; teſtem invoco ; quod etſi corpus meum pro nomine ejus martyrio conſecrarem, non amplius quid, nec animo meo gravius, agere poſſem ; quam quod hunc, tanto mihi debito obnoxium, quem nullo pacto relaxari decreveram, nunc animo meo violenter reluctans, pro honore Dei omnipotentis & amore Domini mei Epiſcopi abſolvo. Statimque, miſſis ſatellitibus ſuis, de ergaſtulo eum tenebroſo produxit, & manibus ſuis altari ſuperponens, holocauſtum eum in odorem ſuavitatis obtulit Domino, & mox vincula ejus ſolvi mandavit, cunctis, qui aderant, præ gaudio flentibus, Deumque, pro tanta viri devotione, benedicentibus. Tandem igitur Chriſti Pontifex Otto officium dedicationis, lætiori quam cœperat exſecutione, adimplevit.

ſuccedit dedicatio.

C

87 Eo tempore *c* Dux Polonorum Bolizlaus, olim graviter à gente Pomeranorum offenſus, expeditionem illò cum manu valida indixit. Quo nuntio gens illa, noviter in fide Chriſti erudita, non mediocriter eſt perterrita. Primates & natu majores, ad Apoſtolum ſuum confugientes, ejus magnopere flagitabant auxilium. Quibus Pater piiſſimus : Nolite, ait, timere : vos tantum ſtate in fide. Ego autem Ducem Polonorum adeam, eumque ab intentione bellandi, Deo auxiliante, avertam. Et confeſtim, aſcitis viæ ſociis, Udalricum, vice ſua, ad confirmandam neophitam plebem, Uznoym reliquit. Ipſe vero ad Ducem Polonorum, ut condixerat, ire cœpit. Cujus adventu Dux comperto, benigniſſime eum ſuſcepit, quia & antea eum familiarem [habuerat.] Agnitis vero cauſis itineris ; reſpondit : Non ex facili ſibi conſtare, ut expeditionem illam, tanto tempore propoſitam, intermitteret ; ſed pro nihilo ſe habendum deinceps ab omni populo ſuo, ſi Pomeranorum Ducem, tam graviter ſibi obnoxium, debito talione non repercuteret. Cui Epiſcopus : Noveris, inquit, fili cariſſime ; quia ſi novam hanc Chriſti Eccleſiam, belli turbine conquaſſatam, fidei jugo abalienaveris, in tremendo examine Deo rationem poſiturus eris. Sed ego pro ovibus mihi creditis, mortem excipere paratus ſum.

D

Boleſlaum Pomeranis infeſtum,

E

88 Ad hæc ille : Si, inquit, Pomeranorum Dux per ſemetipſum mihi occurrens, humiliatus veniam deprecari voluerit, faciam ſecundum verbum tuum. Mox ergo legati honorabiliter, Wortizlaum Ducem & Udalricum presbyterum accerſentes, diriguntur, data eis prius firmiſſimæ pacis ſecuritate. Qui trium dierum itinere confecto, Poloniam venerunt, & cauſam, pro qua venerant, tractantes, per duos dies interminatam reliquerunt. Tertio tandem, Domino opitulante, & pio Ottone mediante, reconciliati ambo Duces, pacis fœdus coram principibus, & nobilium frequentia pepigerunt. Ipſe quoque Dux Pomeranorum, in teſtimonium pacis, magnam pecuniæ quantitatem ſuper altare beati Adelberti Martyris, Canonicorum illic ſervientium uſibus profuturam, obtulit, & itinere, quo venerant, cum pio Ottone Uznoym rediit.

placat & cum Duce conciliat.

89 Erant autem trans mare barbari, crudelitate & ſævitia ſingulares, qui Verani *d* dicebantur. Cumque vir Dei ſæpius illo tendere diſponeret, ab omnibus, vitan. ejus deſiderantibus, inhibebatur. Ægre tamen ferebat Epiſcopus, quod nullus ex comitibus ſuis hoc opus aggredi volebat. Ipſe vero martyrii ardore flagrans, quadam die, ſecreto collectis pontificalibus exuviis colloque impoſitis, ſolus ad Veranos tendere cœpit, & navem ibi fortuito prætereuntem aſpiciens, naulo dato, eam quantocius ingreditur. Quod Udalricus animadvertens, ſociis confeſtim indicavit. Illi pernici curſu eum inſequuntur, primuſque Adelbertus interpres eum comprehendens, invitum ac renitentem retraxit. Qui altius ingemiſcens ſeque deprehenſum acriter dolens, paucos hujus viæ ſocios habuit. Qui nimium ejus fervorem conſiderantes, nefas cenſebant, eum revocare, aut incomitatum relinquere. Navem ergo ingreſſi, cum civitati Stetinenſi appropinquaſſent, ſpeculatores, eos agnoſcentes, ingenti ſtrepitu antiquum erroris magiſtrum ſupervenire acclamabant, cui cum

Ad Veranos pergere prohibitus, d

F

c 87 Eo tempore *c* Dux Polonorum Bolizlaus, olim graviter à gente Pomeranorum of-

A cum gladiis & fuſtibus occurrere, & ad injuriam deorum vindicandam, indigne tractare expediret.

Stetinum appellit, e

90 Quod famulus Dei cum per interpretem agnoviſſet, intrepidus ac calore fidei armatus *e*, Crucis vexillum erexit, pontificalibus indumentis ſeſe præparavit, eiſque obviam ire deliberavit. Primoque eccleſiam Principis Apoſtolorum, quam ante portam ejuſdem urbis exſtruxerat, ingreſſus, debitum perſolvebat obſequium; jam jamque præſtolans barbarorum occurſum, ſuamque in Chriſto conſummationem. Illi verò poſt modicum, tumultuoſo ſtrepitu portis erumpentes, diu multumque hæſitantes, & inter ſe quidnam agerent conferentes, tandem nutu Dei timore perterriti, via qua venerant confuſi regrediuntur. Illo igitur die & ſequenti ſabbato, in eadem eccleſia cum ſuis theoriæ vacans, horas paſſionis ſitienter exſpectabat. Dominica autem illuceſcente, primo mane, poſt completa Miſſarum ſolemnia, Otto ſervus Dei, Pontificali redimitus infula, Cruciſque vexillo prælato, euangelizandi gratia in turba proceſſit, Udalricum vice diaconi dalmatica indutum, & Adelbertum in loco ſubdiaconi, alioſque verbi Dei cooperatores ſibi aſſumens. Erant autem illic pyramides *f* magnæ, & in altum more paganico muratæ. Coadunato itaque populo, pius prædicator, ſuper unam cum ſociis ſuis aſcendens pyramidem, per interpretem ſuum Adelbertum, cœpit errantibus viam veritatis aperire, & niſi ab hac reſipiſcerent apoſtaſia, æternum comminari interitum.

B *ubi intrepide apoſtatas arguens, f*

barbarorum haſtis impetitur,

91 Prædicante autem eo, ecce pontifex idolorum anhelus cucurrit, multoque ſudore confertiſſimam irrepens turbam percuſſit, ac ſervum Dei obmuteſcere magni clamoris virtute imperavit. Ipſe enim cum ſuis priori nocte, in nece Epiſcopi, ſummo Dominicæ crepuſculo conſpiraverat; ſed Deo ordinante, ſomno oppreſſus graviſſimo, hoc fruſtratus eſt propoſito. Cumque ſecunda diei hora expergefactus, virum Dei in conventu forenſi jam prædicare audiſſet, furibundus illuc accurrit, ac ſilentium indixit. Sed famulus Domini conſtanter, quæ cœperat, proſecutus eſt. Ille autem gracilem Adelberti interpretis vocem, ſua clamoſa atque altiſona comprimens, magna fortitudine barbaris imperat, ut prædicationem Chriſti, haſtis, quas antiqui more Quiritum Romanorum jugiter ferebant, transfodere non morentur. Qui juſſis ejus obaudientes, cum dextras altius ad ſagittandum elevaſſent, divinæ virtutis potentia, quaſi ſaxa diriguerunt, ita ut nec haſtas reponendi, nec os aperiendi facultas eſſet; ſed in altum dextras immobiliter ſuſpenſas, & quaſi in aëre ligatas habebant.

C

qui omnes obrigeſcunt.

92 Quod cernens infauſtus ille idolorum ſacerdos, ira inflammatus, ignaviæ eos accuſare cœpit, unique eorum haſtam manu eriperere, ac ſervum Chriſti conatus eſt transfodere. Nec mora & ipſe diriguit, pudoreque actus, in fugam convertitur. Quo abeunte pius Otto, facto Crucis ſigno, benedictionem plebi imprecatus eſt, ſtatimque vinculis reſoluti, dexteras cum ſagittis deponunt. Quo facto, Antiſtes Domini, pro evidenti miraculo Deo gratias referens, urbem confidenter ingreſſus eſt, eccleſiamque ſancti Adelberti videns media ex parte deſtructam, amarè flevit, & genu flexo, cum ſuis diu orationi inſtitit. Interea barbari, cum gladiis & fuſtibus congregati, portam eccleſiæ ambiunt, ſervos Dei ad mortem expetunt; ſed mox, divina quadam virtute tremefacti, in fugam convertuntur. Tunc Wiricus princeps, dudum à pio Ottone de captivitate Danorum ereptus, cum ceteris familiaribus Epiſcopi ſupervenit, omnimodis eum depoſcens, ut ab urbe ſecederet, priuſquam perfidia ſacerdotum circumventus, morti ſuccumberet. Abnegat Præſul beatiſſimus, dicens: Quia ad hoc ipſum veni

AUCTORE EBBONE.

Wirici pro Sancto zelus.

93 Indicitur ergo generale colloquium poſt quatuordecim dies, in quo certa diffinitione, ſacerdotes cum plebe jugum Chriſti aut ſuſciperent, aut penitus abdicarent. Statuta ergo die, Antiſtes Domini montem Trigelai in media civitate, ubi ſedes erat Ducis, aſcendit, magnamque domum, huic colloquio opportunam, intravit. Aſſunt principes cum ſacerdotibus natuque majoribus, & facto ſilentio vir Domini ſic ait: Conventionis noſtræ dies, dudum præfixa, jam adeſt, & ego ſalutis veſtræ avidus, ex ore veſtro audire deſidero, utrum Domino Jeſu Chriſto, qui eſt lux vera, an principi tenebrarum diabolo, ſervire diſpoſuiſtis. Reſpondens unus ſacerdotum; Non, inquit, tanto tempore colloquium hoc differri oportuit; quia & pridem & nunc & ſemper deos Patrum noſtrorum colere fixum eſt nobis: ideoque noli fruſtra laborare; ſermo tuus non capit in nobis.

Vocatos ad colloquium cives,

E

94 Quibus auditis, vir Domini; Video, ait, quia ſathanas excæcavit ſenſum veſtrum, ne lumen verum intueri poſſitis. Innocens ego ſum à ſanguine omnium veſtrum: non enim ſubterfugi, quo minus verbum Dei opportune annuntiarem vobis. Sed quia jugum Domini mei Jeſu Chriſti abdicaſtis, jam vos poteſtati ſathanæ, quem elegiſtis, trado, ut cum eo perditioni æternæ mancipati, hereditatem illam poſſideatis, ubi vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Statimque de loco ſuo conſurgens, arma ſpiritualia arripit, ſtolam collo imponit, ut eos anathematis vinculo aſtringat. Quo viſo, principes, ſalubri timore correpti, veſtigiis ejus advolvuntur, humiliter ſupplicantes, ut ſententiam maledictionis hujus ſuſpendat, & ſemel adhuc breviſſimi ſpatium colloquii eis indulgeat. Annuit ſtatim Præſul piiſſimus, ſtolaque depoſita, reſedit. Principes ergo, relictis in domo ſacerdotibus, unanimiter fidem Chriſti, projectis idololatriæ ſordibus, receperunt; primuſque Wiricus nobiliſſimus eorum, ad ſervum Dei ingreſſus, hanc pro omnibus dedit rationem: Ego, Pater honorande, cum primatibus, hunc locum regentibus, Deo aſpirante, pari voto in hoc convenimus, ut ſacrilegos iſtos ſacerdotes, omnium malorum incentores, à finibus noſtris eliminemus, teque ducem & præceptorem in viam ſalutis æternæ ſequamur.

anathemate ferire minantur,

F

ſed Wirici opera reſpiſcunt,

95 Et converſus ad eum, qui prius fuerat locutus, ſacerdotem, ſic ait: O miſer & miſerabilis, quid mihi dii tui profuerunt, cum in artiſſima compeditus cuſtodia, viſibiliter Dominum meum Ottonem à vinculis me abſolvere, & deſideratæ libertati reddere aſpexi? Nonne melius mihi eſt Deo vivo, liberatori meo ſervire, quam lignis & lapidibus, vita ſenſuque carentibus? Tu ergo cum tuis perge

ejectis eorum ſacrificulis,

AUCTORE EBBONE.

quo volueris, & cave, ne amplius in finibus noſtris compareas; quia Domino noſtro Jeſu Chriſto regnante ſuper nos, non eſt tibi & ſimulacris tuis locus in his regionibus. Quo audito, cuncti ſacerdotes idolorum ſine mora ſurgentes, fuga lapſi ſunt, ita ut nullus eorum deinceps ibi comparuerit. Antiſtes autem Domini, ſuper hoc intimas Deo gratias exſolvens, confeſtim delubra idolorum cum ſuis deſtruere cœpit. Deinde eos, qui à fide apoſtataverant, benedictione ſacrati fontis & manuum impoſitione purificans, Catholicæ matri reconciliavit, aliis vero baptiſmi gratiam contradidit.

& everſis delubris.

96 Et ſicut ſcriptum eſt; Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono, piſcatores Stetinenſium, autumnali tempore, quo hæc agebantur, ad fluvium Odora progreſſi, inſolitæ magnitudinis rhombones apprehendunt, quorum occurſus in illis partibus non niſi verno tempore eſſe ſolet. Qui cæleſte ſuper hoc intelligentes prodigium, novis prædicatoribus novam hanc capturam offerunt. Erant autem piſces illi tantæ magnitudinis, ut duo rhombones ſervo Dei, cum univerſo comitatu ſuo, per quatuordecim dies ſufficerent, exceptis partibus, quas nobilibus & religioſis quibuſque mittebat.

Prodigioſi rhombones capti.

B

97 Erat autem fanum quoddam, longius remotum, ad quod dejiciendum familiariſſimum ſibi diréxerat Udalricum. Pauci vero, qui remanſerant, fautores idolorum, de muro eum proſpicientes, jactu lapidum & lignorum ipſum conterere moliebantur. Qui tum, Deo protegente, evaſit; reverſuſque ad pium Ottonem, inſidias eorum retexuit. Quod audiens vir Domini, ſemetipſum huic periculo ingerere non dubitavit. Cujus præſentiam barbari non ferentes, hac illacque diſperſi fugâ, latibula quæſiere.

Fanum non ſine periculo deſtructum.

98 Deſtructo igitur fano, cum vir Dei reverteretur, arborem nuceam prægrandem, idolo conſecratam cum fonte, qui ſubterfluebat, invenit; quam ſtatim ſuis ſuccidere imperavit. Accedentes vero Stetinenſes, rogabant, ne ſuccideretur: quia pauperculus ille cuſtos arboris, ex fructu ejus vitam alebat inopem. Se autem affirmabant jurejurando, ſuperſtitionem, quæ illic agebatur, perpetualiter delere. Quorum petitioni Vir diſcretæ mentis ſtatim annuit. Dum vero mutuis hæc conferunt ſermonibus, ecce barbarus ille cuſtos arboris, ex improviſo accurrit, ſervoque Dei poſt tergum clam aſſiſtens, ſanctum ejus verticem franciſcâ *g* *, anniſu forti, appetit. Sed Dei nutu fruſtrato ictu, ponti, firmo tabulatu ſtrato, cui tum forte ſuperſtabant, franciſcam tam valide infixit, ut difficultate extrahendi, moram percuſſori faceret. Quod videns Adelbertus interpres, perniciter franciſcam barbari manibus eripit & abſcondit, omneſque inſolito horrore circumfuſi, ſacrilego mortem intentant. Sed pietas Ottonis, ne quid mali patiatur obſiſtit.

Sanctus à ruſtico prope occiditur,

C

g * *al.* Franſiſca.

ANNOTATA.

a *Deeſt hæc circumſtantia apud Sefridum; ceterum orationis ſubſtantia & tota conſecrationis ratio, ibi & hîc, verbis magis, quam re differt.*

b *In noſtro Sefridiano non exprimitur ſumma debiti: apud Andream Gretſeri, pro marcis, quæ inferius* talenta *vocantur, ponuntur* libræ. *De reliquo, cum Udalricus in ea re primas partes egerit, omnia nitidius ex ejus relatione expreſſiſſe Ebbonem, eſt pluſquam veroſimile.* D

c *Hujus pacificationis hiſtoriam aut interpolavit Andreas Faſchii, aut noſter hinc inde corripuit, ſervata tamen rei ſubſtantia, ut in commentario monuimus. Videſis Faſchii caput* 13, *à pag.* 189: *quod hîc ſemel notaſſe ſit ſatis.*

d *De Veranis egimus ad Sefridi num.* 147, *apud quem diſtinctius narrantur, quæ Ebbo, ob nimiam brevitatem, obſcura reddidit, quem ex Faſchii cap.* 14 *&* 15 *ſupplendum puto; & viciſſim quæ ibi paulo poſt deſiderantur, ex noſtro reſtituenda.*

e *Vide Sefridum num.* 154 *&* 155.

f Gradus ligneos *vocat Sefridus num.* 160, *qui ſequens miraculum clarius deducit: at in reliquis Stetini geſtis, præferenda videtur Ebbonis relatio.*

g *Aliàs* Franſiſca, *quam melius* ſecurim *dixit Sefridus.*

E

CAPUT III.

Confirmatis Stetinenſibus vitatiſque ſacrificulorum inſidiis, Julinam accedit. Plura ibidem miracula. Tentata Ruthenorum converſio. Sancti reditus, morbus, obitus & ſepultura.

I Gitur, confirmatis in fide & doctrina Domini Stetinenſibus, cum vir Domini Uznoym redire diſponeret, accedentes ad eum eccleſiæ urbis cives, ſuppliciter rogabant, ut diſcordiam, quæ inter eos & Ducem Wortizlaum erat, ſuo interventu diſſolveret. Ad hæc ille: Faciam ut vultis, ſed vos legatos veſtros mecum dirigite, qui pacis munia vobis reportent, & ſi Dux juſtè aliquid habet querelæ, de objectis reſpondeant. Confeſtim legati Stetinenſium pio Ottoni aſſignantur, qui etiam in eadem via Præſuli multo fuere præſidio.

S. Ottone Stetino abeunte,

F

100 Nam duo pontifices idolorum viro Dei mortis laqueos intenderunt, & milites octoginta quatuor clam præmiſerant, qui eum revertentem jugularent, & caput ejus, palo infixum, ſibi remitterent. Sed non eſt ſapientia, non eſt fortitudo, non eſt conſilium contra Dominum. Abeunte autem Præſule beato, major ille pontifex idolorum, convocatis amicis ſuis, diem feſtum idolis agi præcepit, dicens: Deus noſter, quem antiquus ille ſeductor exterminare conatus eſt, apparuit mihi, & ſine ambiguitate, caput Ottonis amputandum mihique tranſmittendum intimavit. Cumque hæc in cachinno, exaltans vocem, dixiſſet, ſtatim à diabolo, confractis cervicibus, caput ejus horrendo & miſerabili ordine eſt tranſverſum, cerebrumque loco ſuo exiliens, crudeli impetu parieti eſt appulſum. Quo viſo, amici ejus conterriti, cauſam hujus calamitatis ab eo requirunt. at ille, diu miſerabiliter increpitans, tandem erupit; Quia, ait,

ſtructis per ſacrificulos inſidiis,

alteri eorum dæmon cervicem frangit,

A ait, ſervo Dei inſidias tetendi, & vos à via veritatis avertere cogitavi, hæc patior. Et his dictis exſpiravit, tantoque fœtore locus ille repletus eſt, ut nemo illic, eo moriente, præ intolerantia fœtoris poſſet aſſiſtere. Et ut ſcriptum eſt: Peſtilente multato, ſapientior erit ſapiens, omnis populus, audito ejus interitu, magis ac magis in fidei perſeverantia eſt confortatus.

alter laqueo ſtrangulatur.

101 Alter vero ſacrilegus pontifex nec ſic emendatus eſt, unde & ipſe judicio Dei poſt modicum interiit. Nam dum, cauſa quadam ingruente, navigio mare tranſiret, pro corporali neceſſitate egreſſus, vicinæ ſilvæ latibula petiit, moxque à quibuſdam comitibus ſuis, ipſum clam inſequentibus, laqueo in ſpiſſioribus locis eſt ſuſpenſus; ſicque dolor ejus & iniquitas in verticem ipſius deſcendit. Cum ergo milites illi octoginta quatuor, miſſi ab idolorum ſacerdotibus, virum Dei tranſeuntem vidiſſent, ex inſidiis eruperunt. At dum Stetinenſes, qui Epiſcopum comitabantur, voces civium ſuorum agnoviſſent, gradum ſiſtunt; &, quid velint, requirunt. Qui reſpondentes, præſentiam eorum illic ſe neſciſſe

B fatentur. Illi econtra; Antiſtes, inquiunt, Domini diſcordiam inter nos & Ducem inveteratam diſſolvere intendit, ideoque non patiemur eum quidquam moleſtiæ in hac via incurrere, ſed mortem pro eo ſubire parati ſumus.

Julinam adit S. Otto, a

102 Poſt hæc ſervus Domini urbem Julin, dudum à ſe ſacramentis fidei eruditam, adiit *a*. Cumque eos doctrinis pariter & exemplis in Domino conformaret, mulier quædam luminibus orbata, veſtigiis ejus provolvitur, benedictionem ab eo & remedium inſtanter efflagitans. Cui pius Otto; Ecce, ait, eccleſia ſancti Adelberti Martyris præſto eſt, illuc, credens Deo & Sanctis ejus, curre, tangenſque campanam, auxilium Martyris Chriſti implora. Solebant enim rudes adhuc in fide, cum eccleſiam orationis cauſa intrabant, campanæ ſonum, quaſi Sanctos per hoc ad ſubveniendum excitantes, movere. Quod cum illa, ſimplici intentione credens, exſecuta fuiſſet, illico lumen recepit, & exiliens cum gaudio, ad ſervum Dei regreſſa, pro ſanitate re-

ubi cæca viſum recipit;

C cepta gratias agebat immenſas. Cui Epiſcopus; Non mihi, inquit, ſed Deo & Sanctis ejus gratias age, & in fide quam didiciſti, perſeverare ſtude.

ſanatur lunaticus,

103 Miles quidam habens filium lunaticum ſervo Dei eum adduxit, & munera, ut ſanitati puerum reſtitueret, obtulit. Qui air ad eum: Perge ad tentorium meum, ubi reliquias Sanctorum poſitas habeo, ibique Deo & Sanctis ejus vota pro filio tuo credulus offer, ſtatimque ſalvum eum recipies. Qui fecit ut doctus erat, moxque filium incolumem viro Dei gratulabundus repræſentavit.

exuruntur ſegetes feſto S. Laurentii,

104 Accidit eo tempore in feſto beati Laurentii Martyris, ut presbyter quidam ex comitatu Ottonis Epiſcopi, nomine Bokeus, præteriens, videret ruſticos in agro frumenta metentes, quos modeſte compeſcuit, dicens: Miſeri, quid agitis? Hodie natalitius dies eſt beati Laurentii Martyris, qui totius Eccleſiæ ſumma veneratione celebratur, & vos inſenſati, hunc violare præſumitis? At illi, Non, inquiunt, omni tempore ſabbatizare poſſumus. Expedit etiam neceſſaria domibus noſtris aliquando providere. Presbyter autem fervens Spiritu, Scio, ait, non impune vobis violationem ſolennitatis cedere; ſed cæleſti igne omnia, quæ illicitè meſſuiſtis, conſumenda noveritis. Vix verba finierat, & ecce ignis Dei cecidit è cælo, tactaſque meſſes eorum uſque ad favillam abſumpſit. Sicque factum eſt, ut cives ejuſdem loci eximium Martyrem Laurentium in magna deinceps veneratione haberent.

in aſſumptione B. V. punitur ruſticus,

105 Item in urbe, Games dicta, ruſticus quidam cum conjuge ſua ad metendum exierat in aſſumptione ſanctæ Mariæ, quos viri Dei aſſecla Bokeus redarguit dicens: Hodie aſſumptio eſt Matris Domini, non debetis huic inſudare operi. Et illi; Heſternam, inquiunt, Dominicam diem feriavimus, hodie operi manuum intendere volumus. Illis autem non acquieſcentibus, & obſtinata mente cœpto labori inſiſtentibus, religioſus presbyter; Quia, ait, verbis meis non creditis, ſanguis veſter erit ſuper caput veſtrum. Tranſgreſſionis hujus vindictam evidentibus rerum indiciis experiemini. Hæc eo dicente, ruſticus ille ca-

E dens retrorſum exſpiravit, partemque ſegetis, quam metendo apprehenderat, tam forti anniſu moriens manu concluſit, ut nulla quiſquam ratione vel manum aperire, vel ſegetem poſſet eripere; ſed cum hac ſtupenda alligatione tumulo traderetur. Mulier autem, interventu Dei Genitricis, vitæ reſervata, ſed ſimili prodigio alligata, ſcilicet digitis cum ſegete palmo inſolubiliter adhærentibus, tremens ad virum Dei Ottonem cucurrit, & reatum ſuum confeſſa, indulgentiam & ſanitatem recepit.

& phreneticus ſibi reſtituitur.

106 Miles quidam phreneſi laborans, inſano clamore & horrendis membrorum motibus, cunctis oneroſus erat. Socii vero & cooperatores viri Dei, importunitatem ejus non ferentes, apprehenſum eum in locum, ubi ſervus Domini orare & miſſarum ſolemnia celebrare ſolebat, attrahunt. Erat enim tabulatum illic exſtructum, ubi dum miles aliquamdiu decumberet, repente ſanatus eſt, & exiliens gratias egit Deo & beato Præſuli, multiſque verbo & converſatione ſaluti fuit. Igitur electus Dei Pontifex cum legatis Stetinenſium ad Ducem Pomeraniæ venit, & ut bonus Paſtor, gregi ſuo ubique

F proſpiciens, pacem ſtuduit reformare. Dux autem piiſſimi Apoſtoli ſui verba, acſi cælitus ad eum delata, ſuſcipiens, benigne humiliterque reſpondit. Tuum eſt, Pater amantiſſime, quicquid volueris, non petendo, ſed præcipiendo exigere: nos enim & omnia noſtra tua ſunt, quia in Chriſto Jeſu per Euangelium nos genuiſti. Tu enim populum duræ cervicis ad culturam Dei flexiſti, efferos mitigaſti: ideoque pacis firmiſſimæ gaudia deinceps, te mediante, obtineant. Statimque legati Stetinenſium pedibus ducis advoluti, omnem prioris diſcordiæ occaſionem penitus abdicaverunt, paciſque oſculo à Duce percepto, debitas reconciliationis hujus gratias beato egerunt Epiſcopo, & ſic pacem reportantes in ſua læti redierunt.

Stetinenſes Duci conciliantur.

& Ruthenos tertio cæduntur:

107 Sed quia bonos ſemper inſequuntur mala, & ut Iſaias ait: Qui receſſit à malo, prædæ patuit; Rutheni paganicis adhuc erroribus irretiti, audita Stetinenſium converſione, graviter indignati, quod ſine reſpectu & conſilio eorum, idolis renunciantes, Chriſtianam

AUCTORE EBBONE.

ſtianam legem recepiſſent, pro diis ſuis bellare veriti non ſunt. Et congregato grandi exercitu, ripas fluminis obſident, aciem armorum apparatu inſtructam ordinant, &, ubi ſit Deus Chriſtianorum, vel, ſi invocantibus ſe ſuccurrere poſſit, blaſphemantes inquirunt. Interim Apoſtolo Pomeranorum ad Deum orante, Stetinenſes vexillum Dominicæ Crucis præferentes, primo impetu Ruthenos in fugam propellunt. Sequenti nihilominus die velut canes reverſi, iterum Chriſtianis bellum indicunt: ſed eodem modo repercuſſi, terga vertunt. Tertia die uſque ad internicionem deleti, exclamant invictum Chriſtanorum Deum, & timore magno & confuſione redarguuntur.

quorum ſalutem fruſtra ſitiens,

108 Antiſtes autem Domini, bona pro malis reddere fatagens, eoſdem Ruthenos, qui plebem adhuc in fide neophytam bello turbare non timuerant, Chriſtianis legibus imbuere deſiderabat. At illi, indurata fronte, ſæpius ei denuntiabant, quia ſi fines Rutheniæ prædicandi gratia adire præſumeret, ad laceran-
B dum beſtiis exponeretur. Amator autem Chriſti ardentiſſimus, non veritus incredulæ gentis experiri feritatem, dulcem vitam pro dulciſſimo Jeſu fundere jam olim ſitiebat. Audiens vero, Archiepiſcopum Danorum, qui dominabatur ſuper eos, edicto Domini Apoſtolici prædicatorem eis directum, nullo modo, ſine conſenſu ejus & voluntate, id agendum cenſuit. Unde Juvanum quemdam legatum ſuum Danorum Pontifici direxit, qui voluntatem ejus ſuper hoc negotio requireret. Præterea præfato Danorum Præſuli balſamum novum cum ſtola pretioſa tranſmiſit. Juvanus vero tarde poſt ſex hebdomadarum circulum reverſus, reſponſum Archiepiſcopi retulit, videlicet ſe cum principibus terræ ſuæ, quid de his cenſeant, proxima ſynodo collaturum *b*.

b

à Lothario revocatus,

109 Interea glorioſiſſimus Rex Lotharius, ceterique principes diuturnam beati viri ægre ferentes abſentiam, præcipiendo ſimul & petendo mandant, ut ſe quantocius expediret, & Babenbergenſem eccleſiam deſiderato ſuo reditu recrearet. Apoſtolus itaque Pomeranorum, his legationibus contraire non valens,
C antequam reſponſum Archiepiſcopi Danorum reciperet, ad ſedem ſuam redire compulſus eſt. Viſitatis ergo circumcirca fidelibus & in fide confirmatis, Chriſto, cui crediderant, eos commendans, [iter] cum ſuis aggreſſus eſt. Cumque emenſo itinere, Poloniam veniſſet, Dux Bolezlaus, antiquus ſuæ familiaritatis cuſtos, ſolita eum benignitate excipiens, tanta mellifluæ doctrinæ ejus intendebat aviditate, ut evolutis octo diebus, vix dilecto Patri licentiam abeundi indulgeret. Tandem lon-

cum exultatione à ſuis ſuſcipitur.

go peregrinationis hujus labore conſummato, in vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli Otto, Deo dignus Epiſcopus & Pomeranorum Apoſtolus, Eccleſiam ſuam deſiderabili adventu lætificans, omni utriuſque profeſſionis & ſexus plebe in unum concurrente, ſumma cum jocunditate & ſpiritali gaudio, Pater à filiis ſuſcipitur.

Ultimus Sancti morbus,

110 Igitur cum jam tempus eſſet, ut Otto, pius diſpenſator & fidelis ſervus ſummi patris familias, intraret in gaudium Domini ſui, vehementiſſimo dolore, videlicet fluxu ſanguinis, tactus eſt; ut, velut aurum in fornace probatur, ſic ipſe in camino ægritudinis purgatus, introire mereretur aulam, quæ D
nullam recipit maculam. Ipſe vero gratias agebat Deo in infirmitatibus ſuis, Regemque gloriæ in decore ſuo videre deſiderans, exitum ſuum Deo ac beatis angelis cottidianis ſuſpiriis attentius commendabat. Tantum vero lumen Eccleſiæ dum infirmando cœpiſſet obſcurari, Chriſti pauperibus, ejus affectu & proviſione enutritis, inæſtimabilem mœroris fletuſque caliginem obduxit. Sed pius Pater filiorum lacrymas, quantum poterat, conſolando tergebat, tantaque virtute imbecillia membra ſpiritui ſervire cogebat, ut, excepto dormitionis ſuæ die, non lecto decumberet, ſed cottidie in ſede reſidens, interdum quoque baculo ſuſtenrante procedens, pſalmis & orationibus vacaret; quodque rarum eſt, oleo infirmorum non jacendo, ſed ſedendo ungeretur.

& inter opera miſericordiæ,

111 Adveniente igitur feſtivitate ſacratiſſima Apoſtolorum Petri & Pauli, cernens diem vocationis ſuæ inſtare, Egilwertum decanum, qui ei in epiſcopatu ſucceſſit, evocat: cui, aſtantibus multis nobilium perſonis, omnia ſua commendavit, dicens: Hodie natalitius dies eſt Domini mei Principis Apoſtolorum Petri; cui, quæſo, res à Deo mihi donatas offerte, ut ipſe mihi januam regni cæleſtis aperire, & E
cum collega ſuo magiſtro gentium Paulo, me illuc quantocius introducere dignetur. Pecuniam vero, quam ego pro comparanda huic Eccleſiæ abbatia Bretingen, congregaveram, per monaſteria noſtra, juxta ſapientiam cælitus vobis collatam, diſtribuite, eamque ſublevationibus pauperum Chriſti copioſius expendite. De cetero locum requietionis meæ, montem videlicet Patroni mei beati Michaëlis Archangeli, quaſi viſcera mea fovete, & profectui ejus in conſolationem animæ meæ invigilate. Dilectionem veſtram, cum univerſo ovili meo, ſummo Paſtori, qui vos mihi aſſignare dignatus eſt, commendo; ipſe vos integros mihi reconſignet in requie claritatis æternæ. Et data ſuper eos benedictione, non ſine lacrymis eis valedicens, emiſit; ſumptoque myſterii ſalutaris viatico, pervigil in orationibus excubabat, ut pulſante Domino, cum exultatione aperiret.

piiſſimus obitus.

112 Nocte ergo qua feſtivitas ſancti Pauli Apoſtoli agitur, Otto Apoſtolus Pomeranorum in ſupremo ſpiritu conſtitutus, & jam E
carne præmortuus, clericis matutinale coram eo officium perſonantibus, ille ſurſum erectis oculis ac manibus, voce qua poterat, Deo gratias reſpondebat. Ubi enim erat theſaurus ſuus, ibi erat & cor ſuum. Turba autem plurima religioſarum perſonarum, ad viſitandum beatiſſimum Patrem de nocte conſurgens, circa eum ſtabat exſpectans, debitis pſalmorum ſolemniis exitum ejus Domino commendans. Hora autem diei prima, Pius Otto audiens à ſpiritu, ut requieſcat à laboribus ſuis, cælo reddidit animam, beatis nimirum angelis, quibus in vita ſua ſerviverat, ſuſcipientibus eam, foventibus & protegentibus eam, & in æterna tabernacula ſua recipientibus eam.

Incredibilis omnium luctus,

113 Et jam fama volans prænuntia luctus, non ſolum vicina ſed & remotiora quoque monaſteria, jugiter ab eo neceſſariis vitæ adminiculis ſuſtentata, inæſtimabili perculit mœſtitia. Nec immerito! Oſtenderat enim Dominus populo ſuo dura, potavit eum vino com-

A compunctionis & inebriavit abſinthio, cum patrem deſideratiſſimum ſuſtulit, cujus defenſione & eleemoſynarum virtute, pax Eccleſiæ tanto tempore nobiliter florebat. In quo deinceps patrono tam ſolidum erit pauperum Chriſti ſolatium, qui jure cum Apoſtolo ajebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Quis ad eum triſtis venit, & non gaudens abſceſſit? Quis opem ejus in tribulatione ſua expetiit, & non impetravit? Merito itaque tranſitum ejus Eccleſia flebat, de cujus vita tantopere gaudebat.

curatio funeris, 114 Venerabile corpus ejus à religioſis viris curatum, & aromatibus condîtum, per ſingula monaſteria deportatum, illicque vigiliarum excubiis ac Miſſarum ſolemniis eſt honoratum. Ad extremum in montem ſancti Michaëlis archangeli, ſpecialis patroni ſui, defertur, ibique in Eccleſia, quam ipſe à fundamentis in majorem ſtatum reædificaverat, debito cum honore excipitur. Illic vero in obſequium funeris, credi nec dici poteſt, quanB ta hominum multitudo confluxerit. Quodque ſine lacrymis referre non poſſumus, cum ſacerdotes religioſi corpus exanime choro ſancti Michaëlis inferrent humandum, ubi ad limen interius ventum, tantus ſubito ploratus omnium exortus eſt, ut ipſi etiam funeris bajuli, nimio fletu concuſſi, cum feretro ſubſiderent, ac pene terræ procumberent. Deinde Imbrico venerabilis Wirciburgenſis Epiſcopus, miſſa celebrata, ſermonem fecit ad populum, teſtimonium Iheremiæ beati Ottonis perſonæ pulcre adaptans: Olivam uberem, pulcram, fructiferam & ſpecioſam vocavit Dominus nomen tuum. Hoc ordine ſancti Viri corpus, ante altare beati Michaëlis Archangeli mauſoleo *c* impoſitum, pia fidelium devotione, ex tunc & deinceps frequentatur, & miraculorum gloria mirifice ſublimatur.

& Imbriconis elogium.

c

d *Miraculoſa pueri ſanatio,*

115 Puer *d* quidam decennis, in loco Bambergenſi, dudum à parentibus ſtudiis liberalibus traditus, gravi ægritudine preſſus decumbebat, jamque per triduum mortuo ſimillimus, abſque motu & voce remanſerat. Cujus mater cum amplius unici filii cruciatum videre non poſſet, fide ardentiſſima montem ſancti MichaëC lis aſcendens, ſepulcrum beati Præſulis Ottonis adiit, ibique lacrymis ubertim profuſis, per merita & ſuffragia ejuſdem ſancti Patris, à Deo ſanitatem filio expetiit. Nec mora, ubi domum rediit, filium, quem in ſupremo ſpiritu reliquerat, loquentem & ſanum, cunctoſque præ gaudio flentes invenit. Ipſa quoque in faciem procidens, in voce exultationis & confeſſionis gratias agebat Deo & ſancto Confeſſori. Quod factum memorabile dum bono paſtori Egilberto, ejuſdem patris ſucceſſori, relatum fuiſſet, non modico exhilaratus gaudio, felicem ſancti Michaëlis montem, & à Deo viſitatum pronunciavit, qui tam pretioſum in ſuo ſinu meruit collocare theſaurum.

e *miraque alia geſta.*

116 Sunt & alia multa beatifica *e* & magnifica beati hujus Præſulis geſta, quæ ab illo comprehenſa & dinumerata ſunt, qui & hîc bonorum operum ejus aſpirator, & illic fidelis dignoſcitur remunerator. Qui etiam glorioſum ejus tranſitum non ſine cauſa in feſtivitate ſancti Pauli Apoſtoli diſpoſuit: ſed ut cunctorum ſapientium judicio diffinitum eſt; quia Beatus ille ſenectutem ſuam in A- AUCTORE poſtolatu remotiſſimarum gentium pro amore EBBONE. Dei, fatigare non dubitavit, etiam laboris ſui præmium in ejus natalitio, qui proprie magiſter & doctor eſt gentium percipere meruit. Dignum enim erat, ut ſicut doctorem gentium præ ceteris gentibus euangelizando imitari ſtuduit, ita etiam unum & parem cum eo habeat natalem.

Explicit liber tertius.

ANNOTATA.

a *Vide Sefridum à num.* 171.

b *Hic iterum brevior eſt Ebbo, ſed in Sefrido paulo explicatiora ſunt. In ſequentibus prævalet Ebbo; Andreas Gretſeri utrumque miſcet: nos quæ hîc vel in Sefrido deſunt, ad hujus vitæ calcem adjungemus.*

c *Vult dicere,* tumulatum *fuiſſe, ut habent ultima Sefridi verba; quale enim mauſoleum trium dierum ſpatio erigi potuit; antea autem conditum fuiſſe nuſquam traditur.* E

d *Habes, ni fallor, hoc idem miraculum pluribus verbis deſcriptum, Andreæ Gretſeri lib.* 4, *cap.* 6, *pag* 458: *videtur & idem eſſe quod denuo recurrit hic num.* 120.

e *Sequuntur nonnulla à dicto num.* 120: *alia ex Gretſero ſubnectemus.*

LIBER QUARTUS

EBBONI SUPERADDITUS.

CAPUT I.

De ſignis, quæ ad ſepulturam ejus fiebant.

CUpientes *a* aliqua de ſignis & virtutibus regis virtutum, dilecti Ottonis Epiſcopi, dicere, prius vitam ejus libet inſpicere: quia, ut luce clarius conſtat, non ſigna, ſed opera ejus in Deo facta, ſanctitatis ei gloriam contulerunt, licet ſigna frequentia ſanctitatis certa ſint indicia. Cum enim nihil tam commendet Chriſtianam animam, quam miſericordia, & nemo ita beatus ſit, ſicut qui intelligit ſuper egenum & pauperem, quis, putas, eſt beatior Ottone Epiſcopo, de cujus conſpectu numquam vacuo ſinu pauper receſſit; qui quod habuit, egenis diſtribuit; & conſortem & conformem ſuum inopem, cui non erat adjutor, adjuvit? Nudum veſtivit, ſe juſtitiæ ſtola induit, monaſteria & peregrinorum hoſpitalia conſtruxit, & ſibi Sanctorum amicitias & æterna tabernacula acquiſivit. Quem miſericordia perfectum fecit, dum miſericordem & perfectum cæleſtem eſt imitatus patrem.

a *Laus S. Ottonis à liberalitate,* F

118 Numquid autem de Apoſtolatu ejus *ab apoſtolatu,* tacebimus? Minimè. Qui enim operatus eſt Petro in Aſia, Paulo in Græcia, Gregorio in Anglia? operatus eſt & Ottoni in Pomerania, qui uſque ad ſummam ſenectutem fide promptus, bello adverſus idololatras ſuſcepto,

AUCTORE EBBONE.

& gladio verbi Dei educto, ferocibus prædicaturus gentium miſcebatur agminibus, gloriæ Chriſti cupidus, ſuæ incurioſus quietis. Nam cum tacendo poſſet eſſe tutior, eligens martyrii gloriam ſuſcipere, loquendo vulneratus eſt, cæſus eſt, lapidatus eſt, terroribus, opprobriis, & extremis circumventus periculis, fremebant in eum pontifices idolorum, more beſtiarum. Otto vero in adverſis epulabatur. Ad ultimum vero, per fidei magnitudinem, non comitatu nec legionibus ſuccinctus, nuda virtute animi, glorioſum de perfidis Chriſto retulit triumphum, & ejecta de civitatibus Pomeranorum imagine diaboli, ſignum invictæ Crucis & imaginem erexit Dei. Sermonem ergo, ſequentibus ſignis, Deo confirmante, Sacerdos Chriſti omnia adverſa, ſibi obviantia, pro Deo & per Deum conſtanter ſuſtinuit, ſciens, quod non poteſt acquiri glorioſa victoria, niſi per laborioſa certamina.

à ſignis.

B

119 Ex his igitur, quæ breviter prælibavimus, videmus, Ottonem gloria Apoſtolatus & honore martyrii coronatum, ſignorum parum indigere teſtimonio. Quem in conſortium Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum divino non dubitamus electum judicio. Verum de ſignis, quæ ad ſepulcrum ejus frequenter fuerint, non poſſumus ea, quæ vidimus, non loqui. Nam ſi pro otioſo verbo reddimus rationem, videamus ne reddamus & pro otioſo ſilentio. Quædam igitur ex his dicturi ſumus, quæ aut ipſi vidimus, aut à probatis & conſtantibus viris audivimus, & libra veritatis examinata cognovimus. Nam ſi omnia ſcribere voluerimus, antè dies, quam ſermo ceſſabit.

b

Puer moriens convaleſcit;

120 Initium ſignorum ſancti Ottonis fuit in Ottone *b* puero, qui cum exhalaret animam in ſinum matris ſuæ, illa morientem filium videre non valens, montem ſancti Michaëlis conſcendit, & illic ad ſepulcrum Confeſſoris Chriſti ſe in orationem jactavit, horam tranſitus filii in eodem loco tranſire volens. Cumque jam omnia circa filium funeris obſequia conſummata crederet, domum redit, puerum ſanum & incolumem, hinc & hinc deambulantem, reperit, & cum clamore valido ad tumbam ſancti Ottonis rediens, filium manu tenuit, & hæc univerſæ eccleſiæ innotuit.

C

contracta erigitur;

121 Vidimus *c* mulierem quamdam, in modum globi contractam, ſcabellis innixam, ſe ipſam portantem & quodammodo ponderantem, quæ veniens ad ſepulcrum Confeſſoris Chriſti, gratiam quæſivit & invenit, & glorificans Deum & electum ejus Ottonem, coram omnibus erecta ſupra pedes ſuos ſana ſtetit.

cæci vident;

122 Cæcus quidam, civis Ratiſponenſis, in baculo ſuo, ad feſtivam memoriam beati Ottonis venerat, & inter majores vigilias in facie totius Eccleſiæ, ſquamis ab oculis ejus cadentibus, ob gloriam ſui Confeſſoris, Dominus diu negatum lumen ei reſtituit; & ſimile huic ſignum in muliere cæca, inter Miſſarum ſolemnia, ſequenti die divina gratia itetaravit.

puella ſanatur;

123 Puella quædam in ſimilitudinem utris intumuerat, ita ut officio membrorum & priſtinæ formæ decore privata, non ſpeciem hominis, ſed enormem molem carnis ferre videretur. Quæ cum nullum remedium nec requiem inveniret, beati Ottonis imploravit clementiam, & continuo à Deo reddita eſt ſanitati, ut, nullo ſigno tumoris in ea apparente, ad ſepulcrum ſancti Ottonis, cum oblationibus & gratiarum actionibus, una cum matre ſe lætam exhibuerit. D

item phreneticus,

124 Quidam lanifex, Rudolphus nomine, phreneſin patiebatur, & mirabili motu & terribilibus oculis dolorem cordis & corporis ſignabat; ut ſcalæ alligatus & ad ſepulcrum ſancti Ottonis delatus, in ipſo loco ſanitate pleniter adepta, dedit laudem Deo.

& presbyter cum diacono.

125 Duo homines unius nominis, non ejuſdem ordinis: nam unus presbyter Heinricus, alter eſt diaconus; æqualem ferebant infirmitatem, duplices videlicet tertianas, mixtas acutis febribus: quorum dum unus Miſſam collectis viribus, de S Ottone diceret; alter dum ad ſepulcrum oraret, ſine dilatione, ad perfectum ſanati ſunt.

De Henrico eleemoſynario

126 Mos eſt in eccleſia ſancti Michaëlis, ut annuo die Patris ſui Ottonis, in atrio clauſtrali, propria manu conventus det eleemoſynam: quam bonam conſuetudinem reliquæ, quas ſanctus Pontifex fundavit, eccleſiæ devote receperunt. Accidit ergo, ut in monaſterio Bruwiungenſi, quod diſtrictione religionis nominatum habetur, magiſter hoſpitalis domus, Heinricus nomine, infirmitate, quæ gutta dicitur, deprimeretur, ita ut in feſto fundatoris ejuſdem cœnobii, pauperibus ſolitum opus miſericordiæ per ſe non poſſet impendere. Mœrore ergo deficiens, quid ageret, æſtuabat. Janua igitur, ad negotium flendi, interim ei opportuna ſuggerebatur, in qua beati Ottonis depicta ſimilitudo videbatur. Coram qua proſtratus, lacrymis demiſit habenas, non quidem his verbis, ſed in hac ſententia multa dicens: Amator pauperum Chriſti, quare non ſubvenis mihi? Numquid cras vel cras? Quare non modo? Quare non in hac hora finis ægritudinis meæ? Dicebat hæc, flens in multa contritione cordis ſui. Finita demum oratione, beato Ottone miſerente, repentina ſanatione alleviatur, repreſſoque imbre lacrymarum, in honore Dei & ſancti Præſulis, largiorem ſolito dedit eleemoſynam. E

ANNOTATA.

F

a *Ex hac additione conjecimus in Commentario, totius hujus collectionis auctorem veroſimillime Ebbonem ipſum non fuiſſe, ſed poſteriorem aliquem, qui Ebbonis opus, hinc inde contractum, occaſione canonizationis & elevationis S. Ottonis, circa finem ſeculi* XII *ediderit, ea omnia, præcipue miracula, de ſuo adjungens, quæ aut viderat ipſe, aut ab aliis fide dignis intellexerat, ut diſerte exprimit ſub finem numeri* 119. *Præmittitur tribus hiſce numeris breve elogium, tamquam priorum librorum compendium.*

b *Jam diximus, hoc miraculum videri ſuperius relatum; niſi forte de diverſis pueris agatur, quibus eadem fere gratia acciderit.*

c *Hujus ſaltem miraculi auctor teſtis oculatus fuit, fortaſſe & ſequentium.*

A

CAPUT II.

De geſtis ad procurandam Canonizationem.

Agitur de procuranda canonizatione, HIs & aliis infinitis miraculis, dum ſanctum corpus, abſconſum foſſa humi, clareſceret, & jam nulli fidelium aptum videretur, ut Pater multarum eccleſiarum ſub lapide, velut lucerna modio tegeretur, cum Dominus Otto *a* ſecundus, Bambergenſis Epiſcopus duodecimus, una cum venerabili Wolframmo, Abbate ſancti Michaëlis in monte Bambergenſi, in capella Dei Genitricis Mariæ, quæ eſt juxta capitulum, conſediſſent, ait Epiſcopus: Videmus quod univerſalis Eccleſia de ſanctitate beati Ottonis non dubitat: nobis enim tacentibus, opera ejus clamant, & ideo ad canonizationem ejus peragendam, divino indigemus conſilio & auxilio. Ad hæc B Abbas, vir ſubtilis ingenii, reſpondit: Conſilium quidem facile, ſed opus difficile eſt. Ad hujuſmodi actionem hoc modo ingrediendum eſt. Populus acquiſitionis beati Ottonis, Pomerani videlicet, primo omnium adeundi ſunt & alloquendi, ut ad Sedem Apoſtolicam honeſtas ſuæ gentis perſonas, & litteras Epiſcopi, Ducis & gentis dirigantur *, per quas teſtimonium ſuæ converſionis, & Apoſtolatus ſancti Ottonis teſtimonium præbeant.

* leg. dirigant.

ob quam Abb. Wolframmus, 128 Deinde Abbatum & omnium Conventualium eccleſiarum, quas ſanctus Pater conſtruxit, litteræ adhibendæ ſunt, ut omnes uno ore clament, à quo habeant, quod habent. Vita quoque ejus, plena ſignis & virtutibus & miſericordiæ operibus, apud nos eſt, quæ Apoſtolico præſentanda eſt. Hæc omnia ſimul congreganda ſunt, & in unum veletrum *b* reponenda, ut ſint ſancto Ottoni in teſtimonium, & hujus cauſæ firmamentum, & ſic ad Dominum Papam eundum eſt. Adhæc Epiſcopus: Optimum conſilium dediſtis, ſed quis mittendus ſit, non prævidiſtis. Statim Abbas, totum in ſe vertens negotium, ex deliberato reſpondit: Juxta tritum proverbium; C Cujus aries eſt, ipſe cornu eum arctius tenet *c*. Ego mihi hoc onus vendico; quia beatus Otto, ut verum fatear, noſter eſt. Nam corde & corpore ſemper totus nobiſcum erat & eſt. Tunc Epiſcopus, bonæ voluntati Abbatis gratias agens, ſurrexit de loco conſilii & abiit. Poſt hæc Abbas, accepta fratrum ſuorum licentia, Pomeraniam adiit, & in caſtro Camin, Boguzlao Duce Chriſtianiſſimo ſibi occurrente, & eum manu tenente, à Cunrado, primo *d* Pomeraniæ Epiſcopo, & omni cœtu novæ Eccleſiæ, novus hoſpes, cum Crucibus & vexillis, in hymnis & organis ſuſcipitur; & cauſam, pro qua venerat, expoſuit eis, dicens: Indignum eſt valde & indecorum, dilectiſſimi, quod Apoſtolus tantæ Eccleſiæ, qui vivens & moriens innumeris decoratus eſt miraculis, tamdiu jacet in ſepulcri latibulis. Notum ergo vobis facimus, quod pro canonizatione ejus laborare propoſuimus, & vos nobis collaborare oportebit, in quibus S. Otto abundantius laboravit.

b

c

d in Pomeraniam tendit,

129 Ad hoc omnes unanimiter reſponderunt: Hoc ſemper eorum fuiſſe deſiderium, & honori ſui Apoſtoli ſe libenter delaturos obſequium. Rogabant præterea, ut quando ad Sedem Apoſtolicam vellet accedere, non hoc eos ſineret latere, ut honoratos illius gentis viæ comites haberet, & ipſi, quodcumque poſſent, miniſterium præberent. Sed hoc fieri non potuit, quia Boguzlao optimo Duce, eodem anno vita decedente, pax terræ illius adeo turbata eſt, ut nemo hinc ad eos poſſet tranſire, neque inde huc tranſmeare. Dux itaque, habito cum majoribus ſuis conſilio, ſanctum Ottonem in Wolframmo Abbate veneratus, auctoritate ſua donationem fecit, & teſtamento confirmavit; ſcilicet ut quinque centenarii ceræ *e*, in memoriam ſui nominis, & monumentum ſuæ gentis, eccleſiæ ſancti Michaëlis annuatim, de tabernis terræ illius, perſolvantur, ut inde lucerna in templo Dei luceat, & juge lumen ad memoriam S. Ottonis concinnetur & ardeat. Abbas itaque tantis beneficiis & devotionis indiciis debitas exſolvens gratias, balſamum & E pretioſa munera, digna Principibus, eis obtulit, & licentia eorum & oſculo percepto, ad fratres ſuos reverſus, novem ſeptimanas explevit, Pomeraniam iens, & inde denuo rediens.

AUCTORE EBBONE. *ubi beneficiis cumulatus,*

e

130 Poſt hæc collectam fecit litterarum Epiſcoporum, Principum & Abbatum, & ſic, opportunitate accepta, Lucium Papam adiit, qui ſenio confectus, ſe apud Veronam detinuit. A quo benigne ſuſceptus, eum ei cauſam, pro qua venerat, intimaſſet, & litteras præſentaſſet, reſponſum accepit: Hoc principale negotium in urbe Roma, quæ univerſo orbi principatur, eſt declarandum; & nos, vita comite, dum ad Urbem venerimus, in conſilio Epiſcoporum, quod petis, libenter agemus. Sed Lucius, antequam Romam veniret, morte præventus *f* eſt. Abbas itaque ſciens, irretractabile eſſe verbum ab ore ſummi Pontificis ſemel emiſſum, non eſt auſus ultra loqui; ſed Apoſtolica benedictione percepta, reverſus eſt ad fratres ſuos. Sic omnis ſpes dilata, non ſublata eſt. Otto verò Bambergenſis Epiſcopus volens litteris exequi, quod idoneæ perſonæ non poterant proſequi, Urbano Papæ, qui Lucio; & Gregorio, qui Urbano ſucceſſit *g*, litteras ſemel & ſecundo miſit, ſed nihil profecit; Romanis vix litteras inſpicere dignantibus & dicentibus; Ad talia negotia non ſcedulæ, ſed reverendæ ſunt exhibendæ perſonæ. Romana curia, inoblita juſtitiæ, rem grandem non concedit facile, ne forte magnæ ei imputetur imperitiæ. Sic jam vice tertia periit labor & impenſa.

collectis Principum litteris,

f

rem ſæpius aggreditur;

F

g

131 Wolframmus verò Abbas, honoris S Ottonis memor, laboris immemor, omnibus deſperantibus, &, ut ſolet, vadiantibus *h*, ſi umquam Romæ quidquam proficeret; ipſe, quamquam pedum tumore gravaretur, una cum venerabili Cunrado, Abbate de Michilwelt, univerſis pretioſis, quæ habebat in auro & argento, in ſaculo repoſitis, ne forte ſumptus ei deficerent in via, in Paraſceve, circa horam tertiam, Romam venit, & omnibus expoſitis, ad Dominum Clementem Papam tertium proceſſit *i*. A quo clementiſſime ſuſceptus, interrogatus

tandem à Clemente III

h

AUCTORE EBBONE.

est : Ubi est refectio tua, ubi Pascha manduces? Et demonstravit ei cujusdam Cardinalis cœnaculum grande & diversorium, ut ibi cœnaret & manducaret. Abbas itaque miratus, quod in eo, cui post Deum omne genu curvatur terrestrium, talem hospitalitatem & gratiam invenisset, lætus vadit ad hospitium sibi designatum.

voti compos factus,

132 Deinde cum accessus ad Dominum Papam ei concessus est, litteras Domini Imperatoris & Pomeranicæ gentis ei obtulit, dicens; Hoc universæ Ecclesiæ desiderium esse, ut, sua favente clementia, beatus Otto canonizetur, & de pulvere sacrum ejus corpus elevetur. Ad quod Papa: Numquid de Ottone Episcopo agitur, qui magister & prædicator Pomeranorum dicitur? Iste sanctus & vere beatus homo est: quia Deum timuit, & mandata ejus observavit. Verumtamen ubi est liber miraculorum ejus? Tum Abbas; Si de vita ejus quæritis, aperit librum, qui sub veste latebat; En, inquit, hic est, & porrexit librum. Dominus verò Apostolicus susceptum librum tradidit uni Cardinalium, cui nomen est Laborans *k*, dicens: Labora hac nocte librum istum perlegere, ut cras virtutes beati viri scias mihi summatim perstringere. Qui accipiens legit, & cera quæque notabilia notavit. Altera autem die protulit librum, & una cum Abbate accedens ad summum Pontificem, dixit ei: Quisquis vitam hujus Sancti legit, comparatione ipsius, quantum ipse in infimo jaceat, intelligit; & inter Confessores Christi, nulli secundum credimus beatum Ottonem, cum vix habeat parem. Qui, ab ineunte pueritia, misericordiæ operibus, miraculis, virtutibus, & humilitate claruit, persecutionem pro Deo sustinuit, & Apostolus Pomeranorum nominari & esse meruit.

deputatis ad hoc Eyſtetenſi & Merſeburgenſi Epiſcopis.

133 Apostolicus itaque Deo gratias agens, & suæ felicitati deputans, quod ad ejus tempora tanti viri dilata Canonizatio, data sententia, vicem suam venerabilibus Episcopis Ottoni Eistetensi & Eberhardo Merseburgensi commisit: qui beatum Ottonem canonizarent, & Sanctum esse, juxta nomen Sanctorum Ecclesiæ, prædicarent. Abbas itaque magna præsumens, sed majora, immo omnia, pro quibus ad Sedem Apostolicam venerat, percipiens, Apostolico & Romanæ curiæ infinitas, ut dignum erat, rependens gratias, accepta omnium benedictione, cum salute & sanitate redit ad propria. Romanis ad invicem de hoc verbo conferentibus, & cum admiratione dicentibus, se non meminisse tam grave negotium umquam tam celerem & facilem sortitum effectum, præsertim cum magnæ & alti sanguinis personæ, quæ pro similibus negotiis Romam venerant, infecto negotio redierint.

ANNOTATA.

a *Electus anno* 1177, *præfuit annis* 15; *obiit anno* 1192, *inquit Bruschius. Wolframmus autem secundus, de quo hic sermo erit, præfuit ab anno* 1172, *usque ad* 1201, *teste eodem Bruschio.*

b *Derivatum, opinor, à velo, aut involvo; ut sit involucrum, vel fasciculus velo involutus.*

c *Notum proverbium, hic non male applicatum.*

d *Intellige primum fuisse istius nominis, nam eum præcessit* Albertus, *ut vide apud Jaschium pag.* 460.

e *De ea donatione sic scribit Bruschius in Monast. pag.* 89: Sub eodem abbate (*Wolframmo*) dedit Boguslaus Dux Stettinensis, Pomeranorum & Sclavorum, gratitudinis ergo, pro conversa ad Christum Pomerania, ad tumulum S. Ottonis, singulis annis, ex omnibus tabernis terræ Pomeranorum, singulos lapidas (certum id est pondus 26 librarum) ceræ, ut est in hoc scripto: In nomine &c. *Vide ibi diploma datum an.* 1182.

f *Obiit Lucius III PP. Veronæ, ut fert famosus versiculus, anno* 1185.

g *Ambo hi summi Pontifices Urbanus III, & Gregorius VIII mortui sunt anno* 1187.

h *Intellige* Wadiare *seu* guadiare, *alias* guadium constituere, *seu pignus opponere, quod nobis est* wedden; *Gall.* gager: *vide Cangium.*

i *Anno* 1189, *Clementis III* (*qui præcedenti,* 6 *Januarii electus fuerat*) *secundo, ut indicat ipsa bulla, in commentario prævio adducta; hic enim brevi res expedita est, toties ante proposita, & haud dubie accurate examinata.*

k *De clericis, quos* Laborantes *olim nominabant, agit Magrius in Lexico: & crediderim agnomen hic aliquod indicari, quod is, cui commissa res est, præ ceteris laboriosus esset; certe Cardinalem aliquem S. R. E. qui ita appellatus sit, hactenus nullum reperi. Quid si accipiatur pro causæ relatore, vulgo* ponente, *Gall.* rapporteur, *ut qui omnibus ante perpensis, hic ultimum decretorium sunum judicium Pontifici dederit.*

CAPUT III.

De ipsa Canonizatione & aliis Sancti miraculis.

Fit solennitas an. 1189,

ANno igitur Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIIII. Indictione VI [VII] præsidente in Ecclesia Dei Domino Clemente Papa tertio, regnante Domino Friderico, Romanorum Imperatore invectissimo, anno regni ejus XXXV *a*, imperii vero XXXI; eodem anno, quo fuit Iherosolymitana sancta expeditio; cum Heinricus *b* Rex, qui Patri successit in regnum, primam curiam suam haberet Herbipoli, in festo sancti Laurentii; & ad eamdem Curiam Otto Dux Boëmiæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Principes & infinita multitudo convenissent; Abbas Wolframmus coram omni populo & universa multitudine, diversi generis & diversæ linguæ, procedens, litteras à Sede Apostolica elaboratas, & libellum de vita sancti Ottonis, Eistetensi & Merseburgensi Episcopis obtulit, ut vicem Domini Papæ tenerent, & beatum Ottonem canonizatum optimo tempore elevarent. Episcopi itaque susceptum librum inter authentica scripta reponentes, nomen beati Ottonis in Canone & in Letaniis, in Catalogo Confessorum Christi, qui non minus illis laboravit, recenseri sanxerunt; & ut jam non anniversarius, sed natalitius dies celebretur, ex auctoritate Apostolica, Ecclesiæ Christi, per latitudinem mundi diffusæ, præceperunt. Statimque, Rege cum universa multitudine, in laudem Dei & sancti Ottonis, acclamantibus, Dominus Moguntinus Archiepiscopus Antiphonam, Laudem dicite, cum universa ecclesia

A sia concinente, impoſuit, quam Miſſa de ſancto Pontifice ſecuta eſt, omni populi gaudente in univerſis, quæ gloriosè fiebant de ſancto Ottone Epiſcopo.

prævio alicujus ſomno.

135 Præterea Comes Ludovicus de Frankenſtein dignum memoria ſomnum expoſuit, principibus dicens: In hoc loco, in quo Dominus meus Rex ſedet, vidi, in viſu noctis, arcam miri & rari operis erectam, qualem nec oculus vidit, nec in cor humani artificis umquam deſcendit, quæ Deus præparavit ſancto Ottoni, in qua ipſe pontificalibus indutus, ſicut mos eſt Epiſcopis ſepeliri, mortuus jacebat. Putabam ego, nos omnes, qui hodie aſſumus, præſentes fuiſſe, & arcæ illius decorem conſideraſſe. Qui ſubito revixit, & de reſurrectione ſua ingentem admirationem & lætitiam indixit.

Explicatur annus Jubilei,

136 Quinquageſimus igitur annus jam venerat, ex quo [cælum] beati Ottonis animam, terra corpus receperat. Annus iſte in libro veteris Legis diverſis ornatur nominibus & privilegiis.

B Ipſe eſt jubileus, qui ſanctificatus dicitur & propitiatio, cujus privilegia hæc ſunt. Servus liber exit, vendita terra legitimum poſſeſſorem recipit. Homo peregre profectus, ad domum priſtinam & familiam redit. Unde dicam jubileus à jubilo, & quid ſit jubilus, extenſio videlicet gaudii, ſine impenſione vocis, ſcilicet cum ita cor in gaudium extenditur, ut conceptam corde lætitiam voce nequeat depromere. De hoc, modò non eſt dicendum. Jubileus tamen iſte, quantum perſonæ beati Ottonis, cujus nomen laudem reſonat, littera ſervit, & ſpiritu bene ſanctificatus dicitur; quia in eo propalata eſt ſanctificatio ejus, facta eſt Herbipolim canonizatio ejus. Decebat enim, ut tantæ reverentiæ Pontifex, non ſolum vivens, ſed & moriens conſervaret legem excelſi; & quamvis ſanctus fuit, tamen ante quinquageſimum annum Sanctus appellari noluit, ob ſanctificationem Jubilei. Qui etiam propitiatio recte dicitur. Mons enim, in quo ſanctum corpus Ottonis requieſcit, diebus exaltationis ejus, infinita preſſus multitudine, non ceſſabat à laudibus; & magnis populorum vocibus nocte ac die perſonabat; & tam ſecretis quam publicis fumigabat orationibus: ita ut impletum videres: Tange montes & fumigabunt. Aſcendit ergo fumus aromatum, quæ ſunt orationes juſtorum, de manu & de monte ſancti Michaëlis Archangeli in conſpectu Domini. Nam & divina clementia aures ſuæ pietatis, cunctis ſe petentibus, interveniente ſancto Ottone, ſe magis propitiam exhibuit; ita ut merito dies illi propitiatio debeant dici.

C

collatâ cum eo canonizatione poſt annos 50.

137 Redit ad animum, qualiter negotium canonizationis beati Ottonis ſub Lucio, Urbano & Gregorio, Romanæ Sedis Pontificibus, promotum eſt: ſed terminari non potuit: quia nondum quinquageſimus annus venerat, nec beatus homo, cujus in lege Domini voluntas fuit, ut fidelis ſervus & prudens, libertatem, nec ut Dominus, ligitimam poſſeſſionem recipere, nec ut pater familias, ad priſtinam domum & familiam, contra legem, ante jubileum redire noluit. Domus beati Ottonis, ſunt monaſteria & eccleſiæ, quas conſtruxit; poſſeſſio ejus, ſunt prædia, quæ eis contulit; familia ejus, ſunt pauperum & peregrinorum hoſpitalia, quibus, propter opus miſericordiæ exequendum, vigilem operam dedit. Bene igitur in Jubileo, ſecundum ſuam prærogativam, non ſolum ſpiritualiter, verum etiam corporaliter, S. Otto ad domum & familiam priſtinam legaliter redit, cum Abbates ſuorum cœnobiorum, dulces ejus carpentes reliquias, & mundis linteaminibus involventes, ſecum deportaverunt: quamvis S. Otto principalia ſui corporis membra apud eos, quos poſt Deum & Sanctos ejus principaliter dilexit, divina providente gratia ſibi retinuit. AUCTORE EBBONE.

cum multis miraculis,

138 De ſignis vero, in elevatione ejus factis, quid dicemus? Excedit humanum ſenſum numerus miraculorum ejus. Breviter dicam: Multitudo languentium, & qui vexabantur à Spiritibus immundis, veniebant ad memoriam ejus, & quorum fides exigebat, ſanabantur omnes. Populus igitur, qui de diverſis confluxerat regionibus, tranſactis magnæ feſtivitatis diebus, cum lætus rediret ad propria, proteſtatus eſt, dicens in Eccleſiæ audientia: Beati ſumus, qui huic ſolemnitati interfuimus. quia nobis aſtantibus & videntibus, beatus Otto cæcos illuminavit, claudos curavit, infirmos ſanavit, dæmones effugavit. Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. E

quæ enumerantur.

139 Igitur ſigna, quæ facta ſunt illis diebus, tentabimus ſuccincta diſtinctione diſſerere, rogantes, ut neminem ſtyli humilitas audire gloriam juſti tædefaciat. Multo enim melius eſt, vera ruſticè, quam falſa diſerte proferre. Hi quippe qui principum victorias & bella ſcribunt regalia, orationes rhetoricas & verba excogitant legalia, & dum materia rei geſtæ humiliatur, eloquii venuſtate deargentatur: ſummi vero Regis opus non grandiloquam, ſed veridicam exigit narrationem; quia rectum eſt verbum Domini & omnia opera ejus in fide.

Quinque mulieres,

140 Venerunt quinque mulieres dæmoniacæ diebus exaltationis ſancti Ottonis, ad ſepulcrum ejus, quæ ſalvatæ ſunt univerſæ. Prima cum ad villam proximam civitati veniſſet, montem ſancti Michaëlis oppoſitum cernens, nunc vepribus injicitur, nunc de manibus, qui eam trahebant, ſe excutiens, lapidibus illiditur, aquis immergitur, & niſi demum vinculis artata fuiſſet, ſibi vitæ exitium intuliſſet. Audiebantur ex uno ore quaſi voces multorum dæmonum cum ſtridore clamantium: A monte ſancti Michaëlis, à ſepulcro Ottonis adductus ventus urens, nos urit, numquam talem auram ſenſimus; ideoque in diu poſſeſſo vaſe [*corpore*] ſubſiſtere non poſſumus. His malignis ſpiritibus rugientibus, miſera muliere ſanguinem ſpumante, ſummitatibus inſuper digitorum ejus quaſi ferro præciſis ſive præruptis, his portis dæmones eruperunt. Viri autem, qui comitabantur eam, videntes quod per beati Ottonis merita eſſet liberata, ad tumbam ſancti Præſulis eam perduxerunt, & hæc univerſæ Eccleſiæ, monſtratis apertis indiciis, conſtanter narraverunt. Ipſa vero mulier nomina dæmonum aſtantibus innotuit dicens: Unus dæmonum, quibus poſſeſſa eram, fuit Trigelaus, cujus fanum beatus Otto deſtruxit in Pomerania. Alter Legio, cujus mentio fit in Euangelio. Unus Legatio, & aliorum dixit nomina, quæ exciderunt à memoria. F

AUCTORE EBBONE.

à dæmoniis,

141 Secunda & tertia, in die ſancti Michaëlis circa horam tertiam liberatæ ſunt, clericis & viris, in quorum parochia diſcurrerant, aſtantibus, & cum juramento affirmantibus, quod novem annis in ipſis inveterata fuerint dæmonia, quæ jam in decimo, per ſancti Ottonis merita, divina ejecit potentia. Quarta, monialis femina, ab hora diei prima uſque ad veſperam, gravi cum exorciſtis certabat litigio, adeo ut cum omnes ſudor & labor repelleret, ipſa, antequam confortatur ſpiritu, indefeſſa maneret. Unus ergo ex illis, qui eam admirabatur, memorans, quod non niſi per jejunia & virtutes orationum, genera ſuperantur dæmonum, foras egreſſus, & cuidam religioſo ſacerdoti confeſſus, iterum ad arreptitiam regreſſus eſt. Quem illa, torvis reſpiciens oculis, inquit: Ante te melius noveram. Crimina enim, quæ de te notaveram, jam non ego, ſed pallidus ſcit Silveſter monachus. Sed, quid fruſtra vexamini? Non egrediar, niſi Ottone expellente me. Jam itaque inclinata die dæmon exclamavit: Viciſti, Otto, viciſti. Puella vero in modum follis inflata, dæmonem efflavit.

B

liberatæ.

142 Quinta item monialis, cum jam Epiſcopi, Abbates & ſacerdotes in prima noctis vigilia ad aperiendum ſarcofagum accederent, & illa pavimento adhæreret, ait Epiſcopus: Ejicite arreptitiam hanc. Illa autem cum educeretur, ſubmurmurans, quaſi præſentem alloquebatur Epiſcopum; Tu quidem jubes me ejici, quod parvipendo. Scias autem hodie te à gente inhonorandum. Quod & factum eſt. Completo enim officio, cum Epiſcopus de monte deſcendiſſet, & ad prandium conſediſſet, orta eſt inter milites contentio; utque jam jam illis res eſſet pro anima; & Epiſcopus accurreret, litis ſedandæ gratia, aſperſus eſt ſanguis vulneratorum ſuper veſtimenta ejus, & indumenta Pontificis inquinata & perſona turbata. Arreptitia vero ad Veſperam, dum hymnus alternaretur, inter verſiculum; Ad ſacrum [Sancti] tumulum *d*, juxta ejuſdem verſiculi continentiam, ſanitati reſtituitur, & cum admiratione ſingulorum à dæmone liberatur.

d

C

Sanatur ſacerdos dubitans,

143 Hæc ſingula miracula inſertis argumentis firmavimus, ne animum legentis illa vexet dubitatio, nec quiſquam infidelis ſit auditor, ſicut fuit Presbyter Albertus de Suuar . . ad quem locum dum ſacræ eſſent reliquiæ, & ſuper altare locaret; ille habens pollicem ad nullum uſum flexibilem, devotus tentator accedens, dixit: Beate Otto, ſi vera ſunt omnia, quæ de te audivimus (accipiens reliquias ſuperpoſuit pollici) hîc, inquit, experiar; Si quid potes, adjuva me. Statim fragor digiti, in articulorum compage repreſſi, per totam auditur eccleſiam, & quaſi ſublula emiſſus ſanguis exivit innoxius; & ſic, qui de miraculis dubitavit, mirum ſuum ipſe circumtulit.

cum duobus pueris;

144 In eodem vico divina pietas, per eaſdem reliquias, duobus pueris, uni ſenſum; alteri, cujus latus miſerabiliter putredo conſumpſerat, ſanitatem reddidit.

ſed detractor punitur.

145 Nemo quoque ſignorum, quibus Dominus Sanctum ſuum mirificavit, ſuperbus detractor exiſtat, qualis fuit alter presbyter, Bernhardus de Choburk, qui veniens de villa contigua, Miſſa celebrata, prædictam repetebat eccleſiam. Cumque rogaretur à populo, ut ſe ad ſuſcipiendas beati Ottonis præpararet reliquias, miniſtro mortis perſuadente, reſpondit; Quid, rogo, ſeducimini? Quid Ottonem pluris æſtimatis Epiſcopis temporis inſtantis? Continuo ergo ut ex arrogantia cordis hæc locutus eſt, corde ipſius ſubitaneo mortis aculeo perforato, miſer equo labitur, & in momento, in ictu oculi, vitæ ſubtrahitur. Penſate ergo, qualiter uni horum presbyterorum devota dubitatio fidem auxit, ſanitatem contulit. Alteri temeraria diſcuſſio ſpatium pœnitentiæ tulit, & mortem intulit Miraculorum ergo, quæ Dominus in Sanctis ſuis operatur, nemo ſibi [judicium] vendicet, quia non nos eorum, ſed ipſi noſtri judices erunt. D

Claudus, ſurdus & mutus curati;

146 Tertia dies memoratæ feſtivitatis, tribus ornatur miraculis. Claudus carpentarius, pendulo pede ad terram poſito, greſſum; homo ſurdus, cujus aures virulentis humoribus purgari vidimus, auditum recepit: puer duodennis, ſoluto linguæ vinculo, matre præ gaudio flente, inuſitato ſermone locutus eſt. E

uti & phreneticus.

147 Phreneticus quidam, ad memoriam ſancti Ottonis adductus, per noctem in conclavi ſervabatur. Qui vecte prohibitus, dum ad januam non poſſet egredi, tegulis effractis, de pinnaculo ſe præcipitavit, & foreſtum, Hutſinor dictum, ferina mente petiit. Mane autem facto, proprio rugitu proditus, laqueo venantium capitur, & in montem ſancti Michaëlis trahitur. Sed ne infeſto clamore, ſacra Canonis, qui interim dicebatur, turbaret ſilentia, in cimiterio fratrum detinebatur. Ad quem cuſtos eccleſiæ ferens vinum, ſacris reliquiis ſanctificatum, miſericordia motus exivit, & frontem infirmi liniit. Qui continuo ſolvi ſe rogans; Senſus, inquiens, meus redditus eſt mihi, Deo & beato Ottoni, cadens in faciem, gratias egit.

Varia ſanitatum genera.

148 Teſtimoniales nuper accepimus litteras, continentes, qualiter Deus beati Ottonis ſanctitatem, potenti ejectione dæmonum, & [per] diverſa genera ſanitatum, in partibus Saxoniæ & Bavariæ diffamaverit. Quæ omnia, & ea quæ ad ſepulcrum ejus fiunt, ſcribere, per otium dictantis eſt. F

De Popone milite.

149 Notus & alti generis quidam miles Popo de Irmolteshuſen, caſu belli pedem perdiderat, & neſcio quo infortunio accedente, nullis emplaſtris ſanari poterat; ſed locus vulneris recens patebat. Aſpero tamen corroſivo præmortuas carnes, quas phyſici cancrenas appellant, frequenter obortas abſtergebat. Ipſa quoque corroſio jam nervos & oſſa militis invaſerat. Unde accidit, ut è truncato crure ſanguis profluereet, [rivuli] in modum derivatus; & miles jacens exſanguis & deſperatus, teſtamentum de bonis ſuis firmare diſponebat heredibus. Acceſſit ei interim ſalubris cogitatio; etiam ſe ad beati Ottonis devovit limina, ſtatimque in vicino fuere remedia. Nam quod medicorum manus quindecim annis ſanare fuit invalida, obducta & ſolidata cute, membrum ſanavit divina clementia. Infra ſeptimanam quippe, ligneo pede cruri conformato, ſoſpes ad memoriam ſancti Ottonis veniens * ſine baculi ſuſtentaculo, & ambulabat in ſanctua-

* *leg.* venit.

A sanctuario, abscissi pedis nemini dans ullam suspicionem, voto & voce gratias referens Deo & sancto Ottoni, in eo quod contigerat illi.

Scriptoris conclusio,

150 His igitur virtutibus, quibus mons cælestium virtutum sublimatur, cui imperialis manus Heinrici posuit fundamentum, Ottonis Pontificalis sanctitas dat incrementum, Angelorum custodia tenet firmamentum. His, inquam, paucis ex multis digestis, quia, ut credimus, apponet Deus, ut ad sepulcrum sancti Ottonis, ipsius intervenientibus patrociniis, complacitior sit adhuc, scriptori sequentium miraculorum calamum & *d* paginam interim vacantem assigno *d*.

& sermo

151 Lectio Prima. Cum æternæ prædestinationis temporales effectus, dispensatrix omnium bonorum, gratia Dei, vellet elucescere, dilecti Deo & hominibus Ottonis Episcopi venerabiles reliquiæ in domo Domini, in salutem credentium sunt elevatæ *e*. Lucerna enim sub modio posita, super candelabrum Ecclesiæ divinitus erat sublimanda. Anno igitur Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octogesimo nono, Clemens tertius, Romanæ sedis Antistes, eorum, qui hujus negotii auctores exstiterant, attestationes recepit, habitoque fratrum, qui præsentes erant, consilio, sanctissimum Confessorem Dei Ottonem, Sanctorum Catalogo annumerandum decreverunt.

e

B

152 II. Eo igitur canonizato, exsecutionem translationis venerabilibus Episcopis, fratribus suis, delegavit Proinde anno [à] dissolutionis suæ tempore quinquagesimo, Apostolici exsecutores mandati suo reverenter functi sunt officio Quocirca, crebrescentibus ad tumbam beati viri miraculis, tot & tanta divinæ miserationis beneficia populo Dei exhibita sunt, ut eos nihilominus, qui tardioris essent fidei, à cordis sui duritia potuissent emollire. Hic est ergo remissionis & indulgentiæ annus, quem olim legalibus inservientes ceremonialium institutis, Jubileum appellare consueverant, in quo & debita & servitus laxabantur.

in elevatione,

153 III. Verum quæ tunc illis in figura contingebant, nobis efficacia rerum arridet. Nunc enim, per interventum sanctissimi Ottonis, debita peccatorum animæque obligatoria peccati pœna dimittitur, & diaboli dominio mancipatus, à jugo miserrimæ servitutis, in

C libertate filiorum Dei transfertur. Igitur juxta priscæ legis ritum, terra quondam vendita, possessori restituitur, cum terrenus homo peccato venumdatus, redintegratus naturalibus, accumulatisque gratuitis, ad imaginem Dei, similitudinem conditoris sui reformatur.

jam supra

154 IIII. Ad pristinæ redit familiæ contubernium, qui ad ejus, de qua peccando exciderat, sanctæ matris Ecclesiæ revertitur consortium. Iste annus non injuste propitiatio dicitur, cum peccatricis animæ tenebras luce miserationum suarum excusserit, qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, qui sanat omnes infirmitates nostras. In hoc ergo Jubileo jubilandum est nobis præcipue, ut illuc cordis nostri dirigatur intentio, unde nobis, per intercessionem tanti Patris, efficaci subvenitur auxilio.

dictorum,

155 V. Ea vero quæ de Jubileo generaliter dicta sunt, trahi ad specialitatem possunt, ita nimirum, ut beato Viro non incongrue valeant aptari. Ut enim prætereatur silentio, quod cum ante, sub Romanæ Sedis Pontificibus, de canonizatione ejus diligenter laboratum sit, tamen usque ad completionem Jubilei translationis intercessit dilatio. Illud memoratu dignum est, quod ejus sanctissimum corpus, de terræ pulvere sublevatum, quasi ad familiam rediit, cum ad eos, quibus ante collationem beneficiorum proximus erat, corporali præsentia resedit: ubi nunc in sabbato requietionis, octavam beatæ resurrectionis exspectat.

AUCTORE EBBONE.

elegans

156 VI. Itaque cum ad prædictæ solemnitatis celebritatem populus de longe confluxisset, ipse, cujus gratia prævenit & subsequitur, in electis inexplicabiles multiformis gloriæ suæ divitias dignatus est ostendere, ut miraculorum signis dilecti sui merita declararet. Igitur ne pravæ obreptionis invidia, per calumniam impiæ contradictionis, sanctitati ejus derogare præsumeret, multis se Dei virtus virtutum muneribus effudit, omnemque oblatrantium errorem hæsitationemque præveniendo amputavit. Itaque plurima multitudo languentium, quæ adipiscendæ sanitatis gratia confluxerat, quod fideliter petiit, efficaciter E impetravit.

quædam

157 VII. Ibi ergo secularis sapientiæ fastus confunditur, ubi de privatione ad habitum regressus, sub testimonio plurimorum ostenditur. Cæcis quippe visus tribuitur, surdis auditus confertur, nec quisquam inter ægros pie fideliterque supplicans, optatæ salutis voto cassatur. Præcipua tamen inter sanitatis munera dæmoniacorum liberatio fuit; nam & quinque mulieres aderant, quæ antiqui hostis oppressionem passæ, obsessorem suum terribilibus furiosorum motuum gestibus fatebantur. Ipse vero qui vasa iræ in vasa reformat gratiæ, de obsessis corporibus malignos spiritus ejecit, & plenam libertatis sanitatem integramque salutem contulit.

anacephalæosis.

158 VIII. His perspicue potest agnosci, quam gloriosus expugnator victorque dæmonum fuerit, qui cum adhuc in mortali carne positus esset, ut hanc ejectionem dæmonum post mortem ejus Dei sapientia operetur, bonis operibus emeruit. Sed non parum spei & consolationis in his nobis impenditur, qui carnis adhuc assultus & dæmoniorum insidias sustinemus. His enim indubitanter didicimus, quod ejus nobis intercessio ad salutem potest proficere, quem tam insignibus gratiarum beneficiis, Dei misericordia voluit mundo clarescere. Hæc vero & his similia, non solum ibi facta sunt, ubi corporali requiescit præsentia: verum etiam quocumque delatæ sunt sacratissimi corporis reliquiæ, illuc miraculorum virtus concomitata. Quosdam etiam invidiæ facibus accensos, ac beati Confessoris protervo spiritu meritis detrahentes, divina consecuta est ultio, ut indubitatæ veritatis testimonio cunctis innotesceret, eos debitæ ultionis acrimonia feriri, qui pestiferæ contradictionis veneno Sanctos Dei non timuerint persequi. Ipse enim, qui mirabilis est in Sanctis suis, vindictam retribuet in hostes eorum, qui nimirum in offensis eorum offenditur, quorum laudibus, si pie fuerint impensæ, ipse ad quem omnis laus & gratiarum actio retorquenda est, juste laudatur. F

AN-

Ex Andr. Gretser.

ANNOTATA.

a *Legendum*, regni ejus XXXVIII, imperii XXXV. *Mirum eſt, ſcriptores iſtos in notis chronologicis paſſim exerrare.*

b *Aberat enim Fridericus, ſuſcepta expeditione Hieroſolymitana.*

c *Vult dicere*, nota fecit, indicavit.

d *Intellige*, turbæ fugantur dæmonum, *ut habeas totam* verſiculi continentiam.

e *Dolendum, quod per tot ſecula id neglexerint religioſi ad S. Michaëlis: quæ recentius patrata miracula accepimus, in commentario tradita ſunt.*

f *Satis accommodæ lectiones iſtæ, ut* XXX *Septembris recitentur, potius quam antiquiores ex vita, aut forte recentiores aliæ minus accuratæ.*

SUPPLEMENTUM

B

Ad præmiſſas Vitas, ex Andrea, à Gretſero edito.

Quænam hîc ex Andrea adjiciantur.

JAm ſupra non uno loco inſinuavimus, binas vitas vetuſtiſſimas à nobis hîc editas, non videri omnino integras, ultimam præſertim, quæ ab Ebbone veroſimillime fuſius deſcripta, à ſymmiſta aliquo in nonnullis contracta videtur, vel eo tempore, quo de canonizatione agebatur, vel paulo poſt ſolennitatem illam peractam, ut, reſciſſis parergis, haberent S. Ottonis clientes Actorum ejus non inelegantem ſeriem, qua & pietatem paſcerent, & forte etiam curioſitati facerent ſatis. Nequid tamen deſiderari hîc pateremur, viſum eſt ex ſinceriori Andrea ea potiſſimum capita ſeligere, & per modum appendicis ſeu ſupplementi ſubjungere, quæ res notatu dignas complectuntur, quamquam & de eis aliqua ſcriptores noſtri curſim attigerint. Itaque ex lib. 1 *Andreæ excerpta ſunt capita* 27, 28, 29, 30, 31 *&* 48. *De miſſione Pomeranica, quam lib.* 2 *&* 3 *proſequitur, ſatis dicunt Noſtri, uti & de beato Sancti exitu, oratione funebri Imbriconis Herbipolenſis, aliiſque eodem ſpectantibus, unde librum ſuum quartum conflarunt ambo Andreæ. Neque deſunt miracula apud Ebbonem: nihilominus ex lib.* 4 *Gretſeriani deſumpta etiam ſunt aliqua, paulo fuſius ibidem explicata. Quæ ex altero Andrea Faſchii transferri huc poterant, in commentario prævio abunde deduximus; ut neminem jure conqueri poſſe exiſtimem, neglectum quidquam aut prætermiſſum fuiſſe, quod tanti momenti ſit ut hîc adjungi mereretur. Habe igitur Andreæ caput* 27 *&c.*

C

Multa ſigillatim deſcribuntur,

2 Ut autem ad noſtra veniamus, idem Deo devotus Pontifex Babebergenſis monaſterium S. Michaëlis cum ejuſdem eccleſiæ ædificiis, nec non & baſilicam ſanctæ Mariæ, & capellam B. Bartholomæi, cum magna domo, eidem adhærente, à fundamentis ampliori ſtatu reædificavit. Capellam quoque ſuper portam, in honore S. Oſwaldi Regis & Martyris, fecit. Sed & diverſorium & muri ambitum cum univerſis officinis conſtruxit. Idem vir beatus fontem in medio clauſtri fieri juſſit; itemque venam aquæ vivæ, de vicino monte, in clauſtrum plumbeis fiſtulis copioſo ſumptu duci fecit. Pleraque eidem loco ornamenta contulit; inter quæ duas argenteas ſcutellas ad ſuſcipiendas oblationes: auriphrygium quoque & caſulam pretioſam; crucem quoque auro gemmiſque nobiliter fabricatam, recondito in ea ſalutari ligno, Sanctorumque reliquiis, ipſe ſacravit, Crucemque Salvatoris appellari ſtatuit, banni ſui interpoſitione, ne ab ipſo monaſterio pro aliqua unquam neceſſitate auferretur, indicens, beato Michaëli Archangelo eam devotiſſimè obtulit. Hunc locum ille Deo plenus fideliſſimo ſemper amore dilexit, hunc reſtauravit; hunc ditavit; hujus gloriam quæſivit; huic bona tribuit; hunc ſublimavit; hunc coluit; hujus profectum ſemper amavit; & in ipſo, coram altari ejuſdem Archangeli, cujus ſpecialis miniſter erat, ſeſe ſepeliri decrevit. D

quæ cœnobio S. Michaëlis collata ſunt.

3 Eidem monaſterio quoque in uſum fratrum dedit octo prædia, quingentis argenti libris comparata: quæ hîc ob notitiam eorum ſigillatim annotare, frivolum duximus. Præterea eccleſiam juxta Albuch, hereditario ſibi jure propriam, eidem monaſterio, cum duabus eccleſiis aliis donavit, ob memoriam videlicet E ſui parentumque ſuorum, inibi corpore quieſcentium. Adhuc autem dilectiſſimum ſibi locum amplificare deſiderans, ſub monte S. Michaëlis capellam S. Ægidii, cum hoſpitali domo, pauperum & peregrinorum receptionibus aptam conſtruxit. Totus enim miſericordiæ viſceribus affluebat; totus eleemoſynæ & compaſſionis affectu ſic ardebat; ut jure cum B. Job dicere poſſet; Ab initio crevit mecum miſeratio, & de ventre matris meæ egreſſa eſt mecum: flebam ſuper eum, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Noverat quippe, & aſſiduè recolebat illam B. Gregorii ſententiam: qui compaſſionem non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet. Virtus namque ſanctæ charitatis omnibus quidem fidelibus, ſed maximè Chriſti congruit ſacerdotibus, qui & ſpecialius ad hanc exſequendam in ipſo ſacratiſſimo ſuæ ordinationis myſterio commonentur. Cùm enim ſacerdos conſecratur oleo, per quod charitas intelligitur, manus ejus liniuntur, oleumque manibus ejus infunditur, ut per hoc uberiora miſericordiæ & pietatis opera ſibi facienda noverit. Sed & cum veſte ſacrata ornatur & amicitur, ei conſecrator dicit; Accipe veſtem ſacerdotalem, per quam charitas intelligitur; ut ea ſe totum, quaſi tunica talari, circumdatum & ſplendidiſſimè ornatum eſſe debere meminerit. Quam pius Otto ſingulari decore veſtitus, uſquequaque eam propagare & feliciſſimis declarare ſatagebat operibus. F

De hoſpitali & eccleſia S. Ægidii.

4 Perambulans itaque ſuburbana in circuitu, aptumque locum perluſtrans ad hoſpitale conſtruendum, venit ad collem, ſub monte Michaëlis poſitum, qui vulgò **Lugenbuhel** / id eſt, mendacii collis, vocabatur, duabus ex cauſis, ſive eò quòd non naturali terræ ſitu, ſed potius de fundamentis murorum civitatis illis aggeſta humus in altum excreverat; ſive pro eo, quod crebra inibi conventicula ſtultorum, mendaciis & vanitatibus plena, agebantur. Hoc ergò ſpiritualis hic pater in melius commutare deſiderans, qui ad hoc ſe conſtitutum noverat, ut prava exſtirparet, & bona quæque inſereret; collem ipſum complanari, & eccleſiam illic B. Ægidii juſſit ædificari. Domicilia quoque, pauperibus & peregrinis opportuna conſtrui: ut ubi antea ſervitus inimici pullulabat, ibi deinceps, divino cultu & eleemoſynis pauperum, lucra animarum

A marum ſuccreſcerent. Eo tempore Canonicus quidam eccleſiæ S. Jacobi, Wichodo nomine, orationis cauſa beatum viſitans Ægidium, reliquias magnificans, id eſt, pollicem ejus, comparavit; quem pius Otto, ab eodem ſagaciter impetratum, altario S. Ægidii cum aliis multiplicibus reliquiis incluſit, eccleſiamque ſolenniter dedicans, memoriam ejus per omnem locum celebriorem, quam eatenus fuiſſet, inſtituit. Hoſpitale autem cum eâdem eccleſia primùm quidem Gumponi, decano S. Jacobi, commiſit; poſtea verò, mediante beatæ memoriæ Wolframo, decimo hujus loci abbate, ſancto Michaëli cum omnibus pertinentiis ſuis contradidit. De quo amabili & reverendiſſimo hujus loci abbate, dignum eſt aliqua litteris mandare, quia in ingreſſu ejus, Domino largam ſuæ benedictionis copiam infundente, locus hîc jam pene in omni religione collapſus, nova & mira interioris diſciplinæ, & exterioris profectûs ſumpſit incrementa.

B *Wolframus Bavarus ſub S. Ottone primicerius,*

5 Hic enim Wolframus ex provincia Bavarorum, nobili & religioſa ortus parentela, Babebergenſis eccleſiæ, in ſchola Chriſti educandus, ſub ordine canonico traditus; ubi divinâ præventus gratiâ, in tenerâ ætate, ſitibundo pectore hauriebat fluenta doctrinæ, ac de die in diem ſapientiæ maturitate & elegantiâ morum proficiens, inter ſuos collegas pulcherrimus proceſſit. Siquidem paternæ juſtitiæ fortitudo, & maternæ pietatis imago evidentius in eo apparebat juxta Apoſtoli dictum: Quod ſi radix ſancta, & rami. Et hic quidem ſub venerabili Ruperto, ſeptimo Babebergenſi Epiſcopo; poſtmodum autem cum annos viriles attigiſſet ætatis, à pio Ottone primicerius factus, auctorabili ſagacitate, velut alter Joſeph, curam totius adminiſtrabat epiſcopatus. Nihil erat in omni eccleſiaſticæ diſpenſationis negotio, quod non ejus nutu & arbitrio diſponeretur. Sed cum Deus omnipotens ſtatum monaſticæ religionis, qui ſub domino Gumboldo, nono hujus loci abbate, ad nihilum redactus erat, per miniſterium reverendiſſimi patris Wolframi reparare, & novo Hirſaugienſium ordine ad meliora provehere dignatus eſſet, eumdem ſæpe dictum ſæpiuſque dicendum
C ſapientem architectum, corporalis ægritudinis moleſtia perculit; ſicque naufragoſis mundi abreptum fluctibus, ad portum quietis advexit, caſtraque militiæ ſpiritualis intrare compulit.

fit monachus ad S. Michaëlis,

6 Nam cum periculoſo colli tumore aliquamdiu laboraſſet, juxta beati Job ſententiam; terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties; quibuſdam ſagacioribus de familia ejus, nocturna viſione apparuit culmen domus ejus repentino lapſu corruere, domumque confractam diſſipari, illiſque inter ſe hoc muſſitantibus, & mortem Domini ſui præſagire affirmantibus; ipſe pater amabilis hoc rumore pavefactus eſt, & internum judicem, hoc verbere ad meliora ſe vocantem, in ſpiritu humilitatis & animo contrito ſequi deliberavit. Itaque diſpoſita domo ſua, & ſolerter præcavens inſidias amicorum & propinquorum, à bono eum propoſito revocare nitentium, clam, matutino tempore, montem S. Michaëlis adſcendit, ubi veterem de-
*Pompoſis ponens hominem cum * pompis, quibus ornatior aliis incedere ſolebat, exuviis, Deo ſe ipſum hoſtiam acceptabilem obtulit, & ſanctæ converſationis habitum voluntaria paupertate ſuſcepit. Cum ergò præceptis obediens Euangelicis, cruce ſua flagrantiſſimo corde elata, Dominum ſecutus fuiſſet, ſine mora verus ille medicus, qui percutit & ſanat, occidit & vivificat, quique languores noſtros tulit & ægrotationes portavit, infirmitati ejus medelam ſolita pietate adhibuit, ut ipſe primùm corpore & mente ſanatis, multis poſtmodum, ſpirituali magiſterio, ſalutem operaretur animarum. Ex Andr. Gretser.

7 Eo tempore piiſſimus pater Otto in Carinthia morabatur; & cum reverſus, quæ circa intimum diſpenſatorem ſuum geſta erant, audiſſet, plurimum in Chriſto exhilaratus eſt, licet in adminiſtratione publicorum negotiorum grandi ſolatio deſtitutus eſſet. Et accerſito eo ad familiare colloquium, de ſtatu ſuo paterna dulcedine requiſivit: & ſi conſuetudine quam invenerat, contentus eſſe vellet? Sed ille vir ſagacis animi, diſtortam & penè nullam hîc monaſticæ religionis diſciplinam in brevi deprehenderat; &, ſe ad perE fectiora tendere, ne in vacuum curreret, reſpondit. Quo audito, Paſtor mitiſſimus Otto fervori ejus admodum congratulatus, ad Hirſaugienſe cœnobium, in ſacro tunc ſpiritualis ordinis rigore celeberrimum, quantocius eum cum xeniis honorabilibus deſtinavit eo quod & ipſe ibi peculiariter notus eſſet, ob frequentes illo tranſmiſſas eleemoſynas. Ubi ſummo cunctorum exceptus tripudio, tum pro ſui reverentiâ; tum etiam pro amore pii Ottonis loco tantæ venerationi habitus eſt, ut etiam poſt modicum, tranſcenſis aliis officiorum gradibus, prioratus honore ſublimari mereretur. Aderat jam tempus miſerendi: quia proſpexerat de excelſo ſancto ſuo Dominus, ut locum hunc, Montem ſcilicet S. Michaëlis, diu à ſpiritualium profectuum germine areſcentem, novis ſupernæ gratiæ ſtillicidiis irroraret, per beatiſſimum patrem Ottonem, qui velut aurora pulcherrima, & lucifer matutinus, ad diſcutiendas & illuminandas priſcæ converſationis caligines cælitus effulſit. *unde Hirſaugiam tranſiit; ubi ita profecit,*

8 Nam cum ſe totum ad dilatandam ejus gloriam, qui eum glorificaverat, & ſpectabilem præ aliis coëpiſcopis ſuis fecerat, præparaſſet, hîc præcipuè, tamquam in ipſo capite, religionis monaſticæ normam propagare curavit, ut poſtmodum & aliis, quæ ædificare propoſuerat, cœnobiis, larga benedictio ex hujus fontis ubertate profluueret. Ad quod opus divinum nullus ſibi fidelior, nemo ſibi viſus eſt aptior hoc, de quo loquimur, ſervo Dei Wulframo, quem dudum in activa vita ſagaciſſimum noverat, & nunc in contemplativa vita audierat. Itaque miſſa ad Hirſaugiam fida ſatis legatione, tam eum, quam & alios quinque fratres, religione & omni ſcientia eximios impetravit; licet cuncti abſceſſum dilecti patris Wulframi moleſtiſſimum, & pene importabilem ſibi cenſerent. Sed nihil erat quod non pii Ottonis reverentia & eleemoſynarum largitas apud eos obtineret. Veniente igitur eo, abſens erat Epiſcopus: ideoque in Saxonia apud Curtes epiſcopales Mochelen & Schidingen reſidens, adventum ejus præſtolabatur. Poſtmodum autem, cum reverſus de Carinthia piiſſimus pater Otto, voti ſe compotem factum apud Hirſaugiam cognoviſſet, Deo gratias egit, dilectum ſibi Wulframum, acſi è cælo tranſmiſſus eſſet, *ut ad montem S. Michaëlis revocatus,* F

Ex Andr. Gretser. omni paternæ benignitatis affectu ſuſcepit : & per occultos internuncios, primo ſeniores, deinde omnem S. Michaëlis congregationem admonuit, ut ſuæ utilitati per omnia conſulentes, in electione Venerandi patris Wulframi unanimiter concordarent.

ibidem abbas electus & conſecratus ſit.

9 Cumque divina præveniente gratiâ, hoc, ut deſiderabat, obtinuiſſet, uberiores ei, à quo bona cuncta procedunt, laudes exſolvit; ſtatimque in vigilia Palmarum, aſſumptis majoribus & prælatis eccleſiæ, montem S. Michaëlis, magna ſpiritualis gaudii alacritate plenus, adſcendit; ubi in conventu publico dominus Gumboldus, ad pedes Epiſcopi procidens, ultroneam curæ Paſtoralis abdicationem fecit; jam ſenio longinquo ſe feſſum, & ad hanc minus idoneam proteſtatus imbecillitatem ſuam. Beatus ergò Pontifex, receptam ab eo curam paſtoralem, mox reverendo Patri Wulframo aſſignavit; ipſeque Gumboldus in electione ejus primus acclamavit, & ex hoc in remotiorem cellam, deputatis ſibi duobus miniſtris & quibuſcumque neceſſariis, ſeceſſit. Itaque electione canonica reverenter ſatis unanimiter facta, pius Otto, moræ impatiens, ſequenti die, id eſt
B XVIII Kal. Aprilis ſolenniter eum, ante conſecrationem Palmarum, ordinavit; & ex eo, ad ſtatum loci intus & exterius renovandum, mirificè totum ſe accinxit : Primumque abolito, communi fratrum conſenſu, vetuſto & remiſſo ordine Amerbacenſium, novum & religione plenum ordinem Hirſaugienſium inſtituit. Deinde paucitatem fratrum Deo militantium corde tenus dolens, & crebras in conſpectu Domini ſupplicationes pro hoc cum eleemoſynarum largitate profundens, religioſos viros, & tam divina quam ſeculari ſcientia ornatos, omnimodis hîc aggregare ſtuduit. Nec prius ab hoc cœpto deſtitit, quàm, de exiguo numero, ultrà ſeptuagenarium multiplicatos videre meruit : quod ipſius litteris declaratur, quæ in hunc ſe modum habent.

Epiſtola S. Ottonis ad abbates,

C ***Otto, Dei gratia, Babebergenſis eccleſiæ miniſter humilis, venerabili fratri Wulframo, abbati cœnobii S. Michaëlis, Wigand Thariſienſi, Baldewino Bantzenſi, Eggehardo Uraugienſi, Imbriconi Michelveldenſi, Walchuno de Entsdorff, Eriboni de Pruveningen, Friderico de Gengenbach, Everhardo Scuturenſi, Ottoni Steinenſi, Lingero de Regenſtorff, Ingrammo de Arnolſtein, Præpoſito de Clunicken, Præpoſito de Hoſterhoven, & omnibus ſub ipſis piè converſantibus, ſalutem & perſeverantem in Dei voluntate famulatum.***

de reformatione monaſteriorum,

CUm primum paſtoralis curæ regimen, quamvis indigni ſuſcepimus, monaſteria Eccleſiæ noſtræ ſubdita, qualiter in monaſtica religione diſpoſita eſſent, diligenter attendimus. Sed omnia, diſciplinæ ſuæ rigore nimis reſoluta invenimus; quod moleſtè ferentes, ac diſpenſationi noſtræ incautum exiſtimantes, diu multumque laboravimus, fuſis ad Deum precibus, ut per divinam providentiam, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, hoc mutaretur in melius. Tandem Deus virtutum, cujus eſt totum, quod eſt optimum, vota reſpiciens humilium, in omnibus monaſteriis noſtris religionis præſtitit augmentum : quia vos gregi ſuo D *Paſtores idoneos elegit, ac fratrum veſtrorum numerum in ſancta converſatione multiplicavit; quod in vicino S. Michaëlis Monte oſtenditur, quia dum non plus quam viginti fratres, & eoſdem ſub tenui diſciplina, invenimus; jam, Deo gratias, plus quam ſeptuaginta inibi cernimus, abſque his, qui honeſte converſantur extrinſecus Unde nos non mediocriter lætificati, omnes vos, Prælatos ac ſubditos, in charitate ſancta appellamus, omnium pedibus humiliati, in Deo, & propter Deum obſecrantes, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, & religionis veſtræ ac ſpiritualis diſciplinæ vigorem, alii ſuccedentes alius, hereditario jure in longitudine dierum conſervetis,*

quam ſingulariter commendat,

11 *In memoriam ergò tam ſalubris exhortationis, addimus decretum noſtræ Epiſcopalis confirmationis, dirigendum, tranſſcribendum, relegendum ſingulis monaſteriis, monaſticæ religionis ſpiritualem militiam, Deo placitam, hominibus acceptam, celebrem angelis, terribilem hoſtibus; ut jam per omnia cœnobia noſtra, ſub auctoritate Spiritus ſancti renovavimus, inſtituimus, ſic deinceps integram illibatamque perſeverare ſancimus atque decernimus; commendantes eam ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ vobis electis Rectoribus ac dilectis fratribus, per vos nihilo minus commendandam omnibus veſtris ſucceſſoribus. De cetero in nomine Domini vobis benedicimus. Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes vos in Chriſti viſceribus.* His mellifluis & auctorabilibus tanti Patris verbis evidenter ſatis declaratur, quàm intimo & flagrantiſſimo affectu, ſanctam monaſticæ profeſſionis religionem adamaverit, quantâve diligentia eam, in quibuſcumque poterat locis, ſed potiſſimum apud nos, propagare ſtuduerit. Qua, ut deſiderabat, propagata, Deo favente fratribuſque tam merito quam numero multiplicatis, etiam materialem eccleſiæ fabricam, cum univerſis monaſterii officinis, neceſſaria & congruenti amplitudine dilatare curavit : tamquam & ei ſpirituales filii ſui affectuoſa unanimitate proclamarent : Anguſtus eſt locus mihi coram te, fac ſpatium mihi, ut inhabitem.

quæque ad S. Michaëlis potiſſimum ferbuit.

12 Et ô beatus ille ! qui tandem deſiderii ſui, quod in multiplicandis religioſis fratribus habuerat, compos effectus, juxta prophetiam Iſaiæ, à Domino audire meruit; Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati
F ſunt, venerunt tibi. Vivo ego, dicit Dominus quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos, ſicut circumdat ſponſa monile ſibi pretioſum. Quomodo enim non gauderet, & gratulabundus Domino jubilaret, cum non ſolum ex vicinis, ſed & de longinquis multarum regionum partibus, illuſtres quoſque & ſapientes, ac diverſarum artium imbutos peritia, ad locum dilectæ requietionis ſuæ congregari cerneret, quos nimirum bonæ opinionis ejus fama, per totam Eccleſiæ domum diffuſa, & indefeſſa oratio, quæ eleemoſynarum largitate fulciebatur, illò attraxerat? His nempe devotiſſimis filiis, quaſi floribus ſpecioſis, adornatus erat. His tamquam monilibus ambiebatur, cum & hîc, & in omni actu & negotio, eorum intimis præveniebatur ſuffragiis ac comitabatur; ac poſt in reſurrectionis gloria, nobili eorum ſtipatus frequentiâ, regi regum accenſis lampadibus occurret; ubi & filii de patris honore, & pater de filiorum ſalute perpetuo lætatur. Sed is

per

per exceſſum dictis, ad narrationis ordinem redeuntes, cauſam & rationem antiqui monaſterii diſſolvendi, & novi deinceps majori ambitu reparandi, poſterorum notitiæ pandamus.

Diſſolutio veteris monaſterii S. Michaëlis; novi ædificatio & conſecratio.

Terræ motu concuſſa fabrica,

SIquidem anno Domini MCXVII, tertio Nonas Januarii, id eſt, in octava S. Joannis Apoſtoli, peccatis hominum exigentibus, terræ motus factus eſt magnus quarta feria, luna viceſima ſexta, hora veſpertina, impletâ prophetiâ, quæ dicit; Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Hoc ſiquidem terræ motu, eccleſiæ noſtræ fabrica, quæ & antè jam longa temporis vetuſtate, ex parte ſciſſa erat, ita concuſſa eſt, ut lapis magnus in frontiſpicio vel culmine * ſcumarii, ſubito lapſu proruens, totius monaſterii ruinam minaretur, cunctoſque ingenti pavore perculſos in fugam converterat; & tamen, mirum dictu, grandi hoc lapide, qui totum in circuitu opus ſua concluſione firmabat, lapſo, reliqua templi fabrica, licet hiatu terribili, caſum jamjamque minaretur, immobilis perſtitit, donec poſt feſta Paſchalia, juſſu pii Ottonis deſtructa & ſolo adæquata eſt. Hinc jam novi templi ædificatio, quod majori ſe ambitu dilataret, cœpta eſt: ubi tanta ſe libertate * beatiſſimus Pater Otto, pro fervore accelerandi operis, profudit, ut cunctis ſtuporem, multis quoque invidiam tanta pecuniæ profuſio pareret.

* ſic legit Gretſerus.

* *An non, liberalitate?*

à S. Ottone inſtauratur,

14 Nam cum quadam vice, eo apud caſtrum Botenſtein poſito, pecunia defeciſſet; & fideliſſimus camerarius ejus, Erbo nomine, devotus S. Michaëlis famulus, qui poſtea hîc in ſancta claruit converſatione, perniciter ad Epiſcopum tendens, defectum hunc ei inſinuaſſet; ille ſtatim centum marcas argenti beato offerens Michaëli, eum, moræ impatiens, redire urgebat. Qui piæ voluntatis plenus theſauro, quo nil ditius Deo offertur, tanta miræ devotionis feſtinantia reverſus eſt, ut eâdem die memoratum pondus argenti ad altare S. Michaëlis, tamquam holocauſtum gratiſſimum, imponeret, ſicque cœpto operi, tota virtute & ſagacitate, inſtandum urgeret. Igitur perfecto jam templo, quod in modum crucis, ut cernitur, conſtructoris ſui præcepto, ædificatum eſt; dedicationem ejus in arbitrio fratrum conſtituens, utpote cum quibus cor unum & animam habebat, mandavit, ut certam ei ſignificarent diem, quâ tantæ ſolennitatis celebritas, communi omnium voto, ageretur.

& conſecratur.

15 At illi multam inter ſe conquiſitionem facientes, tandem conſilio reverendi & doctiſſimi patris Wigandi, de quo in ſecundo hujus operis libro dicemus, unanimi conſenſu definierunt, ut in Kal. Septembris eadem celeberrima fieret dedicatio: congruenti ſatis & acceptiſſimo ordine, tam pro beati Ægidii patrocinio, cujus ea dies natalitio illuſtratur, quam & pro antiqua hujus diei reverentiâ, quam ſacræ Moſaicæ legis obſervantiâ conſtat, præcipua inſigniri ſolennitate, ſicut in libro Levitici legitur, loquente Domino ad Moyſem: Menſe ſeptimo, prima die menſis erit vobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum; omne opus ſervile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino; quia dies propitiationis eſt, ut propitietur vobis Dominus Deus veſter. Et item in libro Numeri: Menſis ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis; omne opus ſervile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt tubarum; offeretiſque holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino quæ &c. de ritu ſacrificiorum myſtico, nunc in Eccleſia celebrandorum, ibi exſequitur. Sed & decima, & decima quinta ejuſdem menſis dies ſacra feſtivitate celebres, & nullum in eis opus ſervile fieri, ſed ſolenne ſacrificium Domino offerri lege præcipitur, de quibus modo dicendum non eſt. EX ANDR. GRETSER.

Adducuntur verba Origenis de menſe ſeptimo,

16 De hujus autem ſacratiſſimæ diei celebritate Origines ſic loquitur: *Prima die ſeptimi menſis Neomenia tubarum eſt, ſicut dicitur in Pſalmo; Tuba canite in initio menſis: iſta eſt ſolennitas repropitiationis: in hac ſola die Pontifex induitur omnibus pontificalibus. Tunc induitur manifeſtatione & veritate, tunc ingreditur ad illa inacceſſibilia, quo ſemel in anno accedi tantummodo licet, id eſt, in ſancta Sanctorum. Semel enim in anno Pontifex populum derelinquens, ingreditur ad eum locum, ubi eſt propitiatorium, & ſuper propitiatorium Cherubin, ubi & arca Teſtimonii & altare incenſi; quo nulli introire fas eſt, niſi Pontifici ſoli. Si ergo conſideremus verum Pontificem Chriſtum, quomodo in carne quidem poſitus, per totum annum erat cum populo, annum illum, de quo ipſe dicit; Euangelizare pauperibus miſit me, & vocare annum Domini acceptum, & diem remiſſionis; advertimus, quomodo ſemel in iſto anno, in die propitiationis, intrat in ſancta Sanctorum, hoc eſt, cum impleta diſpenſatione penetrat cælos, & intrat ad Patrem, ut eum humano generi propitium faciat, & exoret pro omnibus credentibus in ſe.*

17 *Hanc repropitiationem ejus, qua hominibus repropitiat Patrem, Joannes Apoſtolus commemorat dicens: Advocatum habemus apud patrem Jeſum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Sed & Paulus ſimiliter, de hac repropitiatione ſcribens, ait de Chriſto; Quem Deus poſuit propitiatorem in ſanguine ejus per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis uſque quo occidat ſol, id eſt, uſquequo finem accipiat mundus. Stamus enim nos proſcribus, operientes Pontificem noſtrum, commorantes inter ſancta Sanctorum, &c. id eſt, apud Patrem, & exorantem pro peccatis eorum, qui ſe exſpectant.* Hæc Origenis eximii Doctoris verba ſunt: qui item alio loco de hac ſolennitate, quæ eſt prima die ſeptimi menſis, ſic ait: *Sicut inter dies, ſeptimus quique dies obſervatur ſabbatum, & eſt feſtivitas: ita & inter menſes, ſeptimus quique menſis Sabbatum eſt menſium. Agitur ergo in eo feſtivitas, quæ dicitur Sabbata Sabbatorum, & fit in die prima menſis ſeptimi memoria tubarum. Sed quis eſt, qui memoriæ tubarum feſtivitatem gerat, niſi qui poteſt ſcripturas propheticas & euangelicas atque apoſtolicas, quæ velut caleſti quadam perſonant tuba, mandare memoriæ, & intra theſaurum cordis ſui recondere? Qui ergo hæc facit, & in lege ejus meditatur die ac nocte, iſte feſtivitatem gerit memoriæ tubarum. Sed & ſi quis poteſt gratias illas ſancti Spiritus promereri, quibus inſpirati ſunt prophetæ, & pſallens dicere: Canite in*

Ex Andr. Gretser. *initio menſis Tubæ, in die inſignis ſolennitatis ejus; & qui ſcit digne in pſalmis jubilare ei, Deo agit ſolennitatem Tubarum.*

quæ conſecrationi applicantur,

18 *Eſt adhæc & alia ſolennitas ſeptimum illuſtrans menſem, videlicet Scenopegia, id eſt tabernaculorum, Deo grata feſtivitas. Lætatur enim cum viderit fideles ſuos non habere fixum & fundatum animum ſuper terras; ſed in tabernaculis, quaſi quotidie migraturos habitare; non deſiderantes, quæ terrena ſunt; nec umbram vitæ hujus quaſi poſſeſſionem propriam & perpetuam deputantes: ſed velut in tranſitu poſitos, ad veram patriam, unde egreſſi ſunt, ad paradiſi feſtivitatem properare, dicentes; Advenæ ſumus & peregrini ſuper terram, ſicut omnes patres noſtri. Cum ergo ſic peregrinari ſe in mundo ſenſerint, & parati ſunt cito tranſire, & extendere ſe ad anteriora, ut hereditatem capiant futurorum; Deus in his lætatur, & diem feſtum agit ſuper eos.* Hæc nos de opuſculis tanti Doctoris, qui in ea parte, qua presbyter, neminem poſt Apoſtolos habet æqualem, hîc inſeruimus, ad commendandam ſacratiſſimæ hujus feſtivitatis celebritatem, quæ aliarum ſolennitatum mater eſt, & convenientiſſime prima die ſeptimi
B menſis agitur; qui & in veteri lege celeberrimus eſt, & in hoc novæ gratiæ tempore, natalitio tam eximii patris Ægidii, qui ſingularis tribulantium portus, & certum remedium eſt, decoratur.

faciendæ Kal. Septembris.

19 Hæc igitur jucundiſſima ſolennitas, tanto ardentius omni devotione ſpirituali colenda eſt, quanto dulcius imaginem & umbram cæleſtis illius præfert dedicationis, ubi verus Pontifex Chriſtus, conſummato templo ſuo, quod ab origine mundi uſque ad finem ſeculi, de vivis atque electis conſtruit lapidibus, deſiderabilem & numquam deficientem celebrat ſolennitatem; ad quam ſuſpirare, & omnibus cordis medullis anhelare cunctos Eccleſiæ filios, hæc tranſitoria commonet dedicatio. Sed jam ad narrationis ordinem redeamus. Igitur audita, piiſſimus pater Otto filiorum ſuorum legatione, qua in Kalendis Septembris dedicationem fieri unanimiter flagitabant, aptum quidem & rationabile hoc approbavit: ſed unum erat, quod conſenſum ejus aliquantula contradictione retardabat, quia capellam beati Ægidii, in hoſpitali à ſe conſtructam & unicè ſibi dilectam, ſolita popularis concurſus veneratione fraudari metuebat, nimirum cunctis in montem S. Michaëlis, tantæ feſtivitatis gratiâ invitante, accurrentibus.
C

Scrupulus Sancti & ſubitaneus morbus,

20 Quapropter ſine voluntate & petitione Udalrici, religioſi ejuſdem eccleſiæ Sacerdotis, id ſe facturum negabat. Qui mox, urgente ſpirituali patre Wigando, qui hæc omnia ſpeciali adminiſtrabat diligentia, Epiſcopum adiit, & prudenti ratione, dedicationem hanc capellæ S. Ægidii in nullo officere, quin imò majorem & reverentiam & cultum parturire affirmabat: cujus aſſertionem Paſtor piiſſimus approbans, demum aſſenſit: & venerabili Wolframo abbati fratribuſque univerſis paterna dulcedine mandat, ſe deſideriis eorum, & in hoc & in omnibus promptiſſima affectione pariturum. Appropinquante verò eadem ſacratiſſima die, ſummus Arbiter, qui quos amat, corripit & caſtigat, hunc beatiſſimum patrem corporalis ægritudinis tam gravi perculit moleſtia, ut penitus fracta corporis virtute, decumberet, D omnemque propoſitæ dedicationis intentionem poſtponeret. Quo audito, univerſi nimia mœroris anxietate percelluntur; cunctos nubes & caligo triſtitiæ involvit, & ut natura docet, capite vulnerato, cetera quoque membra dolore atteri, languorem pii Paſtoris grex devotus ſuum deputabat. Unde quod ſolum in his erat remedium, toto ad Deum corde converſi, lacrymoſis ſuſpiriis, cum oblationibus hoſtiarum & eleemoſynarum, ſalutem ei & ſoſpitatem cælitus imprecari non ceſſabant, donec proſpiciens de excelſo ſancto ſuo Dominus, clamores & gemitus pauperum ſuorum exaudire dignatus eſt. Illis enim tanta precum & votorum inſtantiâ divinæ aures clementiæ pulſantibus, quadam die pater amabilis, dum meridiano ſomno apud caſtrum Bodenſtein quieſceret, vidit ſpecioſum juvenem, qui revera angelus Dei erat, lecto ſuo gratulabundum aſſiſtere, & magna jucunditate antiphonam; In domum Domini lætantes ibimus; pſallere.

ex quo convaleſcit & templum dedicat.

21 Nec mora; expergefactus, ſanum ſe & incolumem ſenſit, ſtatimque, quod viſio portenderet, intellexit. Et accerſito capellano ſuo * Senfrido, viſionem expoſuit, eamque Wulframo abbati celeriter nuntiari, & omnia futuræ dedicationi neceſſaria naviter præparari mandavit. Quo nuntio lætiſſimo, quaſi reſponſo divinitus accepto, mœror in gaudium, luctus in lætitiam verſus eſt, cunctique debita laudum præconia, non ſono tantum oris, ſed & jubilo cordis in cælum ferentes, tantæ ſolennitatis jucunditatem ſpe flagrantiſſima præſtolabantur. Igitur anno Domini MCXXI Indictione decima quarta, in Kal. Septemb. dedicatum eſt monaſterium S. Michaëlis archangeli in monte Babebergenſi, à venerabili Ottone, ejuſdem Sedis octavo Epiſcopo, in honorem præſcripti Archangeli ſanctique Benedicti abbatis, ſicut à primordio fundationis monaſterii definitum eſt.
E

* *Forte* Sefrido, *qui Sancti Vitam ſcripſit.*

Cap. 48 Andreæ, continet alia S. Ottonis in monachos S. Mich. beneficia.

22 Sed redi obſecro ad Ottonem noſtrum, qui omnibus hominibus omnia factus, præcipuè autem nobis monachis non ſolum pater, ſed, ut verius dicam, mater fuit. *Tiemo.* Credo inquam, nam & tu me ad viam revocaſti. Senes noſtros, ut Patres venerabatur; juniores vel pueros, ut filios diligebat; inter nos quaſi unus ex nobis ambulabat: immemor quandoque potentiæ & magnitudis perſonæ ſuæ, presbyteris ad altare miniſtrabat, modo ſtolam offerens, modo cingulum porrigens præparandis. Aquam etiam manibus illorum propriâ fundens, calicem præbens, & ad cetera miniſteria ſeſe plerumque de inopinato ingerens, miris modis omnium in ſe affectus excitabat; omnes nos facie & nomine notos habere volebat, ſingulorum cauſas vel ſtatum, defectus vel profectus noſtros diligenter inveſtigans, curaque de omnibus non modica ei fuit. Quid dicam de multimodis humanitatibus, omnibus ac ſingulis nobis indeſinenter ab eo exhibitis? Etiam fratribus ad refectionem conſedentibus, cibos optimos, ſuis ſumptibus præparatos, manibus propriis nobis intulit; ſuſcipientium manus caro affectu deoſculans; nonnumquam etiam, expleta ferculorum poſitione, conviva nobis idem ac miniſter aſſedit, nobiſcum conveſcens, obtentu propagandæ charitatis.
F

Præcipua

A

Præcipua quædam S. Ottonis miracula. Ex Andreæ lib. 4.

QUidam ex fratribus noſtris religioſus preſbyter, Lippoldus nomine, ante quinquennium, dormitionem beatiſſimi hujus Patris in viſione tali, Domino revelante, meruit contemplari. Montem quemdam præcelſum, & omni amœnitate jocundum, contra orientem oculos dirigens, aſpexit: cujus quidem ſpecioſum cacumen aſcendere non potuit, ſed deorſum ſtans, vidit multitudinem copioſam plebis utriuſque ſexus & ætatis, ingentia lapidum pretioſorum onera ſuper verticem montis, magna cum exultatione, attrahere, ac ſuaviſſimum quoddam melos, quod intelligere non potuit, dulci modulatione concinere. Tunc accedens, vacillante licet greſſu, quemdam ex eis, canitie veneranda conſpicuum, vocavit; & quæ hæc eſſet multitudo, vel cur lapides illos in cacumen montis attraherent, inquiſivit. At ille; Nos, inquit, ſumus, qui eleemoſynas & beneficia plurima à pio Ottone percepimus, ideoque domum pretioſam ei in ſupercilio montis hujus ædificamus. Cui Lippoldus; Et quando, ait, domus hæc conſummabitur? Ille verò; Poſt quinquennium, inquit, perfectâ domo, cum lætitia & exultatione eum huc introducemus. Sed tu cave, ne cuiquam hæc ante quinquennii tempus expletum manifeſtare præſumas. Et his dictis, ſublata eſt viſio, quam tempore dormitionis beatiſſimi Patris noſtri, ex ore ejuſdem ſenioris Lippoldi audivimus, qui & ipſe tunc gravi & longiturna decumbebat ægritudine, nobiſque, cum lacrymis hæc referebat: & morbo confectus VII. Idus Auguſti beato fine requievit in Domino.

Viſio Lippoldi presb. de tranſitu S. Ottonis.

24 Sed ut ad priora redeam, pius Pater noſter Otto, poſt longam reverſus peregrinationem, more ſuo nos viſitans, utpote cum quibus cor unum & animam habebat, requiſivit; quinam ex nobis, eo abſente, viam univerſæ carnis ingreſſi eſſent? Hoc enim ſemper, de qualibet profectione rediens, affectu paterno ſolebat inquirere. Tunc autem ſanctæ recordationis Adalbertus eleemoſynarius, verus Dei ſervus, & ſibi familiariſſimus, ad Chriſtum, cui mente & corpore indefeſſam exhibuit ſervitutem, migraverat: cujus tranſitu vir beatus audito, totus in lacrymas reſolutus, ſe infelicem clamitabat, quod tam beatæ animæ, ad patriam claritatis æternæ migranti, ſolenne funeris obſequium exhibere non meruiſſet: erat namque idem frater noſter Adalbertus, tanto divini amoris igne ſuccenſus, ut quotidianis atque uberrimis lacrymarum fontibus gaudia cæleſtis Patriæ anhelaret, corpus etiam vigiliis ac jejuniis convenienter attenuaret. Huic ſervo Dei pauperum cura erat delegata, quam tanta humilitatis devotione agebat, ut ad exemplum Martyrii monachi, de quo beatus Gregorius refert, propriis humeris leproſos bajularet, & tam eos, quam & alios diverſis morborum generibus preſſos, quos videre horrori erat, ſuis manibus alacriter balneis & lavacris unguentiſque foveret, cujus fervori pius Otto congratulatus, omnia alendis inopum turbis, opportuna liberalitate ſubminiſtrabat.

De obitu Adalberti,

B

C

25 Nec his contentus, etiam per ſemetipſum, famis tempore, pauperibus ſerviebat, ut, non tam oblatione munerum, quam etiam proprii corporis ſudore gratum Deo eleemoſynæ ſacrificium celebraret. Multitudine autem innumerabili, præ famis magnitudine, ex omni regione confluente, erant quidam inter eos fortiores, qui debilioribus alimenta violenter manibus extorquentes ſurripiebant. Quorum clamorem ac ploratum vir beatus non ſuſtinens, prudenter huic negotio occurrit, ſuiſque imperat, ut primùm convenientibus eis, quoſlibet, corpore valentiores, ſegregatos uno omnes in cœnaculo concluderet, donec infirmis ac debilibus victum congruentem ſuis manibus miniſtraret: quos ſtatim abire, longiuſque de loco ſecedere jubet, ne ſociis de cœnaculo emiſſis, iterum prædæ fiant: tuncque domum ingreſſus, pauperibus incluſis, largam alimoniæ opem exhibuit, præcipiens ne amplius violentiam hanc fratribus ſuis inferre præſumerent. Hæc apud ſuos agebat; extraneis autem, & trans mare poſitis Chriſti pauperibus, per fideles nuntios apparabat. Nam per chariſſimum fratrem noſtrum Eberhardum, adhuc in Ordine Canonicorum Chriſto militantem, xenia ſua Hieroſolymam tranſmiſit, ſicut & ſpecialiter cum religioſis quibuſque, ſepulchrum Domini viſitantibus, agere ſolebat: ſed & pecuniæ maximam quantitatem Hirſaugienſibus, aliiſque monaſteriis longius remotis, per fratrem noſtrum Swiggerim, famis tempore, dirigebat; ideoque Chriſti bonus odor in omni loco erat.

Ex ANDR. GRETSER. *qui S Ottonis eleemoſynas quaquaverſum diſpenſabat.*

E

26 Quidam mutus de Ottinga, Rhætienſi vico, Henricus (nam id nomen in baptiſmo ſibi fuiſſe impoſitum, ſcripto monſtrabat) dum loca diverſa & memorias Sanctorum pererraret, Auguſtam, ubi novum ſignum Dominus in re ſui Sacramenti mundo declaravit, inter globos concurrentium venit, ubi, ut ad civitatem Babebergenſium pergere deberet, ad ſepulcrum S. Ottonis, per viſionem admonitus eſt. Die igitur tertio, hora diei nona, cum multis aliis, qui non illum iviſſe, ſed quaſi pervolaſſe tanti itineris dimenſionem conteſtabantur, advenit. Cum vero dextro brachio ipſius Confeſſoris Chriſti, os ejus tactum eſt, ſubito ſudore faciem totus perfuſus, in tantum, ut etiam capillos defluere videres: primam vocem, balbutientis more, formare, & Domini ac Sancti nomen Confeſſoris, extenſis ad cælum manibus, invocare cœpit. Deinde aqua refocillatus (nam & laſſitudine & multitudine compreſſus erat) cunctis adſtantibus, ſolutionis ſuæ cauſam clare expoſuit. Quibuſdam etiam fratribus, à quibus aliquando apud nos integumenta acceperat, quos illic adſtantes videbat, gratias egit. Quis ſe à divinis laudibus, quis à lacrymis contineret? Facta ergo votiva ſignororum compulſatione, fit communis diverſi ſexûs innumerabilis concurſus, una vox omnium, laudabilem virum concinentium, cujus meritis ab omni clade liberantur, qui ex toto corde quærunt illum.

Mutus Ottingenſis loquelam recipit;

F

27 De regali pago, qui Ulma nuncupatur, cæcus quidam inter manus ſuorum, ſanitatis gratia, ad memoriam pii Confeſſoris addu-

cæcus Ulmenſis viſum

Ex Andr. Gretser.

ctus eſt; ubi, dum non ſemel neque bis ſed ſæpenumero, pro ſui illuminatione, precibus inſtaret; de die in diem, caligine oculorum recedente, lumen, quod à Domino poſtulabat, fidelis adſtipulatione ſuffragatoris, quod longa ſibi ætas ſubtraxerat, recepit: & qui alieno ductu advenerat, proprio inniſus greſſu, aliorum ſe doctorem, ad eum, qui fecit miſericordiam in illum, conſtanter fore promittebat.

Miranda pueri ſanatio.

28 Puer quidam de villa Olocniza Wezzelinus, lethali morbo invaleſcente, omni membrorum officio deſtitutus fuit; ita ut & viſu, & uſu linguæ quoque privaretur. Quem pater ipſius Lipoldus & mater * parentibus & amicis, quos idem tenebat affectus, divino invocato nomine, beato Ottoni, ſi per ejus ſancta merita ſibi incolumis redderetur, offerendum cum oblationibus, devotaverunt. Mirum dictu, ad obligationem voti, nulla cæleſtis medicinæ mora fuit. Nam parvus incipiens riſu cognoſcere matrem, patrem aſpiciens; Quod voviſtis, ait, pro me, reddite, & me ad ſepulcrum S. Ottonis, qui mihi ſalutem obtinuit, citius perducite. Qui tam ſubitæ ſanitati congaudentes, abſque omni retractatione, puerum in humeris levantes, & ut devoverant, ad memoriam ſancti Patris illæſum offerentes, omnibus, quanta ſibi Dominus per ſuum ſanctum Confeſſorem feciſſet, fideliter expoſuerunt.

* parentes & amici.

B

Item alterius pueri & puellæ.

29 Unum in duobus miraculum, per omnipotentis Dei famulum, laudabile factum in puella duodenni, quæ prior, matrem comitata, ad nos uſque pervenit; & in puero, ut computabatur, ſeptenni, qui paternis humeris illatus, ſequens, è diverſo venit, operæ pretium * inſerendum videtur; ſed non ſine ſcrupulo, dum quoſdam Sanctis, per quos Deus noſtris temporibus, quæ & in antiquis quoque operatur, detrahere confundimur, quaſi & ipſi infirmiores fuerint in hac parte. Una enim voce, ſub terribili majeſtatis divinæ conteſtatione & Sanctorum invocatione, mater ſibi filiam, pater unicum, mortis dolore ſubtractum fuiſſe; illa, tactis reliquiis beati Ottonis; ille verò, pro puero cenſum in quinque denariis offerens, ſuper ſepulcrum, nulla ſpe, ut à quibuſdam imponitur, oberrationis, mortuos ſuos de reſurrectione, ſe, fideli ſuorum teſtimonio, confirmabant accepiſſe. Nos autem non derogationi, ſed divinæ operationi locum dantes, divino judicio iſtud relinquimus. Sive enim ſemivivis vitam reparare, ſive defunctis animas reddere, divinæ virtutis eſt.

* inſerere.

C

De homine, ferro in gutture ſanciato.

30 Caſu accidit, ut quidam concivem ſuum ferro in gutture fauciaret, ac, defluente ſanguine, per totam noctem & diem ſemivivum relinqueret: cumque cibum vel potum, ſibi infuſum, per ipſum meatum vulneris ejiceret, & jam deſperaretur, mater dolore filii intrinſecus tacta; Hunc tibi, miſeratori omnium benigniſſimo, beate, ait, Otto, oblaturum devoveo, ſi eum ſanum & incolumem per tua ſancta merita accipere meruero; mox mirum in modum ſanguinis ille rivus ſtetit; vulnus conſtrictum, cicatrice obductum eſt; puer convaluit; viam ad Sancti ſepulcrum cum matre aggreſſus eſt. Ubi verò ſilva, quæ terminum Thuringiæ facit, emenſa eſt, ille laboris & doloris (nam exſanguis erat) magnitudine, terræ affuſus deficere cœpit. Tunc mater, amicis illum ad propria revocare ſuadentibus, mœrore confecta; Hinc non regrediar: ſed quo propoſui, etiam exanime corpus, ait, proſequar. Ad hanc vocem, veluti inviſibili quadam ſublevaretur dextra, homo ſurrexit, & iter, quod cœperat, non ſine admiratione multorum, incunctanter perfecit, venienſque coram ſepulcro viri Dei, omnibus curationis illius teſtis ſui ipſa cicatrix fuit.

D

Erfurdenſis multis doloribus liberatur.

31 Apud Thuringiæ caſtrum, tam antiquitate, quam munitione famoſiſſimum; cui Erphurda nomen eſt; quidam ex equeſtri ordine pater familias, tanto coxarum dolore torquebatur, ut vim interni doloris, magnitudine vix explicare poſſet continui laboris; cumque remotioris ſecreta cubiculi, quietis gratia, expeteret, vocem cujuſdam audivit, quæ eum cum voto ad tumbam viri Dei venire admonuit. Ille, ubi vovit, cæleſtis votum medicina ſecuta eſt, Nam omnis, quo vexabatur, dolor receſſit; & eos, quos prius cruciatibus ſuis triſtes reliquerat, verſa vice, de recepta ſoſpitate ſecum gaudere, & ipſe gaudebat. Mox itinere arrepto, ad ſepulcrum ſui curatoris pervenit; ubi multos curationis ſuæ teſtes, qui jam illum, fama volante, prævenerant, invenit.

E

Puer contractus reſtituitur.

32 Puer quidam de vicina parochia Etzelkirchen, ita longa ægritudinis moleſtiâ contractus erat, ut genibus, nervorum contractione, pectuſculo concretis, neque à lecto ſurgere, neque ad aliquod opus naturæ ſine alterius auxilio ſe poſſet erigere. Hic ad memoriam beati Viri à parentibus circa feſtum S. Michaëlis delatus, inter Miſſarum ſolennia, multis, ex more, feſtivitatis gratia, confluentibus, ubi tumbam tetigit, cum ſubito fragore membrorum, omni compage artuum, qua ligabatur, ſolutus eſt: ita inceſſum, & aliorum officia membrorum ex integro recipiens, in abbatis obſequio, in monumentum ſuæ curationis, in popinarum ad uſque deſervit officio.

Simile ferme in alio puero miraculum.

33 Neque hoc prætereundum puto, quod in eâdem civitate celebre factum multorum memoria habetur. Paupercula quædam, dum media hieme, circa noctem, hoſpitium paſſim quæreret, & nullus petenti pateret introitus, juxta eccleſiam S. Martini, ſub pheretro, cum infante maſculo ſe projecit; ubi vi algoris exſtincta eſt. Divinâ autem providentiâ, civis quidam, cujus uxor eâdem nocte defuncta eſt, dum ad exequias pararet, pheretrum levavit, mortuam reperit, ſed infantem ad ubera materna miſerabiliter pendentem ſemivivum invenit. Ille, humanum caſum miſeratus, cadaver loculo imponens, cum uxore ſua ſepelivit, & parvulum ipſum, quaſi adoptivum, pro remedio defunctæ conjugis educavit. Piæ autem voluntati divina pietas cooperata eſt. Nam idem puer ætate accreſcens, maturitate ſenſus pueriles annos exceſſit; ut quamvis claudus, & pene omni membrorum ordine diſtortus, ita providus eſſet & circumſpectus, ut Dominus domus ubicumque negotia acturus exiſſet, de providentia ipſius & fide maneret indubius. Dominica igitur Paſſionis, dum omnes, ut obſervantia dierum illorum expoſcit, ad Miſſarum ſolennia effluxiſſent; focaria, quæ præparandis cibis ſola domi remanſerat, inſultare

F

ſer-

A ſervulo cœpit. Quid, inquit, miſelle, acturus eris, ſi Dominus tuus exceſſerit; de te, quid putas, erit? Ille ex alto ſuſpiria trahens, neſcio ait; ſed Deus ſancti Ottonis adjuvet me. Mirum dictu; adhuc nomen Ottonis erat in ore, cum ſubito, toto corpore proſtratus, quaſi manu quadam inviſibili perlibutus, naturalem formam, quam ortus negaverat, accepit; ſe ipſum miratus, greſſum attentavit, brachia & manus extendit, & cum in nullo ſe impeditum ſentiret, ad eccleſiam beati Martini pervolat, Domino ſuo ſe oſtentat: Omnes clamorem cum laudibus, pro miraculo in ſe facto, ad cælum levare excitat. Sequenti die, exhortatione ac præcepto ſacerdotum, ab utroque ſexu diverſæ ætatis cruces levantur, mons S. Michaëlis, Mons ille Deo placitus aſcenditur, ubi, præcedente ipſo curato, ſumma cum gratulatione laus & gloria Deo reſultat.

Stupenda ſanatio infantis,

34 Res quam dicturus ſum, apud nobiliſſimum caſtrum Duringiæ glorioſe celebrata, fama ubique percurrente, pene ut facta, B ad nos delata fuit. Mater familias ejuſdem caſtri, tam virtute quam nobilitate famoſiſſima, filium ſororis ſuæ, qui matri ita ut unicus, ita & amantiſſimus erat, unicè nutriebat; quem tota familia, uti ſolam ſpem poſteritatis & heredem omnium, affectuoſiſſimè diligebat. Clypeus auratis laminis & clavis affixus parieti fuit. Parvulus autem juxta morem ſuæ ætatis, uni clavorum, qui ſibi fulgentior videbatur, totus, alludendo manibus, evellere attentavit; quem ubi à ſervulo, à quo in ulnis portabatur, flendo, ut pueri omnia extorquere ſolent, accipit, diu in eo ludens, ori immiſit. Qui ita fortiter gutturi ejus infixus eſt, ut nulla arte vel ingenio extrahi poſſet. Infantem palleſcere, oculos miſerabiliter torquere, manibus & pedibus palpitare, dolor videre fuit. Concurrit familia; domus tota in fletum ducitur, clamor luctuoſus attollitur, parvulus jam deſperatus ſuper limen eccleſiæ ſolus componitur. Inter hos luctus, Marchio, qui tunc forte aderat, anhelus accurrens, omnes ad invocationem ſanctiſſimi Ottonis fideliter exhortari cœpit. Incredibilia forte, ſed Deo non impoſſibilia dicturus ſum. C Ad nomen beati Viri clavus ille cum multo ſanguine de hiante ore pueri prolapſus eſt; & omnium una vox ante triſtis, nunc in gaudium mutata, & lætitiam, Salvatoris laudabat clementiam. Hoc ab ipſa matrona, dum ad nos cum multa turba veniſſet, ita factum eſſe cognovimus. In hujus comitatu ille puer cum patre advenit, in quo triduani fluxus ſanguinis, per invocationem S. Ottonis, ut præfatum eſt, conſtrictus fuit.

& alterius contracti.

35 In monaſterio virorum Dei Lanckhemenſi contractus quidam de menſa abbatis ſtipendia accipiebat. Iſte fama beati Ottonis ubique pervolante, ad civitatem Babebergenſem reptando, non ſine gravi labore, magno tamen deſiderio & ſpe ſanitatis pervenit: Ubi ab honeſtioribus eccleſiæ illius Canonicis collectus, aliquamdiu demoratus eſt. Quadam autem die, cum aliis multis, quos eadem opinio ſanctitatis & gratia ſanitatum è diverſo contraxerat, Montem beati Archangeli aſcendens, ad ſepulcrum viri Dei ſuffragia ipſius, vocibus, quibus poterat, cum lacrymis prolixus poſtulabat. Ubi vero ad Miſſarum ſolennia ventum eſt, dexterâ ſancti Viri contra Ex Andr. Gretser. ſibi membra perliniri fiducialiter expetiit: qua tactus, mutatione dexteræ Excelſi; ſolo proſtratus, terribili fragore, vinculis nervorum ſolutis, cum magno ſtupore & admiratione omnium erectus, ſuper pedes ſuos ſtetit erectus.

Concluſio operis,

36 Sunt & alia multa beati Præſulis geſta, quæ ſcripto comprehendi non poſſunt; ſed ab illo comprehenſa & dinumerata ſunt, qui & hîc bonorum ejus operum aſpirator & illic fidelis dignoſcitur remunerator: qui etiam non ſine cauſa glorioſiſſimum ejus tranſitum in feſtivitate S. Pauli Apoſtoli diſpoſuit, ſed ut cunctorum ſapientum judicio definitum eſt; quia beatus ille ſenectutem ſuam in apoſtolatu remotiſſimarum gentium pro amore Dei fatigare non dubitavit, etiam laboris ſui præmium in ejus ſolenni natalitio, qui proprie magiſter & prædicator eſt gentium, percipere meruit. Dignum enim erat, ut ſicut Doctorem gentium ſpecialius præ ceteris imitari ſtuduit, ita etiam unum & parem cum eo habeat natalem. Gaudeat ergo Babebergenſis eccleſia, tanti paſtoris auctoritate illuſtrata; lætentur monachorum catervæ, ſingularis hujus patroni vigilantia, ad tantum religionis culmen provectæ. Exultet præcipuè Mons archangeli Michaëlis, tam pretioſi corporis ſepultura dedicatus, & ex membris ejus, tamquam margaritis ornatus. Jubilet etiam in lætitia, cantans canticum novum Apoſtolo ſuo omnis Pomerania; quia ipſius gratiæ adſcribitur, quod illorum eccleſia nova ſemper ſobole fœcundatur. Impletum eſt in eo, quod electis Veritas repromittit, dicens: Fortitudinem gentium comedetis & in gloria eorum ſuperbietis: & quod propter hoc, in terra ſua duplicia poſſidebunt; lætitia ſempiterna erit eis. Terra enim electorum, eſt proprie terra viventium; ubi beatus ille duplicia poſſidebit, quia non ſolum pro commiſſo ſibi talento, in Babebergenſi eccleſia duplicato, ſed etiam pro alia, quam de gentibus Chriſto acquiſivit ſponſa, repoſita eſt ei corona Juſtitiæ.

& ad Bambergenſes apoſtrophe.

37 Nam cum Petrus Judæam, Paulus Græciam, Andreas Achaiam, Joannes Aſiam, Thomas Indiam, Gregorius Angliam, ceterique Dominicæ gregis arietes, ſinguli ſuos æterno judici reportabunt manipulos, Otto F etiam inter eos Pomeraniam gaudens adducet, & cum præpoſito paradiſi Michaële, cui vivens ſpecialius ſervire non deſiit, & corpore etiam moriens adhærere maluit, in tali tabernaculo Dei jugiter habitabit. Sciens enim, quia paradiſum intrare non poterit, qui præpoſitum ejus Michaëlem placitum non habuerit, tanta ſe ei devotione, & corpore & animo per omnia ſtuduit applicare, ut litteris etiam ad Apoſtolicum Innocentium miſſis, locum ſepulturæ ſuæ in baſilica S. Michaëlis, auctoritate ejus firmaret; ne ſcilicet canonici majoris eccleſiæ tam pretioſum huic Monti violenter abriperent theſaurum. Ecce quod concupivit, jam videt; quod ſperavit, tenet; illi eſt junctus in cælis, quem tota mente dilexit in terris; cum quo, aſſidua interceſſione, alumnis ſuis patrocinari dignetur ut eum ſubſequi ad patriam claritatis æternæ valeamus, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

SERMO

Ex Andr. Gretser.

SERMO

In tranſlatione S. Ottonis Epiſcopi.

Celebranda juſtorum memoria,

MEmoriam juſti cum laudibus celebrare nos monet ſermo divinus, ut devotio noſtra, quæ debitum juſtis impendit honorem, nobis proficiat ad ſalutem. Ad hoc ſiquidem juſtorum memoriam frequentamus, ut dum jugiter illorum gloriam contemplamur, exemplis eorum inſtructi, mundum cum ſuis oblectationibus ſpernamus, & ad gaudia vitæ immortalis toto deſiderio anhelemus. Vox eſt gratulationis, vox eſt exultationis & ſalutis quæ reſonat in ore fidelium, laudibus proſequens ſanctam venerandamque juſtorum memoriam. In memoria æterna erunt juſti, & ab auditione mala non timebunt. Quænam uberior lætitia, quæ major jucunditas, quæ excellentior eſt dignitas, quam juſti animam & apud Deum æternæ beatitudinis præmia poſſidere, & in Eccleſia Sanctorum habere laudem, & inter benedictos denedici? In illo itaque cœtu juſtorum clariſſimo, quorum nomina beatæ prædeſtinationis liber in ſupernis adſcripta retinet; quorum memoriam ſanctam Eccleſia venerabiliter recolit, egregius Præſul Otto, vita & moribus præclarus, emicat, qui in diebus ſuis ad exornandam ſponſam Chriſti Eccleſiam, virtutum inſigne prætulit decus, verbo & exemplo lucens omnibus qui in domo Dei ſunt.

adeoque & S. Ottonis, omnibus conſpicui virtutibus,

39 Erat ſiquidem ardentiſſimus ſanctæ religionis amator ac ſtrenuus divini cultûs propagator. Eccleſiæ ſanctæ, cui auctore Deo præfuit, omnimodis magis prodeſſe, quam præeſſe ſtuduit; non dominari in clero affectabat; ſed ſic ſe gregi ſuo conformare atque coaptare ſatagebat, ut tamquam pater filios, miro pietatis affectu omnes foveret. Nam adeo viſceribus miſericordiæ afluebat, tantaque charitatis amplitudine ſinum dilatabat, ut ſummâ vigilantiâ omnium curam gereret, ac ſolicita circumſpectione provideret, ne vel cibus doctrinæ ſpiritualis, vel alimonia corporalis indigentibus deeſſet. Sic ſibi commiſſam Babebergenſem regebat eccleſiam, ut præter illa, quæ ſpecialiter ad ejus curam pertinebant, de his quoque, qui in remotis terræ partibus erant, paternam ſolicitudinem gereret. Volvebat ſiquidem animo, quo ingenio, qua induſtria, qua ratione ad id pertingere poſſet, ut de faucibus antiqui hoſtis erueret animas, vario gentiliatis errore deluſas. Proinde deſiderium animæ ejus tribuit ei Dominus; & quod eo inſpirante fideliter expetiit, ejus celeri largitate perfecit. Denique Pomeranorum fines ingreſſus, prædicationis verbo, lavacro ſanctæ regenerationis novam Chriſto familiam lucratus eſt, multaque hominum millia gremio ſanctæ matris Eccleſiæ ſociavit.

quæ ſigillatim,

40 Gaudeat ergo bonus agricola, qui de terra illa, quam in ſudore vultus ſui indefeſſus coluit; de qua ſpinas & tribulos infidelitatis eradicavit; cui in tempeſtate perſecutionis, verbi divini ſemina committere non ceſſavit, tam uberem fructum fidei metit; tam multam fidelium meſſem colligit; revera operibus manuum ejus benedixit Dominus; per quem terminos poſſeſſionis ſuæ adeo dilatavit; illius, inquam, poſſeſſionis de patre ad filium: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Ecce vir iſte beatus, jam de corruptionis hujus veſtræ ad incorruptionis gloriam tranſlatus, fines intravit poſſeſſionis magnæ; ubi in domo ſummi Patris familias ſplendidum poſſidet manſionis locum. Hæc eſt illa domus ſpatioſa, hæc illa poſſeſſio ampliſſima, de qua ſcriptura loquitur ad Iſraël. O Iſraël, quam magna eſt domus Dei, quam ingens locus poſſeſſionis ejus. Hæc eſt hereditas pii patris noſtri Ottonis, qui propter Chriſtum nihil in hoc mundo poſſidere affectabat, veraciter namque cum Propheta dicere noverat; Dominus pars hereditatis meæ: nam partem illam hereditatis, quam in ſeculo habuit, ad opus pietatis ex toto convertit, ac patrimonii ſui heredem Chriſtum fecit, inde gaudens in ſpe cæleſtium bonorum, Domino cum Pſalmiſta canebat; Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.

enumerari & laudari poſſunt,

41 Speciali prærogativa charitatis monachos fovebat, quos in monaſteriis, quæ ipſe copioſis ſumptibus, diverſis in locis conſtruxit, temporalibus ſubſidiis ſuſtentans, nomini Domini quotidiana præparavit obſequia. Hinc pater monachorum jure appellatur, hinc ut fidelis & prudens diſpenſator eccleſiaſticæ familiæ, cæleſti remuneratione dignus, ſuper omnia bona Domini conſtitutus eſt. Tanta ſiquidem pius pater ſolicitudine neceſſitatibus pauperum communicabat, ut lætaretur in refectione illorum, quos ſuis impendiis ſatiabat: jucundaretur veſtitu eorum, quorum nuditatem indumentis neceſſariis contegebat. Sentiebant humanitatem ejus ægritudines decumbentium, imbecillitates debilium, labores exulum, deſtitutio pupillorum, deſolatarum lamenta viduarum, in quibus juvandis præcipuam ſolitus erat exercere benevolentiam. Hujus ergo Patris merita glorioſa dignis attollamus præconiis, cujus venerandam memoriam tranſlationis ipſius, anniverſario die ſincera filiorum devotio ſe ſuſcepiſſe gratulatur. Tempus quippe inſtat, quod ad laudandum virum juſtum opportunum fore ſacra ſcriptura inſinuat. Nam ſicut ex auctoritate ſacri eloquii, laudare hominem in vita ſua prohibemur, ſic laudare poſt conſummationem jubemur.

præſertim recepta jam laborum corona.

42 Laudanda eſt militis fortitudo, ſed poſtquam devicto hoſte triumphum obtinuerit. Laudanda eſt navigantis felicitas, ſed cum navem ad litus perduxerit. Quamobrem memoriæ hominum dare laudem magis debemus, quam vitæ, quia, quamdiu vita noſtra ſuper terram tentationibus exercetur, dubio belli exitu, inter carnem & ſpiritum certamen agitur. Nec prius ſecure quiſquam laudatur, quam poſt hujus carnis terminum, bonum certamen ſe certaſſe, fidemque ſervaſſe lætatur. Hinc denique & apud Deum, coronâ juſtitiæ vita decoratur, & apud homines dignis præconiis honoratur. Tunc etenim utiliter quiſque meritam laudem conſequitur: quando nec laudantem notat adulatio, nec laudatum tentat elatio. Nos proinde tranſlationem dilecti patris noſtri Ottonis cum laudibus celebremus, qui ut merito laudari ab omnibus debeat, laudabili vita ipſa promeruit. Siquidem laus ejus ipſe Chriſtus eſt, qui glorificantem ſe ſervum ſuum glorificabat, qui in opus ſacri

A cti miniſterii illum adſcivit, qui in ædificationem corporis ſui, quod eſt Eccleſia, ſacerdotio eum fungi, & habere laudem in nomine ipſius decrevit. Ejus nempe induſtriâ ſanctæ Eccleſiæ ſtructura, & corporalibus profecit ſpaciis & ſpiritualibus amplificata eſt augmentis.

43 *Atque hîc finem S. Ottonis Actis, hactenus illuſtratis, ſtatuimus: Si cui fortaſſe videatur, plura ex laudatis ſæpe Andreis attexi potuiſſe, hunc rogo, præfatos auctores cum Noſtris conferat, fallor vehementer, ſi quidquam præterea reperturus ſit memoria dignum, quod ad S. Ottonis præclare geſta, virtutes, ſanctitatem aut miracula proprie pertineat, ut proinde manum à tabula ſubtrahere liceat. Annotationes aut explicationes ſubjicere, non eſt viſum operæ pretium, cum ſatis clara ſint omnia, & ubi quid dubii occurrit, notulæ ad marginem appoſita defectum reſtituat. Quid ſibi velit vocabulum* ſcumatii, *poſitum num.* 13, *& ſic à Gretſero repertum, fateor me non intelligere; neque vero id operoſius quærendum fuit; corruptum enim aut luxatum videtur; aliunde vero ex toto contextu facile quilibet perſpicit, quid auctor intenderit. Quæ à num.* 16 *ex Origine, ibi præter modum laudato, afferuntur, omitti poterant; ceterum capita illa integra reddere malui, quam reliqua ſubtrahendo, rerum ſeriem imperfectam relinquere. Cetera explicabit eruditus lector, & conatum noſtrum æqui bonique conſulet.* D

Totius rei concluſio.

DE BEATO IOANNE VICENTINO

ORDINIS PRÆDICATORUM.

B COMMENTARIUS PRÆVIUS E

J. B. S.

De cultu, patria, ætate & Actis.

Sec XIII. INter *Prætermiſſos die* v *Junii ita pridem ſcripſit Henſchenius:* Joannes Vicentinus Ord. Prædicatorum, conventus Bononienſis, tantis miraculis in vita clarus fuit, ut Gregorius IX hanc gratiam ſit gratulatus per litteras, quarum fragmentum refert Barbaranus Hiſt. Vicent. lib. 2 cap. 38. Cantipratanus lib. 2 cap. 1, num. 3, nulli antiquorum Sanctorum in hac parte inferiorem habitum dicit, & Ambroſius Taëgius in Mss. fol. 31, decem mortuos ſuſcitaſſe, aliaque ducenta miracula operatum ſcribit, quorum aliqua etiam refert Cantipratanus. Nos, licet non omnia haberi antiquitus ſcripta doleamus, dolemus tamen magis, quod neque Vitam quiſquam antiquorum ſcripſerit, neque de ejus morte vel ſepultura aliquid prodiderit, quoad diem, annum, modum ac locum. Collegit quæ potuit Valerius Muſcheta ejuſdem Ordinis, & typis Patavinis Latine vulgavit anno MDXC; ubi circa annum MCCLIV ab Ezelino tyranno, inter cadavera cæſorum clauſum, eorumque fœtore enectum tenet: ſed Barbaranus Cappucinus, eaſdem omnes pluresque memorias accuratius Italicè proſecutus, à cap. 19 ad 39, demonſtrat, ipſum Ezelino ſupervixiſſe integro decennio [*annis aliquot*] cenſetque veroſimilius, extinctum in ſacra expeditione contra Manfredum tyrannum.

Quamquam de canonizatione nihil habeatur,

C

2 Priorem librum ſolum vidit & ſecutus eſt auctor Anni ſacri Ordinis Prædicatorum, qui hunc ipſi diem elegit. Aſt Carcanus in quadam Sanctorum ac Beatorum Vicentinorum tabula, maluit ei aſſignare 11 Julii, & hunc ſequitur Marcheſius, auctor Diarii Dominicani. Si probari poſitivè poſſit, quod ſummi Pontifices, non ſolum permiſerunt divulgari ejus miracula, ſed & titulum Beati uſurpari, adorari imagines &c. uti loquitur Barbaranus, poterimus etiam nos induci, ut de eo tamquam Beato agamus 11 Julii, *quamvis non magis hoc die, quam* v *Junii aut quovis alio obiiſſe conſtet, quemadmodum & de B. Bartholomæo die præcedenti fateri debuimus, quidquid Cercanus & Barbaranus pro ſuo arbitrio multa definiant. Nihil item ex eo tempore, quo iſta ſcripſit Henſchenius, de hac ſummorum Pontificum expreſſa conceſſione quæſitum aut obtentum reperire eſt, at cum laudatus Vicentinus hiſtoricus Barbaranus, non minus de B. Joannis cultu, quam de B. Bartholomæi, itidem Vicentini & Dominicani, diſertiſſime teſtetur, non video opus eſſe poſitivis aliis teſtimoniis, præter apertiſſimum illud præfati Barbarani, cap.* 38, *pag.* 96 *aſſerentis,* certum eſſe, quod ſicut vivens, ita poſt mortem ab omnibus pro Sancto ſit habitus, permiſſumque à ſummis Pontificibus, non ſolum ut divulgarentur miracula, verum etiam ut Beati titulo donaretur, ejuſque imagines veneration exponerentur. F

cum de cultu publico conſtet,

3 *Atque ut demus, probari non poſſe expreſſam Pontificiam facultatem, non arbitror quemquam de Barbarani fide dubitaturum, in iis quæ ipſum vidiſſe oportet, quæque refert pag.* 39, *nempe celebri pompa ad publicam venerationem expoſitam fuiſſe B. Joannis imaginem in templo S. Coronæ Vicentiæ* 1 *Februarii* 1646, *quam elegantiſſimo penicillo Franciſcus Maffeus expreſſerat, ubi genuflexus depingitur, brachiis in formam crucis ante pectus compoſitis, facie erecta, ſplendidiſſimis radiis in ejus oculos reflectentibus: ad ſiniſtram appictus genius in aurem Beato loqui videtur, cruce in fronte reſplendente. Ad pedes in eadem parte aſſiſtit aquila, ad dextram columna cum pacis effigie, quæ tæda accenſa, varii generis arma exurit, ſub hac epigraphe:* Pacem meam do vobis, *quæ omnia præcipuos Beati actus, & vel per ipſum, vel circa ipſum geſta repræſentant. Elogium latinum adſcripſit P. Baſilicus Seledus, Ordinis Camaldulenſis, in hæc verba* Beatus Joannes Seledus Vicentinus, divi Dominici alumnus, virtutum omnium fulgo-

& de imagine veneration expoſita 1646.

AUCTORE J. B. S.

fulgore, ab ineunte ætate conſpicuus, in componendis diſſidentium animis, in convertendis hæreticis, & Catholicæ Eccleſiæ juribus [tuendis] agendi dexteritate, concionandi efficacia, doctrinæ gravitate mirabilis, rebus pace & bello glorioſe geſtis, vitæ ſanctitate, innumeris miraculis & viſis cælitus portentis comprobata, præcipue decem mortuis ad vitam revocatis celeberrimus. Ex ſcriptoribus eccleſiaſticis.

locum hîc habere poteſt, à tot ſcriptoribus laudatus.

4 *Hæc ſatis manifeſte oſtendunt, beatum Joannem, ſaltem apud Vicentinos, & procul dubio Patavinos & fortè Bononienſes, licito cultu à fidelibus honorari, quem ab hiſtoricis, infinitis laudibus cumulatum, ibidem aſſerit Barbaranus; imo ſub principium, tanta rerum præclare geſtarum, tanta præconiorum copia ſe obrui fatetur, ut juxta paræmiam, vel inde inops fieret. Bina citato prius loco decerpſit encomia, quæ deſcribi merentur. Primum eſt Cantipratani, ex neſcio quo proœmio avulſum; nos infra & illud & alia quæ ad Beatum ſpectant, ex proprio auctoris loco referemus. Alterum deſumpſit ex Ambroſio Taëgio, ſupra citato, cujus hæc ſunt verba:* Frater Joannes, cognomento Sanctus, ſic enim communiter à
B populo vocabatur, vir utique Deo devotus, verbique Dei prædicator egregius, prædicti Patris & Ordinis filius, cœpit tunc circa Bononiam glorioſis clarere miraculis, adeo ut virtute fidei, per gratiam mediantem, decem mortuos ſuſcitare, aliaque ducenta miracula per eum Dominus dignatus eſt potenter & miſericorditer operari. *Addit & fragmentum epiſtolæ Gregorii IX PP. ad Beatum datæ, quod etiam ſubjicio:* Quapropter ad orationum vota convertimur, & adorantes ſuper faſtigium virgæ ejus, qui percutit & medetur, fideliter petimus, ut gratiam, quam magnificavit facere tecum in mirabilibus, ad laudem ſui nominis & ſalutem fidelium animarum, augeat & conſummet, quo, cum juſtorum vitam in humilis patientiæ ſervitute ſervaveris; eorum morte, pretioſa in conſpectu Domini, morieris. Dat. Sept. Kal. Jul. Pontificatus noſtri anno ſeptimo; *adeoque Chriſti* 1233.

Antiquioris imaginis ſymbola explicata.

5 *Hæc ad cultus probationem ſufficiunt, niſi quis eo etiam adducat antiquiorem imaginem, vitæ à Valerio Muſcheta Patavii, ut dictum eſt, anno* MDXC *editæ præfixam, ubi eodem quo ſupra habitu & geſtu depingitur, angelo item ad aurem ſiniſtram quaſi aſſuſurrante. Super caput emicat ſtella, ſtellæ vero ſuperpoſita crux quadrata, radiis undequaque circumfuſa, de quibus videri poſſunt Leander Albertus aliique infra citandi, & Muſchetæ Acta num.* 23. *Ad ea alludens Laurentius Leontinus, poëta celebris, hoc tetraſticon cecinit:*

C Quid tibi, quidque aliis quondam, quid denique ſummo
Ipſe Deo fueris, hæc tria ſigna docent.
Stella orbi lumen, carum Dominoque fuiſſe
Aliger, at carnem crux domuiſſe tuam.

Alius vero Raphaël Riva Venetus Ordinis Prædicatorum, aliter & pluribus eadem metricè quoque explicuit:

Ornant aſtrum frontem, crux caput, angelus aures,
Virtutis præbent maxima ſigna tuæ.
Surdis, defunctis, & cæcis ſæpius iſte
Auditum, vitam, lumina reſtituit.
Juſtè tot meritis nunc dantur præmia digna,
Mundo nam moriens, regna ſuperna ſubit.

Regnat ſic felix, ævum victurus in omne D
Angelicis faciat nos & adeſſe choris.

Quidquid aliqui cerent, Vicentinus fuit;

6 *De Beati patria certant Vicentini, Patavini, Bononienſes & alii, ut de Homero olim ſeptem Græciæ oppida; ſic mortalibus inſitum, ut undequaque decus aliquod accerſant. Pro Patavinis pugnavit auctor Vitæ, laudatus modo, Valerius Muſcheta, in ſua nuncupatoria ſic loquens:* Sidus illud religionis Dominicanæ fulgentiſſimum, B. Joannes cognomento Vicentinus, tuba Spiritus ſancti, apoſtolus Galliæ Ciſalpinæ, malleus hæreticorum, Eccleſiæ propugnaculum, jam quadam oblivionis caligine obrutum videbatur; præclara namque ejus facinora ceciderant à memoria civium Paduanorum, apud quos & natum, & ſacris initiatum, & divinis litteris eruditum minimè ignoramus. *Idem alibi paſſim ſupponit, in Beati, tamquam popularis; laudes uberius excurrens. Contra vero Barbaranus cap.* 19, *ſeu Vitæ beati Joannis primo, Muſchetam aggreditur, & collectis undequaque ſcriptorum auctoritatibus, haud* E *obſcure evincit, origine Vicentinum eſſe, gente ſeu familia* Scledum, *vulgo* Schio, *atque à patria* Vicentini *cognomentum à ſcriptoribus tributum oſtendit, adducens verba ipſius Beati, ita de ſe in inſtrumento publico ſcribentis:* Ego frater Joannes de Bononia nunc, qui olim fui de Vicentia oriundus. *Atque hanc opinionem certiorem pronuntiant Michaël Pius, Marcheſius & tot alii à Barbarano adducti. Siqui Bononienſem eum dicere voluerint, aut aliam ipſi patriam vindicare, certent ipſi inter ſe, ego contentionis funem non traham; ſus deque mihi fuerit, ſive Patavinus, ſive Vicentinus, ſive demum Bononienſis nuncupetur Beatus noſter: id certiſſimum eſt, Vicentini appellationem apud ſcriptores omnes receptiſſimam eſſe. Quod ibi* de Bononia *ſe dicat, id haud dubie facit in Bononienſium gratiam, à quibus, ob inſignia merita, civitate donatus fuerat, at vero Vicentinum fuiſſe, docebit ſcriptor ſynchronus, dum hæc omnia pridem prælo parata eſſent, repertus.*

at ejus ætatem nemo ſatis recte definiverit.

7 *Ætatem beati Joannis, præſertim nativitatis aut obitus tempora fruſtra quæſiveris. S. Dominico ſynchronum fuiſſe, ab eoque in Ordinem adlectum, nullis productis tabulis, volunt Symmyſtæ ſcriptores: multa in Ciſalpina Gallia, Bononiæ, Patavii, Vicentiæ, Veronæ & alibi præſtantiſſime geſſiſſe ſeculo tertio decimo, circiter annum ejus* F XXXIII *& ſequentes, verbo, in pacificandis diſcordiis eximium fuiſſe, ex omnium prope conſenſu colligitur, quamvis de cetero vitæ initia æque dubia & incerta maneant. Sunt interim qui patris nomen ſe reperiſſe exiſtimant, ſunt qui vitæ incunabula ad annum* MCC *rotunde collocant, ut circa annum* MCCXVIII, *adhucdum adoleſcens, in ſacram familiam ab ipſo ſancto Patriarcha cooptari potuerit; ſunt qui alia, ex neſcio quibus ſuppoſitionibus æque confidenter deducunt. At meræ hæ conjecturæ, utut veroſimiliter excogitatæ, non ſatis plerumque cohærent, ut fit, dum quiſque genio nimium indulgens, è tenebris obſcura evolvit. Ego me fateor ætatem Beati, & aptam vitæ ſeriem non uſquequaque perſpicere; dum enim in Actis num.* 17, *jam ab anno* 1223 *magnum doctorem & magiſtrum audio nominari, dumque inſtrumentum pacificationis Bononienſis an.* 1233, *ſolo Beati arbitratu compoſitæ, apud Barbaranum cap.* 27 *attente conſidero, tot decretoriis terminis conceptum, difficulter induci poſſum, ut credam deſcribi illic juvenem* XXIII *annorum, hîc autem virum*

A *virum loqui, qui annis* XXXIII *major non fuerit; nisi in Sanctis prodigiosa omnia admittere compellamur. Sic alia plura de administratis à beato Joanne diversis Ordinis provinciis, de legationibus, in Gallia & Germania obitis, memorant recentiores, quæ, ut non est animus refellere, sic paulo majori auctoritate niti vehementer optarem, ut dubium prorsus omne tolleretur, an non virorum duorum res gestæ uni soli adscriptæ sint.*

non magis quam genus & tempus mortis.

8 *Non minus ancipites conjecturæ circa tempus, locum, aut genus mortis, de quibus cum fateantur certi prorsus nihil haberi, mirum quam libere exspatiandi occasionem arripiant, ut quo possunt conatu, proxime, si non ad veritatem, saltem ad verisimilitudinem accedant. Alii sibi imaginantur, ab Ezelino tyranno captum beatum Joannem, carceri mancipatum, ibidem aut ærumnis confectum, ut notabat supra Henschenius, aut violenta morte necatum, ut vide in Muscheta Actis num.* 50. *Hoc alii merito refellunt, qui Ezelino superstitem fuisse demonstrant: certe anno* MCCLXIV *adhuc Bononiæ concionantem inducit Leander, siquidem ubique de eodem Joanne sit sermo. Alii ad schismaticos Orientales, ad infideles alii transiisse malunt, ibique potius martyrio coronatum; alia demum divinat Barbaranus supra; quæ forte causa est, cur titulo Confessoris aut Martyris abstineant, quod & nos imitati sumus. Non est opus singulorum opinamenta enumerare, illud præ reliquis displicet, quod Marchesius notare non prætermisit.* Nec deest (*inquit pag.* 23) qui dicat, occulto forte Dei judicio eum alicubi vivum abscondi, ad instar septem dormientium, ut olim ad Ecclesiæ utilitatem reveletur. *Hæc & id genus alia, devotè magis quam vere excogitata, quantam in rebus historicis fidem faciant, apud vel mediocriter peritos compertissimum existimo. Paucula specimina proponere libuit, nequis forte miretur, plura hujusmodi silentio à nobis præterita. Satis multa scripsisse videtur, qui primus vitam, in aliqualem historiæ seriem, post tria & amplius ab obitu secula digessit, quamvis & nonnulla observatione omnino digna omiserit.*

Auctor aliqua'is vitæ Muscheta & recentiores alii:

9 *Fuit is, ut pridem insinuavit Henschenius, Valerius ille Muscheta, ex cujus titulo tota Actorum idea conspicietur:* B. Joannis, cognomento Vicentini, Ord. Prædicatorum, professi cœnobii Paduani S. Augustini, doctrina, sanctitate & miraculis insignis, præclara gesta ex variis scriptoribus in unum congesta, atque post annos CCCL in lucem revocata à R. P. F. Valerio Muscheta D. T. ejusdem Ordinis & conventus professo. Patavii MDXC. *Conatus est, sed mea quidem sententia longe pluris æstimandus, si resectis parergis ad beatum Joannem parum spectantibus, acta & gesta paulo diligentius collegisset & accuratius digessisset. Etenim in rebus exornandis potissimam operam posuisse videtur, ut de ipso pronuntiari vere possit, multis pauca dixisse. Recentiores, & ipsi multum verbosi, pluribus omnia auxere, quæ paucis apud Leandrum Albertum & Raizzium relata erant. Michaël Pius intra justos limites se continet, at Barbaranus & Marchesius latissime excurrunt. Ut mediam viam ingrederemur, Muscheta opus, uti ceteris antiquitate præstantius, illustrandum suscepimus; ex Cantipratano, Leandro, Sigonio aliisque addituri, quæ ad majorem beati Viri gloriam conducere videbuntur. Primam Muscheta præfationem hic subnecto:*

10 Claruit B. Joannes tempore D. Antonii Minoritæ, cujus innocentissimæ & sanctissimæ vitæ, mirifice, jubente Gregorio nono Pontifice Maximo, cum B. Jordano Forzateo exquisivit. Ingressus est Ordinem Prædicatorum Paduæ anno salutis MCCXX vel circa. Veste sanctæ conversationis indutus fuit à D. Dominico, cujus exstitit alumnus dilectissimus, & operum imitator diligentissimus. Præfuit cœnobio FF. Prædicatorum, quod nunc S. Augustini vocatur, anno MCCXXXI, quo tempore ad cælos migravit S. Antonius. Bononiæ multis signis effulsit an. MCCXXXIII. Verbo prædicationis insigniter valuit apud omnes urbes Venetiæ & Galliæ Cisalpinæ. Ad pacem universos revocabat populos. Ea re pacis auctor & annuntiator à cunctis vocabatur. Paduæ in Campo Martio, & Veronæ in campestribus, ad incredibilem multitudinem de pace habuit concionem, ubi Principes & Duces concertantes conciliavit & pacavit. Præclara ubique locorum innumera gessit, omni seculo memoranda. De ejus origine & sepulcro nihil certi, incuria scriptorum, vel scripta in bellorum tumultibus & urbis Paduanæ eversione perierunt, sicut & multa alia scimus. De multis, quæ vivens gessit, quædam conscripsimus, cetera nobis in promptu nequaquam fuere. Quæ autem à nobis scripta sunt, in lucem dari visum est, ne tanti viri memoria deleatur apud Paduanos, quibus nunc vel incognitus, vel parum cognitus est, quamvis à majoribus, qui ei multa beneficia accepta referunt, maximo semper fuerit in honore habitus. Legat hæc, quæ litteris mandata sunt, posteritas, quæ etsi exigua videri debeant, quod ab homine exiguo, humili & inculto sermone conscripta sint, magna tamen, pro magnitudine rei, vel saltem pro magno meo in B. Joannem, in religionem, in urbemque Patavinam studio judicanda. Qualiacumque sint, legant concives, donec cetera maximi ponderis, quæ de eo beato viro delitescunt, ex tenebris emergantur *. Interea loci gaudeat & glorietur urbs Paduana, multorum virorum illustrium genitrix, quod hujus clarissimæ lucis exstiterit otiens, exultetque habere illum in cælis, cum reliquis suis divis tutelaribus perpetuum intercessorem. *Hactenus prior præfatio, nunc alteram & opus ipsum intueamur.*

AUCTORE J. B. S. prioris primæ præfatio, seu Beati encomium.

** leg. emergant.*

VITA

R. P. F. Valerio Muscheta Patavino, Ord. Prad., auctore.

PRÆFATIO ALTERA.

Præmittit auctor.

CÆlestis ille Paterfamilias, Pater Domini Nostri Jesu Christi, & Deus totius consolationis, qui Ecclesiæ suæ sanctæ perpetuum refugium & virtus exstitit, cum misericors & miserator sit, & miserationes ejus super omnia opera ejus, numquam destitit, pro salute humani generis, mittere vigiles & industrios operarios in vineam suam, quos cum & omnipo-

A. VALER. MUSCHET. tens ſit, ſoluſque ſignorum atque prodigiorum Deus, multifariam multiſque modis, quatenus in eis ipſis longè mirabilis videretur, magnificare mirificareque voluit. Licet autem id cunctis, vel ætatibus, vel ſeculis viſum, potiſſimum tamen effectum eſt diebus, quibus ille antiquus homicida, omnium malorum inventor, ille inimicus homo zizaniorum ſeminator, & improborum ſceleribus atque iniquitatibus, & Albigenſium ceterorumque hæreticorum impiis dogmatibus Eccleſiæ Catholicæ in Occidente negotium faceſſere, Vineam, quam Domini Dei Sabaoth dextera plantavit, quaſi ſingularis ferus depaſci atque efferus aper exterminare demolirique omnibus modis, quibus olim Orientalibus provinciis ſchiſmaticorum Græcorum, & erroribus & impietatibus nitebatur, die noctuque furiis invectus mirificè contendebat.

S. Dominici

2 Eo namque tempore divum Dominicum, Ordinis Prædicatorum eximium parentem, atque ducem, ejuſque alumnos ante mundi conſtitutionem, ad munus Apoſtolicum obeundum electos, miſit clementiſſimus ille Paterfamilias in omnem terram, qui brevi temporis intervallo regnum diaboli impugnando, hæreſes exploſere, veritatiſque ſemitas monſtravere, quamplurimos tandem ab iniquitate ad juſtitiam avocavere. Quocirca eorum uberes fructus ſummi Pontifices attendentes, univerſum Prædicatorum Ordinem multis honorum titulis cohoneſtaverunt, multis laudibus commendaverunt, multis etiam tum privilegiorum, tum gratiarum generibus, & auxerunt & cumulaverunt, quæ à ſeculo in ſeculum, à progenie in progenies, de eorum vitæ ſanctimonia, de fide, de pietate, de doctrina, deque ceteris virtutum ornamentis teſtimonia dicent, annunciabuntque cunctis populis & linguis, quantos ubique labores, ærumnas, pœnas pro Eccleſia ſancta Dei ſubierint, quam gloriosè certaverint, quam feliciter de carne, mundo, & diabolo triumphaverint. Gregorius, hujus nominis IX, in diplomate, quo univerſis prælatis, atque proceribus Eccleſiæ Patres noſtros commendat, inquit: ECCE ORDINEM DILECTORUM FILIORUM FRATRUM PRÆDICATORUM DOMINUS SUSCITAVIT, qui non, quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Chriſti quærentes, tam contra profligandas hæreſes, quam contra peſtes alias mortiferas extirpandas, ſe dedicaverunt evangelizationi verbi Dei, in abjectione voluntariæ paupertatis.

& Ordinis Prædicat. encomia.

à Greg. IX,

3 Et Alexander Quartus in litteris, quibus intimo cordis affectu mandat omnium Eccleſiarum prælatis, fratres Prædicatores in ſummo honore haberi, & à quibuſcumque injuriis defendi, ita loquitur: Patris æterni benignitas, pro ſui nominis attollenda gloria & fidelium procuranda ſalute, inter perſonas plurimas, divinis obſequiis deputatas, Viros in Eccleſia ſua ſancta conſtituit, converſationis & vitæ honeſtæ conſpicuos, ac ſcientiæ titulis inſignitos. Hi ſunt dilecti Deo & hominibus fratres ordinum Prædicatorum, qui ſuum ſemper affectum ad amorem cæleſtium dirigentes, virtutem divini nominis per orbem terræ publicant, & Chriſtianæ Religionis ampliando cultum vigili attentione deſudant. Hi ſunt qui vitam & merita beatiſſimi Pauli contemplantes, gloriantur in ſola Cruce Domini, ſpernendo mundi ſolatia pro delitiis Paradiſi. Hi ſunt, qui hoſtes animæ per ſcutum fidei, loricam Juſtitiæ, gladium ſpiritus, ſalutis galeam, & haſtam perſeverantiæ debellantes, obtinere ſatagunt, ut Catholicis univerſis fidei, ſpei, & charitatis augmenta proveniant, ac perfidis via veritatis pateat, & hæreticæ pravitatis inſania evaneſcat.

Alexandro Quarto,

4 Et Clemens ſextus in litteris conceſſionis Indulgentiarum pro D. Thomæ die natali. In ordine fratrum Prædicatorum, quaſi ſolis radius in hac lacrymarum valle, lux eruditionis relucet, dum ipſius ordinis profeſſorum fructuoſa ſtudia, mentes fidem orthodoxam profitentium fragiles, lumine veritatis illuſtrant, & ſpinas punctionis letiferæ, in horto ſuccreſcentes Dominico, novacula labiorum ſuccidunt, in quibus æternæ ſapientiæ gratia eſt diffuſa. Et Martinus in privilegio, quæ Bulla aurea dicitur, hæc verba præponit. Ad ſummi Apoſtolatus apicem, divina diſpoſitione vocati, dum præclaram dilectorum filiorum Ordinis fratrum Prædicatorum profeſſorum religionem & merita, intra noſtræ mentis recognoſcentes arcana, & ad commendabiles, quibus operoſis eorum miniſteriis erga Deum & homines indeſinenter exuberant fructus, dignè noſtros diffundimus cogitatus, votis illis gratioſum libenter offerimus auditum. Et antea Bonifacius nonus (reliquos brevitatis ergo prætereo,) Etſi pro cunctorum Chriſti fidelium, ſuper quibus curam officii ſummi Pontificatus, divina diſponente gratia, gerere obligamur, ſtatum ſalubriter dirigendo, libenter adhibeamus ſolicitudinis noſtræ partes; illos tamen affectuoſiori ſtudio proſequimur, quorum alii à mundanis abſtracti illecebris, & gravibus pœnitentiis dediti, cæleſtibus inhiant, & ad illa per contemplationis pennas ſuavius & altius elevantur ut Aquilæ, & cum Maria parte optima perfruuntur.

Clemente VI.

Martini Bulla aurea.

Bonifacii IX.

5 Alii vero ſanctæ Marthæ ſolicitudinem ſectantes, celebrationi divinorum vacant ſolertius. Alii diſcunt & docent Dei ſcientiam, & plebem inſtruunt in eadem. Alii quoque ferventius ſpiritus ardore ſuccenſi, non timentes ſed amantes, ad converſionem infidelium anhelant intrepidi, ut valeant ad Dominicam arcam multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis, bonam Domino reddere rationem. Hi profecto ſunt fratres ordinis Prædicatorum, in Dei Eccleſia multiplicibus ſplendoribus irradiantes, quorum ſonus prædicationis per diverſa mundi climata noſcitur exiviſſe. Hi ſunt quos Deus numero multiplicavit & meritis, &c. Hæc, divino quodam ſpiritu afflatus, Honorius III prædixit, quando in diplomate confirmationis noſtri Ordinis, Tholoſam ad D. Parentem Dominicum miſſo, hæc verba bona de ſancto corde ſuo eructavit. Nos attendentes, patres tui ordinis futuros pugiles fidei & vera mundi lumina, confirmamus Ordinem tuum &c. Qui jam ad præfati Martini tempora, uſque eo creverat ſanctimonia, eruditione, exemplis & meritis, ut verè dici poterat de B. Dominico; Felix vitis de cujus ſurculo, tantum germen redundat ſeculo, ex ubertate palmitum, mundi jam cinxit ambitum. Verè vitis, quæ à mari uſque ad mare palmites ſuos extenderat, cujus vino, Spiritus ſancti gratia pleno, multi memoria patrum & noſtra, obliti ſeculi blandimenta,

Honorii III landes.

B. Dominicus viti aſſimilatur,

A menta, vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora hæreticorum, extinxerunt impetum ignis, avaritiæ atque luxuriæ, fortes in bello adverſus carnem, mundum & diabolum.

6 Inter ceteros autem eximios viros, ſanctitatis & doctrinæ ſplendore admodum inſignes, qui in exordio Ordinis miſſi ſunt operarii ac milites ad vineam Domini excolendam, adverſuſque diaboli ſatellites præliandum, electus fuit à Domino B. Joannes, cognomento Vicentinus, de quo, etſi alii pauca de ejus præclaris geſtis ſcripſerint, & nos, tum ad tanti Patris recordationem, tum ad religionis gloriam, juxta ea, quæ ex archivio noſtri conventus Patavini, & Paduanæ urbis annalibus, & hiſtoricorum ſcriptis hauſimus, verba minus commentitia facturi ſumus. Ea verò licet pauca ſint, non ſine tamen maximo negotio reperta ſunt. Apprime quidem arduum perdifficileque eſt, hoc præſertim tempore, vetuſtis novitatem dare, obſcuris lucem, obſoletis nitorem. Tanta mihi hæc ſanè exequendi aliquando viſa eſt difficultas, ut ab incœpto & diu excogitato negotio deſiſtere

B voluerim; vicit attamen devotio, egit pietas, impulit charitas. Vicit flagrans deſiderium cumulandi, quidquid laudis, quidquid honoris à me cumulari poteſt B. Joanni, uni ex primis noſtri conventus Paduani fundatoribus, viro quidem inſigni doctrina, eximio prædicandi munere, præclaro ſanctitate, ſignis & miraculis longe admirabili. Deeſt tamen votis meis quidquid ejus poſtulant merita; multa illi, & laudis & honoris debentur officia. Pauca quamvis à me præſtari poſſint, paucis tamen quam plurima voluiſſe, monſtrabo. Et ſi plura & majora poſſem, nec ex ulla dicendi facundia, nec orationis ubertate augeretur ejus ſanctitas, nec ineptia & ſermonis infantia diminueretur ejus gloriæ cumulus. Mirificavit illum Dominus & exaltavit in conſpectu Principum, idcirco, & nomen & laus & gloria ejus erit in ſeculum ſeculi. Ad rei igitur propoſitæ tranſeamus exordium.

B. Joannes miles & operarius vineæ Domini.

B. Joannes unus ex fundatoribus conventus Patav.

ANNOTATA.

C *Facile omitti potuit tota hæc præfatio, non magis B. Joanni, quam quibuſlibet Sanctis Prædicatoribus propria; at in gratiam illuſtriſſimi Ordinis ſacri, viſum eſt opus integrum reddere, hoc & aliis parergis, pro ſua tenuitate, nimis refertum.*

CAPUT I.

De B. Joannis in Ordinem Prædicatorum ingreſſu, deque fundationibus ac fundatoribus cœnobiorum SS Joan. & Pauli de Venetiis, & S. Auguſtini de Padua.

DUm per univerſam Italiam & reliquas Europæ principes regiones, exirent verba recentis viri Euangelici, D. Patriarchæ Dominici, & dum ubique locorum de eo mirabilia divulgarentur, cœpit B. Joannes cogitare cogitationes veræ pacis, & perfectam Jeſu Chriſti ſequelam; quod aſſequi poſſe facile judicabat, ſi novi ducis atque præceptoris, à Deo fidelibus dati, veſtigiis (mundi oblectamentis neglectis) inhæreret, animumque ad voluntariam paupertatem prorſus adjungeret. Non diu hæc ſancta ſanaque conſilia, quæ à Domino acceperat, quonam pacto à ſe ſtabiliri poſſent, mente evolvit. Jam mundus in corde ejus aruerat, jam ſeipſum abnegare cœperat, jam mundi delitias atque divitias, poſt quas homines inſipientes & vecordes abeunt, non ſecus atque ſtercora arbitrabatur. Dumtaxat Chriſtum lucrifacere, ſolam crucem amplecti mirificè cupiebat. Ceterum quoniam non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, cum omnis noſtra ſufficientia à Patre luminum veniat, confugit vertitque ſe ad orationis ſuffragium. Hæc etenim videbatur ſibi murus & antemurale, contra cunctos inſurgentes invadenteſque hoſtes, qui valida manu, accedentes ad ſervitutem Dei proſternere ſtudent, atque perpetuo tentant. Sic tandem ſancta mente adhæſit, ut nullatenus à cordis ſui haud infirmo minuſque levi conſilio, amoveri avellique poterat. E

A. VALER. MUSCHET. *S. Dominici fama ad virtutem motus,*

8 Oblitus ergo parentum ac illorum omnium, quæ ſibi ad ſanctæ religionis onus vel jugum ſubeundum, impedimento eſſe poterant, flagranti deſiderio novi inſtituti, recentiſque ſanctæ regularis & arctiſſimæ vitæ, ad fratres Prædicatores, qui tunc temporis Paduæ commorari, & meditando in mandatis Chriſti, Deo ſub ſanctiſſimi patris Dominici novis inſtitutionibus ſervire cœperant, citiſſimo potius mentis & deſiderii, quam pedum curſu ſeſe contulit, & à ſanctiſſimo Patriarcha Dominico, tum Padua Venetias verſus tranſeunte, ad Ordinem admiſſus eſt. Quando verò id contigerit, prorſus ignoratur. Nam B. Dominicum, Bononia profectum Venetias verſus, ſemel & iterum Padua tranſiſſe compertum eſt. Prima vice ad annum Ordinis approbationis; tunc Venetiis baſilicam ſancti Martini, cum adjacenti habitatione, ubi nunc religioſæ feminæ de pœnitentia B. Dominici reſident, ab Illuſtriſſimo Senatu Veneto pro F fratribus recepit. Altera anno MCCXXI, quando, relicto priori loco mulieribus præfatis, ceſſa ei fuit eccleſia ſancti Danielis, poſtea ſancti Dominici, nunc ſanctiſſimi Roſarii ſacellum ſive oratorium nuncupatum, cui tandem à canonizatione D. Dominici, anno MCCXXXIV menſe Junii, Priore F. Armerico, munificentia Jacobi Theupoli Ducis XLVI, atque totius Senatus Veneti liberalitate & pietate, acceſſit id ſoli ſpatium, quod templum, cœmiterium, nec non cœnobium ſanctorum Joannis & Pauli modo ambit.

ab eo in Ordinem admittitur Patavii,

9 Cum igitur B. Dominicus bis Padua Venetias verſus iter fecerit, incertus eſt annus, quo B. Joannes Ordinem eſt ingreſſus: id tamen eveniſſe creditur ad annum a Domini MCCXVIII. Nam à Jordane Mutinenſi, Epiſcopo Patavino ſeptuageſimo ſeptimo, & à præclaro urbis Patavinæ Senatu, recepti fuerunt fratres Prædicatores circa annum primum confirmationis Ordinis, quibus pro re divina facienda precibuſque horariis recitandis, baſilica ſive oratorium, ſub nomine & titulo ſan-

forte anno 1218,

A. VALER MUSCHET

ſanctæ Mariæ vallis Viridis, cum quadam adjacente domo, conceſſum fuit. Annales conventus Paduani, qui modo D. Auguſtini cœnobium vocatur à templo, huic ſanctiſſimo Doctori dicato, mox ab anno approbationis ordinis, litteris mandari cœpti ſunt. Etenim anno Domini MCCXVII, in quodam vetuſtiſſimo codice manuſcripto, ubi leguntur nomina & obitus illorum omnium, à quibus ſucceſſivis temporibus, ab initio cœnobium vel aliqua eleemoſyna, vel dono, vel beneficio auctum & cumulatum eſt, ſcripta eſt dies, quo Ubertinus Vadus, civis Patavinus religioſiſſimus, de noſtra Dominicana familia optimè meritus, migravit ex hac luce. Id autem monumenti ſcriptum poſteris relictum eſt, quo minus à memoria ipſorum umquam excidant, qui Chriſtum in noſtris patribus hoſpitio receperunt, & pane ſaturaverunt: atque tanti benificii memores, quotannis eorum animas, ex communi totius ordinis noſtri inſtituto, Domino orationibus & ſacrificiis commendent.

B

dum primi Patres,

10 Ex primis autem, qui in conventu Paduano & ſanctitatis & religionis & omnis probitatis ſingularia præbuerunt exempla, fuiſſe dicuntur FF. Amizo de Soloïa & Guido, cujus nec cognomen, nec patria à majoribus, in monumentis nobis relicta ſunt. Suppetat tamen nos ſcire, ambos ex primitiis religionis, & ex tyronibus & alumnis chariſſimis D. Dominici & B. Jordani extitiſſe, à quibus ſanctiſſimis viris, Patavii Prædicatorum inchoatæ domus, capita & rectores jure facti ſunt. Non enim hi viri, divino afflati ſpiritu, vocati à Domino ad univerſas hæreſes explodendas, ad vineam Eccleſiæ excolendam, ad novos milites in prælio, adverſus Chriſtiani nominis acerrimos hoſtes, acuendos, ad ſanctamque frugi hominum manum cogendam, ſub Apoſtolicis inſtitutis erudiendam, niſi hominibus omnium virtutum ſplendore micantibus, probatiſſimis moribus præditis, ſanctimonia & eruditione eximiis, tam arduam, tam præclaram in urbe nobiliſſima, omnium diſciplinarum exuberantiſſimo emporio, recentis conventûs tum inſtituendi, tum erigendi

C

provinciam injunxiſſent, atque credidiſſent.

ſanctitate & zelo præclari,

11 Qua in re & in ceteris arduis graviſſimiſque negotiis, quam accurati, quam induſtrii, quam fideles extiterint, rerum poſtea ab eis ipſis gaſtarum felix judicavit eventus. Plurimos ſanè, bono odore & virtutum nitore, ex tenebris atque conſilio impiorum, de via peccatorum, à cathedra peſtilentiæ, ad lucem, ad fidem, ad juſtitiam, ad veritatem, ad pietatem, ad religionem traxerunt. Extitit in ſeculo Frater Amizo ſacri Palatii ſcriba, cum illis numerum feciſſe dicitur, de quibus in ordinis noſtri annalibus fertur, multos magnos & doctos viros, nec non curiales, adhuc vivente B. Dominico, ordinem ingreſſos. Is ſanctitatis & miraculorum D. Dominici fuit oculatus teſtis. Ad annum Domini MCCXLIX præfuit cœnobio Mediolanenſi. In quodam libro vetuſtiſſimo manuſcripto, qui adhuc adſervatur in bibliotheca cœnobii ſanctorum Joannis & Pauli, id monumentum de eo Patre ſcriptum reperi. Anno MCCXLIX, die XIII Maii, ſub Magiſtro ordinis F. Joanne Theutonico, celebratum fuit Capitulum generale vigeſimum nonum apud Pariſius: eodem anno ſub F. Gualfredo Bergom. Capitulum provinciale Lombardiæ, ubi F. Marcus, Prior Mediolanenſis, abſolvitur, cui ſucceſſit F. Amizo de Soloïa. Hic fuit ſacri Palatii Notarius, & intrans ordinem, factus fuit Prior Paduanus; fuit is teſtis ſanctitatis B. Dominici.

D

ibidem ſtrenue laborarent,

12 Hæc in eodem codice. F. autem Guido, ad dies præfati F. Amizonis, religioni ſe addixit; qui cum F. Martino, conventum Fratrum Prædicatorum Venetiis reſidentium moderante, cujus fuit unus ex fundatoribus, impetravit à Jordano, Antiſtite Paduano, primarium lapidem benedictum, pro recenti templo conſtruendo, ſub titulo S. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris. De his Patribus in quadam tabula, hactenus in archivio ſive tabulario noſtri conventus Pad. adſervata, ita litteris mandatum eſt. Jordanus Dei gratia Epiſcopus Paduanus, ad inſtantiam & poſtulationem F. Guidonis, Prioris Fratrum Prædicatorum Paduæ, & F. Martini Prioris Fratrum Prædicatorum, Venetiis commorantium, dedit primarium lapidem benedictum, pro conſtruenda & ædificanda eccleſia Paduæ, ad honorem Dei & B. Auguſtini, anno Domini MCCXXVI, Indictione XIV, die V Octobris. Notatio Turpino q. Gnati filio. Ejus lapidis monumenti meminit etiam Bernardinus Scardeonius Canonicus eccleſiæ Pat., in iis quæ de urbe Patavina luculenter edidit claſſe V lib. ſecundo.

E

cœnobiumque exſtruerent.

13 Scimus ex ipſis annalibus conventus Pad. Sancti Auguſtini, F. Guidonem, ob inſignem atque eximiam ſanctitatem & religionem, multi factum, longeque cultum atque obſervatum à Paduanis civibus. Dum ejus ipſius cœnobii præfectus eſſet MCCXXVI, donata & aucta eſt religio noſtra ſpatio illo ſoli, ubi nunc & templum & cœmeterium; & quod muris conterminis ambitur, à Joanne, Rugerio, & Gerardo Vadiis, civibus religioſiſſimis atque ditiſſimis; ad quam largitionem ſive ceſſionem, una cum Rufino & Jacobo juriſpontificii doctoribus, atque Ugucione ſacræ Theologiæ Magiſtro & Canonico Eccleſiæ Pad., Dominoque Fino ipſius Eccleſiæ cuſtode, vocatus fuit teſtis B. Jordanus Forzateus Pad., tunc temporis Prior ſancti Benedicti Novelli, cujus corpus nunc Paduæ à populo, in baſilica Veſtalium B. Benedicti veteris, ſalutatur atque pie colitur. Interfuerunt etiam quidam alii, recentis noſtræ religionis & conventus amantiſſimi & de ipſa optime meriti, quorum memoria à temporum longinquitate numquam apud nos minuetur, & apud Deum erit æterna *b*.

F

b

ANNOTATA.

a *Hæc omnia incertiſſima eſſe, in commentario prævio abunde oſtendimus.*

b *En longum parergon, qualia multa habet hic ſcriptor, quibus ſuperſedere potuerat, alia quærendo, quæ ad Beati vitam propius attinebant.*

CAPUT

A

CAPUT II.

Sancta B. Joannis converſatio & prædicatio Bononiæ; præfectura cœnobii Patavini; inquiſitio in vitam S. Antonii, & ingens concionum ejus fructus, ſignis & miraculis confirmatus.

Sacro habitu indutus,

AD dies igitur prædictorum Patrum, ſcilicet Guidonis, & Amizonis, B. Joannes ingreſſus eſt Ordinem, ubi mox ſacra toga à D. Dominico amictus, regulam paupertatis, & ſanctiſſima Patrum inſtitura, cum accepiſſet cor ad legem vitæ & diſciplinæ, amplexus eſt. Hic cœpit ad ſalutaria ſtudia animum adjicere, orationibus mentem in Deum erigere, in ſanctis juſtificationibus ſe exercere, corpus & jejuniis, & vigiliis caſtigare, Domino in timore & tremore famulari, virtutum exempla præbere, ſaluti animarum modis omnibus intendere. Hic factus eſt arbor bona, arbor fœcunda, quippe quæ ſecus decurſus aquarum plantata. Pane hîc nequaquam inanis & ocioſus veſcebatur, omnes labores in ſancta converſione pro Chriſti gloria, & animarum commodo perpetuò ſubibat. Omnia incommoda perferebat, univerſaque damna ob amorem cæleſtis patriæ lubenti animo ſuſtinebat.

B

ſanctis exercitationibus mire proficit,

15 Nihil ei grave, nihil durum, nihil amarum, ex memoria calicis paſſionis & necis Chriſti filii Dei ſibi videbatur; cuncta libenter, & æquo animo, licet veteri homini longe adverſa, ferebat, tamquam bonus & invictus Jeſu Chriſti miles laborabat & certabat cum antiquo ſerpente, ut tandem ſibi regnum compararet æternum, & immarceſſibilem acciperet coronam, legitimè certantibus à Deo promiſſam. Gloriabatur in infirmitatibus ſuis, ſciebat enim condignas non eſſe paſſiones & afflictiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Abhorrebat ab aura populari, à vana & caduca hujus ſeculi gloria, gloriari dumtaxat exoptans in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et cum in mente haberet, amorem mundi & Dei in uno ſimul corde habitare minime poſſe, theſaurizabat in cælis, ubi erat ſibi cum ceteris Sanctis jugis converſatio, theſaurizabat in cælis, quando meditationi vacabat in cella: nam quod geritur in cellis, vacare ſcilicet Deo, hoc eſt in cælis ex D. Bernardo. Theſaurizabat in cælo, quando dies traducebat hymnis & canticis ſpiritualibus cantando, & pſallendo in corde ſuo Domino, qui de tenebris gentium, de vanitate ſeculi eum vocaverat in admirabile lumen ſuum, quando ſeipſum offerebat Domino, quando ſacrificabat ſacrificium juſtitiæ, immolabatque hoſtiam laudis, quando zelabat animarum ſalutem, avocando de tenebris & umbra mortis, qui ambulabant, ut cæci.

C

cum inſigni nominis

16 Cetcrum quis cuncta tanti Patris charitatis officia, quis virtutum ornamenta, quis pietatis & religionis teſtimonia, vel enarrare, vel exequi aliquando poterit? Erat lux jucundiſſima cunctorum oculis. Erat in religionis campo verè flos campi, gratiſſimum populis odorem emittens. Erat felix oliva in domo Dei, qui poſtea fructus uberrimos dedit in tempore ſuo, fructus namque juſtitiæ & pacis. Erat lucis filius, cum lucis quaſi filius ambulaverit per ſemitas mandatorum Dei. Erat ſanctiſſimi Patris Dominici verè imitator & alumnus; cujus veſtigiis ita ardenter inhæſit, ut brevi temporis curriculo totius Dominicani cœtus, nedum Paduanæ domus, ſidus fulgentiſſimum à cunctis haberetur. Is de elegantia morum, de vitæ probitate, de ſingularium virtutum candore atque odore cœpit ab omnibus ſummo honore haberi, cœpitque ob lucernas ardentes, quas in manibus geſtabat, Sanctus appellari. Equidem Sanctus, quod pius, religioſus, purus, atque impollutus erat; quod ſoli Deo famulabatur; quod ſeipſum Chriſto devoverat; quod nullis negotiis ſecularibus ſe implicaverat; quod ſeparatus & ſegregatus erat ab hominibus, animalem vitam ducentibus; quod demum non quærebat quæ ſuper terram, ſed quæ in cælis ſunt. *a*

A. VALER. MUSCHET *æſtimatione.*

E

a

17 Brevi temporis ſpatio decurſo *b* ab ejus in religionem ingreſſu, ad dies quibus B. Albertus Magnus cum altero adoleſcente Germano, Paduæ ſtudiis navandæ operæ cauſa manenti *, receptus eſt ad ordinem à B. Jordano Saxone, tum in urbe Paduana verbum ſalutis annunciante, [&] Bononiam profectus eſt, ubi cum ſana doctrina, tum ſanctis exemplis Bononienſes ædificaret, multoſque ad bonam frugem referret, in maximo honore haberi ſummaque à cunctis benevolentia atque amore amplecti cœpit. In ea urbe, in gratiam omnium civium, à Magiſtro Ordinis & à Patribus quibus tunc MCCXXIII in civitate Lutetia Pariſiorum negotia Ordinis incumbebant, relictus fuit. Miſerant enim de ea re Bononienſes legatos Pariſius, ægrè namque ferebant, privari tanto magiſtro *c* & doctore, quotidie verba ſalutis in cordibus eorum ſeminante. Cum tandem Bononiæ multos ad bonam frugem revocaſſet, Paduam rediit; ob ejus enim regularis vitæ exempla, atque ſalutis animarum ardentem zelum factus fuit conventus Paduani moderator & rector.

b

Poſt egregiam operam Bononiæ navatam, * manebat

c

F

fit Prior conventus Patavini.

18 Illis potiſſimum beatis ſeculis, quibus hæc felix Dominicana familia, fulgore mirifico ſanctitatis mundum illuſtrabat, ii tantum ad regiminis onera vocabantur, qui erant (ut B. Gregorius docet de vita Paſtoris) cogitatione mundi, actione præcipui, diſcreti in ſilentio, utiles in verbo, ſingulis compaſſione proximi, præ cunctis contemplatione ſuſpenſi, bene agentibus per humilitatem ſocii, contra delinquentium vitia per zelum juſtitiæ erecti, internorum curam in exteriorum occupatione non minuentes, exteriorum providentiam in internorum ſolitudine non relinquentes. Præfuit autem hujus cœnobii regimini circa initium tyrannidis Acciolini *d* de Romano, acerrimi Eccleſiæ hoſtis, & in viros religioni addictos, Paduæ potiſſimum conſiſtentes, quod ejus tyrannidi vehementer reclamabant, immaniſſimi. Quanto ſtudio rexerit, quantum diligentiæ adhibuerit, quanto conſilio & prudentia in Paſtorali officio extiterit, quanta chari-

d

A. VALER. MUSCHET. charitate & comitate erga omnes fuerit, ex ſancto ejus inculpatæ vitæ progreſſu indicandum eſt.

Mortuo S. Antonio de Padua,

19 Ejus ipſius præſidentiæ tempore, anno ſcilicet à partu Virginis MCCXXXIII, ad cælos migravit D. Antonius Minorita Vlixponenſis, qui eo quod Paduæ poſt concionandi prolixos labores, poſt manifeſta ſanctitatis ſigna, poſt demum multa miracula ſuo die functus ſit, de Padua vulgo dicitur. Is cum multis, etiam poſt mortem, ſignis & prodigiis effulgeret, de ejus canonizatione à Republica Patavina cogitatum eſt. Cum igitur oratores Spoletum miſſi à Gregorio Nono ibi conſiſtente D. Antonium in album Divorum referri efflagitarent atque contenderent, & id abſque prævia meritorum & miraculorum indagatione minus efficiendum foret, inquirendæ tantæ rei provincia injuncta fuit à Pontifice, non tantum Jacobo Antiſtiti Paduano ſeptuageſimo ſexto, ſed etiam B. Jordano, Priori monaſterii ſancti Benedicti Novelli, & Joanni noſtro, quorum vitæ integritas, & in rebus gerendis ſolertia, & diligentia minus ignota erat, & ſummo Antiſtiti, & toti populo Paduano. Hujus rei mentio fit in diplomate Canonizationis ſancti Antonii, quod adhuc extat in archivio fratrum Minorum Paduæ conſiſtentium. Comprobtaur id ipſum ex iis, quæ apud ipſos Fratres Minores ego legi in quodam perantiquo volumine manuſcripto, ubi vita & miracula ſancti Antonii exquiſite litteris mandata ſunt.

in eius vitam inquirere jubetur,

B

ex diplomate Greg. Noni.

20 Abſoluto ejus Paſtoralis curæ officio, ſtudio ardentius & accuratius euangelizandi verbum Dei cœpit intendere. Cum eſſet vir multa eruditione, & diu in Sacris litteris verſatus, in eximium inſignemque concionatorem evaſerat. Electus ergo & accitus à Domino ad id Apoſtolici muneris, relicto Patavio, iterum ad euangelizandum pacem, prædicandamque captivis indulgentiam, ad expugnandas hæreſes profectus eſt, anno ſcilicet MCCXXXII *e*; & cum verba, quæ cælitus in ora Sanctorum defluunt, ad Dominum, neque vana neque inania redeant, quamplurimos ab iniquitate avertit, & à laqueo venantium eripuit. Quot comeſſationibus & ebrietatibus indulgentes, quorum Deus venter erat, quorum ſpes in hac tantum vita, qui dicebant; Comedamus & bibamus, cras enim moriemur; ad ſobrietatem frugalitatemque deduxit? Quot illorum, qui amplexabantur ſtercora, qui in impudicitiis vivebant, ejus ſermonibus vehementer ignitis, caſtitatem atque mentis munditiam ſibi comitem individuam fecerunt? Extinxit in multorum cordibus iræ atque indignationis ardentiſſimas prunas. Invidiam atque odii amariſſimum fel, in dulciſſimum amoris charitatiſque mel ſæpe mutavit. Ad benignitatem & manſuetudinem, ad pacem quamplurimos injuriis affectos convertit. Depoſuit innumeros, erecto collo incedentes, de ſede ſuperbiæ, ad humilitatis ima.

a

C

Fructus prædicationis B. Joannis,

21 O mutationes dexteræ Dei excelſi! Quis ſtupra, quis ſacrilegia, quis fornicationes, & cetera tum demum mala, ab eo ipſo divina auxiliante virtute, de medio ſublata recenſebit? Quot nudi, diſtributis erogatiſque in cibos pauperum divitiis omnibus, tanto ſudore tantoque ſtudio & negotio coactis, ſequuti ſunt Chriſtum? Mulieres, ſericis atque deauratis veſtibus, omnique luxurioſo ornatu penitus abjecto, humili modeſtoque indumento indutæ procedebant. Non paucos tandem, qui cum furibus, raptoribus atque fœneratoribus currebant; vel cum adulteris, & homicidis portionem ponebant, ad bonam revocavit frugem. Adverſus ſcelera & cunctas iniquitates clamabat, & quaſi tuba exaltabat vocem ſuam. Tanta dicendi copia & ubertate valebat, adeo acer, adeo vehemens in prædicando erat, ut quandoque ob ſuam concionandi vehementiam, gravitatem atque acrimoniam, in uſurarios lapides jecerit multitudo maxima.

D

multis miraculis comprobatus,

22 Cum aliquando in frequenti populo Bononiæ concionaretur (ut refert Albertus Leander) invectus eſt in uſurarios *f* ſacrilegos, tam acri vultu, tam rigida fronte, præcipue in Landulphum publicum; ut communi civitatis conſenſu, tunc itum ſit ad ejus ædes, maximo cum clamore populi; quæ ſpoliatæ, & diruptæ fuerunt, & Landulphus extra civitatem expulſus. Ad ejus tum ſactitatem declarandam, tum miniſterium cumprobandum haud defuerunt ſigna atque prodigia: Dominus namque, qui mirificat ſervos ſuos, mirabilia multa per eum operari dignatus eſt. Morborum diverſa genera, & præcipue ſigno Crucis ſanavit. Multos, omnium medicorum ope deſtitutos, priſtinæ bonæ valetudini reſtituit; qui videntes ſanctiſſimi viri, Deo tantopere grati, virtutem meritorum, ſapientiſſimo medico, qui ſolo verbo animæ atque corporis viribus affectis medetur, univerſaſque ſanat infirmitates, gratias agebant: quod talem ſanandi poteſtatem, & virtutem dederit ſervis ſuis. Atqui non tantum ſanabat, qui malè habebant; verum ad vitam mortuos revocabat.

f

E

etiam cruce, ſtella & angelo.

23 Cum preces quandoque Deo funderet (quod ſæpe accidit) viſum eſt ab iis, qui præſentes aderant, modo ſalutiferæ Crucis ſignum, modo ſtella clariſſima in ejus fronte, vel ſuper caput; quod profecto indicabat, ipſam crucem jugiter, vel per meditationem, vel ſenſuum mortificationem ferre, & jubar Eccleſiæ ſplendiſſimum eſſe. Teſtati ſunt etiam nonnulli, ad ejus aures angelum Domini loquentem vidiſſe, qua re cognoſci poterat, angelicas mentes per vitæ puritatem cognatas habere, & verba de ore ejus egredientia, verba eſſe Spiritus ſancti, qui ſemper locutus eſt per os Sanctorum, & illorum potiſſimum, qui ad euangelizandam pacem à Deo mittuntur, cum Salvator dixerit; Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Hæc quæ diximus Sancti viri mirabilia, quæ memoriæ prodita ſunt, Bononiæ præſertim contigerunt, ut Leander Albertus Ord. Præd. in 5 libro de viris illuſtribus refert, qui cum Bononienſes annales luculento ſermone ſcripſerit, ubi multa de B. Joanne litteris mandata ſunt, religioſè de ſupraſcriptis omnibus teſtimonia dicere poteſt.

F

ANNOTATA.

a *His omnibus, ex mero ſcriptoris ingenio compoſitis, hoc unum vere indicari potuit, beatum Joannem religionis habitum induiſſe.*

b *Tiro-*

A b *Tirocinium intelligo, quo finito, videtur hîc insinuare Muscheta, Bononiam profectum, contra quam censeat Barbaranus cap.* 20, *qui proxime sequenti, jam mira aliqua gesta Beato adscribit, uti & hic facit; præpropere, ni fallor; videsis num.* 20.

c *Jam dixi, hæc omnia præcipitari; malim cum Sigonio, inferius adducendo, adventum B. Joannis Bononiam referre ad* decennium *ab obitu S. Dominici, nempe ad annum* 1233, *quo maxime ejus sanctitatis fama ibidem cœpit clarescere.*

d *An hæc omnia satis determinare & temporibus suis dividere potuerint Muscheta hîc, & Barbaranus cap.* 23, *equidem dubito: de præfecturis seu cœnobiorum particularium, seu integrarum provinciarum, apud antiquos nil lego, prædicationes & miracula notiora sunt.*

e *Hanc epocham initii prædicationis facile admiserim.*

f *Hæc & sequentia in ipso fonte habes infra, ex Leandro & Carolo Sigonio. Bzovius à Leandro accepit anno* 1232, *num.* 2; *sed Sigonium bis*
B *descripsit, præmature ad annum* 1218 *num.* 8, *& rursus an.* 1233 *num.* 10.

CAPUT III.

A Gregorio PP. IX Patavium missus, pacem suadet. Dedicatur ibidem primum templum PP. Prædicatorum, cujus occasione, de altero agitur, à Benedicto XI. consecrato, deque illius Pontificis vera origine.

a *A Gregorio IX PP. ad sedandas discordias,* b

C Um multis in locis, verbis, signis & exemplis perfunctus esset sancta legatione *a* Christi, jussu Gregorii IX, qui ejus sanctitatem & doctrinam multi faciebat, Paduam reversus est circa finem mensis Martii anno scilicet MCCXXXIII *b*. In urbem honorifice receptus fuit ab universis civibus, qui eum maximo cum desiderio expectabant: nam maxima tum equitum, tum peditum, tum aliorum nobilium comitatus caterva, qui ei obviam fuere, ad Acedum, agri Paduani oppidum, su-
c per Carrocium *c*, quo in apparatu bellico Patavina Respublica utebatur, civitatem ingressus est. Missus tunc fuit à summo Pontifice, dum totius Venetiæ atque Galliæ Cisalpinæ omnimodam pacem expectaret, ad odia civium intestina mitiganda, domesticas simultates sedandas, bellaque civilia extinguenda. Etenim tunc temporis alii partes atque jura Ecclesiæ tuebantur, alii Imperatori Frederico adhærebant; Unde universa civitas Patavina, quin tota Gallia Cisalpina odiorum flagrabat incendiis, agitabatur, evertebaturque factionum tumultibus.

cum aliis legatis Patavium missus,

25 Nactus Fredericus secundus, Ecclesiæ atrocissimus hostis, hanc factionum & simultatum occasionem, in Italiam copiis instructis trajicere volebat. Ea re concertantes Italiæ populos Pontifex componere curabat; quatenus inita pace sedatisque factionibus, Imperator ab incœpto desisteret, & militum coactas acies aliò diverteret. Quo circa mul- A VALER. MUSCHET.
tos eximios ac præstantes viros, & sanctitate & doctrina insignes, ad id negotii tractandi misérat per universam Galliam Cisalpinam & regionem Venetam: ex his B. Joannes, qui in tali tantaque provincia prudenter, sanctè, ac strenuè se ubique locorum gesserat. Ad id etiam Roma venerant Jacobus & Octo, Legati Apostolici & sanctæ Ecclesiæ Cardinales, qui pro concilianda pace apud omnium, potissimum Galliæ Cisalpinæ urbium, proceres & magnates, verbis Pontificis legatione fungebantur.

sæpius de pace verba facit.

26 Post paucos igitur dies B. Joannes ab urbis ingressu, in campo Martio, quod nunc Pratum à Valle nuncupatur (ut Petrus etiam Gerardus Historicus Paduanus refert, in his, quæ de tyrannide Acciolini de Romano scripsit) è concione cives ad pacem, semel atque iterum hortatus est. Quod ipsum cum nec bis, nec ter suppeteret, multoties iteratum est. Ad ejus haurienda verba confluebant innumeri, non tantum ex urbis incolis, verum E
de iis, qui suburbia & totum agrum Patavinum colebant; dulcior siquidem ejus sermo erat super mel & favum, & eloquium vehementer ignitum. Ad dies triginta & amplius id sancti muneris exequutus est: non enim eum pigebat, horas & dies jugiter eximere, pro animarum commodo, operamque manibus & pedibus dare in rem ad quam missus erat. Dederat enim illi Dominus cor ad docendum testamentum & judicia sua; ideo tamquam imbres mittebat eloquia sapientiæ, & palam faciebat disciplinam doctrinæ.

d Basilica prima FF. Prædicatorum quando, & à quo dedicata; c

27 Tunc temporis Paduæ dedicata fuit basilica *d* prima Fratrum Prædicatorum (de qua supra) à Jacobo Paduano Antistite septuagesimo sexto *e*; & ipsi dedicationi interfuerunt cum multis coëpiscopis præfati Cardinales legati Apostolici, Jacobus scilicet & Octo, à quibus Indulgentia septem annorum concessa fuit omnibus & singulis, qui in omni anniversario ipsius dedicationis die, in præfata basilica Deo & B Virgini preces effuderint. Ejus autem indulgentiæ diploma, cum Acciolini tyrannidis tempore cum multis aliis & tabulis & codicibus manuscriptis, ubi monumenta plurima primorum Patrum litteris mandata erant, amissum esset, restauratum fuit F
anno Domini MCCLXV, à Simone presbytero Cardinale, Sedis Apostolicæ legato, cujus exemplum vel descriptio ea est, quam hic subjicimus, non tantum ut fidem faciat de ipsa dedicatione, verum, ut quæ calamitas, quis status, quæ fuerit conditio illorum temporum, in quibus sæviebant tyranni, liquido monstret, fidemque præstet de iis, quæ obiter dicta sunt de Jacobo & Octone legatis Apostolicis.

de qua re diploma,

28 Simon, miseratione divina, tituli sancti Martini presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, Religiosis viris, Priori & fratribus de Ordine Prædicatorum de Padua, salutem in Domino. Opportune mortalibus religionis vestræ perfectio meruit, à suæ positionis initio, ecclesiastici favoris auxilium, & vestrum votum, ejus accepta cognitio derivata, gratum vobis nostrum ministerium indicavit. Oblata siquidem nobis vestra insinuatio continebat, quod olim bonæ memoriæ Dominis Jacobo & Octone Cardinalibus, in partibus Apostolicæ Sedis legatis, multisque

A. VALER. MUSCHET. Epiſcopis præſentibus, qui ad conſecrationem eccleſiæ veſtræ convenerant, quam bonæ memoriæ Dominus Jacobus, tunc Paduanus Epiſcopus, conſecrabat, indulgentias ſeptem annorum prædicti omnes, per ipſius conſecrationis octavas, eidem veſtræ eccleſiæ, authoritate, qua poterant conceſſere; tractu temporis, cum Acciolinus de Romano, fidei & eccleſiæ perſequutor, ſævitiam in perſonas eccleſiaſticas exerceret, litteras ſuper hujuſmodi indulgentias vobis editas & conceſſas, caſualiter amiſiſtis. Propter quod humiliter poſtulaſtis, vobis & eidem eccleſiæ ſuper his noſtro ſuffragio provideri. Nos igitur, veſtris petitionibus inclinati, ne ſub caſus... ad eamdem eccleſiam veſtram, fidelium charitas caduca vel vana deformetur, ſeu ut ad eamdem, ex piæ redemptionis objectu, augeatur, mortuam prælatorum eorumdem gratiam eidem eccleſiæ ſuſcitamus; conceſſionem ſupradictæ indulgentiæ, juxta veſtram propoſitionem, ſi ei veritas ſuffragetur, decernimus, auctoritate qua fungimur, caſu hujuſmodi non obſtante, tenore præſentium valituram. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri fecimus & noſtro ſigillo muniri. Dat. Arimini xv Kal. Octob. Pont. D. Clementis PP. Quarti, anno primo.

B

Alterum PP. Prædicatorum templum,

29 Quæ igitur ſcripta ſunt in eo ipſo diplomate, quæ fuerit Acciolini tyrannis, quæ ejus in viros religioſos perſecutio, liquido manifeſtant. Comprobant etiam, quæ dicturi ſumus inferius, de multis Patribus conventus Paduani, in carceribus ejus immaniſſimi tyranni, fame & pædore mortuis. Hujus autem baſilicæ dedicatio, petita & impetrata creditur à B. Joanne. Tunc temporis templum auguſtiſſimum D. Aguſtini, quod nunc cernitur, vix inchoatum erat, fundamentis dumtaxat jactis. Hujus primarium lapidem benedictum impetraverat F. Guido, conventus moderator, anno Domini MCCXXVI, die V Octob. à Jordano Mutinenſi, Epiſcopo Paduano ſeptuageſimo, & id monumenti videtur in actis Turpini Notarii publici, quondam Domini Gnati filii, ut prædictum eſt. Quod poſt ſeptuaginta & ſeptem annos dedicatum fuit, anno ſcilicet Domini MCCCIII die VI Aprilis, à viro multa ſanctitate & doctrina inſigni F. Nicolao Bocaſſino Tarviſino Ord. Prædicat. tum Dei gratia, poſt totius Ordinis Magiſterium, Epiſcopo Oſtienſi & Velletrenſi, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ Cardinale tituli ſanctæ Sabinæ, atque Legato Apoſtolico in Ungariam, qui eodem anno die XXII menſis Octob. creatus fuit ſummus Pontifex, & Papa Benedictus undecimus nuncupatus. Hujus dedicationis memoria extat Paduæ in templo S. Auguſtini, in pariete ſiniſtro ſacelli D. Nicolai, juxta ſepulcrum Reverendiſſimi D. Bartholomæi de Prazuris, Archiepiſcopi Patarenſis, Ord. Prædicatorum, qui obiit anno D. MCCCLXV die IX Auguſti. Dedicationis autem ea eſt inſcriptio.

C

BEATUS PAPA BENEDICTUS UNDECIMUS, NATIONE TARVISINUS, HIC EX MAGISTERIO ORDINIS ASSUMPTUS IN CARDINALEM OSTIENSEM, TUNC HANC ECCLESIAM CUM MULTIS COEPISCOPIS CONSECRAVIT, ANNO MCCCIII.

30 Antiſtites, qui dedicationi interfuerunt, Leonardus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Ægidius Patriarcha Gradenſis, Antonius Archiepiſcopus Duracenſis, Franciſcus Arpo Tarviſinus, Epiſcopus Cenetenſis Ord. Prædic., Joannes Antiſtes Caprulanus, Guilielmus Præſul Eſculanus, Albertus Epiſcopus Vallonenſis, Gratiadeus Epiſcopus Salvienſis. Præerat eo tempore Eccleſiæ Pat. præſtantiſſimus vir Paganus à Turre, Epiſcopus Octogeſimus ſecundus, qui in præſulatu, Octobono Placentino ſuffectus fuit, ſucceſſoremque habuit Ildebradinum Comitem Romanum; præſens & ipſe adfuit, cum prædictis Epiſcopis, dedicationi. Hæc autem patent ex infraſcripto diplomate, quod cum altero, ad perpetuam beati Pontificis memoriam, adſervatur in archivo Fratrum Prædic. cœnobii S. Auguſtini, Paduæ reſidentium.

D

à Benedicto XI dedicatum,

31 Benedictus ſervus ſervorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vitæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris, omnium beatam coronat aciem civium ſupernorum, à redemptis pretio ſanguinis, fuſi de pretioſo corpore redemptoris, meritorum debet acquiri virtute, inter quæ illud eſſe pergrande dignoſcitur, ut ubique, ſed præcipue in Sanctorum Eccleſiis, majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cum itaque accedentibus ad Eccleſiam dilectorum filiorum, Prioris & fratrum Ordinis Prædicatorum Paduanorum, certis anni diebus, tam per nos, tunc Epiſcopum Oſtienſem, ex poteſtate ſuper hoc nobis ab Apoſtolica Sede conceſſa, qui eam conſecravimus, quam per Venerabiles fratres noſtros, Leonardum Conſtantinopolitanum, & Ægidium Gradenſem Patriarchas, Petrum Archiepiſcopum Duracenſem, Paganum Paduanum, Guilielmum Equilinum, Franciſcum Cenetenſem, Auguſtinum Civitatis novæ, Joannem Caprulanum, Nicolaum Vallonenſem, & Gratiadeum Salvienſem Epiſcopum, tempore conſecrationis ejuſdem eccleſiæ, cui interfuerunt, quædam peccatorum Indulgentiæ conceſſæ fuerint; Nos ad eamdem eccleſiam ſpecialem affectionem habentes & cupientes, quod ipſa congruis honoribus frequentetur, omnes hujuſmodi indulgentiarum conceſſiones, à nobis & eiſdem Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis (ut præmittitur) factas, ratas & gratas habentes, eas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Et ut Chriſti fideles eo concurrant devotius ad eamdem, quo ſe magis ibidem ſpiritualia munera ſperaverint adipiſci, ultra indulgentias prædictas, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eamdem eccleſiam viſitaverint, annuatim, in die dedicationis ipſius, unum annum & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Nulli ergo omnium hominum liceat paginam noſtræ confirmationis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. XV Kal. Martii. Pontificatus noſtri anno primo.

E

& indulgentiis ditatum: qua occaſione,

F

32 Quoniam obiter præfati ſumus de B. Pontifice

De vera origine Benedicti agitur,

A tifice Benedicto undecimo: de quo nonnulli, de annalibus urbis Tarviſinæ, atque monumentis cænobii, in quo Ordinem eſt ingreſſus, prorſus incerti, incerta & à veritate ipsâ aliena ſcripſere; hæc infra addere nobis viſum eſt, quatenus de vera ejus origine certiora habeantur. Non enim Italus de Hiſpano, quæ rumore circumferuntur, ſcribit, at qui Italus de Italo, quæ tum ex veris monumentis antiquorum annalium, in archiviis & grammatophylaciis, jam per trecentos annos adſervatis, exquiſite ac fideliter hauſit, tum quæ ex ſucceſſivis traditionibus Patrum conventus Tarviſini, ad hæc uſque tempora pervenere, audivit. Cogor autem ea adſcribere, cum ex recentioribus, qui de Sanctis ac claris viris noſtri Ordinis, ab antiquis litteris & monumentis annalium mandata, nuper in lucem revocavere; alii beatum Pontificem Benedictum Venetiis ortum, ac in monaſterio ſanctorum Joannis & Pauli Ordinem ingreſſum; alii in agro Tarviſino, ex patre opilione, referunt natum. Quæ potiſſimum duo, quantum veritati intercedant, qui lectitarunt
B millieſque viderunt urbis Tarviſinæ perantiquos annales, & cœnobii ſancti Nicolai monumenta, dicant teſtimonia.

quem Tarviſinum fuiſſe oſtendit auctor.

33 Nos ex ipſis annalibus, à ſanctiſſimis primis noſtris Patribus omni poſteritati relictis, quos ſumma cum voluptate legimus, certo ſcimus, B Pontificem Benedictum extitiſſe natione Tarviſinum, Ordinemque ingreſſum in monaſterio D. Nicolai, quod Tarviſii celeberrimum eſt: ex eo ipſo enim omni ætate prodierunt quamplurimi viri & doctrina & ſanctitate inſignes, inter quos potiſſimum recenſentur F. Guiliemus Epiſcopus Thortoſæ, qui obiit Tarviſii anno MCCLXIII die octava Martii. F. Gualterius Epiſcopus primo Tarviſinus, deinde Præſul Caſtellanus, ſepultus eſt anno MCCL Venetiis in templo ſanctorum Joannis, & Pauli. F. Franciſcus Arpo Epiſcopus Cenetenſis, qui ſuo die functus eſt anno MCCCX. F. Articus Bandachinus Epiſcopus Venetopolitanus, deceſſit anno MCCCXXVI. F. Jacobus Novellus Epiſcopus Milonenſis, claruit MCCCL. FF. Benedictus & Nicolaus, ambo Præſules Tarviſini, quo-
C rum memoria extat adhuc in Grammatophylaciis publicis urbis Tarviſinæ; F. Guiritius, ante ſummum Pontificatum ſocius individuus Papæ Benedicti, quem eximium concionatorem, & probitate virum longe clarum, teſtantur annales: migravit ad cælos annos ſalutis MCCC.

cum multis aliis viris præclaris,

34 F. Falcus, nepos præfati Pontificis, qui poſt labores ſtudiorum & curſum ſanctæ vitæ, ex corporis ergaſtulo deceſſit MCCCX. F. Joannes Boninus converſus, vir multis virtutibus perpolitus, ſed potiſſimum mirifica abſtinentia memorandus, cum ſingulos dies ſeptem menſium, abſque ulla interceſſione, jejuniis duxerit, tantum pane & aqua contentus, ex quibus tres, panem ordeaceum ſolum comediſſe, memoriæ proditum eſt. Is ut Deo in omni conſcientiæ puritate famularetur, quotidie ſacerdoti peccata detegebat. Migravit poſt multa virtutum exempla in conventu Tarviſino ad Superos anno MCCCXX. Demum F. Franciſcus Bellunenſis, Prior Provincialis Provinciæ tunc Lombardiæ inferioris, nunc ſancti Dominici nuncupatæ, Tarviſii in conventu Provinciali electus anno MCCCLI. Is aliquando magiſter, & caput gymnaſii conventus Pat. extitit; tandem eruditiſſimus, poſt multas lucubrationes à ſe editas, quæ diu in Bibliotheca veteri ſui conventus ſtudioſis patebant, migravit ex ſeculo, & cum F. Riccobono, ſacræ Theologiæ Doctore non poſtremæ claſſis, Paduanoque Inquiſitore humatus eſt. A. VALER. MUSCHET.

non patre opilione, ſed Notario, natum.

35 Præfatos inſignes & memorandos viros & alios, à ſcriptoribus ſilentio præteritos, ſcimus illuſtraſſe & cœnobium & urbem Tarviſinam, multumque ſplendoris toti Religioni noſtræ attuliſſe, his tamen cunctis præſtat B. Benedictus Papa undecimus, qui ut ad ejus originem redeam, ex propoſito juxta antiquiſſimos annales, non ex patre opilione, ut F. Leander Albertus & poſteri ſcriptum reliquerunt, verum ex Bocaſſio, Notario Imperiali natus, de honeſta familia Bocaſſina, cui patruus, nomine Bocaſſinus, fuit; rector parochialis ſancti Andreæ urbis Tarviſinæ. Prodiit ex utero matris beatus ipſe Pontifex anno MCCXL. Extant adhuc ædes in regione S. Bartholomæi ejuſdem urbis, ubi genitus & natus eſt, à E
quarum habitatoribus & conductoribus, ad hanc diem Fratres Prædidatores, ad quos Bocaſſii hereditas venit, penſionem exigunt annuam. Prædia ædeſque cunctæ, cum reliquis bonis Bocaſſii & familiæ Bocaſſinæ videri poſſunt in publico tabulario Tarviſii, in quo antiquorum temporum monumenta adſervantur, ex quorum ſerie, longe à veritate diſcedere, qui commentitia quædam de Papæ Benedicti origine ſcripſerunt, nequaquam eſt difficile videre. Ordinem Tarviſii ingreſſus eſt anno MCCLVII, quo tempore urbs Tarviſina à tyrannide Alberici de Romano, fratris Acciolini Paduanorum carnificis, à Philippo Fontana, Archiepiſcopo Ravennæ & Legato Apoſtolico, & ceteris confœderatis erepta fuit.

Quando Fratres Prædicatores Tarviſii commorari cœperint.

36 Extitit autem is ejus in Ordinem ingreſſus, anno XXXVI à fundatione cœnobii Tarviſini; nam anno MCCXXI Fratres Prædicatores Tarviſii reſidere cœperunt. Vocatus fuit, F. Nicolaus. Extitit in Ordine vitæ regularis ſtudioſiſſimus, in otio litterario aſſiduus & diligentiſſimus, tantopere in ſtudiis, tum philoſophiæ tum theologiæ profecit, F
quod brevi lector eruditiſſimus evaſit. Scripſit ſuper partem Pſalterii partemque Apocalypſis, ediditque poſtillas ſuper Job, ut ipſe annuit in quodam indice manu ſua ſcripto librorum, quibus ab eo ipſo anno MCCXCVII qui fuit annus ſecundus ſui magiſterii, donata eſt bibliotheca cœnobii ſancti Nicolai. Semel & iterum electus eſt Prior Provincialis provinciæ Lombardiæ, anno ſcilicet MCCLXXXVI, ſub magiſtro Ordinis F. Munione Hiſpano, & MCCXCIII, ſub F. Stephano Biſuntino, in comitiis provincialibus Brixiæ habitis, quod muneris dum ſecundo obiret, in conventu generali, apud Argentinam anno MCCXCVI collecto, creatur magiſter Ordinis; anno vero MCCXCIX menſe Decembris, à ſummo Pontifice Bonifacio nono * aſſumitur ad Cardinalatûs honorem, & Cardinalis Sanctæ Sabinæ nuncupatur. Ea dignitate honeſtatus, mittitur legatus in Ungariam. In reditu, poſt pe actum ſuæ legationis officium, Paduæ templum inſigne (ut præfertur) D. Auguſtini, cum multis coëpiſcopis dedicat. *lege VIII.

A. VALER. MUSCHET.

ANNOTATA.

a *De hac legatione vide citatum Bzovium anno jam dicto* 1232, *num.* 2.

b *Non cohærent; Beatum anno* 1233 *Bononiam appuliſſe, ibidem multa præclare geſſiſſe, quæ habes num.* 43, *& quæ narrantur à Barbarano cap.* 26, 27 *&* 28, *atque interim menſe Martio Patavium rediiſſe, ubi omnia illa egerit, quæ hic deſcribuntur. De tranſactione celebri Bononiæ facta, hæc habet Sigonius pag.* 98 : Quibus tranſactis, Prætor & Epiſcopus F. Joannem Vicentinum alterius controverſiæ, de juriſdictione in caſtris exercenda, arbitrum delegerunt, ſeque haudquaquam ab ejus ſententia receſſuros, mille drachmarum auri ſacramento, XIII Kal. Maii, præſentibus Tancredo archidiacono, & Jacobo Balduino, ſummis in gymnaſio juriſconſultis, compromiſerunt, atque rem ex ejus ſententia tranſegerunt *Inſtrumentum bene longum exhibet Barbaranus cap.* 27.

c *De carrocio & pacificationibus Ciſalpinis fuſius loquitur Bzovius ad annum* 1233 *num.* 10, *& pluribus locis Barbaranus. Vix credibile eſt,* B *tam multa uno anno à beato Joanne fieri aut patrari potuiſſe.*

d *Incipiunt rurſus parerga uſque ad finem capitis.*

e *Hic Epiſcopus* 76, *& ſupra num.* 9, *Epiſcopus* 77, *qui num.* 29, 70 *eſt; non cohærent. Vide Ughellum tom.* 5 *col.* 423.

CAPUT IV.

Firmata B Joannis conſiliis pace Patavina, inſtituitur illic ſolennis feſtivitas B. Petri Martyris. Bononiæ effoditur S. Dominici corpus in comitiis Ordinis, ibidemque miranda plura à Beato noſtro patrantur.

C *Zelo & conſiliis B. Joannis,* a

POſt prioris baſilicæ dedicationem, multos dies publicis privatiſque ſermonibus traxit B. Joannes, ut Paduanos moveret cives, ad depellendas ex *a* urbe cunctas ſimultates extinguendaque odiorum incendia, quibus miſerabiliter flagrabant univerſi hominum ordines. Tum denique, quod exoptabat, divini muneris ope aſſequutus eſt : Etenim inter omnes fere cives tunc non tantum facta, ſed etiam firmata fuit pax, cujus etiam nomen, ex perpetuis Gibellinorum & Guelphorum factionibus, jam in cordibus omnium expunctum erat, & obliterata omnis memoria ; ex qua re quot quantiſque malis & diſcriminibus erepta fuerit civitas, diu ſimultatum occaſionibus innumera incommoda atque calamitates paſſa, facile videri poteſt. Videri præterea licet, quot bona & commoda, de multa recentis pacis tranquilitate ſequuta fuerint, quibus hymnis & canticis Deus laudatus.

pax Patavina firmatur.

38 Quis enim, univerſi ordinis homines, & mentem & voces ad cælum erexiſſe, inficiabitur ? Quis gratiarum actiones, quis Deo laudes, quis gaudia & exultationes recenſebit ? Quæ commemoratio, tantæ lætitiæ æqua ? Laudabant Deum puſilli & magni in ſanctis tutelaribus, Proſdocimo, Juſtina, Daniele, Antonio ; laudabant Deum in B. Joanne, cujus meritis & precibus, cujus conſiliis & hortationibus, ſe à multis anguſtiarum & tribulationum procellis & periculis emerſos cognoſcebant. Tanti ergo & auxilii & beneficii memoria, non deleatur in te, ô civitas Paduana, civitas tot donis totque gratiis à Deo cumulata & aucta ; tot divorum præſidiis atque cuſtodiis munita & vallata : memento à tali tantaque factionum ac bellorum civilium pernicie & tumultu, ubi multum ſanguinis effuſum eſt, te à beatis D. Dominici alumnis, ſemel & iterum vindicatam. Interroga patres tuos & indicabunt tibi, majores tuos & dicent tibi, annuntiabunt & dicent tibi, nedum ope B. Joannis, ſed etiam meritis & interventione D. Petri Martyris, anno ſalutis MCCCXXVI à bellorum civilium ſtrage abſolutos. D

b Decretum urbis Pat. pro die ſolenni B. Petri Martyris.

39 Fatentur enim publicæ tabulæ *b*, à factionibus, à quibus avocari humana ope minus poterant, deſtitiſſe omnes, interveniente D. Martyre Petro, ad cujus meritorum patrocinium confugerant. In cujus ſingularis beneficii, vel impetratæ gratiæ perpetuam memoriam, religioſe, communi & unanimi ſuffragio, decreverunt, quotannis in feriato die ejus ſanctiſſimi Confeſſoris & Martyris, ſupplicationes, annuente Epiſcopo, ſe facturos, Martyrem ſalutaturos, aras ſacris muneribus cumulaturos ; quod per annos centum & amplius, multa fide & religione obſervatum eſt, nec modo civitas à voto & decreto Patrum minus abſoluta eſt ; De Paduanis, B. Joanne auctore conciliatis, meminit Auguſtinus Florentinus monachus Camaldulenſis, in poſteriori parte hiſtoriæ, quam de Camaldulenſibus edidit, libro 4, ubi ait : Per ea tempora illuſtravit maxime Patavinam regionem acceptiſſimus Deo & hominibus ſanctus Antonius de Padua Ordinis Minorum, & poſt illum eximius declamator F. Joannes, qui miſſus à Gregorio nono Papa, pacem inter diſſidentes componere, ad Carceres, apud Ateſtinos, & Paduæ luculentiſſimas ad populum conciones habuit, menſeque Martio MCCXXXIII in Prato Martio multas familias ad pacificandum induxit ; ſed ad rem ipſam redeamus. E

F *Bononiæ in comitiis corpus S. Dominici levari curat,*

40 Relicta urbe in hoc concordiæ & unionis tranquillo ſtatu, invitatiſque Populis ad publicam concionem, ab eo ipſo, menſe Auguſti proxime futuro, habendam, in quodam loco campeſtrium Veron., qui Paquara dicitur, non procul ab urbe Verona, ad vicinas civitates & oppida, ex mandato ſummi Pontificis, cupientis ubique locorum diſſidentes animos ad pacem atque concordiam flecti, iter arripuit ; Quibus omnibus ubi ſatis conſultum fuit, & orationibus & concionibus ; Bononiam profectus eſt, ubi generalia & provincialia comitia à B. Jordane Saxone, Magiſtro Ordinis, & F. Stephano Hiſpano, Lombardiæ Priore Provinciali ſecundo die XII *c* Maii habenda erant. Id Capitulum generale (ut dicunt) XIIII fuit, quo fratres tercentum conveniſſe, memoriæ proditum eſt in quodam libro manuſcripto, qui in bibliotheca ſanctorum Joannis & Pauli adſervatur. Dum hæc comitia haberentur, D. Parentis Dominici, nondum in album divorum ab Eccleſia relati, *c*

A relati, ſacrum cadaver humi jacens, auctore
d B. Joanne, effoſſum fuit *d*, ex quo tanti odoris fragrantia prodiit, ut non ſepulti cadaveris theca, ſed odoramentorum omnium apotheca patuiſſe videretur.

& ibidem prædicat, 41 Poſt comitia ſanctus Vir verbo & exemplo Bononienſes docuit, miraculorumque ſignis, quanta apud Dominum ejus merita erant, liquido declaravit. Non pauca ac ſancta opera, ejus hortatu, tunc à civibus facta fuere. Ad implorandam Dei miſericordiam, pridie
e Idus *e* Maii, publica ſupplicatione urbem nudis pedibus, tam religioſi quam laici luſtrarunt. Mulieres inaures, torques, & id genus ornamenta projicientes, vanos ac luxurioſos habitus reliquere. Expurgatæ atque in melius reſtauratæ ſanctiones atque urbis inſtituta fuere. Ejus verbis & exemplis ad pœnitentiam converſi multi, Chriſtum ſequuti ſunt. Dum ſemel in foro verbum Dei annunciaret (non enim à quovis ampliſſimo templo multitudo populi, dulce ejus eloquium audire affectans, capi ſane poterat) Joannes Boncambius *f*, ditiſſimus
f ac nobiliſſimus, proprio genio prorſus indulgens, igne ſermonis beati Viri totus accendi-
B tur, & à foro mox, quo, caſu equo albo inſidens venerat, ad D. Nicolai feſtinus perrexit, ubi de equo deſiliens, torque aurea ac pretioſis veſtibus rejectis, prævia ſupplicatione, veſte ſanctæ religionis amictus eſt.

ingenti fructu, 42 Ingreſſus Ordinem, paupertatem majoris faciens, quam opes, quibus affluebat in ſeculo, verus D Dominici alumnus, & B. Joannis imitator eſſe cœpit. De ejus vitæ probitate atque integritate [cum conſtaret], in comitiis generalibus Bononiæ habitis anno MCCXLIV die XXII Maii, electus fuit provincialis præfectus Lombardiæ: demum ad præſulatum eccleſiæ Bononienſis evectus eſt: in quo, poſt vitæ mirificam ſanctitatem, ad cælos volavit. Refert Surius in vita B. Dominici Patris noſtri, lib. 7 cap. primo, B. Joannem, quem non Vincentinum, ſed Vincium appellat, Bononiæ anno Domini MCCXXXIII decem vita functos ad lucem revocaſſe, & multis aliis mirificis ſignis enituiſſe.

C *ſuſcitatis* 43 Nec putet quis, B. Joannem, de quo Surius, alterum fuiſſe: ex antiquis enim annalibus noſtri Ordinis, & priſcorum Patrum ſcriptis, unum tantum alumnum B. Dominici, ejus nominis ſcimus, anno Domini MCCXXXIII claruiſſe, miraculaque Bononiæ patraſſe, & hunc B. Joannem, quem plerique Vincentinum appellant, vel ab urbe Vincentina, vel à quadam familia Paduana, ab urbe Vicentia, Vicentina vocata: multæ enim familiæ à locis, ex quibus originem duxere, ſortitæ ſunt cognomina. Quod ſi alter extitiſſet, de eo, dubio procul, mentio facta eſſet à ſcriptoribus, præſertim à Jacobo Suſato, Alberto Veneto, Leandro Alberto Bononienſi, Seraphino Razzio, & ceteris his antiquioribus. Nec credendum, virum decem mortuorum excitatorem magnificum, virum tot tantorumque meritorum celebritatis, tanti nominis & prodigiorum fama clarum, à Patri-
g bus, qui ejus ſeculi res, & accuratiſſime & fideliſſime litteris mandarunt, prætermiſſum *g* ſilentioque præteritum, ab iis qui annales Bononienſium ſcripſere, in quibus de uno dumtaxat Joanne anno Domini MCCXXXIII verba fiant.

44 Ex antiquis abbreviaturis librorum manuſcriptorum pene obliteratis, vel perperam ob inſcitiam exſcriptis, venit, quod alii B. Joannem nuncupavere Vicentinum & Vincium, quidam Vincentium: quis eorum à veritate minus abeat, ignoramus. Hoc unum ſcimus, de eo in annalibus Vicentinis nullam penitus extare memoriam, ſicut de B. Bartholomæo, Epiſcopo Vicentino, & de ceteris Vicentinæ urbis Beatis monumenta inveniri *h*. A multis, præcipue à Torello Sarayna Veronenſi, Petro Gerardo, & Tebaldo Coltellerio Pat. nec Vincius, nec Vicentinus vocatur, ſed Sanctus, atque Ordinis Prædicatorum eximius concionator; ſed de his hactenus. Ex urbe Bononia receſſurus *i* B. Joannes, de pace ac concordia verba faciens, ſimultates atque odia ſic in cordibus Bononienſium extinxit, ut in admirabilem quietis & tranquillitatis ſtatum urbs tota redierit. *h* *a*

A. VALER. MUSCHET, *decem mortuis.*

ANNOTATA.

a *Multus eſt Patavinus noſter in deſcribendis compoſitionibus Patavinorum diſſidiorum, alii plura alibi geſta narrant, ad quæ mox redibit Muſcheta.* B

b *Hæc etiam ad beatum Joannem non ſpectant.*

c *Vides multa denuo innectenda anno 1233, in quem ferme videntur coaleſcere præcipui beati Joannis labores, verum qui eos recte diſponat, necdum repertus eſt.*

d *De hac elevatione ſacri corporis S. Dominici agit Sigonius pag. 109, ex quo eam deſcripſit Bzovius, fuſius narrat Barbaranus cap. 28.*

e *Vide infra Leandri & Sigonii textus.*

f *Et de hoc infra agitur.*

g *Non eſt* prætermiſſus, *ſed res ejus geſtæ nec* accuratiſſime *nec* fideliſſime litteris mandatæ *ſunt; hinc Muſcheta ipſe itque reditque viam, ſæpe res & tempora confundens.*

h *Hæc ad Barbaranum remittenda ſunt.*

i *Non videtur hic receſſus bene collocari.*

CAPUT V.

P

Verona ad innumeram multitudinem in campis prædicans, ſublatis diſſidiis, ſummam pacem inducit.

LOcato tandem B. Dominici ſacro corpore in arca marmorea ſpecioſiſſima, multiſque aliis à B. Joanne Bononiæ rebus graviſſimis geſtis, Veronam *a* verſus, ad acerbiores ſimultates, acriora diuturnioraque bella dirimenda, quæ potiſſimum verſabantur inter rempublicam Veronenſem, ac illuſtrem Comitem Riccardum à ſancto Bonifacio, ſe contulit; ubi non multo tempore poſt, licet multa primâ fronte votis ejus adverſarentur, quod affectabat, aſſequutus eſt. Ex ore ſiquidem ejus effluebant verba [melle] dulciora, penetrabilioraque omni gladio ancipiti. Ferrarienſium, ceterorumque fœderatorum copiæ, quæ pro Comite Riccardo arma ceperant, audito rumore pacis, continuo ex agro Ve-

Veronam profectus, *a*

A. VALER. MUSCHET. ronenſi abierunt. Profecto univerſo exercitu, ab inſtituta tamen provincia ſanctus Vir nequaquam defecit, verum accuratiorem operam dabat, quo inita pax, magis atque magis firmaretur.

prætoram recuſavit,

46 Ea denique in re tantum valuit, quod non ſolum rei compos factus fuerit, atque omnium, præcipue Procerum, animos ſibi conciliaverit, atque res eo devenerit, ut ab omnibus conclamatus fuerit urbis Prætor; ſed Vir ſanctus in eo munere verſari renuit, tum quod abhorrebat ab omni ambitione, tum quoniam arma militiæ, quam profitebatur, non carnalia, ſed ſpiritualia erant. In hæreticos tamen per ea tempora, adverſus quos Gregorius IX ſummus Pontifex, per totum orbem ex Ordine Prædicatorum inquiſitores vel cenſores conſtituerat, gladium vibraſſe dicitur. Sexaginta & amplius hujuſce impietatis homines, pœnas, eorum pravitati debitas, dantes, incendio multati fuere. Vehementiſſimum enim in hoc tam impium, tam veſanum hominum genus ſe præſtabat.

B *ſed concionibus ſuis,*

47 Hæc erant Patrum noſtrorum ſingularia ſtudia, hi labores perpetui, hæc acria certamina, non ad auram popularem captandam, non ad divitias colligendas vigilabant, ſed animarum ſaluti enixe ſtudebant; hinc plurimi & glorioſi fructus. Ea re, non improbe de Religione noſtra dici poteſt illud Prophetæ: Ego ſicut oliva fructifera in domo Dei. Haud his contentus B. Joannes, quippe qui totius regionis Venetæ Galliæque Ciſalpinæ urbes ab omni belli tumultu, & privatis atque domeſticis ſimultatibus abeſſe peroptabat, paucis diebus poſt, ad Idus Auguſti, vel ut ſcribit Thebaldus Coltellerius, die D. Auguſtino ſacra, in campeſtribus, non procul ab urbe Verona, quemadmodum hoc eodem anno paulo ante Paduæ (ut Petrus Gerardus & alii referunt) indixerat concionem, [quam] de pace ad populi incredibilem multitudinem habuit. Collecta fuerunt eo in loco circiter tercentum hominum millia; præſentes aderant, non tantum proceres & milites urbium regionis Venetæ Galliæque Ciſalpinæ, verum & Præſules, & quamplurimi alii ex iis, qui ſacris initiati erant & religionibus addicti. Hæc Veronæ (ut Torellus Sarayna Veronenſis juris peritus præſtantiſſimus narrat, in illis, quæ de geſtis Veronenſium edidit) ſemel & iterum contigerunt anno MCCXXXIII.

C *ita ad concordiam omnia compoſuit,*

48 Idem etiam ſcriptum reliquerunt alii hiſtorici, referente Franciſco Sanſovino, libro primo de nobilium familiarum Italiæ origine, ubi de Illuſtriſſima domo Comitum ſancti Bonifacii verba facit. Beatum Joannem, collectis Gibellinis & Guelphis factionibus, in loco qui Tomba dicitur, non procul ab urbe Verona conciliaſſe, ad concordiamque revocaſſe Riccardum Illuſtriſſimum Comitem S. Bonifacii, Eccleſiæ ſub Gregorio IX (ut ejus Pontificis & Alexandri IV diplomata teſtantur) protectorem acerrimum, cum Acciolino de Romano, Gibellinæ factionis Principe Fredericique ſecundi primario Duce, à quibus ad diem reconciliationis, atrociſſimum bellum, non ſine maxima & ſanguinis effuſione & urbium & oppidorum devaſtatione, ad invicem geſtum eſt. Præſentia aderant, ut memoriæ proditum eſt, hominum (exceptis pueris ac mulieribus) quinquies centum millia. Incredibile fere, quanto, ob ejus inſignem ſanctitatem, pondere & authoritate apud omnes populos Italiæ valeret, quantaque dicendi acrimonia & vehementia: diffuſa equidem erat gratia in labiis ſuis, & os ſuum impleverat Dominus ſpiritu ſapientiæ, de cujus teſtimoniis loquens in conſpectu Regum & Principum, non confundebatur. D

ut pacis annuntiator dictus ſit.

49 Narrat Thebaldus, B. Joannem Veronæ inter diſſidentes Principes & urbes multa compoſuiſſe, non paucaque diſcrimina de medio ſuſtuliſſe, quod equidem in cunctis locis nitebatur præſtare, quocirca, jure & merito pacis annuntiator à multis tum appellabatur. Abſoluta re, quæ ſibi cum Veronenſibus erat, ad ceteras civitates, in quibus itidem funeſta & flagrantia bella in dies creſcebant, ex voto & juſſu ſummi Pontificis acceſſit. Mirificus quoque fuit in his ejus miniſterii profectus, valebat namque facundia, valebat doctrina, valebat ſignis & prodigiis, ſed magis Spiritus Dei ignoto eloquio; ob id, ut de eo Eccleſiaſtici verba dicam; Memoria ejus requiretur à generatione in generationem, ſapientiam ejus narrabunt gentes, & laudem ejus annuntiabit Eccleſia. Anno tandem à ſalutis exordiis MCCXXXV, cum novi bellorum tumultus orti eſſent inter rempublicam Veronenſem & Riccardum Comitem S. Bonifacii, cum Epiſcopis Tarviſino & Parmenſi, novis legatis Apoſtolicis, rurſus B. Joannes, jubente Greg. IX ſummo Antiſtite, Veronam profectus eſt, ubi cum unioni & paci reſtaurandæ, per aliquos dies operam ſedulam impendiſſet, Veronenſes, depoſitis armis, fidem & auxilium ſummo Pontifici jurejurando polliciti ſunt. Hæc iterum ex Torello Sarayna, libro primo de geſtis Veronenſium *b*. E *b*

ANNOTATA.

a *Ea fuſiſſime proſequitur Barbaranus à cap.* 31, *ſed iis præmittit legationem alteram, de qua Muſcheta non meminit, ad pacificandos Florentinos, Senenſes &c. De qua ita loquitur Bzovius ad an.* 1236, *num.* 12: Initio hujus anni Jacobus Columna Cardinalis Præneſtinus, Urbem veterem, à Pontifice miſſus, adiit. Unde Politianum citatim profectus, Florentinis, veteribus Urbevetanorum ſociis, ad ſe petitis, diuturno bello, quod cum Piſanis ac Senenſibus geſſerant, finem impoſuit, coadjutore F. Joanne Vicentino Prædicatore, cujus indefeſſo labore, ad pacis ſtudium potiſſima Hetruriæ pars converſa eſt. *Satis patet, Muſchetam nullam ſervare rerum geſtarum ſeriem. Id vere & non ſemel prædicat*, annuntiatorem pacis *fuiſſe beatum Joannem.* F

b *Neque iſte, neque alii ſatis chronologice ſua diſponunt, & forte diſponere nequiverunt; de quibus adi Barbaranum cap.* 36 *&* 37.

CAPUT

A

CAPUT VI.

De obitu B. Joannis. De perſequutione Acciolini de Romano, ſub cujus tyrannide multi Fratres Prædicatores in carceribus dies ſuos compleverunt, fame & pædore conſumpti.

QUæ poſtea ab eo geſta ſunt, ſingula in promptu mihi nequaquam fuere. Non pauca, ſcriptorum incuria periiſſe, nemo inficiabitur. Multa de B. Joanne in annalibus Bononienſium memoriæ prodita refert F. Leander Albertus Bononienſis. Ceterum quis cuncta, quæ Paduæ, Bononiæ, Veronæ reliquiſque urbibus & locis, præcipue Galliæ Ciſalpinæ, ad Dei optimi maximi gloriam, & pro ſalute populorum geſſit, perſequi poterit? Dicat is, qui numerat multitudinem ſtellarum, & eis nomina vocat. Poſt multos labores innumeraque certamina, ad Chriſtum, cujus crucem jugiter in ſuo corpore geſſit, feliciter & glorioſe migravit. Ceterum ubi & quando, ſuo die & fato functus ſit, prorſus ignoratur *a*. Creditur tamen, vel apud infideles, ad quos edocendos tunc Fratres Prædicatores confluebant, vel potius Paduæ, in carceribus obſcuris & profundis cadaveribuſque repletis Acciolini de Romano, tyranni immaniſſimi, & fidei & Eccleſiæ Catholicæ (ut Simeon Card. Legatuſque Apoſtolicus in præſcripto teſtatur diplomate, Arimini dato MCCLXV) perſequutoris acerrimi, qui eccleſiaſticos, & qui in clauſtris vitam degebant, cum partes ſummi Pontificis & jura Eccleſiæ intrepidi defenderent, crudeliſſime perſequebatur, & eos diverſis ſuppliciis afficiebat.

Beati obitus incerto loco, modo & tempore.

B

51 Ex his unus in primis extitit B. Jordanus Forzateus Patavinus, Prior tunc temporis ſancti Benedicti Novelli, qui cum B. Joanne noſtro, de vita & miraculis ſancti Antonii de Padua, ex juſſu (ut dictum eſt) ſummi Pontificis Gregorii noni, accuratiſſime inquiſivit, antequam adſcriberetur in numero & albo Sanctorum. Eum à ſatellitibus diaboli captum, miſit Acciolinus ad oppidum S. Zenonis, quod erat in agro Tarviſino, ſub ditione Alberici de Romano, & ibi in carcere incluſum per duos annos detinuit, à quo tandem à Frederico Imperatore eductus fuit. Hujus & aliorum, qui in manum crudeliſſimi tyranni inciderant, afflictio atque anguſtia, cum ad aures B. Arnaldi Catanei, vel ſecundum alios Forzatei, abbatis cœnobii ſanctæ Juſtinæ perveniſſet, à rabie Acciolini declinans, primo Atheſte profectus eſt, deinde Ravennam, veritus, ne ſibi accideret, quod B. Jordano, & compluribus aliis (ut ſcribit Bernardinus Scardeonius in libro ſecundo ſuæ hiſtoriæ, claſſe VI & alii) & illic clanculo à notis omnibus ſeſe ſubtraxit, & latuit uſque ad Frederici Imperatoris adventum, quem apud Montem Silicem ſupplex adiit, & ejus curiam per duos menſes ſequutus eſt.

Acciolini immani tyrannide,

C

52 Tandem, intercedente Duce Saxoniæ, & abbatiæ & honoribus priſtinis reſtituitur. Verum cum inſatiabilis & impia tyranni avaritia pati non poſſet tantorum, reddituum jacturam, ubi primum abſceſſit anno MCCXLVI, B. Arnaldus captivus in carcerem trahitur & Aſili, quod eſt oppidum Tarviſinum, acerbe vinculis affligitur, ubi patienter ſuſtinens vincula & carcerem per octo annos, tandem migravit liberatus ad Dominum anno ſalutis MCCLIV *b*, quo maxima perſequutio facta eſt, ab Anſediſio Guidoto ſubpræfecto Acciolini, in Fratres Prædicatores. Jacet ejus corpus in celeberrimo templo D. Juſtinæ in arca marmorea, & inter ſanctos Martyres relatus, ſalutatur à populo. Cum B. Arnaldo multi prælati & cœnobiorum præſidentes, avaritiam & crudelem rabiem tyranni non ferentes, relicto Patavio, terga dederunt. Hujus rei non tantum Bernardinus Scard. ſed & Petrus Gerard. & alii meminerunt. Quamplurimi tamen Anſediſii Guidoti, Acciolini ſubpræfecti, & vicem ejuſdem abſentis in omnibus gerentis, crudelem manum nequaquam evadere potuerunt. Is etenim ſævitiæ & feritati animi indulgendo, & tyranni juſſa exequendo, diverſis cruciatibus innumeros viros, religione & pietate inſignes, jura Eccleſiæ tuentes, crudeliter interemit.

A. VALER. MUSCHAT. *Prælati*

b

D

53 Inter ceteros jugulari juſſit F. Alexium, Equitum Alemanorum Magiſtrum, virum valde inſignem, & tyrannidi atque inimanitati Acciolini longe infenſum. Alemani Equites tunc temporis in cœnobio D. Mariæ Magdalenæ, ad Pontem Pedochioſum, conſiſtebant, ubi nunc viget collegium Sacerdotum nominis Jeſu, quem locum, permiſſu Pauli tertii Pont. Max., Jeſuitis ceſſit, cum ampliſſimo redditu, Andreas Lipomanus Patritius Venetus, & almæ Trinitatis Venetiarum Prior. Jugulatus autem fuit F. Alexius ab ipſo tyranno anno MCCLIII Veronæ, quo Paduâ ductus fuit, una cum Carnarolo ejus fratre, qui in publico foro primo capite plexus, miſere dilaniatus fuit. Tunc Paduæ & Veronæ in Paduanos cives magnopere ſævitum eſt. Multi à jugulis carnificum gladios rejicere nequierunt. De iſtorum numero extitit Ugo [à] ſancta Juſtina, nobilis Paduanus, qui Veronæ, ubi necatus eſt, egit Prætorem anno Domini MCCLI. Ex iis etiam Albertus Vadus, nobilis & potens inter Paduanos, nepos illorum, qui prima fundamenta noſtri conventus Paduani jecerunt, atque principes Patres noſtros, pro ipſo monaſterio conſtruendo, ampliſſimo ſpatio terræ donavere, is, quod F. Alexio familiariter utebatur, de medio ſublatus eſt.

equites aliique plures,

E

54 Sub idem tempus ex Prædicatoribus, Minoritis, Heremitanis, & ceteris aliorum Ordinum non pauci, in carceres obſcuriſſimos conjecti, detenti ſunt, donec ſpiritum Domino redderent. Id non tantum Rolandinus Grammaticus & hiſtoricus Patavinus, Acciolini coævus, ſed & alii, potiſſimum vero Petrus Gerardus Patavinus, & ipſe coævus tyranni, monumentis annalium mandavere. In ea miſerrima & turbulentiſſima tempeſtate, licet Anſidiſius, Acciolini juſſa capeſſens, cujuſcumque regulæ monachos crudeliſſimis pœnis affecerit; in Prædicatores tamen fratres,

ſed præſertim religioſi,

F

Paduæ

A. VALER. MUSCHET. Paduæ per ea tempora commorantes, velut horribilis draco, venenum & virus ſuæ immanitatis evomuit; cum eos & ejuſdem Ordinis alios, præ ceteris jura Eccleſiæ invicto animo tueri animadverteret, ſciretque paucis annis ante, ſententiam excommunicationis, quam Innocentius Quartus, in Concilio Lugduni habito, tulerat in Fredericum ſecundum Imperatorem, ubique locorum mandato Pontificis publicaſſe, quod patet in diplomate dato Lugduni XII Kal. Januarii anno ſui Pontificatus tertio. Verba autem diplomatis, id atteſtantia, ſunt.

& de quibus diploma Innocentii IV.,

55 Humiles habitu & affectu dilecti filii, fratres de Ordine Prædicatorum, ſe cæleſtis mori patriæ ſic indiſſolubili vinculo aſtrinxerunt, ut hoc ſolum pro delitiis habeant, quod per ſanctitatis opera, grati oculis divinæ majeſtatis occurrant. De hujuſmodi quidem vinculi virtute procedit, ut ipſi circa ea, in quibus divini gloria nominis, & honor continetur Eccleſiæ, ac robur eccleſiaſticæ libertatis, ita prompto & indefeſſo ducantur ſpiritu, quod eis nulla formido poſſit obſiſtere: quin libere facienda ſubeant, quæ de Apoſtolicæ Sedis circumſpecta prodeunt voluntate. Nos itaque gloriantes in Domino, quod ipſe viris talibus ſuam munivit Eccleſiam, qui mori pro Chriſto diligunt, & pati pro juſtitia delectantur; fratribus eiſdem, prævia deliberatione ſolemni, ſub certa forma commiſimus, ut proceſſum contra Fredericum, quondam Imperatorem, per nos in Concilio, nuper celebrato Lugduni, ſententialiter habitum, prout ſententiæ tenor, quam ſub bulla noſtra per orbem terræ tranſmiſimus, patenter inſinuat, in locis publicent opportunis, & cetera.

PP. Prædicatores,

56 Ii ergo per omnes Venetiæ Galliæque Ciſalpinæ civitates atque oppida, contra Fredericum ſecundum, Eccleſiæ adeo infenſum atque inimicum, immanitatemque Acciolini prædicabant, tyrannidi intercedebant, avaritiæ reclamabant, & ita populos contra illum mirum in modum acuebant; quocirca Anſidiſius eos nullatenus ferre poterat, & acriter perſequebatur. Eorum non pauci, quorum nonnullos (B. Dominico adhuc in hoc ſeculo agente) Ordinem ingreſſos, nemo ibit inficias, cum multis, qui de militia Chriſti, vel de pœnitentia B. Dominici dicebantur, in carceres profundiſſimos, & omni luce deſtitutos, quæ Ziliæ appellabantur, à Zilio auctore & artifice earum, contruſi, fœtore cadaverum, potius quam dira fame, mundo penitus perierunt. Id vero accidit MCCLIV, paulo ante comitia generalia noſtri Ordinis, quæ Budæ Ungariæ metropolis, non procul à ripa Danubii, celebrata ſunt pridie Kal. Maii, ubi B. Umbertus Burgundus electus fuit Magiſter Ordinis. Non eſt igitur mirum, ſi in ea congregatione & conventu generali, poſt martyrium D. Petri Martyris, Fratres tercentum plus minus obiiſſe, coram Patribus de more recitatum eſt, ut quadam epiſtola meminit ipſe B. Umbertus. Alii vitæ maxima auſteritate; alii hæreticorum perſequutionibus, alii ſuppliciis atque cruciatibus tyrannorum, ad Chriſtum, cui ſoli placere ſtudebant, feliciter convolabant.

diris modis torquentur,

57 Horum autem beatorum Patrum noſtrorum cruciatus & necem, id immane factum, hoc cunctis ſeculis execrandum flagitium, hoc diabolicum inventum, non ſine ingenti lacrymarum profluvio commemorandum, memoriæ mandavit, cum ceteris ſcriptoribus, Petrus Gerardus Patavinus, coævus Acciolini & Anſidiſii, in libro ſexto ſuæ hiſtoriæ, ubi horum tam impiorum & ſceleratorum hominum crudelia facta, Italico ſermone, luculenter exequitur. Miror autem, nec ſatis, cum hujus auctoris hiſtoria, jam pridem impreſſa, in multa voluminum millia diſperſa ſit per totam Italiam, nullam mentionem factam eſſe ab illis, qui annales noſtri Ordinis hactenus ſcripſerunt, nec mirari deſino, cum pro fide & libertate Eccleſiæ mortem tam diram ſubierint, quod ſi eorum nomina, quæ ſcripta ſunt (ut pie credendum eſt) in libro vitæ, ignorantur in terra, non eſt tamen ſilenda eorum paſſio, nec ſilentio prætereunda mors; cum pretioſa fuerit in conſpectu Domini. Fuit ſiquidem pretioſa in conſpectu Domini, cum pro filio Dei, pro veritate, pro juſtitia certaverint, & pro libertate Eccleſiæ vitam hanc mortalem finierint.

quorum victoriæ,

58 Prædicanda igitur merito, & jure celebranda perpetuis laudibus omnino eorum afflictio & anguſtia, de qua modo gaudent in cælis, amicti ſtolis albis, ubi tabernacula juſtorum, ubi Sanctorum gloriæ, ubi fidelium requies, ubi piorum conſolatio, ubi miſericordium hereditas, ubi immaculatorum beatitudo, ubi veracium lætitia & exultatio, unde aufugit dolor, triſtitia & gemitus, ubi obliti ſunt priores tribulationes, quas paſſi ſunt in corpore ſuper terram. O ter, quaterque felices animæ, ô millies & iterum millies beati ſpiritus, qui ex hoc mari magno pervenire meruiſtis ad portum perpetuæ quietis; ex tribulatione ad æternam conſolationem; ex labore ad remunerationem; ex anguſtiis carceris ad ampliſſimum ſinum Abrahæ; ex cadaveribus ad Sanctorum animas; à fletu & lacrymis ad Angelorum choros, Archangelorumque voces; ex tenebris, ubi eſt Spiritus ſancti Illuminatio; ab exilio, ubi Chriſti regnum æternum; de miſeria, ubi eſt æterni Patris perfecta gloria atque beatus conſpectus! Veſtra brevis in obſcuris ac diris carceribus paſſio, facta eſt perpetua in cæli empyrei indeficienti luce beatitudo; lacrymas emiſiſtis in tenebris carceris, nunc ridetis in ſplendoribus Sanctorum; labores ſuſtinuiſtis inter homines, nunc medii Angelorum ſedetis.

& coronæ,

59 Sedent ſiquidem in pulchritudine pacis, in requie opulenta, apud Imperatorem ſuum Jeſum Chriſtum, veterani milites, duces fortiſſimi, de ſua jam corona & felicitate ſecuri & de noſtra ſoliciti, non enim ſicut membra carnis, ſic exuerunt viſcera miſericordiæ, nec ſic induerunt ſtolam gloriæ, ut noſtræ ſint obliti miſeriæ. Non eſt terra oblivionis, quam nunc inhabitant, quippe non eſt terra, ſed cælum. Cæleſtis habitatio animas, quas admittit, non indurat, non memoria privat, non ſpoliat pietate, ut pro Prædicatoria familia, & tota Eccleſia non orent dormientes in ſomno pacis, quam dilexere in hac lacrymarum valle viventes; recordantur fratrum ſuorum, quibus, vitam ſanctam ducentes in religione, & morientes in vinculis, reliquerent exempla omnium virtutum. Non ſunt pincernæ Pharaonis, qui noſtræ

A ſtræ anguſtiæ & captivitatis obliti ſint. Abſorpti ſunt quidem in gloria, ſed non ſunt obliti clamorem pauperum. Dolores ſuos neſciunt, cum ſcriptum ſit; Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & jam non erit ultra, nec clamor, nec dolor ullus; ac ſciunt & vident noſtros cruciatus, ſuſpiria audiunt & gemitus, atque intuentur lacrymas. Succurrunt nobis angeli; multo magis qui ex nobis ſunt, ſciunt nobis compati, in quibus & ipſi, dum viverent, paſſi ſunt.

multis elogiis, 60 Clamemus igitur ſine intermiſſione ad eos, & ad ceteros cæleſtis aulæ milites, celebremus eorum certamina, imitemur fidem, patientiæ inhæreamus, inſiſtamus fortitudini & longanimitati. Ab illis enim (ut inquit Leo Papa) ſanctorum Martyrum in veritate feſtive gaudia celebrantur, qui ipſorum Martyrum exempla ſequuntur; & hi ab eis ſuffragia non incaſſum expectant. De eorum ſanctorum Patrum numero, qui in obſcuriſſimis & profundiſſimis carceribus, immanitate Acciolini & Anſediſii tyrannorum urbis Paduanæ, cum multis aliis, præcipue clauſtralibus, qui inter fœtentia cadavera diverſis temporibus mortui ſunt, creditur fuiſſe B. Joan-
B nes, quippe qui in omnibus fere Galliæ Ciſalpinæ & Venetiæ civitatibus, maximeque Paduæ, ad tempus præfati Acciolini tyranni, ubi multoties è concione verbum Dei euangelizaſſe ſcimus, extitit acerrimus fidei & Eccleſiæ defenſor, ut ubi in ſancto Ordine Prædicatorum natus eſt Deo & Eccleſiæ, pro Deo & Eccleſia mortem hanc temporalem obierit, vitam beatam ducturus in cælis. Quidquid ſit, ille nequaquam ignorat, quem nullum latet ſecretum, qui illuminaturus eſt abſcondita tenebrarum, cujus modo oculis univerſa ſunt nuda & aperta. Sat ſit, ea à nobis ſciri, quæ de eo annalium monumentis mandata ſunt, quæ idcirco ſcripta ſunt, ne ignoremus, quanti meriti apud Deum extiterit, quanto ubique locorum ſanctitatis fulgore enituerit, quanto zelo pro ſalute animarum arſerit, quanto igne charitatis flagraverit, quod plenus lumine divinorum præceptorum, promptus ſemper & alacer ambulaverit iter rectum.

C 61 Hæc noſtra intereſt ſcire, hæc attendere diligenter debemus, hæc nobis mente *exornantur.* perpetuò volvenda, ut conſpicientes virtutum inſignia ſanctorum Patrum noſtrorum, quorum exempla præclarum ſpeculum, cunctis intuentibus relicta & propoſita ſunt, poſt ipſos iter facere ſtudeamus ad cælum, quod profecto erit, quando charitas, quæ illos urgebat & urebat, in nobis manſerit. Hæc nos evehit ad cælum, hæc nos filios Dei efficit, Chriſti diſcipulos, & D. Patris Dominici & aliorum Sanctorum imitatores. Pauca nobis hæc, quæ ſupprimebantur, licet parum appoſitè, de B. Joanne, viro doctrina & ſanctitate inſigni, miraculis præclaro, pacis annunciatore, prædicatore egregio, D. Dominici alumno, Gregorii noni nuncio, Galliæ Ciſalpinæ apoſtolo, fidei defenſore, hæreticorum malleo, limâ vitiorum, virtutum magiſtro, & de præfatis Martyribus (ſi Martyres piè nobis licet eos vocare) obiter conſcribere viſum eſt. Rogo legentes, æqui bonique facere id exile mei laboris munus, cum mihi neque aurum, neque argentum ſit ad tabernaculum ſanctæ Religionis; vel pelles capratum, vel *A. Valer* pilos arietum offero, magna atque preciosa *Muscher* munera ponere nequeo. Augeat me, per interceſſionem Sanctorum, munere ſuæ gratiæ Deus, cumulet me ſuis donis, ut quæ non valeo exterius, faciam interius, quatenus in cælis cum B. Joanne laudare poſſim eum, qui cunctos condidit Sanctos, cui honor & gloria & imperium ſit per omne ævum. Amen.

ANNOTATA.

a *De obitu Beati in Commentario actum eſt ſatis, de cetero totum caput ex eorum numero eſt, quæ parerga ſuperius diximus.*

b *Hujus B. Arnaldi Acta illuſtrata ſunt* x *Februarii à pag.* 499, *ubi, quæ ad immanem Ecelini perſecutionem attinent, pluribus deducta invenies.*

Antiquiorum de B. Joanne Vicentino Teſtimonia.

QUi de Beato noſtro meminerit, antiquior, quod ſciam, non reperitur celebri Thoma Cantipratano, illi ætate ſuppari, quem obiiſſe ferunt circa annum 1280, quemque Muſcheta plane ignoraſſe videtur. Stupenda ſunt quæ narrat, & talia, quæ à popularibus ipſis Italis memoriæ prodi debuiſſent. Teſtes ſuos adducit Cantipratanus, de quibus ſit penes lectorem judicium. Inter veteres etiam memorandus eſt Leander Albertus, cujus opus de Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum typis excuſum eſt anno 1517. Nec contemnendus Carolus Sigonius libro de Epiſcopis Bononienſibus, ibi edito 1586. Ex his tribus, ut curſim dicam, recte præcipua ſua accepit Abrahamus Bzovius, in Baronii continuatione ad annos 1218, 1232, & 1233, quem ne cogar deſcribere, fontes ipſos indigitare malui, quos ſiquis maturius expendat, conferatque cum iis, quæ à nobis hactenus dicta & obſervata ſunt, poterit nonnulla vitæ capita contexere, quæ certiora B. Joannis præclare geſta & miracula, aliquali hiſtoricæ fidei normâ complectantur. Porro ad quæ tempora determinate revocanda ſint, quæ habet Cantipratanus de Apibus lib. 2 cap. 1, à num. 3 editionis Colvenerii, ſi ultima duo miracula excipias, nemo facile divinaverit. En octo ejus articulos. F

Teſtimonium primum, Thomæ Cantipratani,

De F. Joanne Prædicatore celeberrimo Bononiæ.

QUid autem dicam de illo beatiſſimo viro, fratre Joanne, Ordinis Prædicatorum in Bononia: qui tanta miraculorum gloria refulſiſſe probatur: ut nulli antiquorum Sanctorum in hac parte inferior eſſe credatur. Inter cetera enim innumerabilium miraculorum, ſeptem, evidentiſſime probatum eſt, mortuos ſuſcitaſſe. Et credo (ſalvo meliori judicio) quod hæc per eum in tanta gloria Omnipotens ordinavit, ut hæretica pravitas, quæ miſerabiliter partibus illis invaluit, confundatur: necnon etiam vehementer opinor, ut *Quod ſeptem mortuos ad vitam revocaverit.*

Ex CANTIPRAT.

Ordo Prædicatorum, qui nuper ibidem oriri, quasi clarus horizon inceperat, in totum mundum plenius coruscaret. Hinc est, quod de ipso beatissimo Viro pauca, sed solemniora miracula scribere cogitavi: quæ quidem testatissima veritate, per totam Lombardiam probata sunt & vulgata.

Quod ferocem equum domuerit.

3 Igitur, cum dictum venerabilem fratrem Joannem miraculorum gloria & opinio solemnis hominum extulisset, populus innumerabilis prædicationem ejus quotidie sequebatur: ita quod pedes ambulare non posset: cum unusquisque fere eum tangere, vel partem vestimentorum ejus pro benedictione capere niteretur. Ergo cum in quadam villa, congregato innumerabili populo, prædicasset, & pedes exire nullatenus potuisset, mandavit cuidam Præposito vicino, ut ei equum, ad transeundum in villam aliam, transmitteret. Remandavit ergo ei dictus Præpositus, quod nullum equum haberet, nisi illum, qui neminem sessorem reciperet; nisi se proprium Dominum, vel eum, qui equi curam gereret ex antiquo. Ut ergo nuntius hæc retulit sancto Fratri, renuntiat Præposito, ut equum sibi quantumcumque transmitteret insolentem.

B Favet igitur Præpositus, transmittit equum, fere omni belua crudeliorem. Nec mora, ut vidit Vir beatus frementem acerbius, fronti illius crucis characterem imprimit, dicens: Mitiget te Christus, princeps pacis. Mira res, stupendum miraculum. Mox spectante omni populo equus in mansuetudinem versus, flectit genua, & dorsum habilitat ascendenti. Mirante populo, ascendit Frater, & omnibus valedicens, properat ad optata, equumque remittit Præposito: sed mansuetissimum velut agnum. Præpositus vero factum interim, vulgante fama, perceperat; equumque remittit dicto Fratri, in hæc verba demandans: Absit à me, ut ego indignus equum ascendam ulterius, in quo Deus tantum miraculum demonstravit: vos autem illo, ut vobis libet, utamini. Ex illo ergo die, usque in longum tempus & annos plures, sanctus Frater equo usus, nec illum umquam ascendit, quin equus genua flecteret ascensuro.

C *Quod Bononiæ in honore habitus, calumnias depulerit.*

4 Quodam tempore moram fecerat dictus Frater in proxima regione, prædicatione & miraculis villas & civitates illustrans. Ut autem civitas Bononiensis approximantem audivit, occurrit ei nobilium & magnatorum, civium & populorum innumerabilis multitudo: qui nescientes aliquid majoris honoris impendere, pannum sericum, in quatuor hastis, supra sanctum Virum, in magno laudis jubilo deportabant. Nec erat reniti facto, nec hæc facientibus inhibere, cum frequenter in talibus ratione careat obsita multitudo. Hæc vidit diabolus, & invidit, instigatque quemdam nefarium, qui hoc Gregorio Papæ velocissime nuntiaret; addens, quod se frater Joannes pro Apostolico gereret, qui equo albo incederet, & super se pannum sericum faceret deportari. Mox Papa, citius quam decuit, verbis credens, demandat Cardinalibus & Prælatis, qui tunc aderant in vicino, ad curiam convenirent. Quibus præsentibus refert Apostolicus quæ audivit, nititurque in dictum fratrem Joannem excommunicationis sententiam promulgare. Aderat autem tunc sanctus Mutinensis Episcopus, qui Domino Papæ coram omnibus dixit. Non decet, Pater sancte, in talem virum accelerare sententiam, nisi prius ea, quæ narrata sunt, diligentius investigata fuerint & probata. Cui Papa: Mihi satis constant, quæ dicta sunt, nec ullo modo à ferenda sententia retardabor. Quod ut vidit dictus Mutinensis Episcopus, rogat coram omnibus sibi textum Euangelicum exhiberi, positisque tribus articulis super textum, dixit: Juro in hæc sancta verba, quod propriis oculis vidi, dum frater ille Joannes, de quo sermo est, prædicaturus in populo exedram ascendisset, quod Angelus Domini de cælo descendens, crucen auream fronti prædicantis infixit: & addo, quod hæc nulli hominum revelassem, nisi se casus iste, ad evitandam verecundiam Domini Papæ, & sanctæ curiæ Romanæ, & excusandam innocentiam sancti Viri, casus, inquam, tam necessarius obtulisset. Ad hæc igitur verba in lacrymas effusus Papa, mitigatus est, & missis nuntiis in Bononiam, relationem falsissimam comprobavit. D

Quod vinum è dolio effusum restituerit.

5 Venerabilem Reginaldum, Abbatem quondam Blesensem, narrantem audivi, quod dictus frater Joannes oppidum quoddam intraverat, & occurrit ei ac sequebatur infinita hominum multitudo. Quem ut transeuntem vidit mulier, quæ in cellario stabat, & vinum trahebat è dolio, cum clepsedra * in manu oblita, in plateam cucurrit, & avidis oculis sanctum Virum non modico spatio properantem inspexit. Ut ergo ad se retraxit oculos, invenit clepsedram in manu sua, currensque ad dolium, totum vinum per cellarium effusum vidit. Consternata ergo ultra quam credi posset, quia virum suum crudelissimum exhorrebat, cucurrit post servum Dei, & apprehenso pede ejus. cum clamore valido & lacrymis narrat eventum casûs, & quantum sibi ex hoc, ex crudelitate viri, periculum immineret. Tum frater compatiens mulieri, benedixit illi: & præcepit, ut revertens, in Domino secura mente confidat. Mirare lector, quod gestum est. Revertitur mulier ad cellarium, dolium totum repletum invenit, siccam aream cellarii, nec in sola gutta vini solo tenus humectatam. Ad evidentiam autem tanti miraculi, ipsum dolium in fronte ecclesiæ dictus Abbas, à quo hæc percepi, suspensum vidit. E

* *id est*, epistomio.

F *Quod aquila eum fuerit comitata.*

6 Idem qui supra Abbas venerabilis, aliud mihi retulit, quod ipse vidit. Arabat rusticus in agro, aquilam eminus vidit in cespite quiescentem. Expecta, inquit; expecta, ô aquila; Adjuro te per fratrem Joannem, & te captam, ipsi sancto Viro statim, reducto aratro; præsentabo. Nec mora, rusticus, reducto aratro, expectantem aquilam accipit, & sancto Viro, quasi mansuetissimam præsentavit. Hanc aquilam dictus venerabilis Abbas sequentem beatum Virum, ubicumque locorum ibat, vidit, & de villa ad villam post eum per aëra volitantem. Ubicumque in populo, editiori loco stans, convenientibus prædicabat; aquila juxta eum captabat locum. Et finito sermone, mox ubi populo benedixit, alas aquila cum mirabili tripudio elevabat, & frequentibus motibus aëra concitabat: quasi per hoc, suo modo benediceret Creatorem.

Quod serta rosacea excommunicarit.

7 Quidam frater Ordinis Prædicatorum de Dacia, Nicolaus nomine, mihi retulit quæ narrabo. Erat frater auditor legum in Bononia, adhuc in seculo constitutus, cum hæc vidit quæ retulit. Stetit frater Joannes, & concurrenti

A renti civitatis pópulo prædicabat. Vidit autem & doluit; & vidit, quod ſertis ex roſis totus fere circumſedebat populus coronatus. Finito ergo ſermone, dixit omnibus, pudeat membra fidelis populi roſis aut floribus ſub ſpinato Chriſti capite coronari. Et addidit: Excommunico ſerta roſarum, non populum, ſed ſerta, quibus ille utitur in peccatum. Deſtitit ergo populus, à majore uſque ad minimum, portare ſerta: nec fuit aliquis, qui auſus fuit tranſgredi verba Sancti. Poſt nonnullos vero dies, nuptiæ celebrantur in urbe: aderat & puer junior, qui ſertum ex roſis tantum portabat in manu. Quod ut vidit adoleſcens quidam ſuperbus & accuratus, rapuit ſertum ex manibus pueri, & contumax poſuit ſuper caput. Nec mora, flamma edax ſertum invaſit: & antequam illud adoleſcens deponere poſſet, omnes ejus capitis crines exuſſit. Converſus ergo populus in ſtuporem, ſancti Viri verba timere didicit, & in factis ejus Dominum per omnia
B benedixit.

Quid ei acciderit in elevatione S. Dominici.

8 Præterea, fratre Ordinis Prædicatorum narrante, cognovi; dictum Fratrem Joannem venerabilem elevationi corporis Dominici cum ceteris fratribus in Bononia interfuiſſe. Poſito autem quodam Epiſcopo Cardinali, ex parte capitis in elevatione corporis ſacri, dictus Frater Joannes poſitus eſt ad pedes. Et ſubito facta eſt mirabilis & inexcogitabilis converſio; ut ipſe frater ad caput, Epiſcopus vero ad pedes ſubito videretur. Repoſitus eſt autem Epiſcopus ad caput, & frater ad pedes; iterumque ſubito converſio facta eſt, ſtupentibus univerſis. Quis autem dubitat, in hoc facto ſancti Viri merita divino judicio placuiſſe, qui eum, in digniore parte corporis ſacri, Epiſcopo prætulit collocandum?

Pica reſpondet ex ventre iſtius, qui eam voraverat.

9 Vulgatiſſimum miraculum referebatur ſub anno incarnationis Domini MCCXXXI. Pica erat in domo hoſpitis, qui ſanctum Virum recipere ſolebat, quæ humana verba loqui docta, ſanctum Virum præcipue diligebat. Servus autem quidam in domo clam picam occidit, clamque comedit. Introgreſſus ergo Vir ſanctus hoſpitium, clamavit ad picam: ubi es nunc amica mea, ubi es? Nec mora, de ventre comedentis reſpondit: Aſſum, aſſum. Mi-
C rantibus omnibus, vulgatum eſt verbum; concurrunt populi, de ventre comedentis pica diebus plurimis loquebatur.

Teſtimonium II, *Leandri Alberti.*

S. Joannis elogium,

L*Eander Albertus lib. 5 de Viris illuſtribus fol. 184 verſo, hoc B. Joanni elogium concinnavit.* Joannes Vicentinus, vir ſanctitate admirabili præditus, ac verbi ſacri concionator inſignis, Patavii ſub patre Dominico togam religionis ſumpſit, in qua ſacris initiatus, cognomen, tempore procedente, ſanctitatis ob ejus ingentes virtutes promeruit. Sic vehemens in concionando fuit, ut cum aliquando in frequenti populo Bononiæ concionaretur, invectus eſt in uſurarios ſacrilegos, tam acri vultu, rigida fronte, geſtu & voce, præcipueque in Landulphum publicum, ut communi civitatis conſenſu tunc itum ſit ad ejus ædes, maximo cum populi clamore, & ſpo- A. VALER. MUSCHET.
liatæ direptæque fuerint, Landulpho extra urbem cum lapidibus ejecto. Et cum Bononia maximis agitaretur factionibus, ad concordiam revocavit. Luxurioſum mulierum ornatum cohibuit. Urbis inſtituta meliora fecit. Decuit occurrentes, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſe mutuo ſalutare. Multos ægrotos viſitans, ſigno ſalutiferæ crucis priſtinæ ſaluti reſtituit. Plures etiam ægrotos, humano deſtitutos auxilio, ſanavit. Pridie Idus Maii urbem nudis pedibus, tam religioſos quam laicos, luſtrare juſſit: divique parentis Dominici ſacrum corpus, humi collocatum, in arcam marmoream extolli fecit. Poſtea, cum Bononia diſcedere paraſſet, advocata populi concione, cives ad concordiam, pacem & honeſtatem facundiſſime eſt cohortatus. Et illi oranti, omnibus conſpicientibus, crux in fronte apparuit. Apparuit etiam ſidus fulgentiſſimum ſuper eum: quin & aliquando crux ſuper caput ejus viſa eſt; & aliquando angelus ad aurem ei loquens; quæ quidem
E res multos ad pœnitentiam revocavit. Tandem in Galliam Ciſalpinam profectus, claruit multis miraculis. Quo autem tempore diem ſuum obierit, compertum non habeo. Annales noſtræ civitatis plura narrant de tanto Viro. *Hæc ibi.*

Prædictio de electione Generalis.

11 *Alio autem loco nempe lib. 1 fol. 38 verſo, agens de electione Joannis Vercellenſis, totius Ordinis Magiſtri generalis, ordine ſexti, facta Pariſiis anno* MCCLXIV, *aliud prodigium memorat à Beato noſtro coram numeroſa populi concione, oſtenſum. Textum ejus reddo:* Galvanus Flamma Mediolanenſis, Frater Ordinis noſtri, in Chronica ſua unum refert, quod minime prætereundum duxi. Patribus congregatis in dicta ſynodo generali Pariſienſi, pro præſide eligendo, ut moris eſt, Joannes Vicentinus, vir ſanctitate præditus, Bononiæ concionans populo, ſic orſus eſt: Nunc inſtat Pariſiis præſidentis noſtri primi electio, & coram delata ſchedula vacua, juſſuque ſuo in depoſito poſita; cras, inquit, præſidentis delecti nomine inſcriptum invenietis. Haud falſus vates fuit, porro, ut prædixerat, inventum eſt. *Ita Leander; ex cujus Annalibus Bononienſibus, ſupra citatis, puto Carolum Sigonium deſumpſiſſe quæ ſequuntur, libro hiſtoriæ ſuæ ſecundo pag.* 108, *ubi narrata morte S. Dominici, quæ* F *cadit in* VI *Auguſti* MCCXXIII, *ſic proſequitur.*

Teſtimonium III, *Caroli Sigonii.*

Aliud elogium,

DEcennio autem inde interjecto (*intellige ab obitu S. Dominici*) F. Joannes Viceti-nus, vir pietate & concionandi laude inſignis, in urbem venit, ac populum concionibus erudire ingreſſus, adeo homines mira doctrinæ & ſanctitatis ſpecie cepit, ut brevi univerſam civitatem in poteſtate habuerit. Itaque urbani, agreſtes, artifices, militeſque cum vexillis & crucibus, religionis pleni, vulgo eum ſequebantur; ei uni ſe dabant, in ejus arbitrio ſe eſſe profitebantur; nullaque lis erat, quæ non per eum facile dirimeretur; nulla diſcordia, quæ non ſedaretur. Quin etiam idem, carcere patefacto, obæratos omnes, ipſo non ſolum patiente, ſed etiam annuente magiſtratu, dimi-

Ex Sigon. fit : novas tabulas æquiſſimis creditorum animis intulit, egregia inſtituta multa in civitatem induxit, quorum memorabile illud, ut in omnibus ſalutationibus familiaribus, ſalus à Deo nuntiaretur ; ut matronæ limbos aureos & ſerta laſciviora, & redimicula pretioſa dimitterent, ac capite velato prodirent : leges civitatis, conſenſu ejus correxit. Pridie Idus Maii ſupplicationem per urbem, ſolenni cum pompa agens, univerſam ſecum civitatem traxit, nudis pedibus incedentem. Poſt biduum, cum in concilio ſtaret, atque ibi verba de civium concordia faceret, viſus eſt è fronte lumen effundere, quod divinitatis argumento acceptum, multo magis auctoritatem ejus adauxit. Alio die pro concione, cum in fœneratores agere inſtituiſſet, ſic vehementia atque aſperitate concionis ſuæ populum incitavit, ut mox tumultu facto, ad ædes Landulphi cujuſdam fœneratoris inſignis cucurrerit, eaſque, malum Landulpho imprecans, diſturbarit. Jam vero cum oſſa Beati Dominici, humili atque obſcuro in loco recondita, haudquaquam eam ſedem tenerent, quæ ſanB ctitati hominis conveniret, auctor fuit, ut inde eruerentur. Ea vero res geſta eſt in hunc modum &c. *Sed ea huc non ſpectant.*

& mirabilis converſio Boncampii.

13 *Nec prætermiſerim adjicere ea quæ idem Sigonius pag.* 118 *ex Leandro refert de Joanne Boncampio, poſtea Bononienſi Archiepiſcopo.* Forte, *inquit*, die quodam eum contigit ad concionem Joannis Vicetini, viri eloquentiſſimi ac ſanctiſſimi acceſſiſſe, in frequenti populo in foro concionantis, equo albo vectum, veſtibus pretioſis indutum, torqueque aurea ornatum, tota admirante civitate, S. Michaëlis templum adiit, & togam noſtræ religionis (*loquitur Leander*) induit anno MCCXXXIII.

Ex Mauriſii, Sancto æqualis, hiſtoria

14 *Hæc omnia pridem collecta, deſcripta & prælo parata fuerant, dum aliud agens, ibi nonnulla plane authentica de B. Joanne reperi, ubi minime quærenda exiſtimaſſem. Ecquis enim inter ſcriptores Rerum Brunſwicenſium, auctorem exſtare ſibi fingeret, qui Beati illius, Itali genere, geſta aliqua litteris conſignaret? At qui tamen tomo* 2 *editionis Leibnitianæ à pag.* 23, *illic traditur* Gerardi Mauriſii hiſtoria diſſidiorum Marchionis Eſtenſis cum Ecelino Romano, *in qua pag.* 40, *ſub hoc titulo*, De fratre Joanne Vicentino, viro valde religioſo, *varia narrantur ab hiſtorico ſynchrono, & rerum ipſarum teſte oculato, quæ vitæ & elogiorum ſcriptoribus ignota fuiſſe, ex toto contextu perſpicies: illud imprimis, quod ſupra in commentario curſim inſinuavi, B. Joannem, non* Patavinum, *multo minus* Bononienſem; *non* ex Scledorum familia, *ſed* civem Vicentinum & Manelini cauſidici filium *fuiſſe. Ne ſingula ſeorſim recenſenda, aut denuo expendenda ſint, totum hiſtoriæ Mauriſianæ textum hic adnecto. In hunc modum ſcribit Mauriſius :*

C

habentur patria & patris nomen.

15 Interim apparuit quidam F. Joannes de Ordine Prædicatorum, civis Vicentinus & Manelini cauſidici filius, vir valde religioſus, de quo mira, ſed in ſcena teſtificata loquar. Inauditum eſt enim, quod à tempore noſtri Domini Jeſu Chriſti, in nomine ipſius per alicujus prædicationem tot fuiſſent inſimul homines congregati, quot & quantos ſub occaſione pacis fiendæ ipſe congregavit in unum, unanimiter Jeſum Chriſtum laudibus & hymnis magnificantes. Venit enim primum Paduæ, & prædicando pacem, de omni diſcordia, quam habebant, compromiſerunt in eumdem, ſuo arbitrio determinandis. Venit Terviſio, fecerunt Terviſini illud idem. Sic fecerunt Feltrini & Bellunenſes. Sic quoque Domini de Camino, ſic & illi de Coneglano, & idem fecerunt Domini de Romano. Idem quoque Vicentini, Veronenſes, Mantuani, Brixienſes & Comes S. Bonifacii, & ejus pars univerſa. Tantam habuit poteſtatem ſuper omnes, quod in omni civitate, ſtatutis ipſarum acceptis, ſuo emendavit arbitrio, addendo & detrahendo. Captivos autem, ubicumque fuerant, dimitti fecit. Et ſtatuit certum terminum pro pace facienda & firmanda apud civitatem Veronæ, præcipiendo prædictis civitatibus & perſonis, quod eſſent tunc ibi coram eo, pro prædicatione audienda & laudum pacis intra omnes. D

Deſcribitur concurſus mirabilis

16 Fuit ibi Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Terviſium, Feltrini & Bellunenſes, & Domini de Romano, & illi de Camino : Paduani, & de aliis civitatibus, caſtris & villis homines & feminæ innumerati. Fuit & ibi Aquilegienſis Patriarcha cum omnibus Epiſcopis prædictarum civitatum. Fuit ibi Marchio Eſtenſis, & frater Jordanus : Presbyteri quoque & clerici, milites & populares : omnes fere iſtarum civitatum inermes, & cum E vexillis cruciatis fuerunt ibidem. Tanta fuit ibi innumeroſa multitudo, quod (ſicut dictum eſt) à tempore Jeſu Chriſti in huc, per alicujus prædicationem tot non fuerunt congregati in unum : & in reverentiam ipſius pro majori parte fuerant diſcalceati. Erant quoque civitates cum Carrociis ſuis quam plures.

ad prædicationes de Pace.

17 Prædicavit intra illos, & (quod eſt mirabile) vox illius ab omnibus audiebatur mirabiliter & clariſſime. Facta prædicatione, pacem pronuntiavit & laudavit intra omnes, & ordinavit tunc matrimonium intra Dominam Adelentiam, filiam Domini Alberici de Romano & Raynaldum filium Eſtenſis. Cujus dictum ab omnibus cum magnis laudibus fuit gratiſſimè confirmatum. Ipſe autem tranſgreſſoribus anathematis pœnam & Jeſu Chriſti indignationem, & omnem maledictionem indixit : conſervantibus autem, Dei omnipotentis gratiam & ſuam benedictionem conceſſit, & ſic revertuntur ad patriam, quiſque F ad locum ſuum, magnificantes Deum & eidem gratias referendo. Multi enim mortales inimici, proprio motu pacem faciendo, oſculabantur ad invicem, prædicatione ipſius ad hoc inſpirati; habebatur enim quaſi propheta per omnes. Hujus etiam tanta fama erat, quod etiam Dominus Apoſtolicus reverebatur eidem. Nec mirum, quia fratres Minores publice prædicabant (ſicut & egomet ipſos audivi prædicantes apud eccleſiam Majorem civitatis Vincentiæ) quod ejus precibus & orationibus decem fuerant mortui ſuſcitati, & à languoribus ſuis infirmi per orationes illius mirabiliter curabantur.

Alia munera Vicentiæ & alibi exercens.

18 Hoc facto, venit idem frater Joannes Vincentiam, & dixit in pleno concilio, quod volebat eſſe Dux & Comes illius civitatis, & omnia ſuo arbitrio diſponere, quod totum ei laudatum fuit atque conceſſum. Unde tunc acceptis ſtatutis civitatis, ſicut voluit, emendavit,

davit, addidit, detraxit. Et Vicentini ſperantes, quod removeret & poneret ibi aliam communionem, per quam utraque pars communiter regeretur : ipſe, hoc prætermiſſo, factis ſtatutis & ordinamentis, ivit Veronam, ibique ſimiliter petiit Ducatum & Poteſtariam illius terræ, quod factum eſt & conceſſum eidem. Fecit venire Comitem & partem ipſius in civitate : accepit obſides ab utraque parte : accepit in ſe caſtrum S. Bonifacii & caſtrum Illaxii, & Hoſtiliam & omnes munitiones, ſicut voluit. Hic perſecutor fuit ibi hæreticorum, ſic, quod plures comburi fecit. Pluribus diebus rexit civitatem, habendo ſe Ducem atque Rectorem, & tamquam Dux & Rector multa præcepta fecit & ſtatuta. Tandem elegit Nicolaum in Poteſtatem Veronæ, de Venetiis civem. Cum autem multum redargueretur, quod ſic reliquerat civitatem Vincentiæ, Poteſtate non mutata, & vellet habere Ducatum ibi ſibi conceſſum, Ugutio Pilii, & illi de Camino & Paduani, conſilio fratris Jordani *a*, cujus conſilio Paduani regebantur in totum, induxerunt Poteſtatem Vincentiæ & partem contrariam illis de Romano, ad contradicendum eidem fratri Joanni. Et ſic fecit venire Poteſtas cuſtodes cives Paduæ, & munivit civitatem fortius ſolito. Hoc audito, frater Joannes, minus caute & cum parva militum quantitate, venit ad civitatem Vincentiæ, cui obviavit maxima populi multitudo. Ipſe autem credens habere favorem atque conſtantiam populi in propria perſona, cœpit ire per civitatem, petendo domos, turres & munitiones ſibi dari.

à Patavinis turbatur,

19 Cum autem veniſſet ad domos filiorum quondam Domini de Zachame, illi ſibi rebelles extiterunt. Venit ad domum communis turba, quæ ſequebatur ipſum, & capta Poteſtate, ſuis judicibus & familia, & expoliatis & deſtructis libris ſtatutorum & forbannitorum *b* communis Vincentiæ, deſcenderunt de domo, Poteſtate & ſua familia relictis expoliatis. Interim venerunt Paduani cum Ugutione Pilii & adverſa parte illorum de Romano, & in ipſum fratrem Joannem, ad palatium epiſcopatûs, ubi erat, fecerunt inſultum, & bello commiſſo, captus eſt frater Joannes, & ſui omnes verſi ſunt in fugam. Veronenſes autem audito, quod captus erat frater Joannes, exiſtimantes, quod conſilio Comitis de S. Bonifacio & ſuæ partis illud factum fuiſſet, ceperunt omnes, qui venerant ad civitatem, de parte Comitis, qui fuerunt alicujus valentiæ; ſed reverſo fratre Joanne, & invento, quod culpabiles non fuerant, omnes dimiſſi fuerunt in continenti. Ipſi autem timore perterriti, fugiunt omnes de civitate. Ipſe autem frater Joannes regit civitatem, ſicut poteſt, ſua Poteſtate ibi poſita pro nihilo reputata. Obſides autem Monticulorum & ſuæ partis, hoc audito, clam & occulte reverſi ſunt ad civitatem. Ex Maur.

20 Inſtat nunc Comes, quod ſibi reddat obſides ſuos, & caſtra ſimiliter : frater autem Joannes munierat caſtrum Hoſtiliæ per Bononienſes, & caſtra Comitis & Illaxii per amicos ſuos Vicentinos. Caſtrum Calderii & caſtrum S. Bonifacii reſtituit Comiti, quamvis fuiſſet fictitiè factum, quaſi invitis cuſtodibus fuiſſet ablatum. Item obſides eidem reſtituit. Caſtrum Illaxii reſtituit Veronenſibus; ſed caſtrum Hoſtiliæ non reſtituit Veronenſibus, ſicque dimiſſis Veronenſibus & Vicentinis, ivit Bononiam, & ſic Ugutio Pilii & Paduani, conſilio fratris Jordani, & illi de Camino fregerunt pacem fratris Joannis; ſicque pro nihilo reputatum eſt factum fratris Joannis. Hoc totum propterea creditur acceſſiſſe, quod ambitioſe petiit Ducatum ab hominibus, contra dictum Salomonis, qui dixit; Non petas Ducatum ab hominibus. *& Bononiam recedit.*

ANNOTATA.

a *Pro affectu loquitur Mauriſius, dum in ſanctos viros Jordanum & Joannem, & hîc & infrà paulo videtur iniquior.* Hypocrytam *vocat B. Jordanum pag.* 47; *Antonius Godius, ſcriptor item Vicentinus,* pſeudoprophetam *dicere auſus eſt. Non ita de ipſo ſenſit Muſcheta ſuperius in B. Joannis vita variis locis. At B. Jordani vindicias fuſius proſequitur Illuſtriſſimus vitæ ejus ſcriptor Jacobus Philippus Tomaſinus, Civitatis novæ Epiſcopus. Ea Utini Italicè edita eſt an.* 1650, *in qua à cap.* 16 *diſtincte explicantur, quæ ex Mauriſio non niſi confuſe intelligis. Hæc obiter de B. Jordano notata ſint, ex profeſſo diſcutienda ad diem* VII *Auguſti, quo à popularibus Patavinis, apud ſanctimoniales Benedictinas, ubi ſacrum corpus miraculis coruſcat, ſolenni veneratione feſtivitas ejus celebratur.*

b Liber forbannitorum *hîc indicari videtur, in quo exules inſcripti erant, quales* Banditos *hodie appellant, quorum numerum, per eam turbatiſſimam tempeſtatem, non exiguum fuiſſe oportet.*

A D

DE B. PETRO DE LUXEMBURGO

S. R. E. CARDINALI, EP. METENSI.

AVENIONE IN GALLIA.

J. P. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Illuſtriſſimi B. Petri natales, prima ætas, præmaturus Parentum obitus, educatio ſub proxima conſanguinea, votum virginitatis an ab eo emiſſum, ejus fratres ac ſorores.

AN. MCCC-LXXXVII. B

Illuſtriſſimi B. Petri natales,

Illuſtriſſima Comitum Luxemburgicorum familia, generis ſplendore, ſtirpis antiquitate, & heroum, omnibus laudibus cumulatiſſimorum numero, quos ipſa in ſuis nobiliſſimis faſtis, per tot retro ſecula continenter ductis, læta recognoſcit, inter omnes Europæ proceres adeo caput erigit, ut vix ulli alteri ſit ſecunda. Bohuſlaus Balbinus noſter Miſcellaneorum parte altera lib. 7, ſect. 2 de Regibus Bohemiæ, exhibet tabulam genealogicam ſtirpis Luxemburgicæ, ex qua quatuor Bohemiæ reges habuit poſt Rudolfum Auſtriacum. Stipes ſtirpis Luxemburgicæ, vulgo de Ligni ſeu Linei nuncupatus, cujus B. Petrus *noſter fuit ſurculus, ejuſdemque ſtipitis deſcendentes exhibentur apud Rittershuſium in Genealogiis. Varios quoque eadem familia majoribus ſuis Imperatores annumerat; de quibus conſule vitam recentiorem, poſtea dandam, & ſi plura diſtinctius noſſe deſideras incomparabilis hujuſce familiæ decora, adi genealogiographos. Nam præter noſtrum inſtitutum agerem, ſi diutius ſimilibus inhærerem.*

Parentes,

2 *Ex præclariſſima itaque iſta familia ortum duxit* B. Petrus *noſter, parentes nactus Guidonem de Luxemburgo, primum Comitem Linæi & de Rouſſiaco, ac Caſtellanum Inſulenſem; matrem vero Mathildem de Chaſtillon, quæ marito ſuo, S. Pauli in Arteſia comitatum, &* C *Fiennæ dominium in dotem attulit; non tantum (verba do auctoris antiquæ vitæ num. 2)* ex ſtirpe imperiali regalique prodeuntes, *verum etiam integritate vitæ, morum probitate, ac raro inter perſonas ſeculares inſignium virtutum exercitio ſpectatiſſimos, uti pluribus docet proceſſus formatus pro canonizatione* B. Petri *cap. 1 à num. 30.*

prima ætas.

3 *Erat beatus Adoleſcens noſter, angelicam in mortali corpore nactus indolem, annis juvenis, animo vir; mundo præcox, at cælo maturus; eâ præditus ſuavitate morum, eâ innocentiâ vitæ, eo ſtudio virginitatis, ſubmiſſionis, modeſtiæ, orationis, miſericordiæ erga pauperes, obedientiæ, rerum ſpiritualium æſtimatione & curâ; ut non dubia jam tum futuræ ſanctitatis ſpecimina ediderit; & conſummatus in brevi, expleviſſe dicendus ſit tempora multa, placitâ ejus ac dilectâ Deo animâ ad cæleſtes epulas præmaturè evocatâ. Verum quam laudabiliter primæ ætatis tempora tranſegerit, cum pandat utraque vita ac proceſſus; inchoatam hanc telam præcido, ibidem pertexendam.*

4 *A natali beati Adoleſcentis, qui incidit in* XX *Julii* 1369, *currebat annus tertius, uno dumtaxat menſe cum duobus diebus inchoatus, videlicet* 1371, *ac dies* XXII *Auguſti, quando immaturo funere cæleſtis Pater patrem illi terrenum eripuit, interemptum in famoſo prælio Beſwileriano, inter duo flumina Rhenum & Moſam commiſſo; qua de cauſa, quibuſcum, quâ fortunâ dabit Chriſtophorus Browerus noſter Annal. Trevirenſ. lib.* 17, *ubi diem mortuarium Domini Comitis S. Pauli, quem patrem pii noſtri Juvenis dicebamus, affigit pariter anno* 1371, XI *Kal. Septembris. Do ejus verba:* Infeſtiſſimis armis concurſum apud Beſwilerium inter duo celeberrima flumina, Rhenum & Moſam, tantaque nobilium cæde conflixere acies, ut ſtratos ex horum numero ſeptingentos, bis mille captos percrebuerit. . . . . Occiſus Guido, Comes S. Pauli, qui cum Roberto Namuræo, [&] Petro Barrenſi ab Lutzelburgio ſtabat. Ejus filius Valeranus in manus hoſtium lapſus. *Ex immatura Patris ejus morte,*

5 *Dicta mortis epocha ſolidius etiamnum probatur ex Froiſſarto, optimæ notæ hiſtorico, & ætate vel ſynchrono vel ſaltem proximo, qui volumine tertio pag.* 252, *verbis inferius num.* 76 *inter inſigniora Beati noſtri elogia, citandis, perſpicuè declarat, illuſtriſſimum Dominum Guidonem prælibatum, in prælio Juliacenſi peremptum, exſpiraſſe. Per prælium autem Juliacenſe hîc deſignari Beſwilerianum, à vicinitate oppidi Juliacenſis etiam Juliacenſe appellatum, nemo geographiæ vel tantillum peritus, in dubium revocaverit. Eidem epochæ ſubſcribit Rittershuſius in Genealogiis, aſſe-* F *rens, ſæpe dictum Dominum Comitem è medio ſublatum* ad Barſwilder XXII Auguſti MCCCLXXI. *Nullum itaque dubium ſupereſſe poteſt, quin occaſione, tempore & loco jam aſſignatis beatus Adoleſcens Parentis ſibi chariſſimi jacturam fecerit, annis utique natus duobus cum unico menſe ac duobus diebus.* anno 1371,

6 *Vide jam, quam aptè cohæreat cum hac epocha miraculum ſplendidiſſimum, ac virtute multiplex, ab Henrico Alby in vita beati Petri, à ſe edita, & poſtea à nobis proferenda, tanto verborum ambitu, tanta dicendi prolixitate exornatum cap. 1 à num. 4; ubi exponit accerſitum à Patre ſuiſſe* Petrum, *quem, conſideratis adjunctis narrationis, videtur ſupponere id ætatis tum fuiſſe, ut eſſet capax dandi ſpecimen eorum, quæ ſub diſciplina præceptoris didicerat. Deinde ſubjungit eumdem* Petrum *ſublevandæ pauperum mendicorum indigentiæ tenerrimè affectum, edulia clanculum è cella* probatur non ſubſiſtere miraculum,

A *è cella penuaria, è culina, ex olla ænea, igni superimpositâ, prout fors offerebat, subduxisse ad subveniendum inopiæ illorum. Interea dum quadam vice ita casu ferret, ut carnes pio furto raptas, portaret in gremio ad pauperes, dicit idem Auctor mutatos fuisse in rosas, intaminata veste, in qua deferebat, ac patre, qui de improviso intervenerat, id inspectante, & rei novitatem admirante. Quæ omnia, uti & interrogata patris, quibus adde responsa filii gratiosa, ut ibidem referuntur, & apposita, aliasque mirabiles prodigii circumstantias lector inveniet loco citato.*

de mutatis in rosas carnibus,

7 *Verùm enimvero non apparet quo pacto illa omnia potuerint contingere nisi piissimus Adolescens fuerit tum temporis annorum circiter sex aut septem, ut minus: atque adeo id ætatis convixerit suo patri, qui eum in facto deprehendit ac reprehendit. Jam verò cum mors sæpe dicti patris fuerit immaturior, quam ut cum anno sexto vel septimo* Petri *possit combinari, atque adeo cum memorato miraculo, & mirabilibus ejus adjunctis componi; non video quomodo ex ea saltem parte plane non corruat veritas; nisi nova miracula adstruas, quæ non sunt multiplicanda absque certitudine, nec admittenda absque sufficienti fundamento.*

B ab Albio narratum;

8 *Erravit itaque Albius ex ignoratione epochæ chronologicæ à nobis expositæ; primò, dum loco supra allegato refert,* B. Petrum *simul cum suo præceptore accitum jussu patris Guidonis, quasi capacem jam tum, ut specimen daret, quam benè sub institutione præceptoris profecisset. Secundo dum prælibatum miraculum connectit cum adjunctis non cohærentibus ac supposito falso majoris ætatis filii ac vitæ patris, quod utrumque jam refutavimus, & clarius patebit in tantilla* Petri *ætate id fieri non potuisse, inspicienti vitam Albianam à num.* 4. *Tertio dum scribit beatum Confessorem à patre suo missum fuisse Parisios studiorum causâ. Quarto dum refert, eumdem Guidonem è vita migrasse eo tempore, quo* Petrus *penè confecerat philosophiæ curriculum. Quinto denique dum* Petro *vix trimulo, dicit præmaturo obitu ereptam fuisse matrem, patre post illam superstite, & prolium educandarum in partem, proximam consanguineam, de qua mox, advocante.*

multimodis hîc hallucinante;

9 *En, quam multi errores ex uno puncto chronologico vel non intellecto vel male fixo. Opportune hîc censuram meretur rigidus aliorum toties censor Baillet, dum scribit tomo* 2. *pag.* 111, *errantem secutus Albium vel alium nescio quem, nec scire interest;* Petri de Luxemburgo, *Lutetiam*

C *Parisiorum missi ad studia anno* 1379, *ætatis suæ decimo, litterarum cursum interruptum fuisse ex parte per mortem patris, qui, prout evincitur ex jam dictis & deductis, ab annis octo diem vitæ supremum clauserat. Atque ut, unde paululum sumus digressi, ad prædictum miraculum revertamur, &, quandoquidem jam semel illius incidit mentio, proferamus, tametsi loco non suo, quidquid eò pertinet; P. Carolus Faber S. I. sæpissimè à nobis laudandus, & navatâ nobis opera de* B. Petro *cumulatissimè meritus, litteris* VI *Octobris ad Papebrochium datis, significat veritatem ejusdem miraculi ab omnibus admitti; additque Patrem le Gros, de cujus laudibus erit dicendum plus semel, sibi affirmasse, necdum illud à se fuisse hactenus inventum in codicibus seu instrumentis, in archivio monasterii RR. PP. Cœlestinorum Avenionensium asservatis, de quibus postmodum, rebus ad Beatum nostrum pertinentibus longè locupletissimo, atque instructissimo.*

10 *Ceterum an est credibile, miraculum tam illustre, tam singulare, tam inauditum, si verè subsistat, vel fuisse ignoratum ab auctore antiquioris vitæ, vel in processu fuisse præteritum, in quo plures res minoris momenti, quæ inoffenso splendore Beati poterant omitti, sigillatim, accuratè ac graphicè describuntur? Quæ cum ita sint, non possum quin ingenuè fatear, me formidare de veritate hujus miraculi, paratus interea statim melius de eodem existimare, ubi quis subministrare dignatus fuerit antiqua documenta, quibus ita veritatem ejus suadeat, ut persuadeat. Id opto, id desidero. At tam magna timeo vota, post adeo diuturnum ac constans de re, aliunde tam malè cum chronologia cohærente, antiquitatis silentium.*

quod & aliunde videtur vacillare:

11 *Quotannis extiterit, quando interventu mortis, matrem amisit pius Adolescens, non est mihi in promptu ad amussim determinare, nec memini in antiquioribus Actis aut processibus legere me aliquid certi ac determinati. Narrat Albius (& post eum Bailletus) in vita num.* 3, *vix trimulum amisisse matrem, eâque defunctâ educationem beatissimi Pueri sedulo, prudenter & accurate administrasse lectissimam laudatissimamque comitissam de Orgieres, nomine Joannam. Et sane avunculam ejus post mortem Mathildis, ipsum educasse dicit testis undecimus, omni exceptione major;* E *annoque circiter ætatis suæ octavo non vulgaria innocuæ vitæ ac virtutum specimina edidisse, ut videsis in citato processu cap.* 2; *& de quâ re nos paulo ante per prolepsin egimus num.* 3; *quæ omnia magna ex parte piissimæ Avunculæ institutioni accepta post Deum Optimum Maximum referri debent.*

Beatus matre orbatus;

à proximâ consanguineâ educatur.

12 *Ex articulo interrogatorio* 13, *quem ante oculos habeo, nimirum* quod dictus Dominus Petrus post annos suæ infantiæ completos, statim quod intelligere potuit, atque incepit loqui, ut puer missus fuit ad quamdam ejus avunculam dominam Joannam de Luxembourg, comitissam S. Pauli & Valhenberg, honestæ conversationis & vitæ, ubi primo didicit litteras à Capellanis dictæ Dominæ, quousque legere sciret competenter, *ex hoc, inquam, articulo interrogatorio, & responso testis* XI *supra laudati, qui* dixit *in processu,* se audivisse contenta in articulo fore vera ab Avuncula & pluribus aliis familiaribus dictæ Joannæ avunculæ, *videtur colligi, tamquam corollarium ad primæ ætatis tempora à Beato transacta, ubi & à*

F *quibus primas litteras dedicerit; deinde sub cujus cura fuerit educatus, quæ videtur ibi assignari diversa à comitissa de Orgieres, ab Albio & Bailleto asserta; nisi Joanna de Luxembourg, comitissa S. Pauli, & Valhenberg, & comitissa de Orgieres diversa fuerint nomina uni eidemque personæ attributa, de quo nihil constat, & magis propendeo in oppositam sententiam, quod fuerint duæ personæ diversæ. Utut est; hoc saltem liquet, ad consanguineam proximam, sive matertera, sive avuncula, ut vocatur in processu, sive amita illa extiterit, educationis in tenella ætate continuationem post obitum parentum, esse referendam.*

An voverit virginitatem;

13 *Quæri insuper hîc possit, an Juvenis castissimus etiamnum puer, angelicæ virginitatis florem interposita voti religione Deo consecrarit. Quæstioni ansam præbet Bailletus, qui loco supra citato rotundè edicit, affirmari id eum fecisse anno ætatis sexto, atque ad idem faciendum inductam ab ipso fuisse sororem suam Joannam, annos duodecim numerantem, de qua plura paulo post. Nulli relictus*

AUCTORE J. P.

relictus dubitandi poteſt eſſe locus, qui vitas ac proceſſus evolverit, quin caſtiſſimus Adoleſcens in deliciis habuerit virtutem angelicam, totuſque fuerit in declinandis cavendiſque omnibus pro ejuſdem virtutis tutela & conſervatione, ut latius teſtatum faciunt teſtes in proceſſu cap. 2. Verum ad expreſſam quæſtionem, an Petrus aut ſoror ejus Joanna voverint virginitatem, nihil ibidem affirmatè deponitur, ſed reſpondet teſtis, ſe id neſcire. Piè itaque credi poteſt dictum utriuſque votum, at non certò factum affirmari, cum de eo non ſatis conſtet ex antiquis documentis.

ejus fratres & ſorores.

14 *Claudamus hunc paragraphum, addendo paucula de beati noſtri fratribus ac ſororibus germanis. Frater ei primogenitus fuit Valeranus de Luxemburgo, hujus nominis tertius, qui fuit comes S Pauli & Ligniacenſis poſt mortem patris ſui, & ſimul Caſtellanus Inſulenſis, Dominus de Fiennes & de Bohain, nec non Conneſtabilis Franciæ. Proximus illi Joannes de Luxemburgo, qui fuit Dominus de Beaurevoir & Richebourg. Dein* Petrus *noſter, de quo hîc potiſſimum agimus, ſæpe laudatus à nobis, ſæpius laudandus. Poſtremum denique inter maſculos locum obtinet Andreas de Luxemburgo, qui primo fuit archidiaconus Drocenſis, dein ſacras Cameracenſis eccleſiæ infulas geſtavit. Quatuor jam dictis fratribus, quorum duo primi, ut vidimus, illuſtriſſimam ſtirpem dignitatibus ac titulis profanis potiſſimum illuſtrarunt, duo poſtremi honoribus ſacris; reſpondebant tres ſorores, Margarita, Maria, & Joanna. Hunc fratrum ac ſororum ordinem, hactenus à me propoſitum, numerum, officia ac dignitates contexuit Illuſtriſſimus Meuriſſe de Epiſcopis Metenſibus num. 531. Jam verò quemadmodum favores eccleſiaſtici à puero gradatim ac certatim illuſtri noſtro Confeſſori, omnibus naturæ ac gratiæ donis ornatiſſimo, accumulati fuerint, diſpiciamus, cò quidem uſque, ut illi ad ſacras inſulas Metenſes & purpureum Cardinalium galerum obſecundarint; ut videbimus in paragrapho ſequente.*

B

§ II. Beneficia eccleſiaſtica, ad quæ certatim promotus eſt uſque ad Cardinalatum.

C

An beneficiis eccleſiaſticis B. Petri,

NOtiſſima pariter ac teſtatiſſima res eſt. B. Petrum *in ſummam à parvulo creviſſe ſpem, & pro eo, ac morum ejus integritati, adeo eximiæ, cum nobiliſſimo generis ſplendore conjunctæ, congruebat, favoribus eccleſiaſticis variis cumulatum, tanto majorem exſpectationem de ſe concitaſſe, quanto obnixius atque impenſius in tenues ſeſe profundiſſimæ humilitatis umbras abdere, celebritatem nominis vitare, & oblatas dignitates generoſo contemptu declinare unicè ſatagebat; haud ignarus, tum demum ſe fore maximum in oculis Dei, cum minimus eſſet in ſuis. Scimus tam ex antiquiſſima vita, quam ex proceſſu, collatum piiſſimo Adoleſcenti fuiſſe canonicatum Pariſienſem, eccleſiæ, ut referunt recentiores, tunc cathedralis, nunc metropolitanæ, divæ Virginis; quæ eccleſia alias inter, locum facile principem obtinet. Quo in munere, virtutibus atque exemplis omnium aliorum oculos in ſe animoſque ipſum convertiſſe, liquet ex Actis ac proceſſibus. Scimus itidem ipſi collatum fuiſſe archidiaconatum Drocenſem in eccleſia Carnotenſi; quem, teſte Illuſtriſſimo Meuriſſio loco ſupra citato, ad majores promotus in Eccleſia dignitates, fratri ſuo Andreæ, natu minimo, reſignaſſe poſtea memoratur.* D

annumerandus,

16 *Beneficiis eccleſiaſticis jam memoratis addendus canonicatus Cameracenſis, & exinde archidiaconatus alter nobiliſſimæ urbis Bruxellenſis, antiquæ ac celebratiſſimæ Ducum Brabantiæ ſedis. Tametſi quippe altum ac conſtans ubique paſſim tam in antiquis Actis quam in recentioribus auctoribus de eo ſit ſilentium, tamen nihil video quod cogat trepidare, ne dictum ipſi Eccleſiaſticum favorem indultum aſſeramus. Nimis etenim clara ſunt verba proceſſus authentici, anno Domini 1390 ineunte formati atque inchoati, adeoque primis poſt* Beati *obitum temporibus, quem proceſſum poſtea dabimus. In aſſertionis meæ fidem ac veritatem produco teſtem omni exceptione majorem, & appello ad Nicolaum Clacquin, loco undecimo inter teſtes proceſſus collocatum, canonicum Cameracenſem (ſub qua diœceſi tum temporis erat ſubordinata Bruxellenſis eccleſia) familiarem, domeſticum, eleemoſynarium, comitem, inſpectorem oculatum, ac teſtem vitæ ac morum Beati Petri noſtri quotidianum & continuum.*

canonicatus eccleſiæ Cameracenſis.

17 *Is in eodem proceſſu num. apud nos* 104, *planè rem conficit. Nam* interrogatus, quo tempore dabat eleemoſynas per feneſtras D. Petrus; E dixit, quod quaſi per unum annum ante ejus promotionem ad eccleſiam Metenſem, *de qua mox*; videlicet, dum eſſet canonicus eccleſiæ Pariſienſis, & erat archidiaconus Drocenſis in eccleſia Carnotenſi, & ARCHIDIACONUS BRUXELLENSIS IN ECCLESIA CAMERACENSI. *Quid clarius, quid luculentius? Enimvero non video, quid opponi poſſit tam irrefragabili teſtimonio, quo minus ſine falſitatis formidine admitti poſſit ac debeat, Beatum noſtrum fuiſſe canonicum Cameracenſem; cum fuerit Bruxellenſis in eccleſia Cameracenſi archidiaconus; quæ dignitas tamquam baſim dictum canonicatum præſupponit. Verum enimverò minora hæc & præludia ſolummodo videri poſſunt, ſi cum aliis ipſi collatis eccleſiaſticæ dignitatis inſignibus comparentur. Majora nos vocant.*

Epiſcopatus Metenſis quando ei datus,

18 *Vix itaque ætatis auroram, ut ita loquar, egreſſus erat, quando ſine mora cœpit lux ejus ſplendeſcere, procedere, & creſcere uſque ad perfectam diem, & quaquaverſum radios diffundere. Nam vacante poſt mortem Theodori Boppardi cathedra eccleſiæ Metenſis, promovetur* Petrus *noſter, rariſſimo ſane exemplo, ad hanc dignitatem anno* 1383, *circa menſem Martium, teſte eodem* F *Illuſtriſſimo Meuriſſio, & creatur epiſcopus Metenſium ſeptuageſimus quintus, anno, ut tradit antiquiſſima vita, ætatis decimo quinto. Quam ſpartam verbis & exemplis digniſſimè ornavit, nihil ad eam habens præmaturum præter ætatem, quam ſupplebat ille, qui eligit infirma mundi, ut confundat fortia. Ceterum quin gratum facturus ſim lectori minimè dubito, ſi puncta quædam ad præſens inſtitutum accommodata, ſcitu digna, & ab antiquioribus vel ignorata vel neglecta, in breve compendium congeram, quæ pluribus videri poſſunt apud laudatum Meuriſſium loco citato.*

quando adi-tus;

19 *Anno itaque proximè ſequente* 1384 *beatus Præſul noſter tamquam bonus paſtor gregem viſere, & eccleſiæ Metenſis poſſeſſionem adire ſtatuit, Godefrido quodam Variſio ſummum magiſtratum moderante; ubi ſine apparatu atque ornatu per cantorem ipſo feſto Penteceſtes ipſum admiſſum fuiſſe, ſcribit idem auctor;* (*vide proceſſ. num.* 94); *annoque ſubſequente* 1385, *quando alius quidam, nomine Joannes Bertrandus magiſtratus principatum tenebat, urbem Metenſem ſolenniter ingreſſum, comi-*

A comitante fratre, Comite S. Pauli, & pluribus aliis Dominis, omnium ordinum applausu receptum, publicisque ac solennibus urbis donis, in signum læti adventus, honoratum fuisse.

& quam rara humilitate;

20 Probat præterea ex tabulis ecclesiæ (quam, ni fallor, intelligi vult Metensem) processisse modestissimum Episcopum eò usque humilitatis, ut nudis pedibus, & insidens asinæ, urbem primò intrare voluerit, secutus exemplum Christi, urbem Jerusalem ingredientis. Quid? quod nudipes quoque supplicationem obire voluerit ad S. Vincentium, omnium ordinum comitatu longè frequentissimam. Addit insuper vigilantissimum Pastorem una cum suffraganeo suo lustrasse suam diœcesim magno cum fructu; aliquot post primum ingressum diebus subortam esse controversiam quoad electionem tredecim virorum, quos juratos vocabant civitatis; creationem illam Petro abjudicasse cives, causantes eum dumtaxat esse administratorem diœcesis, non autem Episcopum, defectu competentis ætatis. Controversia diu renuit; conventum frequenter, ac deliberatum inter cives; tandem anno sequenti decisum in favorem civium contra Episcopum; dimicatum acriter pro jure ejus à Comite S. Pauli, fratre germano; vastatum territorium Metense; beato Episcopo injuriam sibi factam summa moderatione animi, mansuetudine, & patentia ferentè. Quæ omnia sicut & plura alia rerum adjuncta prolixius descripta reperiet lector apud eumdem Auctorem.

B

quanta cum conservatione bonorum temporalium eccl. possessus.

21 Ad extremum, quis non miretur masculam & inconcussam beati Adolescentis constantiam, pro conservatione bonorum temporalium ecclesiæ Metensis. Factum narro. Cum Comes S. Pauli neutiquam acquiesceret, quin pro missis militibus ad sternendam viam facilem pro dictæ ecclesiæ possessione; præterea, adepta jam à Petro possessione, pro quibusdam castris, quæ occupabantur ab amicis defuncti Episcopi, decessoris B. Petri, ecclesiæ Metensis, ad quam spectabant, non sine ingenti sumptu, & pecuniarum impendio recuperatis ac restitutis, competentem compensationem exigeret; adeo ut contenderet vel ex ipsis bonis ecclesiæ Metensis, si aliunde refundi sumptus non possent, sibi fieri satis; numquam eò adduci potuit beatus Episcopus; at propria bona obtulit, malens oblato toto suo patrimonio factos à fratre, in gratiam Ecclesiæ Metensis, sumptus refundere, quam Christi patrimonium gravare. Plura processus toto capite 9.

C

Hunc subsecutus Cardinalatus.

22 Sicut integerrimus Adolescens noster in dies magis magisque crescebat virtute, ita crescebat gratiâ apud Deum & homines. Clementi sanè Gebennensi adeo fuit unicè carus, adeo in amoribus totus, ut non longo tempore post collatam ei Ecclesiæ Metensis episcopalem dignitatem, censuerit adscribendum eminentissimo purpuratorum Patrum ordini, & re ipsa eum creaverit Diaconum Cardinalem tituli S. Georgii in Velabro, seu ad Velum aureum, quantumvis invitum & fortiter reluctantem, quantum licebat per ætatem; quin & in aula sua Avenionensi ipsum secum morari voluit, haud ignarus, quantum Petrus gratiæ, quantum ornamenti angelicis suis moribus eidem esset allaturus; uti reipsa cumulatissimè præstitit. Porrò quantopere aulam fastidiverit, refert processus cap. 8. De miraculis, quæ ibidem contigisse memorat P. Albius in vita cap. 3, & quæ alibi in antiquis Actis desiderantur, loquemur, ubi Vitas conferemus inter se. Nunc percurso à nobis summatim beatissimi Confessoris nostri vitæ curriculo, ad mortem, & ad alia, quæ mortem subsecuta sunt, in brevi prospectu repræsentanda, progrediamur, ut aliqualem lector formare sibi possit ideam eorum, quæ postea ex antiquis Actis & processibus, aliisque instrumentis ex professo proferemus.

AUCTORE J. P.

§ III. Beati obitus, dies mortis, testamentum, sepultura, primus Avenione cultus, processus pro cultu universali, seu Canonizatione.

Dies obitus & annus malè ab aliquibus fixi.

QUi legerit antiquioris Vitæ caput 6, recentioris caput 4, processûs caput 10, habebit patheticam & graphicam descriptionem, quam piè, quam placidè, uti vixerat, vivere desierit Angelus noster. De actu incomparabili, & ante hunc diem fortè inaudito, profundissimæ humilitatis, quem morti proximus, à Meurissio, Albio, Bailleto fertur exercuisse, loquemur in paragrapho de collata cum antiquis Actis, & revocata ad trutinam Albii vita. Obiit itaque, ut supra indicavimus, die 2 mensis Julii anno 1387, natus annis 18, minus 18 diebus. Unde hallucinatur Gazetus in historia ecclesiast. Belgii, scribens obiisse annos natum circiter 23. Errat etiam Ciacconius, asserens tom. 2 col. 684, obiisse die v Julii, aliosque, perperam ejus obitum die 2 Julii accidisse, affirmantes, arguens. Eodem errore lapsus E est Labbeus in Chronologia. Nescio equidem quid Molanum moverit, ut designato, in suis Natalibus Sanctorum Belgii, vero tempore vitæ, anno utique circiter 18, adjecerit ad marginem cum nota asteriſci, vigesimum secundum. Id quod arguit ipsum in determinanda vitæ epocha vacillasse. Certè nimis clarè vitæ initium, progressus, ac finis probantur ex antiquissimis Actis, quam ut quisquam prudenter possit in hac materia dubitare.

Testamentum & sepultura:

24 Morti præmisit testamentum, quod condidit XXIX Junii, quatuor postremis vitæ diebus, Villanovæ, non procul ab Avenione, quò sanitatis gratiâ se receperat, petita prius atque obtenta à Clemente testandi facultate; præmisit, inquam, morti testamentum, lectu sane dignissimum, & spirans perfectissimum exemplar rarâ profundæque humilitatis. Ejusdem tenor habetur in historia authentica illorum, quæ post Beati obitum gesta sunt, & quæ postea dabitur. Prima, qua post animam ac corpus Deo ac Superis commendata, tenuit eum cura, fuit designatio sepulturæ, de qua nunc ordine quædam breviter delibabimus. Locum ei designavit sub dio, in cœmeterio publico, S. Michaëlis dicto, Avenione inter cadavera plebeorum & pauperum. Totus funeris apparatus fuerunt tres cerei cum duodecim torticiis. Nec digniorem sepulturæ locum designavit, si alibi extra curiam decedere contigisset. Obiter hic observa Meyerum in Annal. Fland. ad annum 1387 aberrasse à verò, dum refert illum obiisse Avenione, ibidemque esse sepultum in sacello divi Michaëlis. Ceterum, corpus terræ mandatum fuit v Julii. Hinc haud dubiè die v annuntiant eum nonnulli Martyrologi, qui fuit dies sepulturæ, non mortis. Nisi forte, quod potius crediderim, illum tunc memorent, quia illo die colitur Avenione.

F

miracula, & primus Avenione cultus.

25 Nec mora; nondum evoluto post Petri obitum anni circulo, spectatissima in magno numero patrata varii generis miracula, illustre defuncto Thaumaturgi nomen, populo fidem, miseris perfugium,

AUCTORE J. P.

fugium, afflictis ſolatium peperere; quæ in memorata hiſtoria aſſeruntur juridicè examinata, ac vera comprobata in proceſſu. Hinc admirabilis ac penè ſupra fidem effuſus ad venerandum Beati ſepulcrum conſluxus; libata manibus pedibuſque pia oſcula, furtiva & violenta reliquiarum ablatio; hinc primus Avenione exortus magni Thaumaturgi cultus; hinc oblata donaria atque appenſa anathemata; hinc primò erectum ibidem ipſi ſacellum ligneum, impenſis Mariæ Reginæ Siciliæ & Hieruſalem; hinc cogitatum de erigenda ei baſilica; ædificatum monaſterium Cæleſtinorum, ex coacervatione anathematum & oblationum, eis hunc in finem conceſſorum, inchoatum, at Caroli VI Francorum regis liberalitate mirificè auctum: quæ omnia in dicta hiſtoria pluribus deſcripta lector inveniet. At quid de miraculo, quod ibidem in eo ſepeliendo traditur contigiſſe eo tempore, quo anima defuncti ex more commendabatur, & corpus jamjam humandum erat? Quid de apertis, inquam, poſt mortem oculis? Quid de eo, quod addit Albius in Vita, dum præter apertionem oculorum poſt mortem, Clementi annuiſſe aut ſignum dediſſe refert Beatum. De ſigno illo aut annuto non benè exiſtimo, vereorque ut ſubſiſtat.

B

Aperti poſt mortem oculi, corpus ductile,

26 *De apertis poſt mortem oculis quæritur in proceſſu; ſed valdè timidè & dubie, ſane nequaquam categoricè ab uno teſte, juridicè ſuper hoc puncto interrogato, reſpondetur. Reſponſi verba dabit ibidem caput* XI *num.* 175. *Depoſitio autem teſtis* XV *&* XVI *num.* 185 *&* 186, *videtur dictam aperturam extra dubium ponere; tametſi nihil quidquam de ea proditum legatur in antiquiſſima Vita: ac mirum eſt, rem tam inſignem vel ignorari; vel ſi auctori fuerit cognita, prætermitti potuiſſe. At maximum penè omnium miraculum fuit beati Thaumaturgi poſt mortem corpus; rigidum ſimul ac frigidum, & tamen molle, ductile & flexibile, eluſo & eiſo naturæ imperio, ad quatuor dies, donec ſepultum eſt. Hæc breviſſimè. Vide rem in proceſſu graphicè expoſitam à num.* 175. *Nos, quod cœpimus texere, filum proſequamur ex ſæpe dicta hiſtoria Miraculis penè in immenſum creſcentibus quotidie, quæ Deus per Adoleſcentem Thaumaturgum operabatur; Clemens Gebennenſis ea edoceri cupidus pro publico conferendo cultu, tres aulæ ſuæ Cardinales ad hoc commiſit; qui anno* 1389, *die* XVI *Junii in Conſiſtorio congregati, miſſum ſuper hoc negotio audierunt celeberrimum Petrum de Alliaco, nomine Caroli VI Francorum Regis, Decani & Capituli Pariſini, nec non Rectoris & Univerſitatis ejuſdem urbis, proponentem, urgentemque ſacros ac ſolennes piiſſimi Juvenis honores: rem roborantibus eorum, pro rei expeditione, urgentiſſimis ſupplicationibus, quæ ibidem integra proferuntur.*

C

proceſſus quando inchoatus,

27 *Subſecutæ dein ſunt litteræ Clementis, quibus committit examen vitæ, virtutum & miraculorum tribus ad hoc deputatis. Atque hîc via ſtrata fuit ad proceſſum, de quo nunc agendum. Inchoatus ille fuit Avenione in hoſpitio, haud procul à cœmeterio S. Michaëlis, loco ſepulturæ* B Petri, *anno æræ vulgaris* 1390, *die* XVIII *Januarii. Non eſt hujus loci multis elogiis dictum proceſſum exornare, aut fidem ejus ac ſinceritatem commendare. Evolvat eum lector, & fallor plurimum, ſi lectionis ipſum ſuæ pœniteat. Addo unicùm, multum auctoritatis ei conciliari per teſtes ſelectos, fide digniſſimos, & juratos ad ſancta Dei Euangelia dicere veritatem puram putam, favore, amore, prece, pretio, affectione, timore omnino remotis. Authenticum pro ſinceritate apographi teſtimonium legitur inferius. Porrò aliquorum, in digerendo diſpeſcendoque dicto proceſſu, à me actorum, rationem reddere convenit, quæ lectorum, ne ignorent, puto intereſſe. Rem diviſi bifariam. Prima pars exhibet virtutes, ſecunda pars miracula, ut vitetur confuſio, nata oriri, defectu juſtæ diſtributionis.*

D

quomodo à nobis diſpoſitus,

28 *Nomina teſtium, qui in proceſſu ſparſim exhibentur, & præmittuntur immediatè ſuis quique depoſitionibus, eorumque ætatem, conditionem, patriam, aliaſque characteriſticas notas, ſub uno veluti adſpectu collocanda cenſui, quo ſub una & continuata ferie ſpectari poſſent, tribus huc potiſſimum de cauſis adductus; primò quia videtur non interrupta illa collectio teſtium conducere ad concinnam materiæ partitionem, & majorem perſpicuitatem. Dein ne teſtium, identidem cum ſuis adjunctis characteribus recurrentium repetitio, multorum ſuperfluorum verborum copiâ materiam plus æquo amplificaret, & nauſeam crearet. Id quod melius patebit ex mutatione, quam feci, ordinis antiqui in novum. Exhibeo ordinem antiquum, quo proceſſus primitus fuit collectus, & quo ad nos miſſus.*

E

ordo ejus antiquus, & novus,

29 *Præmittitur* oratio Epiſcopi Vivarienſis coram Cardinalibus commiſſariis ſuper vita & ſanctimonia B. Petri de Luxemburgo. *Sequuntur articuli quaſi interrogatorii numero ducenti octoginta quinque continui ſuper vita, virtutibus, meritis ac miraculis Beati. Proximum locum tenent teſtium ad vitam ac virtutes, depoſitiones. Dein ponuntur miracula; ſeu potius teſtium reſponſiones ſuper miraculis. Habe nunc ordinem novum, quem ego induxi pro majore argumenti prolixioris brevitate & intelligentia Memoratam orationem intactam reliqui, tamquam præambulum ad proceſſum. Articulos interrogatorios vitæ plerumque contraxi, prolatis plenius eorum reſponſis, in quibus omnis vis ſita eſt potius, quam in dictis articulis. Et verò tetricum eſt bis de eadem re & materia audire per propoſitiones & reſponſiones; in quibus ſolet cum verborum prolixitate concurrere iterata locutio. Si quando hoſce articulos profero, lectorem moneo, ea non ex depoſitionibus teſtium, ſed ex articulis interrogatoriis deſumpta eſſe. Depoſitiones teſtium vitæ ac virtutum aliter ordinavi, collegi, digeſſi, & ad varia capita revocavi, ſectis & ſeparatis vitæ ac virtutum depoſitionibus, ab iis, quæ datæ ſunt ſuper miraculis. Ceterum ſunt nonnulla, quæ tamquam minus neceſſaria, vel crebrius repetita ſtudioſè prætermiſi. Alia item, ne ſua nimia prolixitate faſtidium crearent, contraxi. Periodi, quæ hinc inde litteris Italicis interſperſa leguntur, pro meis accipi volo.*

F

authentia.

30 *Jam verò ad confirmandam tam proceſſus ſæpe memorati, quam apographi ejus, Avenione ad nos miſſi, ſinceritatem, authentiam, ac fidem, ſubjicio teſtimonium authenticum R. P. Abelis le Gros, ſupra laudati, propria ejus manu exaratum, de vita ac virtutibus, ſeu tota prima proceſſus noſtri parte, in hæc verba:* Ego frater Abel le Gros, monachus Cæleſtinus & bibliothecarius noſtri regii conventus Avenionenſis teſtor, hoc apographum atteſtationum ſeu depoſitionum octodecim teſtium, productorum ſuper genere, vita, moribus, converſatione & meritis recolendæ memoriæ B. Petri de Luxemburgo, S. Georgii ad Velum aureum diaconi Cardinalis, eſſe ad verbum, & omnino conſimile atteſtationibus eorumdem teſtium, quæ habentur in originali proceſſu canonizationis

A tionis prædicti beati Cardinalis; qui quidem proceſſus in tabulario prædicti noſtri conventus diligenter aſſervatur. Jacent autem hæ dictæ atteſtationes in dicto originali immediatè poſt articulos ſeu rubricas de miraculis, quæ per eumdem beatum Cardinalem operatus eſt Dominus. Eas ego obiter tantum, brevitatis causâ eodem loco perſtrinxeram in apographo ejuſdem proceſſus, manu meâ deſcripto à pagina 101 ad 108. Verum ad majorem Dei gloriam, ſervique ſui fideliſſimi, beati Petri de Luxemburgo gloriam & honorem, cenſui has depoſitiones, quippe teſtium nobiliſſimorum, maximeque idoneorum & omni fide dignorum, eſſe ad longum & prout in originali habentur, fideliter eſſe ſcribendas. Eas autem hîc eſſe deſcriptas teſtor. In cujus rei fidem de mandato Reverendi Patris Antonii Nicolai Malet, Prioris hujus noſtri conventus Cæleſtinorum de Avenione, hîc appoſui ſigillum dicti conventus, die XIX menſis Aprilis anni MDCLXXVIII. *Appoſitum erat infra ſigillum in hoſtia rubra.*

Proceſſus miraculorum

31 *Ad miracula, à magno Thaumaturgo noſtro patrata, quod attinet; reddo eodem ordine, quo accepi. Præcedunt propoſitiones miraculorum,* B *ſequuntur depoſitiones. Mutati tituli & capita. Teſtes depoſitionibus interſperſos, extraxi, & avulſos è textu, ſub uno aſpectu poſui, ut monui de teſtibus primæ partis. Quod fuerint teſtes jurati, tacto ſancto Dei Euangelio, verum dicere, nullo alio, quam ſolius veritatis intuitu, &c., & quæ habentur in clauſula de teſtibus vitæ ac morum, huc transfer, & hiſce quoque teſtibus applica. Vide plura in ipſo proceſſu part. 2, cap. 1. Supereſt ut de apographi Ms. valore pauca ſubnectam. Non ſine grati animi teſtificatione palam facio proceſſus apographum nos debere Viro humaniſſimo R. P. Abeli le Gros, pluries jam laudato; qui ipſemet illud verbatim tranſcripſit ſumma fide ex authenticis documentis, in archivio monaſterii Avenionenſis RR. PP. Cæleſtinorum curiosè aſſervatis; cui Deus cum Sanctis ſuis pro impigro labore ſit propitius, & nomen exſcriptoris inſcribat albo eorum, quorum nomina ſcripta ſunt in cœlis. Audiamus modo quam inſigni teſtimonio apographum de miraculis, poſt Beati mortem patratis, dictus Religioſus proſequatur, digno ſane, cujus hîc peculiaris in omnes annos conſequentes, pro gloria beati Thaumaturgi, memoria inſeratur, ad majorem* C *& indubitatam apographi ſinceritatem & fidem. Reddo verba:* Cum Deus ſit mirabilis in Sanctis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, quandoquidem gloria virtutis eorum eſt: (ut ait Propheta) nihil præſtantius, nihil dignius excogitari poteſt, quam in lucem proferre illorum ſanctimoniam & in apertum edere miracula, quibus coruſcant, ut idem Deus honorificetur ab omnibus.

quam authenticus

32 Quamobrem ne juſtè ab omnibus argui poſſimus, quod lumen, quod in nobis eſt, repoſuerimus ſub modio, & non ſuper candelabro, & ne tanti flagitii conſcii videamur; libenti animo & maximo perfuſus gaudio; Ego frater Abel le Gros, monachus Cæleſtinus & bibliothecarius conventus noſtri regii, hoc apographum proceſſus canonizationis B. Petri de Luxemburgo vere Sancti, verè Thaumaturgi, de verbo ad verbum tranſcripſi; ut ſi nondum placuit ſummis Pontificibus illum Sanctorum albo inſcribere, placeat ſaltem reverendis Patribus Societatis Jeſu Antverpiæ

civitatis, acta illius reponere in immenſo illo ac operoſo labore, ab ipſis ad gloriam Sanctorum elucubrato, ut fulgor tanti luminis toto reſplendeat orbe terrarum. AUCTORE J. P.

33 Teſtor igitur hoc apographum, quod extraxi de originali proceſſu, qui in archivis noſtris curiosè aſſervatur, eſſe verum & originali omnino conſimile. In cujus fidem de mandato Patris Antonii Nicolai Malet, Prioris hujus noſtri regii conventus Cæleſtinorum de Avenione, hîc appoſui ſigillum dicti conventus, die XIX menſis Decembris anno à Chriſto nato MDCLXXVII. Frater Abel le Gros. *Appoſitum erat ſigillum in hoſtia rubra. Hactenus de proceſſu pro canonizatione, vitæ ac morum B. Petri inſtituto, miraculorum excellentia & multitudine, teſtium numero, ac fide, & ceteris omnibus ad hanc rem, intra breve tempus terminandam, longè inſtructiſſimo; adeo ut mirum prima fronte videatur tam longo tempore cultum ejus publicum retardari potuiſſe, ut jam dicemus, quamvis urgentiſſimè & inſtantiſſimè fuerit petitus.* *& ſincerus.*

§ IV. Cultus publicus inſtantiſſimè petitus, at diu retardatus; tandem conceſſus, & in recentiores faſtos relatus. E

Publicus Beati cultus

QUam lentæ ac diuturnæ, quam variæ & multiplices intervenerint moræ, ut publicus B. Petri *cultus, anno 1390 per juridicum proceſſum intentus, ad optatum finem non pervenerit, niſi demum poſt multorum annorum intervallum, refert Hiſtoria ſæpe dicta; quæ omnia longum foret hîc ſingulatim recenſere, & ſupervacaneum, cum ibidem videri poſſint. Eò itaque res redierat anno 1432, ut jam tantum non ſepulta foret tam fervidè inchoata, tam ſolicitè promota, tam conſtanter continuata, pro ſacro Beati cultu ac publico impetrando, contentio; niſi illam rurſus ſuſcitaſſet Deus per celeberrimum æterniſque faſtis digniſſimum miraculum, quo puer lapſus ex edita turri & fruſtatim colliſus & attritus, repente redintegratus convaluit per interceſſionem magni Thaumaturgi noſtri. Hac occaſione reſumptum pro* *din retardatus,* *tertia vice canonizationis negotium anno 1433, ſub Eugenio IV; à Concilio Baſileenſi, deputati ad hoc Cardinales anno 1435; producta denique fuit, agitata, orata cauſa. Acceſſerunt eò litteræ Comitum Luxemburgenſium anno 1436. Deputatus anno ſequenti Procurator PP. Cæleſtinorum Avenionenſium, qui hanc rem intentiſſimis & conſpirantibus ſtudiis, opera, labore, diligentia, ad finem perducere ſatagebant, ad concilium Baſileenſe, ex cujus ibidem ſubortis turbis, novæ exortæ ſunt moræ, uti in ſæpe laudata hiſtoria exponitur.* F

tandem conceſſus per ſolennem beatificationis bullam,

35 *Tandem poſt tot tantaque irrito conatu tentamina, poſt tam diuturnam exſpectationem, & ardentiſſima vota, anno demum 1527 die IX Aprilis ſummus Chriſti in terris Vicarius, Clemens VII Medicæus, publicis Beatorum faſtis dictum Thaumaturgum adſcribendum cenſuit, edita ſolenni bulla Beatificationis, ſequentis tenoris:* Dilectis filiis noſtris, Præpoſito & Canonicis Metropolitanæ Arelatenſis eccleſiæ, & Priori ac fratribus domus FF. Cæleſtinorum, regularis obſervantiæ, civitatis noſtræ Avenionenſis, Clemens Papa VII. Dilecti filii, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut ac-

AUCTORE J. P.

cepimus, jam diu magis Christi Fidelium, & potissimum civitatis nostræ Avenionensis erga B. Petrum de Luxemburgo, & Arelatensis, erga Ludovicum Alamandum, S. R. E. Cardinalem, & ecclesiæ Arelatensis archiepiscopum, quorum corpora, Ludovici in Arelatensis, & Petri in vestro monasterio, respectivè requiescunt, devotionis affectus ita emineat, & populi multitudo non solum civitatum prædictarum, sed aliarum partium occurrat concurratque diversarum, ut in eorum procellis, & in hujus seculi caduci turbinibus tamquam speciales protectores, fautores, intercessores, & adjutores ad Dominum habeantur atque invocentur. Nec mirum, si Dominus noster Jesus Christus, cujus pro posse, ut fide dignorum habet assertio, imitatores extiterunt, indies, ipsorum precibus, eos invocantes, miraculis, ac dolorum & angustiarum sublevationibus adjuvet, opemque ferat & auxilium.

36 Quandoquidem Petrus teneris sub annis, & Ludovicus, ipsi, ut accepimus, vitam cælibem, castamque & inviolatam exegerint, Petrus in decimo septimo, Ludovicus verò in sexagesimo, vel circa, ætatum suarum annis, ut in eorum vitæ annalibus traditur, suo creatori suas purissimas animas reddiderint, calcatis hujus mundanæ vitæ, quamvis illustri essent orti prosapia, illecebris. Proinde claræ memoriæ Renatus Rex Siciliæ & Hierusalem hinc in illis partibus degens, cum multitudine Christi fidelium, miraculorum hujusmodi stupore, vestraque regulari observantiâ & vitæ exemplaris meritis motus, ecclesias, domum, & conventum vestra instauraverit, & non parvâ impensâ construi fecerit; vosque propterea ob singulares eorumdem Petri & Ludovici virtutes, quæ innumeræ leguntur; nec non jejunia, orationes, vigilias, & quam plures Deo gratas & acceptas operationes, quas tunc viventes, gratiâ sibi assistente divinâ operabantur, ita ut in Cælitum numerum existimentur piè, esse relati, cupiatis eorum corpora, quæ, ut præfertur, in eisdem ecclesiis vestris; & locis satis humidis & subterraneis jacent, ad alia, intra tamen ecclesias vestras, commodiora loca transferre, ipsosque Petrum de Luxemburgo & Ludovicum Alamandum, quorum imagines ubique à fidelibus, longissimis jam annis citra, depingi consueverunt, pro Beatis coli & venerari posse.

anno 1527, B

C

37 Nobis propterea, venerabilis fratris nostri Franciſci episcopi Tusculani, S. R. E. Cardinalis de Claromonte, illarum partium nostrarum legati de latere, qui ad eosdem Petrum & Ludovicum non parvum gerit adfectum, & vestro nomine humiliter supplicatum exstitit, ut hujusmodi vestris tam piis & honestis desideriis annuere, pro nostri pastoralis officii debito, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui fideles quoslibet, & præsertim sub sacræ religionis jugo, Domino famulantes, ad devotionem ac venerationem illorum, qui Beati habentur, quantum cum Deo possumus, libenter excitamus, ut imitatores illorum existere valeant, vestris hac in parte piis desideriis, utpote ex magno devotionis fervore prodeuntibus, annuentes; vobisque eorumdem Petri & Ludovici corpora & ossa ex dictis subterraneis locis, in alia commodiora loca earumdem ecclesiarum vestrarum transferre, & ibidem venerabiliter collocare, & tam vos, quam alii, utriusque sexus Christi fideles, eos pro vestra & eorum spirituali consolatione, in vestris ecclesiis, & sacellis, pro Beatis venerari, sine incursu alicujus demeriti vel idololatriæ, seu conscientiæ scrupulo, possitis & valeatis, ac ipsi possint ac valeant; auctoritate Apostolica tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine concedimus pariter & indulgemus. Non intendimus tamen propterea eosdem Petrum & Ludovicum in catalogum Sanctorum esse relatos, donec servatis debitis solemnitatibus, in Sanctorum canonizatione servari solitis, ad illorum canonizationem deventum fuerit, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die nona Aprilis anno millesimo quingentesimo vicesimo septimo, Pontificatus nostri anno quarto. *Subsignatum erat* Jacobus Sadoletus.

D

quæ hic dantur.

Exhumatio corporis,

38 *Expeditâ hac Avenionem beatificationis bullâ, & à PP. Cælestinis acceptâ & in capitulo prælectâ, ad exhumationem corporis est processum. Inventus locus sepulturæ, & elogium sepulcrale, quod exhibetur apud Miræum in Fastis pag.* 367, *his verbis:*

E

Hoc colitur templo, tegitur simul aurea virtus
Clara Lucemburgi soboles, nitidissima merces,
Orbis & unus honos, mortali corpore cælum
Transfertur, meritis Petrus inter numina numen.
Anno milleno sepelitur, sicque trecentis,
His septem junges, octoginta superaddens,
Et quinta Julii, pollens virtutibus altis,
Assiduè à populo veneratur quolibet anno.

Post hæc repertum quoque corpus ac reverenter è terra erutum, & solenni ritu super altare est collocatum, ut pluribus intelligi datur ex eadem historia, quo lectorem remitto. De Beati reliquiis nunc obiter tantum, pluribus agemus, ubi prius breviter edocuerimus, quomodo piissimi Adolescentis cultus publicus Avenionensibus concessus, deinceps lapsu temporis fuerit continuatus & propagatus. Incrementum haud dubie non vulgare is cepit ex novo miraculo anno 1589 *patrato mulieri falso accusatæ, de quo ibidem pluribus; uti etiam de restaurata in Beati honorem ecclesia, & ad constructionem amplioris formæ redacta; exhibitis & osculo oblatis sacris exuviis, & quibusdam particulis distributis, ex voto eorum, qui ibidem aderant.*

F

amplificatus cultus, festum annuum,

39 *Quemadmodum novis in dies miraculis pergebat inclarescere beatus Confessor noster, ita nova quotidie ad sacros ei certatim deferendos honores incrementa & semper ardentius in animis hominum desiderium exarsit; quod eò quidem usque accrevit, ut ad instantiam Avenionensium indultum sit, ut quotannis die* v *Julii in Avenionensi civitate celebretur festum ejus, ex stricto præcepto obligans, uti vides ex instrumento authentico, quod sequitur, idiomate Gallico primitus edito, & in latinum à me conversa:* De mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Caroli de Conty, Anconæ episcopi, Vicelegati & gubernatoris generalis legationis Avenionensis, deputati à SS. Domino nostro Papa. Cum ad instantiam & requisitionem Dominorum Prioris & Religiosorum

A rum conventus Cæleſtinorum hujus civitatis Avenionenſis, interveniente Domino Advocato & Procuratore Generali Sanctitatis ſuæ in dicta civitate & legatione, Reverendiſſimus Joannes Franciſcus Bordini, præfati Avenionis Archiepiſcopus, ordinaverit ut feſtum B. Petri Luxemburgici, quod incidit in diem Mercurii proximam quintâ hujus menſis, obſervetur & celebretur in præſenti civitate, ſicut feſta alia præcepta & celebrari conſueta;

Avenionenſibus impoſitum ſub præcepto.

40 Ideo omnibus, cujuſcumque gradus ac dignitatis fuerint, nemine prorſus excepto, injunctum ac præceptum eſt, ut prædictum feſtum coli, obſervari, ac celebrari curent, ſicut per dictum Dominum meum Illuſtriſſimum Archiepiſcopum fuit præſcriptum, claudendo officinas, & ceſſando ab omni opere mechanico; eodem prorſus modo, quo in aliis feſtis præceptis factitare tenentur, ſub pœna, dicti mei Domini Illuſtriſſimi Vicelegati arbitrio infligenda. Datum Avenione in palatio Apoſtolico hac die III Julii MDC. *Signatum* Carolus de Conty, *& inferius* Syffredi.

B

Confraternitas petita. Canonizatio, cur non obtenta.

41 *Hiſce, quæ de continuatis piæ ac publicæ erga* B. Petrum *venerationis incrementis, jam in medium produximus, non vulgare pondus adjungit erecta Avenione in ejus honorem congregatio (confraternitatem appellant) Illuſtriſſimo Avenionenſi propoſita anno* 1610 *& ab eodem legitimè approbata, die* XVII *Julii eodem anno. Quid? quod Illuſtriſſimus Princeps Franciſcus de Luxemburgo, multarum legationum perfunctione clariſſimus, omni nervorum contentione ſit anniſus Romæ, ut Beatus Petrus, ſuus conſanguineus, ſupremum ſanctitatis cultum conſequeretur, ſacro non jam Beatorum ſolummodo, ſed Sanctorum albo per publicam canonizationem inſcriptus. Res agitata in conſeſſu Eminentiſſimorum Cardinalium tempore Clementis VIII, cur minus è voto ſucceſſerit, panditur ſatis probabiliter in eadem Hiſtoria, dum ibidem dicitur, quâ conditione, canonizatio facilè potuerit obtineri, ſi viris Principibus illam urgentibus placuiſſet ipſum referri in numerum Sanctorum ſub titulo Confeſſoris non Pontificis, ſuppreſſo titulo Cardinalis, quam poſtremam dignitatem acceperat à Clemente VII Gebennenſi; cujus auctoritatem poteſtatemque ne videretur agnoſcere & approbare ille Papa, qui ipſum hoc titulo conſpicuum ſacris Sanctorum tabulis accenſuiſſet, res ulterius non proceſſit, ac infecta remanſit.*

C

Profertur bulla,

42 *Subſecuta deinde Bulla, quâ conceditur, ut officium canonicum quotannis die* V *Julii in eccleſia Cæleſtinorum de Beato noſtro recitari poſſit in perpetuum, conatum canonizationis ejus, qui minus hactenus è ſententia ſucceſſerat, ſaltem aliquouſque, ſi non compenſavit, ſaltem mitigavit; qua de re extat authenticum exemplar dictæ Bullæ, quod hîc ſubjicitur:* Urbanus PP. VIII ad perpetuam rei memoriam. Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſervos ſuos æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto nobis paſtoralis officii debito procurare tenemur, ut eorumdem ſervorum Chriſti debita veneratio in terris in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis ſuis. Quamobrem fidelium quorumlibet & præſertim divini Numinis obſequiis, ſub ſuavi religionis jugo famulantium votis, peculiarem erga eoſdem Chriſti ſervos cultum reſpicientibus, libenter annuimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

AUCTORE J. P. *quâ officium canonicum,*

43 Sanè pro parte dilectorum filiorum Conſulum civitatis Avenionenſis, ac Prioris & Monachorum monaſterii, per Priorem clauſtralem regi & gubernari ſoliti, B. Petri de Luxemburgo, dictæ civitatis, Congregationis Cæleſtinorum, Ordinis S. Benedicti, nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſi pro eo, quem erga eumdem B. Petrum de Luxemburgo, cujus ſacræ reliquiæ, ut aſſeritur, in eccleſia dicti monaſterii aſſervantur, gerunt devotionis affectu; ac ad augendam erga illum Chriſti fidelium devotionem, officium ut infra recitari poſſe deſiderant. Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eis de opportuna ad hoc licentia providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

de eo quotannis

44 Nos igitur piis Conſulum ac Prioris & Monachorum præfatorum votis præmiſſis, annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine; quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, E harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris ritibus præpoſitorum conſilio, Priori & Monachis dicti monaſterii, nunc & pro tempore exiſtentibus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in Eccleſia dicti monaſterii, die tantum feſtivitatis ejuſdem B. Petri, officium de eo de communi Confeſſoris non Pontificis juxta rubricas Breviarii Romani recitare liberè & licitè valeant, licentiam & facultatem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus & impartimur.

In perpetuum recitandum, conceditur.

45 Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſterii & congregationis præfatæ, & juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die XXX Maii MDCXXIX, Pontificatus noſtri anno VI. M. A. Maraldus. *Quod Bulla hæc ſit authentica, fidem facit, R. P. Abel le Gros, ſic inquiens:* Ego frater Abel le Gros, monachus Congregationis Cæleſtinorum, bibliothecarius conventus noſtri Avenionenſis, F teſtor, hoc Breve Apoſtolicum eſſe ſcriptum juxta originale. F. Abel le Gros die XXV Septembris MDCLXXVII. *Et ad majorem rei confirmationem in pleniſſima forma appenſum erat duplex ſigillum. Coronidis loco iis, quæ de cultu Beati huc uſque diximus, addendum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgii, ſcripta per Guilielmum Gazetum, erectum dedicatumque fuiſſe ſacellum in honorem S. Druonis ac* B. Petri de Luxemburgo, *in pago diœceſis Tornacenſis, dicto Eſpinoy. His, de primordiis, continuatione, retardatione ac propagatione cultus, hactenus breviter expoſitis; venio nunc ad luſtrandos exhibendoſque præcipuos Martyrologos, qui honores ſacros Beati, eò venerationis legitima auctoritate deductos, atque in ſacras à ſe tabulas relatos, ad poſteros propagarunt.*

Cultus in diœceſi Tornacenſi.

Annuntiones in Martyrologiis,

46 *Ferrarius in catalogo Generali, Molanus in Natalibus, Willot in Hagiologio Belgico, & Caſtellanus, ſignant ipſum die 2 Julii. Miræus in*

AUCTORE J. P.

Faſtis eum refert v *Julii. Sauſſayus elogium ejus ponit eodem die; quamvis die* 2 *obſervet ipſum eo die ad ſuperos evolaſſe. Grevenus Beatum annuntiat die* XIII *hujus, in quo illum ſequitur Caniſius. Facilis porro jam eſt reſponſio quærenti, cur ab aliis Martyrologis memoretur die* 2 *hujus, ab aliis die* V. *Nimirum quia dies ſecunda, eſt dies obitus, dies autem quinta non ſepulturæ tantum, ſed annuo cultui conſecrata Avenione, ut liquet ex dictis ſupra. Quæ ratio impulerit Grevenum & Caniſium, ut natalem ejus ſignarent non ſecundâ nec quintâ, ſed decimâ tertiâ hujus, non aſſequor. Rectè quidem dicit citatus Sauſſayus, feſtum noſtri confeſſoris differri in diem* V, *ſed multum errat, dum putat, id eſſe factum ex præſcripto Clementis VII. Medicæi, veri Chriſti Vicarii; nam hoc falſum eſſe, liquido conſtat ex Bulla beatificationis jam productа; in qua de die feſtivitatis nihil legitur. Crediderim hanc dilationem eſſe inductam, tum propter feſtum Viſitantis Virginis, quod incidit in* 2 *Julii; tum quia aliunde erat congruum deſtinare diem quintum potius quam alium, ad colendum feſtum, quia eo die fuerat ſepultus.*

B

§ V. Reliquiæ, & innumera prope miracula.

Diſtributio reliquiarum:

QUanta extiterit vel à primis poſt obitum diebus æſtimatio ſacratiſſimi pignoris, à beato Adoleſcente, in terra relicto, facilè intelligitur ex frequentiſſimo concurſu, aliiſque adjunctis ſupra enumeratis occaſione ſepulturæ ejus, & ex verbis proceſſus, ex articulo interrogatorio primo deſumptis, quæ conjeci in finem § decimi. Nec verò minus perſpicuum eſt, creſcente in dies ingenti numero miraculorum, creviſſe pariter pretioſiſſimi depoſiti venerationem, confluentibus undequaque omnis conditionis, ſexus, atque ætatis populis, pia ſanctiſſimis magni Thaumaturgi reliquiis reverentiæ religioniſque officia exhibituris. Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Archiepiſcopus Avenionenſis birretum nocturnum dono dedit Eminentiſſimo Cardinali Borbonio, Beati conſanguineo, anno 1575; de qua donatione poſtea pluribus, ubi agetur ex profeſſo de iis, quæ poſt obitum ejus contigerunt. In ſancti corporis tranſlatione, aliquа piarum exuviarum particulæ diſtributæ PP. Caleſtinis, PP. Societatis Jeſu, nec non primoribus civitatis Avenionenſis, qui omnes tum unâ aderant. Ad hæc, ſeparatum caput à reliquo corpore jam tum ab anno beatificationis 1527, deinde incluſum argenteæ thecæ, in capitis formam eleganti opere elaboratæ. Illuſtriſſimi Dux & Duciſſa de Ventadour, nec non Illuſtriſſimus Princeps Franciſcus de Luxemburgo, ſupra laudatus, Dux Piney, incredibili obtinendarum aliquarum reliquiarum B. Petri, conſanguinei ſui, deſiderio flagrantes, eas impetrarunt.

C

pallium Pariſiis ſervatur, & alia reliquiarum pars.

48 *Quæ omnia prolixius deducta leges in hiſtoria eorum, quæ poſt mortem B. Petri geſta ſunt. Tradit Sauſſayus, coli beatum Confeſſorem Pariſiis in templo PP. Caleſtinorum, ubi & ſacellum, ipſius veneratione ſacrum, pallio ejus, quod in ſcriniis religiosè aſſervatur, inſigne*; ad cujus, *inquit*, oſculum plerique in dies devotè confluunt, ejuſque contactu infirmi quique, maximè vero febriculoſi, ſolatium optatum, ſi fide nixi accèdant, ſibi tanti Cælitis meritis præſtari experiuntur. *Fertur inſuper, oſtendi aliqua pars reliquiarum ibidem in abbatia Vallis gratiæ, ſita in ſuburbiis dictæ civitatis. De utroque Beati brachio, quod aliò delatum dicit Boureyus, vide* § 8. *Reliquiæ an aliæ alibi ſint extra civitatem Avenionenſem, ignoro. Ceterum propenſiſſima ſacratiſſimi corporis, Avenione apud PP. Cæleſtinos quieſcentis, atque ibidem loci inchoata, aucta, continuata veneratio, ſi adeo religiosè parcos ac piè tenaces reddiderit ſuos poſſeſſores, ut non facile ſint paſſi, reliquias alicunde avelli, & depoſitum ſibi commiſſum minui; non adeo mirandum, multò minus vitio id illis dandum. Comprobat enim rei poſſeſſæ pretium, poſſeſſorum affectum, vigilantia ſedula & accurata in concredito ſibi æſtimatiſſimo pignore conſervando.*

D

Miracula pene innumera,

49 *Magnum maris immenſi æquor ingredimur, dum de miraculis ope beati Confeſſoris perpetratis dicere incipimus. Enimvero nullius eſt ſcribendi tanta vis tantaque copia, quæ non dicam meritis laudibus exornare, ſed vel enarrare ea dignè ſufficiat. Tanta quippe eſt eorum multitudo, ut ad infinitatem quamdam aſcendere, tanta excellentia atque præſtantia, ut perpetuam omni ætati conſequenti admirabilitatis præbitura ſint materiem; tanta tamque diuturna duratione ac continuatione, ut aſſiduam in ſingula tempora offerant occaſionem laudandi Deum, facientem mirabilia per ſuum Beatum, cui jure optimo propter inſignem illam & raram prærogativam edendi miracula, magni Thaumaturgi nomen inditum ſit; prorſus ut non audeam affirmare, an à temporibus Apoſtolorum, prodigiorum feraciſſimis, orbis terrarum parem aut viderit aut viſurus ſit Thaumaturgum, qui plura tam exiguo tempore, quam patravit Thaumaturgus noſter, editurus ſit miracula omnis generis, varietatis & notæ.*

E

eorum probatio,

50 *Nec velim temere id quiſquam à me dictum exiſtimet, fallor plurimum, ſi non ejuſdem mecum futurus ſit ſententiæ, dum meditatè evolvet ea, quæ in antiquis Actis, quæ in parte ſecunda proceſſus, agente de miraculis, quæ denique in inſignioribus Beati elogiis inſcriptionibuſque de præſenti argumento tractata inveniet, de quibus agendum erit paulo poſt. Et verò quis inficias iverit, tantam miraculorum abundantiam, magnum, illuſtre & immortale pietiſſimo noſtro Adoleſcenti nomen peperiſſe, qui attenderit non numeranda illa eſſe per unitates, non per decades; ſed per centurias gradatim aſcendendum, ut, in immenſum pene aucto eorum numero, exemplo vix hactenus alicubi audito, aſcendi paulatim ac perveniri ad chiliadas poſſit. Adiſis locos jamjam aſſignatos; prout inſuper Hiſtoriam eorum, quæ geſta ſunt poſt beati Confeſſoris mortem. Quid ſentiamus de miraculo in vita Albiana expoſito, de mutatis nimirum carnibus, à* B. Petro *ad pauperes delatis, in roſas, diximus ſupra; à num.* 6.

F

ex antiquiſſimorum Actorum,

51 *Ad majorem miraculorum prope ſupra fidem, à me hactenus aſſertorum, confirmationem, profero fragmenta quædam è vita ſeu legenda antiquiſſima, auctore coævo conſcripta, non amplius quam uno poſt Beati mortem anno cum pauculis menſibus, de cujus valore & pretio dicemus infra ſuo loco. Lectione ſeptima reſidui, ſeu partis ſecundæ, officio eccleſiaſtico B. Petri ſubnexæ, lego ſequentia:* Juſto . . . Dei judicio dignè promeretur Cardinalis ille beatiſſimus, *Thaumaturgus noſter*, ejus attentâ vitâ beatâ, & miraculis ipſius infinitis, quæ univerſo panduntur orbi, ſanctorum Confeſſorum atque Virginum aſcribi catalogo. *Et pauculis interjectis, non veretur cuiquam Sancto detrahere, quod ſuum eſt, nec temeritatis incurrere notam, dum in ſublime attol-*

A *attollens ſermonem, audet dicere*, à mille fortſitan annis Sanctum non legi fuiſſe, qui poſt modica adeo temporum curricula, tot præfulgidis clarueriт miraculis glorioſis, quæ grandem intuentibus ingerunt ſtuporem animorum. Crebra quoque adeo continuè ad ejus frequentantur tumulum miracula, quibus ex ipſorum clara evidentia luculentius Sanctorum adſcribendus catalogo demonſtratur.

fragmentis. 52 Nam hac die, quâ, Chriſto duce, præſentem complevi Legendam, die videlicet IV menſis Octobris anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo octavo, mille noningenta & ſexaginta quatuor Chriſtus ad ejus preces effecerat miracula ſancta, quæ mundum tamquam clara dies irradiant univerſum: *Nec eſt quod quis exiſtimet, ea patrata eſſe in ſola civitate Avenionenſi; aliò quoque pervagata ea ſunt, dum Beatus ibidem lectione octava aſſeritur* per diverſas mundi partes ... præclariſſimis miraculorum prodigiis, divinâ ipſum glorificante potentiâ, coruſcaſſe. Nam cæcis, ſurdis & mutis, claudis, hydropicis, paralyticis, dæmoniacis & leproſis, ipſius meritis glorioſis remedia conferuntur ſalubria. Sed & multis mor-
B tuis per ipſum ſuſcitatis uſque ad numerum quadraginta duorum, innoteſcit fidelibus magnificentia virtutis Altiſſimi. *Præmiſerat ad calcem lectionis ſextæ, poſſe ſe* miracula recitare infinita, ſed nunc ſuperſedere brevitatis causâ. *Hæc de miraculis generatim, agetur de iis ſigillatim in proceſſu ſuper iis concinnato, & locis ſupra aſſignatis. Vide paragraphum* VII *hujus commentarii, ubi præter dicta miracula, reperies alia numero ter mille, quæ ſcribit Albius, primo biennio poſt exactos duos ab* Petri *obitu annos, contigiſſe, non annumeratis iis, quæ ſubſecutis temporibus facta ſunt. Nos interim relicta tam immenſa abyſſo, materiam noſtram proſequamur; qui ſatis habemus, rudem quamdam hîc lectori dediſſe ideam tot rerum mirabilium, quas Beatus patraſſe comprobatur. Conſule etiam quæ ex Boureyo habentur* § VIII.

§. VI. Antiquiſſima Acta Mss. inter ſe collata, quando & à quo edita, unde ad nos miſſa, officium, orationes propriæ, Hymnus.

C

Vita antiquioris auctor anonymus,

DUplex *de virtutibus ac miraculis* B. Petri de Luxemburgo *editur hîc à nobis Vita, plurimum inter ſe diverſa. Alia quippe antiquior; recentior altera. Agemus hîc primum de antiquiore, acturi paragrapho proximè ſequenti de recentiore. Auctoris nomen ignoro. Sed quiſquis ille fuerit, conſtat coævum fuiſſe* B. Petro, *& geſta ipſius conſcripſiſſe exiguo poſt ejus obitum tempore, videlicet uno anno cum tribus menſibus ac duobus diebus, ut patet ex verbis auctoris, in fine paragraphi præcedentis, ad miraculorum confirmationem productis. Bailletus in tabula critica Sanctorum menſis Julii, affirmat monachum Ciſtercienſem fuiſſe; aitque prætendi unum eumdemque eſſe auctorem hunc, qui compoſuit tractatum, cui titulus,* Judicium veritatis in cauſa ſchiſmatis, *editum occaſione ſchiſmatis famoſi inter Urbanum VI & Clementem VII; pro qua prætenſa ſententia illuſtriſſimum epiſcopum Auguſtodunenſem Dony d'Attichi citat idem Bailletus in tabula critica ad diem* V *Julii. Nihil horum hactenus pro certo comperi ex documentis antiquis, quæ habemus de Beato noſtro. An laudatus Epiſcopus quidquam alibi invenerit, quod identitatem illam ſuadeat, non diſputo. Mirabor, ubi videro hanc, ſtabilitam ex antiquorum ſcriptorum auctoritate. Certius porro mihi conſtat, antiquum ſcriptorem Vitæ ſeu Legendæ anonymum, adjeciſſe animum ad ſcribendum ex voto, quod emiſit, & ex grati animi officio, ob acceptum à Beato beneficium. Satis clare hoc ipſe indicat, ut poſt pauca pluribus oſtendemus. Cæterum ſatis apertè prodidit, ſcripſiſſe ſe tempore famoſi ſchiſmatis, & perſtudioſum fuiſſe Clementis Gebennenſis, locis variis ſuæ Legendæ, quam concinnavit, cujus ordinem hîc paucis exhibeo.*

AUCTORE I. P.

ordo ſcriptionis: 54 *Præmittitur Officium proprium beati Confeſſoris noſtri à primis Veſperis; ſequitur Matutinum, cujus prima lectio eſt exordium Vitæ ſeu dictæ Legendæ; quæ lectiones ſingulis nocturnis numero ternario inſeruntur. Poſt novem lectiones ſequitur Miſſa propria, capitulum nonæ, ac ſecundæ veſperæ; denique ſubnectitur reſiduum Legendæ per alias novem continuatum lectiones. Aliud Vitæ apographum habemus, quod Avenione ad nos miſit P. Carolus Faber, idem qui ſupra, & una cum documentis aliis, ad præſens inſtitutum pertinentibus, tranſcribi curavit ex diptychis V. C. Domini de Suares, nobilis Avenionenſis, uti de-* E *claratur his verbis, ad calcem ejuſdem Ms. adjectis*: Supradicta deſumpta ſunt ex decimo nono volumine diptychorum totius orbis, Henrici de Suares, nobilis Avenionenſis, & U. J. D., extracta primum ex authographis, extantibus in gazophylacio RR. PP. Cæleſtinorum Avenion. & aliis. Ita eſt, Henricus de Suares, XXIX April. MDCLXXVI. *Apographum iſtud, quatenus vitam continet, perfectiſſimè conſonat prædictæ Legendæ, exceptis minutiis aliquot admodum paucis, quæ in rei ſubſtantia nihil mutant, & nihil officiunt, quo minus tam concors & tam conſtanter reddita eodem tenore verborum materia, ſtatui certò poſſit ex eodem manaſſe fonte.*

è tribus Mss., 55 *Præter duo iſta apographa, ſervamus tertium aliud Ms., quod ſupra memoratus R. P. Abel le Gros, ſua ipſe manu è codice membranaceo, inter archivia dictæ bibliothecæ curiosè aſſervato, non admodum vetuſto, utpote qui ſolummodo redoleat ſeculum* 15, *ut ſcribit, ſe inter legendum obſervaſſe, laudatus P. Faber; reverendus, inquam, P. le Gros indefeſſo & numquam ſatis laudato labore, præter plurima alia inſtrumenta, de quibus ſuo loco, exſcripſit Vitam, duabus jam adductis verbatim paſſim conſonam, ſi excipias phraſes quaſdam duriuſculas contra Urbanum ſextum, ejuſque ſectatores, & digreſſiones in favorem Clementis VII Gebennenſis, quas vel laudatus tranſcriptor, vel alius ante illum prudenter reſecandas judicavit, veritus fortaſſe tam ne lectorem offenderet, quam ne rebus pluribus, ad rem non pertinentibus eum occuparet, ſi Vitam tranſcripſiſſet prout primitus ab auctore fuit edita, nullâ adhibitâ caſtigatione. Porro ſinceritas Ms. probatur his verbis ad calcem appoſitis:* Ego frater Abel le Gros, religioſus Cæleſtinus & bibliothecarius conventus noſtri Avenionenſis teſtor, me de mandato reverendi patris noſtri Prioris ſcripſiſſe hanc Vitam B. Petri de Luxemburgo de verbo ad verbum; quam extraxi ex antiquo Ms. in charta pergamena, quæ curiosè ſervatur in bibliotheca noſtra. In cujus fidem appoſui ſigilla domus noſtræ. Datum in conventu noſtro Avenionenſi die IX Aprilis anno F

à partu

AUCTORE J. P. à partu Virginis Mariæ MDCLXXVII. *Appositа erant duo sigilla in hostia alba.*

ex eodem fonte hausiis, 56 *Si à duabus superioribus Vitis rescindas digressiones pro Clemente contra Urbanum, & alia quædam parerga, perfecta erit inter omnia tria apographa rerum, verborum, phrasium harmonia & consonantia; aut si quæ intercedat discrepantia, nimis est exigua, quam ut mereatur observari. Quare ad unum eumdemque vitæ omnes fontem referendæ sunt; nec interest quænam ex tribus potissimum hîc à nobis detur; cum noverit omnes, qui unam noverit. Placuit tamen exemplar ultimo loco prolatum proferre præ duobus reliquis, & ad prælum assumere, quia brevius, quia à dictis parergis expurgatum, quia nihil exhibens præter solam vitam. Nec vero propterea aliquid decedet ipsis* B. Petri *Actis, nihil sinceritatis eorum, nihil auctoritati, aut fidei subtrahetur. Etenim si lector habeat quidquid ad mores, quidquid ad miracula Beati spectat; habet totum id quod habere debet, ita quidem, ut desiderare nihil possit amplius, quod vel pietati subtractum sue, vel curiositati, conqueratur.*

quodnam à nobis detur B 57 *Atque, ut verbo dicam omnia, visum mihi est non tantùm supervacaneum, sed etiam ineptum similibus parergis & perissologiis Acta nostra farcire. Etenim ut intelligas quo usque Auctor abeat; præterquam quod in novem primis lectionibus, Officio proprio canonico* Beati Petri *insertis, & quinque primis lectionibus partis residuæ ex Legenda, inspergat quædam pro Clemente VII contra Urbanum VI, quod posset ei uicumque & condonari, à parte illa stanti, & bona, ut suppono, fide procedenti: coacervat prolixè per tres continuas lectiones ea, quæ potius spectant oratorem, quam hagiographum. Quod ut magis appareat, trium sfarum Lectionum analysim paucis exhibeamus. Deplorat in primis per exclamationem ac definitiones conglobatas, quod* Petrus *Cardinalis*, gloria ineffabilis & vertex sacri collegii è *mundo* recessit, angelus terrestris & homo cælestis, imago similitudoque Deitatis & spiritus Deiformis. *Tum per apostrophen affatur Beatum:* Nunc ergo, *inquit*, Domine, humano destitutus auxilio, quo ibo te quærere? Gloria Christianorum & laus fidelium, *&c.*

omissis parergis, C 58 *Per hunc campum liberrimè vagatus, incipit invectivam seu Catilinariam contra sectatores urbani VI, immodicè indulgens affectui erga partem Clementinam, & quasi succenturiatorem ejus agens potius, quam historicum hagiographum: Accipe verba:* Crede igitur, Bartholomista, Domino Clementi tamquam Romano Pontifici, Vicario Christi & Petri unico successori, sub cujus triumpho tam gloriosa refulgent miracula sancta, ex quibus, diebus in nostris, fides prosperatur orthodoxa, de quibus astra mirantur, plaudunt agmina, tuba sonat & lætis emiscent blanda modulamina. Quis vero æstimaret Cardinalem hunc beatissimum tot præfulgidis atque stupendis coruscare miraculis, si schismatico Pontifici adhæsisset, qui etiam schismaticus extitisset? Absit nimirum talis error, cum extra Ecclesiam militantem nullus salvetur, & ejus obedientiam, etiam Martyr pro Christi nomine, si sit schismaticus, qui si verum Papam non habeat pro capite, utique nec Christum, cujus personam repræsentat; qui autem tam præclaris contrariaretur prodigiis, contrarius prorsus censeretur veritati. *Unde liquet, hunc scriptorem plus satis loqui pro affectu.*

D & invectivis, 59 *Crescat oratio*: Quis denique ausu temerario afferre conaretur, Reverendissimos sanctæ memoriæ Patres, Petrum Pampilonensem & Angelicum Albanensem, illustres quondam Cardinales, schismaticos extitisse, viros utique miræ justitiæ, atque sanctitatis, qui usque ad agonem sub Domino Clemente triumpharunt, eumdem verum in mortis articulo profitentes Apostolicum, Bartholomæum intrusum detestando, *&c. His præmissis, progreditur ad miracula, ope* B. Petri *patrata; verba ipsius protulimus in fine præcedentis paragraphi, sic prætiosum ex vili, aurum ex scoria, colligentes: ubi etiam habes, quo die, auctor suam hanc Legendam compleverit, primum Vitarum omnium fontem, è cujus aquis auctores omnes posteri suos hortos irrigarunt. Multus quoque est ille auctor in deprimenda sua tenuitate, balbutie, imbecillitate, tamquam ineptus sit qui digna tam magno Thaumaturgo loquatur, addatque se de illo loqui ex voto, dum ait, quod* opus tam grande nunquam præsumpsisset aggredi, nisi voti compulsus necessitate ... quoniam ad amplitudinem gratiarum quidem mellifluarum, facultas humana E attingere nequit.

ad rem non pertinentibus. 60 Silere, *inquit*, de eo denique non valeo, propter votum, quod velut simplex emisi, ut gratiam, quam apud Deum pro me impetravit, ne voti transgressor, & ingratus apud ipsum efficiar .... nam merita mea minimè sufficiunt ad ipsum quovis modo collaudandum; sed quod mihi defuit, audacter propter voti obedientiam, Christi dulcissimam bonitatem, Virginisque gloriosæ auxilium, cum ejus singulari fiducia, ipso mihi dictante, & aridam manum meam me eidem præbente, attentare præsumpsi. *Tandem iteratis beati Cardinalis elogiis Legendam suam absolvit dictus Auctor, ultra præfixas historico metas nimis libere prolixeque vagatus; cujus alia nonnulla fragmenta conjecimus in Annotata, ne plus justo hîc longi simus; sicut & quasdam ex collatione trium prædictorum exemplarium sumptas observationes. Nec est quod quisquam sibi persuadeat, rectè concludere hunc Clementis Gebennensis antagonistam, dum ex miraculis, à magno Thaumaturgo factis, nititur probare, legitimam fuisse ejusdem Clementis, Avenione sedentis electionem; illegitimam verò Urbani VI, qui gubernacula Ecclesiæ moderabatur Romæ. Quasi verò tota hujus argumenti, seu potius sophismatis vis non enervetur facillimè ex eo, quod eodem tempore S. Catharina Senensis, quæ stabat ab Urbano VI, prodigia operata sit numero multa, genere eximia, præstante Domino, qui solus magna operatur, ob quæ eam tamquam insignem planè Thaumaturgam omnis posteritas intuebitur, nec ulla unquam ætas de ejus meritis ac laudibus conticescet. Retorsio itaque illa dictam objectionem miraculorum planè diluit, ut patet, siquis eam expenderit animo præjudiciis vacuo, non pro affectu.*

Scriptor miraculorum, 61 *Quærere hic haud abs re quis possit, an miracula, quæ in nostro apographo adjecta reperi post Vitam, & post hanc ejus clausulam*, explicit Vita B. Petri de Luxemburgo, *quæque continuata serie P. le Gros transcripsit, appositо testimonio, quod supra retulimus, eum dedisse pro sinceritate Vitæ à se exscriptæ, & quo probat, æque ista miracula esse desumpta ex archivio Cælestinorum, quàm dictam Vitam; quærere hîc, inquàm, quis possit, an miracula sint conscripta ab auctore Vitæ. Ad quæstionem respondeo negativè. Ratio est quia nullum*

A *nullum horum miraculorum legitur expreſſum in aliis duobus antiquiſſimorum Actorum exemplaribus, à me diligenter conſultis, videlicet in Legenda, & in Ms. Suareſiano. Id quod argumento eſt, aliunde illa deſumpta fuiſſe. Unde ? Ex ea proceſſus parte, ubi agitur de miraculis, in qua omnia referuntur. Supervacaneum proin eſſe autumans, bis eadem miracula narrare, omittenda hîc cenſui ea, quæ aliunde per modum appendicis advenerant. Cum aliunde certum ſit omnia ex proceſſu de miraculis eſſe huc tranſcripta. Nam nonnulla ibi corrector mutavit, quæ in eodem proceſſu, quanto magis ſunt barbara, tanto majorem ſapiunt antiquitatem. Habe ſpecimen. Vetus proceſſus legit* villa : *Corrector poſuit* urbs. *Proceſſus habet*, ſe appodiando: *Corrector*, ſe ſuſtinendo. *Proceſſus alibi habet*, Mandavit medicos. *Corrector*, accerſivit medicos. *In proceſſu legitur* bordatura pontis : *apud Correctorem eſt*, ripa pontis. *Ex quibus notis liquet, hunc contextum de miraculis, vitæ antiquæ adjunctum, non eſſe fœtum ejuſdem auctoris, cujus eſt ipſa vita ; præterea, hoc apographum non eſſe tam antiquum, quam ſit proceſſus, cui apographo etiam aliunde adjunctum legitur miraculum*

B *de puero, membra colliſo ex lapſu, & dein ſanato, anno* 1432, *de quo ſupra. De officio canonico proprio & Miſſa, mentionem cœpimus facere ſuperius occaſione legendæ, cujus lectiones ejuſdem officii partem conſtituunt. Non eſt neceſſe, nec verò operæ pretium, totum illud officium cum Miſſa huc tranſcribere. Ne autem omnium ibidem contentorum lector ſit peregrinus, excerpo paucula, quæ ſerviant pro ſpecimine, ut ex ungue leonem.*

62 *Hymnus ad veſperas ſub cantu*, Chriſte Redemptor omnium, in Natali Domini, *ſic ſonat :* Laudabilis proſapia, Petrus infans de Lucembourch, archilevita diœceſis eccleſiæ Carnotenſis, præfulgens in eccleſia, Præſul Metenſium norma, virginitate placenti, diaconus Cardinalis. Sobrius temperantiâ, ſanctitatis atque, formâ ſanctimonia flagranti. Patronus humilitatis, ſpecialis juſtitiâ, immobilis conſtantiâ, caritate excellenti, pollens miraculis ſanctis. Apud Chriſtum in gratia & in miſecordia, oratione ſodali. Juvet nos ſuis meritis. Amen. *Oratio iſta ſequitur poſt Magnificat :* Omnipotens ſempiterne Deus, qui ab infantia levitam Cardinalem tuum ſacroſanctum ab illecebris peccati, amoreque ſeculi ſervaſti illæſum, concede propitius, ut quemadmodum decore multiplici ipſum illuſtras in terris, ita apud te ſublimatus, jugiter pro nobis intercedat in cælis. Per Dominum noſtrum.

63 *Collecta in Miſſa eſt eadem oratio. Secreta :* Noſtrorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra, ut qui Cardinalis tui beatiſſimi triumphum recolimus in terris, ſalutaris auxilii nobis præſtet effectum, & ejus devotis precibus & meritis adjuvemur in cælis. Per Dominum noſtrum. *Poſtcommunio ſequentis eſt tenoris :* Eſto Domine plebi tuæ, benignus ſervator & cuſtos, qui animæ famuli tui Petri diaconi Cardinalis ſancti, incrementa præbuiſti multiplicia virtutum, concede propitius, ut ſicut ejuſdem in terris merita præclara tibi grata ſuſcepiſti, ita ad impetrandam miſericordiam tuam in cælis, ejus ſemper patrociniis adjuvemur. Per Dominum noſtrum. *Non abs re hîc ſubnectam antiphonam impreſſam cum oratione. Superius ſpectatur Beati imago æri inciſa, cum hac epigraphe :* Vera effigies S. Petri de Luxemburgo : feſtum illius celebratur v Julii.

Hymnus ad Veſp., oratio,

collecta in Miſſa, ſecreta &c.

64 *Subjungitur antiphona & oratio :* Novum ſidus Eccleſiæ, lucerna noſtris pedibus, roga Chriſtum pro famulis, ut noſtris adſit mentibus, & in æterna requie, ſuis jungat agminibus. ℣. Ora pro nobis beate Petre de Luxemburgo. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, qui B. Petri de Luxemburgo, Confeſſoris tui meritis & intercеſſione, defunctis vitam, cæcis viſum, claudis greſſum, mutis loquelam, ſurdis auditum, ægris ſanitatem præſtare, & de quacumque tribulatione ad te clamantes eruere dignatus es ; concede propitius, ut omnes, qui implorant ejus auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *Supra dictam effigiem habebatur ſcriptum Gallicè :* Reverendus in Deo Pater, & Dominus Bartholomæus epiſcopus Alexandrinus, omnibus dicentibus ſequentem orationem cum antiphona, XL *dierum* indulgentias pro ſingulis vicibus conceſſit. *Verum hæc de officio, orationibus & hymnis, per modum appendicis occaſione Legendæ ſuperioris adjecta ſunt. Nunc ab antiquiſſimis Actis ad vitas recentiores deſcendamus, exploratoque primigenio fonte, diſpiciamus quid de rivulis inde derivatis, dicendum ſuperſit.*

AUCTORE I. P. *Antiphona, alia oratio.*

B

E

§ VII. Vita recentior à P. Henrico Albio S. J. edita, ad trutinam revocata.

Vita circumfertur Gallico ſermone impreſſa, inter eas, quæ omnium paſſim teruntur manibus, haud infima, ſi non præcipua, ſæpius recuſa, & poſtea hîc à nobis recudenda ſermone latino. Auctorem habet P Henricum Alby Societatis noſtræ ſacerdotem, virum, prout de eo teſtatur Bibliotheca dictæ Societatis, magni ingenii, reconditæ eruditionis, eximiæ pietatis. *Vix putaſſem operæ pretium in tam copioſa, tamque inſtructa multorum veterum documentorum copia, de edenda recentiore vita cogitare, niſi una potiſſimum me cauſa eò adegiſſet, quod plurima ibidem narrentur, quæ merentur caſtigari atque ad exactiorem trutinam revocari. Adde, quod nonnulla occurrant ibidem, quæ in antiquiſſimis Actis prætermiſſa, at in proceſſu non obſcurè tradita, aliquem etiam locum inter vitas in hoc opere mereri videntur.*

Vitæ recentioris auctor

F

65 *Itaque laudatus Auctor in ipſo vitæ exordio imperite hallucinatur, dum ſcribit, Beatum noſtrum in lucem prodiiſſe anno* 1360, *qui quidem annus in quatuor diverſis impreſſionibus, quas habemus, idem ſignatur ; quique cohærere non poteſt cum morte, quam rectè ſignat idem Auctor in fine ejuſdem vitæ, contigiſſe anno* 1387, *ætatis Beati* 18 *completo, demptis* 18 *diebus. At facile indulgeo lapſum hunc eſſe typographicum, & pro* 1369, *qualis poni revera debuit, poſitum eſſe* 1360. *Iterum vitata charybdi in ſcyllam incidimus, dum natalem diem ille combinat cum Pontificatu Gregorii XI, pro quo ponendus erat Urbanus V, qui præfuit ab anno* 1362 *ad* 1370 ; *cui ſucceſſit dictus Gregorius, coronatus menſe Januario anni* 1371. *Nullum ergo video effugium, quo evadat Albius. Idem auctor ex ignorata epocha mortis, quâ Guido Comes S. Pauli, Confeſſoris noſtri pater, in prælio Beſvileriano interemptus fuit, anno ejuſdem Confeſſoris tertio, uno dumtaxat men-*

pluries hallucinatur

AUCTORE J. P.

se cum duobus diebus inchoato, ut narravimus supra paragrapho 1, pluries erravit, uti illic monstravimus, quæ nihil attinet rursum hîc recoquere, cum & ibidem videri, atque huc loci transferri commodè possint.

66 *Consulat itaque lector ea, quæ ibidem diximus,* in vita, *ne actum agendo, bis eadem supervacaneo opere repetamus. Ibidem quoque reperiet judicium nostrum de miraculo, quod tantâ verborum copiâ ipse recenset, ab initio numeri 4, quod judico non subsistere, salvo meliori, ob rationes illîc allegatas, paratus interea sententiam mutare, si quis meliora suggerens, eas oppositis rationibus eliserit. Numero 8 rectè meminit detentionis* B. Petri *Caleti, ubi obsidem fuisse refert, loco fratris. Etsi non memini me aliquid de hac re in antiquissima vita legere; hoc tamen non obstante, tangitur strictim illa detentio variis locis in processu de vita & moribus ejus; semel quidem, quod meretur hîc bene notari, à fratre germano, Andrea de Luxemburgo, episcopo Cameracensi, perpetuo pene contubernali ipsius Beati, cap. 2 num. 37, ubi memoratur* per decem menses vel circa, detentus in Calesio. *Et ibidem cap. 4 num. 73 mentio fit, vel ex ipsis Beati verbis, à confessario auditis, & ibidem relatis; & alibi in*

B *processu, quod* fuerit obses in Calesio.

67 *Pergamus ad caput secundum. Num. 11* quam edidit; *refert auctor, Comitem Luxemburgicum,* Petri *germanum fratrem, voluisse eum admovere, & revera admovisse canonicatui ecclesiæ Parisiensis, veritum, ne alioquin amplexus fuisset monasticum institutum aut vitam solitariam. At testis primus, utriusque frater, primo obtutu depositionem ejus inspicienti, videbitur contraria asserere in processu cap. 1 num. 38, sic deponens:* cum Dominus Petrus Cardinalis esset ætatis undecim annorum, vel circa, Dominus Comes S. Pauli volebat illum ponere ad seculum; sed ipse Dominus Petrus Cardinalis totaliter recusavit. *Vide etiam dicti processus cap. 2 num. 39. Sed tam illa non pugnant, quin non contortè conciliari possint, dicendo,* Petrum *prius à fratre inductum fuisse ad statum secularem; dein, quando minus hoc succedebat ipsi ex sententia, ad statum ecclesiasticum, in quo maluerit ipsum videre, quam in monastico. Ibidem in vita, numero 17 narratur Petrus in itinere, cum anteà sensisset motum angelicæ virtuti contrarium, veritus ne quid ex eo sibi noxæ adhæsisset, sæviisse flagris in corpus,* C *remotis arbitris in sylva. Flagellationi isti accedit auctoritas ex cap. 4 num. 60 processûs. An verò eâ occasione contigerit, quæ ab Albio refertur, ibidem non dicitur. Nunc ad caput tertium. Narratur num. 20, tanto micuisse lumine radiorum, Cardinalis existens, ut Clementis oculos quasi hebetarit per aliquod tempus. Auxesis videtur oratoria. Nihil, quod sciam, de hac re dicitur in vita antiqua, nisi quod locum, in quem secedebat orandi gratiâ, lux circumfulserit, vide num. 24. Aliam historiæ hîc ab Albio narratæ non recordor fieri mentionem. Nihilo plus invenio in antiquissimis Actis aut processibus de suavi odore, quem, bene precante sibi Clemente & amplexum dante, fertur exspirasse ibid. num. 22 satis oratoriè. A numero 25 usque ad caput 4, fallor, si aliquid historica veritate possit probari, præter unicam apparitionem Crucifixi, quam etiam simplicissimis verbis exponunt antiquissima Acta num. 24, & processus.*

68 *De iterata apparitione, & de lapsu in lutum, vestibus luto non infectis, nihil ullibi lego in documentis antiquis. Quin imo nec illud quidem, quod jussu Clementis iverit Beatus Avenione ad Castrum novum prope Avenionem, ea de causa, quæ in vita Albiana affertur, & ibidem videri potest, nempe ut judicium suum depromeret, qua parte altare illîc deberet collocari. Unde ergo huc intrusa? A numero 31 scribit idem Auctor piissimum Adolescentem morti proximum, petita à domesticis veniâ, cadi per singulos eorum se jussisse, dum ipse interea temporis pœnitentis animi affectibus indulgeret. Idem factum commemorat Illustrissimus Meurisius de Episcopis Metensibus pag. 535. Idem post utrumque obiter refert Bailletus. Incomparabile enimvero atque hactenus inauditum profundissimæ humilitatis exemplum! Dolendum quod illius nullum habeant apicem antiquissima Acta aut processus; quod nihil inveniatur deposuisse de tanta re D. Clacquin, testis XI, fide dignissimus, quem dicit Albius post exercitum actum hunc heroicum impertiisse* Petro *absolutionem. De zona, quam Albius dicit adhibitam ad cædendum, & quam ad sua usque tempora asservatam refert apud Religiosos Cælestinos Avenionenses, nihil vel antiqua Acta, vel recentiores auctores (quos ego quidem viderim) præter Boureyum. Quod attinet ad martyrium SS. Theclæ & Agnetis,* D *paulo ante mortem sibi prælegi jussum; videtur res commentitia, antiquo scriptori, processibus, aliisque recentioribus, (Boureyum excipe) quos consulere mihi licuit, ignota. Dicitur quidem in Processu cap. 10, addictus fuisse legendis* vitis Patrum, *&, sicut lego in articulo 79 interrogatorio,* aliorum; *sed qui hinc extundes lectionem morti præviam, de quâ hic? Quid si Albio, vel auctori alteri, ex quo fortasse assertam lectionem hausit, præbuerit occasionem, articulus interrogatorius 93, in quo narratur. Quod,* dum *confessarius,* legeret orationem, *agonizante* Petro, ubi fit memoria de beata Thecla & Agnete, & legerentur earum nomina, ipse oculos aperuerit, nec ex post apparuerit in eo signum vitæ. *Ad quem respondit testis undecimus, qui aderat;* Si D. Dominus Petrus oculos aperuerit, dum legerentur illa verba, in articulo contenta, dixit se non vidisse.

69 *Exposita Beati morte, mox digreditur Auctor ad narrationem illorum, quæ scribit facta à Clemente, de quibus vide vitam à num. 36. Quæ tametsi probabilissime contingere potuerint, & etiam fortasse contigerint, nusquam tamen revera contigisse referuntur ab antiquis. Id, quod narratur, de apertis post mortem oculis, jam discussimus. Quod oculos apertos post mortem in Clementem fixerit* F *Beatus, firmius credam, ubi alibi legero, quam in solo Albio. Illa, quæ persequitur de exacta nocte in orationibus à Clemente, memori eorum quæ ante mortem suam Beatus cum ipso communicarat; quæ de repositione corporis in sacello xenodochii pontis Rhodani, ac deinde in domo prope cœmeterium S. Michaëlis, dilatâ, pra turba confluentis populi, humatione; quæ de Missa, à Cardinali coram funere celebrata in sacello S. Michaëlis, non vellico; ne nimium emungam. Quid dicam de numero miraculorum, quem posuit Albius num. 40, pro quo appellat ad tabularia Cælestinorum Avenionensium.* sigillatim,

70 *Numero ibidem relato miraculorum bis mille quadringenta & septuaginta sex, inter quæ mortui quadraginta duo ad vitam revocati, idque duobus primis post mortem ejus annis; proximè accedit Historia gestorum post obitum* B. Petri, *collecta & digesta à R. P. Nicolao Malet, ex archiviis Monasterii Cælestinorum Avenione, dicens patrata esse miracula* an corrigendus auctor in numero miraculorum,

quæ hic examinatur

A *cula* ad numerum trecentorum triginta ſex ſupra bis mille. *Auctor antiquiſſimæ vitæ tantum collegit ea, quæ à quindecim poſt obitum Petri menſibus, nimirum uſque ad diem* IV *menſis Octobris anni* 1388 *contigerant, ut ſupra diximus, quo die & anno legendam ſuam abſolvit; adeoque non mirum eſt, minorem ibi numerum poni; cum tam parvo tempore miracula in immenſum quaſi multiplicata, non ſit dubium quim magis magiſque creverint in dies; adeo quidem copioſè, ut non memorare ſe, dicat Albius, alia ſex tabularia monaſterii Cæleſtinorum nominati, in quibus contineri narrat,* ultra ter mille miracula poſt duos jam memoratos à morte Beati annos patrata, non annumeratis iis, quæ exinde ſunt facta, fiuntque quotidie, numero ad infinitudinem quamdam ſe extendente.

quem auxit ſupra antiquiſſimum auctorem.

71 *Enimverò tametſi immenſior, pervulgatiorque eſt incomparabilis noſtri Thaumaturgi numerus miraculorum, quam ut ei vel ad latum unguem quidquam detractum velim aut imminutum; tamen mirari ſatis non poſſum laudatum P. Nicolaum Malet, diligenter haud dubie ſcrutatum illa tabularia, in Hiſtoria eorum, quæ poſt obitum beati Cardinalis contigerunt, ne verbo quidem meminiſſe productı ab eodem Albio prodigiorum numeri ter mille miraculorum, quæ dicit primo biennio poſt duos primos annos, quo priora* 2476 *jam dicta, patrata fuerant, contigiſſe, non annumeratis iis, quæ exinde facta ſunt, fiuntque quotidie, uſque ad quamdam infinitatem. At maneat magno Thaumaturgo ſua gloria, & Albio ſua in narrando fides; neutri obloqui eſt animus; præſertim cum omnem pene ſuperet exſpectationem ac fidem, prodigiorum multitudo, quæ beatus Adoleſcens vere patravit, cujus hac in re conceſſam à Deo Optimo Maximo prærogativam mirari poſſumus & ſuſpicere, laudare certè pro meritis numquam ſatis poſſumus. At de his plus quam ſatis. Ex quibus liquet vitam Albianam in non paucis ad exactiorem criſim revocari, & in multis corrigi debere; de qua re operæ pretium putavimus ſingulatim hîc agere, cum plurimum referat, vitam ubique vulgatam, ubique lectori propoſitam ac pluries recuſam, eſſe ab omni errore quam correctiſſimam & defæcatiſſimam; quod hactenus nobis fuit propoſitum ex ſolo veritatis amore, non aliena vellicandi libidine, vitæ Albianæ trutinam proſecutis. Porro an melioris ſit notæ vita alia, eodem fere tempore à recentiore Auctore edita, diſcutiemus paragrapho ſequenti.*

B

C

§ VIII. Vitæ recentioris, à Martino Boureyo, monacho Cæleſtino editæ, analyſis & criſis.

Analyſis præfationis

A *Lia inſuper vita, Gallico idiomate conſcripta, publici juris facta fuit anno* 1624, *auctore R. P. Martino de Bourey, monacho Cæleſtino Rotomagenſi, quæ citatur apud Ciacconium tomo* 2 *col.* 686, *& à me perluſtrata eſt, ut lectorem informarem de ejuſdem valore ac pretio. Hunc in finem judico hîc, quam fieri poterit breviſſimè, exhibendam ejus partium analyſim, ut illis inſpectis ſtatuat æquus rerum arbiter quid de toto complexo ſeu corpore ſit ſentiendum. Nec omiſerim, prius repræſentare generalem ejus ideam. In multis conſonat auctor cum laudato Albio, ut conſtabit ex partibus ſtatim reſolvendis. Duplo tamen & amplius, illo prolixior eſt, multis ſæpe locis infarciens ſuum opus per aſceticas tranſgreſſiones, ſimilitudines, hortationes; adeò quidem, ut loco non uno videatur potius agere aſcetam, encomiaſten, aut eccleſiaſten, quam ſcriptorem vitæ ſeu hagiographum. Si ſimilia quis inſerat modicè, alicujus Sancti vitæ, quam delineare cupit, facit gratioſè & opportune; ſi immodicè & nimis ſæpe, vix potis eſt ut placeat, quia facit loco non proprio; nec relinquit aſcetis aſcetica, hiſtoricis hiſtorica. Præfationem ſuam direxit idem ſcriptor ad R. P. Provincialem Cæleſtinorum Franciæ.*

AUCTORE J. P.

E

73 *A variarum virtutum floribus, de quibus piè admodum & aſceticè diſſerit, ad beati* Petri *panegyrim delapſus, ait, ipſius vitam ſuiſſe editam Hiſpanicè à quodam Franciſco Diego, Ordinis Prædicatorum, Barcinone, ſed brevem & ſuccinctam, in qua affirmat ſe reperiſſe* plurima (*reddo ipſius phraſim*) mendacia; *præcipue, dum capite* 3 *ejuſdem vitæ legere ſe dicit Clementem VII Mediceum, Purpuratorum Patrum collegio adſcitum fuiſſe à Cæleſtino Papa V; addens, talia* mendacia *nihil prodeſſe Eccleſiæ Dei. Quin & aliunde ipſum perſtringit, dicens ſua, quibus vitam inſtruxit, eſſe inventa, exceptis miraculis, quæ ſcribit ipſum obſervaſſe, quando Avenione degebat; quæque ſatis notoria ſunt. Deinde volens Boureyus hiſtoriæ à ſe editæ ſinceritatem probare, collegiſſe ſeſe aſſerit ſpicilegium ex quinque craſſis voluminibus authenticis aliiſque documentis, Avenione aſſervari conſuetis in monaſterio Cæleſtinorum atque impendiſſe ſe tantum temporis in conſcribenda hac vita, ut non niſi poſt ſtudium trium annorum, prout fatetur in fine ejuſdem vitæ, omnibus ſuis partibus abſoluta fuerit; ſicut eruo ex textu, dando, n.* 95.

hujus auctoris.

74 *Verum quid jam vetat illas partes reſolvere, & examinare. Capite primo* Petri *natales ponit ſub Gregorio Papa XI, quod refutavimus in Albio, num.* 65. *Ibidem illuſtriſſimi Domini Guidonis progeniem enumerans, recenſet Valeranum, Joannem, Andream,* B. Petrum, *& Joannam Luxemburgicam, omiſſis aliis ſororibus, de quibus actum num.* 14 *ex Meuriſſio; & quos eodem prorſus ordine & numero exhibet V. C. Andreas du Cheſne in Genealogia Luxemburgica pag.* 111 *&* 112; *quamvis Margaretam non habeat Rittershuſius, dictumque ordinem paulò aliter referat. Unde arguas erraſſe Boureyum, rotunde aſſerentem cap.* 4, *hanc Joannam* B. Petro *extitiſſe unicam ſororem. Hiſce rectè attexit virtutes Parentum Beati ex proceſſu. Capite ſecundo narrat obitum matris, quando* Petrus *nondum attigerat ætatem trium annorum, Comite Guidone adhuc ſuperſtite; Petrumque educatum tradit à* Domina Joanna Luxemburgica, comitiſſa de Oargieres, ſorore germana dicti Comitis. *Pro quibus conſule ea, quæ nos ſupra, num.* 11 *&* 12. *A Capite* 4, *expoſitâ miſericordiâ beati Pueri erga indigos ac pauperes, delabitur ad narrationem miraculi de mutatis carnibus in roſas, cum prius eas in ſua veſte, nulla eidem exinde adhærente macula, ad pauperes deferre voluiſſet; quæ majore etiamnum ornatu commemorat, quam Albius; additque tum temporis* Petrum *fuiſſe novem annorum; impreſſiſſe animo miſericordiam erga pauperes occaſione concionis ſacræ, cui una cum præceptoribus interfuerat; nec omittit interrogata Patris, ac reſponſa filii, in pio hoc furto deprehenſi. Repete memoriâ, quæ ſupra dedimus ex Albio; ex quibus eadem operâ facilè deduces, quid hîc ſit dicendum.*

Analyſis aliorum capitum,

F

75 *Caput* 4 *continet ſalutaria monita, ab ipſo data ſorori ſuæ Joannæ; & votum utriuſque, vo-*

aſſignatis

AUCTORE J. P.

vendi castitatem in competenti ætate ; quæ in hanc rem produximus contra Albium, hìc producta sunto. Quod Joanna, prout auctor refert eodem cap. 4, fuerit soror ejus unica, modo refutavimus. Caput 5 tradit, beatum Adolescentem à patre Guidone missum Lutetiam Parisiorum, studiorum gratiâ, anno ætatis decimo. Jam solidè hunc parachronismum refutavimus in Albio, num. 65. Idem Boureyus Cap. 6 perperam refert Patris memorati obitum, quod tamquam falsum, indidem refellitur. Capite septimo, pro fratre captivo apud Anglos, obsidem se stitisse B. Petrum, *rectè statuit, suffragante processu, ut dicebamus pro Albio num. 66. Sed fallor multum, si non ex suo cerebro commentus sit, quod Nicolaus Clacquin, quem simul cum* Petro *apud Anglos refert fuisse, extiterit doctor in theologia.*

variis hallucinationibus

76 Quod sufficienter videtur everti ex eo, quod, cum fuerit in processu testis undecimus & plurima deponere potuerit, quoniam, ut ipsemet dicit, vidit patrem & matrem dicti Domini Petri, & sibi servivit per septem annos ante nativitatem dicti Domini Petri. . . *Præterea*, cum

B dicto Domino Petro moratus est à tempore, quo erat ætatis octo annorum, usque ad obitum dicti Domini Petri, & erat gubernator dicti Domini Petri & rector ; *satis, vel ex eo, videtur assertus ille doctoris titulus in theologia, perperam ipsi esse attributus, quia non legitur in processu. Jam verò, ubi describuntur alii ejus tituli, illum, qui erat inter præcipuos, an verosimile fit, fuisse præteritum ; præsertim cum dignitates & officia semper ibi in graphica testium descriptione adjungantur, uti liquet in teste primo, qui nominatur* electus Cameracensis ; *in teste secundo, qui fuit* licentiatus in decretis, ecclesiarum Catalunensis & Morinensis canonicus. *In teste quarto, qui vocatur* utriusque juris licentiatus, *Canonicus* Parisiensis, secretarius Regis Franciæ. *Testis 9 dicitur* magister in theologia ; *Testis 11, de quo hîc quæritur*, canonicus Cameracensis, familiaris recolendæ memoriæ Domini Petri de Luxemburgo, *&c. ut supra. Nullibi occurrit titulus doctoris in theologia ; quem ideo probabilissimè judico ipsi, saltem tum temporis, quo dicit eum Boureyus cum Petro versatum apud Anglos, non competere. Capite 9 exponit raras Beati virtutes & gratias pervolasse Londinum usque, ad Regem Angliæ ; atque ab eodem illuc per litteras invitatum, se excusasse ; exactis Caleti novem mensibus, rediisse Parisios ad studia ; repressum vita rigorem à P. Pocquet, de quo statim.*

C *77 Capite 9 inducitur Valeranus, Beati frater*

& non paucis erroribus,

natu major, conatus frustra ipsum avocare à studiis ad militiam & nuptias, in quo, utpote satis verosimili, nihil vellico, remittens tamen lectorem ad num. 67. Quod verò dicit ibidem Auctor, petiisse Petrum à fratre tempus deliberandi, & rursum interea Deo obtulisse vota, ipsi serviendi & vivendi in perpetua castitate, puto quoad secundam hanc partem, de voto castitatis edito, non satis constare, ut supra dictum plus semel. Capita 10, 11, 12 continent canonicatum Parisiensem, archidiaconatum Drocensem, colloquium item duplex spirituale cum R. P. Pocquet olim, uti est apud eumdem auctorem, juris utriusque Doctore in Academia Parienſi, at tum temporis prioris Cælestinorum Parisiis, sine dubio à Boureyo ipso compositum.

malè fundatis.

78 Capitibus autem 13, 14, 15, 16 proponitur communicatio ascetica illustrissimi Philippi de Mazieres, olim Cancellarii in Cypro, tum abdicatis rebus secularibus, soli Deo vacantis apud Cælestinos Parisiis. Agit discursus ille asceticus de bono, excellentia, ac varietate solitudinis, & pertexitur à pag. 54 ad 116, tam prolixè, ut quartam circiter opusculi totius seu vitæ Beati partem complectatur, præter institutum historici. De frequenti piissimi Adolescentis cum laudato Philippo communicatione satis constat ; non adeo, an habitus fuerit ibidem discursus ille, qui potius videtur esse concionatoris, è cathedra dicentis, & ab auctore ipso indubiè adornatus ; quam familiaris, & prolatus ex tempore. Multò minus constat, an ob sermonis prolixitatem, cujus suavitate abripiebatur, voluerit ibidem Beatus pernoctare, & reipsa pernoctarit. Caput 17 commemorat duplicatum fuisse fervorem Petri ex discursu jam dicto, in cujus ulteriori discussione lectorem nihil moror. Capite 18 traditur Beatus evectus ad episcopatum Metensem ; ubi perperam, ut censeo, additur, ipsum resignasse archidiaconatum Drocensem Nicolao Clacquin ; quem non lego fuisse canonicum Carnotensis ecclesiæ, cui erat subordinatus archidiaconatus Drocensis, sed Cameracensem, ut supra vidimus, asserentibus Meurissio & Bailleto, Petrum, E *postquam erat ad infulas Metenses promotus, archidiaconatum Drocensem resignasse fratri suo Andreæ, quod videtur verosimilius. Quod attinet ad motum minus castum in equitatione subortum & repressum, &, si forte quid ex eo culpæ contraxisset animus castissimus, in sylva remotis arbitris castigatum flagris, de quibus ibidem Boureyus, habes, quæ ad hoc propositum dicta sunt paragrapho præcedente.*

79 Capite 19 describitur constans ac rigidum & assertis, *examen conscientiæ, bis de die adhibitum, cura minimorum defectuum, odium implacabile peccatorum, &c. Obiter hîc observatum velim, hallucinari illîc auctorem, dum confessarium Beati, nomine Ægidium (à quo etiam cap. 28 refert, Beatum comparatum esse ad supremam luctam :) memorat fuisse* Ordinis S. Francisci, *nam contrarium evincitur ex processu, ubi habetur* testis IX Magister Ægidius de Aurelianis, magister in theologia, ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI, conventus Avenionensis . . . qui confessor suus fuit à tempore, quo ipse Dominus Petrus venit ad curiam Romanam, & de primo mense, quo venit. *Observatio mea ulterius confirmatur ex supremis officiis, paulo ante* F *mortem ab hoc eodem Ægidio confessario præstitis, de quibus in processu cap. 10, quem Ægidium dicit Boureyus constanter ipsi moribundo adstitisse, animos addidisse, &c. Quæ omnia in alium seu alios Beati confessarios cadere non possunt, quam in hunc Ægidium, quem nego & pernego extitisse* Ordinis S. Francisci, *& affirmo fuisse* Ordinis eremitarum S. Augustini. *Caput 21 ob oculos ponit, quam vixerit sanctè* Petrus *noster, ubi ad sublimem cardinalatûs apicem erat evectus. Ad votum quod attinet, à beato Cardinali, ut prætendit Boureyus, edito, jejunandi diebus Mercurii, Veneris, & Sabbati ; dum illud affirmat, plus asserit, quantum existimo, quam alicunde ex antiquis instrumentis possit probari ; non quod jejunia vellicare sit animus, sed aio, velle me instrui, quod ea ex voto sint facta ; uti pariter, quod Beatus, sicut affirmat idem auctor, jejunia ecclesiastica obiret in pane & aqua. Audiat, quoniam ad processum appellavit in sua superiore præfatione, audiat, inquam, testem XII, Beati secretarium, qui cap. 4 distinctè dicit oppositum, in hæc verba :* Dominus Petrus ultra jejunia præcepta,

quar-

A quartâ feriâ, ſextâ, & Sabbato jejunabat, NON IN PANE ET AQUA, ſed in quinque vigiliis feſtivitatum Virginis Mariæ, bene JEJUNABAT IN PANE ET AQUA. *Conſule dictum caput; ubi plenius diſces, quanam alia obſervarit jejunia, & quanam ex illis in pane & aqua.*

80 *De lumine, quo fulſiſſe commemorat Beatum, viſo à Clemente, Cardinalibus & Prælatis illîc præſentibus; de odore, quem exſpiraſſe ſcribit, ad oſculum, ei à Papa datum; denique de judicio erroneo Cardinalis, judicantis ex dicto odore* B. Petrum *olere unguenta, ſtatuet lector ex iis, quæ in Albio notavimus. Tranſilio capita 22 & 23, profundiſſimam Beati humilitatem, puriſſimam caſtitatem, & arctiſſimam paupertatem complexa. Capitis 24 hæc eſt ſynopſis. Narrata apparitione Crucifixi, refert auctor, accerſitum eſſe Beatum Villanovam juſſu Clementis, ut diceret ſuum judicium, quâ parte locandum ibidem eſſet altare ſacelli; addens in illa excurſione alteram contigiſſe lucidam Crucifixi apparitionem, lapſumque fuiſſe Beatum in terram lutoſam non contaminatis veſtibus; hoc inſuper miraculum juſſu Clementis pictum fuiſſe Villanovæ, in perpetuam rei tam miræ memoriam, quod hodiedum (loquitur auctor de ſuo tempore) ſuperſtes videri aſſerit.*

81 *Hùc accedit, quod, teſte eodem auctore, confeſſarius* B. Petri *teſtatum fecerit poſt ejus mortem, pluribus iſtiuſmodi viſionibus fuiſſe recreatum tempore orationis. Expendat lector notas in Albio deductas ſuper prædictis punctis. Ad confirmationem plurium hujuſmodi apparitionum, è confeſſarii teſtimonio petitam, repono, ex nullo loco vitæ antiquæ aut proceſſus, ſimilem Confeſſarii depoſitionem elici poſſe. Capitis 25 materia eſt propoſitum deſerendi Avenionem, & aliò proficiſcendi ad exſtirpandum ſchiſma, Chriſtianos Principes in gratiam reducendi, lucrandi animas, viſendi loca Sancta; quæ ſatis ſunt conformia authenticis depoſitionibus in proceſſu, de quibus pleniſſimè te inſtruet caput* 8.

82 *Proximè ſequitur hortatio ad domeſticos habita, quâ ſtimulat beatus Cardinalis ſuos ad virtutem, compoſita ab auctore Vitæ, ac per paginas omnino quindecim deducta toto capite 26. Tum alibi, tum præſertim capite 27 & 28 patet ad oculum perfectiſſima harmonia vitæ, à Boureyo editæ, cum ea, quam Albius compoſuit; præterquam quod multò longior ſit Boureyus more ſuo, unde dubitare nemo poſſit, quin alter alterius exemplar præ oculis habuerit; aut, ſi hoc non vis, fuerit tertium aliquod exemplar, quo uterque ſit uſus. Vide itaque ea, quæ obſervavimus in capite quarto vitæ Albianæ de actu profundiſſimæ humilitatis, opuſculo aſcetico, prælectione martyrii SS. Agnetis & Theclæ, & huc applica. De balneo, à Beato adhibito, per quod poſtea fugati morbi, conſtat ex antiquiſſima vita cap. 5. Ab animi dotibus, quibus piiſſimus Juvenis fuerat præditus, progreditur auctor toto capite 29 ad lineamenta corporis, & externam vultus, ſtaturæ, loquelæ conformationem; addens ex traditione haberi, effigiem ejus, paulo ante mortem ad vivum expreſſam, videri Avenione apud Cæleſtinos; communiter repræſentari ſolere ætate Juvenem, ſtaturâ procerum, corpore macilentum, genibus flexum, cardinalitio habitu veſtitum, in viſione Crucifixi, in aëre apparentis & luce radiantis, defixum. Neapoli apud Cæleſtinos, epiſcopi more veſtitum videri, egrediente ex ore ejus candido lilio, in ſymbolum caſtæ virginitatis; ab Hiſpanis eodem modo repræſentari, quò Avenione: in quibus omnibus fides ſit penes auctorem.*

AUCTORE J. P.

83 *Capite proximè antegreſſo ſolus ambulavit Boureyus, uti pluries aliàs ſupra, ſed capite 30 ambo ſimul iterum ambulant, longius tamen exſpatiatur Boureyus de more. Quare quæ ſupra in Albio num. 69 dicta ſunt, hìc locum habent. Nota obiter, Boureyum quidem referre de apertis poſt mortem oculis Beati, Clemente ipſum attentius contemplante; ſed obſcurius & magis dubiè, ſanè non tam clare quam Albius exprimit, defunctum in eo ſtatu annuiſſe Clementi. Addit tamen iteratam oculorum aperturam paulo ante ſepulturam; quâ caret Albius. De frequentiſſimo populi concurſu ad funus, raptu reliquiarum, ſanatis morbidis, ſat conſtat. Capite 31 expoſitâ naturâ miraculi, delabitur Boureyus ad commemorandam generatim immenſam miraculorum variorum multitudinem, conveniens in numero & inſtrumentis authenticis cum Albio. Caput 32 exhibet tres perſonas, miraculorum incredulas, prius punitas, poſtea ſanatas; de quibus agit pars 2 proceſſus cap. 6.*

inter Boureyum & Albium.

84 *Dum dictum 32 caput pervolvo, incido in illuſtre miraculum, novum, nullibi à me lectum, anno 1616 patratum, cujus vel ſola, ibidem apud Boureyum inventa narratio, abunde compenſare poſſit, ſi quæ devoranda fuerunt tædia, in tam longa vitæ univerſæ ab eo editæ diſcuſſione. Palmarium eſt quod non tantùm ſynchronus extiterit dictus ſcriptor iſti miraculo, ſed quod acceperit ab eo, cui contigerat, & biennio quidem poſt, ſacram ac ſolennem publicæ gratiarum actionis Miſſam celebrarit, ut pluribus diſces ex ipſa miraculi narratione, quam è Gallico ſermone Latinam facio. Ab antiquis miraculis ad recentius digreſſurus prædictus auctor;* Dicam, *inquit*, unum; quod contigit anno MDCXVI. Homo quidam, appellatus Thevenon *, publicanus Regius in telonio, pro tranſitu Occitaniæ & Provinciæ, qui hæreticus erat, & qui etiam nunc eſt vitæ plenus, mihi narravit, quod, ubi cachinnis effuſis exploderet populi Avenionenſis devotionem, in omnibus ſuis neceſſitatibus ad Beatum noſtrum recurrentis, acciderit quodam die Martis feſtorum Paſchalium, ut quà dictis, quà factis, exercitis pluribus ſalibus & mimica dicacitate, adverſus illos, qui vota ſua reddebant noſtro Beato, poſtridie ipſi fuerit imperatum excurrere per tranſitus Occitaniæ, ut rimaretur, num aliquæ merces per dictos tranſitus ſubducerentur; evenit ut dormitans in equo ſuo, qui erat generoſus & magni pretii, ingreſſus ſit parvam ſemitam, per quam numquam tranſierat; & ratus illîc patere tranſitum, eam explorare voluit.

Illuſtre miraculum,

* *An.* Stephanus?

85 At deceptus fuit; nam finis dictæ ſemitæ ducebat ad præcipitium, unde nequaquam abducere poterat ſuum equum, niſi ſimul ipſe, ſimul equus perirent. Etenim ab una parte rupes erat prærupta, quæ illam ſatis arctè claudebat; ab altera erat profunditas præceps in Rhodanum; ab altera parte dictus Thevenon ſeptuagenarius, & podagricus, & valdè obeſus, qui nec poterat retrocedere, niſi ſe peſſumdaret, nec equo quidem deſcendere; videns ſe periclitari de vita, ſeque adeo miſerè debere illam finire, abſque ſpe alicujus auxilii, memor devotionis populi Avenionenſis erga noſtrum Beatum, cœpit exclamare contenta voce hominis perditi: Heu! Domine ſancte Petre de Luxemburgo,

de converſo ad frugem

AUCTORE J. P.

peto abs te veniam. Domine ſancte Petre de Luxemburgo, opem fer in miſero hoc vitæ meæ exitio. Quod ſi per tuam interceſſionem Deo placuerit me hoc mortis periculo liberare, quod prorſus evidens conſpicio; fiam Catholicus, & tibi, quoad vixero, grates agam.

Hæretico.

86 Dictus Thevenon vix finierat preces, quin ipſi videretur ab illa parte, in qua inſidebat equo, rupes recedere, locumque ei dabat deſcendendi ex ſcandula, ſeu anabathro; acceptiſque ex equo ſuis impedimentis, laxato ipſi fræno; Deus, inquit, te conducat, & Dominus ſanctus Petrus de Luxemburgo; ratus caſurum in Rhodanum: ſed equus tam dexterè ſe reflectebat, etiam abſque duce, ut miſellus ille ſenex Hugonottus, flexo poplite ad agendas Deo gratias, diceret: Jam credo, mi Deus, te patrare miracula per Sanctorum tuorum interceſſionem; quibus nihil denegas: & nequam iſtis Hugonottis nuntium remitto, tam in ſectæ opprobrium, quam eorum, qui me ſeduxerunt à recto tramite, jam à triginta ſex annis. Cumque reverteretur attonitus,

B

rectà Avenionem rediit. Catholicis ſacris nomen dedit, ivit gratias acturus Deo & Beato noſtro; ubi voto etiam ſeſe obſtrinxit recitandi quotidie parvum officium Angeli Cuſtodis ſimul cum antiphona & oratione noſtri Beati. Et ſingulis annis die Martis Paſchæ celebrari jubet Miſſam ad altare, in quo Beati noſtri corpus quieſcit. Ego celebravi anno MDCXVIII; poſtquam dictus Thevenon mihi expoſuiſſet ea, de quibus ſuprà; adeo ut hodieque publicè confiteatur illud, quo deridebat & blaſphemabat Deum & Sanctos ejus. *Ita Boureyus, miraculi prædicti ſcriptor, & teſtis auritus, fide, ut apparet ex dictis, omnino hîc dignus.*

87 *Capite* 33 *idem Auctor ad anteriora tempora regreſſus, ſermonem inſtituit de munificentiſſimis oblationibus, primis poſt Beati obitum annis ad ſepulcrum ejus factis, de fonte prope corpus reperto, plurium morborum ſoſpitatore; de deputatione trium Cardinalium ad donariorum collectionem pro fundatione monaſterii ibidem loci; de Cæleſtinorum Avenionenſium primordiis, ac fundatione, anno* 1393; *de poſito primo lapide templi eorum* 1395; *de donationibus & privile-*

C

giis, à Ludovico II, Rege Siciliæ & Hieruſalem, primùm conceſſis; ac deinde confirmatis à Renato filio, ejus ſucceſſore, quem ob ſingularem & profuſam beneficentiam, aſſerit verè appellari poſſe Cæleſtinorum Avenionenſium Patrem. Addit, ſuam quoque contuliſſe ſymbolam pro fabrica monaſterii Beati fratres; unumque ex iis, cum ſua ſorore Joanna, de qua jam & recurrit ſæpe, & ſæpius poſtea recurret ſermo, ſepultum fuiſſe prope ſepulcrum Beati in particulari ipſius eccleſia, quæ conjungitur eccleſia monaſterii. Ita narrat dictus auctor. Quorum ſufficiat lectori brevem hîc dediſſe ideam, à noſtro inſtituto, ut opinor, non omnino alienam. Ceterum habemus apographa duo Mſs., in favorem monachorum Cæleſtinorum Avenionenſium data, non ſine diſerta religioſiſſimi cœtus apud poſteros commendatione. Alterum eſt conceſſum à Sigiſmundo Imperatore pridie Kal. Januarii anno 1415; *alterum à Renato prædicto Non. Novembris anno* 1476, *quo transfertur in Cæleſtinos pædagium Villæ Tharaſconis; quæ duo diplomata nihil attinet hîc integra producere. Ad Boureyum, unde paululum diſceſſimus, revertamur.*

D

88 *Capite* 34 *exhibetur puer, ex lapſu colliſus ac ſanatus, de quo ſupra, eaque occaſione ſolennitas Avenione quotannis die* V *Julii cum feſto de præcepto; confluxus ingens populi, potio aquarum ex fonte ſeu puteo, in morborum medelam. Nec præterierim hîc ex eodem Boureyo tranſcribere, tamquam aliquid ſingulare, tunc puerum quotannis in eccleſia Cæleſtinorum Avenionenſium enuntiare panegyrim latinam in commemorationem hujus miraculi celebratiſſimi, coram Principe, Conſulibus, magiſtratu & civibus præcipuis ejuſdem Avenionenſis civitatis. Quin imo cultum Beati ſacrum, dicit, pervagatum eſſe ad loca plura Hiſpaniæ; ac nominatim ad urbem Barcinonenſem ac Perpinianenſem, ad conventus RR. PP. Minimorum, ibique eſſe dedicata in Beati honorem ſacella, operante illîc Deo multa miracula per magni Soſpitatoris interceſſionem; quoniam brachium ipſius aſſervari apud eoſdem refert, antea memoratis PP. Minimis conceſſum à P. du Bois, Cæleſtino Avenionenſi. Ad aliud brachium quod ſpectat; ſcribit illud eſſe apud Cæleſtinos Pontis Sorgiæ.*

Quædam ſingularia de utroque beati Brachio,

integritate corporis, & miraculis.

89 *Capite* 35 *exponitur beatificatio, inventio & exhumatio corporis. Hîc curſim ſolummodo dictum ſit, tradi à Boureyo, ſacratiſſimi depoſiti oſſa omnia reperta fuiſſe, excepto unico dente; præterea exſpiraſſe continuum odorem, pro cujus rei veritate appellat ad P. Rauguet, Priorem monaſterii PP. Prædicatorum reformatorum Toloſæ. Capite* 36 *injecta rurſum mentione ingentis numeri miraculorum, tabulariis monaſterii Avenionenſis inſcriptorum, quem copioſè amplificat ex iis, quæ facta quidem ſunt, at ſcripta non leguntur; narrat non amplius ea litteris conſignari; verum illos, qui beneficia impetrant, delineari iſta curare, ſi viſum fuerit, in tabella, & in noſtri Confeſſoris eccleſia publicè exponi. Prætermittere non poſſum quin è Gallico Latinè integra tranſcribam quædam miracula, quæ illo tempore, quo ſæpe nominatus auctor ſcribebat, erant recentiſſima.*

E

Falſò accuſati, abſolvuntur: duo cæci illuminantur:

90 Domina d'Antragues, comitatûs [Avenionenſis] falſò proditionis accuſata, & ſubeundæ mortis ſententiæ proxima; poſtquam ſe commendaſſet S. Petro de Luxemburgo, miraculosè à ſuo accuſatore inſons eſt declarata. Magiſter Joannes Garnier, tribunalis Carcaſſonenſis advocatus, in idem periculum lapſus, amittendi honorem, vitam & bona per falſas accuſationes, nixus ſpe firma, commendat ſe Beato noſtro, & miraculosè abſolutus eſt. Atque in gratiarum actionem venit pedes Carcaſſone Avenionem, acturus gratias Deo ac Beato noſtro. Anno MDCXII, die feſto ſancti Petri de Luxemburgo, duo cæci ibidem viſum recuperarunt, teſtante id univerſo populo, qui intererat ſolennitati.

F

puer è lapſu attritus,

91 Eodem Anno, eodemque die, magiſter Petrus Roviere, procurator in balliviatu Uticenſi in Occitania, ubi veniſſet cum ſua uxore & filio, ad ſolennitatem Beati noſtri, dictus ipſius filius decennis, relicto patre, poſtridie dictæ ſolennitatis, eccleſiam Beati noſtri conſcendit, quæ ſupernè in planam formam deſinit; & fallente veſtigio, ex alto deorſum cecidit è dicta eccleſia, omnino attritus, nullo ipſi reliquo, quam ſuprema ſpiritus exhalatione. Dominus Epiſcopus Uticenſis, præſens in iſto ſpectaculo, videnſque matrem implorare opem ſancti Petri de Luxemburgo, ad aram fecit ante ejus hierothecam; dictuſque puer miraculosè

culosè ſanatus fuit. Cujus rei teſtificationem dedit dictus Dominus Epiſcopus, à ſe ſignatam, videns non haberi amplius curam ſcribendi miracula Beati noſtri.

miles mortaliter læſus,

92 Vidi oculis meis Andream Louveau, turmæ inſtructorem præſidiorum Avenionenſium, ictu pugionis læſum ſupernè ad cor, qui cogebat ipſum vomere ſanguinem per os, nullo è vulnere prodeunte cruore; qui dum jaceret humi ſine voce, ſine ſpe vitæ; uxor ejus adveniens cœpit eum amplecti, & clamare: Domine ſancte Petre de Luxemburgo ſuccurre marito meo. Mulier iſta tantum effecit, ut maritum ſuum dictum induxerit ad dicendum voce ſubmiſſa: Domine ſancte Petre de Luxemburgo, ſuccurre mihi. Nec mora, plaga ipſius emiſit ſanguinem, apperuit oculos, & miraculoſe ſanatus fuit juxta teſtificationem medicorum & chirurgorum: Atque in hujuſce beneficii memoriam; pro juramentis, quibus aſſueverat dictus Louveau, dicebat in fetventiſſimo bilis æſtu; Deus & Dominus ſanctus Petrus de Luxemburgo nos adjuvent.

B

uti etiam paralytica,

93 Anno MDCXVI quædam filia Borbonienſis in Provincia, nomine Ludovica Blandieres, octo annorum ſpatio per paralyſim omnium membrorum uſu privata, Beato noſtro ſe devovit, deferrique ſe juſſit Avenionem ad ejus eccleſiam, volens ire oblatura ſuum cereum in oblatione, quò alieno adminiculo promota fuit. Poſt hanc, perſiſtebat in oratione ſuper primum gradum, quo itur ad altare, quaſi paralytica abſque motu (præterquam ad Deum adorandum tempore elevationis ſanctiſſimi Sacramenti.) Poſt benedictionem ſacerdotis ad finem Miſſæ, ſurgebat filia prorſus ſanata coram omni populo, qui intererat Miſſæ in dicta eccleſia.

alia item paralytica, & inflatum pueri caput,

94 Domicella Morelly, paralyſi tacta in omnibus membris ob diuturnum morbum, poſtquam ſe devoviſſet Beato noſtro, finita oblatione, & auditâ Miſſâ; ubi ex illa fuerat egreſſa, miraculosè ſe ſanatam invenit, ad confuſionem medicorum, in quos tam multum pecuniæ expenderat. Addam inſuper unum, quod vidi. Anno MDCXVIII parvus puer, civis Avenionenſis alicujus notæ, filius, quem mater in illa tenella ætate docebat invocare ſanctum Petrum de Luxemburgo, è gradibus

C

altis delapſus, adeo læſit caput, ut mirabiliter incraſſatum fuerit: adeo, ut monſtro res eſſet ſimilis, & infans neutiquam poſſet loqui; id quod contigerat abſente patre, qui erat rure. Matre deplorante mortem filii ſui, & invocante opem ſancti Petri de Luxemburgo, puer, qui hotis quatuor & viginti loquelæ expers fuerat, eo quidem uſque, ut Chirurgus manus ei admovere vellet, dicebat prorſus bellè puerili voce, nemini illum hoc dicere cogente: Domine Petre de Luxemburgo miſerere mei.

ſanitati priſtinæ reſtituuntur.

95 Res prodigioſa, vix puer protulerat verba iſta, quin medicus, chirurgus, famuli, ancillæ, aliique conſpiciant deturgere caput pueri, ut videmus veſicam plenam vento deturgere, atque in ipſo inſtanti dixit: Mater, Dominus ſanctus Petrus de Luxemburgo ſanavit me. Patri, qui Avenionem venerat, factum narratum fuit coram patruo aut avunculo pueri, qui nihil voluerunt credere, tribuentes illud flatibus inter pellem & carnem, ex lapſu ortis. Duobus poſt diebus coram duobus hiſce incredulis, cadebat infans eodem loco, & ex eadem altitudine, lædit caput, quod inflatur ut prius. Accurrunt pater & patruus aut avunculus: exclamat mater; Domine ſancte Petre de Luxemburgo, ſuccurre mihi. Idem dicit puer; inflatio evaneſcit, ſicut antea, ſanatur, & dicit patri ſuo; Mi pater, Dominus ſanctus Petrus ſanavit me. *Concludit auctor dictam miraculorum narrationem his verbis, ad majorem rebus à ſe expoſitis conciliandam fidem:* Mitto alia, quæ in eccleſia Beati noſtri contingunt in dies, per ejus interceſſionem, de quibus tacebo, veritus ne, ſi non ſint authentica, ſicut illa, quæ inſcripta ſunt voluminibus approbatis, de quibus ſupra egimus, meus labor trium annorum arguatur nimiæ temeritatis, ad quæ curioſum lectorem remittam.

AUCTORE J. P.

Vitæ Boureyanæ criſis

96 *Capite 37 expedit auctor primordia continuationemque juridici proceſſus pro* B. Petri *canonizatione: pro cujus pleniore cognitione & inſtructione aſſigno lectori Hiſtoriam eorum, quæ poſt Beati mortem geſta ſunt, cujus brevem ideam, intacto hic parergo, quod legitur apud Boureyum cap. 38 & ultimo, qua videlicet de cauſa beatus* Petrus *dictus & nuncupatus ſit Sanctus; quarum, inquam, brevem ideam, lectori ſuggeremus paragrapho proximè ſequenti. Proinde aliorum judicio permittimus diſcerniculum de vita Boureyana, hucuſque à me examinata, atque ad analyſin ſeu anatomen revocatâ, câdemque operâ ad accuratiorem, ni fallor, exactâ trutinam. At enim lector proprio marte facilè per ſe jam poterit ſtatuere ex dictis, quam ſit præter inſtitutum hagiographi profusè plena parergis aſceticis, quam multis laboret erroribus, aſſertis non ſatis fundatis, & non raro etiam apertis falſitatibus, quæ, (ut ille in ſua præfatione oggerebat Franciſco Diego, Hiſpano vitæ* B. Petri de Luxemburgo *ſcriptori, ut videſis ſupra, num.* 73) nihil boni afferunt Eccleſiæ Dei; *& quibus, ſuperaddere hîc de meo aliquid liceat, apud mediocriter doctos, non honorantur Sancti, ſed eorum acta plurimum contaminantur ac deformantur; prorſus, ut in rebus certiſſimis vix aliquando fidem inveniant ob ſuſpicionem, ne fallere in multis conſueta, fortaſſe etiam tum fallant, cum minimè id poſſunt. Mitto dicere de ludibriis heterodoxorum, qui in hiſtorias Sanctorum fabuloſas, plenis buccis debachari ſolent.*

E

F

& miraculorum.

97 *Verum ut æqui ſimus in utramque partem, detur etiam prædicto auctori ſua laus, tum ob plurima, quæ rectè digeſſit, tum præſertim ob collectionem recentium miraculorum; quæ omnia, excepto unico, quod agit de filio magiſtri Petri Rouviere, procuratoris balliviatus Uticenſis, ſuperius recenſito, num.* 91; *& quod aliquantulum mutatis circumſtantiis narratur breviter in hiſtoria geſtorum poſt obitum Beati; quæ, inquam, omnia, cum hactenus nullibi legerim, accepta refero prædicto auctori, fortaſſe alioquin perpetuis oblivionis tenebris involvenda. Dicta hæc ſunto in caritate pro veritate.*

AUCTORE J. P.

§ IX. Historia Ms. eorum, quæ post mortem Beati gesta sunt, collecta à R. P. Maleto, monacho Cælestino monasterii Avenionensis.

Historiæ istius materia, auctor, primus fons,

PRincipio, cujusmodi sit historia, de qua hîc agitur, dispiciendum. Compilata est ex variis authenticis Mss. instrumentis, ac monumentis lectu dignis, eorum, quæ post obitum nostri Confessoris potissimum contigerunt, argumentum complexis; qualia sunt testamentum, primordia fundationis Cælestinorum Avenionensium ac cultus B. Petri, instantissimæ Principum, tum ecclesiasticorum, tum secularium, aliorumque pro publico ejusdem cultu supplicationes ac litteræ; commissiones variæ ac deputationes pro juridicis processibus ad canonizationem; bulla Beatificationis, miracula, festum de præcepto, quotannis in honorem B. Petri *indictum Avenione; quæ omnia collegit auctor ac*

B *digessit servata serie temporis, si pauca excipias in fine, ubi rediens ad priora, instrumenta quædam affert de primævo Beati cultu Avenione, ac fundatione PP. Cælestinorum ibidem. Auctor dictæ historiæ est R. P. Nicolaus Malet, Ordinis Cælestinorum religiosus, & quantum puto, Prior, qui gravi ac periculoso cum morbo conflictatus, sed ope* B. Petri de Luxemburgo, *sospes sibi suisque redditus, ex voto, quo se prius obstrinxerat, adjecit animum ad colligenda quælibet illustriora monumenta earum rerum, quæ post mortem Beati contigerant, atque ad promovendam ejus gloriam potissimum putavit conducere.*

à quo, & quando Antv. missa,

98 *Plurimum juvit ipsius propositum litteraria supellex monasterii Avenionensis, in archiviis ibidem solicite ac curiosè asservata, & rebus, quæ ad Beatum spectant, instructissima. Historia hæc, auctore vitâ egresso, reposita fuit in dictis ejusdem cœnobii archiviis. Apographum huc misit P. Carolus Faber plus semel citatus, quod pervenit Antverpiam die* VII *Aprilis* 1677, *uti liquet, ex Papebrochii ad eumdem P. Fabrum datis* IX *dicti mensis. Ceterum rem totam damus eo ordine, quo accepimus, nulla inducta mutatione;*

C *nisi quod unum aut duo instrumenta ad Commentarium prævium retracta, ibidem prætermiserimus; de quo lectorem monebimus iterum in decursu.*

sinceritas & fides.

99 *Denique ad pretium hujus collectionis historicæ & apographi fidem commendanda, pertinet testimonium authenticum, ipsius auctoris seu compilatoris manu appositum, quod ex authentico huc transcribo :* Suprascripta de B. Petro de Luxemburgo, extracta sunt à me, fratre Nicolao Malet, ex archivio nostri monasterii Cælestinorum de Avenione, & ex Ms. codice nostro, cui titulus est; processus canonizationis B. Petri de Luxemburgo, & ex alio codice, cui titulus est: Historia B. Petri de Luxemburgo à tempore ejus obitus. In cujus rei fidem manu propria me subscripsi & sigillo monasterii & Ordinis communivi, die xx Octobris anno MDCLXXV. Fr. N. Malet. *Appositum erat duplex sigillum in hostia alba. Hæc de scriptis aliorum in favorem B. Petri per tres continuos paragraphos collecta ac disputata produxi hactenus; quibus insigniora quædam ejus elogia coronidis loco subjicienda existimavi.*

D

§ X. Insigniora quædam Beati elogia.

Quam præclarè senserit Froissartus,

INter præcipuos Beati nostri præcones, principem haud immerito locum obtinet Joannes Froissartus. Nam præterquam quod historicus sit optimæ notæ, accedit præterea quod Adolescenti piissimo synchronus fuerit, describatque ea, quæ audivit de ipso dici suo tempore, quæ suis oculis vidit, & quibus interfuit. Elogium è Gallico in Latinum sermonem conversum produco è volumine tertio, pag. 252, *ubi auctor ita loquitur :* Hac tempestate fama S. Petri de Luxemburgo Cardinalis percrebuit, ejusque corpus sanctitatis odore inclaruit Avenione, quod hisce temporibus & patrabat & patraverat miracula. Sanctus iste Cardinalis filius fuerat Guidonis Comitis S. Pauli, interempti in prælio Juliacensi. Dico, sanctum hunc Cardinalem exstitisse hominem, suo tempore probatissimæ, insignis, sanctæ ac piæ vitæ, utpote qui faciebat quidquid placitum erat Deo.

de Beato,

E 101 Erat dulcis, gratiosus, benignus, virgo corpore, & liberalis eleemosynarius. Omnia dabat, omnia distribuebat in pauperes; nihil sibi retinebat ex proventibus Ecclesiasticis præter ea, quæ unicè necessaria erant ad sustentationem sui status. Majorem diei noctisque partem dabat orationi. Vana hujus mundi ac superflua fugiebat ac vitabat; eoque rem deduxit, ut Deus ab ineunte ætate in suam familiam ipsum adsciverit, atque ipse statim à morte magna miracula patrarit. Humari sese præcepit in communi pauperum sepulcro. Nihil in omni ejus vita resplenduit præter humilitatem. Ibidem sepultus est, atque in sacellum S. Michaëlis delatus. Papa & Cardinales, viso numero mirabilium sancti corporis, litteras super hac re expedierunt ad regem Franciæ, atque in primis ad fratrem ejus natu majorem Waleranum, comitem S. Pauli, & significarunt ipsi, ut proficisceretur Avenionem.

ætate par.

102 Noluit se excusare Comes & tergiversari, ne illuc tenderet, sed itineri se dedit, & pulcras argenteas lampades obtulit, quæ ante ipsius altare visuntur. Mirari quis possit magnam fiduciam, quam circumjacentes popu-

F li ibidem habebant, & visitationes, quas instituebant eo tempore, quo fui Avenione; illuc enim, visendi ipsum gratiâ, reversus sum è comitatu Fuxiensi. Verum opera ejus & magnificentia crescebant in dies. Dictum mihi fuit fore, ut inscriberetur albo Sanctorum. Quid posteà sit actum, ignoro. *Ita laudatus Auctor; cujus dictis vides confirmari ea, quæ superius asserebamus de morte Comitis S. Pauli, occisi in prælio Besuileriano prope Juliacum.*

Quam præclarè,

103 *Molanus in Annalibus Sanctorum Belgii sic Beatum nostrum exornat :* Avenione obitus B. Petri de Lucelburgo, tituli S. Georgii ad Velum aureum diaconi Cardinalis; *& pauculis interjectis, ita pergit :* Cum B. Petrus omni sanctitate polleret, crucem suam bajulando, adeo Christi vestigia est insecutus, ut in ecstasi positus, ipsum Jesum in Cruce pendentem, corporeis oculis in aëre meruerit intueri. Migravit autem per mortem ad vitæ Auctorem circa annum XVIII ætatis (vigesimus secundus *asteriſco ad marginem posito frustra adjungitur,*

ut

A *ut ſuprà indicavimus*) anno Domini MCCCLXXXVII die 2 Julii, abſtinentiis & diſciplinis attritus. Quinta autem die ſepultus eſt Avenione in cœmeterio, ut ipſe voluit, S. Michaëlis, ubi nunc eſt monaſterium Fratrum Cæleſtinorum de Lucelburgo. In quo loco S. Petri meritis, intra duos obitus ſui annos, nongenta & ſexaginta quatuor leguntur miracula contigiſſe. Extat porrò de eo præclarum teſtimonium inter Acta concilii Baſileenſis.

104 Scribit enim Philippus Burgundiæ & *Molanus;* Brabantiæ Dux, aliarumque ditionum Belgicarum Dominus, litteras ad Baſileenſes Patres ex villa ſua Bruxellenſi, quibus rogat Patres, ut canonizent & elevent dignæ per ſecula memoriæ Dominum Petrum de Lutzelburgo, Cardinalem, ſuum conſanguineum, quem ex meritis glorioſis & tot miraculis velut inauditis, quibus quotidie coruſcat, aliorum Chriſti confeſſorum collegio conſtat aggregari. Hoc etenim variis in conciliis, retroactis temporibus fuiſſe inceptum; ſed quibus mediis vel modis fuerit interruptum vel imperfectum remanſerit, ignorare ſe aſſerit. Fortaſſis autem præcipua cauſa fuit, quia cardinalatum à Cle-
B mente VII acceptavit. Is enim cum Cameracenſis eſſet epiſcopus & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, illegitime in Pontificem electus, ſedecim annis Avenione reſedit contra Urbanum VI & Bonifacium IX, & à Gallis potiſſimum, Hiſpanis & Scotis Pontifex cognoſcebatur. Porrò hic noſter Cardinalis, Lovanii in primaria Eccleſia in feneſtra ad altare venerabilis Sacramenti, depingitur procumbens ante Crucifixi viſionem. Quæ pictura ex ſuperioribus à me eſt intellecta, & ex eo, quod ad latus habeat arma comitatûs S. Pauli ſub cardinalitio galero.

105 *Breve eſt illud Mirai in Faſtis Belgicis ac* *Miræus, & Caſtellanus;* *Burgundicis*: S. Petrus de Luxemburgo, cognomento Thaumaturgus, Avenionenſis civitatis Patronus, colitur ibidem die v Julii. *Deinde ſubdit verſiculos*: Hoc colitur templo, *&c. quos ſupra dedimus. Claudius Caſtellanus, breve quidem, at ſatis nitidum in laudes B. Petri concinnavit elogium.* Villanovæ Avenionenſis, B. Petri de Luxemburgo, Canonici ad D. Virginis Pariſiis; deinde epiſcopi Metenſis, demum Cardinalis, anno ætatis ſuæ XVIII,
C celeberrimi miraculis, quæ paulo poſt obitum patrata ſunt ad Beati ſepulcrum in cœmeterio S. Michaëlis Avenione, cui ſuperædificata fuit eccleſia, poſtea PP. Cæleſtinis conceſſa,

106 *Ciacconius in vitis & rebus geſtis Ponti-* *Ciacconius,* *ficum Romanorum tom.* 2, *col* 683, *prolixius contexuit de beato Adoleſcente elogium, quod, nî fallor, cultu & nitore facilè compenſabit tædium, ſi quod exinde lectori obreperet, quod in repetitis ejuſdem perſonæ elogiis uſuvenire non rarò aſſolet. Poſtquam igitur retuliſſet purpuram cardinalitiam ei fuiſſe collatam à pſeudopontifice Clemente VII, anno reparatæ ſalutis* 1386, *ſequenti elogio laudes ipſius adornat*: Petrus de Luxemburgo natus legitur die XX Julii anno noſtræ ſalutis MCCCLXIX Linæi in diœceſi Tullenſi, ex nobiliſſima Guidonis Lucemburgi, primi Comitis Linæi & de Rouſſiaco proſapiâ, cujus mater Mathildis de Chaſtillon, comitiſſa S. Pauli, domina de Fiennes, quæ clariſſimum in Arteſia comitatum Sampaulinum, alioſque quam plurimos fundos in dotem attulit. Fratres hic habuit duos, unum natu majorem Valeranum à Lucemburgo, S. Pauli & *Linæi* comitem, AUCTORE
ſummum in Francia militiæ præfectum, vul- J. P.
go comitem Stabuli; alterum natu minorem Andream dictum à Lucemburgo, Cameracenſem epiſcopum.

107 Tantus in Petrum Mathildis matris a- *vulgato*
mor fuit, ut proprio lacte, non adventitio, ut aſſolent feminæ nobiles, infantem nutrierit. Vix exceſſerat Petrus quintum annum aut ſextum, cum caſtitatis florem Deo promiſit. Anno ætatis undecimo, cum nihil præter annulum haberet eum detractum vendi juſſit, ne pauper ſtipem petens, indonatus abiret. A puero ſingulari acumine ingenii præditus, bonarum artium ſtudia coluit, brevique temporis intervallo, divina potius ope, quam humano labore, ſcientiarum orbem confecit. Adoleſcentulus in nobile Pariſienſium canonicorum collegium cooptatus, veterem diſciplinam eccleſiaſticam, ibi pene collapſam, reſtituit, ac ſanctitatis famâ univerſam fere complevit Europam. Deinde archidiaconatu Drienſi primo, mox canonicatu Carnotenſi à Clemente VII Pſeudopontifice, & archiepiſcopatu Metenſi, demum purpurâ donatus, diaconis Cardinalibus titulo
E S. Georgii in Velabro adſcriptus fuit. Solemni pompa novus epiſcopus Metenſem civitatem, verus Chriſti diſcipulus, magiſtri humilitatem, ut miratus, ſic imitatus, in aſinæ pullo nudis pedibus ingreſſus eſt.

108 Qua in urbe non ita diu ſtetit, quin *per hunc ulti-*
diœceſanas cum ſuffraganeo eccleſias adierit, *mum,*
imminutam reſtituerit diſciplinam, & cultum divinum, cui ſemper ille affixus fuit, adauxerit. Apud homines vivens, cum Cælitibus verſabatur, ac terrenis illecebris & fortunis contemptis, æternorum cupiditate bonorum flagrabat, & ad ipſa tantùm capeſſenda anhelabat. Formâ corporis mirificè præſtitit, angelicam quamdam referebat pulcritudinem, atque illius vultum, tamquam vultum Angeli, intuebantur mortales, imo flammas amoris in Chriſtum eo aſpectu, cæleſtis cujuſdam ſpeciei radio in illo emicante, in ſe excitari ſentiebant. Leviſſimas animi noxas adhuc puer pœnitentiæ ſacramento ſæpiſſime eluebat; ac lacrymis, inedia, verberibus & cilicio expiabat. Flagris ſingulis diebus corpus ſuum affligebat; cilicium, quo induebatur, erat aſperrimum, funiculo duris contorto nodis tam arctè comprimebat membra, ut ſanguis erumperet. Metenſi ornatus infula, eamdem cor- F
poris macerationem retinuit & adauxit.

109 Adventus Dominici tempore carnibus *eleganti*
non veſcebatur; ter ſingulis hebdomadibus, ſubtractis corpori cibis, lautiſſima animo parabat convivia. Jejunia, Eccleſiæ lege indicta, diligenter ſervabat, humilitate, charitate, benignitate, prudentia, liberalitate, aliiſque virtutibus prope innumeris enituit. Puer quidquid habere poterat, carnes etiam à domeſticâ culina clam ablatas, pauperibus donabat. Deprehenſus aliquando à Patre, & quid ſub pallio ferret, interrogatus; Roſas fero, reſpondit. Amovit pallium genitor, & carnes in roſas verſas aſpexit. Humilitatem unicè ſemper dilectam in ſuprema lucta ex animo excidere non eſt paſſus. Juſſit enim ut, ſi extra Avenionis ditionem è vivis exceſſiſſet, corpus Pariſios delatum, viliſſimis obtectum pannis, in pauperum cœmeterio, S. Innocentii vulgo appellato; ſi verò intra ejuſdem urbis ditionem

AUCTORE J. P.

obitus obtigiſſet, in cœmeterio S. Michaëlis, ſub dio cum pauperum cadaveribus tumularetur. Tres ſolos cereos ſuo in funere ardere volebat; at ſuorum victus precibus, duodecim permiſit poſtremis teſtamenti tabulis. Lapideam arcam, moderato ſumptu comparatam, ſuperſtrui tumulo juſſit. Aſſiduo orandi & meditandi ſtudio addictus, corporis afflictiones non omittebat, quibus quaſi attritus, poſt gravem ſex menſium morbum, evolavit in cælum, anno MCCCLXXXVII die V Julii; licet alii perperam ejus obitum die 2 Julii accidiſſe affirment, ætatis ſuæ anno XVII, ut Clemens VII Romanus Pontifex in diplomate, quo illum beatum declaravit, affirmat. Alii tamen anno ætatis ſuæ XXIII, ſeu verius XVIII ad Chriſtum demigraſſe ajunt. Vix erat humatum Petri corpus, cum ecce confluunt ad illud venerandum, frequenti numero populi, ob res, quæ obtigerant miras, & opem, quam, qui poſtulaverant, fuerant experti.

vitæ elogio,

110 Quare erutum & aptius conditum, crate ferrea munitum, deinde in ſacello, Mariæ Hieruſalem Reginæ præcepto, ſepultum; tandem in templo, à Clemente VII Pſeudopontifice Cæleſtinis extructo, conditum eſt. In funere, qui poterat, ex Petri veſtibus aliiſve rebus, quibus corpus tegebatur, decerpere aliquid conabatur. Miracula acciderunt multa, quorum monumenta extare intellexi ex Andrea Victorello, apud Cæleſtinos Avenionenſes. Primis duobus ab illius morte annis nongenta ſexaginta quatuor contigiſſe Joannes Molanus, & Gazæus apud Atrebatenſes Paſtor, aliique affirmarunt: atque inter illa quadraginta duorum ſuſcitatio mortuorum habetur. Quare Philippus Burgundiæ & Brabantiæ Dux anno MCDXXXVI, litteris ex villa Bruxellis, ad Baſileenſe concilium datis, & die IX Martii in eo lectis, inauditis miraculis celebrem Adoleſcentem quotidie coruſcare aſſeruit, petiitque ut inter cæli cives conſcriberetur.

& actorum post mortem.

111 *Addit, Clementem VII Romanum Pontificem conceſſiſſe, ut ſacra piiſſimi Adoleſcentis lipſana honorificè transferrentur; & tamquam Beatus à Chriſti fidelibus invocari poſſet; perperam id factum aſſerens anno* 1530, *pro quo ſupra ſignavimus* 1527. *Poſt hæc, contractis in epitomen inſignioribus quibuſdam virtutum ornamentis, de quibus agit laudatus Pontifex in Bulla beatificationis, adjungit,* Avenionenſem civitatem beatum Petrum hunc patronum agnoſcere; coliqué ſolenni cultu die V *Julii ab eadem, tradit; virtutes ejus, appenſis in templo tabulis, miraculorum monumentis ornato, oratorem aliquem in nobili conſeſſu collaudaſſe; eaque in re annis præteritis Franciſcum Suareſium, ingenuum adoleſcentem, ingenii ac præclaræ indolis ſpecimen edidiſſe, panegyri, quam habuit, typis commiſſa; narrans inter cetera, extare Avenione apud Cæleſtinos duos codices Baſileenſis Concilii auctoritate, de* B. Petri *admirandis conſcriptos, honorificum de illius ſanctitate & virtutibus judicium complexos.*

Quid de illo Sauſſayus;

112 *Juvat etiam audire Andream Sauſſayum, à laudato Ciacconio citatum in hæc verba, quæ paucis multas exhibent Beati noſtri laudes* V *Julii:* Avenione tumulatio & feſtivitas B. Petri de Luxemburgo, cognomento Thaumaturgi, caſtitatis, & charitatis portenti, atque egregii in ipſo juventutis flore totius ſanctimoniæ exemplaris; ob cujus merita velut alter Enoch, quod Deo placuiſſet, raptus præmaturo ac felici exceſſu, præmia conſummatæ virtutis percepit; cujus gloriæ odor ſuaviſſimus inſtar balſami perenniter ex ipſius corpore manans, indicio eſt, innumeraque, quæ ad ejus tumulum in dies eduntur divinæ virtutis & potentis ejus opitulationis teſtimonia. Propter quæ à Franciſco Cardinale Epiſcopo Tuſculano de Claromonte, legato Apoſtolicæ Sedis, levatum pretioſum beati Juvenis ex ſepulcro exuvium, permiſſu Clementis VII Papæ, Hadriani VI ſucceſſoris, venerationi Fidelium expoſitum fuit in aſcetarum Cæleſtinorum eccleſia, ubi & ejuſdem Pontificis auctoritate annuis ſacris beata ejus memoria celebratur.

quid publica tabulæ,

113 *Alia Beati præconia deſumi poſſunt ex tabella ſeu imagine, urbis Avenionenſis Patronos repræſentante. Suum quoque inter illos locum habet* Petrus de Luxemburgo, *cum hac epigraphe Gallica:* S. Petrus de Luxemburgo, magnus thaumaturgus, Cardinalis, qui mortuos ad vitam revocavit ultra quadraginta. *Additur dies obitus & annus ſepulturæ. Suum cuique tuclari patrono adjungitur elogium. Illius, quod aptatur Beato noſtro, reddo partem:* Celebriora ejus miracula, numero mille nongenta ſexaginta quatuor, cum quadraginta duobus mortuis ad vitam revocatis, collecta ſunt authenticè, annitente Carolo VI Rege Franciæ, & redacta in tres tomos, ſigillo conſignata atque aſſervata in archivio PP. Cæleſtinorum; apud quos quieſcit ejus corpus. *Additur viſo Chriſti crucifixi; miraculum in puero è turri delapſo, attrito & ſanato, anno* MCDXXXII, *de quo jam recurrit, & recurret ſermo.*

& proceſſus

114 *Quanta demum ſanctimoniæ celebritate clarueri Thaumaturgus noſter, quanta miraculorum famâ, vel duobus circiter primis ab obitu piiſſimo evolutis annis, quorſum aliunde quarimus, quando non obſcurè id colligimus ex articulo primo interrogatorio authentici proceſſus, cujus verba inde excerpo:* In primis ponit & probare intendit, quod recolendæ memoriæ Dominus Petrus de Luxembourg, S. Georgii ad Velum aureum ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconus Cardinalis, à tempore ſuæ pueritiæ ſeu juventutis uſque ad extremum vitæ ſuæ exitum, in omni ſtatu ſuo laudabilem converſationem, ſanctam vitam, & virginitatem ſervavit; humilem ac benignum & manſuetum, ultra quod pura humanitas pateretur, cunctis ſe exhibuit, Deoque devotum & adeo gratum, ut cuncti, qui eum frequentabant, Chriſtum in eo elegiſſe gratum habitaculum, occulta fide, cognoſcerent. In ſuis moribus ſanctis & exemplaribus diſciplinis, quibus dilectus Deo & hominibus claruit, atque claret, divinâ gratiâ, hoc idem ſuis meritis per miraculorum oſtenſionem demonſtrante. Unde & Chriſtum ſibi veriſimiliter apparuiſſe Crucifixum, quibuſdam non latet.

115 Poſtquam tranſlata eſt Deo placita vita ejus, probantur ejus merita, mortuorum ſuſcitatione, cæcorum illuminatione, mutorum locutione, captivorum liberatione, ſurdorum auditu, claudorum greſſu, inſanorum ſenſu, dæmonum effugatione, febrium omnis generis expulſione, ignium extinctione, morborum ulcerumque ingenti ſanatione, & caſuum fortuitorum miranda opulatione; & non

A non ſolum ad ejus pretioſum tumulum, ſed & variis in locis, ubi ejus effigies depingitur, ſignum, aut mente fideli petitur ſubſidium. Quorum omnium publica vox & fama eſt, nedum in præſenti civitate Avenionenſi, ſed & in locis, longè latèque diffuſis, in Provincia, Francia, Sabaudia, Delphinatu, Alvernia, Lemovica, Ruthena, Vaſtonia, Aquitania, Burgundia, & quam plurimis aliis ſolemnibus & famoſis locis; ex quibus ſpecialiter, de ſingulis aliquid, quantum neceſſe fuerit; inferius latius dicetur. *Ita ibidem inchoat proceſſum authenticum Illuſtriſſimus epiſcopus Vivarienſis, ad hunc per Clementem VII deputatus, exhibuitque illum & ſequentes articulos Cardinalibus Commiſſariis. Sed finis non ſit, ſi velim recenſere omnia de beato Thaumaturgo noſtro adornata elogia. Præter laudatos auctores, citat alios plures Ciacconius tom. 2 col. 686, qui de illo agunt. Atque hæc quidem, quid de ipſo ſcripſerint alii; nunc examinandum, an & quid ſcripſerit ipſemet in aliorum utilitatem.*

B § XI. Pia quædam ſcripta Beato attributa, & eorum analyſis.

Dicta ſalutis, Pariſiis excuſa,

FLoruit Pariſiis typographus, nomine Michaël le Noir, qui ab anno ſaltem 1489 *uſque ad annum* 1520, *quo obiit, plurima typis edidit. Prodiit ex ejus typographia opuſculum aſceticum Gallicum cum hoc titulo:* Liber Domini S. Petri de Luxemburgo, quem miſit ad quamdam ſuam ſororem, ut eam avocaret à ſtatu ſeculari, cum hoc titulo, Diæta ſalutis. *Et iterum:* Hîc incipit liber, cui titulus, Diæta ſalutis, factus per Dominum Petrum de Luxemburgo, qui hortatur quamdam ſororem ſuam ad contemptum mundi, rerumque ſecularium, atque ad facilius perveniendum ad regnum cælorum cum omnibus Sanctis. *Quæritur hîc, verene dictum opuſculum attribuatur* B. Petro, *an falſo. Opinioni affirmanti favet antiqua poſſeſſio, quæ centum circiter poſt mortem ejus annis hunc libellum ei adſcripſit; id eſt exeunte circiter ſeculo* 15, *vel ineunte* 16, *ut conficitur ex dictis; atque adeo videtur colligi exinde poſſe, non tum primum cœpiſſe hoc opuſculum ei attribui, ſed primum ſermonem famamque publicam ea de re percrebuiſſe, & deinde ſenſim ad*

C *typos deventum.*

an à Beato compoſita,

117 *Sententiæ neganti, atque hoc opuſculum aſceticum Beato tamquam auctori abjudicanti, favet, quod nullus apex vel in antiquis Actis vel in proceſſibus inveniatur, qui vel leviſſimam de libello iſto mentionem faciat. Argumentum hoc, utique mere negans, non videtur ſufficere ad evertendam poſitivam poſſeſſionem; quamobrem judico, relinquendam illam potius in ſuo vigore, quam ſine ratione ſufficienti, vel negandam vel in dubium revocandam. Vitæ Albianæ, diverſis annis impreſſæ, hunc tractatum ſpiritualem ſubjunctum legere eſt, qui etiam attribuitur* B. Petro de Luxemburgo *tamquam auctori.*

& ad ſororem miſſa.

118 *Quænam porro fuerit iſta ſoror (ſororem quippe non unam ipſum habuiſſe diximus ſupra) nullibi expreſſius legitur, quam in vita Albiana, in qua ſic habetur num.* 34: Sororem quoque ſibi dilectam, nomine Joannam, *jam moriturus beatus Petrus* fratri Andreæ commenda-

vit, orans ut curaret ad illam perferendum parvum tractatum viæ ſpiritualis, quem concinnarat & ſua manu exararat ipſius cauſâ. *Nec verò alterius è ſororibus gratiâ, ſcriptus convenientius congruentiuſque videtur potuiſſe, quam ſororis Joannæ; quacum de rebus piis, de contemptu mundi, de ſtudio virginitatis, ac virtutis, in multas horas, familiares protraxiſſe ſermones, & arctiſſimo piæ neceſſitudinis vinculo conjunctus fuiſſe* Petrus *perhibetur in proceſſu, plus ſemel; præſertim num.* 94, *ubi dicitur* iviſſe Metas, *quarum jam erat electus Epiſcopus*, in vigilia Pentecoſtes de Lyneio receſſiſſe, & deindè rediiſſe ad Lyneium circa feſtum S. Michaëlis ſequentis, ubi per quatuor menſes vel circa cum dicta ſorore ſtetit. *Quæ res curſim quoque attingitur in antiquis ejus Actis, ubi multa paucis verbis auctor congerit in laudem memoratæ Joannæ, num.* 17. *Obſervo quidem in opuſculo aſcetico pluries nominato haberi nuncupationem* ſororis cariſſimæ, *ſed ſemper ſuppreſſo nomine. Aliàs & ſæpius vocatur* filia cariſſima.

AUCTORE J. P.

Hic ea non datur: E

119 *Tractatum hunc jam è Gallico Latinum feceram, & ad prælum paraveram; ſed me abſterruit ab incœpto timor, ne hæc materia plus æquo excreſceret; quare reſecanda cenſui ea, quæ commode omitti poſſunt ſine actorum aut proceſſuum imminutione aut alteratione, & quæ proprie ad noſtrum inſtitutum haud pertinent, niſi remotè & obliquè. Præſertim cum incertum ſit an Beatus illi componendo umquam manum admoverit. Sufficiat lectori brevis ſynopſis. Præfatur Auctor timenda animæ judicia Dei, horribilem eſſe damnatorum ſtatum. Capite primo ducitur anima ad ſinceram contritionem de peccatis, viâ trium dierum & leucarum peccatori propoſitâ. Prima leucâ ducit ad dolorem de peccatis; ſecunda reſtituit deperdita; tertia conſiſtit in pace cum Deo & tranquillitate animi, orta ex perfecta contritione. Caput ſecundum, quod & dies ſecunda, dirigit animam ad ſacramentalem confeſſionem. Sequitur ſigillum ejus mirabili exemplo confirmatum; miſericordia Dei, fuga hypocryſis, ac timor infamiæ; ſpei longioris vitæ additur opponendus timor, pœnitentiæ Sacramentalis pœna futuri ſeculi. Diem hunc ſecundum abſolvit hortatio ad ſpem veniæ per miſericordiam Dei.*

ſed tantùm breve F

120 *Die tertio Itinerarii exponitur ſatisfactio & tribus leucis hic quoque dies peragitur; reſtituendo ſuum cuique; ſcandala reparando, proximum calo lucrando, Dei amore inflammando, ignoſcendo inimicis. Poſtea proceditur ad remedia contra relapſum, ex meditatione Dominicæ paſſionis, conſpectu Crucifixi, inſtructione confeſſarii, hebdomadaria confeſſione, moderato jejunio, cibi frugalitate, lectione ſpirituali, miſericordia erga pauperes, cuſtodia ſenſuum, & examine conſcientiæ. Subſequuntur quædam puncta promovendæ orationi congrua.*

eiuſdem opuſculi

121 *Tum congeruntur variæ & efficaces conſiderationes eòdem facientes, deſumptæ ex ſtatu hominis moribundi, exemplo Chriſti patientis, magnitudine gloriæ cæleſtis, recordatione noviſſimorum, mundi vanitate. Dein præſcribitur ſtabile virtutum variarum exercitium. Proxima eſt invocatio & imitatio Sanctorum; deteguntur fraudes mundi, diaboli ac carnis, vana ſpe ſequaces ſuos lactantium; & bona ex tentatione juſtorum provenientia. Denique, ne longior ſim, ſignificato ab auctore ſcopo ſcriptionis, adjunctâque digreſſiun-*

AUCTORE J. P.

culâ pro inſtitutione perſonarum conjugatarum, tandem tractatus concluditur repetita ad varias virtutes cohortatione.

122 *Audiſti, lector, opuſculi verè aſcetici ſynopſin; pro quo non invenias aliud fundamentum, ut dicatur compoſitum à* B. Petro, *præter ſolam poſſeſſionem.*

compendium.

§ XII. Vindiciæ adverſus obtrectatores.

Magna in hominibus & veluti innata eſt libido arrodendi aliena dicta & facta. Cum id vitii genus obtinet ubique paſſim apud omnes, tum in eo potiſſimum minus ſibi temperant illi, qui erga virtutem modicè affecti, lyncei tamen ſunt ad notandos, ſi qui in aliis videantur eſſe, defectus. Ne id porro faciant in noſtro integerrimo Juvene, in quo nonnulla inveniuntur, quæ primo obtutu fortaſſe offendere poſſunt, viſum eſt quædam hoc loco in medium proferre contra obtrectatorum obloquia. Primò, ne vitio dent, Beatum noſtrum vocari à nobis Cardinalem.

Petrus, licitè appellatus vulgo Cardinalis,

B

124 *Nam uſus, conſuetudo & antiqua poſſeſſio ſtant pro illa nuncupatione. Accedit Eccleſiaſticorum ſcriptorum auctoritas, & unanimis conſenſio. Nec objicias ulterius, quomodo tam inſignis innocentia morum & vitæ poſſit combinari cum adhæſione tam arcta cum Pontifice ſchiſmatico, qualis jam ubique paſſim agnoſcitur Clemens VII. Intelligo. Verum non habebatur talis tum temporis paſſim, quin imo à Gallia, Hiſpania, Scotia pro legitimo agnoſcebatur. Itaque inter alios Pſeudopontificis ſectatores, tam multos, tam longè diſperſos, tam doctos, pioſque, extitit Adoleſcens integerrimus, in quo ætas immatura, moralis impotentia diſcernendi verum Chriſti Vicarium à falſo, bonaque fides, ſatis arguunt, quidquid hîc egit, totum id ex inculpata ignorantia egiſſe. Reſponſionem meam ſolidè confirmat, Annalium Eccleſiaſticorum poſt Baronium continuator, Odoricus Raynaldus, ad annum 1387, ſic loquens.*

adhærens parti Clementis VII Geben.

125 Obiit eodem anno Petrus Lucemburgenſis, eximia morum ſanctitate conſpicuus, inter pſeudocardinales anno ſuperiore adſcriptus ab antipapa, quem errore humano coluit, cum verum Pontificem putaret, non aliter quam Vincentius Ferrerius diu Petrum de Luna antipapam, errore ductus, veneratus eſt. Hos enim & ſimiles, qui in Eccleſiæ Catholicæ communionem per baptiſmatis Sacramentum admiſſi, ob invincibilem ignorantiam numquam ſchiſmatis flagitio ſe deditâ operâ devinxere, fuiſſe Catholicos, quantumvis inter ſchiſmaticos, quos tales non norant, egerint, cenſet S. Antoninus. *Tum citat inſignem locum hujus ſanctiſſimi urbis Florentinæ Præſulis, quo luculentiſſimè tum ſuam tum noſtram in hac re de Beato ſententiam conficit: Parte 3 Hiſt. Eccl. titulo 22,* Peritiſſimos, *inquit S. Antoninus*, viros in ſacra pagina & jure canonico habuit toto tempore illo, quo duravit ſchiſma, utraque pars ſeu obedientia, ac etiam religioſiſſimos viros, &, quod majus eſt, etiam miraculis fulgentes. Nec umquam ſic potuit quæſtio illa decidi, quin ſemper remanſerit apud plurimos dubia. Etſi neceſſarium ſit credere, ſicut unam eſſe Catholicam Eccleſiam, non plures, ita & unicum ejus Paſtorem, Vicarium Chriſti, juxta id Joannis 10; Fiet unum ovile, & unus paſtor. D

126 Tamen ſi contingat plures per ſchiſma creari ſeu nominari Pontifices ſummos uno & eodem tempore, non videtur ſaluti neceſſarium credere iſtum eſſe vel illum, ſed alterum eorum, qui ſcilicet fuerit canonicè aſſumptus. Quis autem fuerit canonicè electus, non tenetur quis ſcire, ſicut nec jus canonicum; ſed in hoc populi ſequi poſſunt majores ſuos ſeu prælatos. *Poſt quæ, aptata* B. Petro de Luxemburgo *oratione, in ejus defenſionem laudatus Raynaldus ſubnectit ſequentia:* Porro adoleſcens adhuc erat circiter annorum XVII Petrus Lucemburgenſis, atque inter Urbani adverſarios educatus. Unde is error non obfuit ejus ſanctitati, præſertim cum in ea controverſia Concilii œcumenici ſtare ſententiæ paratus eſſet, quem etiam errorem divino lumine colluſtratus, in extremo vitæ actu facilè damnare potuit. Nec difficile exemplum hujus rei in Paſchaſio Romanæ Eccleſiæ Diacono, eximiæ ſanctitatis viro, viſum eſt, qui cum Laurentium adverſus Symmachum Papam eſſet ſecutus, antequam animam efflaret, reſipuit, & poſt mortem miraculis enituit, quamvis ad labem purgandam acerbiores pœnas tolerarit. & S. Antonino, E

127 *Igitur ſi perperam quid fecit* Petrus *in facto ſchiſmatis; bona enimvero, imo optima fide fecit; fecit, communi ductus errore, non abreptus perverſa voluntate. Ceterum, ſi quis ea, quæ modo ad defenſionem Beati in medium protulimus, ſedatè expenderit, non dubito, quin habiturus ſit; unde obſtruat ora maledicorum, quibus in ſtudio eſt, beatiſſimum Juvenem hîc vellicando, aliquid præſidii conciliare deſperatiſſimæ ſuæ cauſæ, quâ pertinaciter erigere cornua non ceſſant & recalcitrare adverſus decreta Apoſtolica. Quamobrem quieſcant, & deſinant maledicere ora loquentium iniqua; quia venenum aſpidum ſub labiis eorum. Obſervet lector hac occaſione, ſatis apertè nos indicaſſe, quid de pontificatu Clementis VII Gebennenſis cenſeamus, quod ſemel hîc monuiſſe ſit ſatis; & toties repetitum volumus, quoties per decurſum vitarum aut proceſſus, Pontificis nomine ipſum compellabimus vel noſtris vel aliorum verbis.* ob ignorantiam invincibilem.

128 *Sed hæc quidem hactenus; quæ præterquam, quod cunctura ſint ad formandam generalem ideam omnium deinceps hîc tractandorum; ſervient inſuper ad repurgandam viam ab erroribus, rebuſque controverſis, quæ, tamquam totidem ſalebræ, remorari non raro ſolent lectorem hagiophilum, quo minus ipſa Acta inofenſo pede decurrere poſſit. Itaque jam præcipuis impedimentis ſublatis per commentationes haſce prævias, reſtat, ut Acta ipſa ſubjiciamus.* F

exenſandus probatur ex Raynaldo.

C

VITA

VITA

AUCTORE ANONYMO COÆVO.

Ex antiquo Ms. pergameno bibliothecæ PP. Cælestinorum Avenionensium, collata cum aliis Mss.

PROLOGUS.

IMmensus cæli est conditor, perpetua mundum ratione gubernans; cujus providentia in dispositione non fallitur; quin imo secundum ordinatissimam temporum distributionem, solus novit congruentem suis temporibus humano generi exhibere medicinam. Cujus ineffabilis majestas primitus Ecclesiæ suæ exordio, multa per beatum Petrum Apostolum operabatur miracula, ut fides Christi novella per eum confirmaretur orthodoxa *a*. Nunc autem peculiari quadam ordinatione, fructuosum germen prædestinavit, deificum videlicet, nobilem, & devotissimum puerulum, Petrum de Luxemburgo; verè beatum, in orbem terrarum cælitus transmissum, ut salutiferæ nuntius foret veritatis: qui tandem similia veluti primus Petrus, quasi operaretur miracula; ut fides nostri Salvatoris Jesu Christi *b* dulcissimi, luce clarior pateret in terris, & ejusdem fidei veritas per ipsum Dominum elucidaretur è cælis.

Mirabilis Deus in Petro Ap., & Luxemburgico.

CAPUT I.

Petri patria, natales, morum innocentia, studia litterarum Parisiis, canonicatus Parisiensis, & archidiaconatus Drocensis.

LUce ergo de cælo progrediente cælica, nutu divino in Ligneio *c* oppido ducatus Barrensis, ac Tullensis diœcesis in Lotharingiæ finibus, ex illustribus nobilibusque parentibus, patre Domino Guidone de Luxemburgo, comite sancti Pauli *d* in Picardia *e*, ac de Ligneio *f* prælibato: & matre Mathilde, domina de Castilione, ex stirpe Imperiali regalique prodeuntibus *g*, tamquam de redolentibus liliis, rosisque vernantibus, miræ sanctitatis natus est infantulus: cui in sacri Baptismatis lavacro, Christo Domino dictante, utpote cælestibus præmiis magnificaturo, nomen extitit impositum Petrus:

Parentes.

3 Ut quemadmodum primus Petrus, à Christo electus, petra firma aniversalis Ecclesiæ, solidum fuit primarium fundamentum, ita à Christo electus extitit secundus Petrus, sicut validum ipsius Ecclesiæ stabilimentum, utpote futura Ecclesiæ columna, Cardinalis sacrosanctus. Qui denique puerulus adhuc traditus fuit sacris litteris imbuendus; quem amici sui carnales, seu propinqui, parentibus *h* orbatum moreque nobilium diligenti studio educatum, divino manciparunt servitio: qui clericus effectus; in sortem Domini inter flores illos cælicos plantationis æternæ pullulatione mirifica redolens, extitit præelectus: quem Christus ideo voluit ad Ecclesiam præsentari, ut totus mundus ejus exemplo posset glorioſius illustrari *i*.

Morum

A. ANON. COÆVO. *h*

i

4 Puer itaque famosus & celeber, cui quamquam mundi fallax brevitas placentia suggereret, de * puellarum lusibus, musicorumque & aliarum delitiarum generibus, licet facie formosus esset valde, decorusque aspectu ac omnium oculis gratiosus *k*; cum iis nequaquam concupiscentiæ frena laxavit: sed cœlibem semper vitam agens, ad voluptatem præparatam non motus, vel ad lasciviam puerilem, sed stabilis semper manens, soli Deo placere studuit. Quam etiam corporis pulcritudinem dictam, Deum creasse dubium non est; ut qui formosus erat corpore, ejus humili intuitu considerato, formosior judicaretur & mente. Ex cujus humili & devota conversatione, virtutibus decorata, satis agnoscebatur, quod ipsius fuissent munda & recta opera *l*.

innocentia,

* *Al.* in.

k

l

5 Puerilibus autem annis spreta ipsius mundi ariditate, in flore adolescentiæ suæ, ad frugem melioris vitæ transire dispositit, ad summos perfectæ sapientiæ apices anhelans; ut per ipsam sapientiam, quam suavis esset Dominus, præguſtaret. Verum quia frequentia amicorum carnalium, eum non sinebat ad conscientiæ pacem, & ad sapientiam pervenire peroptatam; locum proprium, & amicos suos à se abdicavit: & perveniens ad annos intelligibiles, ut de scripturis tam divinæ sapientiæ, quam sacrorum canonum aliquid exhaurire posset, ad famosam universitatem Parisiensem atque præclaram se transferri de domo paterna in Picardia, ubi nutriebatur, procuravit. In qua quidem laudabiliter ibidem studendo & interrogando profecit, ne per juris ignorantiam tam divini quam humani, à rectitudinis tramite deviare cogeretur: & quæ sunt morum bonorum ac honestatis in eâdem hauriens & intellectu comprehendens, iis contraria sciret perfectè à se abdicare.

desiderium perfectionis, studia Parisiis,

F

6 Ejus quoque intellectum adeo divina illustrabat gratia, quod quæcumque audiebat, in armariolo sui pectoris memoriter recondebat, & tamquam testa recens [cælestibus] imbuebatur documentis, in cordis sui horreo vitæ semina reponens; quibus suo exurgentibus *m* tempore animas recrearet. Virorum itaque magnæ sanctitatis ac perfectionis conversationem, atque vitam puerulus sapientissimus imitabatur; perversorum assiduè execrans consortia, tales secum semper tenendo, quorum vitam verebatur & verba: sicut ipse morum honestate compositus, ita compositam utique tenens familiam *n*. Et quia sacri eloquii auditus augmentationem parit sanctitatis, sermones diebus Dominicis & festivis, cum ferventi diligentia, & devotione sedula continuè audiebat. Quorum effectum in ergastulo conscientiæ suæ memoriæ commendabat, satagens ut quod auditu percipiebat, opere compleret & effectu.

virtutes,

m

A. ANON. COÆVO.

7 Adoleſcens igitur euangelicus *o* munditiæ ſinceritate plenus & ſcientiæ ſerenitate, de die in diem magis augebatur & creſcebat ſapientiâ, incrementaque ſortiebatur tam vitæ quam morum aſſidua virtutum. Tanta nempe incœpit clarere verborum luculentiâ: & tantâ exuberare gratiarum eloquentiâ, quod liquido poterat apparere lingua eucharis *p* in eo abundare. Cumque puer inclitus Pariſienſis eſſet canonicus, Deo ac Virgini glorioſæ omnibus diebus vitæ, famulatum ſpopondit. Unde adeò honeſtum, & undique laudatum omnibus ſe patefaciebat, quod omnibus aliis concanonicis, ceteriſque Pariſiis degentibus, ex miri odoris fragrantiâ, quæ ex ipſo procedebat, ſpeculum erat bonæ vitæ & per ſanctimoniæ ac veritatis exemplum, omnes igne Spiritus ſancti perluſtratus inflammabat. Denique ſæpiſſime in eccleſiâ Pariſienſi præfatâ contingebat, quod cum alii concanonici ſui, crucem vel cereos deberent in proceſſionibus deferre, rubore ſuperbiæ quandoque ſuffuſi portare dedignabantur; puer autem Deo plenus, maximo profuſus gaudio, licet non eſſet in ordine * ſuo, cereos vel ſanctæ Crucis vexillum humiliter deferebat. Chriſti humilis obſequio famulando, in multitudine gradiens virium ſuarum tamquam vexillarius & ſignifer Salvatoris, bajulus atque miniſter in omnibus membris ſuis, à vertice uſque ad plantam pedis, ſuo ſemper erat devotè famulans Creatori.

canonicatus Pariſienſis.

p

Bono Chriſti odore, humilitate,

B

* *Al.* turno.

8 Ab omnibus quoque miro diligebatur affectu: quia ſermone erat nitidus, & aſpectu angelicus, adinſtar columbæ, ſine felle malitiæ, dulciſſimus *q*. Dominus autem Papa, famam hujus pueri audiens, ita celebrem; archidiaconatum Drocenſem *r* in venerabili eccleſia Carnotenſi, motu proprio contulit, eidem levia imponens onera, ut ad majora tandem proveheretur. In quo quidem ſtatu archidiaconali, ad florum ſimilitudinem, honeſta fulgens converſatione, bona utique redolebat opinione, & ſuavis omnibus & præcipuè ſubditis ſuis, quando ad eum Pariſiis afluebant, ubi degebat, ſemper extitit & benignus, & licet infantia in eo computaretur in annis, ſenectus tamen mentis erat immenſa, ætate modicus, ſed animo canus, pulcher facie: ſed pulcrior fide.

ac morum ſuavitate conſpicuus.

q

r

Archidiaconatus Drocenſis.

C

ANNOTATA.

a *Sublata eſt hinc periodus antiquæ Legendæ:* Verum prævidens Virtus indeficiens diebus in noſtris ſanctam matrem Eccleſiam, Chriſti ſponſam ſacroſanctam per [falſos] debere prophetas fluctibus tribulationum inundari; illi autem ſæviori inundanti diluvio volens arcam coaptare compaginibus tabularum; *& deinde pergit cum Ms. noſtro* peculiari quadam ordinatione fructuoſum germen prædeſtinavit, *&c. Dicta legendæ lectioni conſonat Ms. Suareſianum, de quo in comm. prævio.*

b *Non diſſimulanter prodit Auctor ſtudium ſuum erga Clementem VII, per verba ſequentia, quæ lego in antiqua Legenda, & hîc partim avulſa ſunt, partim mutata:* Ut fides Vicarii Jeſu Chriſti, pleriſque incognita, ſanctiſſimi Domini PP. Clementis VII, univerſo præſidentis orbi, luce clarior patefieret in terris, & rei veritas per eum elucidaretur in cælis. *Conſonat denuo Ms. Suareſianum, ubi tamen omiſſa vox* Præſidentis. *In Legenda hic ponitur*; tu autem, *& terminatur prima lectio.* D

c *Vulgo* Ligny, *ad fluviolum Orneam; diſtat Barroducis in ortum duabus leucis, Tullum verſus ſex; à ſano S. Michaëlis quinque, verſus meridiem.*

d *Jam monuimus in commentario prævio, Mathildem de Chaſtillon marito ſuo in dotem attuliſſe comitatum ſancti Pauli ac Fiennæ dominium.*

e *Imo verò in Arteſia, cujus præcipua oppida, Atrebatum, Audomaropolis, Bethunia, Aria, Bapalma; minoris notæ, Heſdinium, Rentætum,* Fanum S. Pauli, *Perna, Lilerſium, Baſſæa, & Lendium.*

f *Prius Lignæi Dynaſta, dein à Joanne Rege Galliæ creatus Comes.*

g *Nobiliſſimæ Luxemburgenſium familiæ decora breviter perſtrinximus in initio commentarii prævii.*

h *Annum mortuarium Patris determinavimus in commentario prævio num.* 4; *ibidem etiam à num.* 11 *quædam referuntur de obitu matris, &* Petri *poſt eam educatione ſub proxima conſanguinea. Addi poteſt ibidem dictis, ex Hiſtoria domus Luxemburgicæ, ſcriptæ per Andream du Cheſne, Beati matrem, Guidoni, patri ejus, ſuperſtitem vixiſſe; quamdiu, ignoro.* E

i *Hîc ponitur in legenda:* Tu autem Domine; *& finitur Lectio ſecunda.*

k *Hæc uberius in legenda, cui fere verbatim conſonat Suareſianum Ms.:* Licet formoſus eſſet valde, & incredibili pulcritudine omnium [oculis] gratioſus; in quo Deus propterea creaverat ſpecioſitatem, ut qui ſpecioſus erat corpore, ſpecioſus autem eſſet & mente, nequaquam his concupiſcentiæ fræna, *&c.*

l *Iſta parcius in legenda & Ms. Suareſiano:* Soli Deo placere ſtuduit; ex cujus ſtudiis ſatis agnoſcebatur Puer, quia munda fuerunt & recta opera ejus.

m *Antiqua Legenda & Ms. Suareſianum,* eſurientes, *legunt.*

n *Hîc in Legenda:* Tu autem, *& finis lectionis tertiæ.*

o *Legenda ſimplicius habet:* Puer igitur Euangelicus.

p *A Græco* εὖ, bellè, feliciter; *&* χάρις, gratia, *quaſi dicas* bellè gratioſa. F

q *Hic finis quartæ lectionis in Legenda.*

r *Urbs Galliæ Celticæ, vulgò* Dreux, *vicinâ dimicatione inter Gallos, anno* 1562 *memorabilis.*

CAPUT II.

Creatur Metenſium epiſcopus. Quam ſedulò id muneris expleverit, ac demiſsè ſe geſſerit.

Creatus Metenſium epiſcopus,

UNde fervens fidei amor cultorque præcipuus, ſibi in animo ſuo fidem à juventute impreſſerat, ſic ſe totum in illius mancipaverat obſequium: quod quæque ipſius verba & opera, virtutem fidei redolebant. Quem ad propagandum ſalutis humanæ auxilium, Chriſtus per terrarum orbem fidei latorem * ordinaverat: cumque omni ſanctitate & manſuetudine polleret, & in litterarum ſcientiâ Pariſiis magis proficiceret, hujus fama excrebeſcente, Domino Papæ unà cum ſuo ſacro collegio Car-

* *Al.* ſatorem.

A Cardinalium cœlitus fuit inſpiratum : ut ad venerabilem, atque laudabilem eccleſiam Metenſem in Lotharingia, tunc temporis vacantem *a*, dignè felix Adoleſcens promoveretur. Quem itaque Dominus Papa cernens bonæ indolis, & induſtrium, qui licet nimis juvenis ætate pro epiſcopatu eſſet, utpote in quinto decimo conſtitutus ætatis ſuæ anno, cor tamen gerens ſenile, ipſum nutu divino eccleſiæ memoratæ præfecit, & ita ad hujuſmodi honoris inſignia, non pretio, neque ambitione, ſed ejus probatâ vitâ, & Dei judicio fuit promotus.

a

Gnaviter id muneris

10 Quem Adoleſcentem Dominus quæſivit juxta cor ſuum, cui Metenſium contulit præſulatum, ducatumque eccleſiæ atque ſceptrum. Quibus per ſanctam converſationem, tamquam ſalutis animarum ſibi commiſſarum fervidus æmulator *b*, divinæ ſaluis pabulum miniſtravit : & in Dei amorem per ſingularem ſolertiam in ſemetipſo ſervans ſanctimoniam, eos inflammavit. Congruè etenim Chriſtus ducatum ſibi præbuit Metenſium, quia ipſum ſcivit, tramite melioris vitæ ipſos præire, ſicut decebat eum paſtorem moribus & vita, inter oves clarescere *c*.

b

B

c

adimplet,

11 Ne vero per otii deſidiam hoſtilibus inſidiis pateret ingreſſus, in juſtificationibus Domini aſſidue exercebatur, & ad actus ſalutiferos, multo magis quam prius excitabatur, ut, eo circa licita & Deo devota totaliter occupato, locum in eo illicita non haberent, & à ſpiritualibus nequitiis tutus eſſet. Nocturna quidem ſilentia, humanæ quieti deputata, poſt dormitionem brevem, decurrebat in ſtudiis vitarum & ſermonum ſanctorum patrum. Et ſomni tempus vigiliis occupabat cum ſapore præmiſſa ſtudendo ; quia de divinis & ſalute animæ ſuæ, in eis tractabatur. Diebus autem commodis intendebat ſedulus animarum ſaluti : in quo dono ſpeciali gratiæ noſcitur claruiſſe.

verbis & exemplis,

12 Et omne tempus, in quo de Deo non cogitabat, ſe perdidiſſe exiſtimabat. Quique morum maturitate compoſitus, alios profuſis virtutum aromatibus ad ſanctimoniam attrahebat, more pii patris ſtum devote adimplens officium, peccantes atrociter corripiebat, non libidine ulciſcendi, ſed peccatorum vulneribus ſalutarem procurabat adhibere medicinam ; & ſicut Metenſibus præerat dignitate ; ita ipſis præeminebat ſanctitate : quos eximiis utique ſemper provocans exemplis, cum eis humiliter converſabatur. Ipſis denique oſtendens infima humilitatis ; non autem ſublimia epiſcopalis ſuæ majeſtatis, ſquamas ſuperbiæ penitus deſerendo.

C

d animi modeſtiâ,

13 Unde verus profitebatur humilis *d* : qui in culmine conſtitutus humilitatis, cognitionem meruit obtinere veritatis. Dominationum vero neque principatuum ſocius eſſe cupiebat ; ſed ex numero potius humilium puerorum, inter ſublimes, tamquam ſui ipſius contemptor mellifluus, minimè peroptans extolli. Quapropter in animo omnes mundanas poteſtates, quaſi aranearum fila reputans, univerſa, quæ amamus nobis ex aſpectu decora atque præfulgida, ſpernebat. In divitiis autem & floribus majorum, atque ſuorum nobilitate, ac corporis pulcritudine, honoribus quoque, qui ſibi ab omnibus deferebantur, ſeipſum non extollebat : ſed carnem ſuam propriam deſpiciens, velut cinerem, & in terram reverſuram atque mortalem ; eos denique circumſpiciens, qui ante eum ſimilibus fulgebant, quanto majoris honoris celſitudine clarebat ; tantò ſeipſum magis humiliabat *e*.

ſuique contemptu.

A. ANON. COÆVO.

ANNOTATA.

a *De eo actum in comm. prævio, à num.* 18.

b *Lego in Ms. Suareſiano :* Quibus divinæ delectationis per ſanctam converſationem, tamquam ſalutis animarum ſibi commiſſarum fœcundus exultor. *Pro quibus ultimis duobus verbis Legenda habet :* fervidus æmulator, *ut eſt in Ms., quod damus.*

c *Hîc finis lectionis quintæ.*

d *Quod additur in Legenda ;* Quaſi humi acclivis, id eſt, imis inhærens, *videtur eſſe phraſis primigenia auctoris, à noſtro Ms. deinde reſecta.*

e *Hic finis ſextæ lectionis in Legenda.*

CAPUT III.

Cardinalium cœtui aggregatur. In aulam Avenionenſem accerſitus, novis in dies virtutum acceſſionibus coruſcat.

E

Cardinalium ordini

POrro quia Chriſtus humilis, humiles conſuevit exaltare, & illis inſignia dignitatum potiora conferre, quos digniores agnoſcit, & ingentior commendat excellentia meritorum : Dominus Papa voluntatem ſuam Chriſti conformavit voluntati, cujus in terris vicarius eſt veridicus. Et hujus Seraphici prudentiæ, probitatis, ac humilitatis non ignarus : eumdem conſortio ſacri collegii dominorum Cardinalium de conſilio Fratrum, collatâ ſibi cælitus gratiâ, aggregavit. Quem ſacri Georgii ad Velum aureum Diaconum, & vulgariter de Luxembourg, ut nomen conſonum eſſet rei, nuncupavit. Qui lucem Burgo, id eſt huic mundo univerſo, ſtellis præſtitit clariorem ; in cujus vero electione ſinceritas viguit devotionis, & non amicorum ſuffragio provectus, ſed Dei judicio creditur eſſe promotus.

F

adſcribitur.

15 Verum quia non potuit lucerna accenſa ſub modio latêre ; propterea Deus ipſum ad cardinalatum, id eſt, in altum voluit exaltari, ut ab omnibus Chriſti fidelibus facilius valeret videri. Quem utique diſpoſuit apoſtolico cœtui aggregare inter cardines terræ, ſuper quos poſuit orbem, & ipſum tamquam mundi lucernam ſuper candelabrum collocari inter Cardinales, qui ſunt velut aſtra in eccleſiâ Dei refulgentia : ut univerſos, qui in domo ſunt Eccleſiæ, ſuorum poſſet exemplorum radiis perluſtrare. In terris igitur à Deo & ejus vicario dignè promeruit in altum provehi, qui virtuoſa pariter & cæleſtia attentius nitebatur meditari. Quis autem ipſum in tantum dignitatis culmen erexit, niſi Deus *a* ?

a

In aulam Avenionenſem

16 Adoleſcens igitur Spiritu ſancto illuſtratus, cum Deo & amicis ſuis deliberatione præhabitâ, ſe minus idoneum humiliter vociferans, genibus flexis pileum rubeum acceptavit cardina-

A. ANON. COÆVO.

dinalatûs. Unde gaudeat collegium ſacroſanctum Dominorum Cardinalium in Deum, immenſum ſuum videns ovile augmentari, & ovem fœcundam inter caulas ſuas reponi, Eccleſiamque Dei benedictam, novæ prolis fœtu, novi Cardinalis Petri meritis ampliari. Profecto vitæ ipſius ſanctitas, eumdem fecit dignum electione cardinalatûs. Cum autem Dominus Papa eidem mandaſſet, ut ad curiam pergeret: tamquam verus filius, obedientiæ mandatum non procraſtinavit: ſed aures paravit auditui, linguam voci, manus operi & pedes itineri. Et ſe intra ſe totum recollegit, ad curiam properans, ut mandatum perageret imperantis, ad Chriſti Vicarium, & ejus ſanctam matrem Eccleſiam ſe cupiens approximare; ne extra arcam in tempore præſentis diluvii aquarum multarum, ſcilicet Eccleſiæ tribulationum, miles profugus inveniretur.

accerſitus, vale dicto ſorori, *b*

17 De terrâ propriâ proſiliens longinquâ, & de cognatione ſua, venit in terram quam Chriſti Vicarius ſibi monſtravit, viſitatâ prius devotiſſima ſorore ſua, domicellâ Joannâ *b* de Luxemburgo, virgine ſibi chariſſima: quæ columba erat infellica, innocens & immaculata, totaque pulcra & decora virtutibus & bonis exemplis. Quæ quidem fatri ſuo Cardinali beatiſſimo, quem tenerrimè diligebat, virga fuit directionis, & manna dulcedinis. Qui ad invicem fruentes ſanctis colloquiis, præclariſque ſpiritualibus conſolationibus; alter alterum ad virginitatem perpetuo ſervandam illibatam, devotiſſimè adhortabantur; ad dilectionem Dei ſuper omnia, & charitatem, innocentiam, humilitatem, & alias ceteras præfulgidas virtutes. Quorum ſane præſagium rei eventus poſtmodum fidem fecit. Nam idem beatus Cardinalis uſque ad ejus obitum virginitatem ſervavit; & ſoror ejus, omni laude digna *c*, & in habitu ſeculari ipſam ſervavit inviolatam, ut fide dignorum teſtimonio comprobatur. Et ita à mundi illecebris virgo, à Chriſto electus, exivit illæſus; ſicut à corruptione carnis extiterat alienus *d*.

c

d

illuc perrexit.

18 Cumque curiam ingrederetur Romanam, & ejus adventum præſtolarentur univerſi, omnes qui vultus ipſius angelici venuſtatem, morumque honeſtatem, puritatem atque innocentiam, & ipſius præfulgidam intuebantur humilitatem; voce dulciſonâ obnixius ab eo precabantur benedici. Quique ad pedes Vicarii Chriſti oſculandos ſe humiliter proſternens, ab eodem mirificè receptus, in curiâ permanſit, ex devoto devotior ſemper effectus. In eadem propterea maximum ſtupore dignum debet reputari ſpectaculum, quod adeo juvenis & venuſtus, à vitiis abſtinuerit luxuriæ, ac perplexæ viæ errorem ita fugerit; quem mundi hujus proſpera & honores non diverterunt; & cum in honore fuiſſet, non eſt comparatus jumentis inſipientibus, ſed potius Angelis concupivit adæquari; quia vitam angelicam duxit in terris potius, quam humanam; qui in medio nebulæ, quaſi ſtella matutina, in eccleſia noſcitur claruiſſe.

Fulget novis virtutibus.

19 Quis ergo huic Cardinali glorioſiſſimo valeat adæquari? Qui non tantummodo patriam & amicos, ſed ipſum quoque mundum animi virtute dereliquit, & hæc omnia Chriſtum ſuſcipiendo deſpexit. Ejus magna erat domus, & ingens locus poſſeſſionis ejus; omnia nihilominus, ſed & ſeipſum affectuosè propter Chriſtum dereliquit. Feralis avaritia & illecebroſa pecunia nuſquam ipſum contaminaverunt: ſed, ipsâ radicitus expulſâ, charitatem plantavit, ad beneficia quoque petenda minimè exiſtens avidus, nec lucris illectus: ſed Chriſti paupertate inſignitus; in ejus theſauro poſt mortem unicus (quem ut creditur ignoravit) inventus eſt francus. In ſe autem ramum non habuit cujuſquam operis, quin ex radice ipſius proceſſerit charitatis, & charitatis guſtu adeo perfecte extitit inebriatus, ut ad omnem laborem hilareſceret, & laborans non laſſeſceret.

D

ANNOTATA.

a *Huc uſque lectio ſeptima in Legenda.*

b *Alias* Eulogia, *teſte Rittershuſio in Genealogiis. Actum de ea plus ſemel in Commentario prævio; quibus adde ex eodem Rittershuſio in Geneal.*, *eam obiiſſe anno* 1431.

E

c *Additur in Legenda*, adhuc ſuperſtes.

d *Hîc octavæ lectionis finis.*

CAPUT IV.

B. Petri humilitas, jejunia, aliæ macerationes corporis, vigiliæ, ſtudium orationis, amor erga Crucifixum, ejuſque apparitio, donum lacrymarum.

Mira B. Petri modeſtia,

SAnctitatem nempe ſuam etiam propinquioribus ſuis familiaribus adeo ſubtiliter occultabat, contra ſpiritum cenodoxiæ viriliter dimicans, ut ſalvo ſemper honeſtatis rigore, ſub decentiâ virtutum & apparatu utenſilium, moribus Dominorum juxta poſſe concordaret ſingulorum. Et ob hoc verſimiliter creditur, Chriſtum in ipſius vitâ, ad ejus preces multa patraſſe miracula ſancta, nobis ignota. Nec cappâ propter ſuperbiam ſæpe induebatur rubeâ, cum quâ in eccleſiis communiter depingitur, ut præfertur ſuam occultaret ſanctimoniam *a*; quia ignitus caritatis flammâ, & dilectionis Dei, velut rubus divini amoris ardebat deſiderio *b*.

F

a

b

jejunia, macerationes corporis alia,

21 Cardinalis iſte beatiſſimus miræ fuit ſanctitatis, divinis inſpirationibus illuſtratus, typum gerens pœnitentium, in jejuniis quoque panis & aquæ, carnem ſuam tenerrimam timens in germinibus vitiorum pullulare, ſanctarum meditatione virtutum, & ſobrietatis amore caſtigabat, & eam in ſervitutem prorſus redigebat. Tanta etenim auſteritatis rigiditate corpus ſuum proprio ſpiritui ſubjiciebat, ut vix plerumque ſuper pedes [poſſet, nutantibus greſſibus] ſuſtentari *c*. Ejus quoque benedicta anima in modico erat mole carnis oppreſſa: propterea ſupernis adeo exiſtebat elevata, ut in cælis tota ejus converſatio videretur. Sæpe quidem cordam ciliceam nodatamque contra carnis inſidias, & mentis laſciviam tamdiu ad carnem ligatam deferebat: quod * ſanguis quandoque emanaret. Poſt

c

* *Al.* quouſque.

felicem

A felicem autem ejus obitum, & triumphum, chorda reperta fuit ſub nattis *d* ſtudii ſui, pretioſo ejus ſanguine cruentata; magiſque decorabatur chordâ vinctus; quam diademate coronatus, licet chorda quam geſtabat, ſævos ſibi inferret corporis dolores.

d

non vulgaris, cum valetudinis

22 Grande aliquid & admiratione dignum de tali Adoleſcente denuo extitit, videlicet quod cum virgarum verberibus, flagellis quoque duriſſimis, quibus unâ ſaltem horâ in præfato ſtudio ſuo ſolus recluſus, ne ab aliquo videretur, corpus ſuum celeberrimum flagellabat, aliiſque macerationibus innumeris, longè ſplendidior erat diademate purpuràque fulgentibus; qui collum jugo pœnitentiæ à juventute adeo ſubmiſerat, quod uſque ad agonem feliciter continuavit. Animam propterea portavit in vaſe fictili, id eſt in corpore debili: nam licet magnus eſſet corpore, pallidus tamen propter abſtinentias, quas faciebat, ſemper fuit in facie. Et inde ſæpiſſime infirmatus ſtomacho, crebris torquebatur anguſtiis, parcus nihilominus in lecto, parcus in cibo, & parcus in ſomno.

B

& virium jactura.

23 Timens itaque Dominus Papa, ne in infantiæ teneritudine, delicatum corpus ipſius pernimiùm debilitaretur, crebrò ipſum monebat, ut à tantæ abſtinentiæ aſperitate ſe retraheret: & qui humiliter reſpondebat: Pater ſancte, nulla bona facio, quod gemebundus refero. Sed utinam dignus eſſem. Et intra cordis ſui viſcera triſtabatur, quod talia eidem Domino Papæ de ſeipſo referebantur. Fulgens denique conſcientiæ integritate, munus Deo aſſiduè obtulit acceptabile: etenim ter in hebdomada in acerbiſſimis jejuniorum afflictionibus communiter jejunabat, diebus ſcilicet Mercurii, & Veneris, propter Dominicam paſſionem; & Sabbati propter glorioſæ Virginis commemorationem. In jejuniis quoque ab Eccleſia ordinatis numquam deficiens: in adventu Domini quandoque jejunabat, quandoque carnes minimè deguſtabat.

Vigiliæ frequentes,

e

amor in Crucifixum, ejuſque viſio,

24 Etenim in diverſis aliis ſuis corporis ſui domationibus, multiplicibuſque vigiliis & devotis orationibus *e*, aſſiduus & fervens erat. Unde tantam in ipſius oratione apud Crucifixum, & Crucis inſignia, amore ferventiſſimo habuit devotionem, quod Jeſum Chriſtum in Cruce pendentem meruit in vita oculis propriis videre, ut fide digni (etenim Cardinalis) *f* teſtimonio comprobatur. Hujus autem à juventute ſemper extiterat conſuetudo, quod omnes Cruces, quas itinerans reperiebat, devotiſſimè adorabat, Crucifixi imaginem ſemper in ſuo corde bajulans: proſtratus ante Crucem, omni die cum maximo dilectionis ardore, quaſi pendentem Dominum ſuum cerneret, adorabat. Orare nempe cupiebat in locis abditis, & in oratorio ſingulari, quod Chriſtus varia claritate circumfulſit. Porro in orationis ſtudio ſemper pernoctabat, & quando ſomno gravabatur, humi ſe proſtrabat * vel ſuper nattas cameræ ſuæ; & ſæpiſſime de mane ibidem per cubicularios ſuos reperiebatur dormiens: ubi vexari potius poterat quam foveri *g*.

C

f

* proſternebat.

g

orationis aſſiduitas,

25 In orationis quoque devotione adeo fuit ſedulus; quod de pabulo horâ refectionis, naturæ convenienti, vix recordabatur; & antequam ad menſam pergeret, centum Pater noſter, & centum Ave Maria, ore proprio proferebat; & cum in menſa exiſteret, fingens pulmentum ſumere, vix de divinis fari continere valebat, gratias agens Deo, oculos ſemper ſuos elevando beatos. Pſalmodiam vero, & orationes familiares tanto affectu genibus flexis, manibuſque junctis, crebra emittendo ſuſpiria, & ſæpius capite diſcooperto; in tempore hiemali, ſæpius ſurgens media nocte, unà cum horis canonicis Virginis glorioſæ & defunctorum officiis Domino continuè devotiſſimè offerebat, ut hujuſmodi dulcedine frequenter raptus à corporali vacaret edulio, & ſi pro aliquorum colloquio, quibus ſervata caritate, negare non poterat ea, quæ orando facere conſueverat vel dicere, ſtatutis horis ſuis quandoque non impleret: differre quidem poterat, non autem obmittere, ſed in noctis ſilentio, omnia cum ſumma reſtituebat devotione.

A. ANON. COÆVO.

& donum lacrymarum

26 Unde tanquam Chriſti fidelis athleta; fluentes crebro lachrymas in ſecreto ſuo, vel quandoque publicè, erumpebat, quotieſcumque ſanctæ matris Eccleſiæ, ſponſæ Chriſti dulciſſimæ, tribulationem & ærumnam recordabatur præ nimia amoris dulcedine; in cujus autem defenſione pro poſſe non fuit debilis agoniſta*: nam ut forinſecus ſæpe oſtendebat; libenti animo martyrium pro fide Jeſu Chriſti ſuſtinere voluiſſet, & in mente propalaverat deſtinare greſſus ſuos, & ſeipſum informare in facto ſchiſmatis *h* cum adjutorio doctorum; & pro pace reformanda inter ipſos illuſtriſſimos Reges Franciæ & Angliæ, quam devoto corde ſectabatur, de bello *i*, quod tamdiu inter ipſos duraverat, mœrore urens maximo. Tandem deteſtabili ſchiſmate, quod erat in Eccleſia, ceſſante, & pace inter prælibatos Reges reformata, propoſuerat ſanctiſſimus vir Petrus *k* Domini Jeſu Chriſti ſacratiſſimum in Jeruſalem ſepulcrum, & beatorum Apoſtolorum viſitare limina. Quanto igitur affectu quantove deſiderio pro Chriſto & pace matris Eccleſiæ conſervanda, martyrium ſufferre concupierit, perſecutoris gladius non abſtulerit, palmam tamen martyrii non amiſit *l*.

E

* *Al.* antagoniſta.

h

i

k

l

ANNOTATA.

F

a *Legenda & Ms. Suareſianum habent:* Sed ut ſuam, ut præfertur, occultaret ſanctimoniam; *unde Ms. noſtrum hîc defectuoſum corrigas.*

b *Hîc finis Lectionis nonæ in Legenda antiqua; ſequitur ejuſdem reſiduum in novem aliàs Lectiones diſtributum; è quo multa pererga hîc reſecta, ut inſinuavimus in comm. prævio.*

c *Uncis incluſa ſupplevi è Ms. Suareſiano, conſonat Legenda, niſi quod pro* nutantibus: *videatur habere vitiosè* micantibus.

d *Id eſt* ſtoreis, *de quo adi Cangium.*

e *Hic finitur in Legenda Lectio prima, omiſſis vocibus* aſſiduus & fervens erat; *quæ etiam deſiderantur in Suareſiano Ms.*

f *Legenda & Ms. Suareſianum:* Ut fide dignorum etiam Cardinalis, *&c.*

g *Hæc paulo uberius reddit Legenda:* Et ſæpiſſime de mane, ibidem per cubicularios reperiebatur dormiens, totus expergefactus. O qualis ſtratus humanæ prorſus contrarius quieti, qui ſuper eo dormiens vexari poterat potius quam foveri. *Ms. noſtro conſonat Suareſianum.*

h *Multa hîc reſciſſa; in Legenda ſic legitur:* Nam ut forinſecus ſæpe oſtendebat, libenti

A. ANON. CŒVO. animo martyrium pro hac fide Papæ Clementis VII, veri Vicarii Jesu Christi voluisset sustinuisse, & in mente propalaverat ad Regem Angliæ pro informatione fidei indubitatæ præfati Vicarii Christi, si vixisset, destinare lumine fidei gressus suos, & etiam pro pace inter reges Franciæ & Angliæ illustrissimos posse tenus inhianda [ineunda.] *Consentit Suaresianum. Denuo Legendarius hîc loquitur pro affectu erga Clementem. Excusatum Petrum vide in comm. prævio contra ejus obtrectatores.*

i *Legenda & Ms. Suaresianum habent* guerra, *qua barbarie utriusque major sinceritas probatur, & conformitas primigenio textui. Bellum hoc innovatum sub Carolo VI Rege Gallia & Richardo II, Rege Angliæ anno* 1388.

k Sanctissimus vir Petrus, *quod tamen etiam legitur in Ms. Suaresiano, videtur abjudicandum primævo textui, & cum non legam in antiquissima Legenda, aliunde esse adjectum.*

l Quanto igitur *&c. faciunt textum mutilum, quem suppleo ex Legenda & Ms. Suaresiano:* Quanto igitur studio martyr desiderio inclytus, necem martyrum est secutus? cujus si animam
B gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.

CAPUT V.

Præcipua alia, quibus B. Petrus excelluit, virtutum ornamenta.

A peccato mortali servatur,

culpas leviores declinat,

QUis ergo dubitet talem, adeo spectabilem adolescentulum, sanctum esse, qui peccatum non fecit, saltem mortale, nec inventus est dolus in ore ejus? Quoniam alicujus mortalis criminis numquam sensit contagium, sicut confessorum suorum fideli testimonio fuit comprobatum. Et quia peccata venialia caritatem obnubilant, ipse assiduè eorumdem acerrimæ habens amaritudinem contritionis, non procrastinavit ipsa confiteri. Sed & quotiescumque copiam non poterat habere sacerdotis, in quadam schedula defectus suos scribebat; & opportunitate accepta, illos, humillimè genibus flexis, suo confessori quantumcumque pauperrimo sacerdoti confitebatur sedenti, & si confessor suus quan-
C doque renueret sedere, cum humilitate eidem dicebat; Judicis est sedere, & mei peccatoris eximii est coram te judice animæ meæ, vices Dei agente, genua flectere; & cum sæpe de nocte recordaretur, Creatorem suum in aliquo offendisse, de lecto suo surgens festinanter, secrete ad cameram Confessoris sui candelam deferens, ut eum evigilaret, accedebat; & cum ad capellam suam ubi confitebatur remearet, idem Confessor suus candelam præfatam volebat portare, quod Dominus humilis minimè patie-
a batur, rationibus obstantibus prælibatis *a*.

& expiat.

28 Omni itaque die de perpetratâ culpâ veniam apud Deum lamentabiliter precabatur, bis vel ter in septimana regulariter peccata sua cum cordis amaritudine & sæpe cum lacrymarum fonte devotissimè confitendo. Communiter autem in magnis festivitatibus, & plerumque diebus Dominicis, juges erumpens lacrymarum fontes, cum devotione maxima vivificum Domini recipiebat Sacramentum. Qui scintillam dulcedinis ipsius prægustans, omnem aliam dulcedinem fastidivit. Quoddam etenim, & admiratione dignum in eo judicabatur, [quoniam D
in medio mundi strepitu existens tamquam sancti in eremo, ita ipse *b*] quietè conversatus *b*
est, non quidem pastus locustis & melle silvestri; sed multo victu viliori contentus. Mundana quippe parvi pendens, delitioso minime concupiscens pabulo saginari, benedictam animam suam replens splendoribus glorioss à Deo inspiratis, sidereas jugiter peroptabat mansiones, quia securam hîc civitatem non habuit permanentem.

Misericordia erga pauperes.

29 Ideo thesaurum suum collocavit in præceptis Altissimi. Quique adeo viscera pietatis induit, quod omnia, quæ commodè habere potuit, pauperibus erogaret. Unde semel contigit, quod deficientibus pecuniis, pauperibus erogandis juxta votum, annulum proprium, quem in beatis manibus suis gestabat, in cambiis Avenionensibus secretissimè venumdari procuravit. Ex quo decem florenos habuit, quos infra paucos dies pauperibus distribuit: non enim manus sua extenta fuit ad accipiendum, sed potius ad largiendum. Nam juxta posse omnibus venientibus læto animo & hilari vultu spiritualem temporalemque alimoniam erogabat: & in tantum quod sæpius E
indigentibus, per vicos *c* transeuntibus, pecu- *c*
nias occultè ne ab aliquibus videretur, ipsemet per fenestram ad horam projiciebat. Decem vero pauperibus in nomine Christi & Virginis gloriosæ, omni die alimenta ministrabat: & libenti animo plures habuisset, si hoc ei, qui sui juris non erat, permissum fuisset. Plerisque tamen aliis pauperibus verecundis, & mulieribus in puerperio existentibus, ac filiabus maritandis, atque pauperibus hospitalium, plures continue elargiebatur juxta posse pecunias, & quandocumque ad eum accedebant, libenti animo supplicationes justitiæ pariter & gratiæ, Domino Papæ pro eisdem porrigebat, quas & summopere expediri procurabat.

virtutes Cardinales,

30 Rationi denique fuit consentaneum, quod talis flos juventutis purpureus, ad cardinalatus sublimaretur fastigium, qui quatuor virtutes comprobatur habuisse cardinales. Eum itaque prudentia constantem reddidit in intelligendis, temperantia in utendis, justitia in reddendis, & fortitudo in aggrediendis. Unde etenim tanta dignoscitur virtute solidatum F
extitisse constantiæ, tantoque firmitatis munere cælitus decoratum, ut per eum infidelium schismaticorum impietas propulsa tabesceret; & tantæ prorsus constantiæ fuit, quod facilius possent saxa molliri, & ferrum in plumbi mollitiem converti, quam ab ejus sanctimonia mens ipsius quovis modo potuisset revocari. Verba autem de quocumque inho- *odium detractionis,*
nesta abominabatur: odio quippe singulari habebat detractores; nusquam arbitrans, lucere solem in conscientiâ suâ: sed de ipso sinistrius, quam de quocumque alio semper existimabat: nec Servus Dei verba loquebatur scurrilia; quin potius linguam suam permisisset amputari, quam fuisset scienter in aliquo sermone mentitus; peroptans aures hominum potius remanere sitibundas ad ejus eloquium, quam suis affatibus saturari.

parcitas verborum.

31 O igitur quam felix Juvenis & excelsus, qui sacris inhærendo colloquiis, nullo umquam potuit interpolari contagio; nam monstruosam rem procul dubio asserebat, linguam

A linguam magniloquam, ſermonem multum & fructum nullum; multificus ſemper exiſtens & pauciloquus, & ita lingua ejus beata non novit, niſi de divinis ſermonem texere: cujus ſermo unicus erat; Eſt, eſt: non, non. Miro itaque diſcretionis pondere, verba ſua librabat. In doctrinæ etenim poculis affluens, tanto juſtitiæ libramine ſingulis ſua reddebat; quod loquens magnis ſive parvis, æque cunctos veritatis jaculis feriebat, cujus verba erant diſcretionis ſale condîta; & illis, qui ad eum confluebant, adeò humiliter & juſtè reſpondebat, quod omnes ſpiritualiter conſolati ab eo recedebant. Cum omni quoque virtute, manſuetudine præpotens, quotidie celſior & ardentior aſſurgebat, & intentatis ſibi periculis, novâ ſemper alacritate pugnabat *d*.

d

patientia ac fortitudo,

32 Jacula quoque tentationum, quoad vixit, patienter tolerans, pericula hujus vitæ minime formidavit: nec irriſores erubuit; cujus autem vita claruit, non ſolum eruditione & copioſa vitæ ſanctitate; ſed etiam potentiâ adverſus hoſtes ſuos occultos admirandâ ſtrenuitate, ſuperiorum contemplator, omnium inſidias calcans adverſariorum. Quantæ autem ſtrenuitatis, & in martyrio pro Chriſto aviditatis, compaſſionis, pietatis atque dulcedinis, & quantæ munditiæ atque puritatis in vita præſenti intrinſecus reſplenduit, hoc illi ſoli cognoverunt, qui ejus notitiam habuerunt ſingularem. Nam ſicut aliquis devotus toto affectu deflet mala propria, ſic ipſe flebat aliena. Dolores itaque loco computabat præmiorum; & quæ nobis cauſa ſunt triſtitiæ; hæc illi maximam pariebant lætitiam. Propterea ſæpiſſime coram ſibi fidelibus (reſervata tamen Chriſti diſpoſitione benigna) affirmabat, quod non vellet ſibi omnia ad vitam debere ſuccedere proſpera; quamdiu ipſe vitam ageret in humanis, authoritatem allegans decreti, quam in corde ſuo bajulabat; ſcilicet, Dum cor tribulatione premitur, culpa ad memoriam reducitur. Nam ex fluvio paradiſi potaverat, cujus gutta major eſt oceano. Ex quo concludebatur, quod ſitis hujus mundi extincta in eo erat omnimoda.

B

mundi contemptus, pietas erga Mariam,

33 Quis verò animam ejus non appellet auream aut magis adamantinam? Quoniam in terra gradiens, ſic ſe gerebat in cunctis, quaſi Angelorum ſocietate perfrueretur; & velut incorporeus, labores corporeos periculaque contempſit; & quaſi jam cælum poſſidens animo, cuncta prorſus terrena deſpexit, & cum ipſis incorporeis virtutibus degens, jugi mentis intentione vigilavit: cujus tota die meditatio in lege Domini verſabatur. Prope autem mortem veniens, cupiens & toto deſiderio anhelans, cæli januas abſque impedimenti obſtaculo introire, & in æternæ ſalutis ſemitis minime impediri, Salvatoris clementiam primo cœpit efficacius deprecari, eidem ſuam animam humiliter & devotiſſimè recommendans, & Virgini glorioſæ, quam aſſiduè habens præ oculis, in ſumma ſemper habuerat veneratione. Cujus quotieſcumque videbat imaginem, uno Ave Maria ſalutabat. Quamobrem munuſculum eidem omni die horâ nonâ ducentorum Ave Maria manibus junctis, genibus quoque flexis, limpidiſſima emittendo ſuſpiria, devotiſſimè offerebat; & in ejus propterea ingreſſu, progreſſu & egreſſu, efficaciſſimam habuit adjutricem.

C

34 Tandem ſalvificam Domini recipere meruit hoſtiam præfulgidam, qui ſe hoſtiam intrinſecam, in arâ crucis pœnitentiæ, per dies ſingulos immolaverat, in corde & corpore ipſius mortificationem circumferens. Et quanto amplius in infirmitate ſatis prolixa gravabatur: tanto magis patienter tolerabat, & plures ex ſe patientiæ fluvios erumpendo manabat. Humiliter & devotè proferebat, quod Chriſtus Salvator noſter multò graviores pro eo ſuſtinuerat dolores. Delectationes autem mundi corporeas minimè exquiſivit, ſed etiam in infirmitate præfata, ex quâ ad Chriſtum convolavit, exiſtens, delectabilia, quæ pro neceſſitate corporis ex conſilio medicorum ſibi miniſtrabantur, procul reſpuebat. Contigit tamen quod eorum perſuaſu, quemdam balneum renitens, & invitus intravit *e*. Non tamen ad balnei confugiens delectamenta, ſed propter neceſſitatem ejus piiſſimi corporis ſingulariſſimam, cujus quidem aqua balnei, Spiritu ſancto hoc procurante, multis eſt reſperſa in medelam, & de aquâ unà cum tinâ *f*, ad ejus honorem in eccleſia beatæ Mariæ Villanovæ prope pontem Avenionenſem ſalubriter conſervatur. Cardinalis autem idem beatus, virtute animi imbecillitatem corporis ſuperans, licet infirmitate corporis detentus, de cubili ſuo ſæpius ſurgebat, Miſſam ſuam [devotiſſimè *g*] auditurus; cum quo ſæpe * affuit Princeps lucis, Angelorum multitudine vallatus *h*.

A. ANON. COÆVO.

pœnitentia.

commodorum fuga.

e

f

E

* *Al.* ſemper.

g

h

ANNOTATA.

a *Hîc finis ſecundæ lectionis.*

b *Uncis incluſa, abſunt à Legenda; quæ tamen ſatis conformia ſunt Ms. Suareſiano.*

c *In Legenda & in Ms. Suareſiano eſt*, per Carrerias; *magis quidem barbarum, ſed magis antiquum.*

d *Hîc finis tertiæ Lectionis.*

e *Ita hîc vitiosè, pro quo ſubſtitue ex Legenda & Ms. Suareſiano:* Quamquam renitens & invitus balneum intravit.

f Tina *ſeu* Tyna, vas grande ligneum tam lavationibus, quam condendis vinis paratum, *de quo vide Cangium.*

g *Habet Legenda hoc adverbium.*

h *Hîc finis quartæ lectionis.*

CAPUT VI.

F

Pia Beati mors, corporis fragrantia, ſepultura.

Morti proximus,

FElix, inquam, Cardinalis devotiſſimus, ex hoc mundo ad Deum * tranſiturus, diſſolvi cupiens & eſſe cum Chriſto, authoritate apoſtolica abſolutionem plenariam à pœnâ & culpâ in mortis articulo meruit obtinere *a*: cumque inter corpus ejus & animam amor eſſet naturalis, & dulcis in Domino, & mirabilis harmonia; vix corpus ab anima poterat ſeparari. Quo pendente verba melliflua & dulcia paſſionis Chriſti aſſiduè eructabat, eiſdem fungens ſenſu & diſcretione; quibus umquam in vitâ ſuâ claruerat; & inter cetera propè agonem, fratri ſuo Domino Andreæ *b* de Lucemburgo, ejus propitiationem affectans, dulciſſima proferebat documenta ſalutis, ipſum devotè exhortans, ut Deum, ſanctam Matrem

* *Al.* Patrem.

a

b

A. ANON. COÆVO.

ejus, ſanctam Eccleſiam, atque pauperes Chriſti ſincero amore diligeret, & ut ipſius animam, & eorum ſororem, adhuc viventem, præfatam & devotiſſimam, haberet recommendatas.

Andream fratrem commonet,

36 Et quia medicus ipſum agnoſcebat in extremis laborare; eidem dixit: Domine mi, recordemini Dei, ac glorioſæ Virginis. Cui adoleſcens humiliter reſpondit: Frater mi cariſſime, utique de ipſis tota devotione mentis recordor; quoniam in ipſis omnimodam ſpem meam poſui, veluti teneor. Quibus dictis, & data ſibi primitus ſacra unctione extrema, Chriſtum invocando, cujus nomen ſibi tam dulce in vita extiterat, & illud crebro nominaverat, clara voce inſonuit: Domine Jeſu Chriſte, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et ita cum his verbis peregrinationis hujus mundi laudabiliter pertranſiens naufragium, in vertice montium aſcendens, coronis laureatus candore vernantibus, cum hymnis dulciſonis, propè decimum octavum *c* peragens ætatis ſuæ annum, menſe Julii die ſecunda in crepuſculo anno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſeptimo, ejus anima beata per Angelos in paradiſum eſt delata. Et ſanctus Petrus Apoſtolus claviger æternus filiolo ſuo Petro Cardinali devotiſſimo, poli januam aperuit, & in cælo, in loco Beatorum cum Chriſto ejus animam benedictam collocavit.

Oleo ſacro inunctus, ſanctè moritur.

c

B

Corpus fragrans, pauperrimè ſepultum,

37 Licet autem ejus corpus ſanctiſſimum per tres dies ſuper terram permanſiſſet, & æſtivi ardoris calor urgeret vehementiùs, attamen in ſacro ejus corpore odor non fuit alicujus defuncti cadaveris: ſed ex illo fragrabat quaſi odor aromatum. Poſt cujus odorem catervatim pueri innocentes per vicos gradientes currebant univerſi. Cum divinis itaque laudibus ejus glorioſum corpus, margaritis cæleſtibus inſignitum, ratione infuſionis chariſmatum diverſarum virtutum, ſacræ dedicatum fuit ſepulturæ; ut non defunctorum exequiæ, ſed Angelorum excubiæ viderentur. Mox autem menſis Julii die quinta, qua cum pauperibus juxta ejus ordinationem in Avenione Eccleſiaſticæ traditus fuit ſepulturæ, ſarcophagum non pretioſum, neque lapideum, ſed in humo inter Chriſti pauperes cum panno, non aureo vel ſerico, ſed humillimo burelli *d* cum cruce rubra, elegerat ſepeliri.

d

C

miraculis claret.

38 Eadem die miraculis cœpit coruſcare glorioſis: ut quicumque infirmi terram, ſub qua jacebat, contingerent; optatam continuò recipiebant ſanitatem: qui terram præ turba contingere non poterant, ex devotione coram omnibus ſani efficiebantur, [& qui hæc viderunt, teſtimonium perhibent veritati, ſicut etiam in apocalypſi dicitur] *e* & quia Joannes *f* teſtimonium perhibet veritati: & ſcio quia verum eſt teſtimonium ejus.

e

f

ANNOTATA.

a *Hæc multo aliter in Legend. Uncis incluſa, magis, ut opinor, præ ſtudio auctoris erga Clementem VII ſunt poſita, quam ex vero;* Auctoritate Domini Papæ Clementis, eumdem verum profitens Apoſtolicum, auctoritate Apoſtolica & poteſtate, quâ cunctis præeminet mortalibus, abſolutionem plenariam à pœna & culpa in mortis articulo meruit obtinere. [Bartholomæum in Sede Apoſtolica intruſum, qui ſe Urbanum ſextum auſu temerario nominare non paveſcit, deteſtando,] *Prioribus ſatis concordat Ms. Suareſianum. Avulſa tamen ibidem duriora illa, quæ hic uncis ſunt incluſa.*

D

b *De Andrea, aliiſque germanis Beati fratribus meminimus in comm. prævio, cap.* 1.

c *Completus erat, demptis diebus* 18, *ut notatum in comm. præv. cap.* 1.

d *Eſt panni ſpiſſioris ac vilioris ſpecies, de qua Cangius.*

e *Uncis incluſa non videntur expreſſa fuiſſe in primigenio exemplari; nam deſiderantur in Legenda & in Ms. Suareſiano.*

f *Addit Legenda & Ms. Suareſianum,* vidit hæc, teſtimonium perhibet *&c. Atque hîc finitur quinta Legendæ Lectio. Subſequentes aliàs quatuor lectiones cur prætermittamus, excerptis inde, atque in commentarium prævium relatis nonnullis fragmentis, ulteriorem ætatis ſcriptoris, numeri atque excellentiæ miraculorum notitiam ſuggerentibus, ibidem edocuimus, quæ nihil opus eſt hîc denuo repetere; cum ibidem ſatis ſuperque dicta ſint.*

E

VITA ALTERA

AUCTORE HENRICO ALBIO S. J.

Gallicè conſcripta, hîc latinè reddita.

CAPUT I.

B. Petri Natales, miſericordia erga pauperes, ſtudia inchoata, & interrupta.

Domus Luxemburg. illuſtrior B. Petro, quam progenitorum ſanguine.

BEatus Petrus de Luxemburgo originem traxit ex clariſſima & antiquiſſima Principum Luxemburgicorum familia, quæ Reges dedit plures Hungariæ & Bohemiæ, Reginam Galliæ unam *a*, Imperatores quatuor Occidenti; è qua itidem natales hauſit Rex noſter modernus Ludovicus, cognomento Juſtus, per matrimonium Franciſci Vendomii tritavi ſui, cum Maria Luxemburgica *b*; quæ demum ſtirps (ea rerum humanarum eſt viciſſitudo) non ſecus ac truncus, qui jam erat valde annoſus, poſteaquam diu ac feliciter ramis ſuis univerſam obumbraverat Europam, in linea maſcula defecit anno MDCVI, verum in feminis principibus illuſtriſſimis numero ſex, tamquam in nobilibus totidem magnæ arboris iſtius ſurculis, manſit ſuperſtes; eò longè glorioſior, quod Beatum noſtrum mundo dederit, ſuiſque è ramis coronam ſanctitati nexuerit, quam quod in diverſis orbis partibus locupletaverit moderatoribus regalem dignitatem.

a

F

b

Ejus nativitas ac parentes.

2 Itaque ex illuſtri hoc & memorabili genere B. Petrus editus eſt in lucem Ligniaci, in provincia Barrenſi, oppido diœceſis Tullenſis, die XX Julii, S. Margaritæ ſacra, anno MCCCLX *c*, Gregorio XI *d* Eccleſiæ, Carolo IV Luxemburgico imperii, & Carolo V, (qui cognominatus fuit ſapiens) Galliæ regimen

c

d

A gimen adminiſtrantibus. Pater illi fuit Guido de Luxemburgo, S. Pauli de Picardia, prædictique Ligniaci comes; Mater verò Mathildis Caſtillionæa, è Comitibus Campaniæ oriunda.

Matre erepta prænaturè,

3 Bona hæc mater curas eò omnes converterat, ut ab ineunte ætate filium ad virtutem informaret, adeo ut omni prorſus lacte, præterquam ſuo, interdictum vellet, verita ne unà cum alieno lacte pravas affectiones imbiberet. Sed illam, excolendo juvenili huic floſculo amores ſuos impendentem, viſum fuit arcanæ Dei providentiæ ex hac vita evocare, parvique Petri pueritiam dulci iſto ſuſtentaculo privare. Vix id temporis tertium ætatis annum attigerat *e*, quando pater ejus chara ſibi conjuge viduatus, & quinæ *f* prolis onere gravatum ſe videns, comitiſſam de Orgieres *g* ſororem ſuam, curarum in partem vocare conſtituit. Parvum itaque Petrum, ut qui is eſſet, qui præ aliis filiis ſuis majorem de ſe exſpectationem concitaret, fore ut olim evaderet decus ac ſplendor familiæ, illi in manus tradit, tenorem vitæ ejus omnem, inſtitutionemque obnixè commendans. Suavem hanc provinciam Comitiſſa tam admiſit volens ac lubens, quam numeris ſuis omnibus implevit.

e

f

g

conſanguineæ incandus committitur.

Rara Petri in pauperes miſericordia,

4 Poſtquam Pater ejus poſt tempus aliquod eum cum ſuo præceptore ad ſe acciviſſet, optatiſſimo pueritiæ tam probè inſtitutæ fructu haud diu caruit; id quod prodigium comprobavit, quod in domo ejus contigit, ad poſteritatis memoriam inſigne *h*. Beatus Petrus noſter ſimul cum materno lacte ſuxerat miſericordiam erga pauperes. Nihil ei erat in deliciis æque, ac panem diſtribuere mendicis, qui caſtri portas obſidebant. Cibis è ſublatâ mensâ ſuperfluis innocua & ſancta ejus fraus inſidiabatur in culina, in penuaria cella, & quovis loco, ubi ſubducere aliquid ſe poſſe exiſtimabat, quod in illos divideret; uſque adeo ut longiorem mendicis injici moram non ferens, ex olla ænea, igni impoſita, carnes eximeret, ad prandium domeſticorum deſtinatas.

h

miraculo non uno,

5 Dominus Comes die quadam hunc defectum obſervavit; & alia vice videns in menſa ſua deſiderari perdicem, & reliquias capitis apri; è miniſtris, apud quos deponebat querelas, inaudiit in cauſa eſſe Domini filii ſui charitatem erga pauperes; dumque ei dicerent domeſtici, exigendam à ſe rationem earum rerum, quas auferebat, ipſum repoſuiſſe; Patrem ſuum hoc probè noſſe. Sermo iſte Dominum Comitem in admirationem rapuit, & attonitum in hæc verba erumpere coëgit: En eleemoſynarium mirabilem! qui ex ore patris buccellam eripit, ut det pauperibus. Porro obſervari ipſum deinceps, ſequeque certiorem reddi jubet; in facto namque iſtiuſmodi illum cupiebat deprehendere. Paucis pòſt diebus juvenis noſter eleemoſynarius non prætermittebat ſolito ſuo more luſtrare portam; cumque frequentem pauperum inveniſſet turbam, mox ille ſe gradu ſuſpenſo ad culinam, certus rapere quidquid fors & opportunitas manibus ſuis obtuliſſet. Quærebat atque indagabat undequaque: cumque nihil occurriſſet melius, meliorem carnium partem, quæ erat in olla, fuſcinâ extraxit, & nihil

B

C

cunctatus, condidit *in ſinu veſtis*, quæ erat ex panno argenteo, filis aureis intertexto. Rei redditus certior Dominus Comes, accurrit, eique ad portam factus obviam, ſciſcitatur ecquidnam ſub replicata ſua toga portaret. Sanctus puer, captum ſe videns, totus ingenuo perfuſus pudore, parabat effugium. At paululum meditatus ſecum, id patri reſpondit, quod haud dubie inſpiravit ipſi Deus: Roſas, inquit ille, ad pauperes defero. Cui Pater: Itane vero! mendaculuſne igitur es? Et quod caput eſt, me hoc bene ſcire dictitas, idque domeſticis meis aſſeveras?

A. HENR. ALBIO.

comprobatâ aſſeritur.

6 Sanctus vero puer, jacto in cælum amabili innocuoque oculorum obtutu, prorſus ſedatè repoſuit: Ego verò, inquit, dixi, patrem meum illud bene ſcire, intelligens hoc de alio patre, quem habeo præter te, qui eſt communis Pater noſter, qui eſt in cælis. Percelluit intimè Dominum Comitem hæc oratio; quem cum cupîdo inceſſiſſet inſpiciendi quidnam filius ſuo ſinu conderet, explicans togam ejus (ô prodigium mirabile!) carnes invenit mutatas eſſe in pulcras roſas, quamquam eſſet hiems, togamque ne minimâ quidem ſui parte maculatam. Parum abfuit quin ad conſpectum tam inopinati miraculi ſtupore defixus hæſerit; roſas capit, & oſculatur; tacituſque à filio ſuo digreſſus, defert ad cubile, theſauri impoſterum loco futuras. Verum pòſt paulò, repertæ amplius non ſunt. Exinde neutiquam dubitavit, quin Deus hunc puerum vellet promovere ad magnam ſanctitatem, ſuæque in Eccleſiæ cælo, tamquam venuſtum ſolem, aliquando collocare.

E

Pariſios mittitur ad ſtudia,

7 B. Petri vita, jam inde à decimo ætatis anno omnibus honeſtatis virtutumque lineamentis abſolutiſſimam referebat imaginem; prorſus ut nihil in ea eſſet, quod non omnium ad ſe raperet oculos & admirationem. Id cauſæ fuit quod Dominus pater *i* ejus decreverit illum mittere Pariſios, magnum videlicet artium ac ſcientiarum theatrum, uti liberalibus diſciplinis ingenium ſuum perpoliret, quæ potiſſimum conducerent ad illuſtrandum virtutis & indolis excellentis ſplendorem. Ibidem ergo inſtituendus traditur duobus viris magnæ eruditionis ac probitatis, quorum adminiculo non vulgares in humanioribus litteris retulit progreſſus. Hinc ad ſtudia philoſophica gradum fecit, quæ ingenium ei egregie acuerunt, judiciumque maturaverunt, ut animum deinde adjungeret ad jus Canonicum.

i

F

quæ ob fratris captivitatem intermittit,

8 Jamque ſtudiorum penè decurſo feliciter ſpatio, ad metam proximè pervenerat; quando duplex, eaque magna, & ſtudiis & quieti ejus intervenit calamitas, quæ fuiſſet ſufficiens ad ſanctos ejus animos dejiciendos, niſi virtus ejus, contrariis librata ponderibus, æquilibrii vim adverſis hiſce caſibus præſtitiſſet, eoſque tolerabiles reddidiſſet. Nam primùm Pater ipſius, quem & amabat & colebat impensè, mortem obiit *k*, ita relinquens eum orphanum ſub cura & tutela ſui fratris natu maximi, nomine Valerani, qui tamquam primogenitus, & domus Luxemburgicæ & S. Pauli Comitis nomen geſſit. Calamitas altera proximè ſubſecuta, fuit, quod idem ille frater, variis bellis implicitus, quæ tum temporis Gallos inter & Anglos potiſſimum ſervebant, ab hoſtibus Anglis captus fuerit, pe-

k

A. HENR. ALBIO.

riclitaturus capite, ſi gravis lytri, quod pro liberatione ejus exigebatur, ſumptus ſuppeditare haud potuiſſet.

cujus loco obſidem ſe ſiſtit Caleti,

9 Sed adverſus ille caſus B. Petri virtuti materiem & ſplendorem præbuit, qui intimis viſceribus perſentiens periculum, cui expoſitus erat frater ſibi dilectiſſimus, Caletum profectus (nam illic loci dictus frater detinebatur) ſe pro eo obſidem obtulit, ut captivitate laxatus, pecuniæ ſummam, quam petebant, facilius corraderet. Jamque novem *l* effluxerant menſes, priuſquam pecuniæ ſumma præſto eſſet; qua temporis intercapedine B. Petrus omnium alienigenarum iſtorum animos ſibi devinxit raris virtutum ſuarum illecebris, & modeſtia in primis ſingulari, quâ adinſtar ſacri & abſtruſi adamantis, cordium illorum ferreorum benevolentiam ad ſe attrahebat; prorſus ut ea, quæ captivis adhiberi aſſolet, ſeveritate ipſum non detinerent, ſed liberum ei, quocumque luberet, egreſſum indulgerent; freti virtute ipſius, ſatis ſibi perſpecta.

l omnibus carus propter virtutes.

B

ANNOTATA.

a *Bonnam Luxemburgicam intellige, Caroli Sapientis matrem.*

b *Scribit Imhovius in Genealogiis Gallicis, Franciſcum de Bourbon, comitem de Vendome, natum anno* 1470, *mortuum* III *Octobris* 1495, *maritum extitiſſe Mariæ Luxemburgicæ, Petri Comitis Sanpaulini filiæ primogenitæ, & hæredis præcipuæ; quam reliquerat viduam Jacobus de Sabaudia Comes de Romont anno* 1487; *egreſſam è vita Kal. Aprilis* 1546.

c *Facilè indulſimus mendum hîc eſſe typographicum, quod in varias editiones irrepſit, ut dicebamus in commentario prævio.*

d *Lapſum auctoris notavimus in comm. præv.*

e *De hac nota temporis obiter quædam perſtricta in comm. præv.*

f *Septem Guidonis proles numeravimus in comm. prævio, num.* 14.

g *Prævie nonnulla huc commentati ſumus.*

h *Varios parachroniſmos, hîc admiſſos, pandet comm. præv.; ob quos, uti etiam ob defectum notitiæ ex antiquis actis, non videtur ſequens miraculum ſubſiſtere. Vide rationes noſtras ibidem*
C *pluribus deductas.*

i *Ille jam dudum obierat, ut docet comm. præv.*

k *Manifeſtus hic parachroniſmus. Vide ſupra litteram* h.

l De Petro, *Caleti pro fratre obſide, nihil lego in antiqua Vita, ſed loco non uno ejuſdem mentio fit in proceſſu. Conſule comm. præv.*

CAPUT II.

Redintegratio ſtudiorum, vitæ auſteritas, canonicatus Pariſienſis, archidiaconatus Drocenſis, humilitas, epiſcopatus Metenſis.

ALlato demum lytro, B. Petrus egreſſus Caleto eſt, Lutetiam Pariſiorum ut re-
Dein Pariſios redux, peteret, &, quæ intermiſerat, ſtudia abſolveret, lætitia incredibili geſtiens, quod hæc tædia omnia evaſiſſet, quæ ſubrepſerant toto iſto tempore, quo occupationes ſuas interruperat. Ut primum rediit, ſacros una cum ſtudiis fervores renovavit; imo verò auxit, addito magnarum ac rigidarum afflictationum incremento, quibus tenerum ſuum corpus maceraret, & in ſervitutem redigeret, rigori flagellorum, ciliciorum, jejuniorum, omniumque id genus auſteritatum ſubjiciens, quibus vexare ſuum corpus ſancta quadam crudelitate Sancti conſueverunt; quibus in exercitationibus juvenis hic tiro in ſchola amoris divini, ſanctæ mediocritatis limites non modicè exceſſiſſet, ni meliorem ei mentem dediſſet, & prudenti agendi modo, & ſanis conſiliis, magnus ſervus Dei, nomine Philippus de Mazieres *a*.

D

a immodicè in ſe rigidus, inhibetur;

11 Is in regno Cypri cancellarii munere perfunctus, & ſtrepitum curaſque pertæſus, quæ comitantur eos, qui principum ſectantur aulas, vitæque ſolitariæ inſtitutum amplexus, privatam ac religioſam ſub habitu ſeculari vitam agebat in cœnobio Patrum Cæleſtinorum Pariſiis. Sanctus itaque vir iſte, in ſcientia Sanctorum apprime verſatus, collatis cum B. Petro conſiliis, immodicæ auſteritati ponebat modum, quo primi caritatis divinæ ardores illum urgebant, & brevi tempore altiſſimis ſpiritualis vitæ principiis eum imbuebat. Quamobrem Comes de Luxemburgo, germanus ejus frater, veritus ne aut monaſterii, aut ſolitudinis cujuſdam ſectaretur inſtitutum, nihil habuit potius, quam ut beneficiis eum eccleſiaſticis admoveret; è quibus ubi vacaſſet canonicatus in eccleſia cathedrali beatæ Virginis Pariſiis, ei ſine mora de eodem proſpexit. Beatus vero Petrus obſecutus eſt perquam lubens, magno ſe affectum honore reputans, tametſi beneficium videbatur exiguum, habita ratione ſplendoris, quem natalium nobilitas in mundo ei pepererat, & bonorum, quæ in hereditate, domus illi reſervabat. Et ſane honorem ſibi oblatum, æſtimabat unicè, quod divino deſtinatus eſſet ſervitio, quod propinquum ad altaria acceſſum haberet, & quod talis eſſet vitæ ſuæ ratio, ut voluntatis, Deo devotiſſimæ, decreta exequi poſſet.

canonicus B. Virginis Pariſiis factus, excellit humilitate.

12 Id quod actione quadam notatu digna comprobavit, non ſine cleri univerſi admiratione. Nam cum ille, qui ex officio debebat circumferre Crucem in ſupplicatione publica, geſtare illam recuſaſſet, ſuperbiâ quadam occultâ victus; B. Petrus generoſo deprimendi ſeſe coram Deo & hominibus deſiderio æſtuans, ſingulari cum lætitiæ teſtificatione redemptionis noſtræ ſignum accepit, &, quoad duravit ſupplicatio, circumtulit, præ ſe ferens compoſitionem corporis angelicam, demiſſis oculis, vultum caſta irradiante flamma, quæ oculos & admirationem rapiebat eorum omnium, qui generis claritatem, & ordinem dignitatis, meritis ejus debitum, non ignorabant. Et jam pulcra virtutum ejus fama univerſam Galliam ad uſque Avenionem pervaſerat, quo Papa ſchiſmaticus, Clementis VII nomine dictus, receperat ſeſe; cum interea temporis Urbanus VI legitimus Eccleſiæ Pontifex Romæ commoraretur. Sed ea erat rerum perturbatio, ut pars major Chriſtianorum principum, magnuſque perſonarum, ſanctimoniâ vitæ & doctrinâ præſtantium, numerus, tum temporis Clementis ſeſe partibus adjungerent.

E

F

13 Hic

A *Fit archidiaconus Drocenſis.*

13 Hic igitur Papa, poſtquam intellexiſſet, B. Petrum tam præclaris ornatum eſſe moribus, tantaque ſanctitatis dare argumenta, ut palam faceret, quam ex animo ei bene vellet, dum interea exſpectabat opportunitatem, quâ dignitatem ampliorem illi conferret, motu proprio ad archidiaconatum Drocenſem in Normannia eum promovit. Quem tandem admiſit, ejuſque adire poſſeſſionem inſtituit, poſt tergiverſationes plurimas, & iteratum, quod à Papa acceperat, mandatum. Tum temporis ſenſit intimis ſe viſceribus incenſum magno abſolutiſſimæ perfectionis deſiderio, quò incredibilis amoris vis eum rapiebat. Hæc ubi diris omnibus devovendus & virtutis ſanctitatiſque inimicus perſenſit, ſerpentis more in amœna cordis ejus tempe ſe inſinuavit, palpavit, titillavit, vellicavit, & ſuo ſulphureo halitu accendit, ad hæc innumeris vanis deſideriis exagitavit, voluptatum illecebris commovit, perturbavitque formidine & tumultu. Quid plura? Execrandis ſuis technis eò rem deduxit, ut è pulcræ iſtius animæ paradiſo parvum purgatorium effecerit.

Tentatur à diabolo,

B *ſed irrito conatu.*

14 Nihilominus fortis ac vegeta renitentis animi lucta, quam in Beati noſtri voluntate ſtygius hoſtis inveniebat, in cauſa fuit, cur aggreſſionis illum ſuæ prope pœniteret. Etenim quo tentationes iſtas ſuperaret, & appetitiones ſenſuum, obedientes efficeret rationi, tam ſeveras de corpore ſuo pœnas ſumpſit, & ſanctâ accenſus irâ, tam multis modis illud maceravit per diuturnas flagellationes, jejunia aſſidua, vigilias, cilicia, ut pacis ac quietis tandem compos evaderet, & è cruciatuum iſtorum ſulphure educeret aurum longe belliſſimum, & meritorum numero ac copia locupletiſſimum.

Creatur epiſcopus Metenſis, fruſtrà obnixus.

15 Inter hæc Clemens Papa, unicè cupidus ſuis eum partibus adjungendi, & lampadem ſub humilitatis modio latentem, ponendi ſuper candelabrum, omnem explorabat occaſionem, ut ad dignitatem quamdam epiſcopalem ipſum eveheret. Dumque ita caſus ferret, ut epiſcopatus Metenſis vacaret, non obſtitit modica ipſius ætas, quæ ſolummodo erat quindecim vel ſexdecim annorum, quin illius regimen Petro conferret. Beatum itaque noſtrum metus invaſit, judicantem ſe nimis debilem ad grave adeo ferendum onus, ſub quo non homines dumtaxat, qui ad altiſſimum perfectionis culmen aſcenderunt, ſed vel ipſæ cælorum virtutes contremiſcerent. Atque aliunde præ animi modeſtia ſtubebat defugere dignitates illas ac prælaturas, eaſque tam rejicere generosè, quam ambitioſi illas quærunt, & perditè proſequuntur. Nihilò tamen minus, cum Regis Galliæ mandato coactum ſe videret, id officii admiſit, Metaſque diſceſſit, ut poſſeſſioni initium poneret, & aliquam partem muneris impleret.

C

b Quam præclare id muneris adminiſtrarit.

16 Metas ingreſſus, & omnium votis exceptus *b*, quo ſublimem hanc dignitatem dignius accuratiuſque adminiſtraret, ſine mora ad Apoſtolicam prorſus perfectionem votis omnibus aſpiravit, eo ſe erigens contento ſacri fervoris volatu. Nam collectis presbyteris aliquot, qui & cultu pietatis & annorum numero aliis potiſſimum in diœceſi anteibant, magna ſolicitudine eam unà cum ſuo ſuffraganeo viſere ac luſtrare cœpit, pietatis ubique ſpargens ſemina, & vitiorum radices ſtirpitus exterminans. Agebat obnixè, ut nihil eccleſiarum ornatui, nihil divino cultui deeſſet. Catalogum contexebat eorum, quos gravior paupertas premebat; quibus tertiam epiſcopalium redituum partem volebat impendi; tertia parte aliâ aliis pauperibus, & tertiâ reſiduâ ad ſuſtentationem familiæ ſuæ, reſervatis. Atque hanc annuorum redituum partitionem ad amuſſim volebat obſervari; imperans, ut ne unus quidem obolus hinc detraheretur, qui in conſanguineorum ſuorum commodum cederet. A. HENR. ALBIO.

17 Quadam die; dum diœceſim perluſtraret, accidit ut motionem aliquam carnis ſentiret *c*, ortam ex agitatione equi; quam ſtatim repreſſit incenſiſſimis divini amoris jaculis, aliiſque ſanctis cogitationibus, quibus tamquam freno, rebellis libidinis ora repreſſit. Nihilo minus tamen dubitabat, an nihil inde ſibi adhæreret noxæ. Interea temporis dum viam uſque promovet, ſylvæ appropinquat; id quod occaſionem præbuit, comitatu ſuo præcedere juſſo, eam intrandi, tamque ſeverè corpus ſuum flagris excepit; ut, aſinus ſuus, S. Franciſci verbis uti liceat, feſſus verberibus languiduſque permanſerit. Exin modeſto greſſu ſuos conſecutus, & ſciſcitatus; num eos dudum fuiſſet moratus; reſponderunt; non manſiſſe eum in ſylva otioſum: id quod non mediocrem ipſi ruborem incuſſit. *Severè reprimit motum impudicum, c*

E

18 Minimos defectus rigidè caſtigabat, in quos lapſum ſe nonnumquam animadvertebat magis ex fragilitate, quam ex affectu. Nam ad peccata mortifera quod attinet, illum quoad vixit, Deus ab iis præſervavit; quemadmodum fidem fecerunt, quotquot poſt ejus mortem auditi ſunt teſtes morum, vitæque ab ipſo inſtitutæ. Quando confiteri de peccatis decreverat, exactiſſimum defectuum ſuorum inſtituebat examen, iiſque largo fletu expiatis, non prætermittebat in corpus ſuum flagris animadvertere; quamquam plerumque cilicium geſtaret, quod miſerum ejus corpuſculum excarnificabat, unâ cum rudi cingulo nodoſo; è ſetis *d* equinis contexto, quo tam arctè ſeſe conſtringebat, ut carnes interdum penetraret; & copioſus exinde ſanguis efflueret. Exiguo tempore, quo in epiſcopatu ſuo verſatus eſt Beatus noſter, modo planè ſingulari cæleſtem benevolentiam, reverentiam & admirationem ſubditorum, gloriam ſanctitatis ac celebritatem ubique ſibi conciliavit. *odit minimos defectus, à letiferis præſervatus.*

d

F

ANNOTATA.

a *Al.* Mazzerius, Mazerius, *aut* de Manſeriis, *vir æſtimatiſſimus, ſocius itinerum ac laborum & ſcriptor vitæ S. Petri Thomaſii; ut legitur in comm. prav. ejuſdem Sancti, die* XXIX *Januarii; ubi videſis plura.*

b *De primo Beati in urbem Metenſem ingreſſu meminimus in comm. prav.*

c *Paucis de hac re agit comm. prav.*

d *In proceſſu vocatur* chordula cannabis aſpera & nodoſa; *de qua ibidem pluribus. Quod proximè præcedit de cilicio, non videtur ſatis concordare cum depoſitione teſtis* 1; *qui interrogatus,* ſi Dominus Petrus portabat cilicium? Dixit ſe neſcire; licet bene audierit quod in Avenione per cubicularios ſuos voluit facere emi; qui quidem cubicularii noluerunt emere, *ut dicitur in proceſſu, cap.* 4.

CAPUT

A. HENR. ALBIO.

CAPUT III.

Cardinalatus, aſperitas vitæ, ſuaveolens odor corporis, miſericordia erga pauperes, amor erga Crucifixum, ejuſque apparitio duplex.

Creatur Cardinalis.

CLmens Papa, animo geſtiens ob delectum adeo dignum perſonæ, minimè fucatis ſed ſolidis virtutibus cumulatiſſimæ; & cupidus ſuam aulam condecorandi ejus præſentiâ, Petrum accerſit Avenionem. Et poſtquam declaraſſet non aliam accerſitûs ſui eſſe cauſam, quam ut præſentiâ ejus gauderet, & purpuratorum Patrum collegio aggregaret, modeſtiâ quantâ potuit maximâ Petrus
B ei ſupplicavit, ne ad tantum ſefe honorem eveheret, quem tam non poſſet ſperare ſine meritis, quam poſſidere ſine rubore. Nihilominus Papa nullo tergiverſationi ejus relicto loco, ſine mora, poſtridie inter Miſſarum ſolennia, Diaconum Cardinalem creavit, ſub titulo S. Georgii ad Velum aureum, coram Cardinalibus omnibus, Dominis ac Primoribus aulæ ſuæ. Itaque factus Cardinalis, coactum ſe videns ad ſequendam aulam, ac proin metuens, ne plurimis expoſitus foret periculis, ſeveram vivendi normam ſenſibus ſuis præſcripſit, eoſque contra fortiſſima juxta ac blandiſſima vanitatis & voluptatis caducæ irritamenta probè armavit.

Aſperitatem victûs moderaturus Clemens,

20 Nam præter jejunia Eccleſiæ communia, quæ obſervabat in pane & aqua, dies Mercurii in honorem oblationis, qua Filius Dei in horto olivarum inimicis ſe ſuis tradidit; dies quoque Veneris in memoriam ſanctæ paſſionis & mortis ejus; dies verò Sabbati in honorem Virginis Mariæ, jejuniis decurrebat, eoque fere dirigebat ſacrarum meditationum ſuarum materiem. In reliquo victu frugalitatem incredibilem adhibebat, veritus, uti ajebat, ne cibi potuſque calor in tanta naturæ corruptela parvulum quemdam ſerpentem voluptatis procreaſſet, qui mentem arroderet. Rogatus porro Pontifex, ut ſuo imperio magnis adeo aſperitatibus modum poneret, quibus corpuſculum extenuabat B. Petrus, & præcipitabat ad mortem: facturum ille hoc ſpopondit. Itaque ea de cauſa accerſitus, ſimul atque pedem intulit in cubiculum Pontificis, dulci circumfuſis lumine totum corpus apparuit. Rem tam ipſe Pontifex, quam reliqui Prælati præſentes obſervarunt.
C

Petrum, Cæleſti luce radiantem, monet

21 Tunc Pontifex dimiſſo, quocum agebat, Cardinale Cameracenſi, Beatum noſtrum manu prehendit, & ſeorſim ſevocans, ex luminis *a* circumfulgentis radiis quaſi hebetata aliquantiſper acie hæſit. Verum ubi ingens illa claritas, quæ propè eum ſenſibus alienaverat, evanuiſſet, ſic eum affatus eſt: Verum quidem eſt, Fili mi ſuppeditari amplam Deo benedicendi materiem, quando bene moratæ vitæ exempla frequentia ſunt in eccleſiaſticis viris, iiſque potiſſimum, qui ad dignitates ac prælaturas delecti ſunt; quorum factis populus mores potius conformat ſuos, quam verbis. Eſt itaque unde animo geſtiam ob delectum tuæ perſonæ, eam candelabro Eccleſiæ imponens, ut virtutes tuæ luceant filiis omnibus, qui in domo ejus ſunt. Nihilo tamen ſecus, quemadmodum gaudium mihi cumulatiſſimum affert, virtutes coram intueri tuas, quas antehac non niſi famâ acceperam; ſic perægrè moleſteque ferrem, ſi tuus fervor quidquam noceret tuæ ſanitati, multò mihi cariſſimæ. D

rigorem vitæ ut temperet.

22 Quamobrem obſecro te, ut corpori pluſculum indulgeas, quod, ita cogente neceſſitate, functionibus animæ debet ſubſervire, & mitiges aliquantulum magnas auſteritates, quæ vires ejus debilitarunt jam nunc, & vigorem exhauſerunt. In qua re timendum eſt, ne non omnem apud Deum noxam effugias, qui poſtquam providentiâ ſuâ muneribus, quæ poſſides, te applicuit; id ſimul impoſuit officii, ut non tam vivas tibi, quam ut populo ſuo, & eccleſiæ ſervias. Percuſſit admodum hæc oratio bonum Cardinalem, & gravi rubore affecit, eò quod videbat ſe ſuaque hoc pacto detecta, uſque adeo ut vix paucula hæc verba tremebundus proferret: Sancte Pater, nihil quidquam boni in hoc mundo facio, neque ſatis ad hoc ſum comparatus. Id quod non mediocri dedecori mihi duco. E

Suaveolens corporis odor, b

23 His dictis, in genua concidit, rogatus ut ſua Sanctitas ſibi bene precaretur. Amplexu dato Pontifex, fragrantem *b* exin è corpore ejus ſpirari odorem ſenſit. Secum verò reputans exhalari è veſtibus, aut neceſſitate neſcio qua adductum circumferre odores; rem expiſcari ſtatuit ex aliquo domeſticorum, qui & diutius imprimis & familiarius ipſi ſervierat. A quo audivit ab annis duodecim, quibus ei ſervierat, numquam unguenta adhibuiſſe; quin imo interdixiſſe domeſticis ſuis omnibus eorum uſu, addens unguenta ſubſervire ad tegendum peccatorum fœtorem. Fuit Cardinalis quidam, qui de Beato noſtro ſermonem conferens cum Papa, ajebat; Multum mirari ſe ejus vivendi modum; aſt obſtupeſcere quod unguentis uteretur. Nec mora, ſua Sanctitas ipſum correxit, dixitque illum decipi: nec unguenta olere ipſum exquiſita, ſed bonum ſanctimoniæ & bonorum operum F ſuorum odorem. Rem totam reſcire etiam voluit Cardinalis ex domeſticorum ejus relatu.

miſericordia in pauperes, c

24 Verum quidem eſt, omnes virtutes mirabili modo in vita, geſtis; ac moribus beati Cardinalis noſtri, enituiſſe, non ſecus atque in opalo *c*, ut eſt in proverbio, ignis colorque omnium lapidum relucent. At oculis omnium reſplenduit cum primis, benefica ejus in pauperes voluntas. Nec voto dumtaxat, quo ſe obſtrinxerat, tertiam proventuum ſuorum partem largiendi egenis, faciebat ſatis; ſed præterea, ubi rei familiaris neceſſitati, ſobrioque admodum victui proſpectum erat, ſuperfluum clam in eos dividi juſſit. Modicos, eorum causâ, pro ſuo veſtitu impendebat ſumptus, unico ſolo contentus, quem geſtabat donec eſſet tritus. Accidit non raro, ut nulli ſupereſſent nummi pro re domeſtica, quia pauperibus erogabat omnia. Qui à nummis ipſi erat, ægre ferens die quadam, propterea quod mendici pecuniis familiam emungerent, magnis animis cœpit in officio prudentiæ humanæ eſſe & inſtare, familiarem rem in primis ut cordi haberet; pluſculum ſemper

A pet debere ſupereſſe, quo occurrenti neceſſitati proſpiciatur. Atque illud quidem Petrus patienter tulit, dixitque nullibi locorum fructuoſius pecuniam recondi, quam in gazophylacio parſimoniæ cæleſtis.

profusè liberalis,

25 Quando egrediebatur domo, pauperibus omnibus, qui portam obſidebant, eleemoſynam diſtribui jubebat; cumque intelleXiſſet duriuſculè nonnullos, & ſine ſolatio repelli, ſua ipſe manu largitionem facere voluit, quod miram voluptatem ei afferebat. Accidit ſubinde, ut aucupatus occaſionem temporis, quo occupabantur famuli, aliamque vili quadam veſte perſonam mentitus, ex altiſſimis domus feneſtris pecuniam pauperibus projiceret, veritus ne cui hoc innotuiſſet. Pauperes aliqui illum, per urbem digreſſum, eleemoſynam rogabant propter amorem Dei. Iſtuc verbi pupugit tenerum illum animum, non aliter quam emiſſio ignis, quærebatque mox quod illis daret; at cum nihil inveniret ſe penes, dixit uni è ſuis pediſſequis, ut eleemoſynam impertiret his pauperibus; qui hunc a-
B gendi morem non approbans, admodum ſtomachabundus reſpondit: Nihil eſt, mi Domine, unde prandium tibi apparemus.

cum ſummo ſui neglectu;

26 Verum ſanctus Cardinalis animo placido ac ſedato, annulum detraxit è digito, & uni è famulis in mandatis dedit, ut venditum iret, argentumque pro eo ad ſe deferret; animo quippe fixum immotumque ſedebat, nullos à ſe pauperes vacuos dimittere. Tum alius quidam famulus duos ei dabat aſſes, quos diſtribuebat ipſemet, paratus ſanguinem dare, ſi hunc petiiſſent. Adeo erat in eleemoſynis profusè liberalis, ut viginti dumtaxat aſſes *d* poſt mortem reſidui invenirentur, ſicut teſtimoniis domeſticorum fuit comprobatum, ſimul cum veſte, quam geſtabat, jam admodum detrita. Ad hæc votorum ſumma erat, è vita migrare more pauperum juxta Servatoris ſui exemplum, inter brachia dilectæ ſibi paupertatis. Certiſſimum eſt, ſuas quaſque ſolidas animæ virtutes hauſiſſe Beatum noſtrum derivaſſeque ab exemplo Servatoris noſtri. Nam cum probè eſſet gnarus omnem prorſus inanem eſſe virtutem, quæ non ex hac parte inſigniretur, nulliuſque ad gloriam eſſe valoris, niſi quatenus unitur merito ſanguinis Filii Dei; identidem volvebat animo
C Servatorem ſuum cruci affixum. Unicus hic erat amoris ſcopus, ac frequens, de qua cupidiſſimè tractabat, colloquendi materies.

d

duplici Crucifixi apparitione recreatur.

27 Quadam die poſtquam prolixa meditatione in vulnera Servatoris penitiſſime ſe abdidiſſet, egreſſuſque ex hoſpitio ſuo eſſet, in eccleſia S. Petri Avenione incruento ſacrificio interfuturus, ſicut animum gerebat vivis etiamnum incenſiſſimi amoris illecebris delibutum, & per plateas incedebat, ſuſpirans ad cælum, gemituque liberius ſpatium ſuavibus flammis patefaciens; ecce tibi, magnum lumen, & in medio Jeſum Crucifixum contemplatur; adeo ut totus ab uſu ſenſuum alienus, viſuque corporis & animæ in amata cordis ſui contemplatione defixus, mediâ prope horâ vocis expers perſtiterit; donec in altiſſimo hoc exceſſu mentis, quaſi deficiens, in proximam domum deferri debuit, quæ fuit, ut memoriæ proditum eſt, xenodochium S. Antonii.

Aliud prodigium.

28 Alia quadam vice, cum eum urſiſſet Pontifex, ut ad uſque Caſtrum novum Papæ (id erat nomen loco inditum) *excurreret* animi gratiâ, ubi Pontifex ædificium extruebat, dicens velle ſe è Petro intelligere, quanam ex parte convenientius erigi poſſet altare ſacelli; eò ſe contulit B. Petrus, ut voluntati Papæ morem gereret. Cumque circum caſtellum ambularet, totuſque tormentis Servatoris ſui meditantis abriperetur, eadem Jeſu Crucifixi viſio ei ſe obtulit; quæ res in genua ipſum concidere coëgit eodem loco, qui lutoſus plane erat, ibidemque plus quarta horæ parte incredibili erga ſuum dilectum amoris magnitudine in ecſtaſi permanſit, quo tempore illi qui è comitatu erant, eum viderunt clariſſimâ radiorum coronâ fulgentem. Atque hoc imprimis non mediocrem admirationis anſam præbuit, quod poſtquam è loco iſto prorſus lutulento ſurrexiſſet, nulla luti macula *e* veſtimentis ejus adhæſerit.

A. HENR. ALBIO.

e

ANNOTATA.

a *De radiis illis nihil alibi memini me legere præter id, quod poſui in comm prævio § 6.*

b *Fragrantia illa, ejuſque adjuncta, alibi nuſquam mihi comperta, ut monui in comm. præv.* E

c *Gemma eſt, quæ naſcitur in ſola India, colore quidem candida; verum, eſt in ea, Plinio teſte lib. 37 cap. 6*, carbunculi tenuior ignis, & amethyſti fulgens purpura, eſt ſmaragdi virens, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia.

d *Refertur in vita antiqua reſiduus fuiſſe poſt mortem Beati unus francus.*

e *Habes ſententiam noſtram de hoc eventu in comm. præv. § 6.*

CAPUT IV.

Tabe corripitur, ad mortem ſe comparat, teſtamentum condit, S. Oleo inungitur, à famulis cædi ſe imperat, SS. Theclæ & Agnetis martyrio ſibi prælegi juſſo, piè exſpirat. F

Deſperata Petri valetudo,

ANnum agebat duodevigeſimum, menſisque ab electione ad purpureum ordinem currebat decimus, quando lenta febri correptus fuit Petrus, ſummaque virium defectione; quæ, ſi medicis credimus, originem traxit è magna abſtinentia, vigiliis, aliiſque macerationibus corporis, quibus jam tum ab octavo ætatis anno aſſueverat. Medicos quatuor primæ notæ conſuluit de ſua valetudine; qui judicarunt neceſſariam eſſe aëris mutationem, & habitationem ad tempus Villanovæ trans Rhodanum. Et vero perjucundum hoc illi accidit, quia inanem aulæ pompam, & immodica urbanitatis officia odiosè faſtidiebat. Sed parum profuit mutatio cæli, tempore migrationis jam ad finem perducto. Menſibus quinque ibidem languere perrexit, exedente illum febre, ejuſque ſenſim ſine ſenſu interitum machinante. Intra quod tempus balneo uſus fuit de medicorum præſcripto;

A. HENR. ALBIO.

cujus aqua, poſtquam eâ lotus eſſet, plurimis ægris ſanitatem reſtituit. Feſta luce S. Joannis Baptiſtæ, naturæ deficientis indicia ſenſit; atque exinde cœpit deſperare de recuperanda valetudine; ab omni tamen fuit abjectione animi remotiſſimus, quæ vel minimam conſtantiæ pietatique ejus labeculam afferret.

pia ad mortem præparatio,

30 Officium perſolvere canonicum diebus ſingulis haud prætermittebat; quod ſi interdum tabificæ febris ardores retardarent volubilitatem linguæ, quo minus pronuntiare verba poſſet, prælegi ſibi imperabat; dum interea temporis, nullum ore verbum proferens, innumeros emittebat ſingultus, totidemque amantis animæ affectus, quos duo continui lacrymarum torrentes ſequebantur. Extremis morbi ſui diebus ſingulis, ſacro Viatico refectus fuit, hoc modo ſempiternas paradiſi delicias præguſtans, ad quas incitatiſſima aviditate anhelabat. Bis interdiu reconciliabat ſeſe, nimirum mane ac veſpere; largo lacrymarum fletu humectans illud, quod ſupererat vitæ, ut minimos animæ nævos elueret. Denique prope abeſſe ſentiens ſupremam horam, jamque ejus in cælo definitos eſſe terminos, otii aliquantulum indulgere ſibi placuit, cogitandi de amicis, famulis, humatione corporis, reliquo tempore, cogitationibus divinis animæque migrationi deſtinato.

B

teſtamentum, extrema unctio.

31 Itaque teſtamentum condidit, in quo inter alia conſtituit, ut, ſi extra curiam Pontificis, extremum morte diem conficeret, corpus ſuum Pariſios tranſportaretur, in cœmeterio Innocentium inter pauperes ſepeliendum: ſin, juxta Avenionem è vita cederet, ſepeliri volebat in cœmeterio S. Michaëlis (vulgi ſermo, pauperum cœmeterium appellat) ubi memoriæ ipſius dicata nunc eccleſia eſt. Quin etiam volebat ſuum corpus unico velari panno vili (burellum vocant *a*) rubea Cruce inſignito, neque plures accendi in ſua humatione, quam tres candelas in honorem SS. Trinitatis, ad caput duas, unam ad pedes; idque negotii tribus Cardinalibus dedit, ut ultimam ſuam voluntatem executioni mandarent. Hac re peracta, & famulis ſuis, quanto poterat munere donatis, extremæ unctionis Sacramentum expetiit, quod intimo cum ſenſu pietatis accepit, ut ad ſupremam ſeſe mortis luctam communiret, quam videbatur laceſſere ſuâ conſtantiâ, non ſine admiratione eorum, qui adC venerant, ut illum ad hanc compararent.

Ad cælum anhelat,

32 Poſt hæc, quemadmodum conſpicitur parvulus pullus obnixe omnia agere ad teſtam perrumpendam, ut in lucem prodeat, & gaudeat aperto aëre; ſic videbatur ſancta hæc anima ſuſpiriis maturare egreſſum è corpore, omnique conatu attollere ſe in ſublime, nixa alis amoris ſui verſus cælum. Hei mihi, inquiebat, quis me moratur! Quam tetrica mihi videntur miſeræ hujus vitæ momenta, quam longa, quam intolerabilia! O utinam! O utinam! O quando? Ah! num brevi votorum compos fiam? Quandonam tandem miſeræ hujus captivitatis vinculis exſolvar? Interea incidit ipſi cogitatio, aliquo ſe erga domeſticos ſuos officio teneri; id cauſæ fuit quod, dimiſſis omnibus perſonis externis, portiſque domûs omnibus occludi juſſis, domeſticos unà omnes in cubile convocarit, quos rogabat ſingillatim, an acquieſcerent parva compenſatione, quam illis fecerat; cumque cumulatiſſime ſibi factum eſſe ſatis, grataDnter omnes ſignificarent; alium iis eſſe Dominum dixit, qui ſervitium ſibi præſtitum propter ejus amorem, immortalitatis præmio compenſaret.

& petità à domeſticis veniâ,

33 Ceterum orabat omnes, ut priuſquam efflaret animam, annuerent uni, quam erat propoſiturus, petitioni; quæ & factu erat facilis, & duobus capitibus continebatur. Primo ajebat, obteſtari ſe omnes, ut, ſicut affectu ſingulari ipſum amaverant in Deo & propter Deum, ita diligerent inter ſe ſincere, & alter alterius neceſſitati ſubvenirent. Secundum declarare prius noluit, quam certam verbis dediſſent fidem, fore ut propoſito non fruſtraretur. Poſtquam reſpondiſſent pari omnes alacritate & affectu, ſe fideliter obtemperaturos ejus mandatis; Tum ſuaviter & voce & manibus ſublatis ad cælum, aliquanto tempore taciturnus hæſit; deinde hoc eos ſermone alloquitur: Fratres mei dilecti, cor gero intimo affectum mœrore, ob gravem defectum, quem commiſi contra vos omnes, quibus ſæpenumero perſuaſam volui humilitatem, cum ea carerem ipſemet; quandoquidem ego & vos, ex eodem formati luto, eodem redempti pretio, ad eamdem gloriam deſtinati, pro eo quod vos fratres meos agnoſcerem, ſervos meos habuerim, lædens caritatem, quam debebam vobis, & humilitatem, quæ jubebat me potius ſervire vobis ad imitationem Servatoris mei, qui exemplum mihi reliquerat. E

cædi ſe jubet.

34 Ad hæc, non dubito quin meus agendi modus inordinatus offendiculo ſæpius vobis fuerit, & fortaſſe anſam præbuerit offendendi bonitatem Dei mei. Quamobrem unicè deſidero jamjam vobis ſatisfacere, ſupplicans junctis manibus, ut veniam mihi detis. Converſuſque ad Dominum Clacquin, præceptoris ſui munere functum Pariſiis; Leva, inquit, tegetem hanc, mi Domine, & cape zonam, quam ibidem invenies; & unus poſt alium cædite me, & ſervum veſtrum verberate, dum ego interim hæc peccata mea Deo confitebor, ea ut mihi condonet. Sermo hic ſtuporem ipſis incuſſit maximum. Dominus Clacquin opponere ſeſe voluit, ſed loquendi locum illi non dedit, dicens: Veſtram mihi addixiſtis fidem, & obſecro vos, & obteſtor iterum. Quid? hanccine mihi recuſabitis miſericordiam, & indulgentia crudeli mihi parcetis! Non ita, cædite modo, non niſi corpus mortuum cædetis. Quæ res ad capiendam zonam eum impulit, quæ in conventu Cæleſtinorum Avenionenſium hodieque aſſervatur; eaque conduplicata, ſuis quiſque vicibus cœperunt ipſum cædere *b*, genis fletu madentibus, dum interea temporis recitabat ipſe Confiteor. Et Dominus Clacquin, petitam abſolutionem impertiit. F *b*

dato oſculo pacis,

35 Poſt quam elata voce dixit: O mi Deus, gratias ago de tanta dulcedine, quâ me affecis, quando me cum fratribus meis reconcilias, quos hactenus ſecus cognovi ac debui. Omnes item orabat, ſibi ut darent oſculum pacis; quod præſtiterunt nemine excepto. Actio iſta & prodigium humilitatis, qua cetera vitæ ſuæ miracula concludere, tamquam ſignaculo aureo, Beatus voluit, tantopere perculit domeſticorum animos, ut lacrymis diffluere viderentur in cubili ipſius. Rogabat eum Dominus Clacquin ut omnibus, qui aderant,

A aderant, bene precari vellet. Quod etiam fecit, precatusque omnibus est caritatem, pacem, & sancta cæli charismata. Nec mora, conscientiæ ipsius arbiter accessit; à quo petiit, ne desereret imposterum; nam prope aderat hora ejus. Et sanè non multum interfluxit temporis, cum profundo veterno correptus fuit, qui somnum ei continuum suadebat, eratque ad extrema illum perducturus.

fratrem hortatus ad virtutem, mittit sorori opusculum ascéticum;

36 Postquam idem conscientiæ moderator ei dixisset, quod non deberet amplius dormire, sed vigilare potius, & præparare se in occursum Sponsi cælestis; tum Beatus iste tamquam à profundo somno excitatus: Eamus, inquit, num tempus est? Reposuit confessarius, brevi fore. Ah, inquit, bone Jesu, quando erit? Quando mihi ostendes pulcritudinem vultus tui? O vitæ meæ lux, quandonam te contemplabor? Vultumque vertens, Andream fratrem suum, qui dein fuit episcopus Cameracensis, adesse sensit, quem hortatus est ad virtutem ac probitatem appositis verbis, quæ altas in ejus animo egère radices, castosque sanctitatis igniculos excitarunt, in quam per reliquum vitæ decursum incubuit gnaviter, fratrem se germanum B. Petri comprobans moribus ac virtute, qualis erat natalibus & sanguine. Sororem quoque sibi dilectam, nomine Joannam, commendabat, obsecrans ut curaret ad illam perferendum parvum tractatum viæ spiritualis *c*, quem concinnarat & sua ipse manu exararat ejus causâ. Et supremum fratri amplexum dedit; qui uti & circumstantes omnes lacrymis ubertim indulserunt. Confestim intimè se colligens Petrus, reliquam vitæ particulam flammis divini amoris absumendam tradere cœpit; accessum mortis antevertens ardentissimis amoris divini jaculis, quæ contentis viribus beatum hunc spiritum è corpore extrahebant. Auditus est suaviter ac piè suspirare, & edere desideria flagrantissima magno numero, quantumvis tacita voce, conjungendi se quam primum ac sine mora, Deo suo, repetitis identidem hisce verbis: O utinam! O utinam! sitio. Tandem cum nulla amplius videretur edere respirationis signa, confessarius hortabatur, ut assiduam Jesu sui & Mariæ Virginis memoriam recoleret.

C *prælecto SS. Theclæ & Agnetis Martyrio, moritur.*

37 Id quod hæc ei verba expressit, ab omnibus audita. Fierine possit, ut nunc tam boni Domini, & tam bonæ Matris oblivio me capiat? Dein martyrium S. Theclæ & S. Agnetis prælegi *d* sibi jussit; cumque jam ad finem esset perventum, sublatis in cælum oculis, Christi Cruci affixi effigiem tenens, dixit: In manus tuas Domine, commendo Spiritum meum; quæ verba exceperunt dulces quidam & deliciis affluentes gemitus; exin oculos clausit, & pulcra ejus anima mundum deserens, ad beata immortalitatis atria evolavit, & facies corporis serena, ridens, fulgensque mirum in modum permansit. Beatus ejus transitus accidit die secunda Julii primo diluculo anni MCCCLXXXVII, ætatis XVIII expleti, si dies octodecim excipias.

ANNOTATA.

a *De burello dictum in antiquæ Vitæ annotatis.*

b *Mirum, si profundissimæ humilitatis exemplum Julii Tomus I. veritate nitatur, non recenseri in antiquis Actis aut processibus. Adi comm. prav.* A. HENR. ALBIO.

c *Plura ad propositum in § singulari commentarii prævii de scriptis, Beato attributis.*

d *De hac lectione, vide quid in comm. prav. dicatur.*

CAPUT V.

Concursus ad corpus, miracula innumera.

Cadaver odoriferum & speciosum,

POntifex, audita ejus morte, cohibere se non potuit quin fleret, & diceret; Beata ista anima cælestem iram placabit, pacemque interventu suo Ecclesiæ restituet; oportet illam sequi. Néque gravatus est transire Rhodanum, & Beati corpus, sacratam pulcræ illius animæ thecam, visere; de qua tam mirabilia vulgabat fama. Vidit, & lustrali latice aspersit; cumque suavem & pretiosum, super unguenta omnia, exhalare odorem sentiret, & spectaret venustatem, & imaginem felicitatis in vultu isto expressam, Deum in Sanctis suis E mirabilem esse protestatus est, mortem eorum elevantem ad præmium gloriæ; id causæ esse, quod mors non sit habenda in malis, sed optanda. Sed ecce tibi mirabilem casum, qui evenit. Papa obtutum figebat in corpore, attonitus gloria & felicitate defuncti; incipiebat is sensim sine sensu aperire oculos *a*, & Pontifici, uti videbatur, innuere. Pontifex, qui ex isto aspectu intimis visceribus *a* commoveri se sensit, magnoque timore concuti, noluit illo die Rhodani transitum resumere, sed ad Carthusianos Villanovæ se recepit, ubi solidam noctem in orationibus posuit, ut Deo placeret impendentem Ecclesiæ tempestatem avertere, memor eorum, quæ paulo ante mortem communicaverat secum Beatus noster.

Avenionem translatum; sanat morbos,

39 Die postero venerabile hoc corpus Avenionem transferri mandavit, quo per defuncti testamentum erat destinatum, & præcipua quadam omnium civium religione exspectatum. Tantus fuit confluxus, ut non nisi post biduum, ad locum condictum pervenire potuerit. Fuit in civitatis ingressu repositum in sacello xenodochii pontis Rhodani, F ad cujus pedes prostraturi se, venerunt pauperes omnes, qui ibidem affecta erant valetudine, nullusque non sanitatem recepit. Quæ res adeo vulgi pietatem accendit, ut, quando statutum fuit procedere ad cœmeterium S. Michaëlis, quod pauperum cœmeterium est, tam frequens hominum multitudo affluxerit ad corpus, infirmorum imprimis vario morborum genere laborantium, qui sacri corporis contactu patentissimum valetudinis beneficium sunt consecuti, adeo ut humatio in aliud differri tempus debuerit, corpusque deponi in domo, quæ à cœmeterio S. Michaëlis haud longè aberat, custodiâ probè munitum, hoc proposito, ut plebem prævenirent, & prima luce illud sepelirent, veriti ne turbas concitaret, cujus rei non obscura videbatur edere præludia. Sed non fuit promptum antevertere fervorem vulgi; tota nocte vehebantur ægri ad cœmeterium, prorsus ut postridie adhiberi vis debuerit, quâ locum facerent turbæ, & transitus pate-

A. HENR. ALBIO. pateret corpori uſque ad ſacellum S. Michaëlis, ubi ad aram fecit aliquis Cardinalis. Procedente luce, frequentius confluxit vulgus undique.

concurſus, turbæ, raptio reliquiarum

40 Mercator quidam dives, qui laborabat podagrâ, patefacto aditu complurium ſervorum operâ, uti ad corpus pertingeret, atque ad primum contactum prorſus à ſua ægritudine leberatus, ſancto populum iſtum omnem tumultu replevit, qui illico ſacelli parietes tantum non ſubruiſſet, ut & videre & tangere commodè hoc corpus potuiſſet. Pontifex gnarus horum omnium, ſummo peditatus ſui præfecto in mandatis dedit, tot armatos eò mitteret milites, quot removendæ plebi eſſent ſatis, donec ſacrum corpus tumulo eſſet conditum. Officio funebri perſoluto, famulos, qui reportabant vilem pannum ſeu burellum, quo ſacrum corpus fuerat coopertum, & pulvinaria, ſpoliavit populus, & hæc in mille fruſta diſcerpſit. Loculus ligneus, in quo delatus fuerat Beatus, in partes fuit diſruptus, ſua cuique ut cederet. Sanctis Beati Cardinalis reliquiis populi conſpectui ſubductis, terræque mandatis, immoderatus ille fervor remiſſurus ſeſe aliquantulum putabatur; ſed Deus,
B cui cara ſunt humilium ſuorum ſervorum oſſa & cineres, ridetque ſuperba mauſolea, quæ iaſpide & porphyrio includunt corpora, quorum animæ in imo ſtygiæ paludis barathro ſepultæ ſunt; voluit illuſtrare ſepulcrum, quod ſuus ſervus præ humilitate inter pauperes elegerat. Nec vero intenſi calores, nec fames, nec ſitis, nec tempus nocturnum, nec arma, nec minæ, nec verbera populo receſſum ſuadere potuerunt. Morbidi bene multi, qui prope ſepulcrum ejus accubabant ſub dio, incolumes rediere.

& terræ ſepulcralis,

41 Agricolam, qui religione impulſus ceperat tantum terræ, quæ contegebat corpus, quantum pugno continere poſſet, confeſtim plebs omnis (uti in ſimilibus caſibus uſuvenire ſolet) ſecuta eſt. Collatis quiſque certatim ſtudiis ſe onerat, eoque ſe præcipitat, ut aliquam in præda partem habeat, adeo ut brevi tempore ſacrum corpus fuerit diſcoopertum. Dux, qui ſtationem habebat in cœmeterio unà cum militibus qninquaginta, ut tumultum impediret, plebis impetum reprimere non valens, metuenſque ne denique ſacrum corpus dividerent, curriculo ad conſanguineos demortui cucurrit, ſuppetias petiturus. Proin miniſter unus aulæ, auditorem dicunt, tendere illuc debuit,
C dum interpoſita ejus auctoritate denuo coopertum fuit corpus, & crates ferrea ſepulcro obvoluta. Aſt illud auxit ſacram venerationem populi, cujus concurſus non ex urbe tantùm, ſed ex omnibus quoque circumjectis locis æſtimari ſatis pro merito non poteſt; ad hæc infinitus miraculorum, & ſanationum prodigioſarum numerus, atque omnis generis morborum, conſecutus fuit.

innumera miracula.

42 Cujus rei fidem faciunt magnæ tabulæ, quæ aſſervantur in theſauro Cæleſtinorum Avenionenſium, tribus grandibus diſtributæ tomis, authenticè conſignatæ, & apoſtolica auctoritate collectæ pro Canonizatione Beati noſtri. In quibus, inita ſupputatione, bis mille quadringenta & ſeptuaginta ſex miracula reperiuntur; atque inter alia, mortui duo & quadraginta ad vitam revocati; idque primis duobus poſt mortem ipſius annis, nimirum MCCCLXXXVIII & MCCCLXXXIX, nulla facta mentione aliarum ſex tabularum, quæ continent ultra ter mille miracula *b*, poſt duos jam memoratos annos patrata, non annumeratis iis, quæ exinde ſunt facta, fiuntque quotidie; quorum numerus ad infinitatem quamdam ſeſe extendit. Ingens populi Avenionenſis erga B. Petri reliquias veneratio refrixerat lapſu temporis ac decreverat. Sed ecce miraculum prorſus ſingulare, & primario inter reliqua omnia, quæ leguntur in vitis Sanctorum, reponendum loco, patratum anno MCCCCXXXII, magnam ei denuo acceſſionem adjunxit, & in cauſa fuit, quod annuo cultu feſta ejus dies cœperit celebrari. *b*

Lapſu temporis intepeſcens

43 Juvenis quidam, annorum decem aut duodecim, unà cum ſociis ſuis altiſſimam palatii Avenionenſis turrim conſcenderat, Troüillas nomine (quæ ſupra rupem edita, centum cubitorum altitudinem ſuperat) ut illîc volucrum nidum deprædaretur. Is, uti pertingere ad nidum voluit, fallente veſtigio, & non reperto ſuſtentaculo, deorſum decidit, impingens in magnum canalem, è muro prominentem; qui pleno jactu illum in rupem tranſtulit, ubi membra ſibi omnia perfregit, contrivitque. Ad miſerabile hoc ſpectaculum, ingens populi multitudo confluxit. Infortunatus pueri pater, rei totius factus certior, in genua confeſtim concidere; manibuſque ac voce ad cælum ſublatis, commiſeratione plenus, lacrymiſque perfuſus, exclamare: Domine mi, ſancte Petre de Luxemburgo, opem mihi fer. Deinde in pedes ſe dedit, mirabilique fiducia erectus, quam ſibi à Beato abs ſe invocato pollicebatur, ſaccum capit (rectè enim præſagiebat miſeram filii ſui conditionem, attento caſu è loco tam ſublimi) tum rectà ſe ad dictum locum; quo dum pervenit, prolem ſuam internoſcere neutiquam potuiſſet, niſi veſtium color indicio fuiſſet. Porro vix ulla ex ejus membris cohærebant erantve integra; quin imo capitis cerebrum parvis quaſi coagulis diſperſum rupi adhærebat. Nihilominus ſatis animi habuit, ut diſperſos corporis artus colligeret, omniaque effracti capitis fruſta congereret in ſaccum, quamvis efficere hoc non potuerit ſine multis lacrymis, & miſerandis ſingultibus. Poſtea flebile hoc onus humeris imponens, quod ponderabat gravius, quam ſi totam hanc excelſam turrim portaſſet, è qua lapſus fuerat filius, ad eccleſiam Beati contendit, innumera populi ſtipatus
F multitudine. Eam quippe commovebant lamentabiles clamores, quibus Sancti opem invocabat.

Beati cultus, reſtauratur,

44 Jamque ægre admodum ad tumulum pervenerat; cum ſarcinam ſuam ſuper eum extendit, ſacco involutam; converſoque ad populum vultu, junctis manibus, nudo capite, geniſque fletu perfuſis, per dulce caritatis nomen, Chriſtianis omnibus commune, obteſtabatur omnes, ut pro ſua quiſque parte obnixè ageret cauſam filii apud Deum. Interea acceſſerunt Cæleſtini religioſi omnes, certiores redditi eorum, quæ fiebant, cantantes antiphonam in honorem Sancti concinnatam, & orationibus vacarunt, donec ſperatus patrocinii ſucceſſus eſſet impetratus. Cum ſumma omnes in exſpectatione eſſent, ecce neſcio quis inopinatus exauditur ſonus, qui duravit quarta amplius horæ parte, attentionemque ſimul ac ſpem populi concitavit.

45 Quibus

A 45 Quibus capacior erat rerum ſpiritualium animus, perſuaſum habebant angelos audiri, conformationi membrorum pueri redintegrandæ laborantes. Utcumque res ſe habuerit, ad finem ſtreperi illius ſoni, videre erat puerum in ſacco moveri, geſtire pedibus, brachiiſque, & caput extra efferre, elataque voce clamare: Stephane, Stephane, nequeo volucrem capere; autumans in turri ſeſe verſari etiamnum, & ſocium compellare, nomine Stephanum. Sed tantâ ſe circumfuſum populi frequentiâ conſpiciens, tum, ipſe attonitus hæſit, tum pater in primis, & populus univerſus, qui ſimul lætitia, ſimul admiratione abreptus, exclamavit: Miraculum, miraculum! Nulla mora, pater filium inter brachia accepit, & quo optime ſibi proſpiceret, ne, id quod metuebat, aliquam populi oppreſſionem pateretur, in magno altari omnium oculis eum conſpiciendum expoſuit. Neque eo acquievit populus, ſed inſpicere voluit, num aliquod fracturæ indicium in corpore ſupereſſet, in capite potiſſimum, quod contritum penitus fuerat; adeo ut neceſſe fuerit illum nudatis artubus ſpectabilem præbere, neque ullum fracturæ contuſioniſve veſtigium apparuerit.

& confirmatur

B 46 Prodigium ſane vix umquam viſum vel auditum, quod populum hunc omnem movit ad agendas Deo grates, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis. Hinc fuit, quod tota civitas Avenionenſis in congregatione generali ratum fixumque voluerit, ut in perpetuam miraculi memoriam, & in honorem B. Petri de Luxemburgo, feſta ejus lux anniverſario cultu celebraretur die quinta Julii, clauſis officinis. Quod retro ſecutis temporibus inviolabili tenore obſervatur, erectis per omnes civitatis plateas ignibus feſtivis, aliiſque exhibitis publicæ lætitiæ non obſcuris argumentis.

indicto quotannis ſolenni feſto.

ANNOTATA.

a *De apertis poſt mortem oculis in comm. prævio; ubi annutum oculorum Clementi datum, diximus videri ſubleſta fidei.*

b *Vide quæ diximus in comm. prævio.*

C AD PROCESSUM

De Vita & Miraculis B. Petri de Luxemburgo, duobus annis cum dimidio à Beati obitu formatum;

PRÆAMBULUM I.

Nomina, patria, ætas, conditio Teſtium; examinum loca & tempora.

Proceſſus hujuſce pretium,

JUridicum hunc proceſſum de vita & miraculis Beati Petri de Luxemburgo *producturus, non habeo neceſſe multa præfari. Quidquid ad congruam lectoris inſtructionem, plenioremque cum rerum depoſitarum, tum deponentium rudem cognitionem atque intelligentiam pertinere poſſit, puto me affatim, ni mea me fallit opinio, pertractaſſe enucleaſſeque in commentario prævio. Ordinem, diviſionem, tractationemque ibidem inſinuata decretuva eſt perſequi. Quanam verò adductus causâ id agam, illic paucis dedi; quæ ſupervacaneum hic ſit repetere. Addi velim ibidem dictis unum monitum, per litteram* d, *in decurſu proceſſus deſignari participium,* dictus; *per* dd, dicti; *per litteram vero majuſculam* D, Dominus; *per litteram autem* C, Cardinalis; *quæ tria identidem ibidem recurrunt.*

EX MSS. AVENION.

2 *Ea quæ ibidem allegavi ad confirmandum valorem ac pretium æſtimatiſſimi & locupletiſſimi hujuſce monumenti, intereſt & lectoris & rei legendæ identidem meminiſſe, inter omnia alia tanto in numero ad nos tranſmiſſa, hoc præ omnibus, meo quidem judicio, palmam tenere, neque aliud eſſe poſſe ad faciendam hiſtoricam fidem efficacius, quam illud, quod publica auctoritate juridicè inchoatum, continuatum, abſolutum, roboratur exquiſitiſſimo tot teſtium, tam ſuper Beati vita & moribus, quam ſuper miraculis, omni exceptione majorum, atque ad ſancta Dei Evangelia juratorum, ſolo proferendæ veritatis intuitu;* E *amore particulari, gratia ac favore ſecluſis; ut pluribus reipſa patebit ex conditione, ætate, ceteriſque adjunctis teſtium, locorum ac temporum, quæ hîc ſubnecto. Prodeat igitur.*

conſtat ex commentario prævio.

3 Teſtis I Reverendus in Chriſto Pater Dominus Andreas de Luxemburgo, electus Cameracenſis epiſcopus. *Examinatus fuit* Avenione, in hoſpitio juxta cœmeterium S Michaëlis, in quo inhabitant cuſtodes oblationum, ad ſepulcrum Domini, Petri Cardinalis apportatarum. Anno à nativitate Domini MCCCLXXXX, die XVIII Januarii, Indictione XIII, anno Clementis duodecimo. Fuit in examine per quinque dies de mane.

4 Teſtis II Dominus Guido de Maſeriis, in Tarnuſio, diœceſis Morinenſis, licentiatus in decretis, eccleſiarum Cathalunenſis & Morinenſis Canonicus, annorum XLIV, B. Petri familiaris continuus, commenſalis & cubicularius, tam Pariſiis, in Lotharingia & Picardia, quam Avenione. Item continuus commenſalis à duobus annis vel circa, antequam electus eſſet Metenſis. Examinatus die Martis, quæ fuit XXV menſis Januarii ſupradicti anni. Iſte teſtis de mane fuit quatuor diebus in examine. F

5 Teſtis III. Nobilis vir Dominus Joannes miles, Dominus dicti loci *, Ambianenſis diœceſis, ætatis XXXVI annorum vel circa. *Fuit examinatus* in palatio Apoſtolico, videlicet in camera paramenti Domini noſtri Papæ, die Veneris, quæ fuit XXVII Januarii.

locus non exprimitur.

6 Teſtis IV Dominus Hugo Blancheti, in utroque jure licentiatus, Canonicus Pariſienſis, ſecretarius regis Franciæ, de civitate Pariſienſi oriundus; ætatis XXXVIII annorum vel circa, quaſi per biennium fuit cum [B. Petro] converſatus, præſertim in eccleſia Pariſienſi. *Fuit examinatus* eadem die Veneris XXVII Januarii, in camera paramenti ſupradicti.

7 Teſtis V Joannes de Fuſtim, aliàs Sauter, domicellus, Tornacenſis diœceſis, cambellanus hoſpitii Domini Petri de Navarrâ, ætatis XL annorum vel circa. *Examinatus*

EX MSS. AVENION. *fuit* eadem die Veneris, & in Camera paramenti antedicti.

8 Teſtis VI Nobilis vir Dominus Carolus de Angeſt, Ambianenſis diœceſis, ſeneſcallus Bellicadri *, prope Avenionem, Arelatenſis diœceſis, ætatis XXXVII annorum, vel circa. *Examinatus iiſdem die & loco, quibus teſtis proximè prægreſſus.* *Beaucaire.

9 Teſtis VII Magnificus & potens princeps ac Dominus D. Ludovicus Dux de Borbonio, ætatis LV annorum vel circa. B. Petri *conſanguineus. Examinatus fuit* die Sabbati, quæ fuit XXIX ſupradicti menſis Januarii, in palatio Apoſtolico.

10 Teſtis VIII Magnificus & potens vir Dominus Inguerramus, Dominus de Couciaco, comes Sueſſionis, ætatis L annorum vel circa. *Examinatus fuit eadem die, quo teſtis proximè antegreſſus.*

11 Teſtis IX Magiſter Ægidius de Aurelianis, magiſter in Theologia, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, conventus Avenionenſis, ætatis annorum XXXXVII, vel circa... *qui* confeſſor ſuus fuit à tempore, quo ipſe Dominus
B Petrus venit ad curiam Romanam, & de primo menſe quo venit. *Examinatus fuit* die Jovis, quæ fuit tertia ſequentis menſis Februarii de mane, per quatuor dies.

12 Teſtis X Ægidius Dorel presbyter, rector parochialis eccleſiæ de monte Corneto, Laudunenſis diœceſis, otiundus de Mevicuria, Noviomenſis diœceſis, ætatis XXX annorum vel circa, familiaris & capellanus recolendæ memoriæ Domini Petri de Luxemburgo Cardinalis. Qui D. Petro Cardinali per duos annos & octo menſes Pariſiis, in Lotharingia & hic in curia *Avenione* ſervivit. *Examinatus fuit* die Sabbati XII Februarii prædicti.

13 Teſtis XI Dominus Nicolaus Clacquin, canonicus Cameracenſis, familiaris recolendæ memoriæ D. Petri de Luxemburgo, eleemoſynarius D. Mathildis comitiſſæ, & dicti D. Petri Card. ſpatio VII annorum vel circa. *Examinatus fuit* die Jovis, quæ fuit XXIV ſupradicti menſis Februarii... Fuit in examine de mane, per quinque dies.

14 Teſtis XII Petrus Dallovargue, canonicus præbendatus eccleſiæ S. Petri Inſulenſis,
C Tornacenſis diœceſis, ætatis XL annorum vel circa, & olim ſecretarius recolendæ memoriæ D. Petri de Luxembourg. *Examinatus fuit* die Sabbati, V Martii, ejuſdem anni.

15 Teſtis XIII Magiſter Joannes de Marchia, decretorum doctor & in legibus licentiatus, pœnitentiarius eccleſiæ Pariſienſis, & Canonicus Remenſis, olim inclytæ memoriæ D. Petri de Luxembourg Cardinalis auditor & ſocius continuus commenſalis, ætatis LX annorum vel circa... Fuit in examine per V dies de mane.

16 Teſtis XIIII Magiſter Pe... de Tegula pœnitentiarius Domini noſtri Papæ, Ordinis Fratrum Minorum conventus Avenionis, ætatis annorum LXX vel circa, confeſſor recolendæ memoriæ D. Petri de Luxemburgo. *Examinatus* die XXVI menſis Maii, quæ fuit Jovis.

17 Teſtis XV Dominus Ludovicus de Anduſia, miles, Dominus de Vouta, ætatis L annorum vel circa. *Examinatus fuit* die Jovis, quæ fuit XXVIII ſequentis menſis Junii.

18 Teſtis XVI Dominus Tarbardus, præ- D
ceptor Gebennenſis, Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani miles, ætatis XXXIII annorum vel circa. *Examinatus fuit* dicta die ſuperius proxime intitulata.

19 Teſtis XVII Frater P. de Montenici, Prior domus Carthuſienſis Aſtenſis, presbyter, ætatis L annorum vel circa. *Examinatus fuit* die Sabbati, quæ fuit ſecunda menſis Julii, anno, indictione, pontificatu, quibus ſupra.

20 Teſtis XVIII Magiſter Blaſius de Fortino, phyſicus, ætatis XLVIII annorum vel circa. *Examinatus fuit* die Lunæ, quæ fuit IV dicti menſis Julii.

21 *Quoniam paucis ea expedivi, quæ ad teſtes, eorum conditionem, dignitatem, ætatemque ſpectant; meminerit lector, illos deinceps à me non citatum iri niſi per ſolos numeros, eorum cuilibet ſuperius præfixos; quo indicio facilè ſuapte ſponte lector in notitiam venire poterit, quis, qualiſve ſit, qui in proceſſu ad interrogata reſpondeat. Nunc ad ipſum proceſſum paulò propiùs progrediamur.*

PRÆAMBULUM II. E

Initium Proceſsûs, Avenione inſtituti die XVIII *Januarii, anno à partu Virginis* MCCCXC.

Præmittitur oratio Epiſcopi Vivarienſis.

Poſito fundamento idoneo ad faciendam fidem per teſtes productos, cui tamquam baſi ſuperædificanda eſt deinceps tota hujus proceſſus quanta quanta eſt machina, non exiſtimavi à propoſito fore alienum, ſi non negligerem orationem eidem præmiſſam, quæ locum habeat ingreſſus ſeu liminis, per quod ſenſim ſine ſenſu ad ipſa proceſſus penetralia ulterius accedatur. Itaque Guilielmus Illuſtriſſimus epiſcopus Vivarienſis, hujus negotii procurator & ſolicitator, ſequentem ad Eminentiſſimos DD. Cardinales commiſſarios, ad hoc congregatos, orationem habuit. Orator probare intendit, F

23 Ad finem & effectum, ut vos Reverendiſſimi Patres, Domini, Petrus Epiſcopus Sabinenſis, Amelius Cardinalis ſancti Euſebii presbyter, & Guilielmus ſancti Angeli diaconus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales commiſſarii, ſuper informatione facienda, de vita, converſatione & miraculis, ceteriſque circumſtantiis vitæ, converſationis & miraculorum, quibus divina clementia recolendæ ſanctæque, & claræ memoriæ Dominum Petrum de Luxembourg, ſancti Georgii ad Velum aureum Diaconum Cardinalem, clarificavit, & clarificare non ceſſat, per ſanctiſſimum in Chriſto patrem, patrem & Dominum noſtrum, Dominum Clementem, divinâ providentiâ Papam ſeptimum modernum, ſpecialiter deputati, de vita, converſatione, & miraculis infradicendis & ſcribendis, ſitis plenius informati. quod B. Petrus,

24 Ut, dante Domino, veridicam relationem de infradicendis facere poſſitis, & valeatis, ad gloriam, benedictionem, & honorem probatis probandis,

norem omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Dominique noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque glorioſiſſimæ Matris Mariæ ſemper Virginis, totiuſque curiæ cæleſtis, ac ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ, & totius fidei exaltationem, ipſiuſque unionem, & devotionis incrementum; & ad petendum, & proſequendum, & obtinendum canonizationem recolendæ, claræ, & ſanctæ memoriæ, dicti Domini Petri.

Ad variorum preces,

25 Ut ipſe Dominus Petrus Sanctorum catalogo aſcribatur, & per univerſas orbis eccleſias ſicut Sanctus veneretur, & ſolemniſetur, & ad omnes alios fines, ad quos infra concludetur, & in talibus eſt fieri conſuetum, etiam prout pro parte, illuſtriſſimi Principis Domini Caroli, Francorum Regis, & venerabilium, & diſcretorum virorum Decani & Capituli eccleſiæ Pariſienſis, & etiam Rectoris & univerſitatis magiſtrorum & ſcholarium almæ univerſitatis Pariſiis ſtudentium, & plurium aliorum Chriſti fidelium, eis in hac parte adhærentium, extitit ſupplicatum, procedatur & perveniatur:

B

Cælitum numero adſcribendus.

26 Guilielmus miſeratione divina epiſcopus Vivarienſis, procurator, ſollicitator & proſecutor, ad ſupradicta & infra ſcripta per DD. noſtrum Papam ſpecialiter deputatus, dat, facit, & exhibet poſitiones & articulos infraſcriptos & contenta & deſcripta in eis narrativè, dat diſpoſitivè, conjunctim & diviſim, & de quolibet, quod offert ſe quantum qualitas negotii requirit & poſtulat, legitimè probaturum & non aliter nec ultra.

PROCESSUS

PARS PRIMA.

Quæ eſt de vita, moribus, ac virtutibus B. Petri de Luxemburgo.

CAPUT I.

C

Illuſtriſſimi Beati Parentes, genere & virtutibus conſpicui.

Præfatiuncula,

Tametſi tritum vetuſtate proverbium, genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra putet; juverit tamen Beatum noſtrum, tamquam elegantiſſimum floſculum, in radice ſua contemplari attentius, eaque, quæ ad ejus parentes ſpectantia in proceſſu inveniuntur, hic etiam non præterire. Prægreditur depoſitiones teſtium ſequens præambulum, quod ſit veluti fundamentum ſeu baſis, ſuper quibus omnium infra ſecuturarum depoſitionum vis ſuperſtructa, majorem fidem, tam ſolidis credibilitatis innixa præſidiis, inveniat. Sic igitur ſonat.

proceſſus prævia,

In nomine Domini. Amen. Sequuntur atteſtationes ſeu depoſitiones teſtium productorum ſuper genere, vita, moribus, converſatione & meritis recolendæ memoriæ, Domini Petri de Luxemburgo, S. Georgii ad Velum aureum diaconi Cardinalis. Qui quidem teſtes jurati dicere veriratem, recepti ſunt per Reverendos in Chriſto Patres DD. Joannem Dei gratiâ Glandatenſem *, Geraldum Aptenſem, & Raymundum Lectorenſem Epiſcopos, ſuper hoc deputatos per Reverendiſſimos in Chriſto Patres, DD. Petrum Epiſcopum Sabinenſem, Amelium tituli S. Euſebii presbyterum, & Guilielmum S. Angeli diaconum, S. R. E. Cardinales commiſſarios, ſuper hoc à Sede Apoſtolica deputatos, prout de præmiſſis in proceſſu, ſuper hoc habito, plenè * conſtat, & per eoſdem deputatos diligenter examinati anno à Nativitate Domini MCCCLXXXX, indictione XIII, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Clementis, divinâ providentiâ Papæ ſeptimi anno XII, diebus, menſibus & locis infraſcriptis, depoſuerunt, ut inferius continetur.

EX MSS. AVENION.

* Glandavenſem.

* *Al.* plenius

28 Et primò, die Martis, quæ fuit XVIII menſis Januarii anni prælibati, coram DD. Epiſcopis antedictis, ad hoc per ſupradictos Commiſſarios ſpecialiter deputatis, Avenione in hoſpitio juxta cœmeterium S. Michaëlis, in quo inhabitant cuſtodes oblationum ad ſepulcrum d. Domini Petri Cardinalis aſportatarum, horâ primâ ſedentibus, conſtitutis perſonaliter venerabilis Vir magiſter Aniſius Gomberti, in utroque jure licentiatus, procurator ſubſtitutus, prout de ſuo mandato in actis cauſæ hujuſmodi conſtat, qui produxit in teſtem reverendum in Chriſto Patrem, D. Andream de Luxemburgo, electum Cameracenſem Epiſcopum, ibidem præſentem; quem petiit per præfatos DD. Epiſcopos ad jurandum recipi & admitti; & etiam ſuper articulis infra conſignatis ac deſignatis examinari & interrogari: qui quidem Dominus Andreas electus Cameracenſis, ad rogatum dictorum DD. Epiſcoporum deputatorum, & in eorum manibus ad ſancta Dei Euangelia juravit dicere & deponere puram & notam veritatem, quam ſciret, ſuper contentis in dictis articulis, & de his, de quibus interrogatus fuerit; favore, amore, prece, pretio, affectione, timore omnino remotis. *Deinde inter parentheſim additur:* Hoc eſt initium omnium deinceps depoſitionum, quod ſatis eſt ſemel monuiſſe; *& deinceps lectorem meminiſſe oportebit per decurſum. Primò itaque præcedant articuli interrogatorii; hos ſubſequantur teſtium ſuper illis depoſitiones; qui modus procedendi ſemper in poſterum obſervabitur.*

ad roborandam fidem teſtium.

E

F

Articuli interrogatorii,

Articulus 11 (*primum quippe dedimus jam inde in comm. præv. num.* 114 *&* 114) *ſic habet:* Item probare intendit, *laudatus deputatus Epiſcopus*, quod d. Dominus Petrus ex legitimo fuit natus matrimonio, ab excelſaque proſapia, parentibus videlicet D. Guidone de Luxembourg, Comite de Lineyo & S. Pauli, & Mathilde de Caſtilione, Comitiſſa S. Pauli, de Romanis Imperatoribus & Franciæ Regibus, in propinquis conſanguinitatis gradibus, attingentibus, & ſic de Regali & Imperiali progenie, noſcitur habuiſſe ortum, & procreatum fuiſſe: & pro Catholicis fuerunt & erant tenti, habiti & reputati palam, publicè & notoriè.

III Item quod .. veri Chriſtiani fuerint, fideles, Catholici, vitæ probatiſſimæ; quodque d. Dominus Guido, miles ſtrenuus, providus; *milites* ſic coercebat, quod pro viribus

EX MSS. AVENION.

ribus non permittebat aliquid capi nec in victualibus, quin totum solveret, & si contingebat aliquem sui exercitus recedere sine satisfactione sufficienti, ipse de suo proprio, & in persona propria, & plane satisfaciebat, & talis fuit... reputatus palam, publicè & notoriè usque ad tempus & horam mortis suæ.

IV Item quod idem D. Guido valde erat devotus, pius & misericors *erga pauperes*; jejunabatque sine intermissione feria VI & Sabbato. Feria IV carnes, & VI, pisces numquam edebat; & sic pro tali communiter habitus... fuit à tempore suæ adolescentiæ usque ad vitæ exitum.

V. Item quod in annis puerilibus antequam matrimonium contraheret, adeo se maturum reddidit mundi lascivias & vitia adeo abhorruit *ab ineunte ætate*, quod in virginali statu, quod usque ad tempus, quo matrimonium contraxit, dicitur & reputatur permansisse.

iisdem propositi.

29 VI. Item quod postquam fuerit in Anglia obses pro Rege Franciæ fidem & castitatem conjugalem servavit; & alibi ubique idem fecit, numquam audito contrario.

B VII. Item quod d. Domina Mathildis maximæ compassionis fuit erga pauperes & infirmos; ita ut numquam aut raro repertum est, pauperem à domo sua, vel ejus præsentia, sine eleemosyna recessisse: imo diligenter perquiri faciebat infirmos & pauperes. Ter in septimana videlicet Dominicâ, tertiâ & quintâ feriâ, publicam & communem faciebat eleemosynam.

VIII. Item quod d. Domina *sub hiemem* faciebat emi pannos & sotulares, & fieri tunicas, & ipsas cum sotularibus, pauperibus indigentibus erogari, quos ad hoc diligenter perquiri faciebat; *& tam abundanter* dabat, quod omnes indigentes habebant.

IX. Item quod mulieribus jacentibus in puerperio & aliis impotentibus, de propriis etiam melioribus cibis, & aliis specialibus juxta suam discretionem communiter transmittebat.

X. Item quod *filios & filias* in fide, spe & Dei dilectione, morumque honestate.. instruens, & instrui faciens solicitè, præsertim in confessionibus faciendis, & Missis & sermonibus audiendis.

C XI. Valde devota erat erga Ecclesiam & Dominos Ecclesiasticos, & sermones libentissimè audiebat, & horas beatissimæ Virginis Mariæ, cum aliis sibi solitis orationibus, sine intermissione quotidie dicebat, & dicere communiter solita fuit devotè, ut exterius apparebat. *Hactenus articuli interrogatorii, agentes de parentibus Beati. Ad quos sequentes testes ita deposuerunt.*

Testimonia de nobilitate ac virtutibus,

30 Testis I (*cujus, sicut etiam aliorum sequentium, descriptionem vide in catalogo testium supra producto, in præambulo* I, *num.* 3) super secundo articulo *interrogatorio*, dixit se audivisse dici contenta *ejus* fore vera. Interrogatus à quibus audivit? Dixit quod à quodam Nicolao Clacquin, qui fuit famulus d. D. Guidonis, comitis S. Pauli, & à pluribus aliis. Addens d. testis, quod D. Guido, dum vivebat, horas canonicas ut presbyter dicebat, & singulis diebus, duas vel tres Missas audiebat; ter in septimana jejunabat; & hoc dici audivit, ut dixit, à Nicolao Clacquin, & pluribus aliis. Super IV articulo dixit & deposuit ut supra in tertio præcedenti articulo. D

Testis II super secundo articulo dixit contenta *ejus* fore vera; causam addens, quod pluries patrem & matrem d. Domini Petri, & in diversis locis vidit; nam in regno Franciæ, & aliis diversis partibus est publica vox & fama de contentis in d. articulo.

Super III articulo dixit se audivisse contenta ejus fore vera. Interrogatus à quibus, & in quo loco? Dixit à quodam Nicolao Clacquin, qui fuit famulus d. D. Comitis. Addit etiam ipse loquens, quod audivit à supradicto D. Nicolao Clacquin, & à pluribus aliis, quod d. D. Guido horas canonicas ut presbyter dicebat, & singulis diebus duas vel tres Missas audiebat; & ter in septimana jejunabat,

Super V articulo dixit se audivisse contenta *ejus* fore vera.

Super VI articulo dixit, se bene scire, quod d. D. Guido fuit in Anglia pro Rege Franciæ; sed de aliis in d. articulo contentis dixit se nihil aliud scire, nisi de auditu dici. E

Super VII, VIII, & IX dixit, se nihil scire nisi de auditu dici à Nicolao Clacquin, eleemosynario suo; qui eleemosynarius dicebat contenta in d. articulo fore vera.

Super X & XI articulis dixit, se audivisse contenta in dd. articulis fore vera; & talem esse vocem & famam in regno Franciæ, & præsertim in partibus Picardiæ.

31 Testis III dixit, quod d. Dominus Petrus erat de genere Regis Franciæ & Imperatoris: nam ipse loquens dixit, quod matrem d. Domini Petri cognoscebat; quæ erat oriunda de hospitio de Borbonio, & de Castellione, & erat consanguinea germana in tertio gradu Domini ducis Borbonii & Reginæ Franciæ, matris Regis moderni. *Patris ac matris,*

Testis V dixit, quod novit Dominum Guidonem, Comitem S. Pauli, patrem d. D. Petri, & in actibus bellicis cum eodem fuit; scilicet de probitate, prudentia & discretione ac bonitate non videtur sibi, quod umquam viderit militem sibi similem, nec scit ad præsens hominem viventem, quem ita vellet assimilare, secundum quod faceret d. D. Guidonem, quondam Comitem S. Pauli. Dixit insuper d. loquens, quod pluries vidit matrem supradicti D. Petri, quæ probissima mulier & devota reputabatur; nec umquam vidit, nec dici audivit de ea contrarium; & audivit pluries in partibus Franciæ dici, quod germana erat Reginæ defunctæ, matris Regis moderni; & de hoc laborat fama in partibus Franciæ. F

Testis VI dixit quod ipse Dominus Petrus erat de genere regali.

Testis VII Interrogatus primò, si habuit notitiam patris & matris Domini Petri Cardinalis de Luxemb. Qui respondit, quod novit patrem d. D. Petri, & fuerunt simul in Anglia morati per quatuor annos, vel circa, tunc hostagii *a* pro Rege Joanne, & ejus redemptione. Dixit, quod erat miles strenuus, devotissimus homo, bonæ conversationis & laudabilis vitæ, & dixit, quod quamdiu cognovit eum tam in Anglia, quam alibi, audiebat Missas suas & orationes dicebat, imo acsi fuisset unus Carthusiensis, & non videtur sibi, quod *a*

viderit

A viderit militem ſe armantem, devotiorem, ſecundum quod fuit d. Comes tempore vitæ ſuæ. De alieno nihil volebat : imo ſolvi faciebat, ubi ſcienter ſciebat ſe debere, vel reperiebat conquerentes de ſe vel de ſuis gentibus.

De notitia matris, dixit quod fuit avia ſua, videlicet mater matris d. loquentis, quæ fuit conſanguinea germana matris d. Domini Petri. Etiam tantum attingebat Reginæ Franciæ, matri Regis moderni, quæ quidem mater d. D. Petri reputabatur ſancta, & proba, & bonæ vitæ; nec unquam vidit, audivit, nec ſcivit contrarium.

B. Petri 32 Teſtis VIII dixit, quod cum d. D. Guidone moram traxit in Anglia per quatuor annos vel circa, ubi erant hoſtagii pro rege Joanne, qui quidem D. Guido erat homo devotiſſimus & laudabilis converſationis & vitæ, & Horas ſuas canonicas dicebat; & credit quod numquam vidit militem ſe armantem, devotiorem ipſo : de alieno nihil volebat : imo ſolvi faciebat, ubi ſe debere ſcienter ſciebat vel conquerentes de eo vel ejus famulis reperiebat : & de hoc erat fama publica in partibus Franciæ & aliis, ubi d. Dominus Guido converſabatur. Quoad notitiam matris D. Petri Cardinalis; dixit quod oriunda fuit de hoſpitio Borbonii & de Caſtilione, nobiliſſima mulier; erat ſanctæ & honeſtiſſimæ vitæ & laudabilis converſationis : magna erat eleemoſynaria & famam habebat optimam ab omnibus de partibus Picardiæ & alibi, ubi de ea habebatur notitia.

Teſtis XI ſuper ſecundo articulo dixit, contenta *ejus* fore vera, cauſam reddens, quia vidit patrem & matrem d. Domini Petri, & ſibi ſervivit per VII annos ante nativitatem dicti D. Petri : qui quidem D. Petrus natus fuit die feſti S. Margueritæ, in menſe Julii, in loco de Ligneo, Tullenſis diœceſis. Interrogatus quo anno? Dixit quod d. Dominus Petrus, quando deceſſit, habebat decem octo annos, minus XVIII diebus. De milleſimo non recordatur; ſed bene recordatur quod ſcriptum fuit in miſſali Eccleſiæ collegiatæ de Ligneio ſupradicto Tullenſis diœceſis. Interrogatus, quomodo ſcit, quod fuerit de progenie Regali & Imperiali? Dixit quod audivit à patre & matre d. Domini Petri & à matre Regis Franciæ moderni, & à matre Domini ducis Borbonii Pariſiis. Interrogatus, ſi fuit in baptiſmo d. Domini Petri præſens? Dixit quod ſic : videlicet in eccleſia collegiata de Ligneyo & fuit patrinus d. Domini Petri Card., quidam Dominus miles diœceſis Tullenſis : & matrina Domina loci de Luppeyo, caſtro dictæ diœceſis.

Super III articulo dixit ſe ſcire de contentis in d. articulo, quod parentes d. Domini Petri, dum viverent, erant veri & boni Chriſtiani, fideles, Catholici & vitæ probatiſſimæ. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit quod vidit dd. parentes, audientes Miſſas & dicentes officia divina, orationes, eleemoſynas & jejunia facientes; & ipſe loquens in hoſpitio dd. parentum faciebat officium eleemoſynarii.

Super IV articulo dixit ſe ſcire, quia d. D. Guido Comes erat valde devotus, pius & miſericors, frequens eleemoſynarum largitor, Miſſas devotiſſime audiens, pauperibus compatiens; jejunabatque feriâ VI & Sabbato; feriâ IV carnes, & VI, piſces non manducabat. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit quod quamdiu cum d. Domino Guidone ſtetit, nec contrarium vidit, nec dici audivit. EX MSS. AVENION.

33 Super V & VI articulis . . . dixit ſe tantum ſcire quod audivit à Joanne de Mur, qui per totum tempus ſuum ſervitor & cubicularius d. D. Guidonis fuit, quod antequam d. D. Comes matrimonium contraheret, numquam cognoverat mulierem, nec ex poſt per totum tempus ſuum, niſi Dominam Comitiſſam uxorem ſuam : nam d. Dominus Joannes à pueritia ſua uſque ad obitum d. D. Comitis ſerviebat, & ſervivit d. D. Comiti. *à variis teſtibus,*

Super VII articulo dixit contenta *ejuſdem* fore vera; cauſam reddens, quia fuit eleemoſynarius ſupradictæ D. Mathildis Comitiſſæ & matris d. D. Petri Card., ſpatio VII annorum vel circa; quo tempore durante vidit ut in articulo continetur.

Super VIII dixit quod d. D. Comitiſſa emi faciebat pannos groſſos, de quibus fieri faciebat veſtes uſque ad numerum XXX vel circa; & illas diſtribui faciebat pauperibus utriuſque ſexûs, prout ſibi videbatur, indigentibus, quos diligenter perquiri faciebat : nam etiam annis ſingulis dari faciebat pauperibus indigentibus centum paria ſotularium *b*, & XXX vel XL paria caligarum, quandoque minus. Interrogatus, quomodo ſcit, & quis diſtribuebat iſtos pannos, ſotulares & caligas? Dixit quod ipſamet Comitiſſa, & quandoque ipſe loquens, qui eleemoſynarius d. Dominæ erat, & de hujuſmodi tunicis, caligis & ſotularibus, d. D. Comitiſſa ſecundum ordinationem Curatorum patriæ *faciebat.* Ita vidit d. loquens quamdiu in hoſpitio dd. Comitis & Comitiſſæ moram traxit.

Super IX articulo dixit, ſe ſcire contenta *ejus* fore vera : cauſam reddens, quia ita vidit & præſens fuit, & ipſe aliquando diſtribuebat cibaria de mandato d. Comitiſſæ.

Super X dixit contenta *ejus* fore vera : cauſam reddens : quia ita vidit & audivit d. Dominam Comitiſſam inſtruentem, & inſtrui facientem filios & filias.

Super XI dixit quod vidit d. D. Comitiſſam frequenter dicentem Horas B. Mariæ Virginis, & alia bona facere vidit, prout in articulo continetur.

34 Teſtis XIII ſuper tertio articulo dixit, quod ſemel audivit Pariſiis à Domino Decano Pariſienſi, vocato D. Joanne Divitis, alloquente d. D. Petro Cardinali in novitate ſui Cardinalatus, in præſentia plurium canonicorum Pariſienſium, & nonnullorum aliorum tam nobilium quam aliorum, qui ad domum d. D. Cardinalis venerant, pro exhibendo ſibi reverentiam, nomine eccleſiæ Pariſienſis. Qui quidem D. Decanus inter alia, quæ dixit, faciendo haranguam *c* nomine eccleſiæ Pariſienſis prædictæ, recitavit, quod ipſe D. Decanus fuerat cum d. D. Guidone Comite patre d. D. Petri Card., in articulo nominato, in Anglia, & tunc mores cognovit d. D. Guidonis Comitis S. Pauli, affirmans quod taliter ſe gerebat, prout firmiter credebat, dictus Dominus, quod pro re aliqua mundi numquam commiſiſſet ſcienter peccatum mortale. Dicens illa D. Decanus ad finem, ut D. Petrus C. ſequeretur veſtigia ſui patris. Inſuper dixit d. loquens, quod ſemel audivit in villa de Lineyo, *ſuper hac re interrogatis, data.*

ex Mss. Avenion

neyo, quod ſæpe d. Dominus Comes, pater d. D. Petri Cardinalis, equitans per campos, & videns Dominum Comitem S. Pauli, filium ſuum, equitantem per blada *d*, cum uno baculo, quem ferebat in manu, per caput percuſſit.

d

ANNOTATA.

a Hoſtagius, oſtagius, & hoſtiagius, *eſt* obſes; *à Gallico* hoſtage.

b Sotulares, *vel* ſubtulares *ſunt* calcei, *ita dicti, quia* quaſi ſub talo propriè, *teſte Papia.*

c *Gallicè* harangue, *id eſt*, oratio proſphonetica.

d *A Gallico* blé; *ſic autem appellatur quodvis frumentum, etſi differat à tritico.*

CAPUT II.

Beati educatio, canonicatus Pariſienſis, Virginitas.

B

Articuli interrogatorii de educatione,

Remitto articulos interrogatorios de more. Articulus XII. Item quod d. Dominus Petrus poſt annos ſuæ infantiæ completos, ſtatim quod intelligere potuit, atque incepit loqui; miſſus fuit ad quamdam ejus avunculam D. Joannam de Luxembourg, Comitiſſam S. Pauli & Valhenberg, honeſtæ converſationis & vitæ, ubi primo didicit litteras à capellanis d. Dominæ, quouſque legere ſciret competenter.

XIII. Item quod ibidem laudabiliter inſtructus fuit uſque ad annum ſuæ ætatis VIII, quo tempore ſemper fuit ſimplex, humilis, devotus, quietus & magiſtris ſuis obediens atque gratus & benevolus. Vix in dictæ ſuæ infantiæ & pueritiæ annis aliquid reprehenſibile inveniri potuit, aut repertum fuit.

XIV. Item quod paulo poſt, tranſactis octo annis, per parentes miſſus fuit Pariſios, traditis ſibi pro regimine D. Hugone Cauderonier, & Nicolao Clacquin; qui poſtea aliis occupati negotiis, Michaëlem Alanth, pro inſtructore ſibi tradiderunt. Inter ſcholares repertus eſt omnibus humilior, & magiſtris ſuis obediens, exemplaris, *diligens. Quando* dd. alii ſcholares gratiâ recreationis irent ad ludendum, ipſe ſolus in camera ſua orationibus vacabat, vel ad ſermones divinos, aut Miſſas, ſeu divina officia ibat, & ad recreantes ire nolebat, niſi per ſuos magiſtros compulſus eſſet.

C

canonicatu Pariſienſi,

XV. Item, quod Papa ejus audiens virtutes *præter ætatem*, cupiens in ſancta Dei Eccleſia ponere talem columnam, eidem motu proprio contulit canonicatum eccleſiæ Pariſienſis.

36 XVI. Item, quod d. canonicatum non cupiditatis animo ſed devotione, & [ut] totum ſe Deo manciparet, acceptavit.

XVII. Item, quod in eadem eccleſia, ætatem moribus tranſiens, adeo maturè & honeſtè converſatus eſt, ut, *&c. Reliqua habes cap.* 3, *ab initio.*

XXIX. Item probare intendit quod d. Dominus Petrus quamdam ſororem ſuam germanam habebat, nomine Joannam adhuc viventem, quæ ſoli Deo vivere cupiens, mundum licet ſub habitu ſeculari contempſit, eidem Domino votum virginitatis emiſit, & virginitatem ſemper ſervavit; nec umquam nubere voluit, licet à pluribus viris illuſtribus & parentibus fuerit inſtigata.

D

& ſtudio virginitatis.

XXX. Item quod quadam die, dum d. Dominus Petrus eſſet apud Lineyum cum d. ſorore ſua, quam præ ceteris diligebat, propter ipſius devotionem & virtutes, & ipſa etiam ſoror eumdem ardentius præ ceteris ſuis fratribus ab infantia dilexerat, propter ejuſdem virtutes, inter cetera ſalutis colloquia, *inter ſe clam habita*, ipſa ſoror bonum virginitatis aperire *B. Petro* cœpit, & prærogativas *ejuſdem*; quibus allectus, voto virginitatis, quod prius animo conceperat, exteriori promiſſo ſponte ſe adſtrinxit, & votum virginitatis emiſit, quod inviolabiliter obſervavit.

XXXI. Item quod eodem D. Petro, ibidem cum ſua ſorore præfata exiſtenti fere per duos menſes, *utrimque* de divinis, & animarum ſalute, ſæpius erat ſermo, tam de die quam de nocte, ut ab invicem vix ſeparari poſſent, ſeu ſeparati fuerunt.

E

XLV. Item quod idem D. Petrus plenius probatis & conſideratis moribus curiæ, pericula ſemper præ oculis habens, cœpit ſibi ipſi quam plurimum eſſe auſterus, *&c. Super his præmiſſis articulis ſic depoſuerunt teſtes ſequentes.*

Teſtimonium germani fratris B. Petri,

37 Teſtis 1. Super primo articulo, *producto in commentario prævio, num.* 18, dixit, quod à tempore, quo præfatus D. Petrus Cardinalis erat ætatis octo annorum vel circa, ipſe teſtis loquens, uſque ad diem ſui obitus moram traxit cum eo, & quaſi continuè, quouſque fuit ad cardinalatum promotus, tecum jacuit & dormivit, excepto quod ipſe D. Petrus per x menſes vel circa detentus fuit in Caleſio, qui quidem D. Petrus in omni ſtatu ſuo laudabilem converſationem habuit; virginitatem ſervavit, humilem, benignum & manſuetum cunctis ſe exhibuit, & aliàs, prout in articulo continetur. Et de hoc eſt publica vox & fama perſonis in Picardia, in Lotharingia & alibi, ubi de eodem D. Petro habebatur notitia. Interrogatus ſi umquam vidit ipſum D. Petrum Card. cum aliquibus mulieribus inhoneſtè loquentem? Dixit quod non.

F

de ejus pueritia ſanctè tranſacta;

38 Interrogatus quomodo tenebat ſanctam vitam? Dixit quod ſemper fuit bonæ vitæ & laudabilis converſationis; Deum timebat, Horas canonicas devotè recitabat, Miſſas audiebat, & eccleſias viſitabat. Interrogatus, quomodo præmiſſa ſcit? Dixit quod ita vidit quamdiu cum eo fuit Pariſiis & alibi, ubi cum eo fuit; & de hoc eſt publica vox & fama inter illos, qui cum d. Domino Card. converſati fuerunt.

canonicatu,

Super xv articulo, aliis articulis omiſſis de conſenſu producentis, dixit, verum eſſe quod Dominus noſter Papa dd. canonicatum & præbendam præfato D. Petro Card., motu proprio contulit: cauſam reddens, quia litteras vidit: quâ intentione ſibi contulit, ignorat.

horrore ſeculi,

39 Super XVI articulo dixit, quod nullus poteſt bene ſcire intentionem ſuam, niſi ipſe; tamen dixit, quod bene eſt præſumptio ut in articulo continetur; quia cum ipſe D. Petrus eſſet ætatis XI annorum vel circa, D. Comes S. Pauli volebat illum ponere ad ſeculum; ſed ipſe

A ipſe D. Petrus Card. totaliter recuſavit, & voluit remanere ad Eccleſiam. *Ita* audivit dici à d. Dom. Petro Card. Pariſiis. Nulli erant præſentes quia in lecto ſibi dixit pluries. Etiam audivit ipſe loquens d. D. Petrum dicentem, quod volebat eſſe eccleſiaſticus, & illud eſt notorium & publicum. De loco? Dixit quod Pariſiis.

Super XIX articulo dixit contenta *ejus* fore vera: cauſam reddens, quod ipſe loquens cum d. D. Petro ad d. eccleſiam ibat frequenter, & cum eo remanebat: & de hoc eſt vox & fama inter canonicos d. eccleſiæ Pariſienſis; qui d. D. Cardinalem viderunt. Interrogatus, ſi d. D. Card. concinebat omnes Horas canonicas? Dixit, quod diebus, quibus non ibat ad ſcholas, Horas canonicas frequentabat, ſalvo quod ad matutinas, niſi in feſto Nativitatis Domini. De aliis feſtis ſolennibus non recordatur, ſi ad matutinas ſurgebat. d. Dom. Petrus ſingulis diebus libenter ſurrexiſſet ad matutinas, niſi fuiſſent magiſtri ſui, quos timebat: & hoc dici audivit pluries à magiſtris ſuis in civitate Pariſienſi.

pietatis amore,

B Super XXX articulo dixit, ipſum articulum veritatem continere: ſalvo quod neſcit, ſi virginitatem vovit: ſed bene ſcit quod virginitatem ſervavit: & pluries præſens fuit quando d. ſoror, d. D. Petrum ad virginitatem inducebat. Interrogatus, quomodo præmiſſa ſcit? Dixit quod pluries à d. Dom. Petro dici audivit; & interdum præſens fuit in Lineyo.

colloquiis ſpiritualibus

Super XXXI articulo dixit, ipſum art. veritatem continere, addens quod nedum per duos menſes, ſed bene per medium annum d. Petrus Cardinalis & ſoror ſua invicem fuerunt in Lineyo, ipſeque D. Petrus, d. ſororem ſuam circa matutinas & alias Horas canonicas inſtruebat, cum ipſa neſciret ordinare; & communiter præfatus D. Petrus ſurgens circa mediam noctem cum d. ſorore ſua ibat, & ibidem, dicendo Horas ſuas & orationes, per duas horas & ultra, invicem remanebant.

cum ſorore ſua,

Super XLIV & XLV Dixit, quod continuò creſcebat in devotione & bonis moribus; & d. Dom. Petrus, quando videbat, teſtem loquentem ridere, ipſum reprehendebat & corrigebat; quandoque alapas ſibi dando & dum d. D. Petrus lætitiam habuerat, poſtmodum dolebat, ut ipſi teſti dicebat. Interrogatus quando hoc faciebat? Dixit, quod, quando venit ad Avenionem. Interrogatus, ſi d. D. Petrus ad aliquos ludos ludebat? Dixit, quod C aliquando, quando extranei ad eum veniebant *a* cauſâ ſpatii ad ſcacas *a* ludebat. Taxillos & ludum eorum multo odio habebat. Interrogatus, ſi aliquando correabat *b* vel tripudiabat? Dixit, quod dum erat Pariſiis ſcholaris, requiſitus per Dominos & Dominas; interdum correabat; ſed poſtquam electus fuit Metenſis & promotus ad Cardinalatum, non correavit nec cantavit cantilenas.

morum maturitate.

a

b

40 Teſtis II ſuper primo articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: quia D. Petrus Cardinalis à tempore ſuæ pueritiæ uſque ad extremum vitæ obitum, in omni ſtatu ſuo laudabilem habuit converſationem, ſanctam vitam & virginitatem ſervavit: nam ipſe teſtis dixit quod numquam de eodem D. Petro vidit, nec dici audivit ſiniſtrum. Et eſt publica vox & fama, tam Pariſiis, quam alibi, ubi moratus eſt idem Dom. Petrus. Interrogatus, quomodo ſcit? Dixit quod pro eo quod à tempore, quo d. D. Petrus Card. erat ætatis VIII annorum vel circa, d. loquens fuit cum eo converſatus, & primo Pariſiis, & per VI annos continuos vel circa d. teſtis ante obitum præfati Dom. Petri fuit familiaris continuus, commenſalis, & cubicularius tam Pariſiis, in Lotharingia, & Picardia, quam hic Avenione.

Aliorum teſtium depoſitiones

Ex MSS. Avenion.

Super XV articulo, dixit quod vidit D. Petrum & illos in articulo nominatos, ſibi pro magiſtris ſuis datos, frequenter vidit Pariſiis quod, dum alii ſcholares ibant ſpatiatum, ipſe Dom. Petrus ſolus remanebat in camera ſua, dicendo horas B. Mariæ, & ſeptem pſalmos, & alias orationes *pias* antequam eſſet canonicus Pariſienſis. *In confirmatione* dixit, quod Pariſiis juxta hoſpitium d. Dom. Petri Card. morabatur, & omni die converſabatur cum ipſo.

de amore ſolitudinis,

Super XV articulo *depoſuit ut teſtis precedens.*

41 Super XVI articulo, dixit quod *canonicatum* animo libenti acceptavit. Si cauſâ devotionis, dixit ſe ignorare.

canonicatu Pariſienſi,

Super XIX articulo, dixit quod quando officium divinum in eccleſia Pariſienſi dicebatur, quamvis canonici d. eccleſiæ ambularent per eccleſiam communiter, præfatus D. Petrus remanebat in choro, prout in articulo continetur; & ita dixit ipſe loquens pluries vidiſſe. E

Super XXIX dixit contenta *ejus* fore vera: excepto quod neſcit, ſi d. ſoror ſua Joanna vovit virginitatem.

virginitate,

Super XXX dixit ſe tantum ſcire, quod in villa de Lineyo ſæpe & ſæpiſſime vidit d. Dom. Petrum ſanctè cum ſorore ſua in camera una loquentem, dicendo horas ſuas & orationes. Si d. Dominus Petrus votum emiſit virginitatis; dixit ſe neſcire. Interrogatus ſi d. D. Petrus virginitatem ſervavit? Dixit quod numquam contrarium dici audivit, dicens quod inter famulos hoſpitii d. D. Petri erat fama publica quod d. D. Petrus virginitatem ſervavit inviolabiliter. *Suffragatus etiam eſt articulo* 31, ita vidit & præſens fuit in loco de Lineyo.

Super XLV articulo, dixit quod d. Dom. Petrus, poſtquam venit ad curiam, in devotionibus & orationibus magis ſolito inſiſtebat, nec erat in ſe ipſo jucundus: dicens etiam ipſe loquens, quod audivit præfatum D. Petrum verba, in art. contenta (*ibidem brevitatis ergo pretermiſſa*) dicentem: videlicet quod Deum F bene fleviſſe legitur, ſed riſiſſe numquam; & iſta dicebat, dum aliquos exceſſivè ridentes videbat, ad reprehendendum illos.

maturitate

Teſtis III dixit quod primò habuit notitiam ſupradicti D. Petri poſt ejus promotionem ad eccleſiam Metenſem, *eumque* à civitate Pariſienſi uſque ad Lineium aſſociavit & ſemper, quamdiu cum eo fuit, ipſe D. Petrus Card. fuit humilis, dulcis, bonæ vitæ & honeſtæ converſationis; & famam optimam habebat ab omnibus cum eo converſantibus nec unquam de eo audivit loqui ſiniſtrum; imo omne bonum de eo dici audivit Pariſiis, & alibi.

42 Teſtis V. Dixit quod primò habuit notitiam *D. Petri* tempore quo erat X annorum vel circa, & ſemper fuit humilis, devotus, benignus, honeſtus bonæ vitæ & honeſtæ converſationis.

ac ſuavitate morum,

Teſtis VI dixit quod novit D. Petrum Card.

EX MSS. AVENION.

ab VIII annis citra, & fuit conversatus cum ipso, quousque fuit electus Metensis; & semper, quamdiu fuit cum eo conversatus, ipse D. Petrus Card. fuit humilis, dulcis, pius, &c. *Sicut testis* III.

Testis VII dixit quòd notitiam *B. Petri* habuit, quando venit ad studium Parisiis, & poterat esse ætatis VII vel VIII annorum, & ex tunc fuit ita modestus, humilis, dulcis, pius, quod ab omnibus, ab eo notitiam habentibus, diligebatur; & plures tam Domini quam alii mirabantur quomodo tales mores poterat habere tam juvenis puer, & ipsemet loquens mirabatur. Interrogatus quomodo scit præmissa? Dixit quod d. Dominus Petrus sæpissime ad ipsum loquentem veniebat: & sic vidit ipse loquens, quod sæpe d. Dominus Petrus, quamdiu Parisiis fuit, in bonis moribus continuarit; & ita audivit, quod in Avenione & alibi, ubi fuit, semper in bonis moribus continuavit usque ad ejus obitum.

demissione animi,

B

43 Testis VIII dixit, *novisse se B. Petrum* à juventute ipsius . . Dixit *præterea* quod D. Petrus erat humilis, dulcis; nec umquam vidit Avenione juvenem tantæ virtutis, & honestatis, ac conscientiæ, imò ipse loquens mirabatur, quomodo in ætate tam tenera & juvenili ipse hoc posset facere.

castitate,

44 Testis IX super XLV dixit contenta *ejus* fore vera: nam ipse loquens semel vidit aliquos Dominos præsentes, cum quibus D. Petrus erat etiam, invitus in mente, quamvis extra monstraret bonam apparentiam, & ostenderet se lætum; & postquam ipsi recessissent, dolebat mirabiliter & flebat, & ab eodem D. Petro audivit, quod aliqui instigabant ipsum ad diversas lascivias, sed acquiescere noluit. Et propterea rogabat Deum, quod daret sibi accidens, quod tales societates sectari non posset; & modicum post venit sibi infirmitas in tibia, per quam excusabatur ire per villam & equitare; & sibi duravit illa infirmitas usque ad obitum ejus, quasi per unum annum, ut sibi videtur, in tibia dextra, & erat magna apertura & magnum vulnus. Interrogatus si propter orationes suas venit sibi illud malum? Dixit de credulitate, quod sic. Quia præfatus D. Petrus in aliquo non erat inordinatus,

C

& ante erat sanus; quia etiam ab illa infirmitate non potuit curari. Pluries eidem testi loquenti dixit, quod sibi placebat istud malum sustinere ad finem, quod esset exemptus eundi in societatibus aliquorum.

Testis X super XLV articulo, dixit quod audivit à Michaële Alant, cubiculario d. D. Petri, quod ipse diversas faciebat pœnitentias ad secretum. *De quibus ex professo cap.* 4.

educatione sub cura avunculæ.

45 Testis XI super XII articulo, dixit quod mortuâ d. Dominâ Mathildâ, Comitissa S. Pauli, præfatus D. Petrus Card. fuit missus ad avunculam suam, ut in articulo continetur: causam reddens, quia præsens fuit, cum missus fuit.

Super XIV articulo, dixit quod D. Petrus in ætate supradicta constitutus, erat valde humilis, pacificus, obediens, timidus, & devotus: & quando magistri sui volebant quod iret ad spatiandum, ibat: aliter non ibat. *Confirmans præmissa*, dixit, quod erat unus de nominatis in articulo. Interrogatus *de Beati humilitate*, dixit, quod deferebat sociis, etiam minoribus ipso, exhibendo eis honorem & reverentiam; nec jurgium cum aliquo habebat,

D

nec mala verba neque inhonesta.

Canonicatus à quo ipsi collatus & quando.

Super XV articulo, dixit quod audivit Parisiis, quod D. Joannes de Luxemburg erat Neapoli, & Domino nostro Papæ recommendavit D. Petrum fratrem suum, & expost vacavit præbenda Parisiensis; & d. Dom. Papa d. Domino Petro contulit præbendam motu proprio, ut cavetur in litteris, quas vidit d. loquens: aliam causam nescit.

Super XVI articulo dixit quod nescit qua intentione acceptavit præbendam, sed dum venerunt sibi nova hæc, bene fuit lætus, & libenter acceptavit eam; quia semper desideravit esse ad Ecclesiam; nam semper statum ecclesiasticum affectavit.

Super XVII interrogatus, quanto tempore fuit canonicus ecclesiæ Parisiensis idem D. Petrus? Dixit, quod per quinque annos, cum dimidio; sed non fecit residentiam nisi per quatuor annos cum dimidio; quia absens fuit in Calesio pro D. Comite S. Pauli, fratre suo, per annum unum vel circa. Interrogatus, si alii admirabantur propter mores & devotionem ejusdem D. Petri? Dixit quod sic:

E

attenta juvenili ætate. Erat in nono suæ ætatis anno, quando præbendam Parisiensem habuit.

Iteratum testimonium de ejus virginitate,

46 Super XXX articulo, dixit se tantum scire, *videlicet* quod firmissimè credit, quod d. D. Petrus toto tempore vitæ suæ fuit virgo: si tamen votum virginitatis emisit, dixit se nescire. Interrogatus quare credit? Dixit quod cum *ipso* moratus est à tempore, quo erat ætatis VIII annorum usque ad obitum *ejus*, & erat gubernator *ejus* & rector. Sed numquam vidit ipsum inhonestè conversantem neque loquentem cum aliqua muliere: imo, neque placebat sibi audire loqui de mulieribus, specialiter de actu carnali; nec aliquis familiaris d. D. Petri erat ausus coram eodem de ista materia loqui. Interrogatus si fuit virgo mente. Dixit quod credit, propter ea, quæ supra deposuit; & nullum indicium de eo vidit; etiam talis ab eo reputabatur ab omnibus cum eodem conversantibus.

sedula pietate,

47 Super XXXI articulo, dixit quod cum d. D. Petrus erat in Lineyo, tempore suæ promotionis ad Cardinalatum, vidit pluries ipsum & d. Dominam Joannam ad invicem

F

conversantem, ut in art. continetur. Si semper loquebantur de divinis? Dixit quod credit quod magis loquebantur, quam de quacumque alia materia. Interrogatus *rationem*, dixit quod sæpissime tenebant libros de vitis Sanctorum & orationes, & alios libros devotionis. Dixit quod vidit pluries dd. libros in manibus eorumdem, & ipsos audivit sæpe & sæpius dd. libros legentes tam de die, quam de nocte. Dixit quod *aderant* Joannes de Marchia, Hugo le Chaudronier, & plures alii de famulis d. Dom. Petri. Dixit *insuper* quod vix poterant ab invicem separari, & quod sæpissime dicebatur eis: Dimittatis illos libros & illa verba; & veniatis cubitum, quia tardè est; vel veniatis ad mensam, quia paratum est. Et ista verba dicebant sibi sui cubicularii, & alii famuli circumstantes.

& modestia,

Super XLV articulo, dixit quod præfatus D. Petrus, consideratis curiæ Romanæ moribus, plus solito cœpit abstinentias facere in jejuniis & orationibus, & magis quam complexio corpo-

A corporis ſui requireret, imo vidit *idem teſtis* quod propter abſtinentias, quas faciebat, *&c. de quibus ex profeſſo, cap.* 4. Nam ſi aliquando lætitiam aut conſolationem coactus recepiſſet, ad ſe rediens dolebat in mente, prout apparere poterat proſpicientibus; dicebatque quod ſatis & ſatis non loquuntur, niſi de truffis *c*, dicendo etiam verba; Quod Deum fleviſſe, legitur, ſed riſiſſe numquam.

c

47 Teſtis XII ſuper XXXI articulo dixit ſe ſcire contenta *ejus* fore vera: quia ita vidit in villa de Lineyo, Tullenſis diœceſis.

B. Petrus omnibus gratus,

Teſtis XIII ſuper XIV articulo dixit quod tempore illo, ipſe loquens nondum cum d. D. Petro morabatur; licet tunc temporis moraretur, ubi fama laborabat de d. D. Petro; videlicet quod erat humilis, devotus, & ab omnibus dilectus, & maximè in univerſitate Pariſienſi, & nedum ipſe diligebatur ab illis, qui ipſum cognoſcebant; verum & ab illis, qui de eo loqui audiebant; prout ipſe loquens pluries audivit dici Pariſiis.

Super XV dixit, quod Papa ſibi contulit præbendam Pariſienſem; quâ intentione, ſe refert

B ad d. Dominum noſtrum Papam.

Super XVI & XVII dixit contenta *eorum* fore vera. Interrogatus quomodo præmiſſa ſcit? Reſpondit quod tunc temporis erat magnus Vicarius in eccleſia Pariſienſi, *ubi*, *ſicut* & in aliis locis, fama ſemper erat de d. D. Cardinale; videlicet de bonis moribus, & laudabili converſatione & humilitate ſuis.

48 Super XXIX articulo dixit quod ſoror ſua Joanna reputabatur bona mulier, & devota; & bene audivit *quod* pluries fuit requiſita à magnis Dominis, ut contraheret matrimonium; ſed numquam contrahere voluit; ſed ipſa totaliter ſe diſpoſuit ordinationi d. D. Cardinalis. Hoc dici audivit à d. D. Card. Nam d. D. Card. de d. ſorore & ejus devotione libenter loquebatur; cui ſorori ſæpiſſime manu ſua propria ſcribebat. Si d. Domina Joanna votum virginitatis emiſit, dixit ſe ignorare.

& omnino caſtus.

Super XXX & [XXXI] articulis dixit quod dum D. Petrus & d. ſoror ejus erant ad invicem in Lineyo, ſtabant ſæpiſſime in una camera, & credit quod propter bona colloquia. De aliis, in dd. articulis contentis, dixit ſe

C tantùm ſcire, quod *nullibi* recordatur audiviſſe d. D. Card. proferentem verba inhoneſta; & quod pluries audivit dd. Dominos principes & milites dicentes verba inhoneſta eo coram; ſed faciebat *geſtum*, inclinando caput, & ut videbatur, multum ſibi diſplicebat. Dixit *præterea* quod præſens fuit pluries; quando fiebat mentio de mulieribus; ipſe D. Cardinalis multum verecundabatur & tacebat. Firmiſſimè credit quod d. Dom. Card. numquam cognovit carnaliter aliquam mulierem. *De* voto Virginitatis, dixit ſe ignorare.

ANNOTATA.

a *Id eſt* Ludo ſcaccorum, *ſic dicto à voce Arabica vel Perſica* ſcach, *quæ* regem *ſonat*; *eò quod præcipua ejus perſona ſit* rex. *Sunt, qui à Germanico* ſcach, *id eſt* latro, *derivent, ut ſit ludus* latrunculorum. *De hac voce diffusè diſſerit Cangius. Cultè & eruditè de hoc ludo ſcripſit Marcus Hieronymus Vida, poëta laureatus.*

b *An* choreabat, *à* chorea? EX MSS.

c Truffa, truſa, & trupha, *eſt* fraus, ne- AVENION.
quitia, dolus. *Exempla dabit Cangius.*

CAPUT III.

Solida & ſincera B. Petri humilitas.

Articuli interrogatorii

A *Rticulus interrogatorius* XVII *habet ea, quæ ſequuntur*: Item quod in eccleſia *Pariſienſi* à die ſuæ receptionis, ætatem moribus tranſiens, maturè & honeſtè converſatus eſt, & ſemper in ſedibus baſſis & inferioribus cum pueris & innocentibus ſedere voluit, & ſedit; licet invitatus fuerit & rationibus inductus, ut ad ſuperiores ſedes aſcenderet.

XVIII. Item quod officia juniorum & innocentium libentiſſimè faciebat: nam quotieſcumque in d. eccleſia proceſſio fiebat, continuo ad deferendam Crucem vel urceolum, ſeu vas aquæ benedictæ ſe offerebat, quamvis adeo eſſet juvenis & debilis, ut timeretur quod ipſam Crucem deferre non poſſet, & quod E
caderet de manibus ſuis, cum ſit magni ponderis & quantitatis. Tamen illam Crucem propter devotionem, quam ad Chriſtum habuit, cum magna devotione pluries portavit: unde quandoque ipſum juvare oportebat, eò quod ipſam alteri dimittere nollet; licet prædicta facere alii inferioris generis communiter refugerent; imo *idcirco* juvenes canonici ſe conſueverunt abſentare: ſuper quo etiam à Majoribus eccleſiæ reprehenſi fuerunt, quod ipſi inferioris ſtatûs & generis, facere recuſabant, quod ille tam nobilis D. Petrus, & in ætate tam tenera, causâ devotionis tam ardenter amplectebatur. *Audiamus quid ſuper præmiſſis articulis depoſitum fuerit à teſtibus.*

Articuli interrogatorii, ac depoſitiones teſtium,

50 Teſtis I ſuper XVII articulo dixit contenta *ejus* fore vera; *quod* ita vidit pluries; ſalvo quod neſcit, ſi invitatus fuerit quod ſederet in altis ſedibus: nam conſuetum eſt in illa eccleſia, quod Canonici, qui non ſunt infra * ſacros, ſedent in ſedibus baſſis. Dum * intra.
ipſe loquens ibat ad d. eccleſiam cum d. D. Petro Card. ipſe loquens ſedebat in altis ſedi- F
bus, & d. D. Petrus in baſſis. Et iſtud eſt verum & notorium, atque publica vox in eccleſia Pariſienſi.

Super XVIII articulo dixit contenta ejuſdem fore vera, quia illa vidit: & de hoc in eccleſia Pariſienſi eſt publica vox & fama. Interrogatus quomodo ſcit, quod d. Dom. Petrus C. ex devotione Crucem portabat? Dixit quod pluries ab ipſo audivit dici, & pluries fuit præſens, dum canonici d. eccleſiæ D. Petrum reprehendebant in portando Crucem, dubitantes quod de manibus caderet. Pluries portabat *Crucem*, *quando ad* officium ſuum non ſpectabat; ſed devotione motus illa faciebat: addens etiam ipſe loquens, quod, dum fiebat proceſſio de eccleſia Pariſienſi ad eccleſiam S. Genovefæ Pariſiis, ipſe d. Petrus ſemper ibat nudis pedibus. Interrogatus, ſi ex ſtatu vel conſuetudine d. eccleſiæ pedibus nudis ibat? Dixit ſe ignorare; tamen pluries canonicos d. eccleſiæ vidit euntes pedibus nudis in proceſ-

ex MSS. AVENION.

sione cum d. D. Petro Card. Parisiis. Plures viderunt. Et de hoc est vox & fama in civitate Parisiensi.

51 Testis II super XVII articulo dixit, quod vidit D. Petrum in ecclesia Parisiensi sedentem in sedibus bassis : si fuerit invitatus de sedendo in altis sedibus, *ignorat*. Bene scit tamen quod ritus erat ecclesiæ Parisiensis, quod nisi canonici hujus ecclesiæ sint infra sacros, non sedent in altis sedibus.

Super XVIII articulo dixit contenta *ejus* fore vera : quia pluries vidit prout in d. articulo continetur. Interrogatus per quod tempus continuavit ? Dixit quod quamdiu fuit canonicus Parisiensis.

52 Testis IV dixit quod, dum d. D. Petrus erat canonicus Parisiensis, primò d. loquens habuit notitiam suam, & quasi per biennium fuit cum eo conversatus, præsertim in ecclesia Parisiensi, ubi d. D. Petrus honestissimè cum aliis canonicis conversabatur in officiis divinis & aliis. Nam ipse loquens pluries vidit d. D. Petrum in bassis sedibus cum pueris sedentem, & non verecundabatur *ibdem* sedere ; licet aliqui verecundarentur, qui erant minoris gradus & generis Dixit insuper, quod frequenter in festis solennibus vidit d. D. Petrum, tunc canonicum Parisiensem, Crucem ecclesiæ deferentem, licet ad eum non spectasset ; sed ubi alii canonici recusabant, ipse portare volebat, & eam, licet sit magni ponderis, portabat, non obstante ejus juvenili ætate ; de quo & aliis suis moribus multi mirabantur.

B

53 Testis IX articulo XXXII *adstipulatus, de quo cap.* 5, *ac deinde* interrogatus, quæ fuit causa movens, quare d. loquens esset d. D. Petri confessor ? Dixit quod quidam D. Nicolaus, tunc Prior Carthusiensis de Divione, Lingonensis diœcesis : & dum d. Petrus voluit d. testem loquentem in confessorem recipere, genibus flexis præsente præfato D. Nicolao, coram d. loquente genibus flexis se posuit, rogando ipsum quod esset confessor suus, & curam animæ suæ reciperet ; quia dicebat se esse juvenem, inscium, ignorantem & indigentem, & ideo indigebat habere unum hominem sufficientem ad eum instruendum, & qui sibi veritatem dicat de suæ animæ salute.

super Beati humilitate.

C

54 Testis XI super XVI articulo dixit, contenta *ejus* fore vera. Dixit *insuper* quod vidit ; *addens* quod canonici d ecclesiæ, qui sunt infra sacros, sedent in sedibus bassis. Canonici vero, qui sunt in sacris, sedent in sedibus altis. Nihilominus tamen datur aliquibus junioribus, in sacris non existentibus, licentia per capitulum, quod possint sedere in sedibus altis, & almutias *a* portare, præsertim cum sunt de magno genere. D. Petrus fuit requisitus per aliquos de canonicis, quod gratiam peteret *à capitulo* sedendi in sedibus altis ; quam petere recusavit.

Super XVIII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera : quia pluries vidit. *Addidit* quod causâ devotionis hoc faciebat ; cum ad hoc non teneretur ; quin imo bene potuisset evitare, sicut plures alii minoris status. Interrogatus, quis juvabat eum Crucem portare ; dixit quod quidam Robertus tunc chorearius ecclesiæ Parisiensis suprad., nunc Capellanus regius.

Testis XII super XVIII articulo dixit, quod vidit pluries præfatum Dom., tunc Canonicum Parisiensem, spontanea voluntate portantem Crucem, dum canonici d. ecclesiæ processionem faciebant. D

Plura profundissimam Beati, & constantem, ad usque extremum spiritum, humilitatem spirantia, videsis cap. 10, *ubi agitur de ejus testamento ac sepultura. Repete etiam memoriâ, quæ diximus de ejus educatione, cap.* 2.

ANNOTATA.

a Almucium, almucia, & aumucia, *est* amiculum *seu* amictus, *quo canonici caput humerosque olim tegebant, teste Cangio.*

CAPUT IV.

Vitæ austeritas, & maceratio corporis.

E

Articuli interrogatorii,

P*Remitto articulos interrogatorios de more, qui sequentis sunt tenoris ; & solito plures existunt. Articulus interrogatorius* XXXV. Item quod idem Dom. Petrus, dum ad lectum suum se declinaret, postquam recesserant sui servitores aut cubicularii, communiter & quasi semper super nattas de paleis, in camera existentes, se deponebat : ubi pluries dormiens repertus est ; & cum quandoque argueretur de indiscretione, cum humilitate & quadam verecundia respondebat, se non diu ibi stetisse, & quod casualiter obdormisset in eisdem.

XLVI. Item quod idem D. Petrus XII ætatis suæ anno consueverat chordulâ cannabis asperâ & nodosâ, super nudam carnem continuè uti ; & eam adeo stringebat, ut, pelle læsa, chordula sanguinolenta efficeretur : licet hoc adeo secretum esse volebat, quod, dum ejus confessor venturus erat ad ipsum, ad aliquem locum secretum d. chordulam deponebat, & dum sibi diceret d. confessor : Verè ista misera chordula vos occidet ; cum humilitate & verecundia respondebat, ipsam non habeo : Et dum fortiùs arguebat, dicendo sibi : Quid dicitis ? Caveatis : Quid dicitis ? Bene scio, quod utimini chordâ. Tunc respondebat, licet cum verecundia : Verum est quod quandoque usus sum Parisiis ; sed quia mendacia mirabiliter abhorrebat, non negavit se uti.

F

56 XLVII. Item quod idem D. Petrus non solùm de die d. chordam habebat ; imo cum ipsa etiam dormiebat de nocte, & sic sæpius dormiens cum d. chorda à suis cubiculariis repertus est. Qui hoc audientes, & super hoc veritatem scire cupientes, *aliter* chordam videre non poterant : quia hoc & eisdem & aliis volebat esse occultum : quod postea tamen propter hoc perceperunt dd. cubicularii ; eo quod pediculi cum abundantiâ maxima à superioribus partibus sui corporis usque ad caligas continuè descendebant, adeo quod ipsæ caligæ & aliæ vestes, camisiæ propinquæ, vix aut numquam purgari poterant ; quia ex immunditia d. chordæ & putredine continua generabantur.

super afflictationibus corporis,

57 XLVIII ;

A 57 XLVIII. Item quod d. D. Petrus certa ſibi præparavit flagella & virgas, quibus (prius camerâ bene clausâ cum propriis vestibus, quos propter hoc in ostio cameræ ex hoc proposito fecerat apponi, ut nullus habens claves, illis horis eamdem intrare valeret) ſuis veſtibus exutus ſe dd. flagellis & virgis acriter verberabat: adeo ut ſanguis per ejus corpus abundanter flueret; & hoc ipſum facere ſæpe viderunt ejus cubicularii per foramina ſeræ ſeu fiſſuras oſtii, eò quod ictus ab extra; dum talia faciebat, nonnumquam audiebant, licet antea aſſuetus eſſet ipſos ad varia mittere loca, & in aliis occupare negotiis, ne à quoquam videri vel audiri valeret, & ut liberius & ſecretius faceret, quod volebat.

XLIX. Item quod d. D. Petrus, non ſolum hoc faciebat in domo propria, imo etiam & in itinere. Unde & quadam vice repertus fuit per ſuos hoc faciens in quadam villa Meldenſis diœceſis, quæ vocatur Liſi, redeundo de Lotharingia Pariſios.

B L. Item quod, dum dubitaretur à ſuis ne ex talibus auſteritatibus vitam ſuam abbreviaret, hortabantur eum à talibus verberibus & flagellis deſiſtere, ſed & ſuum confeſſorem, qui pro tempore erat, admonebant, ut conaretur dd. auſteritates ab illo auferre; quod & tentavit facere. Quod nec fieri potuit; quamvis Scripturas ſacras ad hoc faciendum ſibi allegaret. Quæ libenter & humiliter audiebat, nec tamen propter hoc deſiſtebat.

& jejuniis. 58 LIII. Item quod jejuniis & abſtinentiis ſe plurimum affligebat & macerabat: nam & ultra jejunia communia & præcepti, ſine intermiſſione ſolitus erat jejunare quartâ feriâ, ſextâ & Sabbato; & vigilias quinque feſtivitatum B. Mariæ Virginis in pane & aqua; & in vigiliis B. Mariæ Magdalenæ & S. Nicolai, B. Catharinæ, S. Thomæ Cantuarienſis, & aliorum plurimorum Sanctorum, & per totum adventum etiam indeficienter jejunabat. Unde quadam die in Adventu Domini, dum comederet in præſentia Domini noſtri Papæ, [dum] ad mandatum ipſius obedientiæ, neceſſitate compulſus, carnes comediſſet, valde
C doluit & poſtea in aliis jejuniis compenſationem fecit ultra condignum, propter jejunii fractionem ſeu carnis comeſtionem; licet de mandato hoc fecerit.

59 LIV. Item quod d. Dom. Petrus ultra præmiſſa, certa jejunia & plura faciebat imperceptibiliter, & quanto ſecretius potuit; ſic quod non percipiebantur niſi ab illis, qui ſingulariter mores ſuos cognoſcebant. Qui cum crederetur comedere, ſignum faciens comedendi, ſæpe nihil comedebat niſi panem, & quæ jejunium cibaria requirebat. Sæpe à quibuſdam etiam magnis Prælatis de curia, diebus, quibus abſtinere volebat à carnibus, quibus alii utebantur, compellebatur comedere; quibus, dum ſe eis uti ſimularet, cautè de ore ſuo extrahebat.

60 LXXV. Item quod ſuperveniente ejus infirmitate circa Adventum Domini; in quo corpus ſuum ſatis afflixerat pœnitentiâ, jejunio, orationibus, vigiliis & verberibus plus ſolito, coactus fuit conſilio medicorum, & Domini noſtri Papæ mandato, latius ſolito licitis cibariis uti, quamvis invitus; tamen à prædictis *vigiliis*, *jejuniis* & orationibus non abſtinuit, quouſque vix potuit rebus neceſſariis uti, invaleſcente ejus infirmitate. *Ad quos articulos deponunt teſtes, prout ſequitur.* EX MSS. AVENION.

61 Teſtis I ſuper XLV & XLVII articulis dixit quod à d. Dom. Petro dici audivit quod chordulam portabat, volens d. loquentem ad portandam d. chordulam inducere. d. Teſtis chordulam non vidit uſque poſt obitum d. D. Petri C. Dici audivit, quod chordulam portaret, ſemel dumtaxat, videlicet Avenione. Nullus erat præſens. Tamen d. loquens dixit quod dum d. Petrus ſe appodiabat, d. chordulâ gravabatur, prout ipſi teſti dicebat, & credit ipſe teſtis, quod chordulam portare incepit à tempore, quo promotus fuit ad Cardinalatum, quia quamdiu ſecum jacuit, percipere non potuit, quod chordulam portaret. *Depoſitione teſtis primi de aſpera chordula;*

62 Super XLVIII articulo, dixit ſe audiviſſe dici à quodam Stephano cubiculario d. D. Petri, contenta in d. art. fore vera; in Avenione dixit ſe audiviſſe dici. *Præterea* dixit quod tempore vitæ d. D. Petri vidit virgas, E & chordulam poſt obitum: nam vivente D. Petro contigit ſemel, quod Nicolaus Clacquin intravit ſtudium d. D. Petri; ubi ipſe D. Petrus erat, & in d. ſtudio invenit virgas, & petiit à d. Dom. Petro, quid faciebat de illis virgis: qui dixit quod canes à ſtudio ſuo fugabat, & ex poſt, dd. virgas in arca ſua poſuit; ubi fuerunt repertæ poſt obitum d. D. Petri C.; & chordula fuit per loquentem, & Stephanum de Houdravilla, cubicularium d. D. Petri, ſubtus nattas cameræ, in qua jacebat d. D. Petrus, reperta. Si d. D. Petrus portabat cilicium, dixit ſe neſcire; licet benè audierit, quod in Avenione per cubicularios ſuos voluit facere emi: qui quidem cubicularii noluerunt emere. Alia de contentis in d. articulo, dixit ſe neſcire, ſalvo quod præmiſſa dici audivit à Michaële quondam cubiculario d. D. Petri in Avenione. *Item de virgis,*

63 Super art. XLIX dixit ſe audiviſſe contenta *ejuſdem* fore vera, à Stephano de Houdravilla, cubiculario d. D. Petri, qui in villa de Liſeio, in articulo nominato, cum præfato D. Petro Card. erat in regreſſu de Lotharingia Pariſiis, & qui Stephanus vidit præfatum D. Petrum ſe de virgis verberantem. F Interrogatus, ubi præmiſſa dici audivit? Dixit quod Pariſiis. De hoc erat inter familiares d. D. Petri publica vox & fama; quæ d. Stephanus divulgavit. *etiam in itinere à Beato adhibitis.*

64 Super L. articulo dixit quod præſens fuit ſæpe, dum Nicolaus Clacquin dicebat D. Cardinali, quod tenendo vitam, quam ducebat, dies ſuos abbreviabat, nec diu vivere poterat. Interrogatus, in quibus locis præmiſſa dici audivit, & quibus præſentibus? Dixit quod Pariſiis, & hîc in curia. Pariſiis audivit quod magiſter Gerardus de Vervino, qui Pariſiis erat confeſſor d. D. Petri, fuit inductus per famulos d. D. Petri, ut in confeſſionibus & ſecretis induceret d. Petrum, ne tales abſtinentias faceret, & ab inceptis deſiſteret, & dum ipſe confeſſor præmiſſa diceret eidem D. Petro, ipſe fuit contra d. confeſſorem ſuum commotus, dicendo quod extra confeſſionem poterat ſibi iſta dicere, & non retrahere ab illis, quæ tangebant ſalutem ſuæ animæ: & tunc confeſſor dixit, quod ſequeretur devotionem ſuam. Interrogatus quomodo præmiſſa ſcit? Dixit quod ita audivit dici à d. D. Pe- *Ejus auſteritatibus fruſtra obnituntur alii*

EX MSS. AVENION.

D. Petro, & etiam à d. Gerardo de Vervino, Pariſiis, poſt regreſſum de Lotharingia ; & diviſim ſibi loquenti dixerunt.

Frequentia ac rigida jejunia ejus

65 Super LIII articulo dixit, ſe tantum ſcire de contentis in d. articulo, quod, dum d. D. Petrus erat Pariſiis ſtudens ſine prælatione, ſolum jejunabat jejunia per Eccleſiam præcepta ; hoc excepto, quod in quadrageſima quater in ſeptimana jejunabat, videlicet feriis ſecundâ, quartâ, ſextâ, & Sabbato cujuſlibet ſeptimanæ. Die Mercurii verò quandoque jejunabat, dum Pariſiis erat & morabatur ; & quamdiu fuit in curia, ſemper jejunavit ter in ſeptimana, & ulterius ſemper in quinque vigiliis B. Mariæ jejunabat in pane & aquâ. In vigilia S. Laurentii etiam in pane & aqua. In aliis vigiliis Sanctorum & Sanctarum frequenter jejunabat ; videlicet in feſtis B. Nicolai, B. Mariæ Magdalenæ, B. Martini, & S. Catharinæ, & etiam Adventum Domini. Ita vidit *teſtis*, quia continuo cum d. Dom. Petro prandebat.

B *exponuntur,*

66 Super LIV dixit, ſe tantùm ſcire quod cum d. D. Petrus eſſet Pariſiis, volens incipere jejunare diebus Mercurii, quandoque diebus Mercurii veniebat ad menſam horâ cœnæ cum aliis & fingebat ſe comedere, licet non comedebat, imo interdum cibaria de ore expellebat. Addit etiam loquens, quod de primo anno, quo d. D. Petrus venit ad curiam, & primâ Dominicâ de Adventu Domini, D. Epiſcopus Ludovenſis, auditor cameræ Apoſtolicæ, non invitatus, venit ad comedendum cum præfato Domino Petro. Itaque fuerunt coram eo aſportatæ carnes ; & cum idem D. Petrus eſſet per auditorem ſupradictum inſtigatus de comedendo carnes, ipſe fingens comedere, ac volens jejunium ſervare & à carnibus abſtinere, de ore carnes cautè expellebat, nec comedit. Interrogatus quomodo ſcit ? Dixit quod in menſa erat & percepit quod diſſimulabat comedere carnes, & tamen non comedebat. Etiam plures alii perceperunt, præſertim ſcutiferi exiſtentes coram eo.

C *coacti illa mitigare juſſu Clementis PP.*

67 Super articulo LXXV dixit, ſe tantùm ſcire, quod Dominus noſter Papa præfato D. Petro mandavit etiam ſub pœna excommunicationis, quod comederet carnes & alia cibaria juxta ordinationem medicorum, & chordulam deponeret, & quod non faceret abſtinentias, ſecundum quod conſueverat. Ipſe loquens præſens erat quando D. Epiſcopus Ludovenſis, auditor cameræ Apoſtolicæ, præfato D. Petro præmiſſa dixit, & inhibuit de mandato ſupra dicto. Quæ audiens d. Dominus Petrus, licet moleſtus eſſet, volens mandatis prænominati Domini noſtri Papæ obedire, carnes comedit, etiam præſente d. loquente ; & addit ipſe loquens, quod audivit à præfato Domino Epiſcopo Ludovenſi, quod, quando ad eum venit, invenit d. D. Petrum accinctum d. chordâ, quam amovere promiſit ſæpe dicto Epiſcopo. Et hoc fuit in Avenione, videlicet in principio infirmitatis, de qua mortuus eſt.

Depoſitio teſtis ſecundi de vigiliis,

68 Teſtis II ſuper XXXV articulo dixit ſe tantum ſcire, quod poſtquam d. D. Petrus fuit reverſus de Lineio Pariſios, ſemper, quamdiu vidit, cum camiſia linea & cum femoralibus lectum intrabat, & licet prædicto modo lectum intraret, aliquando reperit ipſum in lecto tunica brevi, ſuper camiſia veſtitum & dormientem, viginti vicibus vel circa. Interrogatus qua de cauſa tunicam illam induebat ? Dixit quod credit, quod causâ pœnitentiæ faciebat. Interrogatus, ſi in veſtibus ſuis habebat pediculos. Dixit quod ſic : tamen pauci erant in tunica, ſed in caligis ſuis plures habebat. Semel Pariſiis ipſe loquens invenit d. D. Petrum ſuper nattas de paleis dormientem, circa horam mediæ noctis & in tempore hiemali. Erat indutus de una tunica longa forrata de griſiis *a*. Interrogatus ſi erat calceatus ? Dixit quod credit quod ſic, *affirmans, quod* erat Cardinalis tunc temporis, *& quod* de ſero poſuerat ſe in lecto. D *a*

69 Super articulo XLVI reſpondit, quod audivit à Stephano Alant, cubiculario d. D. Petri & ſocio ipſius loquentis, quod d. D. Petrus chordulam deferebat, & quod pluries illam viderat ; d. verò loquens numquam vidit ipſum eam deferentem : tamen firmiſſimè credit quod ante ejus infirmitatem per medium annum vel circa chordulam portavit.

Super XLVII dixit quod bene ſcit quod d. D. Petrus pediculis abundabat plus ſolito in caligis, propter quod præſumebat quod chordam portabat, vel aliquid aliud juxta corpus, ex quibus generabantur dd. pediculi plus ſolito. E

uſus dictæ chordulæ,

70 Super XLVIII & XLIX : Bene ſcit quod d. D. Petrus in ſtudio ſuo poni fecit vectes ferreos à parte interiore ſtudii ſui, cum quibus interdum ſe infra ſtudium claudebat. *Item teſtis* audivit à Stephano ſocio ſuo d. D. Petri cubiculario, quod ſemel per foramina ſeræ, ſeu fiſſuram oſtii d. ſtudii ſui, vidit d. D. Petrum C., ſe verberantem in Avenione, & etiam dixit ſe vidiſſe in loco Liſi, in articulo nominato.

verberationibus,

Super L dixit, quod ſæpe audivit, magiſtrum Joannem de Marchia auditorem, Hugonem Chaudronier & Nicolaum Clacquin, famulos d. D. Petri C., eumdem reprehendentes de contentis in d. articulo ; ipſe autem D. Petrus tacebat. Ipſemet loquens, pluries d. D. Petrum increpuit. Iſta ſibi dicta fuerunt per ſupradictos famulos ſuos Avenione in domo ſuæ habitationis. Famuli ſupradicti D. Epiſcopum Ludovenſem rogaverunt, ut d. D. Petrum C. reprehenderet, quod à talibus auſteritatibus & flagellis abſtineret. F

jejuniis in pane & aqua,

Super LIII dixit, quod qualibet ſeptimana D. C. ter jejunabat ultra jujunia, per Eccleſiam ſtatuta, & in vigiliis feſtorum B. Mariæ in pane & in aqua jejunabat. Scit *præterea* quod Adventum Domini jejunabat, & ſemel audivit ipſe loquens, quod D. Petrus C. in præſentia Domini noſtri Papæ & tempore Adventûs Domini, carnes comedit, de *ejuſdem* Papæ mandato : in craſtinum verò à carnibus abſtinuit, ut prius, & multum doluit de tranſgreſſione.

*ſimulata comeſtione. * lege Nicolao.*

Super LIV dixit, ſe audiviſſe, contenta *ejuſdem* fore vera, à Matthæo Cordonarii & Guilielmo * Clacquin, primò Pariſiis, in Lotharingia, & hîc in curia ; addens etiam d. loquens, quod in Lineio dici audivit, quod ſoror d. D. Petri C., eumdem docuit modum ſimulandi præmiſſo modo.

71 Teſtis VIII dixit, quod poſtquam d. D. Petrus fuit electus ad eccleſiam Metenſem, incepit facere tot & tantas abſtinentias, & tot audire

A audire Missas & orationes dicere, *at ne extra oleas vagemur; de orationibus postea suo loco.*

Depositiones testis noni, de vigiliis,

Testis IX super XXXV articulo dixit, se audivisse à Guidone, alias Hutin, & Michaële, cubiculariis præfati D. Petri C., quod invenerunt eum super nattas jacentem, & ipsi loquenti dicebant, ut *ipsum* reprehenderet. A tempore, quod fuit confessor suus, plusquam centies dd. cubicularii tam super hoc, quam super aliis austeritatibus d. D. Petri fuerunt ad invicem & divisim conquesti. Cubicularii supradicti, vel alteri ipsorum, eidem testi dixerunt, quod semel invenerant d. D. Petrum super nattas orantem cum candela in una manu & libro in alia, flexis genibus & capite nudo; licet eadem nocte, ut consueverat, se posuisset in lecto.

usu chordulæ,

72 Super XLVI articulo dixit, quod quasi per triduum ante obitum D. Petrus chordulam portavit, & usus fuit tam in Parisiis quam hîc Avenione, prout ipse eidem testi loquenti revelavit. Addens *insuper*, quod d. D. Card. sibi etiam revelavit, quod, dum pro ipso mittebat, illam chordulam deponebat, ad finem quod d. loquens illam non videret; quia pluries reprehendit ipsum. Die sui obitus præmissa revelavit præfato loquenti. In extrema unctione d. D. Petri, & etiam post obitum ejusdem, vidit cicatrices & signa, in illa parte corporis, in qua ponitur cingulum, seu zona, & plus ad latera erat læsus, quam in ventre & dorso; *addiditque* quod in unctione & etiam post obitum, plures viderunt & videre potuerunt.

B

virgis,

Super XLVIII dixit, quod cum D. Petrus esset in infirmitate, etiam se relevavit de virgis. Michaël & Stephanus eidem loquenti dixerunt, quod ipsum viderant se verberantem per rimas & ferraturam ostii cameræ. Credit, quod dd. cubicularii sibi dixerunt, quod de corrigiis erant ipsæ dd. virgæ.

frustrà obsistente confessario.

Super L, dixit quod ipse loquens erat confessor suus, & pluries assignavit ipsi D. Petro auctoritates, ut à prædictis austeritatibus abstineret; quia eum sciebat nimis ad hoc voluntarium, dubitans de excessu & indiscretione in eisdem, cum esset corpore juvenis & debilis: ipse autem verba & auctoritates supradictas libenter audiebat, tamen à prædictis non desistebat.

C

Quoties B. Petrus jejunaret,

73 Super LIII articulo dixit, quod *ex* quo cognovit d. D. Petrum, ipse jejunabat quartâ & sextâ feriis, unà cum Sabbato, & etiam vigiliis ex præcepto. Cum semel ipsi diceret, quare tantum jejunaret, volens ipsum retrahere à tantis abstinentiis; respondit, quod B. Joannes Bapt., dum eo junior erat, jejunabat; dicens: Ego sum majoris ætatis, & magnus & fortis, quare non possum jejunare? Præfatus D. Petrus in quinque vigiliis B. Mariæ in pane & aqua jejunabat, & in vigiliis Beati Nicolai, Mariæ Magdalenæ, S. Catharinæ & S. Thomæ Cantuariensis; de quo, obses in Calesio, tot & tanta bona audivit, quod ex tunc habuit ipsum in magna reverentia & devotione. *Præterea*, quod Adventum Domini jejunabat. *Idem testis* sæpissime fuit in mensa cum eo, & ab eo dici audivit, quod illis diebus jejunabat.

74 Super LIV articulo dixit, se *intellexisse* à familiaribus d. D. Card., quod d. D. Petrus multoties fingebat comedere, & non comedebat.

EX MSS. AVENION.

75 Super LXXV articulo dixit, quod d. D. Petrus in Adventu carnes non comedisset, nisi fuisset ex præcepto D. N. Papæ, & medicorum consilio; quorum consilio remissius solito, propter infirmitatem, in jejuniis & orationibus se habebat.

& an in pane & aqua?

76 Testis X super LIII dixit, quod præfatus D. Petrus quartâ & sextâ feriis ac Sabbato jejunabat, & in vigiliis B. Mariæ; sed non recordatur, si in pane & aqua. *Item* vigiliâ S. Catharinæ jejunabat. Ita vidit *loquens testis*, per duos annos.

Super LXXV articulo dixit, quod de contentis *ejusdem*, erat fama publica inter familiares d. D. Petri C.

Quid, deposuerit testis undecimus de chordula,

77 Testis XI super XXXV articulo dixit, quod audivit à cubiculariis d. D. Petri, quod à tempore suæ promotionis ad cardinalatum, numquam nudus intrare voluit lectum: & quod aliquando repertus fuit super nattas de paleis nocte.

Super XLVI & XLVII articulis dixit, quod postquam d. D. Petrus fuit ad cardinalatum promotus, cum esset ætatis XV annorum, incepit uti d. chordulâ. *Audivit* à magistro Hutino, à Michaële & Stephano, cubiculariis d. D. Petri C., qui dicebant, pluries d. chordam vidisse de nocte. *Item* audivit *ab iisdem* quod vix aut numquam d. D. Petrum à pediculis purgare poterant, qui cum maxima abundantia à superioribus partibus sui corporis usque ad caligas descendebant; licet dd. cubicularii multum laborarent, dicentes; quod ex putredine chordæ, quam juxta carnem nudam portabat, generabantur.

E

virgis;

78 Super XLVIII articulo dixit, quod semel vidit in quodam coffro secreto, quasdam virgas de arbore quadam, vulgariter vocata boulo *.

* Bouleau betula.

79 Super L articulo: Ipsemet loquens sæpe reprehendit d. D. Petrum ad partem & etiam publicè, in præsentia aliorum d. D. Petri familiarium. Similiter *ipsum* reprehendebant magister Joannes de Marchia auditor, Hugo Chaudronier camerarius, & magister Hutinus, cubicularius; & cum eis non proficeret, quia nolebat desistere, fecerunt sibi dici per Dominos Cardinalem de Salutis, Episcopum Lodovensem, cameræ Apostolicæ auditorem; magistrum Ægidium d. Dom. Petri confessorem, qui etiam DD. Cardinalis, Episcopus, & confessor ad supplicationem & requestam supradicti loquentis & aliorum, proximè nominatorum familiarium d. Dom. Petri, D. N. Papæ dixerunt & exposuerunt supplicando, d. D. Petro Card. mandaret, ut à talibus austeritatibus astineret.

F

item distinctè de jejuniis in pane & aqua.

80 Super LIII dixit quod jejunabat jejunia per Ecclesiam præcepta; & quartâ feriâ, sextâ, & Sabbato, & vigilias festivitatum Virginis Mariæ in pane & aqua & in cibariis communibus in vigiliis B. Mariæ Magdalenæ, S. Catharinæ & S. Nicolai, totum *insuper* jejunabat Adventum. Interrogatus, per quot annos jejunavit Adventum? Dixit quod per duos. Cœpit jejunia facere à tempore suæ promotionis ad cardinalatum. *Antea observavit quidem* aliqua, sed non ita ordinatè.

81 Super LIV dixit, *quod factus Cardinalis*, incepit jejunare IV & VI feriâ & Sabbato, aliquando veniebat ad cœnam, sedens cum aliis, nihilque comedebat.

EX MSS. AVENION. Super LXXV dixit, quanto infirmitas d. D. Petri crescebat, magis talia, etsi non in toto, saltem in parte paulatim dimittere cogebatur.

Refert testis 12 victoriam Beati de gula, Testis XII super XLV, dixit, quod praefatus D. Card., cum valde diligeret ova, in animo suo proposuit ova non comedere per unum annum, sicut nec comedit, dicendo quod gula sua, seu os suum, non esset magistra sui. *Testis verba illa ipsum dicentem* audivit, *addens* quod tunc temporis coram d. D. Petro ad mensam serviebat.

82 Super L articulo dixit ipse loquens, quod pluries d. D. Petro dixit, ut à talibus austeritatibus abstineret; *quod* aliter dies suos abbreviaret.

& jejunia in pane & aqua. 83 Super LIII articulo dixit, quod praefatus D. Petrus ultra jejunia praecepta, IV feria, VI & Sabbato jejunabat, non in pane & aqua; sed in quinque Vigiliis festivitatum Virginis Mariæ, bene jejunabat in pane & aqua: & in Adventu Domini etiam jejunabat; *sicut etiam* in pluribus vigiliis. *Testis* serviebat in mensa, & praesens erat & videbat. Incepit illa jejunia facere, statim post promotionem
B suam ad ecclesiam Metensem, & usque ad infirmitatem *mortalem* continuavit.

Super LIV articulo dixit, quod frequenter vidit, quod d. Dom. Petrus ibat ad cœnam & coram eo cibaria portabantur, & simulabat comedere, & tamen nihil comedebat. Vidit hoc Parisiis & Avenione.

Super LXXV dixit, quod jejunia continuavit, donec & quo usque fuit oppressus per infirmitatem *suam mortalem.*

Testis 13, afflictiones corporis, 84 Testis XIII super XLV articulo dixit, quod nedum austerus fuit sibi in curia; imo & ante Parisiis, & alibi austerus sibi erat pluribus & diversis afflictionibus, in jejuniis & vigiliis, & verberatione carnis suæ & infinitis aliis. Dixit etiam d. loquens, *quod multoties loquebatur* d. D. Cardinali, ipsum exhortando, & sibi dicendo, quod nimis se affligebat, & quod malè faciebat, & non cum discretione sic se affligebat, prout ostendebat sibi, quod licitum est bene domare carnem suam, & se affligere, juxta istud; Curam carnis ne feceritis: dum tamen homo non se nimis affligat; cujus tamen contrarium ipse faciebat. Ipse vero d. Cardinalis respondebat; quod nihil faciebat, quin facere posset; & dicebat, quod illud, quod cor hominis vult, & corpus potest; & quod Deus juvat quemlibet,
C qui habet bonam voluntatem; subjungens & allegans d. D. Card. quomodo plures Sancti jejunabant, & in eremo stabant, & herbas & similia comedebant, & quod ita homines facere possent, & quod ipse videre non poterat, quomodo ad hoc responderi posset.

dissuasit; & at non inhibuit. 85 Et dum d. loquens sibi dicebat, quod dicti Sancti vel fuerant inspirati, vel tunc temporis homines erant fortioris complexionis, quam nunc sunt, dicebat d. D. Cardinalis, quod Deus ipsos juvaret propter bonum propositum ipsorum. Dixit ulterius d. loquens, quod dum talia & similia d. D. Cardinali dicebat, ipse D. Cardinalis respondebat dicebatque: Vos male facitis; vos deberitis mihi dicere contrarium, & tenemini. Ipse verò loquens replicabat: Domine plures amici vestri mihi dicunt, quod ista vobis debeo ostendere, & dicere, & imponunt mihi multa. Nescio, quid facere. Vos male contestamini & alii etiam. D
d. D. Cardinalis dicebat: Non curetis, faciatis semper prout vobis videbitur faciendum secundum conscientiam vestram, & non curetis de verbis hominum; allegabat enim pluries ipse D. Card. illam auctoritatem, videlicet; Si hominibus placerem, Christi servus non essem; & non nocerent alicui verba aliena, quem propria non maculat conscientia. Infinita similia proponebat.

An gestarit 86 Super XLVI & XLVII articulis dixit, quod ipse nesciebat, d. D. portare chordam; donec unus de suis cubiculariis dixit sibi; qui cubicularius venit ad ipsum loquentem, dicendo sibi: Quid faciemus? Dominus sic & sic portat chordam, & jacet cum ea: ponatis remedium, aliàs non poterit diu vivere: sed pro Deo caveatis, quod nesciat, quod ego dixerim vobis; quia perpetuo me haberet ingratum: ipse vero loquens cogitavit modum, per quem honestè posset cum d. D. Petro C. de ista materia loqui, & per aliquot dies post, venit ad d. D. Petrum C., dicendo: Domi- E
ne mi, vos portatis chordam, caveatis vobis: Profecto vos non poteritis diu vivere; si hoc continuetis: quia vos estis juvenis, & chorda corrodet carnem vestram, & macerabit taliter, quod non poterit poni remedium. Ipse vero D. C. per quamdam admirationem dixit; Creditis vos quod ego portem chordam? Quare portarem ego eam?

chordulam, 87 Numquam enim negavit expresse, nec consensit etiam. Quomodo scitis vos? dixit Dominus Petrus Cardinalis. Respondebat ipse loquens: Domine dico vobis pro certo, quod somniavi, quod chordam portabatis, & quod erant in ea certi nodi, qui intrabant in carnem vestram circa ventrem. Dictus D. Cardinalis, hoc audiens, multum miratus fuit, & dixit bis. Est verum, quod sic somniaveritis? Respondebat d. loquens, quod sic: cui numquam dicere voluit, quod portaret, licet ipse loquens multum illum infestaret. Dixit ulterius d. loquens, quod quasi per tres dies post, ipse Dominus vocavit dictum loquentem, cui dixit: Magister Joannes, per animam meam, à quatuor diebus citrà vos somniastis unum somnium, ita verum, & ita propriè in forma, sicut si oculis propriis vidissetis. Ipse vero loquens, cogitans, quod erat de chorda, fingens se nihil scire, infestabat d. D. Cardinalem, F
quod sibi diceret, quid hoc esset. Dictus vero D. Cardinalis dixit sibi quod pro certo non faceret, nec aliud potuit ab eo habere, & dum dicebat ipse loquens, quod erat de chorda; ipse respondebat per aliqua verba extranea, non negando, nec affirmando. Addit ipse Testis loquens, quod per aliquos dies post, ipse Dom. Card. vocavit d. Testem loquentem, dicendo sibi: Habeo ventrem aliqualiter durum, & inflatum, ponatis manum vestram, & sentiatis: ipse vero loquens statim cogitavit, quod ipse D. Cardinalis amoverat chordam, manum apposuit, & circumcirca ventrem tetigit, & chordam non invenit. Credit d. loquens, quod d. D. Card. chordam amoverat, ut ipse loquens crederet, quod chordam non portaret. Dixit ultra hoc d. loquens, quod verum est, quod ponitur in articulo de pediculis: quia ipse loquens vidit & quandoque dicebat ipsi D. Cardinali: Domine facia-
tis amoveri per vestros cubicularios, & multoties

A toties dum d. loquens d. D. Cardinali legebat, & juxta eum ſedebat, ipſe D. Card. ſæpiſſime manum ponebat per ſubtus tunicam ſuam circa ventrem ſuum, ſemper ſe movens, & hoc faciebat, ut credit ipſe loquens, dicta chorda & pediculi etiam. Quandoque etiam dum ipſe Dominus ſedebat in menſa, & ſurgebat, unum vultum faciebat, ac ſi malum aliquod vel infirmitatem haberet vel ſentiret, & credit d. loquens, quod hoc eſſet & faceret chorda.

Ægerrimè fert monitiones,

88 Ulterius addit d. loquens, quod dum ipſe loquebatur Domino de iſtis afflictionibus & aliis, & quomodo alii loquebantur, &c. Ipſe D. Card. fuit multum turbatus, & dixit: O bene video quid eſt, non habeo aliquem pro me, omnes ſunt contra me; Deus velit me juvare! Bene video quod homines volunt me facere dimittere bonam viam & ſequi malam. Certe certè, dixit ipſe D. Card., ego tantum faciam, quod totus mundus loquetur de me, & dicebat d. D. Cardinalis prædicta verba in Gallico, iſto videlicet: Je vois bien qu'on me veut faire venir de bonne voye à la
B malvaiſe: certes certes ſi je m'y mets, je feray tant que tout le monde parlera de moy.

de deponendis auſteritatibus.

89 Dixit ulteriùs d. loquens quod prædicta verba in Gallico rectè in forma, nihil addito vel remoto, ut credit firmiter, protulit ipſe D. Card.; & hoc dicebat ipſi ſoli loquenti, quæ audiens d. teſtis loquens, turbatus fuit pro illa hora, quando vidit d. Dominum ſuum ſic loquentem. Cui dixit; Domine mi, nullus eſt qui velit quod faciatis malum, ſed bonum; ſed dicitur, quod nimis carnem veſtram affligitis, & quod diu vivere non poteritis. Plura alia dicta fuerunt, de quibus non recordatur ipſe loquens; qui addit quod aliquando ipſemet loquens in vita ipſius D. Cardinalis dicebat aliquibus, quod mirabatur de iſto juvene, quia communiter prædicatur juvenibus, ut bonum faciant, ſed non eſt ſic in iſto; imo oportet ſibi prædicare, quod non tot ſic faciat, ſicut facit.

Virga & chordula, poſt Beati obitum inventa.

90 Super XLVIII articulo, dixit quod credit contenta *ejus* ſore vera propter aliquas & plures conjecturas, quas ipſe vidit in vita d. Dom. Petri. *Nam* in ſtudio ſuo habebat certas virgas juxta locum, in quo genibus flexis
C orabat: & ipſe loquens petiit à d. Dom. Petro C., quid faciebat ipſe de illis virgis? Qui reſpondit quod canis ſuus veniebat ſæpe juxta ipſum, & quod propter ipſum dd. virgas habebat. Dixit ulterius d. loquens, quod iſtas virgam & chordam prædictas reperit poſt mortem d. D. Petri C. ſubtus nattas, quæ erant dicto in ſtudio. Dixit etiam d. teſtis loquens, quod ipſe D. Card. fecit apponi vectem in atrio ſtudii ſui, ad finem, ne dictus loquens intraret certâ horâ, quâ orare volebat (ut ipſe loquens credit firmiter) & ſe affligere, & erat hora illa, quâ ſe affligebat verberibus. Unde ſemel ipſe loquens per quoddam foramen cameræ ſuæ audivit ipſum D. Petrum C. ſe, ut ſibi videtur, dicto in ſtudio percutientem, & cito pòſt ipſe loquens percuſſit ad oſtium, ut d. D. Petrus aperiret, & tunc ipſe loquens vidit d. D. Petrum C., qui ſe feſtinanter induebat; quia erat in camiſia ſola, & hoc vidit, qui loquitur, per foramen. Dixit etiam d. loquens, quod fuit magna controverſia inter d. D. Card. & ipſum loquentem de dicto vecte, quare illum ponebat, & quod ipſe faceret coram ipſo loquente, quæque vellet. Et d. D. Card. ſibi dixit, non curetis vos: bene ſcitis quod non eſt aliquis, qui habeat ita bonum amicum, quin aliquando velit ſolus aliqua facere, quæ non vellet ſciri à quoquam, quantumlibet privato. EX MSS. AVENION.

Contemptus corporis, jejunia,

91 Super L articulo dixit, quod ſe refert ad depoſitionem ſuam, quam fecit in XLIX art. Verum eſt enim, quod ſibi prædicabatur, qualiter vitam ſuam abbreviabat propter nimias auſteritates, quas faciebat, prout d. loquens d. D. Card. dicebat: qui quidem D. Card. d. loquenti dicebat: Curatis vos de iſta miſera carne? Dicendo hæc verba in Gallico: fy! Curés vous de cette charoigne? & loquebatur D. Card. de ſua carne propria, & pluries ipſe D. Card. dixit aliqua verba, per quæ deſpiciebat & contemnebat ſuam carnem.

Super LIII dixit, quod ipſe D. Card. pluries jejunavit in IV feria, VI, & Sabbato, ultra jejunia de præcepto; non tamen in pane & aqua, ut credit. E

Super LIV dixit, quod pluries ultra jejunia conſueta & ab Eccleſia inſtituta, ipſe jejunabat, & aliquando fingebat ſe in menſa comedere, & non comedebat.

Super LXXI articulo dixit, *quod* vidit, quod d. Dom. Card. adhuc jejunabat; & tamen multùm infirmus erat; qui continuare ſemper volebat; ſed tamen cum difficultate jejunia dimiſit, quia plus portare non potuit.

victûs frugalitas;

92 Teſtis XVII ſuper LIV articulo dixit, quod Dom. Cardinalis modicum comedebat, & in tantum lymphabat vinum, quod vix ſaporem vini retinebat.

chordula.

Teſtis XVIII ſuper XLVI dixit, quod propter officium ſuum tetigit, & tangere & videre voluit d. D. Petrum Card. ad carnem nudam, & licet ipſe D. Card. aliquoties ſine dilatione exhiberet ſe, interdum tamen petebat dilationem, dicendo: Vadatis modicum ſpatiatum, & poſtea videbitis. Ex quo præſumit ipſe loquens, quod illis vicibus, pro quibus petebat dilationem, chordulam portabat, & dum eum videbat, habebat foveam in brachiis, & in medio corporis; & dictæ foveæ erant nigræ propter ſanguinem mortuum & coagulatum; & dum ipſe loquens peteret à D. Card. quid erat; reſpondebat quod non debebat de omnibus petere; ita quod noluit ſibi dicere, licet cubicularii dicerent d. loF quenti, quod dictæ foveæ provenirent ex nodis chordæ, quam d. D. Card. portabat. Dixit etiam quod poſt mortem vidit illam dictam chordam, de qua erat fama, quod ipſam portaſſet.

ANNOTATA.

a *Eſt Galliciſmus, quo ſignificatur* veſtis duplicata, ex aſſuto cinericei coloris; *à verba Gallico* fourrer, *& adjectivo* gris.

EX MSS. AVENION.

CAPUT V.

Quam eximius fuerit in B. Petro ſpiritus orationis.

ARticuli interrogatorii huc ſpectantes præter XXXI, *quem dedi jam nunc cap.* 2, *& hîc volo haberi pro inſerto, ſic ſonant, prout ſequitur.*

XXXII. Item quod idem D. Petrus eodem, tempore, factus eſt maximus orationis exquiſitor: unde ſibi collegit orationes varias, ut de Trinitate, de Chriſto, de beata Virgine, de S. Michaële, & aliis Angelis; de Apoſtolis, & aliis peculiaribus Sanctis. Ex quibus non modicum ſibi fecit confici librum; quas orationes omni die devotiſſimè ſolitus dicere conſuevit, in oratorio ſuo.

XXXIII. Item quod poſt Horas canonicas diutius oraret, quam illæ ſe extenderent: ita B ut raro comederet horâ aliis DD. ſui ſtatûs conſueta; & ſemper antequam intraret lectum, aliquas orationes peculiares & multum prolixas dicebat; ita quod exſpectando, ejus cubicularii attædiati nimiâ vigiliâ, ultra quam tolerare poſſent, gravati obdormierunt.

XXXIV. Item quod communiter genibus flexis oravit, & capite nudo, etiam tempore hiemali, in oratorio ſuo aut in camera, & ſæpe in oratione noctes ducebat inſomnes.

Preces nocturnæ, Teſtis I ſuper XXXI articulo dixit, quod D. Petrus ſororem ſuam circa matutinas & alias Horas canonicas inſtruebat, cum ipſa neſciret ordinare; & communiter præfatus D. Petrus, ſurgens circa mediam noctem cum D. ſorore ſua ibat, & ibidem dicendo Horas ſuas & orationes, per duas horas & ultra invicem remanebant. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit quod pluries vidit, & d. Dominus Petrus dictum loquentem excitavit, & ſimul cum iis ad dicendas Horas & orationes ivit, & ipſe loquens ſomno deditus propter juventutem, ſurgere recuſabat, & ſemel d. Dominus Petrus projecit ſal inter linteamina d. teſtis loquentis, ad finem ut tædio ſatis haberet C ſurgere.

94 Interrogatus, quo tempore erat? Dixit, quod tempore Paſchali, cum jam d. D. Petrus erat electus ad eccleſiam Metenſem, qui d. D. Petrus electus, eundo Metas in vigilia Pentecoſtes de Lineio receſſit, & deinde rediit ad Lineium circa feſtum S. Michaëlis ſequentis, ubi per quatuor menſes vel circa, cum d. ſorore ſtetit primo anno ſuæ electionis, ut temporibus ſupradictis, & iſta vidit prædictus ipſe loquens, & plures alii de eorum famulis.

precum varietas ac frequentia, 95 Super XXXII articulo dixit, quod vidit librum & tenuit; & illum librum Reverendiſſimo Patri D. Cardinali Salutiarum ipſe loquens, poſt obitum præfati Domini Petri, dedit.

Super XXXIII articulo, dixit contenta *ejus* fore vera; cauſam addens; quod ita vidit. Interrogatus, quanto plus ſtabat ſingulis diebus in dicendo orationes, quam in dicendo Horas canonicas; dixit, quod duplo vel circa, plus ſtabat in dicendo orationes, quam in dicendo Horas canonicas. Interrogatus, ſi audivit cubicularios conquerentes de vigilando; dixit quod ſic pluries; addens, quod interdum famuli D ſui dicebant ſibi, quod ducendo vitam, quam ducebat, corpus ſuum totaliter deſtruebat. Unde d. D. Petrus interdum ipſi loquenti dicebat; Miror de iſtis familiaribus, quare iſta verba mihi dicunt, ex quibus apparet, quod plus diligunt corpus, quam animam; & tamen magis diligere debent animam quam corpus: & interdum iſta præfatis ſuis familiaribus dicebat, volens ipſos ad devotionem inducere. Semel magiſter Joannes de Marchia erat præſens, quando præmiſſa teſti loquenti dicebat. De loco dixit; quod Pariſiis, & hîc in curia.

96 Super XXXIV articulo, dixit quod poſt- *reverentia,* quam fuit electus Metenſis, uſque ad ejus obitum dicebat Horas & orationes, ut in art. continetur. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit quod ita vidit pluries, & officium cum ipſo dixit, & ita erat fama publica in hoſpitio. Nam ipſe loquens dixit, quod dum D. Petrus genibus flexis officium dicebat unà cum ipſo loquente, & aliquis ad portam capellæ pulſabat, à genuflexione ſurgebat, in illo ſtatu videri nolens; quia quanto plus poterat, E devotiones ſuas ſecreto faciebat. Horas cano- *Horæ Cononicæ ſtatis temporibus,* nicas dicebat illis horis, quibus in eccleſiis dicuntur, niſi eſſet extra hoſpitium ſuum. A ſuis cubiculariis dici audivit, quod in media nocte continuo ſurgebat, & canonicales Horas genibus flexis & capite diſcooperto dicebat, præſertim quamdiu fuit in curia Romana; & de hoc fuit & eſt inter famulos ſuos publica vox & fama.

97 Interrogatus, dum erat Pariſiis & in Lotharingia, qualiter Horas ſuas dicebat? Dixit quod Metis in Vico & in Lineio dixit Horas genibus flexis, & capite diſcooperto; & etiam Pariſiis, poſtquam fuit electus Metenſis; ſed antea, dum erat canonicus Pariſienſis, dicebat horas more ſolito cum quodam Nicolao Magiſtro hoſpitii ſui. Dum orabat & Horas ſuas canonicas dicebat, erat valde contritus.

Horæ B. Virginis. Teſtis II ſuper XXXI, dixit contenta ejus fore vera, quia ita vidit, & præſens fuit in loco de Lineio.

98 *Transfero huc aliqua ex ejuſdem teſtis depoſitione ad articulum* 14. Frequenter vidit Pariſiis, dum alii ſcholares ibant ſpatiatum, ipſe D. Petrus ſolus remanebat in camera ſua, dicendo Horas B. Mariæ & ſeptem Pſalmos, & alias orationes, facientes ad devotionem, antequam eſ- F ſet canonicus Pariſienſis. d. *teſtis* Pariſiis juxta hoſpitium d. Dom. Petri Card. morabatur, & omni die converſabatur cum ipſo.

Super XXXII articulo dixit, contenta ejus fore vera, quia ita vidit, & librum orationum ipſe loquens de d. D. Cardinalis mandato Pariſiis ſcribi fecit, ſaltem partem illius. In eodem libro erant pſalterium S. Hieronymi, ſuffragia Apoſtolorum, & aliquæ Miſſæ votivæ, & etiam aliqua alia; dicens, quod poſt obitum d. D. Petri Card. de Luxemburgo, D. Card. Salutiarum d. librum habuit; &, ut credit, libet conſtitit in ſcribendo octo francos. De anno? Dixit quod ſcriptus fuit primo anno promotionis ad cardinalatum.

Preces ante cubitum, Super XXXIII articulo dixit, quod præfatus D. Petrus ſingulis diebus plures orationes dicebat, in quibus dicendis longiori ſpatio morabatur, quam in dicendo Horas canonicas. Interrogatus, ſi præd. D. Petrus, antequam intraret lectum, dicebat orationes peculia-

culiares, & prolixas? Dixit quod ſic, & ita prolixè dicebat, quod cubicularii gravabantur; reddens cauſam, quia cubicularius erat ipſe loquens, & pluries d. D. Petro fuit conqueſtus de nimia vigilatione.

99 Interrogatus, quid reſpondebat d. Dominus Petrus, dum ipſe loquens & alii cubicularii conquerebantur? Dixit, quod interdum tacebat, & interdum eis dicebat: Vadatis cubitum, ſi vultis, & ſi vultis, exſpectetis; iſta vultu gratioſo proferendo. Interrogatus per quot horas vigilabat poſt cœnam ſingulis diebus. Dixit quod interdum per duas horas, interdum per tres, & quandoque uſque ad matutinas; & tunc pulſato pro matutinis, matutinas dicebat & lectum intrabat.

lectio librorum ſpiritualium,

100 Interrogatus, quâ horâ ſingulis diebus ſurgebat? Dixit quod communiter in tuba matutina tam in æſtate, quam in hieme. Verum eſt quod in hieme aliqualiter plus tardabat. Interrogatus, in quo loco modum præmiſſum obſervabat? Dixit, quod hîc in cu-
B ria; quia Pariſiis non ſurgebat ita mane. Interrogatus, per quot horas dormiebat de nocte? Dixit quod quandoque per quatuor, quandoque per tres, & ad plus, per quinque. Numquam de die dormiebat, quod ipſe loquens videret, vel ſciret. Numquam erat otioſus, quia ut plurimum orabat, vitas Sanctorum & alios libros, facientes ad devotionem legebat, & aliquando ſtudebat, modicum tamen; & ita quamdiu fuit in Avenione obſervabat.

Super XXXIV articulo dixit, ſe ſcire quod quamdiu d. D. Petrus Horas canonicas dicebat, & etiam quamdiu orabat, ſemper erat genibus flexis, & capite diſcooperto tam in hieme, quam in æſtate. Pariſiis *id* incepit, reverſus de Lineio, ubi cum Joanna ſorore ſua fuerat locutus, & continuavit uſque ad ejus obitum, ſaltem uſque ad ejus infirmitatem, de qua deceſſit. *Recitabat Horas* communiter horis, quibus dicebantur in eccleſiis; videlicet dum pulſabatur pro matutinis, dicebat matutinas, & ſic de ſingulis Horis, niſi eſſet extra domum; quia dum erat in domo ſuæ ha-
C bitationis, licet aliis negotiis eſſet occupatus, tamen propter hoc, ordinem præcedentem non omittebat.

Teſtis VIII dixit, quod *d. D. Petrus* ſæpiſſime ſe abſentabat ab aliis ſociis & magiſtris ſuis, ut ſecreto iret ad dicendas Horas & orationes ſuas.

libellus precum.

101 Teſtis IX ſuper XXXII articulo, credit in articulo contenta fore vera: quia confeſſor ſuus fuit à tempore, quo ipſe Petrus venit ad curiam Romanam; & de primo menſe, quo venit, vidit librum, de quo in art. fit mentio, & petiit præfato Dom. Petro, ubi illum librum receperat, qui eidem loquenti reſpondit, quod Pariſiis illum librum ſcribi fecerat.

Super XXXIII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera, in illa parte ubi dicit: quod præfatus D. Cardinalis diutius orabat, quam aſcenderent Horæ canonicæ; cauſam reddens: quia ita vidit ſæpiſſime, & ſemper genibus flexis, & capite diſcooperto orabat, & Horas canonicas recitabat.

Erat Petrus in oratione aſſiduus,

102 *Inſuper* audivit à d. D. Petro, quod dum erat Pariſiis, ipſe de nocte prolixè orabat, cum devotione magna & fervore; in quibus orationibus & lacrymis tantam complacentiam recipiebat, quod interdum non habebat dormiendi appetitum, & præmiſſa ipſi loquenti dicebat, conquerendo de ſe ipſo, & dicendo. Helas! cum eram Pariſiis, videbatur mihi quod eſſem in paradiſo, quia habebam tempus orandi, & modo mihi videtur, quod ego ſum in inferno, quia ad voluntatem non poſſum vacare orationibus, ſecundùm puod Pariſiis faciebam. Audivit etiam ab ipſo D. Petro, quod hîc in curia, in vigilia quadam Aſſumptionis Virginis Mariæ, de tota nocte non dormivit, intentus orationibus. EX MSS. AVENION.

Et à d. D. Petro ſcivit ipſe loquens, quod de mane ſequenti duo cubicularii, præfati D. Petri, videlicet Stephanus & Michaël, ipſi loquenti dixerunt, quod illam noctem duxerat inſomnem, ad finem, ut eumdem d. reprehenderet; qui quidem loquens, cum ſuper hoc d. Dominum reprehenderet, non negavit, imo dixit, quod dormire non potuerat, orationibus intentus, dicendo etiam, quod noctes non erant longæ. *pernox & indefeſſus,*

103 Teſtis X *occaſione articuli* 50, *ſuper quo fuit interrogatus, depoſuit quædam huc ſpectantia, videlicet* quod pluries fuit præſens hîc in Avenione, dum magiſter Ægidius confeſſor, & nonnulli alii de familia d. D. Petrum inducebant, ut jura canonica ſtuderet, & non tantùm vacaret in orationibus & devotionibus. Ipſe autem D. Petrus bene eos audiebat, ſed quidquid eis promitteret, magis vacare volebat circa orationes, & etiam vacabat quam circa jura. Nam communiter ſtudebat in vitis PP. & aliis libris facientibus ad devotionem. E *precibus additior, quam ſtudiis.*

104 Teſtis XI ſuper XXXII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera, quia ipſe vidit librum & tenuit. Et poſt d. D. Petri C. obitum, D. Amedeus Card. Salutiarum habuit; quas quidem orationes præfatus D. Petrus C. recolligere faciebat per magiſtrum Petrum Dolovargue ſecretarium ſuum, & per magiſtrum Hutinum cubicularium.

105 Super XXXIII articulo dixit, quod d. D. Petrus C. per magnum ſpatium, poſt Horas canonicas orabat, & tantum vel plus tempus poſt Horas canonicas expendebat, quam Horæ canonicæ ſe extendebant. Multum vi- F gilabat; nam ipſe, qui loquitur dixit quod pluries cubicularii ſibi fuerint conqueſti de tanta vigilia. *De libello precum,*

Super XXXIV articulo dixit, quod poſtquam fuit ad cardinalatum promotus, dum oravit, genibus flexis & capite diſcooperto oravit, & Horas canonicas dixit, etiam tempore hiemali. Ita vidit *teſtis*, nec recordatur de contrario.

106 Teſtis XII ſuper XXXII art. dixit, quod ipſe loquens vidit, quod Petrus diverſas habebat orationes, in ſchedulis papyreis ſcriptas, & etiam pargamenis; & dum d. D. Petrus ad oratorium ſuum, vel ubicumque iret ad orandum, dictas ſchedulas ſecum in uno ſacculo parvo portabat; & cum videret quod illud eſſet tædioſum, dixit ſibi ipſi loquenti, quod fieri faceret unum librum, in quo orationes prædictæ ſcriberentur; quem quidem librum ipſe loquens ſcribi fecit, ita quod ſcriptor dedit operam in ſcribendo à feſto Sanctorum omnium uſque ad feſtum Paſchæ inde ſequens, quia ſcriptor non poterat ſchedulas habere ad votum ſuum. Dixit inſuper d. loquens, quod ſemel fuit in Ave- *ac precationiculis in libellum redactis,*

ex mss. Avenion. nione, præfato D. Petro Pariſiis exiſtente, & commorante, ad cardinalatus apicem etiam promoto, ubi perquiſivit duas orationes, quas d. Dom. Petro portavit Pariſiis, & dedit, de quibus multum fuit gaviſus. Similiter in eccleſia de Lineio ipſe loquens perquiſivit unam orationem, quam d. D. Cardinali Petro tradidit. Et illas tres orationes fecit in libro ſuo orationum ſcribi. Nam qui de d. D. Petro C. volebat habere bonum feſtum, dabat ſibi aliquam orationem, quia in orationibus multum delectabatur, & maximam habebat complacentiam. Magno ſpatio quotidie vacabat in dicendo orationes & legendo d. librum. Adeo quod familiares ſui attædiabantur, quia vix volebat ad menſam venire. *Quod B. Petrus, perſolutis Horis canonicis, longo etiamnum tempore oraret; quod genibus flexis & capite diſcooperto Horis canonicis ac precibus inſiſteret, ſuffragio ſuo hic etiam teſtis comprobat, prout præcedentes.*

Fruſtra monetur de nimia oratione.

107 *Deponit præterea occaſione articuli* 44 & 45 *quod* inter alias vices ſemel audivit à d. Dom. Petro cum ipſe loquens & alii familiares ſui dixerunt ſibi: Domine vos eſtis juvenis, & pro certo debetis circa ſtudium vacare, & alia agibilia: nam ſi habeatis ſcientiam, propter ſcientiam & nobilitatem poteritis Eccleſiam relevare in multis, & propter quod credimus, quod fuiſtis factus Cardinalis. Quia aliter vos poſſetis facere iſtos geſtus, ſi eſſetis frater Prædicator, vel frater Minor; quia ſi iſtas devotiones volebatis facere, debuiſſetis intraſſe religionem, & non iſtum ſtatum cardinalatus recipere. Quibus per d. Dom. Petrum Card. auditis, ſuis familiaribus reſpondit: Vos eſtis minus ſapientes: credatis pro certo, quod nos in curia Romana exiſtentes, non facimus quod debemus: quia pro expedito habeatis, quod propter ſcientiam, nobilitatem, potentiam, & arma, Eccleſia ſancta Dei non reparabitur, ſed per devotionem, orationes & alia bona opera Eccleſia Dei reparari debet, & reparabitur; & taliter facere debemus, ut Deus miſereatur nobis. Et hoc dixit in Avenione, videlicet in prandio in camera d. D. Petri C.

De libello precum & orationibus,

108 Teſtis XIII ſuper XXXII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera; hoc dumtaxat excepto, quod non credit quod d. D. Card. omnes orationes, de quibus in articulo fit mentio, diceret quotidie; licet plures & diverſas, qualibet die diceret. Ita vidit, & interdum præſens fuit. Vidit etiam librum, quem d. D. fieri procuravit, & ab ipſo loquente & pluribus aliis, plures orationes habuit; poteſt d. liber continere unum pſalterium, vel quaſi. Plures etiam alios rotulos & libros devotionum habebat, quos aſſidue dicebat, & ita devote, quod prout videbatur d. loquenti, ipſe loquens numquam vidit, neque audivit dici aliquem ita continuo contritum & devotum; neque ita devotè orantem, ſecundum quod d. Dom. Petrus Card., & pluries d. loquens mirabatur de hoc ipſo, quod ipſe D. Cardinalis ita erat quaſi omni hora diei continuo devotus, & quod ſemper cum contritione ſic orabat, prout ipſe, qui loquitur videbat, qui cum d. Dom. Petro quaſi tam continuè, tam de die quam de nocte erat. Et ipſe Dom. Cardinalis cum d. loquente de talibus & pluribus ſimilibus inter ſe loquebantur; & interdem dicebat ipſe Dom. Card. gemendo, quod neſciebat, ſi aliquis poſſet ſalvari, dicendo iſta verba; Neſcio, magiſter Joannes, ſi aliquis poterit ſalvari, propter ea, quæ in ſacris Scripturis legebat. *Depoſuit item*, quod pluries & ſæpiſſime Cardinalis Deum præ oculis haberet; & quod ipſum facie ad faciem videret, propter mirabilem modum orandi, quem ipſe Dom. Petrus Card. habebat, ut ipſi loquenti videbatur.

oratione ſecreta,

109 Unde aliquoties ipſe Dom. Card., dum ſecrete orare volebat, & d. loquens recedere à d. loco vellet; dicebat d. Dominus Cardilis d. loquenti: bene placet mihi, quod non recedatis, ſed non reſpiciatis me; & d. loquens nihilominus ad videndum d. modum orandi, ipſum Dominum Cardinalem ſic devotè orantem reſpiciebat; ita tamen, quod ipſe Dominus Cardinalis non percipiebat. Et hoc faciebat d. Dom. Card. ne modum ſuum orandi ipſe loquens videret. Qui D. Cardinalis genibus flexis orabat, manibus junctis, caput levabat in cælum, & aliquid dicebat, & poſt ſtatim inclinabat ipſum, etiam aliquid dicendo coram imagine coëxiſtente, & ſic continuo faciebat.

fervore in orando, de vigiliis,

110 Super XXXIII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera; cauſam reddens, quia Horas canonicas cum d. D. Petro dicebat; & ulterius dicebat Horas de Cruce & de S. Spiritu, & Vigilias mortuorum. Interrogatus ſi majus tempus occupabat in dicendo orationes, quam in dicendo Horas canonicas? Dixit quod ſic. Dixit etiam, quod pluries, dum ipſe D. Card. volebat intrare lectum, ipſe loquens legebat ſibi librum devotionis & pluries d. loquens attædiabatur. Cubicularii erant ita fatigati in vigilando, quod non poterant ſe abſtinere dormitione, & ut dicebant d. loquenti ipſi cubicularii, ipſe Dom. Card. communiter non intrabat lectum uſque ad mediam noctem.

111 Addit etiam d. loquens, quod adeo & in tantum d. D. Cardinalis erat fervens, & intentus in devotionibus, & in Scripturis ſacris legendis, quod ſemel contigit, quod d. D. Card. in Decreto ſuo ſtuderet, & d. loquens, ab eo recedens, ipſum rogaret, quod continuè ſtuderet, idem D. Card. poſt receſſum d. loquentis, recepit unum librum devotionis, quem ſupra d. Decretum tenebat, & dum vidit ipſum loquentem ad ſe revertentem, dictum librum abſcondit, prout ipſe loquens percepit & vidit; & hoc d. D. Cardinali dixit; dicendo ſibi quod ipſum deceperat.

auditione Miſſæ, orationibus ſecretis,

Super XXXIV articulo, dixit contenta *ejus* fore vera: ſalvo quod noctes non ducebat inſomnes. Ita vidit: quia ſecum Horas dicebat ſedendo juxta eum & quandoque d. D. Cardinalis ipſum loquentem inducebat, ut Horas diceret genibus flexis & capite diſcooperto.

Dixit etiam quod Miſſas audiebat ſingulis diebus: audiebat genibus flexis & capite diſcooperto, etiam tempore hiemali. Unde ſemel contigit in hieme, quod, dum dictus Petrus Card. in infirmitate ſua Miſſam audiret capite diſcooperto, medici ſupervenerunt, & ſtatim, dum audivit medicos venientes, ipſe ſe cooperuit, & tamen inhibuerant ſibi dicti medici, ne dimitteret caput ſuum diſcoopertum; & hoc in illo inſtanti recitavit d loquens dictis medicis. d. Dom. Card. duas communiter ſingulis diebus audiebat, & audire volebat ad minus Miſſas, unam cum nota, & aliam

A aliam ſine nota, & interdum tres vel quatuor. Dixit, quod pluries & ſæpiſſime & frequentius prædicta vidit & præſens fuit, & aliquando ipſe loquens, quando d. D. Card. tot audiverat Miſſas & oraverat juxta devotionem ſuam, ſibi dicebat: Audiviſtis bene Miſſas ad voluntatem veſtram, & alias orationes dixiſtis? Reſpondebat d. D. Card. quod ſic, cum vultu hilari, gaudens valde quando poterat orare ad libitum ſuum.

112 Dixit etiam d. loquens, quod quotidie ipſe D. Card. aliquo in loco ſecreto circa horam nonam, & quaſi per ſpatium unius horæ ipſe genibus flexis aliquas orationes peculiares dicebat, & aliquando dictus loquens, præſens dicto in loco erat: dicebat tamen ſibi d. Dom. Card. prout ſuperius dixit, quod ipſum non reſpiceret, & ſibi in cælum oculos elevabat & valde devote ſic orabat coram imagine Crucifixi & B. V. Mariæ. Interrogatus, quales orationes dicebat? Dixit, ſe alia modo neſcire niſi
B quod ſemel ipſe loquens petiit à Dom. Card. quid ipſe illâ horâ diceret? Qui reſpondit ſibi; Ego dicam vobis hæc & alia, ſi vos promittitis mihi, quod ita facietis: ſed ipſe loquens, ſic ſe pet votum obligare, aut ligare noluit. Cui d. Dom. Card. dixit; non eſt magnus labor. Et dixit D. Cardinalis, dicatis genibus flexis uſque ad certum numerum tot Ave Maria, ſalutando B. Virginem, & videbitis, quod ſpatium ponetis, & quantus labor erit. Quod fecit d. loquens, per quod ipſe loquens cognovit, quod ipſe illâ horâ quotidie ſalutabat B. V. Mariam; & dicebat d. Dom. Petrus Cardinalis dicto loquenti, quod pro illa non aperiret Regi Franciæ oſtium, ſi veniret, donec ipſe compleviſſet, nec loqueretur nec reſponderet, donec orationem ſuam finiviſſet. Et iſtud circa horam nonam faciebat ita ſecreto, ſicut poterat.

113 *Deponit inſuper (occaſione articuli interrogatorii 35, ſuper quo fuit interrogatus, producto à nobis cap. 4, ab ipſo initio)* Quod d. Dom. Card. jura canonica legebat, & in ipſis non tantum ſtudebat d. Dom. Cardinalis, nec inſiſtebat ſicut in aliis orationibus, & libris ſacræ Scripturæ. Dicens ulterius, quod ipſe Dom.
C Cardinalis volebat, quod ipſe loquens, legendo legeret paſſus, ubi loquitur de ſalute animæ, & de negotiis eccleſiaſticis Et libentius audiebat collationes, in quibus diſputabatur, & fiebat mentio de quæſtionibus & dubiis, tangentibus ſalutem animæ, quam de alia quacumque materia.

114 *Occaſione art.* 44, *nimirum quod ad cardinalatum promotus, cœperit impenſius in ſalutem animæ incumbere*; dixit etiam d. loquens, quod ipſe Dom. Card., licet magnas afflictiones in curia Romana pateretur, & plura bona faceret, dixit ſibi talia verba: Utinam numquam intraſſem curiam! cauſam reddens, quia non poterat ita orare, & devotiones ſuas complere, ſicut Pariſiis faciebat, propter impedimenta, quæ ſunt & continuo occurrunt d. in curia, quæ non occurrunt, nec ſibi occurrebant, dum erat Pariſiis. Super LIV dixit, quod d. Dom Card. in principio menſæ dicebat aliquas orationes, & manus ſuas ſub menſa ponebat, & numerabat per digitos ſuos ea, quæ dicebat, ut credit.

Adeo amabat orationem.

115 *Quomodo incapax recitandi Horas canonicas præ infirmitate, per alios juſſerit recitari; Item quam demiſſâ corporis compoſitione, & mentis attentione interfuerit Miſſæ ſacrificio, dabimus cap.* 10, *ubi de letali ejus morbo agemus; unde liquet ſtudium orationis, conſtanter & continenter ad tumulum uſque ipſi adhæſiſſe.* EX MSS. AVENION.

116 Teſtis XIV dixit ſe tantum ſcire, quod Petrus Card. erat magnus orator. Ipſe loquens viſitabat eum frequenter & cum eo comedebat, & tardè prandebat, præſertim in quadrageſima & in adventu Domini, Quia tunc ipſe Dom. Card. jejunabat tarde pro eo maximè, quia dum ipſe loquens erat in hoſpitio d. Domini Card., quando familiares comedebant, ipſe Dom. Card. erat in capella, in qua orabat, & habebat unum librum orationum diverſarum, quas legebat, & legendo prolixe orabat, & in iſtis fuit præſens, & vidit. *Alia aliarum,*

117 Teſtis XVII *ſuper* 44 *articulo* (*de quo ſuper eodem ſupra, num.* 114) dixit, quod ſemel in collatione poſt prandium d. D. Card. dixit ipſi loquenti, quod valde dubitabat de ſalute animæ ſuæ, pro eo quod acceptaverat dignitatem cardinalatus, propter cujus oneris ſolicitudinem E & curam, ſervitio & contemplationi divinæ vacare non poterat; dicens, quod male fecerat frater ſuus, qui implicaverat eum in iſtis ſo' citudinibus, adjiciens, quod niſi eſſet honor Eccleſiæ & Domini noſtri Papæ, dignitates dimitteret, & vitam ſolitariam eligeret, ut ſic ſoli contemplationi & orationi vacaret, relictis quibuſcumque aliis ſolicitudinibus. Interrogatus de tempore? Dixit quod anno primo ſui cardinalatûs. *argumento,*

Teſtis XVIII interrogatus ſuper XXXIV articulo dixit, quod quamdiu ipſe loquens d. D. Cardinalem viſitavit, reperit ipſum valde frequenter genibus flexis ante unam majeſtatem vel imaginem, orantem capite diſcooperto devotiſſime; & licet ipſi loquenti, propter d. Dom. Petri debilitatem, diſpliceret, eo quod tantum orabat, numquam tamen potuit ipſum retrahere, licet debilis eſſet. *teſtimonia.*

Plura referentur ad præſens argumentum ſpectantia de conſtantiſſimo tenore orandi, vel ſub extremum vitæ tempus, ob deſperatiſſimam valetudinem nequaquam intermiſſo; ubi de fatali ejus morbo, cap. 10.

Bonam eſſe orationem, cum jejunio & eleemoſyna, exemplo nos docuit ſuo Beatus hic Adoleſcens, dum triplicem hanc virtutem indiſſolubilis vinculi cognatione arctè ſolidèque conjunxit. De oratione & jejunio actum hactenus; de eleemoſyna agendum ſupereſt. F

CAPUT VI.

Eximia B. Petri erga pauperes miſericordia.

P *Remonſtratoris hîc denuo munere fungantur articuli interrogatorii, qui ſequentis ſunt tenoris. Articulus* XX. Item quod idem D. Petrus, diſtributiones *canonicas* eccleſiæ *Pariſienſis* pauperibus communiter erogabat & erogavit; & cum *deſuper* rogaretur à ſuis rectoribus, humillimè reſpondebat: Quid vultis? Satis habemus & habebimus omnes de gratia Dei, de quo vivere poterimus & eleemoſynas facere.

EX MSS. AVENION.

xxi. Item quod D. Petrus, agnoſcens quod familiares ſibi inſidiarentur in introitu chori d. eccleſiæ, ne dd. diſtributiones erogaret, *aliunde* exibat, ut dd. diſtributiones *clam* erogaret.

xxii. Item quod D. Petrus Pariſiis in domo ſua cœpit explorare, quomodo pauperibus, *clam* familiaribus, poſſet eleemoſynas erogare: & de feneſtra quadam ſecretiori, dum tranſibant pauperes, per cancellos ipſius feneſtræ conſuevit pecunias projicere. Quem tamen videre non valebant, nec viderunt, niſi ſolùm manum *projicientis*. Et ita fuit & eſt communis opinio ac verum, palam, publicè & notoriè.

xxiii. Item quod D. Petrus Pariſiis ſolitus erat *præterea*, diebus Veneris, infirmis, in hoſpitalibus jacentibus, ingentem ſpecialem eleemoſynam mittere.

xxiv. Item quod D. Petrus, aliquando deficiente ſibi pecunia, à ſuis familiaribus pecunias mutuò recepit, & illas, pauperibus erogavit, ita quod numquam aut rarò *indonatos* recedere permittebat.

B xxv. Item quod D. Petrus pluries de ſuo proprio ſecretè, ne à ſuis magiſtris reprehenderetur, certas pecunias etiam à ſuis recipiebat, & eas pauperibus horâ conſuetâ erogabat per d. feneſtram, ſeu *clam*. Unde & inter ſuos familiares erat quæſtio, quis ejuſmodi pecunias recepiſſet, quibus, ne inter ſe turbarentur, jocosè dicebat: Quid habetis, aut quid turbamini? Nihil perdidiſtis, totum reperi: & eos pacificavit taliter, quod omnes eſſent contenti.

Eleemoſynæ frequentes,

119 Teſtis i ſuper xx articulo dixit, quod ſæpiſſime vidit præfatum D. Petrum pauperibus pecunias erogantem, dum d. D. Petrus C. & ipſe loquens, Pariſiis morabantur, tradendo in eccleſia, & ut ſecretius poterat, faciebat. Inter ipſum D. Petrum & teſtem loquentem erat pactum, quod ipſe loquens mediam partem diſtributionum d. Domini Petri debebat habere. Nihilominus aliquando partem ſuam & partem d. loquentis pauperibus erogabat, & eam poſt d. loquenti reſtituebat. Interrogatus ad quam ſummam poterant aſcendere illæ diſtributiones ſingulis diebus? Dixit quod interdum *ad* ſex albos, interdum quatuor, & aliquando plus, aliquando minus.

C *tam ex diſtributionibus, quam ex mutuo,*

120 Interrogatus, ſi ſufficienter ſecundum eorum ſtatum, per parentes ſuos adminiſtrabatur eis, de quo poſſent vivere? Reſpondit quod eis ſtrictè providebatur, & taliter, quod quandoque eis erat neceſſe mutuo recipere. Interrogatus, à quo recipiebant? Dixit, quod à magiſtro Joanne Morel. Interrogatus, cum ſint magni nobiles, quare non providebatur eis ſecundum eorum ſtatum? Dixit quod Comes S. Pauli modernus, dictorum Petri & teſtis loquentis frater, erat captus in Anglia, & erat neceſſarium, quod reditus ſui converterentur ad redemptionem d. Domini Comitis; quæ redemptio aſcendebat ad centum mille francos. Interrogatus, in quo ſuæ ætatis anno erat prælibatus recolendæ memoriæ, dum præmiſſa faciebat? Dixit, quod in undecimo ætatis anno vel circa erat, quando Dominus noſter Papa canonicatum & præbendam Pariſiis ſibi contulit, & circa duodecimum annum iſtas eleemoſynas faciebat, & uſque ad diem obitus libenter pauperibus eleemoſynas erogabat, & erogari faciebat per familiares ſuos.

Super xxii articulo dixit & ſuo juramento teſtificando depoſuit, quod pluries præſens fuit dum Michaël familiaris d. Dom. Petri reprehendit ipſum D. Petrum, eò quod eleemoſynas in tanta quantitate pauperibus erogabat; & quandoque ipſe D. Petrus ipſi teſti pecunias ad erogandum pauperibus dabat. Et cum d. D. Petrus à magiſtris ſuis reprehendebatur, quid fiebat de pecuniis ſuis, ipſe, ſummè eoſdem magiſtros timens, dicebat, illas pecunias de manica ſua cecidiſſe. D

De ejus eleemoſynis

Super xxii, pluries vidit; & quandoque d. Dom. Petrus pecunias per feneſtram pauperibus erogabat & interdum præfatus Dom. Petrus Card. ipſi teſti loquenti pecunias dabat, ut pauperibus per feneſtram erogaret, & præſertim cum diceret Horas vel orationes ſuas. Communiter pauperes & leproſi horâ collationis poſt prandium ad feneſtram veniebant. *Dum ipſe* veniebat de ſtudio vel de eccleſia, & etiam omnibus horis, dùm pauperes vel leproſi ad eum veniebant, vel eos videbat, ſi pecunias habebat, vel habere poterat, ſemper illis erogabat.

fama publica:

121 In decimo tertio anno vel circa incepit per feneſtras eleemoſynas pauperibus erogare, dum fuit Pariſiis, & continuavit uſque E ad ejus obitum, ubicumque fuerit, dum pauperes vel leproſos videbat, & pecunias habere poterat, & de hoc in civitate Pariſienſi & alibi, ubi de eodem Domino Card. habetur notitia, & fuit publica vox & fama, & præſertim in civitate Pariſienſi. Dixit, quod dum Pariſiis erat, unum album duobus erogabat, & quandoque unum cuilibet, ſecundum quantitatem pecuniarum ſuarum, & numerum pauperum quærentium eleemoſynas. Interrogatus, *ſingulis diebus* ſi dabat? Dixit quod ſic, dum pauperes veniebant, addens etiam quod cæcos in eleemoſynis multum habebat recommendatos.

miſſa cibaria:

Super xxiii articulo dixit, quod dum pauperes mane ad officium veniebant, illis eleemoſynas faciebat, & dum non veniebant; ad hoſpitium aliquorum vel ad hoſpitale pecunias quandoque, & interdum cibaria mittebat; & hoc vidit Pariſiis non ſemel, ſed pluries, tam ad domum diſtribuere, quam extra domum portare. De anno, menſe, die, loco, tempore, & præſentibus non recordatur, ſalvo quod illa faciebat, dum canonicus Pariſienſis F erat.

pecunia mutuo accepta pro eleemoſ.

Super xxiv articulo dixit teſtis, quod pluries vidit d. D. Petrum C. mutuas recipientem pecunias pro pauperibus erogandas, & præſertim ab ipſo loquente, à magiſtro Joanne de Marchia, vel à Michaële, quondam cubiculario ſuo. Iſtud eſt notorium inter illos, qui cum d. D. Card. converſabantur. Interrogatus, ſi frequenter mutuo recipiebat? Dixit quod dum pecunias non habebat, & pauperes videbat. Interrogatus de numero pauperum, quibus ſingulis diebus eleemoſynas faciebat. Dixit, quod interdum quatuor, quinque, ſex, ſecundum quod abundabat in pecuniis. Præſens erat, *loquens teſtis*, & illa vidit.

Diſtributiones canonicæ in pauperes erogatæ,

Teſtis ii ſuper xx articulo dixit, quod in eccleſia Pariſienſi ſingulis diebus datur cuilibet Canonico, in proceſſione exiſtente, unus albus, & d. D. Petrus illum album pauperibus erogabat. Quoad diſtributiones, dixit quod ſingulis diebus non dantur diſtributiones, ſed dum ſibi ſolvebantur ſuæ diſtributio-

butiones, illas interdum omnes, & quandoque partem earum, pauperibus erogabat, interdum in exitu ecclesiæ per carrerias, & in domo sua, secundum quod pauperes inveniebat, & devotionem dandi habebat, & dum pecunias habebat. Dixit etiam, quod quandoque pecunias dabat alteri ad erogandum pauperibus; & ita dixit pluries vidisse.

largitiones per fenestram.

122 Super XXII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: causam reddens, quia ita vidit pluries, & quandoque ipse loquens de mandato d. Domini Petri per fenestram pecuniam pauperibus erogabat. Interrogatus de tempore? Dixit quod tempore, quo erat canonicus & studens Parisiis. Interrogatus quantam quantitatem pecuniarum singulis diebus pauperibus erogabat. Dixit quod quandoque unum album & quandoque duos, vel tres, & quandoque plus, secundum quod abundabat in pecuniis, & quandoque ad erogandum pauperibus à famulis suis mutuo pecunias recipiebat.

Aliæ ad nosocomia transmissæ.

Interrogatus de quantitate & valore eleemosynarum? Dixit quod quandoque unum francum, quandoque unum cum dimidio; interdum viginti solidos Parisienses; & istas eleemosynas portare faciebat *ad infirmos, in nosocomio jacentes*, per eleemosynarium suum, & communiter semel in septimana videlicet, diebus Veneris, & ipse loquens interdum de mandato d. Domini Petri, eleemosynario, pro portando pecunias dabat, quia tunc d. loquens erat cubicularius d. Domini Petri, & semper fuit ab illo tempore citra usque ad ejus obitum.

An distributiones canonicas,

Super XXIV articulo dixit, quod quando pecunias habebat, aut mutuo habere poterat, vix aut numquam aliquis ab eo sine eleemosyna recedebat. Interrogatus, si abundabat in pecuniis? Dixit quod quamdiu fuit canonicus Parisiensis, nullam administrationem habebat, nisi de pecuniis distributionum suarum; & ideo in pecuniis non poterat multum abundare. Interrogatus si omnes distributiones suas dabat pauperibus. Dixit de credulitate quod sic; tamen nescit affirmativè, si omnes erogabat.

omnes, pauperibus erogaret.

123 Testis XI super XX & XXI articulis, dixit se tantum scire, quod Dominus Petrus distributiones sæpe, quas more canonicorum d. ecclesiæ Parisiensis ibidem recipiebat, pauperibus erogabat, ipso loquente & aliis suis magistris scientibus, & ut asseruit ipse loquens, gaudentibus; tamen ut secretius poterat, erogabat. Interrogatus si omnes distributiones dabat pauperibus? Dixit, quod quandoque omnes; interdum vero secundum quod pauperes & petentes veniebant. Interrogatus, de summa distributionum? Dixit, quod quandoque quatuor albos, quandoque quinque, & interdum plus & interdum minus, & aliquando habebat XII & plus; sed ecclesiam non frequentabat, nisi diebus festivis. Aliis autem diebus vacabat ad studium.

De pecuniis per fenestram projectis,

Super XXII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: causam reddens, quia vidit d. D. Petrum de fenestra cameræ ipsius loquentis, quæ erat propinqua alteri fenestræ, per quam d. D. Petrus pecunias projiciebat secretò pauperibus erogando, & per fenestram projicientem, tamen ipse loquens d. D. Petrum in operibus bonis perturbare nolebat. Tantum recordatur *testis* de duabus vicibus, quia ad hæc non advertebat. Interrogatus de summa pecuniæ, projectæ per fenestram? Dixit se ignorare. Bene scit, quod erant albi regales; quia illos videbat cadentes. *Aderant pauperes* interdum decem, interdum plus, & interdum minus. Interrogatus si omnibus ibidem venientibus dabat. Dixit quod sic, saltem illis duabus vicibus, quas vidit, postulantibus dedit.

EX MSS. AVENION. *ac multitudine pauperum.*

Quoties daret, quo tempore ex distributionibus.

124 Interrogatus si singulis diebus dabat? Dixit, quod dum pecunias habebat & pauperes veniebant. Interrogatus quo tempore dabat dictas eleemosynas per fenestram d. D. Petrus? Dixit quod quasi per unum annum ante ejus promotionem ad ecclesiam Metensem, videlicet dum esset Canonicus ecclesiæ Parisiensis, & erat Archidiaconus Drocensis, in ecclesia Carnotensi, & Archidiaconus Bruxellensis in ecclesia Cameracensi; qui quidem archidiaconatus anno quolibet valere poterant in portatis, cccc francos, vel circa. Interrogatus unde d. D. Petrus habebat pecunias, quas pauperibus per fenestram erogabat? Dixit quod de distributionibus ecclesiæ Parisiensis; nam interdum partem distributionum reservabat, quam per fenestram pauperibus erogabat. Dum de illis archidiaconatibus portabantur eidem D. Petro summæ pecuniarum, receptor earumdem pecuniarum dabat eidem D. Petro duos vel tres francos, de quibus faceret ad libitum, & illos in piis operibus, ut credit d. loquens, expendebat. Interrogatus quantum valere poterant singulis annis distributiones ecclesiæ Parisiensis? Dixit d. loquens, quod secundùm arbitrium suum, d. D. Petro valêre poterant singulis annis, quamdiu fuit canonicus Parisiensis, XII vel XIV francos. Et dum solvebantur distributiones majores, quæ solvuntur bis vel ter in anno, ille, qui recipiebat; d. D. Petro dabat pecunias ad valorem unius franci vel circa, ad faciendam libitum voluntatis.

Super XXIII articulo dixit, quod postquam d. D. Petrus fuit promotus ad ecclesiam Metensem, residendo Parisiis, fecit ut in d. art. continetur. Audivit ita ab eleemosynario dici, & sæpe vidit portantes dictas eleemosynas diebus Venerinis, & etiam in computis expensarum domus d. D. Petri reperiebatur scriptum.

De pecuniis mutuo acceptis, pro eleemosynis.

125 Super XXIV articulo dixit, quod pluries audivit à Dom. Henrico, eleemosynario, Stephano & Michaële cubiculariis d. Dom. Petri Cardinalis, quod D. Petrus sibi tenebatur in pecuniis, per eum mutuo receptis, quas pauperibus erogaverat; nam numquam erat absque eo quod alicui non teneretur pro tali opere; licet interdum dictis mutuantibus solveret ad duplum. Ideo bene reperiebat mutuantes pro erogando pauperibus. Interrogatus de tempore? Dixit quod, postquam fuit ad ecclesiam Metensem electus. Dum pauperes videbat petentes, indubitanter, si pecunias habebat, aut secretò mutuò habere poterat, eis eleemosynas faciebat.

Reditus ecclesiæ Metensis

126 Super XXV dixit, quod in Avenione fuerunt d. D. Petro, de redditibus suæ Metensis, portatæ certæ summæ pecuniarum, usque ad summam DCCC francorum, vel circa; & cum dicti franci fuerunt per Dom. Hugonem le Chaudronier, camerarium, & ipsum loquentem, & nonnullos alios numerati pluries, & in cofro *a* positi, cujus clavem d. D. Petrus *a*

EX MSS. AVENION.

portare volebat & portabat; poſt aliquot dies dicti camerarius & loquens, volentes recipere pecuniam prædictam, ad committendum ad uſus hoſpitii, ipſas pecunias non invenientes, cœperunt inter ſe contendere, quis prædictam pecuniam habuiſſet; tunc prædictus D. Petrus, qui clavem cofri habebat, vocavit d. camerarium ſuum, ſecretè ſibi dicendo, non perturbemini, quia bene ſcio, quid de dictis pecuniis eſt factum. *Eas* d. D. Petrus, ut firmiſſime credit ipſe loquens, pauperibus erogaverat, & erogari fecerat in Avenione; & credit de anno ante ejus obitum; de menſe & die non recordatur.

an pauperibus diſtributi?

127 Teſtis XII ſuper XXIV articulo dixit, quod præfatus Dominus Petrus ſæpe manu levavit pecunias ab ipſo loquente pro pauperibus erogando, qnia numquam vel raro ſibi recedere permittebat, ſi pecunias habebat, aut habere poterat. Interdum ab inferioribus famulis, pro pauperibus erogando, expoſcebat, & ita vidit d. loquens Pariſiis & in Avenione. Interrogatus de tempore, quo præmiſſas eleemoſynas facere incepit? Dixit ipſe loquens, quod cum d. Dom. Petro venit ſtatim poſt promotionem ſuam ad eccleſiam Metenſem; & ab illo tempore citra, uſque ad d. D. Petri obitum: & licet d. D. Cardinalis ante promotionem ſuam ad Eccleſiam Metenſem, ipſe loquens cum eodem D. Petro non moraretur, tamen dixit, quod frequenter viſitabat eum; addens d. loquens quod d. D. Petrus in Lotharingia exiſtens, & etiam in itinere conſtitutus, eunde & redeundo poſt promotionem ſuam ad eccleſiam Metenſem, ipſe loquens fuit eleemoſynarius ſecretus ejuſdem D. Petri; quamvis haberet unum generalem eleemoſynarium Interrogatus de quantitate pecuniarum pauperibus erogatarum ſingulis diebus? Dixit, quod cuilibet dabat unum album, & interdum duos; ſecundùm quod abundabat in pecuniis.

De pecuniis mutuò acceptis,

vel ab ipſis famulis.

B

128 Teſtis XIII ſuper XX dixit, quod pluries audivit à d. D. Petro C., tempore, quo cum eo reſidebat, quod propter eleemoſynas, quæ fiunt, homo non efficitur pauperior, quia Deus providebit illis, qui faciunt eleemoſynas, & cum d. D. Petrus dicebatur, quod pauper erat & ſimilia; reſpondebat, quod ſatis Deus ſuo ſtatui provideret; dicens ipſe loquens, quod præfatus D. Petrus multoties ipſi loquenti dixit, quod non vellet, quod ſua negotia ad ſuum libitum venirent, propter pericula, quæ inde ſequi poſſent.

Alterius teſtis

C

Super XXII dixit, quod per tempus, per quod ipſe ſtetit cum d. D. Petro, ſemper vidit eumdem D. Petrum valde miſericordem & pium, pluries eleemoſynas facientem, manu propria, quando poterat pauperibus pecunias largiri; & quando non poterat per ſe, per alium dari faciebat.

129 In tantum, quod ſemel ipſe d. D. Petrus ipſi loquenti dedit unam regulam generalem, videlicet quod nomine ipſius D. Petri idem loquens toties, quoties ſibi videretur expediens, eleemoſynas faceret, & ſibi, quæcumque expenderet in eleemoſynis, computaret. Et dum ipſe loquens d. Domino Petro diceret, quod forte non bene recordaretur de his, quæ daret, & quod poſſet plus vel minus computare, quam poſuiſſet; reſpondebat d. D. Petrus, quomodocumque eſſet, ipſe volebat, quod in dubio plus computaret, & taliter, quod in tradita non deficeret. Inſuper dixit d. loquens, quod d. D. Petrus ita libenter eleemoſynas faciebat, quod ſemel, dum non haberet pecunias, fecit per unum de ſervitoribus ſuis vendi unum annulum *b* auri, quem in digito portabat, ſecretius quam potuit; prout d. loquens dixit, à d. ſervitore audiviſſe; multum enim compatiebatur pauperibus clericis, ſpecialiter magiſtratis in ſcientiis & non beneficiatis, quibus, ut dicebat ipſe loquens, libentiſſimè providiſſet, ſi potuiſſet.

ſuper hiſce teſtimonium; & de vendito annulo.

D

b

ANNOTATA.

a *Id eſt*, arca, *à Gallico* coffre.

b *Idem narratur in vita antiqua cap.* 5, *num.* 29. *Unde hauſit Albius votum, quod in materia miſericordiæ editum à Beato adſtruit in vita cap.* 3 *num.* 24.

CAPUT VII.

Nitor conſcientiæ, quotidiana defectuum annotatio, crebra eorumdem confeſſio.

E

Articuli interrogatorii,

Præluceant more conſueto articuli interrogatorii depoſitionibus. Articulus interrogatorius LI *ſic memorat:* Item quod idem D. Petrus adeo ſolicitus erat de ſua conſcientia, ut omni die ſecreto facto examine de ſibi contingentibus, in ſcriptis redigeret peccata ſua, etiam quæcumque minima, ne quomodolibet inconfeſſa tranſirent.

LII. Item quod idem D. Petrus confitebatur ſæpe & ſemper genibus flexis, & rarò vel numquam abſque lacrymis multis, quamvis leviſſima & pene nulla eſſent ejus delicta, & ſine quibus vita præſens non tranſitur etiam à Sanctis & viris perfectis.

ac depoſitiones.

131 Teſtis I ſuper LI dixit, ſe tantum ſcire quod quamdiu fuit Pariſiis, ipſe D. Petrus in modica ſchedula ſingulis diebus, peccata in die commiſſa, ſcribebat, & dum ibat ad partes Lotharingiæ, in itinere omiſit ſcribere prout conſueverat; quodque, cum fuit in loco de Lineio, dixit ipſi loquenti, quod valde triſtabatur, eò quod omiſerat ſcribere peccata ſua, dubitans illa tradidiſſe oblivioni, & hortabatur d. loquentem, ut reduceret peccata ad memoriam, ſi aliqua feciſſe vidiſſet; & ipſe loquens dixit, quod non credebat ipſum peccaſſe. Tunc d. Dom. Petrus dicebat ipſi loquenti; Nonne potavi inter prandium & cœnam? Qui teſtis reſpondit, quod ſic; ſed non videbatur ſibi, quod ſic potare, eſſet peccatum, & tunc præfatus D. Petrus incepit ſolus in una camera ſcribere peccata ſua per ipſum in via commiſſa, ubi fuit in ſcribendo per duas horas vel circa. *Non* vidit ſchedulam, quia ſecretius, quam poterat, ſcribebat, & ſchedulas cuſtodiebat. Quamdiu Pariſiis fuit, & hîc in curia, ſemel in ſeptimana confitebatur, ad minus, & quandoque bis vel ter in ſeptimana, & interdum ſingulis diebus, prout devotio movebat ipſum. Pluries vidit præfatum D. Petrum coram confeſſore ſuo tam Pariſiis, quam hîc in curia, & de hoc fuit & erat fama publica inter familiares d. D. Petri.

F

132 Te-

A 132 Teſtis II ſuper LI articulo dixit, quod credit contenta *ejus* fore vera. Quia pluries vidit ipſum ſcribentem. Sæpe in præſentia cubiculariorum ſuorum ſcribebat; ſed dicti cubiculariі non erant auſi reſpicere, quid ſcriberet; & interdum flexis genibus ante ignem ſcribebat, & aliquando in capella ſua, vel in ſtudio, & dixit, quod in quadam arca illas ſchedulas ponebat, quæ quidem arca de poſt obitum d. D. Petri fuit reperta, quaſi plena illis ſchedulis; qui quidem d. loquens, dictas ſchedulas poſuit in igne in loco Villænovæ. Interrogatus, quando incepit ſcribere? Dixit, quod poſtquam fuit promotus ad cardinalatum. De loco? Dixit, quod Pariſiis, in Lotharingia, & hic in Avenione.

Viſa ſchedulæ,

Super LII articulo; Bene ſcit, quod ſæpiſſime confitebatur; & verè ſcit etiam, quod ſemel vidit d. D. Petrum ſe confitentem pedibus nudis.

crebra confeſſio,

Teſtis IX ſuper LI reſpondit, quod pluries vidit ſchedulas, dum d. D. Petrus confitebatur ipſi loquenti, ipſeque loquens d. D. Petrum admonuit, ne amplius ſcriberet; imo ſi dubitaret de oblivione, confiteretur ſæpius, & cuicumque capellano occurrenti; & inde ſecutum eſt, quod ſæpe ſurgebat de nocte variis horis, & confitebatur uni de capellanis ſuis, modò uni, modò alteri. Interrogatus, de nominibus capellanorum? Dixit, quod Domini Ægidius Dorel, & Odoardus, qui tunc cum d. Petro morabantur. Interrogatus, quo tempore ipſe loquens admonuit ſupradictum D. Petrum, quod amplius non ſcriberet peccata ſua, ſed ſæpius confiteretur? Dixit, quod paulo poſtquam ipſe loquens fuit confeſſor ſuus. d. Scripturam credit, quod continuavit à tempore, quo fuit canonicus Pariſienſis, uſque ad tempus, quo elegit dictum loquentem in confeſſorem. Interrogatus, quare credit. Dixit, quod d. D. Petrus ipſi loquenti dixit, quod ita erat uſus Pariſiis & alibi.

viſa à confeſſario ſchedulæ,

B

Occaſione alterius articuli interrogatus *d. teſtis* dixit, quod numquam vidit ipſum confitentem, nec audivit de confeſſione, quin defleret. *Contigit hoc* à tempore, quo fuit confeſſor ſuus. De loco? Dixit, in Avenione. De præſentibus? Dixit, quod nullus quia talia faciendo claudebat ſtudium ſuum, ne aliquis intraret.

lacrymæ,

C

Super LII articulo dixit, quod d. Dom. Petrus confitebatur ſæpe ipſi loquenti, videlicet ad minus ter in hebdomada, & aliquando pluries, ſemper genibus flexis; nec recordatur, quod umquam confeſſus fuerit ſine magnis lacrymis, imo cum lacrymis & magnis ſingultibus flebat; in tantum, quod quandoque per ſpatium unius miſerere mei Deus, non valebat loqui; & aliquando erat tanta copia lacrymarum, quod videbatur ante d. D. Petrum aquam fuiſſe infuſam. Interrogatus, quare ita flebat? Dixit, quod flebat ex maxima cordis contritione; nam faciebat conſcientiam de minimis peccatis; nec recordatur ipſe loquens, quod umquam ipſe D. Petrus fuerit confeſſus ſibi peccatum, quod ipſe loquens judicaret eſſe mortale.

confeſſio quam frequens, quot lacrymis reſperſa.

133 Teſtis X ſuper LI articulo dixit, quod ſub noctis ſilentio pluries confeſſus eſt d. D. Petrum; quodque ipſe loquens, dum audiebat d. D. Petrum de confeſſione, de nocte plus quam quinquies percepit, quod d. D. tenebat ſchedulam & candelam, & in d. ſchedula legebat, prout magis occulte poterat. In qua quidem ſchedula, ut credit ipſe loquens, legebat peccata ſua. Verum eſt, quod tenebat ſchedulam ſub caputio aliqualiter occultatam. Interrogatus, quali hora confitebatur de nocte? Dixit, quod interdum ante mediam noctem, interdum horâ mediæ noctis, & interdum poſt mediam noctem. Interrogatus, ſi D. præfatus Petrus C., dum volebat confiteri de nocte, mittebat prædicto d. loquenti?

Confeſſio nocturna,

Dixit, quod dum ſurgebat de lecto poſt mediam noctem, vel ante, vel qualicumque horâ ſurgeret de lecto, & volebat confiteri, veniebat ad cameram ipſius loquentis, & interdum ad cameram D. Odoardi presbyteri, & ad oſtium alterius cameræ pulſabat; nam interdum ipſe, qui loquitur, audiens d. D. Petrum Cardinalem, pulſantem ad oſtium cameræ ſuæ de nocte, fingebat dormire, & tunc ibat ad cameram Domini Odoardi. Similiter interdum d. Dominus Odoardus fingebat, quod dormiret, vel quod non eſſet in camera ſua, quia, ut eis videbatur, pro nihilo ſurgere faciebat. Interrogatus, ſi de mane ſequenti, dum ſurgere nolebant, illos blaſphemabat? Dixit, quod non, ſed illo mane mittebat pro confeſſore ſuo, vel uni illorum confitebatur. Interrogatus ſi ſæpe confitebatur de nocte? Dixit, quod interdum ter vel quater in ſeptimana, quandoque plus, quandoque minus.

apud quos & quam ſæpe.

E

Super LII articulo dixit, quod præfatus D. Petrus aliquando de nocte confitebatur genibus flexis, & interdum pedes inclinatus ſuper altare, & credit ipſe loquens, quod ipſe D. Petrus Card. ideo ſtabat pedes ſuper altare inclinatus, ut occultaret ſchedulam ſub caputio, ne ipſe loquens, audiendo confeſſionem dicti D. Petri, ſchedulam videret. Si lacrymas emittebat dicendo confeſſionem? Dixit, ſe neſcire, ſed bene loquebatur voce doloroſa & quaſi lacrymoſa: Quoad peccata d. D. Petri, dixit ipſe loquens, quod leviſſima erant, ſaltem illa, quæ ipſi loquenti dicebat in confeſſione.

Leviſſima confitetur

134 Teſtis XI ſuper L articulo dixit, quod idem D. Petrus peccata ſua (ignorat ſi omnia) in ſcriptis redigebat; & quadam vice loquens ipſe in ſtudio ſuo ſecreto, invenit unam ſchedulam ſcriptam manu ſua, continentem inter cetera, quædam peccata ſatis levia, & quæ ipſe loquens non reputabat peccata.

peccata,

F

Teſtis XII ſuper LI articulo dixit, quod credit contenta in d. articulo fore vera; cauſam reddens, quia fama laborabat, & erat in hoſpitio d. D. Petri C., inter familiares ejuſdem de contentis in articulo. Etiam dixit, ſe audiviſſe contenta in d. articulo fore vera à Domino Cardinali de Salutiis, cujus ad præſens d. loquens familiaris exiſtit.

135 Teſtis XIII ſuper LI articulo dixit, contenta *ejus* fore vera, ſalvo quod neſcit an omni die peccata ſua ſcriberet. Pluries de nocte videbat d. D. Petrum C. ſua peccata ſcribentem, & dicebat d. loquens d. Domino C.: Vos ſcribitis peccata veſtra. Dixit etiam d. teſtis loquens, quod ipſe D. Card. ſæpe petebat ſibi, quid in die ipſe fecerat, ubi fuerat, cum quibus locutus erat, ad adviſandum melius ſua peccata. Quod etiam d. D. Cameracenſi, fratri ſuo faciebat, & ab eo ſic petebat. Addit d. loquens quod aliquando ipſe lo-

etiam noctu ſcripta;

quæ etiam ſibi indicari rogat.

EX MSS. AVENION.

ex mss. Avenion. loquens, in ſua burſa ſchedulas ipſius D. Card. in quibus peccata ſua ſcripſerat, cuſtodiebat. Sibi tamen dicebat, non reſpiciatis intra; ipſe vero loquens dicebat, quod non reſpiceret, dicendo ſibi quod erant peccata ſua, & iſta erant in itinere, quando ipſi equitabantur. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit, quod pluries vidit plures ſchedulas, in quibus dicta ſua peccata erant ſcripta. Sed non videbat niſi principium ſchedulæ, in qua ſic ſcribebat: Primo die Lunæ peccavi, item die Martis peccavi, & ſic conſequenter. Et de iſta materia pluries inter d. D. Card. & d. loquentem erant colloquia.

Super LII articulo dixit, quod ſæpe & ſæpiſſime, & ſemper confitebatur genibus flexis; & hoc dici audivit ex capellanis d. D. Petri C., quod pluries de nocte confitebatur.

confitebatur ſcripto, genibus flexis.

136 Teſtis XIV ſuper LI articulo dixit, ſe tantum ſcire, quod ipſe D. Cardinalis, quando ſibi confitebatur, ſemper habebat ſchedulam, in qua redigebat peccata ſua, quantumcumque minima, ſed non vidit eum ſcribentem. Bene tamen dixit, quod in confeſſione ſua non potuit perpendere gravitatem peccatorum ſuorum. Interrogatus, quomodo ſcit quod ſcriberet peccata ſua? Dixit, quod confitendo legebat ſchedulas, & addit etiam ipſe loquens, quod ſemel petiit à d. D. Cardinale, cur ſcribebat peccata ſua; qui ſibi reſpondit, quod, ut melius de ſuis defectibus recordaretur.

Super LII articulo dixit, quod verum eſt, quod ſemper genibus flexis confitebatur ſibi, & cum magna cordis contritione; ſed, ſi cum lacrymis, non advertit; ſed bene cum magna mœſtitia & contritione confitebatur.

CAPUT VIII.

Colloquia aſcetica, deſiderium adeundi loca ſacra, faſtidium aulæ.

C

Articuli interrogatorii,

Præmitto rurſum articulos interrogatorios ſuper contentis in titulo hujus capitis, qui ſic ſonant.

Articulus XXVI: Item quod idem D. Petrus notitias proborum virorum cœpit ſolicitè exquirere, & eis adhærere: prout frequentius potuit; à magiſtro Franciſco de S. Michaële, vel à magiſtro Gerardo de Vervino, pœnitentiario Pariſienſi, in theologia magiſtris, ſuper ſtatu & ſalute animæ ſuæ devota habebat colloquia.

XXVII. Item quod eccleſias Pariſiis ſolicitè viſitabat, maximè Carthuſienſium & Cæleſtinorum monaſteria, & cum magnis devotis *illorum monaſteriorum*, ſpeciales & ſecretas notitias habebat; & præ ceteris D. Philippo de Mazeriis, qui inter ceteros devotos Pariſienſes devotiſſimus reputabatur; & qui multas divitias pro Dei amore contempſit, ſingularius adhærebat, ut *ab illis* inſtructus ad arctioris vitæ fructum perveniret.

ſuper hac materia.

XXVIII. Item quod de præmiſſis omnibus & ſingulis fuit, & eſt publica vox & fama in civitate Pariſienſi, & alibi.

XLIII. Item quod, poſtquam ad curiam pervenit, videns ejuſdem implicationes, negotiorumque diverſitates, & pericula ob *illas* quam plurima eſſe, conſiderans, cœpit formidare, ne à pace conſcientiæ & interioris devotionis fervore declinaret. D

XLIV. Quapropter cœpit animæ ſuæ ſaluti conſulere.

XLV. Item quod, plenius conſideratis moribus d. curiæ, & præmiſſa pericula, ſemper præ oculis habens, cœpit ſibi ipſi quam plurimum eſſe auſterus.

LXIV. Item quod abunde intendebat, meare ad S. Mariam Anicienſem, ad S. Benedictum ſupra Ligerim, & ad S. Maturinum, ad S. Mariam de Carnuto.

LXVIII. Item puod proponebat viſitare caput B. Joannis Bapt. Ambianis; locum B. Mariæ de Bolonia ſupra mare; demum transfretare ad Angliam, & ad S. Thomam Cantuarienſem.

LXXI. Item quod diſponebat transfretare de Anglia verſus Coloniam, & ſancta loca ibidem viſitare; & maximè undecim mille Virginum locum & monaſterium. E

Inter alios Pariſiis

138 Teſtis I ſuper XXVI articulo dixit, quod d. D. Petrus ſæpiſſime converſabatur cum præfatis magiſtris Franciſco & Gerardo, in articulo nominatis, videlicet cum d. magiſtro Franciſco causâ informandi, & cum magiſtro, Gerardo causâ confitendi: nam d. magiſter Gerardus, erat confeſſor ſuus; & illam notitiam cum ipſis recepit, ex eo, quod inter omnes Theologos Pariſiis ſufficientes reputabantur magiſtri. Interrogatus, à quo tempore circa, & per quod tempus fuit converſatus cum ſupradictis magiſtris? Dixit, quamdiu fuit Pariſiis, à tempore quo electus fuit eccleſiæ Metenſis. Interrogatus, ſi audivit d. D. Petrum & præfatos magiſtros ad invicem loquentes? Dixit, quod ſic, pluries de divinis & bonis documentis; addens etiam ipſe loquens, quod prælibatus magiſter Franciſcus plura documenta ſibi dixit. Et de hoc eſt fama publica Pariſiis.

Beatus conſuevit cum Philippo de Mazeriis,

Super XXVII articulo dixit, quod antequam d. D. Petrus Cardinalis eſſet electus eccleſiæ Metenſis, interdum eccleſiam Carthuſienſium Pariſiis, causâ ſpatii viſitabat; & poſtquam electus fuit & reverſus de Lotharingia Pariſios, quando ibat ad Regem ad S. Paulum, tunc eccleſiam Cæleſtinorum, causâ devotionis viſitabat, Miſſas audiendo, & alia divina officia, & converſabatur cum quodam Domino Philippo, qui infra ſepta monaſterii Cæleſtinorum moram tranſibat, & in dicta capella d. D. Philippi, præfatus D. Petrus vitas Sanctorum & alios libros, facientes ad devotionem, una cum Domino Philippo legebat, & in legendo delectabatur, affectans ſequi vitam Sanctorum; & hoc pluries ipſe loquens vidit, dicens inſuper quod d. D. Petrus & d. loquentem ad devotionem inclinaret, & ſæpe illos libros legi faciebat, & interdum nonnullos libros ad domum apportari faciebat, & illos copiari. F

piiſſimo viro agere.

Interrogatus cujus famæ erat d. Dominus Philippus? Dixit, quod magnus nobilis erat, & dives, ſed mundi divitias & honores dimiſit, & tenebat vitam Cæleſtinorum, & inter ceteros devotos Pariſiis devotiſſimus reputabatur. Interrogatus, ſi ſæpe cum ipſo converſa-

A verſabatur Dominus Petrus? Dixit, quòd poſt regreſſum ſuum de Lotharingia, Pariſiis, inſimul dicti DD. Petrus Cardinalis & Philippus miles converſabantur bis vel ter in ſeptimana, & de hoc eſt fama publica in civitate Pariſienſi.

Faſtidium aulæ.

Occaſione articuli LXXVIII, *dixit* d. loquens, quod præfatus Dom. Petrus frequenter ipſi dixit, quod libenter iret ad eremum pro pœnitentia facienda, inducendo ipſum loquentem, quod ſecum iret ſolus, dicens eidem loquenti, quod nihil habere volebat, niſi breviarium ſuum & orationes ſuas, & omnes libros ſuos vendere, & emere groſſum pannum pro veſtimentis faciendis, & ſemel cepit ſecrete claves cujuſdam portæ, quæ eſt juxta viridarium hoſpitii, in quo morabatur in Avenione, per quam ſecreto exire volebat, cum d. loquente pro eundo ad eremum; ſed quidam Magiſter Ægidius confeſſor d. D. Petri, eumdem tetraxit: dicendo eidem, quod, ſi excedebat, ſchiſmatici gauderent & dicerent, ipſum receſſiſſe, exiſtimantem D. N. Papam Clementem, non eſſe verum Papam: & d. loquens debebat ire cum ipſo, nec volebat,
B quod aliquis ſciret etiam de familia.

Verſatur cum viris piis,

139 Teſtis II ſuper XXVI dixit, contenta *ejus* fore vera; cauſam reddens, quod ita vidit & pluries præſens fuit, ubi d. Dom. Petrus Card. & magiſter Franciſcus de S. Michaële erant ad invicem, & interdum magiſter Gerardus de Vervino, pœnitentiarius Pariſienſis, qui loquebantur de ſalute animæ & de devotionibus. Nam dicti magiſtri Franciſcus & Gerardus, ſolemnes clerici reputabantur, & devoti viri. Interrogatus, per quod tempus fuit cum dictis magiſtris ipſe Dom. converſatus? Dixit, quod à tempore ſuæ promotionis ad eccleſiam Metenſem.

eccleſias viſit,

Super XXVII dixit, quod ſæpiſſime d. D. Petrus eccleſias Carthuſienſium & Cæleſtinorum viſitabat. Interdum causâ recreationis, & quandoque causâ devotionis. *Teſtis deponens* familiaris erat d. Domini Petri, & eumdem d. Petrum una cum aliis ſuis familiaribus aſſociabat. De tempore dixit, quod dum erat Cardinalis, & Pariſiis moram trahebat. *Dictus teſtis* vidit & audivit quod d. D. Philippum de Mazeriis & nonnullos alios Cæleſtinos & Carthuſienſes interrogabat de modo vivendi ipſorum, & de ſtatu religionis eorum.

conſulit Philippum de Mazeriis.

C *Tedium curiæ.*

140 Super XLIV articulo dixit, quod ſæpe audivit d. D. Petrum conquerentem de involutionibus curiæ Romanæ, & regimine ejuſdem; dicens præfatus Dominus C., quòd melius fuiſſet pro eo, ſi numquam Card. fuiſſet; quia multa, ut dicebat, videbat, quæ ſibi diſplicebant.

Super XLIV dixit, quod d. D. Petrus, ut ipſi loquenti dicebat, deſiderabat ire Carnutum; ſed propter infirmitatem non potuit ire; ſed miſit Alanum, unum de famulis ſuis, tempore ſuæ infirmitatis.

Teſtis IX ſuper XLIV articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera. Quia ſæpiſſime ipſum D. Petrum de ſalute animæ ſuæ affligere ſe vidit & dolere: & interdum cum magna difficultate pacificare: quia pluries vidit ipſum flere.

Verſatur cum veris probis,

141 Teſtis XI ſuper XXVI articulo dixit, quod vidit pluries dictos magiſtros Franciſcum de S. Michaële, & Gerardum de Vervino, converſantes cum d. D. Petro, in menſa & extra, poſtquam d. D. Petrus fuit promotus ad eccleſiam Metenſem, dicti magiſtri, Franciſcus & Gerardus, cum d. D. Petro perſeveraverunt, quamdiu Pariſiis fuit. EX MSS. AVENION.

viſit eccleſias,

Super XXVII articulo dixit, quod poſtquam Petrus fuit electus Metenſis, ſæpe & ſæpius viſitavit eccleſias Carthuſienſium & Cæleſtinorum, cum eſſent de eadem terra, vel circa. Dixit etiam d. loquens, quod pluries vidit d. D. Petrum, eccleſiam Cæleſtinorum & habitationem eorum viſitantem, & ſpecialiter viſitabat Dominum Philippum de Mazeriis, in articulo nominatum. Dum d. D. Petrus ibat ad dictas eccleſias Carthuſienſium & Cæleſtinorum, ipſe loquens d. D. Petrum aſſociabat. Interrogatus, ſi ſciat quod d. D. Petrus loqueretur cum d. D. Philippo verba devotionis? Dixit quod credit, quod ſic, ex eo, quod dd. D. Petrus, & D. Philippus, in articulo nominati, dum ad invicem erant, capellam D. Philippi intrabant, & ibi morabantur, loquendo per magnum ſpatium temporis. Ipſe tamen loquens non audiebat verba illorum; & etiam, quod ipſe D. Petrus in menſa & alibi recitabat aliqua verba, quæ, ut dicebat, audiverat à d. D. Philippo; nam ipſe D. Philippus inter omnes devotos Pariſienſes, devotiſſimus reputabatur, & ideo d. D. Petrus C. à tempore ſuæ promotionis ad eccleſiam Metenſem, quamdiu Pariſiis fuit, cum dicto D. Philippo converſatus fuit. *ac Philippum de Mazeriis.*

E

142 Super XXVIII articulo dixit, vocem & famam eſſe ſuper his, quæ depoſuit.

Alia aliorum

143 Teſtis XII ſuper XXVI dixit, ſe credere contenta in d. articulo fore vera; quia vidit d. D. Petrum frequenter cum nominatis in articulo, qui nominati in articulo, probi & boni viri reputabantur, & pluries ipſe loquens dixit, quod vidit d. D. Perrum d. magiſtro Gerardo de Vervino, in articulo nominato, confitentem. Interrogatus quo loco? Dixit quod Pariſiis, videlicet poſt promotionem ſuam ad eccleſiam Metenſem.

Super XXVII articulo dixit, quod pluries vidit d. D. Petrum, eccleſias Carthuſienſium & Cæleſtinorum viſitantem, dicto loquente, ut aſſeruit, præſente, & eumdem D. Petrum aſſociante. Interdum d. D. Petrus C. ibat ad Regem, in S. Paulo exiſtentem, & cum aliquando non eſſet locus conveniens intrandi ad Regem, præfatus D. Petrus divertebat ad hoſpitium ſupradicti D. Philippi de Mazeriis, & ibidem magnum colloquium inter ſe habebant; de quibus loquebantur, ignorat d. loquens. Præfatus D. Petrus C. libenter cum perſonis devotis converſabatur, & colloquia habebat magis quam cum aliis, & d. D. Philippus inter omnes devotos Pariſienſes devotiſſimus reputabatur.

F

circa præſentem

144 Teſtis XIII ſuper XXVI reſpondit, contenta *ejuſdem* fore vera. Interrogatus, quomodo ſcit? Dixit, quod cum d. D. Petro morabatur, & in diverſis collationibus, & aliis diverſis horis vidit & audivit dictos, in articulo nominatos, unà cum præfato D. Petro colloquentes. Nam d. D. Gerardus de Vervino, in articulo nominatus, erat confeſſor d. D. Petri ſpecialis, & ſæpe veniebat ad hoſpitium d. D. Petri, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis ſolemnibus, quibus diebus D. Petrus

EX MSS. AVENION.

trus frequenter corpus Christi sumebat. Etiam in collationibus d. D. Petri C. sæpissime erat præfatus D. Gerardus, & interdum de quæstionibus respondebat, prout faciebat magister Franciscus de S. Michaële, in articulo nominatus, & plures alii DD. Dixit ulterius d. testis, quod, eo quod vidit d. D. Petrum C. habere *colloquia* cum dd. magistris, in articulo nominatis, cum quibus loquebatur de divinis Scripturis, supplicavit eisdem, ut ad partem inducerent d. D. Cardinalem ad studendum jura canonica, quæ prælati tenentur scire pro regimine Ecclesiæ. Ad quæ respondit d. loquenti sæpe d. magister Franciscus de S. Michaële, in articulo nominatus: Dimitte eum, dimitte eum in suis devotionibus, videns d. D. Petrum C. fore sic inclinatum ad sacras Scripturas, in quibus omnino insistere volebat, & cor suum totum posuerat. Dicebat etiam pluries d. D. Petrus, quod sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.

materiam

145 Super XXVII articulo dixit, se scire quod Carthusienses visitabat & Cælestinos, & cum devotis conversabatur, & specialiter cum
B D. Philippo de Maseriis, in art. nominato. Interrogatus, quomodo scit? Dixit quod præsens erat. Dixit ulterius d. loquens, quod de tempore per quod stetit cum d. Domino Cardinali, vidit quod ipse D. indifferenter videbat libenter omnes religiosos quoscumque ad se venientes, qui valde frequenter ipsum visitabant, & cum ipsis potissimè clericis, & in pagina sacra magistris colloquia habebat, & à pluribus libros & sermones accommodabat, in quibus studium suum ponebat.

testimonia.

146 Super XLIV articulo dixit, continere veritatem; causam reddens, quia per experientiam vidit: quia, antequam ipse D. Card. promoveretur ad episcopatum Metensem, ipse loquens cum d. D. Card. residebat, cui jura canonica legebat, ac etiam civilia, de mandato speciali D. N. Papæ: vidit etiam d. loquens; quod, licet d. D. Card. ante d. promotionem se, ut dictum est, regeret, & humilem se haberet, magis tamen, & cum maxima devotione post d. promotionem incepit de salute animæ suæ cogitare, cum prudentibus viris, bonæ conscientiæ, collationes habere, & libros sacræ Scripturæ evolvere, & se plus solito, Deo dare & abstinentias facere.

C

CAPUT IX.

Cura domesticorum, zelus animarum.

Articuli interrogatorii

Recvii de more sint articuli interrogatorii. Articulus LV. Item quod idem D. Petrus multum satagebat, ut domestici sui & familiares, essent probi & honesti, ac eos hortabatur ad catholicos mores, & ad sæpe confitendum, & ad fugiendum vitia, & sequendam Ecclesiam, prædicationes & similia.

de cura domesticorum,

LVI. Item quod d. D. Petrus solitus erat exempla Sanctorum recensere servitoribus suis, & quæ legerat vel audierat de vitis Patrum, & eos ad vitam sanctam, & opera bona inducere.

LVII. Item quod dum idem D. Petrus, D quemdam ex suis scutiferis, qui vocabatur Maietus, hortaretur ad confessionem (qui post multa respondit, se nescire, quid sacerdoti diceret, & se non habere quid ei daret) pius Dominus, audiens illud, adjecit circa primum: Si numquam confitearis, numquam scies confiteri; & si assuescas, statim bene scies, quid dicendum. Juxta secundum, mandavit sibi dari unum francum auri, pacto mediante, quod confiteretur eâdem septimanâ. Et ex tunc, ut moris est, & præcepti, pluries confessus est.

LVIII. Item quod certis temporibus præcipiebat dari pecuniam inferioribus servitoribus domûs suæ, & juvenibus pro confessione facienda, & ad hoc idem eos admonebat, ipsosque confiteri faciebat.

zelo animarum,

LIX. Item quod ex magno charitatis fervore, lapsum Christianorum, & maxime status ecclesiastici, plurimum deflebat, & ad recuperationem aspirabat. *Idcirco* proponebat secreto, sub specie peregrinandi, quædam loca visitare, & omni pompa, à suo statu & suo- E rum, rejecta, pedester itinerare, & exemplum se præbere cunctis ad humilitatem, & statûs Ecclesiæ reparationem.

LXI. Item quod proposuerat, secum assumptis in sacra Pagina, & Decretorum doctoribus, facere prædicari verbum Dei in locis aptis, per quos transiret *in* ejusmodi peregrinatione, & cunctis audire volentibus, mandata legis, & articulos fidei, Sacramenta Ecclesiæ, & misericordiæ opera; & in omni conclusione sermonis veritatem aperire super facto schismatis, ac Ecclesiæ statum orationi fidelium ubique recommendare.

LXII. Item quod disponebat, ut disputarent & allegarent, si opus esset, dd. DD. Doctores, pro informatione ignorantium & reformatione malè informatorum, super schismatis facto.

LXV. Item quod intendebat principaliter cum D. Rege *Franciæ* conferre de periculo conscientiæ suæ & animæ, super gravaminibus populo suo illatis.

LXVI. *Decretam à B. Petro dicti Regis instructionem proponit.* F

frustra objectis Beato difficultatibus.

LXVII. *Cui instructioni cum objicerentur difficultates*, d. D. Petrus, confidens de Domino Deo, omnino sperabat perficere intentum; allegans illud Euangelii: Omnia possibilia sunt credenti.

LXIX. Item quod d. D. Card. intendebat visitare Regem Angliæ, & ipsum informare super facto schismatis, adjutorio doctorum supra dictorum, pacem tractare inter ipsum & Regem Franciæ.

LXX. Item quod, ignorante Rege Franciæ d. transitum ad Angliam, intendebat facere, & prædicta tractare, nec salvo conductu à Rege Angliæ habito, nec petito, ut salvâ conscientiâ posset se asserere, non missum ab homine, nec à consilio, sed à Deo.

LXXI. Item quod disponebat, ad Regem Romanorum, suum consobrinum, accedere, & ipsum informare de facto schismatis, quem non dubitabat posse reducere ad sanctæ Ecclesiæ unitatem, & ad obedientiam D. N. Papæ, confidens de omnipotentis Dei & Virginis gloriosæ adjutorio & misericordia.

LXXII.

A LXXII. Item quod redeundo, ceteros Principes Alamaniæ potentiores & majores intendebat visitare, modo, quo supra; & illis peractis ad curiam revertit, triennio suæ peregrinationis completo.

LXXIII. Item, cum eidem objiciebatur, quod prædicta exequi non posset, propter *sex rationes*; solum Deum præ oculis habens, & communem utilitatem, respondebat, se non timere hominum pericula, nec judicia detrahentium, & multò minus incidere in paupertatem; paratus sicut dare pro Deo, ita etiam accipere; ac si expediret, etiam eleemosynas petere; quod & adimplére exposcebat.

Domesticos hortatur ad virtutem

148 Testis I super LV articulo dixit, contenta *ejus* fore vera; causam reddens, quod pluries præsens fuit, cum d. D. Petrus inducebat familiares suos, ad mores bonos & catholicos, & ad sæpe confitendum, & ecclesias frequentandum, tam Parisiis quam hîc in Avenione: & de hoc erat fama publica inter familiares suos.

B Super LVI articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: quia ita vidit & audivit, tam Parisiis, quam hîc in curia.

ac frequentem confessionem.

Super LVII dixit, quod præsens erat Parisiis, quando præfatus D. Petrus mandavit dari Maicto unum francum, ad finem, quod confiteretur, & hoc fuit in prandio, & hospitio Domini Episcopi Bellovacensis, in quo præfatus Dominus Parisiis morabatur, & fuit post regressum de Lotharingia.

Pii cum famulis sermones,

149 Testis II super LV & LVI dixit, quod pluries audivit d. D. Petrum Card. hortantem famulos suos, specialiter quemdam Matthæum, scutiferum suum, quia juvenis erat, & sæpe de talibus cohortabatur d. Matthæum, dum erat in mensa. Quando D. Petrus aliqua bona verba devotionis studuerat, illa verba d. loquenti & aliis suis cubiculariis referebat, ipsos ad bonos mores instruendo, hîc in Avenione.

Super LVII articulo dixit, quod præfatus D. Petrus mandavit per testem loquentem dari Maicto, in articulo nominato, unum francum.

C *incitamenta ad confessionem,*

Super LVIII dixit, quod postquam d. D. Petrus Card. fuit ad cardinalatum promotus, semper in septimana ita faciebat dari quibusdam juvenibus servitoribus suis certas pecuniarum summas, ut irent ad cofitendum, videlicet alicui tres solidos, alicui duos grossos, & sic de singulis, & ipsemet loquens dictas pecunias de d. D. Cardinalis mandato tradebat.

mira de domesticis cura,

Super LIX articulo dixit, se tantum scire, quod pluries hîc in curia audivit d. D. Card., dicentem ipsi loquenti, quod libenter iret Jerusalem, ut visitaret Sepulcrum Dominicum.

Testis IX super LV & LVI articulis dixit, quod numquam vidit nec audivit Dominum, qui tantùm satageret salutem suorum familiarium, secundùm quod ipse D. Petrus Card.: nam in mensa & extra ipsos inducebat, ut in articulo continetur; addens d. loquens, quod numquam fuit in mensa alicujus Domini, ubi tantum famuli abstinerent ab inhonestis & malis colloquiis, secundùm quod in mensa d. D. Petri.

zelus animarum,

Super LVII art. dixit d. loquens, contenta *ejusdem* fore vera, quia d. loquens erat in mensa d. D. Petri, videlicet in Avenione.

Super LIX, *& sequentibus, usque ad* LXXIII *inclusive*, dixit, se audivisse contenta in dd. articulis fore vera à prædicto D. Petro, qui tractabat materiam illam cum ipso loquente; qui quidem loquens auditis motivis, bonis rationibus, & bono proposito ipsius D. Petri, condescendit, adeo quod fuit adstrictus ipsi D. Petro, juramento, ut in complendo contenta in art. ipsum associaret. Et nihilominus d. loquens erat per d. D. Petrum adstrictus ad perquirenda gesta præclarorum Regum Franciæ, quibus ipse D. Petrus intendebat Regem, ad suum intentum inclinare. EX MSS. AVENION.

Interrogatus, si proponebat habere plures Doctores? dixit, quod proponebat tres Doctores de quolibet, videlicet tres magistros in theologia, & tres Doctores in Decretis. In theologia intendebat habere magistros Franciscum de S. Michaële, Petrum de Alliaco, magistros in theologia seculares, & ipsum loquentem, qui, ut dictum est, juraverat. Interrogatus de nominibus Doctorum Decretorum; dixit quod magister Joannes de Marchia debebat esse unus, auditor d. D. Petri.

Interrogatus qua de causa d. D. Petrus movebatur ad prædicta viagia *a* facienda, & alia contenta in art.? Dixit, quod causa finalis erat, ut in art. continetur; & quod etiam reputabat se indignum & insufficientem ad cardinalatum, & nulli servire in curia. Continuè fuit in illo proposito, sed, veniente infirmitate & sequente morte, non potuit contenta in art. adimplere. Addens d. loquens, quod D. Cardinalis proposuerat esse in Paschate cum Rege Franciæ, nisi infirmitas ei obstitisset, quæ infirmitas eum arripuit paulò post festum Nativitatis Domini. Incepit dd. tractatus facere bene unum annum ante obitum. E *a*

cura domesticorum.

Testis X super LV dixit, quod audivit à nonnullis familiaribus d. D. Petri C., adhuc d. D. Petro vivente, quod multum inducebat ipsos familiares, ad catholicos mores, ut ad sæpe confitendum.

Hortatur famulos

150 Testis XI super LV & LVI articulis *deposuit, quod* pluries præsens fuit & audivit d. D. Petrum, inducentem suos familiares ad catholicos mores, & alia bona opera facienda. Loquendo Domino Andreæ, fratri suo, & aliis familiaribus, ibidem astantibus, in collationibus, vel in mensa, dicebat generaliter, quod debebant singulis diebus audire Missam, & sæpe confiteri, & in Quadragesima dicebat, quod jejunare debebant, & sæpissime confiteri ac abstinentias facere. F *ad audiendam missam &c.*

Super LVII articulo dixit, quod quadam vice in Quadragesima prædictus D. Petrus, Parisiis existens, dari fecit nominato in articulo, pecunias aliquas, ut confiteretur. *& confessionem*

oblatâ pecuniâ.

151 Super LVIII articulo dixit, quod in Quadragesima qualibet, à tempore promotionis d. D. Petri ad ecclesiam Metensem, ipse Dominus Petrus per Magistrum Hutinum, cubicularium suum, dari faciebat inferiotibus servitoribus domus suæ, pecuniam pro confessione facienda & ita reponebatur in computis d. magistri Hutini, annis singulis, à tempore supradicto. Interrogatus, si erant plures famuli, quibus mandabat d. D. Petrus dari pecunias pro confessione facienda? Dixit, quod poterant esse duodecim vel circa. Interrogatus quos vocat inferiores famulos? Dixit quod famuli

EX MSS. AVENION.

famuli coquinæ & equorum. Interrogatus de quantitate pecuniæ data? Dixit, quod duos vel tres albos pro quolibet.

Teſtis XII ſuper LV articulo dixit, contenta *ejus* fore vera, nedum aliis familiaribus, ſed etiam ipſi loquenti.

Super LVI dixit, contenta *ejus* fore vera: Ita vidit, & audivit. *Addidit hæc contigiſſe* Pariſiis & Avenione, & publicè in menſa & alibi.

Super LVII articulo dixit, quod audivit D. Petrum verba in articulo contenta Maicto, in art. nominato, dicentem. Ex poſt audivit à d. Maicto, quod illa de cauſa dimidium habuerat franci, videlicet ut confiteretur.

Super LVIII articulo dixit, quod adhuc vivente d. D. Petro C., audivit à DD. Hugone le Chaudronier, Nicolao Clacquin, & magiſtro Hutino, famulis ejuſdem D. Petri contenta in d. art. fore vera.

Super LIX dixit, quod audivit contenta in d. art. fore vera, à magiſtro Ægidio, confeſſore d. D. Petri C.

B 152 Teſtis XIII ſuper LV articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera. Vidit & audivit pluries ipſum D. Card. aliis prædicantem, ac eos informantem; qui ſemper gaudebat, quando mentio fiebat de ſacra Scriptura & contentis in ipſa. Interrogatus ubi, & in præſentia quorum, hæc faciebat. Dixit, quod Pariſiis & Avenione, in præſentia ſuorum familiarium, in menſa & in aliis horis. Cum extraneis etiam loquebatur ipſe D. Card. de materia tali, ut ſupra depoſuit.

Alia ſuper eodem

Super LVII articulo dixit, quod bene recordatur, quod ipſe D. Card. exhortabatur d. ſervitorem ſuum, ad confitendum, & ut ſibi videtur, ipſe Dominus C. promiſit pecuniam dari ſervitori ſuo, & credit ipſe loquens, quod d. ſervitor habuit pecunias. Dixit ipſe loquens, quod in menſa d. D. Petri C. ipſe erat, quando d. ſervitori ſuo prædicta dicebat, & ſimilia etiam aliis prædicabat.

153 Super LVIII articulo dixit, quod verum eſt, quod ipſe D. Card. ſuos ſervitores ad confitendum & ad bonum faciendum admonebat; & eos, qui malè loquebantur, reprehendebat, mendacia abhorrebat, neminem diffamabat, detractores odio habebat. Præ-
C ſens fuit pluries quando d. D. Card., prædicta dicebat, & faciebat.

Super LIX articulo dixit, ſe ſcire, quod idem D. Petrus C. pluries loquebatur d. loquenti de mundi ſtatu, & miſeria ipſius, & magnis periculis animarum, & ſchiſmate; de quo multum dolebat; & dicebat ipſe D. Cardinalis, quod Papa, Cardinales & Prælati deberent ſæpe proceſſiones nudis pedibus facere, & aliis laicis bonum exemplum per bonas prædicationes & vitæ ſanctitatem oſtendere; & quod ita faciendo, Deus provideret ſtatui Eccleſiæ. Ipſe D. Card. loquebatur d. loquenti de peregrinationibus, & quod ipſe viſitaret libenter limina Apoſtolorum Petri & Pauli, & locum Sepulcri D. N. Jeſu Chriſti. Dicebat ipſi loquenti, ipſum inducendo, ſi vellet ſecum ire in longinquas partes, & ſtare in eremo, prout Sancti fecerunt. Cui reſpondebat d. loquens: Domine vos eſtis nimis magnus, ſtatim mundus cognoſceret vos; & diceret; Iſte juvenis, ita longus, videtur eſſe de aliquo notabili loco; & ſic ſtatim ſcirentur nova, & ſic non poſſetis facere, quæ velletis, & vos non poſ- D
ſetis tolerare frigora, & multa alia. Reſpondebat d. D. Card. quin imo, & quod non cognoſceretur, & quod bene ſuum propoſitum adimplere poſſet. Dixit ulterius d. loquens, quod tunc ipſe D. Card. ſibi dixit, quod omnia beneficia, quæ poſſidebat, amitteret, excepto dumtaxat capello rubeo, cui numquam renuntiaret, exemplo B. Hieronymi, cujus vitam, & aliorum Sanctorum, libenter ſecutus eſſet, & tenuiſſet, ſi potuiſſet.

Super LXI dixit, quod ipſe D. Petrus C. multum affectabat habere ſecum doctores in theologia, qui ſibi legerent de ea. Ipſe D. Card. affectabat ſcire prædicare, & poſtmodum ire pro defenſione fidei catholicæ. Hoc à d. D. Card. audivit, & alia infinita. Dum ipſe *loquens* diceret d. D. Cardinali: Domine vos vultis prædicare, & ſimilia facere; quomodo poteritis hoc facere? Reſpondebat D. Card. prædictus: imo bene, cum Dei adjutorio; & allegabat illam auctoritatem: Dum ſteteritis ante Reges & Præſides, nolite cogitare E
&c. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

Super LXV & LXVI dixit, quod ſecretè ipſe D. Card. dixit ipſi loquenti unum ſecretum negotium, ſive conſilium, quod ipſe D. Card. & Rex Franciæ propoſuerant; ſed propriè non recordatur, quod fuit iſtud: tamen recordatur, quod illud negotium, ſive conſilium tendebat ad bonum finem: ipſi enim propoſuerant inter ſe multa bona facere. Ipſe loquens præſens fuit, quando D. Card. primo reverentiam exhibuit Regi, poſtquam fuerat aſſumptus ad apicem cardinalatûs, coram quo fecit unam haranguam in præſentia plurium Dominorum nobilium: & inter cetera, multum affectuosè ipſe ſibi recommendavit ſtatum Eccleſiæ, oſtendendo ſibi quomodo Eccleſia Dei aliàs & pluries fuerat per ſuos prædeceſſeres relevata, & verus Papa, per ipſos repoſitus ſua in Sede; inducens ipſum Regem, quod & nunc iſtis temporibus ita facere vellet, & quod ſic faciendo Deus ipſum juvaret, ut nihil ſibi nocere poſſet.

Teſtis XVII ſuper LV articulo dixit, quod, *argumento* dum erat in menſa, audivit ipſe loquens d. D. Cardinalem, alloquentem duos juvenes ſibi F
ſervientes, Vultis eſſe Carthuſienſes? Reſpondebant, quod non. Tunc d. D. Cardinalis eis dicebat; Ergo ſitis boni, & abſtineatis vos à vitiis, talia bona verba, & ſimilia eis dicendo; adjiciens quod ſemel ipſe D. Card. [id dixerat] in infirmitate conſtitutus, de qua infra biduum, ut videtur, obiit. Ipſe vero loquens & d. Dominus Card., loquentes de hac miſera vita, dicentes ad invicem, quod dum tamen homo eſſet in ſtatu gratiæ, non debebat timere mortem: quod ipſe D. Cardinalis valde approbabat. Quod audiens unus de familiaribus d. D. Card. dixit: Ego numquam vellem mori. Cui reſpondit d. D. Card.: Tu male dicis, volens perdere aliam vitam pro iſta.

Super LVIII articulo dixit, quod audivit, dum ipſe loquens erat in menſa, ipſe D. Card. ſuis familiaribus & ſervitoribus verba bona & ſalutaria dicebat, & eos, quantum poterat, ad bona opera inducebat.

154 Teſtis XVIII ſuper LV art. dixit, quod *teſtimonia-* verum eſt, quod ipſe audivit frequenter ipſum D. Card., familiares ſuos ad bonum provo-

cantem

A cantem & inducentem, & maxime fratrem ſuum, extra menſam in Avenione & in Villanova.

Super LVI dixit, quod ipſe loquens audivit à D. Card., pluries dicente: Audiamus vitam talis Sancti, & talis Sancti; & ſcire, quam vitam tenuerant: dicens hoc ipſe Dominus Card. ad inducendum audientes.

ANNOTATA.

a *A Gallico* voiage, *id eſt* iter.

CAPUT X.

Patrimonium ſuum Beatus obſtrictum cupit Fratri, potius quam gravare bona eccleſiæ Metenſis.

B *Articuli interrogatorii*

Cogo in compendium aliquot articulos interrogatorios huc ſpectantes. Articulus interrogatorius XXXVI ſic refert: Item quod d. Dominus Noſter Papa, audiens converſationem vitæ ejus, attendens etiam eccleſiam Metenſem, & ipſius villas & caſtra per ſchiſmaticos detineri occupata, *ſperans* in Domino, per ipſum tam Dei auxilio, quam amicorum ſuorum potentiâ, d. eccleſiam, ipſius villas, & caſtra, ab ipſorum ſchiſmaticorum manibus poſſe brevi tempore liberari, ipſiuſque populum ad cognitionem veritatis, & eccleſiæ obedientiam, & unitatem reducere, non obſtante ejus juvenili ætate, eccleſiæ Metenſi providit de eodem, circa ejus ætatem XV annorum.

XXXVII. Item quod non multo poſt, ut præfatus clerus & populus magis eum revereretur, ut etiam inimicorum & ſchiſmaticorum corda terrerentur, præfatus Dominus noſter eumdem in Diaconum Cardinalem aſſumpſit; eidem propter cauſam ſupra dictam, ipſam eccleſiam Metenſem in commendam dimittendo.

C *ſuper factis,*

XXXVIII. Item quod præfatis promotionibus conſentiens, ad d. eccleſiæ Metenſis liberationem, ſchiſmatiſque exſtirpationem, ardenter cœpit aſpirare. Unde cum D. Comite S. Pauli, fratre ſuo & aliis ejus pluribus amicis, cum magnis ſumptibus, periculis, & expenſis, d. eccleſiam, villas & caſtra à manibus ſchiſmaticorum & inimicorum Eccleſiæ, brevi tempore, quantum potuit liberavit.

XXXIX. Item quod in ejuſdem Fratris & aliorum amicorum ſuorum exercitu perſonaliter exiſtens, nedum impediebat mala fieri, ſed d. Fratrem ſuum, & alios, ut inimicos devictos cum omni miſericordia & pietate tractaret, & patriam inimicorum à gravaminibus per gentes armorum inferri ſolitis, relevaret, rogavit, & humiliter exhortabatur, ſibi dicens, quod inimicis devictis miſericordia jam debebatur.

hnc ſpectantibus

XL. Item quod, licet ipſe & Frater ſuus aliique amici ſui maxima graviaque ſuſtinuiſſent expenſarum onera, nulla ſuper hoc eidem Fratri ſuo vel aliis amicis facta recompenſatione, ſicut nec tunc de bonis ipſius eccleſiæ fieri poterat ſine maximo detrimento, ne ipſa eccleſia & patria per exercitum Fratris & amicorum ſuorum ulterius gravaretur, ipſos remiſit ad propria, ipſiſque onera & impenſas de ſuo proprio ſolvere voluit, ne d. Metenſis eccleſia ab hoc gravaretur. *Ex MSS. Avenion.*

XLI. Item quia gravitet tulit d. D. Comes condignè ſibi non fuiſſe ſatisfactum, & propter hoc aliqua ſimulatione inter ipſos exorta, idem D. Petrus ut eccleſiam liberatet, & d. Fratrem pacificaret, ſuum patrimonium ei dare voluit, ac omnino obligare; ſuper quo inter eos diverſi tractatus habiti ſunt.

XLII. Item quod de mandato D. N. Papæ ad curiam Romanam pervenit, & licet ætate juvenis eſſet, ut pura XVI annorum vel circiter, adeo gravem moribus & maturum ſe reddebat, ut omnes ſuper actibus ſuis plurimum mirarentur. *Super his protulerunt loquentes teſtes infraſcriptas depoſitiones.*

156 Teſtis I ſuper XXXVII articulo dixit, quod *Papa* tempore, in d. articulo contento, de præfato D. Petro eccleſiæ Metenſi providit; qua ratione, ignorat. *eorumque depoſitione 1*

Super XXXVIII articulo dixit, quod D. N. Papa d. D. Petrum in Cardinalem Diaconum aſſumpſit, eccleſiam Metenſem dimittendo in E commendam, qua occaſione, neſcit.

Super XXXIX articulo dixit, in articulo contenta fore vera: cauſam reddens, quod ipſe loquens in recuperatione nonnullorum caſtrorum fuit præſens, & fuerunt per d. Dominum Petrum, cum auxilio Domini Comitis S. Pauli, fortalitia de Vico, de Mediovico, de Marſallo, de Nomeneio, de Baccari, de Spinallo & de Albuſcat, à manibus ſchiſmaticorum recuperata; & in recuperando plures homines armorum, uſque ad numerum mille & D lanceārum vel circa habuit, & ipſos homines expenſis ſuis per medium annum vel circa tenuit. Interrogatus quo tempore? Dixit quod tempore æſtivo fuerunt dd. caſtra recuperata, & primo anno, quo d. D. Petrus fuit ad d. eccleſiam Metenſem elatus.

157 Super XL articulo dixit, contenta in d. articulo fore vera; reddens rationem, quia præſens erat, & ita vidit & audivit. Interrogatus, ſi vidit aliquem vel aliquos captivos, quibus præfatus Dominus Petrus miſereretur? Dixit quod ſic; nam ſæpe ad viſitandum & F confortandum incarceratos, ac etiam ad conſitendum eos mittebat ad carceres & alia loca, ubi detenti erant, magiſtrum Joannem de Marchia, magiſtrum ſuum, & Dominum Henricum de Ponte, eleemoſynarium ſuum, presbyteros; & hoc vidit in loco de Vico. De nominibus incarceratorum non recordatur; & ultra dixit, quod d. Dominus Petrus mitigabat Dominum Comitem S. Pauli, ne incarceratis & captivis ultra modum damna inferret, ſed eoſdem amabiliter tractaret. Interrogatus, quomodo ſcit? Dixit, quod ita vidit & audivit pluries in loco de Vico, de primo anno electionis d. D. Petri ad eccleſiam Metenſem. *de Beati miſericordia in captivos;*

Super XLI & XLII articulis dixit, quod audivit inter dd. Dominos Petrum & Comitem diverſos tractatus de obligatione & donatione patrimonii, & præſens fuit tam Pariſiis, quam in Lotharingia: nam audivit quod præfatus D. Card. voluit D. Comiti S. Pauli, fratri ſuo, dare totum ſuum patrimonium, & ultra octo mille francos, ad finem ut Eccleſiam Metenſem liberaret. Interrogatus, à quibus dici *de oblato proprio*

EX MSS. AVENION.

audivit? Dixit, quod à Nicolao Clacquin, qui in hujuſmodi tractatibus erat; etiam fama erat inter familiares d. D. Petri.

Super XLIII articulo dixit, quod ad curiam venit & quotidie in devotionibus creſcebat, & credit, quod de mandato D. N. Papæ venit.

Patrimonio

158 Teſtis II ſuper XXXVI articulo depoſuit, contenta *ejus* fore vera, cauſam reddens, quia vidit Pariſiis & hîc in Avenione.

Super XXXVII articulo dixit, quod D. N. Papa modernus de perſona d. D. Petri provi dit eccleſiæ Metenſi, & credit, ut in articulo continetur.

Super XXXVIII dixit, quod D. N. Papa eumdem D. Petrum in Diaconum Cardinalem aſſumpſit, neſcit tamen quâ occaſione.

Super XXXIX articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: cauſam ſuæ ſcientiæ reddens, quia in ſocietate d. D. Petri Cardinalis, & Domini Comitis S. Pauli, ipſe loquens erat, quando caſtra fuerunt recuperata; videlicet caſtra de Vico, de Nomeneyo, de Baccareto, de

B Mediovico & de Marſallo, & ipſe unà cum ſupradictis Dominis Petro Card. & Comite, intravit in ipſis caſtris, & fuerunt dd. caſtra cum magnis ſumptibus & expenſis recuperata; quia in hujuſmodi recuperatione fuerunt bene mille & quingentæ lanceæ.

Super XL articulo dixit, ſe tantum ſcire, videlicet quod ipſe miſerebatur multum captivis, nec volebat quod traderentur morti; quantum in eo erat, & quantum poterat, exhortabatur d. Comitem fratrem ſuum ad miſericordiam faciendam illis captivis; & ita vidit d. loquens & audivit, & præſens fuit quando d. D. Petrus Card. fratrem ſuum Comitem rogabat pro captivis.

pro ſumptibus bellicis,

Super XLI dixit, ſe tantum ſcire, quod pro liberatione eccleſiæ Metenſis, tractavit cum fratre ſuo Dom. Comite S. Pauli præfatus D. Petrus; taliter, quod gentes armorum receſſerunt à caſtellis eccleſiæ Metenſis, & pro hoc voluit d. D. Cardinalis d. D. Comiti, ejus fratri, date patrimonium ſuum, in diminutionem ſtipendiorum gentium armorum. Interrogatus, quantum poterat valere patrimo-

C nium ſuum ſingulis annis? Dixit quod poterat valere mille ducentas libras Pariſienſes vel circa.

159 Interrogatus, ſi fuit præſens in tractatu habito inter eoſdem fratres? Dixit, quod pro parte Domini Comitis erant tractatores duo milites, quorum unus vocatur le Baudrain de la Henſe; de nomine ſecundi non recordatur; & pro parte D. Petri Card. erant tractatores DD. Joannes de Marchia, auditor ipſius Domini Petri, D. Hugo le Chaudronier camerarius, Nicolaus Clacquin, & ipſe loquens; & ad tantum devenerunt tractatores hinc inde, quod de triginta millibus, quos petebat d. Comes S. Pauli, memoratus D. Petrus Cardinalis voluit ſibi dari viginti mille, quos noluit ſupradictus Comes; & tamen receſſerunt tractatu non completo & hoc fuit in Lineio. Poſtmodum verò dicti Domini, Petrus Card. & Comes S. Pauli, Pariſiis ſuper hoc habuerunt tractatum, & ſemper idem D. Petrus Card. Domino Comiti fratri ſuo offerebat ſuum patrimonium.

Super XLII articulo dixit d. loquens, ſe referre ad depoſita in XLI articulo immediatè præcedenti. D.

Super XLIII dixit, contenta *ejus* fore vera: cauſam reddens, quod cum D. Petro Cardinali præſens fuit ab illo tempore citra, & uſque ad ejus obitum.

& poſſeſſione

160 Teſtis VI dixit, quod fuit diſcordia inter D. Card. & Dominum Comitem S. Pauli, fratrem ſuum, ex eo, quod præfatus D. Comes petebat certam ſummam pecuniarum pro certis hominibus armorum, quos cum d. D. Cardinale, ad recipiendum poſſeſſionem d. eccleſiæ Metenſis, duxerat, & diutius tenuerat ſuis propriis ſumptibus & expenſis, pro recuperandis caſtris & villis d. epiſcopatus Metenſis, occupatis per gentes prædeceſſoris ipſius D. Epiſcopi, & ratione expenſarum & ſtipendiorum prædictorum; quam ſummam communiter exiſtimabat ipſe D. Comes ad ſummam viginti quatuor vel viginti quinque millium francorum. Quod audiens præfatus D. Petrus C. reſpondit, quod nullo modo terras eccleſiæ Metenſis obligaret. Ex quo fuit diſcordia maxima inter eoſdem, & fuerunt aliqua verba injurioſa, ubi D. Card. reſpondit, quod ipſe mallet alienare patrimonium E ſuum, quam obligare patrimonium eccleſiæ ſuæ prædictæ. Interrogatus, quomodo præmiſſa ſcit? Dixit, quod ipſe fuit unus ex tractatoribus concordiæ, inter ipſos D. Card. & D. Comitem; & ulterius dixit, ſe non plenè recordari de pluri, ſalvo quod totum reſiduum remanſit inter manus Domini de Couciaco diſcutiendum; quid factum fuerit expoſt, neſcit; ſed de hoc ſe refert ad præfatum D. de Couciaco.

Eccleſiæ Metenſis.

161 Teſtis VIII, ſuper negotiis eccleſiæ Metenſis, & recuperatione caſtrorum ejuſdem, fuit interrogatus, qui dixit, quod poſt promotionem d. D. Cardinalis ad d. eccleſiam, ipſe D. Petrus, unà cum Domino Comite S. Pauli, fratre ſuo, & nonnullis armorum hominibus, iverunt ad recipiendam eccleſiæ Metenſis poſſeſſionem; & poſſeſſione hujuſmodi adepta, invenerunt nonnulla caſtra & villas ad d. eccleſiam pertinentes, per parentes & familiares Epiſcopi defuncti, prædeceſſoris ſui, occupatas; quæ quidem caſtra, & villas, ipſe D. Petrus cum adjutorio d. fratris ſui, manu armata recuperavit; & quia F homines armorum in hujuſmodi recuperatione, ad requiſitionem Comitis ſupradicti venerant, ipſe D. Comes S. Pauli ab eodem D. Petro Card. de expenſis & ſtipendiis gentium armorum petiit ſibi ſatisfieri; & tandem volebat d. D. Comes magnam pecuniæ ſummam habere, & ultra viginti millia francorum; pro quibus volebat, quod d. D. Petrus, ſibi caſtra & villas eccleſiæ Metenſis obligaret, uſque ad ſatisfactionem expenſarum & ſtipendiorum ſupradictorum.

Expoſitur factum

162 Quod audiens præfatus D. Petrus C., ſibi reſpondit, quod nullo modo ſibi terras eccleſiæ obligaret; ex quo fuit diſcordia maxima inter eoſdem D. Petrum C., & Comitem; & in tantum, quod d. loquens dubitaret, ne Comes inſurgeret contra d. D. Petrum C., etiam vi armorum. Et tunc ipſe D. Petrus rogavit Dominum loquentem, ut traderet ſibi unum de ſuis militibus pro conſervatione caſtrorum, pertinentium ad eccleſiam

siam Metensem, quod fecit d. loquens; qui quidem miles in nonnullorum Dominorum præsentia juravit, quod in castris & fortalitiis ecclesiæ Metensis, non permitteret intrare, nisi D. Joannem de Luxemburgo, fratrem ipsorum Domini Petri & Comitis, & D. de Couciaco.

de refundendis sumptibus, Tandem verò supradictus loquens, videns istam dissensionem inter fratres prædictos, d. D. Petro exposuit, quod ipse erat junior fratre suo Comite, & ab ipso habebat, quidquid tenebat. Sciebat etiam, quod d. Comes, recuperatione castrorum ecclesiæ Metensis, maximas pecunias expositerat pro ipso, in hujusmodi recuperatione castrorum, & paratus erat sibi satisfacere, sed nullo modo sibi vel alicui alteri terras & castra ecclesiæ obligaret, etiamsi deberet pro hoc mori; sed paratus erat, quod frater suus d. Dominus Comes reciperet patrimonium suum, quod valere poterat singulis annis DCCC libras Turonenses, & ultra, ut dicebat; & de residuo paratum se offerebat ad terminos sibi assignatos solvere.

B *in bello factis, à fratre B. Petri.* 163 Et hoc ipse loquens supradicto D. Comiti retulit; quod d. D. facere renuit, & recusavit: quibus sic actis, præfatus Dominus loquens, de voluntate, & ad rogamina d. D. Petri Card. recepit in suis manibus regimen temporalitatis & custodiam castrorum ecclesiæ Metensis in suis manibus, & tum ipse loquens incepit tractare concordiam inter dd. fratres; qui tractatus duraverunt tam Parisiis & in Lotharingia, quam hîc Avenione, usque ad obitum d. D. Petri C. Tamen audivit, quod D. Petrus in testamento suo ordinavit, quod supradictus D. Comes haberet certam quantitatem pecuniarum, de qua se refert ad testamentum. Alia dixit se nescire.

Testis X super XXXVII articulo dixit, quod *Exponitur quotennis fuerit Ep. Metensis.* D. N. Papa providit d. D. Petro de ecclesia Metensi, & credit, quod tum d. D. Petrus erat ætatis XV annorum vel circa.

& Cardinalis. Super XXXVIII articulo dixit, quod d. D. Petrus assumptus fuit ad cardinalatum, & fuit sibi ecclesia Metensis dimissa in commendam. Qua de causâ, ignorat.

Super XXXIX articulo dixit, se nihil scire nisi de auditu dici à familiaribus d. D. Petri Card., à quibus audivit dici, contenta in d. articulo
C fore vera; &, ut dicit, hoc erat vox & fama in hospitio d. D. Petri C.

Super XL & XLI articulis dixit, se nihil scire, nisi de auditu dici à familiaribus d. D. Petri C.

Tentata concordia de suprad. sumptibus bellicis. Super XLII dixit, se audivisse, contenta ejus fore vera, à magistro Joanne de Marchia, auditore, Hugone le Chaudronier, camerario, Nicolao Clacquin, & à pluribus aliis de familia d. D. Petri; ipseque loquens dixit, quod Parisiis super ista materia, in articulo contenta, plura memorialia scripsit, & apparet ipsi loquenti, quod in illis scripturis habebatur mentio specialis, de contentis, in dd. articulis. Interrogatus, si habeat illas scripturas? Dixit, quod non. Interrogatus, ad cujus instantiam scripsit illa memorialia. Dixit quod ad instantiam supradictorum, auditoris, camerarii & Nicolai Clacquin. Fuit Parisiis, dum tractabatur de concordia inter d. D. Cardinalem, & D. Comitem S. Pauli, post recuperationem castrorum ecclesiæ Metensis per d. D. Comitem, ut dicitur factum: etiam tunc temporis fama erat inter familiares d. D. Petri, de contentis in d. articulo. EX MSS. AVENION.

Super XLIII articulo *depositit*, quod cum d. D. Petro Card. venit ad curiam Romanam, & poterat esse ætatis in art. contentæ. Vidit d. D. Petrum, bene conversantem, & multi super actibus suis plurimum mirabantur.

Super XLIV articulo dixit, quod audivit à d. D. Petro quod sibi multum displicebat, quod episcopatum suum regere non poterat, nec populum suum manutenere.

164 Testis XI super XXXVII articulo dixit, *Iteratum testimonium quâ ætate factus sit Ep.* quod d. D. Petrus fuit *electus* ad ecclesiam Metensem in decimo quarto suæ ætatis anno, & per D. N. Papam de eadem *ei* provisum, qua intentione ignorat; bene dixit d. loquens, quod tunc temporis castra ecclesiæ Metensis supradictæ, erant per schismaticos occupata, & per amicos defuncti Episcopi.

Super XXXVIII articulo dixit d. loquens, *& Cardinalis.* quod per D. N. Papam fuit d. D. Petrus in Card. Diaconum assumptus, ecclesiam Metensem in commendam dimittendo, qua occasione ignorat.

F Super XXXIX articulo dixit, quod castra ecclesiæ Metensis fuerunt cum potentiâ D. Comitis S. Pauli, & bonâ diligentiâ d. D. Petri Cardinalis (qui præsens fuit in actibus bellicis, & recuperationibus castrorum, & villarum) liberata & recuperata cum magnis sumptibus, periculis & expensis; si verò d. D. Petrus promotionibus supradictis consensit, causâ in articulo contentâ, dixit, se nescire. Interrogatus, quomodo scit, quod dicta castra fuerunt recuperata? Dixit, quod præsens fuit in exercitu, associando d. D. Petrum. Interrogatus de tempore? Dixit quod primo anno promotionis d. D. Petri ad cardinalatum. *Recuperata castra ecclesiæ Metensis.*

Super XL dixit, quod quando aliqui rebelles homines fuerunt per d. Dominum Comitem, & gentes suas capti; sæpe dictus Dominus rogabat d. D. Comitem fratrem suum, ut misericors esset eis. *quam misericors B. Petrus erga captivos*

Super XLII dixit, quod postquam fuit recuperatio castrorum facta, D. Comes S. Pauli, voluit habêre satisfactionem de laboribus & stipendiis armatorum, voluitque pro istis recipere duo castra ad d. ecclesiam Metensem spectantia, & super hoc fuit idem D. Comes d. D. Petro locutus, qui quidem d. D. Petrus consentire noluit, timens ne dicta castra liberè possent à manibus d. D. Comitis recuperari: & quia idem D. Petrus pecunias non habebat, unde solveret d. D. Comiti, obtulit sibi patrimonium suum. Interrogatus, si d. patrimonium recepit in solutum? Dixit quod non. Interrogatus, de valore d. patrimonii: dixit quod singulis annis valere poterat MCC francos. E

Super XLIII dixit, contenta in d. articulo fore vera, causam reddens dicti sui, quod vidit litteras D. N. Papæ, d. D. Petro destinatas, & eas legit; nam cum fuit Avenione, erat valde devotus & maturus in moribus, & omnes, præsertim cum eo conversantes, mirabantur.

165 Testis XII super XXXIX dixit, quod *Promotus ad cardinalatum, habuit eccl. Met. in commendam.* d. D. Cardinalis promotus fuit ad ecclesiam Metensem, & deinde ad cardinalutam, dimissâ sibi ecclesiâ Metensi in commendam. Bene scit, quod D. Petrus cum magnis sum-

EX MSS. AVENION.

ptibus, periculis & expensis, castra ecclesiæ Metensis recuperavit, causam reddens, quia ipse loquens præsens fuit in recuperatione aliquorum castrorum cum d. D. Petro.

De expensis bellicis,

Super XLI & XLII articulis dixit, se tantum scire, videlicet, quod pro solutione stipendiorum gentium armorum, qui cum D. Comite S. Pauli ad recuperationem castrorum ecclesiæ Metensis [venerant], inter dd. Dominos Petrum Card., & Comitem S. Pauli fuit altercatio; nam præfatus D. Comes petebat pro hujusmodi stipendiis quadraginta mille francos; postmodum ad viginti sex mille venit d. Comes, deinde ad decem & octo; pro quibus volebat d. D. Comes, quod præfatus D. Card. sibi pro summa decem & octo mille francorum, ecclesiam Metensem obligaret; videlicet aliqua castra, ad d. ecclesiam spectantia. Cui quidem D. Comiti d. D. Petrus C. respondit, quod numquam ecclesiam obligaret, sed pro solutione hujusmodi stipendiorum, obtulit sibi patrimonium suum, & ultra dictum patrimonium voluit sibi dare certas pecuniarum summas, solvendas certis terminis sibi assignandis, quod facere recusavit d. Comes, & super hoc fuerunt diversi tractatus inter præfatos DD. Cardinalem & Comitem.

B

Interceptis castris,

Testis XIII super XXXIX articulo dixit, se tantum scire de contentis in d. articulo, scilicet quod d. Dominus Petrus accessit ad partes cum fratre suo Domino comite S. Pauli & pluribus hominibus armorum & recuperavit villas & castra de Vico, de Marsallo, de Medio vico, de Nomeneio, quæ erant in manibus intrusi . . . . , & comitis de Salinis. Interrogatus quomodo scit? Dixit, quod in omnibus supradictis præsens fuit, cum dd. fratribus, recipiendo possessionem dd. villarum & castrorum.

Inhibita ecclesiæ effractione à Petro.

Super XL articulo dixit, quod pluries vidit d. Dominum Petrum impedire mala, & quantum poterat dicto & facto impediebat; causam reddens, quia ipse loquens præsens erat, & in pluribus locis quæ longum esset narrare, & inter cetera accidit quod dum ipse D. Card., & D. Comes, frater suus, irent Metas pro possessione episcopatûs Metensis adipiscenda, ipsi steterunt in quadam villa, prope Metis, in qua applicuerunt de nocte, & non poterat reperiri ignis, excepto quod in ecclesia ipsius villæ erat lampas ibi ardens, & ostia ecclesiæ erant clausa, ita quod nullus poterat intrare, nisi frangerentur ostia, vel fenestræ vitreæ: unde aliqui

C

hoc videntes, volebant statim portam ecclesiæ frangere; quod statim inhibuit d. D. Card. nec tunc intraverunt, & tunc oportuit quod mitterent pro igne bene longè à villa, ita quod erat quasi media nox, quando reversus fuit ille, qui asportavit ignem, & sic dd. fratres cum tota comitiva steterunt usque ad d. horam sine igne, nec candela. Interrogatus, quomodo scit? Dixit, quod præsens erat, quando Dominus sic inhibebat.

Tentata omnia,

166 Super XLI & XLII articulis dixit ea, quæ sequuntur: postquam enim d. Dominus Cardinalis, & Dominus Comes ejus frater, cum maxima multitudine gentium armorum recuperaverant episcopatum Metensem, in quo fuerunt cum magnis expensis & oneribus, & in campis extra fortalitia stabant, ubi fiebant tractatus, tam in schismaticis, quam cum Burgensibus d. episcopatûs. Dictus Dominus Comes existens cum d. Domino Card. in castro de Vico, quod est principale castrum, & clavis totius episcopatûs, voluit scire quanta in summa d. D. Cardinalis prædictus posset sibi teneri occasione prædictorum, & litteras obligatorias habere. Pro quibus expediendis d. D. Comes congregavit notabiliores milites, quos secum habebat; qui cum consilio d. D. Card. tractabant, & litteras de quadraginta quatuor millibus francis habere volebant, & post plures tractatus, pro tunc nulla potuit haberi concordia, quod videns D. Comes, voluit quod aliquis mitteretur ad capitulum Metense, pro habendo suo consensu de aliqua summa, de qua ipsi cum D. Card. litteras sigillarent. D

pro solutione sumptuum militarium,

167 Et pro hac causa missus fuit ad capitulum d. loquens, qui in capitulo renuntiavit ea, quæ sibi injuncta erant; & finaliter Domini de capitulo, numquam litteras de summa dictorum quadraginta quatuor millium, concedere voluerunt; & propter hoc remanserunt negotia absque aliqua concordia. Dixit ulterius d. loquens, quod etiam postmodum in Lineio fuerunt pluries congregati illi de

E

consilio dd. Dominorum Card. & Comitis; sed breviter, numquam potuit fieri nec haberi una conclusio, in qua partes remanerent concordes.

pro se factorum, à fratre suo,

Quibus sic actis, D. Card. reversus fuit Parisios, ubi plura & magna consilia & cum magnis Dominis, tam cum D. Card. Laudunensi, quam aliis de consilio Regis, & pluribus aliis habuit, & pluries fuit D. Cardinalis erga Regem, & ad Duces Biturigum & Burgundiæ, pro habendo bono tractatu, cum fratre suo, cum quo per medium cujusdam amitæ, Dominæ Joannæ Comitissæ de Faulrenberg tractaverat, mediante suo patrimonio, sibi jure naturæ debito, quod fuit æstimatum pro tunc inter decem & duodecim millia francorum auri: videns enim d. D. Cardinalis, quod ecclesia Metensis posset pati detrimentum in futurum, nisi ipse apponeret remedium, expresse voluit & consensit, quod d. patrimonium suum poneret pro ecclesia; non obstante quod multi sibi consulerent contrarium, allegantes & dicentes, quod erat factum ecclesiæ, & quod propter hoc non debebat heredes suos exheredare, quibus tamen non obstantibus nullus fuit finalis tractatus.

ne gravaretur ecclesia Metensis.

F

CAPUT XI.

Crucifixi apparitio, supremus morbus, testamentum, virtutes morti præviæ, & nonnulla alia ejus adjuncta.

Testium depositiones de apparitione Crucifixi,

INgressum aperiant ad præsens argumentum articuli interrogatorii, huc spectantes: LXXIV. Item quod d. D. Petrus, verisimiliter credendum est, quod à Deo multas, & magnas visitationes habuit, & consolationes, licet hoc hominibus esset ignotum. Unde quadam die contigit, dum esset in Castronovo, cum D. N. Pa-

A N. Papa, & ardentius prolixiusque ſolito, in oratione ſtetiſſet, apparuit ſibi in forma viſibili Dominus noſter Jeſus Chriſtus, in illo ſtatu, in quo erat, dum pendebat in Cruce; & hoc cuidam de DD. Cardinalibus, ſibi valde familiari, in illo inſtanti revelavit, prius ab ipſo exigens juramentum, ut hoc ſecretum haberetur. Quod & idem D. Cardinalis poſt ejus mortem, prout decebat, revelavit.

mutatione aëris, LXXVI. Item quod d. D. Petrus propter infirmitatem, de conſilio medicorum, propter meliorem aërem habendum, tranſlatus fuit de Avenione ad Villamnovam ultrà pontes, ubi paſſim debilitatus eſt uſque ad ejus obitum.

patientia in morbo, LXXVII. Item quod in ſua infirmitate adeo fuit patiens, quod numquam conqueſtus eſt, nec moleſtus [fuit] ſuis ſervitoribus; & dum ab eo peteretur, quomodo ſibi eſſet; continuò hilari facie reſpondebat; Bene, Dei gratiâ; & adeo jucundè, quod videretur non pati. Imo d. infirmitatem, & alias corporis paſſiones cum magna cordis exultatione ſuſtinebat, & plura & majora ſupplicia pro Chriſto pati ardenter

B deſiderabat. Solitus erat dicere, quod felix eſſet, qui martyrium pro Chriſto ſuſtineret; dicens ulterius, quod non reputaret ſibi grave, cum ipſum ſemel mori oporteret, martyrium pro Chriſto ſuſtinere; & hoc optabat ſæpiſſime, ut per martyrium, vitam iſtam temporalem finiret.

pietate conſtanti, LXXIX. Item quod ab illo tempore uſque ad Aſcenſionem Domini languebat, & illa die & expoſt, cum ſuis familiaribus comedit ſatis lætus, quamvis eſſet debilis ultra modum, ac ſic uſque ad feſtum S. Joannis Bapt., quo tunc ex toto decubuit, & non valens ſurgere, tranſivit tempus cum magna devotione & patientia, in orationibus inſiſtendo, & vitas Patrum, & aliorum ſibi legendo, & coram eo legi faciendo, Miſſas devotiſſimè audiendo; medicis tunc deſperantibus de ipſius vita, & maximè medico Italico, qui ante ſperaverat, imo promiſerat ipſum curare.

uſu balnei, LXXX. Item quod circa feſtum B. Joannis cœpit uti balneo, de conſilio medicorum, nec valebat ulterius ſurgere, ſed vehebatur, de loco ad locum, & celebrabatur ſibi Miſſa intra cameram. Quoniam, quamdiu potuit ſe movere, ſemper ad oratorium horâ

C Miſſæ & orationis acceſſit, & ibidem orationes ſuas ſolitas cum maxima cordis exultatione dicebat.

obtentis indulgentiis, LXXXI. Item quod infirmitate ingraveſcente, ſupplicavit Domino noſtro, ut ſibi indulgentiam plenæ remiſſionis concederet; ſicque ejus confeſſor etiam circa mortis articulum poſſet eum abſolvere, plena poteſtate ſibi conceſſa. Quod D. N. Papa conceſſit, ut totiens, quotiens vellet, illâ gratiâ uti poſſet; ſed & condere teſtamentum, eligere executores, quos vellet; quod & fecit.

electione viliſſimæ ſepulturæ, LXXXII. Item quod de teſtamento ſuo diſponens, humilibus ſemper conſentiens, illud inſigne humilitatis de ſua ſepultura ordinavit, ut ſi in limitibus Romanæ curiæ decederet, in medio ſepultorum pauperum in cœmeterio S. Michaëlis, & extra capellas tumularetur; ſi verò extra curiam in itinere; eò quod conſilio medicorum ordinatum fuerat ipſum ferri Pariſiis, aëris *& ſanitatis* gratiâ; illo caſu, quo moreretur ultra Lugdunum, ſuam elegit ſepulturam in cœmeterio Innocentium Pariſiis, in medio pauperum ibidem ſepultorum. EX MSS. AVENION. *& exequiarum;*

LXXXIII. Item quod ordinavit, ut in die ſepulturæ ejus & exequiarum, tantum pro luminari eſſent tres cerei, in honorem Trinitatis, quilibet ſeptem librarum: quorum duo ponerentur ad caput, & unus ad pedes. Sed & cum difficultate fuit inclinatus ab his, qui ſibi aderant, ut dd. tribus cereis apponerentur faculæ XII.

LXXXIV. Item quod ordinavit, ut relictis ſericis & aureis pannis, de groſſo panno burelli griſei, cum Cruce rubra, cooperiretur ipſius feretrum, ſuper quo & corpus ejus poſitum deferretur ad tumulum.

ſacro viatico, LXXXV. Item quod in die feſti Apoſtolorum Petri & Pauli confeſſus fuit, & Miſſam devotiſſimè audivit; & primo d. gratiâ indulgentiæ plenæ remiſſionis uſus fuit, & abſolutionem habuit à ſuo Confeſſore, & incontinenti petiit ſibi dari Sacramentum Euchariſtiæ, in lecto jacens, quod mira devotione, & cum maxima lacrymarum abundantia ſuſcepit; ita ut omnes adſtantes provocaret ad fletum.

E *quotidiana confeſſione,* LXXXVI. Item quod ab illa die, uſque ad diem obitûs, omni die confeſſus eſt, & quandoque bis in die, nec audebat ejus confeſſor ipſum elongare; rogatus per eum, ut ſemper præſens adeſſet.

LXXXVII. Item quod illis diebus ſupplicari fecit D. N. Papæ, quod recommendatos haberet ſuos familiares & ſervitores, & juxta eorum merita eis provideret de beneficiis, per eum reſignatis, quod & factum eſt.

extrema Unctione. LXXXVIII. Item quod die 2 Julii d. anni, petiit ſacram Unctionem, quam & ſuſcepit devotiſſimè, ad omnia miniſteria reſpondendo ipſemet, & membra ſua exhibendo, ac ſi eſſet ſanus; quamvis potius videretur eſſe mortuus, quam vivus; & ibidem coram omnibus ſe petiit abſolvi auctoritate D. N. prædicta, & fuit iterum abſolutus.

LXXXIX. Item quod idem D. Petrus, eadem die tribus vicibus fuit confeſſus, ſemel ante ſacram Unctionem, & bina vice poſt.

XC. Item quod eadem die paulo ante mortem, dum confitebatur, transferri ſe fecit de lecto, ubi jacebat, ad unum cubile proxi- F mum, ubi complevit confeſſionem inceptam; à quo, dum reportari vellet ad lectum ſupradictum, dixit Stephano, cubiculario ſuo, qui formidabat ipſum amplecti, ne ipſum læderet; Quid times? fac de me, ſicut de uno mortuo; & ſic portavit eum ad lectum ſolus inter brachia, præſente Confeſſore.

deſiderio mortis, XCI. Item quod poſt horam Veſperarum ejuſdem diei, cœpit gravari à ſomno; ita ut diceret Confeſſori, quod modicum recederet. *Qui* dixit, quod non erat bonum, ipſum dormire, ut melius de noctè poſſet quieſcere. Qui replicans dixit ei, quod modicum pateretur, ut clauderet oculos, & ſtatim poſt cœnam vellet ſibi loqui. Quod advertens d. Confeſſor, exiſtimanſque ipſe horam eſſe propinquam, ut erat, dixit ſibi; Non cogitetis ulterius cœnare in hoc mundo, quia hodie cœnam facietis cum Deo, quod tam diu optaſtis, Ad quod verbum excitatus eſt ab illa ſomnolentia, & eidem Confeſſori ter regratiatus eſt, junctis manibus, cum magna hilaritate & gau-

EX MSS. AVENION. diosis lacrymis dicendo : O utinam Domine! O utinam Domine !

monitis fratri datis,

XCII. Item quod eâdem horâ fecit adesse fratrem suum Andream de Luxemburgo, admonens eum, ut Deum timeret, & peccata fugeret &c. & in fine verborum sibi recommendavit sororem suam Joannam, & servitores suos, & singulariter Michaëlem Alant, ejus cubicularium, & Nicolaum Clacquin ; ubi & assistentes omnes provocavit ad fletum, ac fleverunt omnes.

morte placidissima.

XCIII. Item quod iis dictis, dum d. Andreas, frater suus, iret cum protonotario de Crepicordio ad cœnam circa solis occasum, eò quod tardè venisset d protonotarius, existentibus in camera camerario suo, Confessore, & medico Italico, d. medicus prædictos camerarium & Confessorem inter cortinas vocavit, ut aspicerent ipsum D. Petrum, quem viderunt quasi orantem, oculis apertis & labiis paululum moventibus. Unde ipsis dubitantibus, ne agonizaret, sicut faciebat, sibi posuerunt in manu candelam benedictam accensam, ipso Confessore recommendante ipsius animam, more ecclesiastico, & dum legeret orationem, ubi fit memoria de B. Thecla & Agnete, & legerentur earum nomina, ipse oculos aperuit, nec expost apparuit in eo signum vitale ; sed quamvis attenti essent *circumstantes*, ad considerandum animæ exitum, judicare nequiverunt magno spatio, an esset mortuus vel vivus. *Super his deposuerunt testes ea, quæ sequuntur.*

B

Variæ depositiones

169 Testis I super LXXIX articulo, & suo medio juramento deposuit, contenta *ejusdem* fore vera; causam reddens, quod ita vidit, & etiam plures alii sui familiares.

Super LXXX articulo dixit, contenta *ejus* fore vera; causam reddens, quia D. Episcopus Constantiensis in Normannia, de mandato D. N. Papæ portavit præfato D. Petro plenam remissionem omnium peccatorum, & etiam licentiam testandi, prout in art. continetur; & hoc vidit ipse loquens, & præsens fuit.

Super LXXXVIII articulo dixit, quod in sacra Unctione non fuit, quia noluerunt familiares, quod præsens esset; sed bene audivit ab aliquibus præsentibus, quod devotissimè recepit.

C

Super XCI articulo dixit, se bene audivisse, quando præfatus D. Confessori suo fuit regratiatus ex eo, quod nuntiaverat sibi horam mortis.

germani fratris

Super XCII articulo dixit, verum esse, quod d. D. Petrus fecit venire in præsentia sua d. testem loquentem, fratrem suum, præsente etiam D. Episcopo Constantiensi, & ipsi loquenti dixit : Andrea frater, tu fuisti nutritus de bonis ecclesiæ Metensis : ideo rogo te, ut potius eligas vitam ecclesiasticam, quam secularem, & tunc D. Petrus eidem testi dedit annulum, & D. Constantiensi unum alium. Dixit etiam ipse loquens, quod sororem suam Joannam & familiares suos, illa die de mane sibi recommendaverat ; ad quam exhortationem ipse loquens vitam ecclesiasticam elegit, quam, ut dixit, eligere non intendebat.

Testis II super LXXVIII articulo dixit, quod valde fuit patiens in sua infirmitate. Dixit etiam, quod, dum peteretur ab eo, quomodo sibi esset? Respondebat ; Bene, Dei gratiâ. D

Super LXXIX articulo dixit, quod, dum *B. Petri*, idem D. Petrus infirmabatur in Villanova, continuè surgebat, & in capellam ibat pro Missa audienda, & quando surgere non poterat, in camera sua Missam coram eo celebrari faciebat, semper tam in audiendo Missam, quam aliter devotissimè insistendo.

Super LXXX articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera : causam reddens, quia ita vidit, & præsens fuit.

Super LXXXI articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera : causam dicti sui reddens, quod D. Episcopus Constantiensis in Normannia protonotarius de Crepicordio, præfato D. Petro Cardinali jacenti in lecto, de mandato D. N. Papæ portavit remissionem peccatorum suorum, & testandi licentiam.

Super LXXXII, LXXXIII, & LXXXIV articulo ; refert se ad testamentum.

Super LXXXV articulo dixit, contenta *ejus* fore vera : quia ita vidit, & præsens fuit, & ut dixit, flevit. E

Super LXXXVII dixit, contenta *ejusdem* fore vera; causam reddens, quia rotulam vidit, & ipsemet loquens habuit, virtute gratiæ illius, canonicatum & præbendam Cathalaunensem.

Super LXXXVIII articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera : quia præsens erat, & ita vidit.

Super XCI articulo dixit, quod audivit à magistro Ægidio, d. D. Petri confessore, verba in articulo contenta dici.

Super XCII articulo dixit, quod præsens erat, quando d. D. Cardinalis d. Andreæ, fratri suo, recommendavit familiares suos, & specialiter nominatos in articulo.

Super XCIII articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera, quia præsens erat, & ita vidit.

& aliorum

Testis IX super LXXIV articulo dixit, quod post obitum d. D. Petri audivit à D. Card. Salutiarum dici, contenta *ejusdem* fore vera.

Super LXXVII articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera, causam reddens, quia præsens erat, & d. Dominum associabat ; & accidit semel quod d. D., pro orando ad ecclesiam de mane ante hospitium reverendissimi Patris, D. Cardinalis Salutiarum, cecidit in terram lubricando propter corporis debilitatem. Dixit etiam, quod non obstante, quod officium Carthusiensium esset valde prolixum, nihilominus tamen, audito officio, ipse D. Petrus ibidem per magnam pausam orabat ; adeo quod familiares d D. Petri attædiabantur, quamvis non essent ausi sibi dicere ; sed d. loquentem admonebant, ut sibi diceret. F

Super LXXVIII articulo dixit d. loquens, in d. articulo fore vera, causam reddens, quia ita vidit, & à d. D. Cardinali verba, in articulo contenta, dici audivit videlicet, quod felix esset, qui martyrium pro Christo sustineret : dicens etiam, quod non reputaret sibi grave, cum ipsum semel mori oporteret, martyrium pro Christo sustinere.

Super LXXIX articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera ; causam reddens, quod ita vidit, & præsens fuit, & cum d. D. Cardinali pransus fuit die festo Ascensionis Domini ; & posst continuò fuit cum d. D. Card., usque ad ejus obitum, & legebat, & Missas dicebat

A bat coram eodem D. Petro Cardinali. Interrogatus, qualem morbum patiebatur D. Petrus? Reſpondit, quod erat phthiſicus, & juxta relationes medicorum, in ultima ſpecie & incurrabili; nam ſpuebat ſanguinem, & pulmonem per os, & habebat puſtulas in faucibus, & arteriis, & gutture; in tantum, quod cibaria vix poterat deglutire, & ſimiliter potum, & ſic perſeveravit uſque ad ejus obitum. Interrogatus, ſi d. D. Petrus rogabat Deum, quod ab illa infirmitate liberaretur? Dixit, quod non audivit; ſed ipſe D. Cardinalis eidem loquenti pluries dixit, quod rogaret Deum, ut daret ſibi bonam patientiam, & faceret de ipſo voluntatem ſuam.

Super LXXX articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: cauſam reddens; quia vidit præfatum D. Petrum in balneo, & alibi, ut in articulo continetur.

ſuper articulis, Super LXXXI articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera, cauſam reddens, quia D. Epiſcopus Conſtantienſis in Normannia, qui tunc erat protonotarius de Crepicordio, nominatus fuit mediator, & ipſe loquens fuit executor mandati D. N: Papæ, & ipſum ſepties
B illa auctoritate Papali abſolvit, & ſemel publicè, videlicet in extrema unctione prædicti D. Petri, in nonnullorum præſentia, fide dignorum.

Super LXXXII dixit, contenta *ejuſdem* fore vera: cauſam reddens, quod d. teſtis eſt in teſtamento, & ſe refert ad teſtamentum d. D. Petri. Interrogatus, quare elegit ſepulturam in cœmeterio illo S. Michaëlis? Dixit, quod audivit à d. D. Petro, quod ſemel fuerat Pariſiis infirmus, & elegerat ſepulturam ſuam in cœmeterio Innocentium Pariſiis, in quo pauperes ſepeliuntur; & ſic adinſtar illius elegit ſepulturam in cœmeterio illo S. Michaëlis, in quo ſepultus eſt; & dixit d. loquens, quod causâ humilitatis & devotionis iſta ordinavit.

Super LXXXIII articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera, & de hoc refert ad teſtamentum, in quo præſens fuit. Interrogatus, quare tam parum habere voluit luminarium? Dixit quod causâ humilitatis. Nam in ordinatione hujuſmodi præfatus D. Cardinalis publicè dixit, quod melius volebat, quod ſolverentur creditores ſui, quam ponere *ſumptus* in faſtu
C ſepulturæ, vel aliter pauperibus darentur.

Super LXXXIV articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera: & ita cavetur in teſtamento, prout in articulo ponitur; ſed D. N. Papa voluit, quod ponerentur panni aurei deſuper panno burelli groſſo.

interrogatoriis, Super LXXXV articulo dixit, d. articulum veritatem continere, cauſam reddens, quia vidit & præſens fuit, quando d. Hugo Chaudronier, camerarius d. D. Petri, adminiſtravit eidem D. Petro Euchariſtiam. Qui quidem D. Hugo, & plures alii de circumſtantibus, flebant, & ipſemet loquens flebat.

Super LXXXVI dixit, contenta *ejus* fore vera, cauſam reddens, quia præſens fuit, & d. D. Petrum audivit de confeſſione.

Super LXXXVII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera; cauſam dicti ſui reddens, quod præſens fuit, quando iſta dicebat D. Lodevenſi Epiſcopo, & D. Conſtantienſi ſupradictis.

Super LXXXVIII articulo dixit, ipſum articulum continere veritatem, cauſam reddens, quod præſens fuit, & Sacramentum unctionis miniſtravit ſupradicto Domino Petro, de mandato Domini noſtri Papæ, quod Sacramentum devotiſſimè ſuſcepit, & alia fecit, ſicut in articulo continetur. EX MSS. AVENION.

Super LXXXIX articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: cauſam reddens, quia præſens fuit, & d. Dominum audivit de confeſſione. *proximo*

Super XC articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: cauſam reddens, quia præſens erat in mutatione, audivit d. D. Petrum verba, in articulo contenta, Stephano cubiculario ſuo dicentem. Interrogatus, ſi in mutatione erant aliqui præſentes? Dixit, quod ipſe loquens erat præſens unà cum cubiculariis *ejuſdum* D. Petri, qui quidem DD. cubiculariі ad unam partem cameræ erant, dum d. D. Petrus ſe confitebatur.

Super XCI articulo dixit, & ſuo medio juramento depoſuit, contenta in d. articulo fore vera, cauſam reddens, quia confeſſor erat d. D. Petri, & ſibi loquenti fuit facta per d. D. Petrum regratiatio in articulo contenta. Interrogatus d. loquens, de modo regratiandi? Dixit, quod quando ipſe loquens primò d. D. E
Petro dixit, quod illa die cœnaret cum Chriſto, ipſe D. Petrus reſpexit ipſum loquentem, oculos fortiter aperiendo: & tunc ipſe, qui loquitur, eidem D. Petro dixit: Sciatis pro certo, quod nos ita credimus, & opinio medicorum eſt, quod hodie cœnam facietis cum Deo, quod tantùm deſideraſtis, mihique injunxiſtis pluries, quod vos aviſarem, ſi poſſem, de hora mortis, & tunc ſupradictus D. Petrus junctis manibus, in lingua Gallicana dixit: Grand merci, grand merci, grand merci! & aliquo intervallo medio ſubjunxit idem Dominus Petrus illa verba in articulo contenta. O utinam Domine! O utinam Domine!

170 Interrogatus de præſentibus? Dixit *prægreſſis.* quod nullus erat præſens, quia ipſe loquens, ſolus erat cum eodem D. Petro. Interrogatus, quâ horâ? Dixit horâ contentâ in articulo, & ita, quod d. D. Petrus non vixit poſt, per duas horas.

Super XCII articulo dixit d. loquens, quod poſtquam fuerunt acta & dicta, contenta in art. XCI præcedenti immediate, ipſe loquens & plures alii de familia d. Domini Petri iverunt ad cœnandum, & facta brevi cœna, ſupervenit Dom. Ep. Conſtantienſis, tunc protonotarius de Crepicordio, de mandato D. F
N. Papæ (ut dicebat;) & tunc ipſe D. Protonotarius & Dominus Andreas electus Cameracenſis, una cum pluribus aliis, iverunt ad præſentiam præfati Domini Petri Card., & ibidem allocutus eſt Dominum Andream d. electum Cameracenſem fratrem ſuum, modo & forma in articulis contenta. Interrogatus de præſentibus? Dixit, quod D. Protonotarius, ipſe loquens, Hugo le Chaudronier, & cubiculariі d. Domini.

Super XCIII articulo dixit, contenta *ejus* fore vera: cauſam reddens, quia præſens erat: nam inter ipſum loquentem, & medicum Italicum fuit altercatio verbalis, quod ipſe loquens dicebat, quod d. D. Petrus non erat mortuus, medico contrarium dicente: ita quod, aliquis de ſervitoribus portavit plumas ante naſum ejuſdem D. Petri, ad tentandum, ſi anhelitum emittebat, quorum aliqui dicebant, quod movebantur; aliqui verò, quod non: & idem

de

EX MSS. AVENION.

de pulsu & pedibus, qui quidem pedes similiter calidi erant, & in illa altercatione fuerunt bene per dimidiam horam, eò quod nullum perceperunt præcessisse signum mortis, ut in articulo continetur : ex quibus ipse loquens potius cogitabat d. D. Petrum fuisse raptum, quam mortuum.

171 Testis x super LXXVI dixit, se scire, contenta in d. articulo fore vera; causam reddens, quia fuit in mutatione.

Jam infirmus, frequentat ecclesiam Carthusianorum,

Super LXXVII articulo dixit, quod pluries vidit d. D. Petrum in ecclesia Carthusiensi dicentem devote officia & divina (ipso loquente præsente, & in itinere eundo ad ecclesiam associante) licet ipse D. Petrus multum esset debilis, audientem.

Super LXXVIII articulo dixit, quod d. D. Petrus, interrogatus in sua infirmitate, quomodo sibi esset? Respondebat; Bene, gratiâ Dei.

Super LXXIX articulo dixit, quod illa die d. D. Petrus in Tinello cum suis familiaribus comedit satis lætus, & ex post non valens surgere, transivit tempus suum, cum magna devotione & patientia, in orationibus existendo
B & vitas Patrum legendo, & coram eo legi faciendo, missas devotissime audiendo; causam reddens ipse loquens, quia præsens fuit, & quandoque illo tempore Missas coram d. Domino Petro celebravit.

Super LXXX articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera : quia ita vidit.

Super LXXXII & LXXXIII & LXXXIV respondit se referre ad testamentum suprad. D. Cardinalis.

Testis XI Super LXXVI articulo dixit, quod d. D. Petrus translatus fuit de Avenione ad Villamnovam ultra pontes, de consilio medicorum.

ibique officiis divinis assistit.

Super LXXVII dixit, quod D. Petrus in sua infirmitate, pluries visitabat Carthusienses & eorum ecclesiam, ipso loquente præsente & d. D. Petrum associante; & in die Veneris sancta D. Petrus in ecclesia Carthusiensium audivit officium totum, licet multum debilis esset, & cum magna difficultate ambulabat : imo duo de familiaribus suis ipsum juvabant. Si præfatus D. Petrus erat mente suspensus, ignorat d. loquens, sed bene vidit, quod devotissimè officium audiebat, & etiam orabat, & semper genibus flexis, capiteque nudo.

C Super LXXVIII articulo dixit, quod præd. D. Petrus in sua infirmitate fuit valde patiens, & audivit à medicis, qui d. D. visitabant, quod numquam infirmum videbant, talem patientiam in infirmitate habere sicut d. D. Petrus habebat, nec ita patienter sustinentem.

Petit à Papa indulgentias pro articulo mortis :

Super LXXIX & LXXX dixit, contenta *eorum* fore vera : causam reddens : quia ita vidit, audivit, & præsens fuit continuè cum d. D. Petro Cardinali, in infirmitate constituto.

Super LXXXI articulo dixit, quod audivit à D. Protonotario, nunc Episcopo Constantiensi in Normannia, quadam die ante obitum d. D. Petri, quod d. D. Petrus mittebat eum ad D. N. Papam Clementem pro indulgentia plenæ remissionis obtinendæ. Deinde d. D. Protonotarius rediens, eidem loquenti dixit, quod suprad. D. N. Papa, d. D. Petro C. concesserat, toties quoties vellet, illâ gratiâ uti posset, & condere testamentum &c.

Super LXXX articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera : quia nominatus est d. loquens in testamento executor, ut asseruit. D

Super LXXXVIII dixit, quod audivit à familiaribus d. D. Petri, contenta *ejusdem* fore vera; videlicet quod devotissimè sacram Unctionem receperit, membra sua exhibendo.

Super XC & XCI articulis dixit, se audivisse contenta *eorum* fore vera.

Super XCII articulo dixit d. loquens, contenta *ejus* fore vera : quia ita vidit, audivit, & præsens fuit.

Mors ejus ut somnus obdormiscentis.

Super XCIII dixit, quod vidit d. D. Petrum C. tenentem candelam accensam benedictam in manu sua : & erat quæstio inter eos, videlicet medicum Italicum, confessorem & alios existentes, an esset vivus vel mortuus d. D. Petrus, & ponebant sibi plumas ante nasum, quia solum videbatur obdormisse.

Testis XII super LXXVII dixit, quod frequenter vidit d. D. Petrum ad Carthusianos euntem. Ibidem Missas devotissimè audiebat.

Super LXXVIII articulo dixit, quod numquam aliquem vidit infirmum, magis patientem, quam fuit d. D. Petrus : nam propter infirmitatem, melancholiam non habebat, imo E quasi de infirmitate non curabat.

Super LXXIX articulo dixit, quod verum est, quod D. Cardinalis die festo Ascensionis Domini in Tinello comedit. Quoad orationes; quasi totum tempus suum in orationibus exponebat. Quasi semper librum, quem ipse loquens pro d. D. Cardinali Parisiis fieri fecerat, in manibus suis tenebat, & in eodem legebat, licet illis diebus esset valde infirmus.

Super LXXX articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera; causam reddens, quia præsens erat, & ita vidit.

172 Testis XIII super LXXVI articulo dixit, contenta *ejusdem* fore vera; quia ipse loquens fuit præsens, quando medici concluserunt & ordinaverunt, quod ipse Dominus iret ad Villamnovam propter aëris temperiem.

Patientia in infirmitate.

Super LXXVIII articulo dixit, quod ipsemet loquens pluries in infirmitate d. D. Petri Cardinalis, ab ipso petiit, an ipse aliquod malum sentiret : qui respondebat, quod non. Et dixit d. loquens, quod de mane in diemet, quo ipse Dominus fuit mortuus, ipse loquens, & unus de cubiculariis d. Domini transtulerant d. Dominum, totum nudum, super brachia ipsorum de suo magno lecto, ad unum parvum lectum, pro faciendo magnum; & dum d. Dominus C. fuit ibi positus, & ipse F loquens ipsum cooperiret, petiit ab ipso D. Cardinali, an ipse bene staret, & aliquod malum sentiret? Qui sibi respondebat, quod non. Interrogatus, quomodo scit, quod libenter ipse D. Cardinalis martyrium pro Christo sub-

ac desiderium martyrii.

iisset? Dixit, quod hoc scit, quia ita sibi dixit D. Petrus Card., & quod, dum ipse loquens diceret d. D. Cardinali, quod si videret ensem vel gladium supra caput suum, quod tunc ipse timeret, & forte prædicta non diceret. Dicebat d. D. Cardinalis, quod imo revera hoc bene sustineret. Et magno corde ista dicebat, loquendo de martyribus, quomodo passi fuerant, & de similibus : mirabiliter enim ipse Dominus erat firmus in fide, & confidebat in Domino.

Super LXXIX dixit, quod ipse D. Cardinalis

A lis multa tempora ſtetit tam Avenione, quam in Villanova infirmus, in qua infirmitate maximam patientiam habuit; in qua Horas ſuas, quantum potuit, devotè dixit; & quando non potuit bono modo, tunc coram ſe faciebat dici. Item & aliquando fuit, quod Horas non dixit, nec coram eo dicebantur, quia loqui multum tunc temporis coram ipſo, ſibi nocebat: ſed poſtmodum ipſe D. Cardinalis ordinabat aliquos, qui Horas ad partem pro eo dicerent. Præſens fuit quando d. Dominus Card. ſic ordinavit; & ipſemet loquens Horas plurium dierum pro ipſo Domino Cardinali, cum quodam alio Capellano dixit: d. Dominus Card. ſemper timebat ne ſic Horæ pro ipſo dicerentur; cui Domino dicebat d. loquens: Domine, non dubitetis. Et cum ipſe loquens diceret d. D. Cardinali, quod Horæ pro ipſo erant dictæ, tunc ipſe multum gaudebat. Miſſas ſua in

B infirmitate devotè audiebat, & genibus flexis, & aliquando oportebat quod medicus veniret & Domino diceret, qui erat poſt Miſſam genibus flexis; Domine, ſurgatis vos, deſtruitis vos. Qui patienter ſurgebat, & ea, quæ ſibi dicebantur, humiliter faciebat: Addit d. loquens, quod adeo & in tantum in vita ſua, tam in infirmitate quam in ſanitate, Miſſas ita devotè audiebat, quod, quando elevabatur hoſtia conſecrata, ipſe Dominus videbatur quaſi flere, & unum modum hominibus extraneum oſtendebat, propter certa ſigna, quæ faciebat. Unde accidit ſemel, quod ipſe qui loquitur, petiit à d. D. Cardinali, quare taliter & talia ſigna faceret? Qui reſpondit quod prædicta faciendo, cum majore devotione corpus Chriſti videbat; & quod ſic faciendo, in aliis orationibus ſuis erat magis devotus, & cum majore devotione eas dicebat.

173 Super LXXXII articulo dixit, quod ipſe D. Cardinalis in ſuo teſtamento ordinavit, quod ſi contingeret ipſum mori in curia, quod tunc inhumaretur in cœmeterio S. Michaëlis. Si verò contingeret extra curiam mori, quod portaretur Pariſios, & ſepeliretur in cœmeterio Innocentium cum pauperibus. Interroga-

C tus quomodo ſcit? Dixit, quod præſens fuit quando d. D. Cardinalis præmiſſa ordinavit, & ſic fieri voluit, non obſtantibus quibuſcumque. Dixit d. loquenti, quod, ſi moreretur in curia, faceret ſe ſepeliri in cœmeterio prædicto S. Michaëlis: & aſſignabat tunc ipſe D. Cardinalis rationem; quia communiter & quaſi ſemper à pluribus oratur pro illis, qui ſunt in d. cœmeterio: & ſimiliter & plures orationes pro talibus dicuntur, quam pro illis, qui in locis particularibus ſepeliuntur.

Super LXXXIV articulo dixit, quod præſens fuit, quando d. D. Cardinalis ordinavit, quod haberet ttes cereos in honorem SS. Trinitatis, & non curabat de magno luminari, neque de aliis ſolennitatibus, quæ in talibus fieri ſolent, ut firmiter credit d. loquens per ea, quæ d. D. Card. videbat: & de hoc, & de aliis in d. art. contentis, ſe refert ad teſtamentum.

Super LXXXV articulo dixit, ſe fuiſſe præſentem, quando d. D. Cardinalis ordinavit, quod haberet ſuper ſe unum groſſum pannum; in quo deſuper eſſet una Crux, & ita fuit factum, quia habuit d. pannum, ut petebat. Interrogatus ſi fuerit ipſe D. Card. inductus ad eligendum d. ſepulturam, & ſolum tres cereos, & dumtaxat pannum burelli ſupra ſe, cum una Cruce? Dixit, quod credit firmiſſime, quod nullo modo fuerit ad prædicta facienda inductus per aliquem; ſed quod ſolum ipſe ex pura devotione prædicta ordinavit: & hoc propter conjecturas plures, & circumſtantias, quas vidit d. loquens, quando ipſe Dominus prædicta ordinavit.

Super XCIII articulo dixit, quod ipſe loquens præſens erat, quando d. Dominus Card. moriebatur, & quod candela benedicta fuit in manu D. Cardinalis poſita: quam candelam, ipſe, qui loquitur, tenebat, juvando d. Dominum, qui pro illa hora agonizabat. Quando d. D. Cardinalis moriebatur, videbatur, quod vellet dormire, quia nullo modo ſe movebat, excepto hoc, quod oculos aperiebat, & aliqualiter os ſuum apertum erat. d. loquens non percepit tunc, quod ipſe D. Cardinalis emiſit ſingultus mortis alios, niſi quod vidit, quod ab ore d. Domini audivit exire valde dulciter, & cum valde modico ſono, modicum ventum, & tribus vicibus per ordinem, d. ventus ſic exivit, & tria dulcia & modica ſuſpiria ſic E emiſit. Pro illa hora litaniæ dicebantur, & per aliquod ſpatium temporis ab adſtantibus dubitabatur, an d. Petrus eſſet mortuus, vel ne, in tantum quod ipſe D. Cardinalis, poſtquam prædictis tribus vicibus ventus ſic modicus ab ore ſuo exivit, oculos ſuos apertos habuit, & oportuit, quod ab uno ex aſtantibus claderentur, ne ſic ſemper remanſiſſent, & quod forte poſtmodum claudi non potuiſſent. Ipſe loquens, pro illa hora non percepit dolores, motus, ſudores, lacrymas, & ſimilia, de quibus fit mentio in d. art. Dixit etiam d. loquens quod modicum ante mortem ipſius Domini, ipſe loquebatur d. Domino, & Dominus dixit hoc verbum, ſitio, in latino; & tunc ipſe loquens recepit unum vitrum, in quo erat vinum, & præſentavit d. D. Cardinali, dicendo: Domine, ecce vitrum. Dominus tunc dixit valde piè & dulciter; Non video. Qui tamen vitrum recepit, & modicum de vino recepit; & credit ipſe loquens, quod deſcendere ad ſtomachum non potuit. Medicus, de quo in articulo fit mentio, dixit d. loquenti, quod quando ipſe medicus vidit Domino appropinquantem horam mortis, dixit ſibi iſta verba: Domine mi, recorderis F de Domino Jeſu Chriſto, Salvatore noſtro, & de B. Virgine Maria. d. verò D. Cardinalis reſpondit: Ego totam ſpem meam pono in ipſis, & tunc d. Dominus C. dixit; Vertatis me modicum.

Teſtis XVII ſuper LXXVII articulo dixit, quod D. Petrus Carthuſienſes frequenter viſitabat, ut vidit ipſe loquens, & in die Veneris ſancta fuit per totum officium, prout ipſe loquens audivit poſtea à fratribus ipſius conventus.

Super LXXVIII articulo dixit, quod dum ipſe loquens ipſum D. Petrum in ſua infirmitate viſitaret, & interrogaret ipſum D. Petrum, quomodo ſibi eſſet? Reſpondebat: Bene, Dei gratiâ.

Teſtis XVIII ſuper LXXVIII articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera: quia vidit & audivit.

Super LXXIX articulo dixit, quod d. D. Petrus Card., legebat vitas Patrum, & multum delectabatur in eis. Unde ipſe loquens ipſum D. Cardinalem à tanta lectura retrahe-

Aliæ depoſitiones

de patientia, ac ſedula pietate,

vili ſepultura,

ſine apparatu;

placidiſſima morte,

cum quibuſdam adjunctis,

eódem ſpectantibus.

EX MSS. AVENION.

bat. Dixit tamen ipſe loquens, quod ipſum non promiſit curare; ſed bene promiſit diligentiam facere.

CAPUT XII.

De iis, quæ Beati mortem ſubſecuta ſunt.

Articuli interrogatorii rurſum hîc præmittuntur. XCIV *ſic habet:* Item in craſtinum die III d. menſis Julii, poſt Miſſas celebratas coram corpore in Villanova, adhuc dubitatum eſt, an eſſet mortuus, propter claritatem faciei ejus, quæ potius videbatur viventis, quam mortui, & propter membrorum mollitiem & ductibilitatem, quæ rigida non erant, ſed omnino velut hominis dormientis.

Articuli ſuper flexibilitate cadaveris,

XCV. Item quod eodem die de ſero, portato corpore ad Avenionem, ordinatum fuit, ut more ſolito ejus facies limirecut picturis, quod fieri contradixit confeſſarius. Unde poſt hoc miſſus fuit magiſter de Petra fixa, cum expreſſo mandato ab auditore Cameræ, ut hoc idem fieret, allegans conſuetudinem, calorum intenſionem, & futuræ ſepulturæ prolongationem, & veroſimillimam faciei mutationem, & alia quam plurima. Quibus non obſtantibus, contradicente confeſſore, non fuit factum. Nec illa pulcra & angelica facies, in aliquo fuit immutata.

mutatione faciei,

B

XCVI. Item quod quarta die d menſis Julii, ordinato funere, & celebratis more ſolito vigiliis, concurrere cœpit populus ad aulam, ubi erat corpus ejus funeraliter depoſitum; nec volebant inde recedere, niſi coacti.

concurſu

XCVII. Item quod ibidem venientes, oſculabantur pedes & manus ejuſdem Domini defuncti, in feretro jacentis, qui poterant, & qui non poterant propter preſſuram & gentium multitudinem, ſaltem pannos vel feretrum tangebant; & parvos infantes portabant mulieres, quos tangere faciebant ſaltem aliquod ejus: Pater noſter. & jocalia, quæ deferre ſolent mulieres, portabant ad caput ejus, manus & pedes, quæ poſtea deoſculabantur, ut fieri conſuevit poſt tactum reliquiarum. & ſic uſque ad mediam noctem vix poterant claudi januæ illius domus; ſed & poſtquam fuerant clauſæ cum difficultate, plurimi ad ipſas portas tota nocte vigilaverunt extra, tamquam excubias facientes, & ſolum exſpectantes matutinum ingreſſum, propter magnam devotionem, quam populus inſpiratus, ultra morem ſolitum in talibus habuit, & oſtendit.

ac veneratione populi

C

XCVIII. Item quod facto mane ſextâ feriâ, quæ fuit quinta dies d. menſis Julii, iterum tantus populi concurſus affuit, ut cum difficultate magna poſſet diſponi ordo funeralis circa feretrum: nam omnes illo mane ab opere ceſſaverunt, ac ſi feſtum eſſet aliquod ſolenne, ad ipſam ſepulturam unanimiter convenientes, ac ſi invitati eſſent, vel quaſi jam inſpirati de ipſius ſanctitate: ſuper quo, quam plures inter ſe confidentes, hoc ipſum affirmaverunt, dicentes communiter: Verè iſte homo plurima miracula faciet.

diu continuatis

XCIX. Item quod eadem die, dum ferebatur ad eccleſiam pro officio funerali ex more celebrando, & dum abinde facto officio, ferebatur ad tumulum pro ſepultura, vix potetant tranſire ipſum deferentes, præ preſſura & concurſu volentium ipſum contingere, vel ſaltem feretrum; ſed & ad feneſtras domorum & ſuper tecta, quantum capi poterant, erant aſpicientes: quorum plurimi dicebant faciem ejus ſplendere, quæ utique pulchertima erat & decora, & potius dormientis viri videbatur, quam mortui.

D

præſertim in exequiis

C. Item quod, dum exequiæ ex more celebrabantur in eccleſia S. Antonii, quidam mercator Avenionenſis, dictus Guilielmus de Sabrano, acceſſit ad d. eccleſiam S. Antonii cum difficultate, cauſâ impetrandæ gratiam infirmitatis guttæ, quam paſſus fuerat in pede ſiniſtro duobus annis vel circa, nec juvamine medicorum potuerat ſanari: ſed oratione facta, & voto ſimiliter, ſi poteſtatem habebat cum Deo, ut fama publica proclamabat, ſibi ſanitatem impetraret; tactoque feretro cum devotione & ſpe, quibus potuit, ſtatim ſe ſenſit omnino curatum.

& ſepultura

CI. Item quod, depoſito corpore juxta locum ſepulturæ, dum commendaretur ipſius anima ex more, & corpus levaretur ex feretro, ut ſepeliretur in terra, teſtimonio plurium virorum magnorum, tam militum quam laicorum, qui propius aderant, oculos aperuit & reclauſit.

E

CII. Item quod, completâ ſepulturâ, teverſis Dominis ex more, quilibet ad domum ſuam, ultra modum populi concurſus augmentari cœpit ad ipſius ſepulturam, ubi miracula illico apparuerunt. Unde exiſtentibus in menſa pro prandio fratre & familiaribus ſuis, cum præfatis nonnullis in domo ſuæ libratæ, feſtinantes venerunt Joannes Tronchini & Mondonus, capitaneus cutiæ, vix valentes loqui & exprimere quod nuntiabant; & tandem cum impetu dicere cœperunt ſedentibus in menſa: Surgite Domini, ſurgite Domini; quoniam Dominus veſter auferetur, niſi vos ſurgatis, & remedium apponatis. Sed gaudebitis gaudio magno, quia miracula ibidem facta invenietis, quæ vidimus. Ac ſic omnes ſurgere cœperunt, cum tamen vix, vel modicum quidquam guſtaſſent. Tandem determinatum, ut auditor Cameræ & confeſſor Domini, ceteris remanentibus, illuc accederent, quod & factum eſt. Cumque ad locum ſepulturæ appropinquaſſent, vix potuerunt præ preſſura & populi multitudine ad ſepulturam accedere; & tandem cum difficultate non modica, ad locum intrantes ipſius ſepulturæ, invenerunt pannum burelli, qui deſuper remanſerat, omnino laceratum, & cervicalia ſeu cocinos, quæ fuerant ad caput ejus, minutatim diſrupta, quolibet rapiente, quod poterat habere: ſed & feretrum fregerunt per ſtuſta, & unus alteri dabat, alter alteri tollebat: ſed & paleas, quæ in feretro fuerant, inter ſe partiebantur. Inſuper & terram, ſuper ejus ſepulcrum exiſtentem, in ſacculis, aut in caputio, vel in ſinu deportabant, ita ut fovea eſſet, ubi terra prius eminebat. Unde oportuit ibidem conſtituere cuſtodes fortes, & robuſtos, & fortiſſimis lignis ſepulturam cooperire, quouſque crates ferrea ibidem apponeretur; quod cunctis manifeſtum eſt, atque notorium.

F

ac deinceps:

CIII. Item quod ob frequentiam miraculorum,

A *Item de frequentia miraculorum.*

rum, quæ fiebant ibidem, & famam populorum ex gratiis ibidem receptis, die craſtina ſepulturæ, quæ fuit VI Julii; fuerunt ordinati ad colligendum miracula atque colligenda cum præfato ipſius Domini confeſſore, duo notarii curiæ, auditores Cameræ, videlicet magiſtri Joannes Regis, & Pontius de Ponte, qui in craſtinum, quæ fuit VII Julii, ſcribere cœperunt, ut in regiſtro patet.

CIV. Item procurator, præfatis nominibus, quibus ſupra, producit, ut hîc inſeritur, propoſitionibus & articulis, omnia & ſingula miracula in libris & regiſtris, per dictos notarios, ſeu eorum alterum, ſupradictis miraculis conſcribendis & conſcriptis deputatos, contenta & deſcripta, prout in ipſis libris & regiſtris, ad quos & quæ ſe refert, pleniùs continetur.

CV. Idem quod ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, à tempore obitus recolendæ memoriæ d. D. Petri laboravit & laborat, ac fuit & eſt publica vox & fama: Concluſio. Quare pe-
B tit procurator & ſolicitator & proſecutor præfatus, nominibus quibus ſupra, poſt reverendiſſimarum Paternitatum veſtrarum relationes, fide dignas & fideles, dante Domino ſuper præmiſſis d. D. N. Papæ faciendas, & eis mediantibus, per d. D. N. Papam pronuntiari, decerni, & declarari præfatum recolendæ memoriæ D. Petrum de Luxembourg, canonizandum fore & canonizari, & in Sanctorum catalogum adſcribendum fore & adſcribi, & per univerſos Chriſti fideles, & ab omnibus Chriſti fidelibus, ut Sanctum fore venerandum, & venerari debere, & colendum fore & coli debere hîc & ubique terrarum ipſius feſtum, die per D. N. Papam aſſignandâ, ſingulis annis in perpetuum ſolennizandum fore & ſolennizari debere, & alia in præmiſſis & circa præmiſſa conjunctim & diviſim fieri, ſtatui, & ordinari, prout in talibus eſt fieri conſuetum.

Item proteſtatur, quod in præmiſſis poſſit addere, ipſaque declarare, &, ſi ſit opus, magis ſpecificare, & alia de novo dare, ut moris eſt.

C *Reſponſa teſtium*

175 Teſtis I ſuper XCIV articulo dixit, ipſum articulum veritatem continere: cauſam reddens; quod ita vidit, & d. D. Petrum palpavit.

Super XCV articulo dixit, ſe nihil ſcire: quia dum corpus fuit aſportatum in Avenionem, ipſe loquens remanſit in Villanova.

Super XCVI & XCVII articulis reſpondit, verum eſſe prout in articulis continetur, pro tempore, quo fuit juxta funus. Interrogatus, per quod tempus? Dixit, quod à tempore quo fuerunt inceptæ vigiliæ, uſque ad ſecundam vel tertiam horam noctis.

Super CI articulo dixit, quod ipſe loquens, exiſtens juxta ſepulcrum, vidit, quod tres homines ipſum D. Petrum levaverunt de feretro, & dum voluerunt eum ponere in foſſa, unus illorum tenebat d. D. Petrum per ſpatulas, caputque inclinabatur verſus terram, & in illa inclinatione capitis, fere cecidit mitra de capite; & tunc ipſe loquens vidit mediam partem, vel circa, albedinis unius oculorum d. D. Petri. Si fuerit incidenter, vel ipſe D. Petrus oculos aperuerit, vel antea oculus apertus eſſet, vel ſi ex declinatione colli aperuerit, ignorat. Interrogatus de præ-

ſentibus? Dixit, quod D. Comes Gevennis erat præſens, & plures alii. Interrogatus, ſi aliqui de circumſtantibus viderunt d. oculum apertum; vel ſi aliquis vel aliqui incontinenti dixerunt, ego vidi oculum? dixit, ſe neſcire; nec de hoc tunc audivit aliquem loquentem. EX MSS. AVENION. *ſuper præmiſſis Articulis.*

176 Teſtis II ſuper XCVIII articulo dixit, quod præfatus D. Petrus, die III d. menſis Julii, poſt Miſſas celebratas, modicum mutavit colorem faciei, & erat mollis, prout in articulo continetur, & erant membra ductibilia. *Idem teſtis* tetigit brachia, & plicavit, quæ erant ductibilia ad modum hominis dormientis. De dubitatione, an eſſet mortuus, vel vivus, nihil ſcit.

Super CII articulo dixit, quod Joannes Retronchinus & Mondonus capitaneus acceſſerunt ad domum d. Domini Petri, & dixerunt verba in articulo contenta; quibus auditis D. Auditor Cameræ & nonnulli alii ſurrexerunt de menſa, & iverunt ad d. D. Cardinalis ſepulcrum. Quid ibidem fecerunt, ignorat; quia in hoſpitio remanſit; ſed tunc in d. hoſpitio erat fama de contentis in d articulo.

177 Teſtis IX ſuper XCIV articulo dixit, E *Flexibilitas corporis examini,*
contenta *ejuſdem* fore vera. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit quod membra palpavit, & illa plicavit, præſertim brachia & manus ejuſdem D. Petri; quæ quidem membra erant mollia & ductibilia ad modum hominis dormientis. Interrogatus, ſi membra erant calida? Dixit, quod non; imo erant frigida. *Aderant* cubicularii, & multi alii; unde ipſe loquens miratus de mollitie & ductibilitate membrorum d. D. Petri, interrogavit magiſtrum Joannem de Tournumira, D. N. Clementis Papæ medicum; quomodo hoc poterat fieri, quod membra eſſent ita mollia & ductibilia? Qui magiſter Joannes reſpondit, quod mirandum erat, quod ex quo ſanguis erat congelatus, nervi erant frigidi, membra debebant eſſe rigida, ſecundum morem & curſum naturæ. Dixit inſuper d. loquens, quod iſta mollities duravit uſque ad diem ſepulturæ, quæ fuit quarta die ipſius obitus. Interrogatus, ſi omni die iſtorum quatuor dierum tetigit & plicavit membra? Dixit, quod ſic; & præſertim palpavit pluries brachia & digitos. Interrogatus, quare hoc faciebat? Dixit, F
quod neceſſe erat propter mutationes & propter apparatum: dicens, quod diverſis vicibus palpavit & plicavit voluntariè, admirans & tentans membra, ſi in eodem ſtatu remanerent: quæ ſemper, ut hominis dormientis, erant mollia & ductibilia.

178 Super XCV articulo depoſuit, ut in art. continetur: cauſam reddens, quia ipſemet loquens contradixit, qui confeſſor erat d. D. Petri C., nec fuit picturis facies ejus colorata.

Super XCVI articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera: & de hoc eſt publica vox & fama, tam in civitate Avenionenſi, quam in Villanova diœceſis Avenionenſis.

Super XCVII articulo depoſuit, ut in art. continetur: cauſam reddens, quia ita vidit & præſens fuit.

Super XCVIII articulo dixit, quod numquam vidit in finem, tantum concurſum.

Super XCIX articulo dixit, ſe tantum ſcire, quod tanta erat preſſura, quod ipſe loquens

EX MSS. AVENION.

non potuit intrare cœmeterium, in quo fuit ſepultum, licet faceret diligentiam maximam de intrando.

Super c articulo dixit, ſe audiviſſe contenta *ejuſdem* fore vera à Guilielmo de Sabrano, in art. nominato, in nonnullorum præſentia.

Super ci articulo dixit, quod præſens non fuit: quia propter multitudinem gentium non potuit intrare cœmeterium; atque locum ſepulturæ: ſed bene audivit contenta in d. articulo fore vera; & à pluribus recitari, nempe à D. de Vota milite, & à quibuſdam aliis, &, ut ſibi videtur, à camerario D. Cardinalis Vivarienſis.

Super cii articulo depoſuit, contenta *ejuſdem* fore vera: cauſam reddens, quod ipſe, qui loquitur; ivit ad locum ſepulturæ cum D. Auditore Cameræ, prout in art. continetur.

Super ciii articulo dixit, contenta *ejuſdem* fore vera: cauſam reddens, quia ipſe cum dd. notariis per aliquod tempus fuit ordinatus ad
B colligendum miracula: & de hoc eſt vox & fama.

179 Teſtis xiii ſuper xciv articulo dixit loquens, ſe nihil aliud ſcire, niſi quod multi mirabantur, quomodo ipſe Dominus habebat digitos ita molles, quod plicabantur, ſicut ſi ipſe Dominus dormiiſſet; prout ipſemet loquens digitos dictos plicavit, quia non erant rigidi, ſed plicabiles. Dixit ulterius d. loquens, quod ſibi videbatur, quod quanto plus & diutius ipſe Dominus ſuper terram remanſit mortuus, quod vultus ipſius Domini Cardinalis efficiebatur pulchrior.

mirabilis populi concurſus,

Super xcvi & xcvii articulis dixit, ſe tantum ſcire de contentis in dd. articulis, quod verum eſt; quod die illa, de qua fit mentio in articulis; adeo & in tantum ad domum d. Domini Card. in Tinello, in quo corpus erat poſitum, currere cœpit tanta multitudo gentium, & ita continuè, quod fuit facta quæſtio inter aliquos de ſervitoribus d. Domini Card. ſi eſſet bonum, quod clauderentur portæ domus; vel ſi dimitterentur apertæ; & fuit concluſum, quod tunc dimitterentur apertæ uſque bene tardè; quod & factum fuit, & continuo veniebat populus; ita quod videbatur, quod in ipſo loco eſſent magnæ indulgentiæ.
C

tactus funeris,

180 Dixit etiam ulterius d. loquens, quod his pendentibus, venit unus ad ipſum loquentem dicendo ſibi, venias, & videas quid gentes intus venientes faciant circa Magiſtrum ſuum, videturque quod ſit unus Sanctus; nam iſti, qui veniunt, tangunt ipſum, & ponunt pueros parvos ſupra ipſum, tangentes vultum d. Domini Cardinalis, manus ſuas, & pedes; ita quod videtur, quod ſunt ibi reliquiæ. Quibus auditis, ſtatim d. loquens venit ad oſtium aulæ ſuæ Tenelli, & reſpexit modum gentium affluentium, & vidit, ut dictum eſt; de quo multum mirabatur, & per aliquod ſpatium temporibus ibi ſtetit, ad videndum, ſi illa continuarentur, & reperit quod ſic. Credit d. loquens, quod propter devotionem hoc faciebant.

hominum eo confluentium multitudo,

181 Super xcviii articulo dixit, ſe tantum ſcire, quod tanta multitudo gentium in die, de qua fit mentio in articulo, affuit & venit in domo d. Domini Petri, quod oportuit claudere portam principalem domus, & cum difficultate poterant dici Miſſæ, quæ ibidem dicebantur; & videtur ipſi loquenti, prout poteſt recordari, quod juxta feretrum d. Domini Card. erant aliquæ perſonæ, quæ tunc genibus flexis orabant. D

182 Super xcix articulo dixit, ſe tantum ſcire, quod præſens erat ipſe, qui loquitur, quando corpus d. Domini ferebatur ad ſepulturam: & dixit, quod in portando erat maxima preſſura gentium; & nedum erant in via, imo & in feneſtris domorum.

Super cii dixit, ſe bene ſcire quod verum eſt, quod completâ ſepulturâ d. D. Cardinalis, familiares ſui reverſi ſunt ad domum d. Domini, & dum ipſi prandebant inſimul, venerunt aliqui, qui dixerunt ea, quæ fiebant in ſepulcro d. D. Cardinalis, & quomodo miracula ibi fiebant, & tunc ibi erat tantus populus, quod oportuit mittere ibi clientes, ad cuſtodiendum d. ſepulcrum. *Idem teſtis* præſens erat in menſa, quando prædicta fuerunt nuntiata. Interrogatus, cujus ætatis erat d. D. Cardinalis, die ſui obitus? Dixit prout audivit dici, quod erat in decimo octavo anno ætatis ſuæ, & quod ipſe erat prope finem dicti; exceptis dumtaxat xviii diebus. Dixit etiam, quod audivit dici in villa de Lyneio, in qua fuit natus, [quod] repetiretur in uno libro eccleſiæ collegiatæ dictæ villæ, quando & quâ horâ fuit natus. *ætas B. Petri.* E

183 Teſtis xv deponens ſuper ci art. dixit, *An B. Petrus* ſe tantùm ſcire, quod dum d. Dominus Cardinalis in feretro juxta locum ſepulturæ exiſteret, ac de feretro deponere vellent ad ſepeliendum, tunc mitra, quam Dominus Card. ferebat in capite, cecidit ante oculos, & tunc unus exiſtens ibi, levavit ſibi mitram, ut facies totaliter videretur. Et tunc d. loquens vidit oculos Domini Card. apertos; non transverſatos, ſicut habere ſolent communiter mortui; imo directe habebat apertos; ita quod videbatur ipſi loquenti omnino, quod ipſum aſpiceret, & credit ipſe loquens, quod fuit primus, qui ad hoc advertit: nam dixit aſſiſtentibus, ecce advertatis, quomodo tenet oculos apertos. Quod advertentes ipſi aſſiſtentes, aliqui dixerunt; etiam mihi videtur, quod ipſe reſpiciat me. Non tamen recordatur ipſe loquens, quibus hoc verbum dixerit.

Interrogatus, ſi vidit Dominum Card. ante apertionem oculorum, oculos clauſos tenentem? Dixit, quod vidit antè ipſum, & habebat oculos clauſos. Interrogatus, ſi in elevatione mitræ fuerunt oculi aperti? Dixit, quod neſcit. Interrogatus, ſi diu tenuit oculos apertos? Dixit quod ignorat; quia tanta erat preſſura gentium, quod non poterat advertere. Interrogatus, quinam erant ibi præſentes, qui hoc viderunt, & quibus ipſe dixit, [reſpondit,] quod Dom. Hugo de Salutiis, Dominus Talbardus præceptor Gebennenſis, & Dom. Joannes de Chambriliaco, milites. *poſt mortem* F

oculos aperuerit.

184 Teſtis xvi ſuper ci articulo dixit, quod fuit unus de portantibus corpus d. Domini Card. ad ſepulcrum, & dum portabatur, habebat oculos clauſos; & poſtmodum, dum ponebatur in fovea, vidit ipſum oculos habentem apertos, & videbatur ipſi loquenti, quod eſſet vivus. De præſentibus? Quod, Dominus comes Gebennenſis, Dominus Hugo de Salutiis, Dominus de Vouca, Dominus de Chambrillac milites, Dominus Epiſcopus Lodevenſis, & plures alii. Interrogatus, ſi in ele-

A elevatione mitræ fuerunt oculi aperti? Dixit quod neſcit; tamen mitra ſolum cecidit ſuper unum oculum, neſcit ad quam partem.

185 *Atque hæc ſunt, quæ de vita, moribus ac virtutibus beati* Petri *in proceſſu Ms. Avenionenſi, partim à Guilielmo, Epiſcopo Vivarienſi, ad hoc negotium deputato procuratore, & ſolicitatore, propoſita, partim à teſtibus depoſita, typis committenda, atque cum poſteris communicanda exiſtimavi; quibus abſolvo partem proceſſus ejuſdem primam, & ſubnecto alteram.*

PROCESSUS

PARS SECUNDA.

Qua eſt de miraculis B. Petri de Luxemburgo.

B

CAPUT I.

Nomina Teſtium, patria, ætas, conditio, depoſitionum tempora.

Præfatiuncula

Aſpicaturus partem proceſſus alteram, quæ eſt de miraculis B. Petri de Luxemburgo, *nihil opus habeo multa præfari. Ea, de quibus lector fuerat præmonendus aut inſtruendus, conjeci in commentarium prævium. Igitur exhibeo caput primum, quod eſt præambulum ad ſequturas propoſitiones, & continet collectionem teſtium, hic ſimul conjunctorum, qui in apographo erant diſperſi, uti factum à me fuit in parte prima proceſſus.*

proceſſui prævia.

187 Primo, die Veneris, quæ fuit XXI menſis Januarii anni prælibati [MCCCXC,] coram Dominis Epiſcopis, ad hoc per ſupradictos Dominos Commiſſarios ſpecialiter deputatis, Avenione in hoſpitio juxta cœmeterium S. Michaëlis, in quo inhabitant cuſtodes oblationum, ad ſepulcrum dicti Domini Cardinalis oblatarum, horâ primâ ſedentibus conſtitutis Prælatis, venerabilis Vir, magiſter Aniſius Gomberti, in utroque jure licentiatus, procurator ſubſtitutus, prout de ſuo mandato in actis cauſæ hujuſmodi conſtat; qui produxit in teſtem, Arnaudum de Planzolis, Dominum de Soberatio, domicellum, Magalonenſis diœceſis, ibidem præſentem, quem petiit per præfatos Dominos Epiſcopos ad jurandum recipi & admitti, & etiam ſuper articulo infra conſignato & deſignato, examinari & interrogari. Qui quidem nobilis Arnaudus in manibus dictorum dominorum Epiſcoporum deputatorum juravit ad ſancta Dei Euangelia per ipſum corporaliter ſponte tacta, dicere, deponere, & teſtificari puram, meram, ac plenam veritatem, quam ſciret, de & ſuper articulis contentis in dicto articulo, & de iis, de quibus interrogatus fuit, favore, amore, prece, pretio, affectione, timore, omnino remotis. *Tum ſubjungitur inter parentheſim*; Atque hoc eſt exordium omnium depoſitionum, quod ſatis eſt ſemel monuiſſe.

C

Teſtis I Arnaudus de Planzolis, Dominus de Soberatio, domicellus, Magalonenſis diœceſis. *Depoſuit* die, anno, quibus ſupra. EX MSS. AVENION.

Teſtis II Joannes Columbi de Roca, laicus & mercator, Gebennenſis diœceſis, ætatis XXXVI annorum vel circa. *Depoſuit* die Martis, qui fuit XXV dicti menſis Januarii. *Nomina teſtium,*

Teſtis III Nobilis vir Balduinus le Vert, loci de Duraro, Attrebatenſis diœceſis, ætatis XX annorum vel circa. *Depoſuit* die Veneris, quæ fuit XXVIII dicti menſis Januarii.

Teſtis IV Arnaudus de Campobernardi domicellus. *Depoſuit* eadem die.

Teſtis V Venerabilis Vir Dominus Maraconus de Viagou, miles, Dominus de Rappetout, Lugdunenſis diœceſis, ætatis XXXIII annorum, vel circa. *Depoſuit* die XXIX dicti menſis Januarii, quæ fuit Sabbatum.

Teſtis VI Joanna de Centumcellis, Gebennenſis diœceſis, uxor Henrici de Philibourg, ætatis XX annorum, vel circa. *Depoſuit* die jovis, quæ fuit III menſis Februarii.

Teſtis VII Henricus, dictus de Philibourg, de Rubea villa, laicus, Conſtantienſis diœceſis in Alemannia, ætatis L annorum, vel circiter. *Depoſuit* eadem die.

Teſtis VIII Joannes de Namayo, aliàs dictus de Fontenay, clericus, Viennenſis diœceſis, ſartor & nunc habitator de Montelimardi *. Viennenſis diœceſis, ætatis XX annorum, vel circa. *Depoſuit* die Jovis, X dicti menſis Februarii. *Montelimar.

Teſtis IX Andreas dictus Albenar de Duratio, Duratenſis diœceſis, ætatis XXV annorum, vel circa. *Depoſuit* die Jovis, quæ fuit X dicti menſis Februarii.

Teſtis X Antonius de Alba, in Apprutio, diœceſis Aquitanenſis, ætatis XXV annorum, vel circa, familiaris & ſervitor prædicti Domini de Albenar. *Depoſuit* eadem die. *qui depoſuerunt,*

Teſtis XI Frater Joannes Heliæ, præceptor domûs de Aguilla, ordinis S. Antonii, Aquenſis diœceſis, presbyter, ætatis LXXV annorum, vel circa. *Depoſuit* die Martis, quæ fuit XV dicti menſis Februarii.

Teſtis XII Guilielmetta uxor Ivonis Trevelini, ſartoris, civis Avenionenſis; ætatis XL annorum, vel circa. *Depoſuit* die Jovis XVII menſis Februarii prædicti.

Teſtis XIII Poncetus, filius Ivonis Trevelini, ſartoris, civis Avenionenſis, ætatis XXV annorum, vel circa. *Depoſuit* eadem die. E

Teſtis XIV Joannes Martini presbyter, rector parochialis eccleſiæ S. Geneſii Avenionenſis, ætatis LVI annorum vel circa. *Depoſuit* eadem die.

Teſtis XV Domina Bernarda de Mediolano, diœceſis Tarantaſienſis, relicta Domini Antelmi de Mediolano, præcedentis diœceſis, ætatis XL annorum, vel circa. *Depoſuit* eadem die.

Teſtis XVI Margarita uxor Bueffelani de Erma, diœceſis Tarantaſienſis, ætatis XXX annorum, vel circa. *Depoſuit* die Jovis XVII dicti menſis Februarii.

Teſtis XVII Joannes Jacobi, laicus & laborator de Caſtro novo de Iſeria, diœceſis Valentienſis, ætatis XXVIII annorum, vel circa. *Depoſuit* die Martis, quæ fuit XXII menſis Februarii.

Teſtis XVIII Hugonus Fabri de Caſtelleto de Tredum, clericus, Gebennenſis diœceſis,

EX MSS. AVENION. eorumque conditio,

ætatis xx annorum, vel circa, habitator Gebennensis, cum patre suo Rolleto Fabri, mercatore, commorante in vico de Ripparia. *Deposuit* die xxvi dicti mensis Februarii, quæ fuit Sabbati.

Testis xix Religiosus vir, frater Richardus, canonicus S. Ruffi, ordinis S. Augustini, ætatis xiii annorum [*forte* xxxiii] ut credit. *Deposuit* die Martis, quæ fuit viii dies mensis Martii.

Testis xx Joannes de Vivier, de Vallibus in Sabaudia, laicus nauta, Lausanensis diœcesis, habitator Avenionis prope portale Aqueriæ, ætatis xxxv annorum, vel circa. *Deposuit* x mensis Martii prædicti.

Testis xxi Andreas Lombardi de Romanis, Viennensis diœcesis, habitator Villænovæ juxta Avenionem in carreria ante hospitale Villænovæ, ætatis xxxv annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die supra proximè intitulata.

Testis xxii Guilielmus de Fores de Mombreson, Lugdunensis diœcesis, laicus nauta, habitator Avenionis prope portale Aqueriæ, B ætatis xxx annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis xxiii Stephanus Colini, argentarius, habitator Avenionis prope portale Mataronis, ætatis xxxv annorum, vel circa, Aniciensis. *Deposuit* die Sabbati, quæ fuit xii dies mensis Martii prædicti.

Testis xxiv Petrus de Praga, filius Marquelini de Praga, ætatis l annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis xxv Franciscus, dictus Lemosini, hoætas, stallerius hostalleriæ Leonis rubei, in carreria Carreriæ, habitator Avenionis à xxx annis, ætatis l annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis, quæ fuit xvii dicti mensis Martii.

Testis xxvi Magister Henricus de Magontia, barbitonsor, habitator Avenionis, ætatis xxx annorum, vel circa. *Deposuit* die xxiv dicti mensis Martii.

Testis xxvii Berengaria, uxor Andreæ Renaudi, habitatricis Avenionensis prope portale Imberti, exercentis officium mercerii, ætatis xxvi annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis xxv mensis Martii supradicti.

Testis xxviii Andreas Renaudi, mercerius C habitator Avenionensis, prope portale Imberti, ætatis xlv annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis xxix Hugueta de Cavallione, habitatrix Avenionensis, uxor Gerardi de Montego Sabbatii juxta furnum terræ, ætatis lvi annorum, vel circa, bainta sive obstetrix. *Deposuit* die Jovis, quæ fuit xvii dicti mensis Martii.

Testis xxx Bartholomæus Turpi de Montepessulano, monetarius, ætatis lx annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis, quæ fuit xv dicti mensis Martii.

Testis xxxi Catharina de Molendino, relicta Petri de Molendino, commorans Avenione, in carreria S. Michaëlis, ætatis xl annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis, quæ fuit xvii dicti mensis Martii.

Testis xxxii Catharina, relicta Anthonii Capiti, de carreria de principali Avenionis, ætatis xlvi annorum, vel circa, commorans ante capellam S. Michaëlis. *Deposuit* eadem die.

Testis xxxiii Catharina *in processu ponitur* D *eadem, quæ proxime præcessit.*

Testis xxxiv Perrinus Aymerici, mercerius, *patria;* Senonensis diœcesis, habitator Avenionis, in carreria de Porqueriis, ætatis xlviii annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis, quæ fuit xxii dicti mensis Martii.

Testis xxxv Ysnarda, uxor Joannis Galliani, laboratoris, de carreria Porqueriorum Avenionis, ætatis l annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis xxxvi Joannes Galliani, laborator, habitator Avenionis, in carreria Porqueriorum, ætatis l annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis xxxvii Resplanda, uxor Perrini Aymerici, ætatis xxxv annorum, vel circa, eadem die.

Testis xxxviii Bernardus Alberti Lemovicensis, habitator Avenionensis, in parochia S. Symphoriani & prope S. Symphorianum, ætatis xl annorum, vel circa, eadem die.

Testis xxxix Magister Pontius de Ponte, E curiæ cameræ Apostolicæ notarius, ætatis xxx annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis, quæ fuit xxiv dicti mensis Martii.

Testis xl honesta mulier, Jacoba de Lugduno, uxor Rogerii de Parisiis, laboratoris, habitatrix Avenionis ætatis xl annorum, vel circa. *Deposuerat apud notarium curiæ cameræ Apostolicæ prævie ad processum, anno* MCCCLXXXVIII.

Testis xli providus vir, Dominus Helias *ac depositionis* Andoyni, presbyter Ingolismensis diœcesis, *tempus.* servitor capellæ, nomine omnium Sanctorum instructæ & fundatæ & ædificatæ in cœmeterio S. Michaëlis Avenionis per Dominum Radulphum de Ailliaco; ætatis xl annorum, vel circa. *Deposuit* anno quo supra, die xvi mensis Septembris.

Testis xlii Rogerius de Lucembourg, filius Henrici de Lucembourg, oriundus de Parisiis, habitator Avenionis, laborator, ætatis xl annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die Jovis.

Testis xliii Bertrandus Calneti, mensurator salis, commorans in præsenti civitate in F parochia S. Mariæ Magdalenæ, ætatis xl annorum, vel circa, eadem die.

Testis xliv Sylvester Cambii de Florentia, habitator Avenionis. *Deposuit* die Martis, quæ fuit xiv mensis Aprilis.

Testis xlv Magister Joannes de Tornaniva de Pozolis, Albiensis diœcesis, magister in medicina, & Domini nostri medicus, ætatis lx annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis xlvi Dominus Galbertus Robini presbyter, canonicus de Vizano, diœcesis Caturcensis, ætatis xlv annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis xv mensis Aprilis.

Testis xlvii Joannes de Albenatio, clericus conjugatus, diœcesis Carpentoractis, in Villanova Avenionensis diœcesis commorans, ætatis lv annorum, vel circa, eadem die.

Testis xlviii Jacoba uxor Jacomini Remelerii, habitatrix Avenionis, ætatis l annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis, quod fuit xix mensis Aprilis prædicti.

Testis xlix Beatrix Astique, uxor Anthonii Ruffi, habitatoris Avenionis, Rectoris hospitalis sanctæ Trinitatis, prope portale Epi-

A Episcopi, ætatis XL annorum, vel circa, eadem die.

Testis L Anthoneta uxor Petri Aon, macellarii, habitatoris Avenionis, ætatis XXV annorum, vel circa. *Deposuit* die Sabbati, quæ fuit ultima dicti mensis Aprilis, ejusdem anni.

Testis LI Eadem die, dicta Anthoneta.

Testis LII Joannes Borrerii de Bello loco, Lemovicensis diœcesis, ætatis XL annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die Sabbati.

Testis LIII Henricus dictus Lauretel de Anisornella, Cathalaunensis diœcesis, textor telarum, habitator Avenionensis, ætatis XXXIV annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis V mensis Maii.

Testis LIV Moneta Fromentura, uxor Bernardi Albertini, tabernarii, habitatoris Avenionis, commorantis prope S. Symphorianum, ætatis XLIV annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis LV Hieronymus Zenobii clericus, ætatis XL annorum, vel circa, faber & commorans prope *S.* Desiderium. *Deposuit* eadem die.

B

Testis LVI Antonius Thomé de Thonasio, habitator Avenionensis, candelerius, ætatis XL annorum, vel circa. *Deposuit* die Sabbati, quæ fuit dies XXI dicti mensis Maii.

Testis LVII Nicolosa uxor Hieronymi Zenobii, fabri, habitatoris Avenionis, ætatis XVIII annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis XXIV dicti mensis Maii.

Testis LVIII Domina Xandra de Florentia, habitatrix Avenionis, mater prædictæ Nicolosæ, ætatis XL annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis LIX Petrus de Penevagre, loci de Brinazat, diœcesis Lemovicensis, ætatis annorum LX, vel circa. *Deposuit* die Jovis, quæ fuit XXVI mensis Maii.

Testis LX Dominus Petrus de Pulto presbyter, Lemovicensis diœcesis, ætatis XXVI annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis LXI Aelipdis, uxor Dominici Gallet, macellarii commorantis in carreria juxta Prædicatores Avenionis, ætatis XXXV annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis ultima mensis Maii.

Testis LXII Joanneta de Castilione Gebennensis diœcesis, uxor Raulini, hostellarii tabernarii, commorantis Avenione, prope libratam D. Cardinalis Ambianensis, ætatis XXXV annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

C

LXIII. Joannes Perrini, habitator Avenionis ante ecclesiam Prædicatorum, corraterius equorum, ætatis XLVIII annorum, vel circa. *Deposuit* die Sabbati, quæ fuit XI mensis Junii ejusdem anni.

Testis LXIV Guiotus Drogmini, clericus uxoratus, mercator & habitator Avenionis, ætatis XXX annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis XVI dicti mensis Junii.

Testis LXV Joannes de Sullet, furnerius, habitator Avenionis, à XXX annis citra, ætatis XL annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis XXIII dicti mensis Junii.

Testis LXVI Raynera, uxor Raychardi Rota-cava, de Barbentana, ætatis XL annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis ultima dicti mensis Junii, ejusdem anni.

Testis LXVII Joannes Bernerii de Gipper, Diensis diœcesis, ætatis XXX annorum, vel circa. *Deposuit* die Sabbati, quæ fuit IX mensis Julii ejusdem anni.

Testis LXVIII Maria, relicta Bertrandi Rota cava de Barbentana, ætatis LX annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis LXIX Jacobus Abille de Barbentana, clericus, laborator Avenionis, ætatis XXX annorum, vel circa. *Deposuit* die Martis, quæ fuit XII dicti mensis Julii.

Testis LXX Menetus Mons, habitator Barbentanæ, ætatis XXX annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

Testis LXXI Bertranda uxor Joannis de Sullero, furnerii, habitatoris Avenionis, in vico Infirmeriarum commorantis, ætatis XXIV annorum, vel circa. *Deposuit* die Jovis, quæ fuit XIV mensis Julii jam dicti.

Testis LXXII Isabella uxor Juliani de Darnego, Bisuntinensis diœcesis, barberii, habitatoris Avenionis, ætatis XXVI annorum, vel circa. *Deposuit* eadem die.

CAPUT II.

E

Mortui resuscitati, alii à morte præservati.

ITem quod anno Domini MCCCLXXXVII, die Veneris, quartâ Octobris; accidit, quod magistro Henrico Philibourger Constantiensis diœcesis, & ejus uxore, habitatoribus Avenionis; unà cum quodam eorum filio, ætatis quatuordecim mensium, ad hanc villam Avenionensem venientibus; in itinere. videlicet in loco pedagii *a* stellæ, ubi illa die fuerunt hospitati, quædam infirmitas arripuit dictum infantem, nomine Michaëlem; ita quod, ex illa infirmitate incontinenti spiritum emisit; apparueruntque in eo omnia signa mortis; nam frigidus erat & rigidus oculos clausos habens, & nullum penitus emittens anhelitum: & sic stetit per spatium unius horæ. Quem videns mater ejus, multo dolore commota, recordata de miraculis dicti sancti Cardinalis, unà cum dicto patre dicti pueri, dicto sancto Cardinali vovit dictum infantem; & promiserunt ejus visitare sepulcrum: promisitque d. mater, si puer ejus suscitaretur, non comedere carnes, neque vinum bibere, donec dicti Domini Cardinalis sepulcrum visitasset; quo voto emisso, post modicum intervallum incepit dictus filius vocare matrem suam, sanus & incolumis, ac si nullam penitus sensisset infirmitatem. Dicti vero conjuges postmodum promissa compleverunt. *Infans mortuus ad vitam revocatur:* *a*

F

CVII. Item quod eodem anno, Antonius Thomé, commorans in præsenti civitate, in burgo D. Petri de Seguireto, legum doctoris, prope ecclesiam Prædicatorum, dormiens post prandium in lecto; voces puerorum clamantium, submersus est ille puer, quæ ipsam excitaverunt, audivit: qui dubitans, ne aliquis esset ex suis pueris, repente descendit, & accedens ad aquam Durantiæ, quæ prope est, vidit quemdam puerum in dicta aqua Durantiæ, versus fundum caput habentem, manusque & brachia extensa adinstar submersi; quod videns, insiluit in flumen, & dictum puerum inde levavit, rigidum & frigidum, ac omnino *Item puer aquis mersus,*

EX MSS. AVENION.

no ſubmerſum; quem & recognovit eſſe Petrum, filium Moneti Cari macellarii, commorantis in carreria Callate Avenionis, habentem quaſi ætatem quatuor annorum; quem ſuper humeros ſuos verſus domum ipſius Moneti bajulans, recordatus de miraculis dicti Domini Cardinalis, compatiendo eidem puero, ipſum ſibi devovit, ſupplicans in corde ſuo, vitam ſibi impetrari meritis & precibus ejuſdem. Quo facto, dum eſſet juxta domum Guineti Farandi, dictus puer reſpirare cœpit, qui, ut præfertur, nullum emittebat anhelitum, fueratque tantum in aqua prædicta, quæ deſcendebat à loco, unde ceciderat, per diſtantiam tractûs baliſtæ, vel quaſi uſque ad locum, ubi extractus eſt; ac ſic veniens ad domum patris dicti pueri, iterum noverca ipſius votum pro eo emiſit; poſt quæ vota dictus puer revixit, quem ad ſepulcrum d. D. Cardinalis deportaverunt, dicentes veraciter, quod mortuus fuerat, & quomodo gratiam vitæ receperat meritis & gratiâ dicti Cardinalis.

rigidus ac frigidus,

puella è potu frigido mortua,

CVIII. Item quod anno ſupra dicto, de menſe Decembris, accidit, ut quædam filia Joannis de Biſuncio, polaſſerii, habitatoris Avenionis, Joanneta nomine, ætatis quatuor annorum vel circa, quaſi in media nocte ſubito infirmata, & calida facta ſupra modum, potatâ modicâ aquâ, ſubito expiravit; & rigida facta valde, nullum ſignum vitæ in ea reperiebatur. Itaque ab omnibus aſtantibus vere mortua judicabatur. Quod videns dicta mater, de dicto Domino Cardinali & ejus miraculis recordata, votum emiſit, quod ſi dicto Domino Cardinali placeret, erga Deum tantam impetrare gratiam; quod dicta filia vitam recuperaret; cum certo voto ceræ ſepulcrum ejus viſitaret; quo voto emiſſo, dicta filia ſtatim & quaſi ſine intervallo, loquelam & vitam recuperans, incepit ſudare, quo ſudore peracto, ſana fuit, prout & adhuc eſt.

B

puella à morte ad baptiſmum revocata,

CIX. Item quod de anno Domini MCCCLXXXVIII Allamanda, uxor Firmandi Ruffi, laboratoris, commorantis prope portale Himberti, adveniente tempore pariendi, peperit unam filiam, omnino mortuam, præſente quadam vicina ſua, nomine Berengaria, uxore Andreæ Raynaudi, mercerii, commorantis prope dictum portale: quæ ad requeſtam dictæ matris, dictam filiam levare promiſerat de fontibus ſacris. Quæ quidem Berengaria, videns tam miſerabilem caſum, præ nimio dolore compatiens & matri & filiæ ſupra dictis, genibus flexis ipſam filiam devovit beatæ Mariæ Virgini, & d. D. Cardinali, promittens ipſius D. Cardinalis viſitare ſepulcrum, ſi tantum vitam præſtare dictæ filiæ dignaretur, ut baptiſmum recipere poſſet. Emiſſo verò dicto voto, dicta filia ſtatim reſpiravit; ac vitam pleniſſimè recuperavit; & inde baptizata, vivit adhuc precibus & meritis beatæ Mariæ Virginis, & d. D. Cardinalis.

C

filia molendini rotis illapſa,

b

CX. Item quod eodem anno quædam filia, nomine Henrieta, filia quondam Joannis de Louan, exiſtens ſub regimine Guilielmi Patroni, mercatoris dicti loci, ætatis duodecim annorum, vel circa, à caſu cecidit in bedali *b* molendini Domini dicti loci de Louan, Biſuntinenſis diœceſis, & præ violentia aquæ tranſducta fuit uſque ad rotam ipſius molendini, molendino molente. Itaque poſita ſubtus rotam, rotam & molendinum ceſſare fecit a molendo. Molendinarii verò unum calatum, ſive lignum piſcatorum, quod impediret illud molendinum æſtimantes, magnas barras *c* fuſteas acceperunt; & ſubtus illam rotam, contra dictam filiam fortiter magnis ictibus impulerunt: & videntes, quod nihil proficiebant, januam canalis ad molendum aperuerunt, ut, aqua per aliam partem recedente, quid molendinum impediret, liberius videre valerent. Dicto verò molendino aquâ evacuato, deſcenderunt verſus dictam rotam, ubi dictam filiam ſubmerſam, & in membris omnino confractam reperientes, ad domum dicti Guilielmi avunculi mortuam deportaverunt. Quod audiens dictus Joannes, maximo contriſtatus dolore, magnis planctibus, amariſque ſingultibus ingemiſcebat, flebiles voces emittens. Vicini verò tanto dolori compatientes, eidem, ipſum reconfortando dixerunt: O Joannes! factum eſt de iſta; ſed non ſic doleas; ſed ora Deum, & invoca ſanctum Cardinalem, de quo tanta perhibentur miracula; ut tua neptis ad vitam reſtituatur. Quo audito ſolus cameram intravit, & ibidem genibus flexis, cum lachrymarum effuſione non modica, dictam filiam devovit d. Cardinali; promittens ipſius viſitare ſepulcrum, cum certo voto ceræ, ſi d. filiæ vitam impetrare dignaretur. Quo voto emiſſo, maximam cum d. Domino Cardinali fiduciam habens; ad dictam filiam reverſus, viventem reperit ipſam, & ut vivens anhelitum emittentem: quæ in craſtinum reperta, mirabiliter extitit à Deo curata, quia in eâ nulla confracturæ ſigna potuerunt reperiri.

D

c

fuſtibus contuſa,

ac ſubmerſa;

E

alia puella ſubmerſa;

d

CXI. Item quod eodem anno Rixendis, filia Bartholomæi, laboratoris loci de Inſula, diœceſis Cavallicenſis, ætatis unius anni cum dimidio, à caſu cecidit in Sorgia *d*, & ibidem ſtetit per tantum temporis ſpatium, quod aqua per longum ipſam adduxit, quantum arcus trahere poſſet. Quam cum mater d. filiæ perquirens, ad ripam dicti fluminis acceſſiſſet; reperit omnino ſubmerſam, frigidam & rigidam, & in qua, nulla ſigna vitæ apparebant; in ipſa namque nec pulſus percipi poterat, nec anhelitus; oculos habebat in capite verſos, & erat in capite letaliter vulnerata. Unde d. mater triſtis & dolens in animo, recordata de miraculis d. D. Cardinalis, ipſam d. D. Cardinali devovit; promittens cum certo voto ceræ, ipſius viſitare ſepulcrum, ſi vitam d. filiæ reſtaurari à Deo impetrare dignaretur; quo voto emiſſo, d. filia ſtatim reſpiravit, & anhelitum emittens exinde fuit ſanitati pleniſſimè reſtituta.

F

puer in primo ortu ſuffocatus,

CXII. Item quod anno prædicto magiſter Andreas Turvi, notarius loci de Albia, Gebennenſis diœceſis, & Iſabella uxor ejus, habuerant unum filium maſculum, cui nomen impoſuerunt Petrus ob reverentiam dicti D. Cardinalis: quem, in quantum devotè potuerunt, eidem recommendaverunt. Accidit autem miſerabilis caſus; quod, dicta matre adhuc in puerperio exiſtente, dictus filius in quodam lecto caſualiter repertus fuit ſuffocatus, propter quod gaudiorum exultatio, in lamentationem doloris ſubito converſa; dicto D. Cardinali ipſum recommendaverant, geſtantes magnam fiduciam, dictum infantem dicto D. Cardinali devoverunt, promittentes devotè ejus, cum certo voto ceræ, viſitare ſepulcrum

A pulcrum, ſi à Deo obtineret puerum reſuſcitari prædictum. Emiſſo verò voto prædicto; dictus puer in præſentia eorum aſſiſtens, ſubito revixit, & pleniſſimè vitam recuperavit: nam quod eſt donum ſingulare, & mirabili nota digniſſimum: una die plus proficit corporalibus incrementis, quam alii ejuſdem ætatis infantes faciant in duobus, meritis & precibus dicti D. Cardinalis.

operarius ſubito malo exſtinctus,

CXIII. Item quod anno proximè dicto, dum quidam Guilielmus Troſſa, laborator civitatis Auraicenſis, de extra reverteretur ad eamdem civitatem Auraicenſem; non inveniens, ubi valeret hoſpitari; causâ dormitionis intravit quamdam domum, ab hominibus inhabitatam; in qua illa nocte, quadam infirmitate à caſu ſibi eveniente, diem ſuum clauſit extremum; & ibi poſtmodum in craſtinum ſuffocatus repertus, tamquam mortuus ad domum propinquam fuit deportatus; ubi per totam illam diem ſtetit verè mortuus; quod videns uxor ejus, de tali caſu in corde ferens dolores graviſſimos, ad adjutorium d.
B D. Cardinalis recurrens, ipſum virum ſuum devotiſſimè vovit, eidem promittens, ſi Deus viri ejus vitam recuperaret, ipſius dicti Cardinalis cum certo voto ceræ viſitare ſepulcrum: quo facto voto, ſubito dictus vir reſpiravit, & intra duos dies ſanitati pleniſſimè fuit reſtitutus; quod à D. Cardinali factum recognoſcens, ejus viſitavit ſepulcrum.

* concinnatoris. *puella in utero matris mortua,*

CXIV. Item quod anno proximè dicto Guillemeta, uxor Roberti conreatoris* coriorum, in præſenti civitate commorantis, prægnans, adveniente termino pariendi, peperit unam filiam mortuam, in qua nulla ſigna vitæ agnoſci poterant: quæ, ut præmittitur, mortua ſtetit per ſpatium unius horæ: quod ut vidit dictus Robertus, multum turbatus in animo, confidens de Dei miſericordia, protulit iſta verba: O Deus! habebo ego liberum, qui baptiſmum non habebit? Et genibus flexis, tunc recordatus de miraculis, quæ Deus in dicto D. Cardinali operabatur, dictam filiam dicto D. Cardinali devovit, promittens ipſius D. Cardinalis viſitare ſepulcrum, & eidem certum votum ceræ offerre, ſi dictam filiam precibus
C ipſius ſuſcitare valeret, quo emiſſo, ſubitò & ſine ullo intervallo cœpit inſpirare; demum ad eccleſiam deportata, extitit baptizata, nunc vivit precibus & meritis dicti D. Cardinalis.

puer graviſſimis morbis extinctus,

CXV. Item quod anno prædicto, quidam puer nomine Alzarius, filius Joannetæ Capella, commorantis prope fontem eccleſiæ fratrum Prædicatorum præſentis civitatis; febribus & aliis multis infirmitatibus valde gravatus, horâ quaſi Completorii expiravit; & mortuus ab illa hora, nec anhelizans, nec aſpirans, neque pulſum habens, ſtetit uſque ad horam ſubſequentium matutinarum. Eâdem autem horâ matutinâ, devovit ipſum dicto D. Cardinali, & ſtatim voto emiſſo dictus filius inſpiravit, & ſic meritis & precibus ipſius vivit adhuc incolumis & ſanus.

auriga ſub curru onuſto,

CXVI. Item quod eodem anno de menſe Junii, accidit in loco de Barbentana diœceſis Avenionis; quod quidam adoleſcens, ætatis octodecim annorum, vel circa, Bertrandus nomine, filius Petri Lotherii dicti loci de Barbentana, ducente quamdam quadrigam herbis oneratam, & tranſeunte juxta aquam Durantiæ, prope bedale molendini, dicti loci, equus, qui dictam quadrigam ducebat, ipſum Bertrandum projecit intra aquam bedalis prædicti, prædictâ quadrigâ poſtmodum ſuper ipſum Bertrandum ſubverſâ; ita quod ſubtus dictam quadrigam, dictus Bertrandus ſterit in profundum aquæ, per ſpatium unius horæ & ultra; quod perſpicientes nonnulli, ibidem propè blada metentes in campis, illuc ecurrerunt. Ubi ſolum repererunt capucium dicti Bertrandi, natans ſuper aquam. Ille verò Bertrandus, in profundum aquarum exiſtens, nullatenus apparebat. Ex quorum clamoribus, multitudine hominum & mulierum ibidem congregata, quidam ex ipſis ſe ſpoliaverunt, & dictum Bertrandum de dicta aqua, mortuum & rigidum, atque in membris totaliter confractum, extraxerunt. Hoc verò videntes plures bonæ mulieres, & quædam puellæ, ſuper dictum adoleſcentem magna pietate commotæ, genibus flexis eum magna devotione, & lachrymarum reſuſione, una voce dictum Dominum Cardinalem invocaverunt, ipſum devotè deprecando, quod E
vitam dicto Bertrando reſtituere dignaretur, quibuſdam votis per aliquas aſſiſtentes mulieres ad dictum Cardinalem emiſſis; poſt quarum vota dictus Bertrandus incontinenti revixit, & exinde dicta de confractura paulatim convaleſcens, reſtitutus eſt ad plenam ſanitatem.

mulier ſubito mortua,

CXVII. Item de anno proximè dicto, de menſe Julii, horâ ſerotinâ, quædam mulier, Joanneta nomine, uxor Michaëlis Camoleti, ex quodam accidenti ſubito infirmata, emiſit ſpiritum, & in ipsâ tamquam, ſicut & revera erat, mortua: nam ſigna mortui apparebant, quia in omni parte corporis erat frigida: nec in ea percipi pulſus poterat, aut anhelitus, & in tali ſtatu ſtetit per ſpatium unius horæ, & ultra. Videns hoc autem dictus maritus, neſciens à quo peteret auxilium, niſi à Deo, multum turbatus in animo, confidens tamen de Dei miſericordia; & magna pietate reputans ſe indignum ab ipſo exaudiri, niſi per ſanctorum orationes; promiſit & vovit Domino Cardinali, ejuſdem viſitare ſepulcrum, ſi impetrare valeret à Deo dictam ſuam uxorem reſuſcitari: quo voto emiſſo, ſubitò dicta mulier incepit reſpirare: & reſpirando ſigno crucis ſe muniens, incepit dicere: O F
ſanctum corpus, tantam gratiam mihi feciſti! Itaque gratias reddebat dicto D. Cardinali, tamquam curata per ipſum; quamvis dictum votum pro ipſa factum penitus ignoraret.

partus vitæ expers.

CXVIII. Item quod Agnes, uxor Jacobi Cadei, de Anicio, quadam die Veneris, horâ tertiarum, peperit unam filiam mortuam in utero: quam cum ſepelire facere vellent aſtantes ibidem, prohibuit mater ipſa, uſque quò maritus ejus, qui tunc abſens erat, applicuiſſet. Quo pendente intervallo, Catharina, uxor Guilielmi Guioneti, mercatoris de Anicio, ipſius Agnetis multum cara, in craſtinum horâ tertiarum acceſſit ad ipſam, & compatiens dolotibus & lachrymis ipſius Agnetis; recordata de dicto D. Cardinali, viſitatâ prius dictâ filiâ, quæ poſita erat in quodam armariolo; quam decoloratam videbat, frigidam tetigerat, vovit dicto D. Cardinali, quod pedibus nudis incederet ad ejus ſepulcrum; ſi vitam dictæ filiæ impetrare dignaretur, quoad uſque ſolùm baptiſmum recepiſſet. Quo emiſſo voto, multum confidens in

ex MSS. AVENION.

in aquis ſubverſo, oppreſſus,

EX MSS. AVENION.

ipso D. Cardinali, ad dictum armariolum est reversa; ubi reperit dictam filiam viventem, faciem pulcherrimè coloratam habentem, quam cum gaudio suscepit: & illâ prius exhibitâ matri, ipsam fecit baptizari; quæ postea vixit usque ad horam galli cantûs, noctis subsequentis; quâ horâ spiritum solutum à tenebris reddidit Deo gratum, meritis & precibus d. D. Cardinalis.

A morte præservati sequentes:

CXIX. Item quod anno sæpe dicto de mense Julii, Maria uxor Jaquemini Sautmeni de Leodio, habitatoris præsentis civitatis: adeo graviter infirma, quod de lecto se movere non poterat, semper debilitando jacuit per octo dies & ultra. Adveniente autem quodam die, cœpit agonizare, & ad mortem properare; ita quod ab astantibus de vita penitus desperabatur, maritus autem multum de ejus futurâ morte condolens, ipsam d. D. Cardinali devovit: quo voto emisso, subitò à prædictâ infirmitate & mortis periculo fuit omnino liberata.

mulier morti proxima,

febri ac pluribus aliis morbis confectus,

B

CXX. Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII, de mense Aprilis, Bonifacius filius Stephani Colini argentarii, in præsenti civitate commorantis, passus febres, & quam plures alias infirmitates gravissimas, deteriorando ad tale punctum perductus extitit, quod sine potu & sine comestione, quamvis antea multum maceratus & debilitatus esset, stetit per tres dies naturales, oculos habens in capite versos, fœtens jam sicut terra: ita quod ab astantibus omnibus impossibile judicabatur, ipsum posse periculum evadere mortis, nisi miraculosè. Quem sic videns pater ejus, paterno affectu compatiens, tota cordis affectione devovit d. D. Cardinali, promittens cum certo voto ejus visitare sepulcrum, si dictus ejus filius sanitatem recuperaret: quo voto facto, dictus filius subito per os unum magnum vermen emittens, exinde paulatim plenissimè restitutus est sanitati. Pater verò, quod promiserat, adimplevit.

fluxu ventris ac vomitu laborans,

C

CXXI. Item quod anno Domini MCCCLXXXVII de mense Augusti, Petro de Serris, filio Petri de Serris, servientis armorum D. N. Papæ, evenit quædam infirmitas, qua urgente, & fluxum ventris & vomitum intermisse patiebatur: quæ sibi duravit per duos dies naturales: qui per medicos visitatus, judicatus fuit secundùm naturam, impossibile esse ipsum evitare mortem: quem mater deplorans, deficiente naturali juvamine, ad d. D. Cardinalem votum emisit, humiliter & devotè ipsum deprecando pro dicti filii sui liberatione; promittens cum certo voto ipsius visitare sepulcrum. Quo facto, dictus fluxus & vomitus subitò cessaverunt, & dictus puer omnino remansit curatus, per merita d. D. Cardinalis.

febricitans,

CXXII. Item quod anno MCCCLXXXVII, de mense Novembris, Gerardus Tibiaci, clericus diœcesis Lemovicensis, ætatis viginti octo annorum, continuam febrem passus & alios multos dolores intrinsecos, per spatium quindecim dierum, omnino mori credens, testamentum fecerat, & alia negotia sua, tamquam valde morti propinquus; qui recordatus de d. D. Cardinali, se devovit eidem, promittens ipsius visitare sepulcrum, si tantam gratiam sibi facere dignaretur, quod ab infirmitatibus prædictis liberaretur. Quo voto emisso statim cessavit febricitare, omnesque alii dolores recesserunt, & exinde perfectissimè curatus est meritis & precibus ipsius d. D. Cardinalis.

D

puer in Rhodanum tractus,

CXXIII. Item quod anno MCCCLXXXVII, de mense Decembris, Domino Joanne Martini, rectore parochialis ecclesiæ S. Genesii, præsentis civitatis, unà cum quodam puero, nomine Richardo, filio Dominæ Joannetæ Sabbateriæ, ætatis duodecim annorum, existentibus supra pontem Rhodani Avenionensis, dum ipsi juxta bordaturam e pontis aspicerent quoddam navigium, quod quidam homines stantes supra pontem superius cum chorda trahebant, & dicta chorda dictum Richardum aliquatenus appropinquasset, dicta chorda subito dissiluit à manibus trahentium, & dictum Richardum circumdans per medium, elevavit in altum ultra pontis altitudinem, bene per sex cannas & ultra; ita quod dicto navigio trahentium destituto juvamine, & propter hoc in littus accedente, dicta chorda, secuta navigium, dictum Richardum in medium Rhodani projecit; quod videns dictus Dominus Joannes, magno timore correptus, beatæ Mariæ, & dicto D. Cardinali dictum Richardum devovit, promittens ipsius D. Cardinalis visitare sepulcrum, si dictum puerum à submersione liberare dignaretur. Quo voto emisso, subito dictus Richardus, qui in profundis aquarum existens, nullatenus apparebat, elevatus fuit super aquam, & ibidem stans per magnum temporis spatium nullo modo demergebatur in aqua, quamvis ullo modo natare nesciret, imo ibi stetit, quousque nautæ ab ipso remoti ad ipsum accesserunt, & ipsum sic stantem super undas in navigio suo recollegerunt, & sic remansit illæsus meritis & precibus dicti D. Cardinalis.

e

E

mercator Rhodano illapsus,

CXXIV. Item quod de anno Domini MCCCLXXXVIII, de mense Augusti, dum quidam Bertrandus Calneti, mercator salis in præsenti civitate Avenionis, per quamdam scalam ascenderet in quoddam navigium oneratum sale: pede lapso cecidit in Rhodanum, & ad ima perveniens, ductus fuit per longum aquæ, spatio unius tractus balistæ, ita quod, dum ipse sic staret inter undas, modo in fundum mergebatur, modo levabatur in altum, & in tantum, quod de recuperatione ipsius omnino spes auferebatur astantibus. Recordatus autem de d. D. Cardinali, incepit in corde suo dicere: O corpus sanctum! adjuva me, & statim barram quamdam, quam astantes sibi projecerunt, ut inde valeret exire, invenit inter crura; super quam elevatus, quasi equitando super ipsam, exinde per dictos astantes extractus, extitit ab aqua sanus & hilaris, & sic exivit meritis & precibus d. D. Cardinalis.

F

gravissima febri constictans,

CXXV. Item quod anno MCCCLXXXVIII, Petrus, filius Bernardi Alberti, mercatoris Avenionis [5], ætatis quatuordecim annorum vel circa, infirmus febre gravissima, & nonnullis aliis intrinsecis infirmitatibus paulatim debilitatus, ad tantam fuit ductus debilitatem, quod per duos dies loquelam amisit. Itaque ipso sic in extremis laborante, sui transitus horam astantes solùm expectabant: nam & presbyteros fecerant jam venire parentes ipsius ad legendum psalteria & passiones, sicut solitum est sic laborantibus in extremis. Dictus verò pater, instinctu divino commonitus, intra mentem de d. D. Cardinali recordatus, quo ibat, nemi-

nemini revelato, diverſo tramite ad d. D. Cardinalis acceſſit ſepulcrum, & ibidem genibus flexis cum magna cordis devotione, non ſine magno fletu, dictum ejus filium precibus d. D. Cardinalis commendavit, promittens eidem, ſi dignaretur dictum ejus filium à morte præſervare, quod cum certo voto ceræ ipſius ſepulcrum viſitaret iterato; & ſic, oratione, ut præmittitur, facta, ad domum acceſſit, & incontinenti dictum puerum viſitavit: puer autem ſtatim & incontinenti, ex revelatione divina (ut piè creditur) ſibi facta, dixit iſta verba: O Pater! unde venitis vos? venitis de corpore ſancto ſtatim, quia ego ſum perfectè curatus, meritis ipſius Sancti; & ita à mortis liberatus periculo paulatim convaleſcens, priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati.

miles ad uſque mortem feſſus

cxxvi. Item quod nobilis vir, Dominus Gillebertus, Dominus de Labrengaren, miles; cambellanus Domini Ducis Burgundiæ, præ gravedine laboris, quem paſſus fuerat in quodam haſtiludio, per Regem Franciæ Pariſiis indicto, infirmatus, ad tantam devenit debilitatem, quod corporalibus viribus deſtitutus, per tres dies penitus loquelam amiſit; ita quod & medici, qui eum viſitaverant, ipſum judicaverunt nullatenus convaleſcere poſſe: nec ſupererat aliqua ſpes, quod mortem evadere deberet. In extremis namque jam laborabat, quando quidam familiaris d. D. Ducis ſibi dixit in aure, quod dicto D. Cardinali ſe devoveret, quod & fecit: nam incontinenti venit in mente ſua, quod ipſe cum certo voto ipſius ſepulcrum viſitaret, & quod numquam armis bellicis armaretur, quo uſque dictum viſitaſſet ſepulcrum, ſi à Deo ſibi ſanitatem impetrare dignaretur. Quo voto emiſſo, tranſportatus fuit in aliam cameram; ubi poſitus in lecto, ſtatim obdormivit, & dormiendo vidit Deum ſedentem ſuper quoddam ſcamnum, & beatam Virginem ad cornu ejuſdem ſcamni: nec non d. D. Cardinalem, indutum ſuperpellicio, facié valde decorum, digitos longos & multum ſubtiles habentem: Qui Dominus Cardinalis tenendo unam manum ſuper caput ipſius, & aliam ſubtus mentum, ipſum Deo præſentabat, illa verba proferendo: Domine Deus, non moriatur iſte adhuc. Cum quo beata Virgo à ſuo loco deſcendens coram Deo manibus junctis, cum dicto Domino Cardinali humiliter ſe inclinabat: quibus omnipotens illico reſpondit: Placet mihi quod adhuc non moriatur. Poſt quam quidem viſionem excitatus à ſomno incepit inſufflare. Quod cum audiſſet quidam, ad ejus cuſtodiam deputatus, petiit ab ipſo, ſi vellet aliquid, & quomodo ſibi erat; cui tunc dixit, quod bene ſibi erat. Unde dictus famulus, multum admiratus, quod loquelam recuperaſſet, ſibi dixit: Domine vos loquimini; cui reſpondens dictus miles: Tu dicis verum, hoc fecit ſanctus Cardinalis, & narravit ei ſpeciem * facti. De quo exultans præ gaudio multum, magnis baronibus confeſtim illud narravit, qui ipſum militem indilate viſitaverunt, de tantâ gratiâ Deo, beatæ Mariæ, & dicto D. Cardinali gratias exſolventes. Dictus vero miles poſtea reconvaluit, &, quod voverat, adimplevit.

foſpitantur.

* *al.* ſeriem.

EX MSS. AVENION.

ANNOTATA.

a Pedagium *eſt tributum, quod ſolvitur à tranſeuntibus. Hic videtur ſumi pro diverſorio, fortaſſe* Pedagium *dicto, quia ibidem ſolvebatur tributum.*

b *Idem eſt, quod* bedum, *id eſt, palorum ſeries ad continendam aquam, ut validius ea rotam torqueat, ſupra molendinum affigi conſueta.*

c Barra *eſt* fuſtis, vectis, repagulum, *Gallis* barre.

d *Fluvius hîc paulò ſupra Avenionem in Rhodanum cadit.*

e *A Gallico* bord, *id eſt* ora.

CAPUT III.

Muti, cæci, ſurdi, febricitantes ſanati.

E

Cæcus & mutus 11 *dierum,*

Item quod, cum Joannes Thomas laborator, ætatis triginta annorum vel circa, præ nimiâ infirmitate, per undecim dies naturales viſum amiſiſſet & loquelam, eſſetque in extremis, & crederet in corde ſuo firmiter, tunc finire dies ſuos: recordatus de dicto D. Cardinali, ſe eidem vovit in mente ſua, humiliter orans eum, quod à prædictis infirmitatibus ipſum liberare dignaretur, & quam primum poſſet incedere, ipſius ſepulcrum viſitaret. Quo voto emiſſo confeſtim reſpirans loquelam recuperavit, & exinde convaleſcens, curatus eſt infra modicum tempus.

trium annorum,

cxxviii. Item quod Jacobus Guigonis, diœceſis Ciſtaricenſis, per ſpatium trium annorum, factus mutus, emiſſo mentaliter voto ad d. D. Cardinalem, de ſuum viſitando ſepulcrum; poſtmodum, cum ad hanc civitatem Avenionenſem acceſſiſſet, ipſam intrando, ſubitò recuperavit loquelam.

alius 3 hebdomadarum

cxxix. Item quod Pontius Dondulcis, loci de Durberia, Valentinenſis diœceſis, loquelam caſualiter amiſit; & cum hoc, diſcretione perdita, nullum cognoſcebat, qui ſic ſteterit per ſpatium trium ſeptimanarum. Conſtantia vero uxor ipſius Pontii, de ipſius infirmitate multum dolens, pro ipſo, ad dictum Dominum Cardinalem votum emiſit, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi cum Deo gratiam obtineret, & priſtinæ ſanitati dictus ejus vir reſtitueretur: quo voto ſic emiſſo, confeſtim loquelam & corporis ſanitatem plenariè recuperavit.

F

infans quadriennis,

cxxx. Item quod pro Aſſando Heliæ, filio Joannis Heliæ, patroni galeatum, civitatis Maſſilienſis, ætatis quatuor annorum, cum dimidio vel circa, qui à nativitate mutus extiterat, per dictum patrem ipſius fuit votum emiſſum: quod ſi dictus D. Cardinalis dignaretur erga Deum tantam gratiam impetrare, quod dictus ejus filius loqueretur, quam primum poſſet, cum certo voto ipſius viſitaret ſepulcrum, & ſtatim dictus infans incepit loqui, & loquutus fuit, ita perfectè, ſicut alii poſſunt ejuſdem ætatis. Quamobrem dictus pater tam mirabilem gratiam ponderans & attendens, cum certo voto ceræ ſepulcrum dicti D. Cardinalis viſitavit.

mutus à nativitate,

EX MSS. AVENION.

mutus infans

CXXXI. Item quod Jacobus, filius Joannis Laurentii, circa ætatem trium annorum, perdidit omnino loquelam, ita quod fuit per ſpatium duorum annorum, quod nullatenus intelligebat; & credebatur, quod perpetuò eſſet mutus, ſed mater ejus, pro dicto filio certum votum emiſit, ad d. D. Cardinalem, & incontinenti, dum vidit matrem, alta voce & formatis verbis, petiit ab ea ſibi panem dari, & ſic loquelam recuperavit meritis & precibus d. D. Cardinalis.

loquela reſtituti.

Mulier recuperatum viſum,

CXXXII. Item quod anno Domini MCCCLXXXVII, de menſe Julii, Jacoba, relicta Jacobi Rollandi de Aurayca, invenit quamdam infirmitatem, qua mediante amborum oculorum viſum totaliter amiſit, de quo dolens quidam frater ipſius mulieris, de præſenti civitate ad Auraycam reverſus, eamdem admonuit, quod d. D. Cardinali, qui tanta faciebat miracula, ſe devoveret, & ſecum deportans de ligno letteriæ d. D. Cardinalis, in quo jacêre ſolitus erat, dum vitam duceret in humanis, tradidit eidem: quæ monitis fratris obtemperans, vovit dicti D. Cardinalis viſitare ſepulcrum, & B, accepto ligno ſupradicto, oculos delinivit, quo facto, incontinenti viſum perfectiſſime recuperavit: poſtmodum elapſo modico temporis intervallo, ut prius amborum oculorum lumen amiſit, ex quo multum perturbata, incepit excogitare quod poterat eſſe: & recordata, malè gratiam, quam d. D. Cardinalis ſibi præbuerat, agnoviſſe; quod nec adimpleverat votum, per ipſam emiſſum, ſtatim per dictum ejus fratrem una cum pluribus de Aurayca, ad ſepulcrum d. D. Cardinalis ſe fecit adduci; ubi ſua viſitatione peracta, ad hoſtellariam reverſa, dum pranderet cum aliis & eſſet in menſa, incepit videre, cognoſcere & diſtinguere res & gentes, & antequam ſurgeret de menſa, perfectiſſime viſum recuperavit precibus & meritis d. D. Cardinalis.

amittit, acdenuo recuperat.

B

Alius ex caſu cocles,

CXXXIII. Item quod anno MCCCLXXXVII, de menſe Junii, cum Soberana, relicta Joannis Tieyras draperii *a*, de quodam puteo traheret aquam, caſu fortuito de chorda d. putei percuſſa fuit in oculo ſiniſtro. Itaque ex illo ictu, d. oculi lumen amiſit, & ſic ſtetit per annum & ultra, de dicto oculo nihil videns, quamvis conſilio medicorum multa adhibuerit medicamenta. Ipſa autem noviter audiens famam miraculorum dicti D. Cardinalis, ſe d. D. Cardinali devovit: ſepulcrumque ejus cum certo voto ceræ viſitavit; quo viſitato, ſubito ſanata, & à dicto ſepulcro curata receſſit meritis & precibus ipſius ſancti Cardinalis.

C

*cæcus per 10 menſes, * al. Scolerii.*

CXXXIV. Item quod anno MCCCLXXXVII, de menſe Julii, Guilielmus Stolerii ***, alias Deyſercat, Carpentoractenſis diœceſis laborator, ætatis quinquaginta annorum, & ultra, à caſu lumen amborum oculorum amiſit, & totaliter cæcus ſtetit, per decem menſes & ultra, auditis autem miraculis, quæ Deus per dictum D. Cardinalem operabatur, ad dicti D. Cardinalis ſepulcrum ſe fecit adduci, ubi devote per eum oratione perfecta, perfectiſſime & ſine intervallo viſum recepit.

alter per 15 annos,

CXXXV. Item quod anno MCCCLXXXVII, de menſe Auguſti, Richardus de Synerchis, habitator de Bouilla, Aptenſis diœceſis, ætatis octuaginta annorum vel circa; jam quindecim anni fuerant elapſi, quibus omnino lumen amborum perdiderat oculorum, audita relatione miraculorum, quæ Dominus Cardinalis aſſiduè operabatur, de ipſius Domini Cardinalis confidens meritis; vovit & promiſit ipſius viſitare ſepulcrum, ſi viſum à Domino reſtitui ſibi dignaretur impetrare, quo voto emiſſo, ſtatim incontinenti viſum recuperavit & incepit videre & diſcernere res quaſcumque, & poſtmodum de tanta gratia gratias agens dicto D. Cardinali, ipſius viſitavit ſepulcrum. D

alius, cui telâ obductus oculus

CXXXVI. Item quod anno MCCCLXXXVII, de menſe Auguſti, Lancelinus Blache de Curthedon, Avenionenſis diœceſis, habuerat per ſpatium trium annorum & ultra in oculo unam telam, lumen oculi impedientem omnino. Accidit autem quod quidam ab hac civitate recedens & de terra ſepulturæ ipſius D. Cardinalis ſecum deportans, de illa terra tradidit dicto Lancelino, qui dictus Lancelinus, auditis prius miraculis dicti D. Cardinalis, confidens de ipſius meritis & precibus, de dicta terra poſuit in oculo ſuper dictam telam, promittens ipſius Domini Cardinalis viſitare ſepulcrum, ſi de dicta tela, & infirmitate valeret liberari, & tunc à dicta tela fuit ſubito curatus & viſum perfectiſſime recuperavit meritis & precibus dicti d. Cardinalis.

adhibitâ terrâ ſepulcrali,

E

mulier oculo ſiniſtro cæca,

CXXXVII. Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII Moneta, uxor Joannis de Balina, loci de Auripla, Valentinenſis diœceſis, ætatis viginti quinque annorum, vel quaſi, circa feſtum Nativitatis Domini amiſit omnino lumen oculi ſiniſtri; adeò quod nihil penitus videre poterat de eodem, & ſic ſtetit per tres menſes de illo oculo nihil videns. Quadam autem die Martis, reductis ad mentem miraculis & vita, quæ de dicto D. Cardinali recitabatur, vovit eidem Domino Cardinali, ipſius cum certo voto ceræ viſitare ſepulcrum; ſi à Deo oculi prædicti lumen reſtitui ſibi impetraret, & infra diem Dominicam immediatè ſequentem ipſius oculi viſus ſibi redderetur; poſtmodum vero, infra dictam diem Dominicam, dicti oculi viſum perfectiſſime recuperavit precibus & meritis ipſius Sancti.

alius cæcus

CXXXVIII. Item quod Honoratus, filius Guilielmi Tavaroni loci, de Vallo, Aquenſis diœceſis, caſualiter cum cuſpide cujuſdam cultelli oculum ſibi totaliter perforavit, & pupillam ipſius oculi per mediam totaliter ſibi ſcidit; ex quo totaliter factus erat cæcus: quod impoſſibile erat ſecundum naturam lumen, eidem reſtaurari, de quo dolens dictus pater; humiliter cum magna devotione orationem ſuam emiſit ad d. D. Cardinalem, ut intercedere dignaretur ad Dominum; quodque lumen oculi dicto filio reſtituere dignaretur, & ſubito oratione perfectâ, dictus filius omnino curatus extitit; adeo quod nec cicatrix in eo percipi poterat, meritis & precibus dicti Domini Cardinalis; & oculo prædicto plenariè videt, ſicut fecerat ante.

pupillâ perforatâ,

F

curantur.

Mulier oculo & aure

b

CXXXIX. Item quod anno MCCCLXXXVII & de menſe Septembris, Beatrix uxor Antonii Ruffi, tabernarii, commorantis in carreria *b* Calate Avenionis, ætatis quadraginta annorum vel circa; nunc ſunt ſex anni lapſi, *ex quo* auris & oculi ſiniſtrorum auditum penitus amiſit & viſum; ita quod ſtetit per dictos ſex annos, dicta aure non audiens, & oculo prædicto non videns. Noviter autem, videlicet per modicum tempus antequam d. D. Cardinalis migraſſet ad Dominum; quidam morbus (ſancti Antonii morbus vulgariter

ſiniſtris orbata,

ſiniſtris

A ter nuncupatus) nec non quidam carbunculus, & quædam peſſima ſcabies, per diverſas ſui corporis partes recenter exorta, ipſam mirabiliter afflixerunt, adeo quod ſibi videbatur, quod qualibet die mori deberet: quo quidem tempore dicta Beatrice ſic infirma; d. D. Cardinalis migravit ad Chriſtum. Poſt cujus tranſitum audivit miracula recitari, quæ Deus per ipſum D. Cardinalem operabatur; & quomodo jam plures, quâdam aqua balnei in quâ fuerat balneatus, à diverſis morbis curabantur; & tunc habito de aquâ ſupra dictâ; de ipſa ſuper carbunculum poſuit atque locum lavit, ubi dicta ſcabies & morbus ſancti Antonii erant affixi; quibus lotis per modicum temporis ſpatium; dictis morbis evulſis, ſane remanſit, & ſurgens à lecto ſepulcrum dicti D. Cardinalis viſitavit: & de dicta aqua in aure & oculo ſupradictis poſuit, & poſtmodum infra ſex dies auditum & viſum perfectè recuperavit precibus dicti Domini Cardinalis.

& ſcabie laborans,

aquâ balnei B. Petri; convaleſcit.

CXL. Item quod anno ſupra dicto, de menſe Auguſti, Aloyſia, uxor Guilielmi Bartholomæi de Carpentoracte, paſſa fuit in aure ſiniſtra, per ſpatium quinque annorum, ita quod de illa aure audiebat cum maxima difficultate, & licet plures, & diverſas, & quas potuit, adhibuerit medicinas, tamen nihil ſibi profecerunt. Audiens autem famam d. D. Cardinalis, cum magna devotione promiſit ejus viſitare ſepulcrum; ſi auditus illius auris ſibi reſtitueretur. Quo voto emiſſo, ſenſit ex aure exire quemdam ventum, ſive ventoſitatem, poſt cujus ventoſitatis emiſſionem, ſubito perfectè auris prædictæ recuperavit auditum.

Surdaſtra,

B

CXLI. Item quod Petrus filius Aymari de Mota, de Petragoris laborator; ætatis quatuordecim annorum, ſurdus à pueritia, adeò quod niſi clamaretur multum alte, vix exaudiebat; emiſſo voto per quemdam avunculum ipſius, quod d. D. Cardinalis viſitaret ſepulcrum, auditum plenarie ſubito recuperavit.

ſurdus à puero,

CXLII. Item quod Petrus Martini, macellarius civitatis Biterrenſis, qui per ſeptem annos adeo fuerit ſurdus, quod nihil omnino audire valebat, quadam vice de d. D. Cardinali recordatus & de miraculis ipſius, quæ per ſigna fuerant ſibi indicata, humiliter ſe ei devovit, & promiſit ipſius cum certo voto viſitare ſepulcrum; & veniendo, non comedere

C

neque guſtare, niſi zingibrum vel ſucaram; neque bibere vinum, ſi à Deo auditum ſibi reſtitui impetraret: & confeſtim exurgens, animo dictum iter perficiendi, ſtatim quod per portam domus exivit, indilatè recuperavit auditum: ipſe vero continuans greſſus ſuos, ſepulcrum, ſicut promiſerat, viſitavit.

ſurdus à ſeptennio,

CXLIII. Item quod adoleſcens, nomine Michaël, filiaſter Peyrachonii, loci de Saureto, ætatis decem & octo annorum, per duos annos præteritos ſurdus extitit, in tantum, quod nihil audiebat; emiſſo autem voto per dictum Peyrachonum, quod cum certo voto ceræ d. D. Cardinalis viſitatet ſepulcrum; ſi à Deo obtineret, quod dictus Michaël auditum recuperaret, tertia die poſt dictum votum, recuparavit perfectè auditum.

ſurdus per biennium,

CXLIV. Item quod Beatrix, relicta Joannis Reydoni, habitatrix montis Peſſulani, quæ per ſex menſes ambarum aurium auditum, & lumen penitus amiſerat oculorum, in ſomnis admonita, dicto D. Cardinali ſe vovere, evigilata, ipſius ſepulcrum cum certo voto cereæ viſitare promiſit; ſi gratiam obtineret à Deo, quod auditus & viſus ſibi reſtituerentur. Quo voto emiſſo ſubitò viſum perfectè recuperavit & auditum.

ſurda & cæca,

ex Mss. AVENION.

CXLV. Item quod Joannes Aymonis, filius Petri Aymonis, Narbonenſis diœceſis, qui per duorum annorum ſpatium & ultra ſurdus extiterat, adeò quod nullatenus audire valebat, voto facto per dictum, & ejus patrem; & viſitato ſepulcro per ipſum filium, dum recederet à dicto ſepulcro, ſubito perfectè recuperavit auditum, meritis & precibus d. D. Cardinalis.

ſurdus per biennium,

CXLVI. Item quod Joannes Textoris laborator loci de Marna, diœceſis Gebennenſis, ætatis triginta annorum vel circa; tempore puerilitatis incurrit ambarum autium ſurditatem, ita quod audire nequibat; niſi clamaretur valde altè; ſed eidem indicatis miraculis dicti D. Cardinalis, eidem humiliter ſe devovit, & per tres dies ſepulcrum ejus viſitavit, & in tertia die curatum ſe reperit, & ita clare audientem, ſicut & alii.

ſurdus à puero,

ſanantur.

CXLVII. Item quod anno MCCCLXXXVII de menſe Julii, Catharina filia Domini Richardi de Vinea, legum doctoris, in-

E

firma fuit febre continua, & durante dicta febre, eidem ſupervenit quædam inflatura in genu dextro, qua mediante juvare ſe non poterat. Imo præ magnitudine doloris, intermiſſè clamabat. Quam videns mater tantos dolores patientem, & in periculo mortis exiſtentem, ipſam d. D. Cardinali recommendavit, promittens cum dicta filia, ipſius viſitare ſepulcrum; quo voto facto, incontinenti dicta filia à dicta febre fuit omnino liberata, & dicta inflatura valde meliorata; ac poſtmodum infrà paucos dies fuit reſtituta ſanitati.

Febris continua,

tuber in genu,

CXLVIII. Item quod anno proxime dicto, tam graviſſima febris continua, arripuit Joannetum, filium Guioti Drogmini, mercatoris Avenionis; quod ab omnibus ipſum videntibus & maxime à medicis, qui dictum puerum viſitaverant, judicabatur mortem evadere non poſſe; dictus vero pater, auditis miraculis d. D. Cardinalis, promiſit cum certo voto ipſius viſitare ſepulcrum, ſi dictus puer ſanitati reſtitueretur. Quo facto, dictus puer poſtmodum reſtitutus eſt ſanitati, meritis & precibus d. D. Cardinalis.

puer febri continuâ laborans,

F

CXLIX. Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII, de menſe Decembris, Maria filia Thamerani, ætatis unius anni, patiens continuam febrem, mortem evadere non credebatur, ſed de hora in horam exitus vitæ expectabatur, cujus mater recordata de miraculis d. D. Cardinalis, votum pro filia ad d. D. Cardinalem emiſit, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi dicta filia ſua, à morte præſervaretur, & dicta infirmitate liberaretur. Quo voto emiſſo, incontinenti dicta filia ab omni infirmitate liberata, ſanitati fuit pleniſſimè reſtituta.

alia item infans,

CL. Item quod Romana, uxor Raymundi Boranni de Cadaroſſa, diœceſis Avenionis: quæ per ſpatium ſex annorum continuorum paſſa fuit febres quartanas; & inflaturam in tibiis, emiſſo voto per eam de d. D. Cardinalis viſitando ſepulcro, amiſit dictas febres & ab inflatura fuit omnino curata.

febris quartana ſexennis,

CLI. Item quod ſimiliter Margareta, uxor Berengarii barberii, dudum magiſtri Papæ cur-

quartana unius anni

EX MSS. AVENION. curſoris, ab infirmitate febris quartanæ, quam paſſa fuerat per ſpatium unius anni, & ultra: facto voto, quod d. D. Cardinalis viſitaret ſepulcrum, ab ipſa febre fuit omnino liberata.

per novem menſes, CLII. Item quod Alaſatia, uxor Raymundi Branchardi, laboratoris de ſancto Remigio, Avenionenſis diœceſis, per novem menſes & ultra, extitit detenta febre quartana, quæ ipſam ad tantam deduxit infirmitatem, quod de ejus vita penitus deſperabatur. Dictus autem Raymundus ad d. D. Cardinalem recurrens, vovit eidem, quod ipſius cum certo voto viſitaret ſepulcrum, ſi à prædictis infirmitatibus dignaretur eam liberare. Poſt quod quidem votum in craſtinum fuit omnino liberata.

per annum continuatæ, ſanantur. CLIII. Item quod Petrus, filius Pontii Martini, loci de ſancto Andrea, Avenionenſis diœceſis, ætatis ſexdecim annorum vel circa, paſſus febrem quartanam, per annum & ultrà, d. D. Cardinali ſe devovit, promittens ipſius cum certo vôto viſitare ſepulcrum, ſi à prædicta febre liberaretur, quo facto, & poſtea, B dicta febre non ſenſit ſe gravatum.

ANNOTATA.

a *Intelligo per drapperium*, drapporum, *id eſt* pannorum *mercatorem*, *Gallicè* drappier.

b Carretia *eſt* via, *ſed illa propriè*, *per quam* carrus *poteſt tranſire.*

CAPUT IV.

Contractio, impotentia manuum & brachiorum, rabies & dementia, fractura, ſanata.

Curvus ex alto lapſu, ITem quod Joannes de Villeris, habitator præſentis civitatis, qui ex eo, quod à quodam ſolario multum alto ceciderat ad terram; factus fuerat ita curvus, quod erigere ſe non poterat; & ſic ſteterat per ſpatium quinque annorum. Audiens famam miraculorum d. D. C Cardinalis, eidem ſe devovit, promittens ipſius viſitare ſepulcrum. Quo voto emiſſo, dum incederet ad ſepulcrum, viſum fuit ei, quod aliquis eum fricaret in membris, & tandem venit ad ſepulcrum d. D. Cardinalis, ubi oratione ſua factâ, incontinenti ſanus ſurrexit & rectus, ſicut umquàm fuerat, & exinde reverſus eſt in domum ſuam.

impotens incedere, CLV. Item quod Guilielmus Richardus, laborator in præſenti civitate commorans, per ſex ſeptimanas factus adeo impotens, quod ſine ſtaffis *a* non poterat ambulare; cum octo dies dictum viſitaſſet ſepulcrum, & nihil exinde fuiſſet melioratus; die nona, horâ Veſperarum viſitato ſepulcro, ſubitò ſenſit ſe liberatum & ibidem ſtaffis dimiſſis, reverſus eſt ad domum ſuam ſanus & hilaris.

alius toto pene corpore impotens, CLVI. Item quod frater Joannes Heliæ, præceptor præceptoriæ de Agullia, ordinis ſancti Antonii, Aquenſis diœceſis, factus quaſi impotens de toto corpore per ſpatium ſex menſium & ultra; adeo quod cum baculo vix ne poterat celebrare miſſam cum maxima pœna. In elevatione corporis Chriſti, recordatus de dicto Domino Cardinali, votum emiſit ad ipſum, quod ſi dignaretur eidem impetrare ſanitatem, cum certo voto ceræ ipſius viſitaret ſepulcrum, & baculum ſuum ad perpetuam rei memoriam dimitteret ibidem. Quo facto voto, & Miſſa celebrata, ſenſit ſe melioratum, & dictum baculum, ſine quo incedere non poterat, liberius ſolito recipiens; infra tres dies reſtitutus fuit ſanitati; ipſe autem tantam gratiam ſibi factam recognoſcens, ad ſepulcrum d. D. Cardinalis, prout voverat, itinere cœpto; dum in civitate Valentiæ deſcenderet in hoſtellaria quadam, adeo fuit infirmus quod ab equo quaſi mortuus ad lectum fuit deportatus. Videns autem ſe taliter infirmum, de morte dubitans, dictum D. Cardinalem invocavit dicendo: O benedicte Cardinalis, noli me derelinquere. Quibus verbis prolatis ſubito ſenſit ſe curatum; & conſurgens in quadam barcha *b* per Rhodanum, ad hanc civitatem Avenionenſem acceſſit, & dictum ſepulcrum viſitavit; quo viſitato, ad domum religioſorum ſancti Antonii reverſus, ſubito, E ut prius, impotens fuit factus. Unde multis admirantibus, incepit in ſemetipſo exquirere, ſi dicti voti aliquid reſtaret adimplendum; & recordatus de dicto baculo, cum quo ſe appodiabat *c*, quem oblitus fuerat afferre, illum *e* ſtatim miſit quæſitum in barchâ, in quâ venerat, & ipſum ad dictum ſepulcrum tranſmiſit: quo baculo ibidem dimiſſo & oblato, incontinenti priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati, nec poſtea infirmum ſe ſenſit. *invocans Petrum, b*

d impotens per biennium CLVII. Item quod Maria, relicta quondam Bertrandi Plandoni, habitatoris loci de ſancto Remigio, Avenionenſis diœceſis: quæ per duos annos & ultra fuerat impotens, adeo quod de loco ad locum ſe movere nequibat, niſi ſe trahendo per terram; in quâdam quadrigâ ad dicti D. Cardinalis ſepulcrum adducta, viſitato ſepulcro, ſuper pedes erigere ſe incepit, & exinde infra paucos dies omnino ſanata, ad locum ſuum, unde venerat, pedeſter eſt reverſa.

laborans atrophiâ & curvitate, CLVIII. Item quod Petrus Bedocii de Nemauſo, patiens quamdam infirmitatem, qua mediante, per annum & ultra brachiis & cruribus, & aliis membris uſque ad plantam pedis factus extitit impotens & curvus, viſitato F ſepulcro & novenâ perfectâ, omnino curatus receſſit.

alius impotens, CLIX. Item quod Jacobus de Gaudiaco Uticenſis diœceſis, Dominus dicti loci, qui per ſpatium XXIV ſeptimanarum, fuerat totaliter impotens de perſona; adeo quod de aliquo membrorum ſuorum ſe juvare nequibat, votum emiſit ad d. D. Cardinalem, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi ſanitatem corporis à Deo ſibi obtineret, quo voto emiſſo, ſubito ſenſit à dicta infirmitate ſe penitus liberatum.

mulier hemiplectica, CLX. Item quod Raymunda Guifaude, uxor magiſtri Antonii Thomaſſini, in præſenti civitate commorans; de medietate corporis dextra, impotens effecta, licet poſt multa medicamenta, nullatenus fuit meliorata. Viſitando ſepulcrum & ſtando ſuper ipſum, ſubito ſenſit ſe curatam, & ad domum ſine cujuſquam adjutorio eſt reverſa.

alia per 12 annos fiſtulis uſa, CLXI. Item quod Alayceta Manafayſeira, uxor quondam Pontii de Lenſe, Vivarienſis diœ-

ex mss. Avenion.

A diœceſis, quæ per ſpatium duodecim annorum, ſine ſtaffis nullatenus poterat incedere, voto per ipſam ad d. D. Cardinalem emiſſo; & peractâ novenâ, relictis ibidem ſtaffis, omnino curata receſſit.

epileptica manus quadriennis,

CLXII. Item quod, dum corpus d. D. Cardinalis ad ſepulturam duceretur, tranſiit ante domum cujuſdam bonæ mulieris, nomine Jacobæ: quæ à quatuor annis, à caſu paſſa fuerat in brachio ſiniſtro quamdam infirmitatem, ex qua per dictum tempus remanſerat impotens manu ſiniſtra, adeo quod de ipſa nullatenus ſe juvare valebat: nam ejuſdem manus tres digitos ultimos curvos habebat, & continuè clauſos, ita quod eoſdem non poterat aperire: quædam voluntas, ſive devotio ipſius aſcendit in animum, de viſitando ſepulcrum dicti D. Cardinalis, quod & fecit: nam ſtatim ipſius corpore tradito ſepulturæ, ad ſepulcrum acceſſit, & deſuper ibidem ſtans amariſſimè flendo oravit eumdem, quatenus ipſam dicta infirmitate liberaret. Statim verò, oratione facta, viſum fuit ei, quod cum uno *e* martello *e* ſuper cubitum dicti brachii fuiſſet B percuſſa, & poſtmodum incontinenti ſe ſenſit liberatam penitus atque ſanam: aperuit namque eâdem horâ digitos, & ſe juvit, & juvat, prout fecerat umquam.

alia brachio dextero

CLXIII. Item quod Catharina uxor magiſtri Dalmatii Dulcis, ætatis quinquaginta annorum vel circa, præ gravedine quorumdam graviſſimorum dolorum, quos patiebatur in brachio dextro, impotens ipſo brachio, ſtetit *per 18 annos torpens,* per decem octo annos & ultra; voto autem per ipſam ad d. D. Cardinalem emiſſo, quod ipſius viſitaret ſepulcrum, ſubitò ſenſit ſe curatam, & effugatis doloribus de dicto brachio, optime ſe juvat de eodem, meritis & precibus ipſius Domini Cardinalis.

habens manum & brachium inflata,

CLXIV. Item quod Henrieta, relicta quondam magiſtri Pontii Barbe, notarii Avenionis, ſexaginta annorum vel circa, paſſa fuit in brachio & manu dextris, quamdam infirmitatem, qua mediante, valde dictum brachium inflatum habebat; ac de eo nec de manu poterat ſe juvare. Unde ſic ſtans per tres menſes, de dicti brachii ſanitate naturaliter recuperanda deſperans, ad dictum D. Cardinalem C votum emiſit, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi ſibi ſanitatem dictorum brachii, atque manûs impetrare dignaretur; quo voto emiſſo, inflatura ſubitò receſſit, & confeſtim, prout nunc eſt, reperit penitus ſe curatam.

alius præ lapſu

CLXV. Item quod Joannes de Sullet, furnarius, ætatis triginta ſex annorum vel circa; eundo per villam Avenionenſem, cecidit ad terram. Ex quo caſu taliter brachium ſiniſtrum ſibi deſtruxit, quod quamvis fuerit inter manus medicorum per ſpatium quinque menſium, nullatenus potuit meliorari. Voto autem per ipſum ad d. D. Cardinalem emiſſo, *miſerè brachio affectus,* quod ſi reſtitueretur ſanitati, ipſius Domini Cardinalis viſitaret ſepulcrum, incontinenti & ſine intervallo ſe reperit curatum & omninò ſanatum.

alius ex gladii punctione

CLXVI. Item quod Dominus Pontius Romani, ex punctura cujuſdam enſis, factus impotens duobus digitis ultimis manus ſiniſtræ, adeoque ad invicem conjuncti & clauſi fuerant continuo per decem annos & ultra, voto per eum ad dictum D. Cardinalem emiſſo, quod, ſi ad priſtinum ſtatum dicti digiti redigerentur, ipſius viſitaret ſepulcrum: incontinenti dictos digitos ſeparavit ab invicem, & manum liberè aperuit, ac ſi in ipſis nullam umquam paſſus fuiſſet infirmitatem. *geſtans digitos clauſos,*

fracta tibia, mortua, immobilis,

CLXVII. Item quod Petrus filius Petri de Verroctio, Avenione commorans, ætatis decem & octo annorum, vel circa, de nocte deſcendens quoddam granarium, ad terram cecidit, & tibiam dextram totaliter ſibi fregit: ex quo caſu dicta tibia disjuncta fuit, & mortua; nec aliqualiter eam ſentiebat; nec medici, quamvis plura præbuerint medicamenta, ipſum meliorare valuerunt. Mater vero, ſpem gerens in dicto D. Cardinali, promiſit ipſius viſitare ſepulcrum, ſi cum Deo gratiam obtineret, quod dictus ejus filius, dictæ tibiæ priſtinam recuperaret ſanitatem. Quo voto ſic facto, dictus filius incepit convaleſcere, & paulatim melioratus, nunc meritis dicti D. Cardinalis dictam tibiam habet omnino ſanatam.

pes tortus,

CLXVIII. Item quod Guilielma, uxor magiſtri Petri textoris, commorans prope portale Matharonum, à pueritia ſua habens pedem tortuoſum valde, de quo non poterat invenire remedium: viſitavit ſepulcrum dicti D. Cardinalis; & ibidem devote ſuam fecit orationem, & incontinenti fuit omnino ſanata, & tortuoſus pes effectus eſt rectus. E

amens,

CLXIX. Item quod Chriſtophorus Rogerii, clericus, notarius publicus, mente captus & omnino extra ſenſum poſitus ſtetit per medium annum, & ultra; voto autem per quemdam Bernardum Meynerium, priorem prioratus de Avenione, pro dicto Chriſtophoro ad dictum D. Cardinalem emiſſo, quod ipſius viſitaret ſepulcrum cum certo voto ceræ, ſi dictus Chriſtophorus ſenſum & memoriam recuperaret; ſtatim ſenſum recuperavit & memoriam.

rabidus quoque

CLXX. Item quod Antonius Tronoto, Avenione commorans, gravitet infirmatus, poſt certas potationes & medicinas, quas ſibi ordinaverat magiſter Abraham Judæus, totaliter ſenſum amiſit; & velut demens & rabidus, terribiles mugitus ſive voces emittebat. Oportebatque, quod quatuor homines ipſum per vim F detinerent; nam & ſibi videbatur, quod multitudo dæmonum ipſum rapere vellet; propter quod intermiſsè clamabat; Projiciatis in puteos dæmones iſtos: & adeo rabidus erat, quod ante aquam benedictam ſpuebat, quando ſuper ipſum aſpergebatur; & in tali ſtatu ſtetit per plures dies.

ac furioſus

Quadam vero die cum ipſe modicum obdormiſſet, in ſomnis apparuit eidem dictus D. Cardinalis, unà cum duabus ſtellis, quæ dictum Dominum Cardinalem antecedebant: quem ut aſpexit, prout ſibi videbatur, reclamavit. Tunc dictus D. Cardinalis dixit eidem: Non metuas iſtos dæmones, quia nullatenus tibi nocebunt: ſed quamdiu dictum D. Cardinalem aſpiciebat, prout ſibi videbatur, nullum ſentiebat dolorem. Ipſo autem evigilato, ſenſum perfectè recuperavit, & dæmonum, quos antea videbat, amiſit aſpectum; & recordatus, quod per magnum tempus abſtinuerat à confitendo, cum magna contritione confeſſus eſt, & poſtmodum infra modicum tempus reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati.

CLXXI.

ex Mss. Avenion. *lymphata*,

CLXXI. Item quod Marieta filia Guilielmi Folpuyra, diœcesis Uticensis, quæ qualibet nocte quoddam accidens patiebatur, & passa fuit per tres annos continuos, mediante quo, qualibet vice sensum amittebat, & velut rabida terribiliter vociferabatur, nec minis patris, aut parentum suorum tacere volebat. Per dictum patrem voto emisso, quod cum dicta filia dicti D. Cardinalis visitaret sepulcrum, si à Deo impetraret, quod dicta ejus filia à dicta infirmitate curaretur, postea dictâ infirmitate vexata non extitit amplius nec oppressa, sed perfectæ restituta sanitati.

dæmoniaca,

CLXXII. Item quod Emessendis, filia Stephani Mirati, ætatis undecim annorum, vel circa, quadam die fuit facta subito dæmoniaca: nam adeo torquebatur à dæmonibus, quod vestes suas discerpens & se ipsam, terribiliter & inhumana voce clamitans, quasi mugire videbatur: unde sic stans per spatium sex horarum, miserabiliter fuit vexata. Quam videns pater ejus, multo dolore commotus, recordatus de dicto Domino Cardinali, dictam filiam devovit eidem, promittens cum dicta filia,
B & certo voto, ipsius visitare sepulcrum, si sibi placeret impetrare, quod dicta ejus filia à prædicta liberaretur infirmitate; quo voto emisso, per quemdam presbyterum fecit sibi legi super ipsam, quamdam orationem, compositam ad honorem dicti D. Cardinalis; quæ cum legeretur, statim dicta filia os aperiens, bis tanto impetu emisit anhelitum, quod videbatur spiritum emittere velle, ex cujus insufflatione, quidam fumus niger & valde fœtens ab astantibus visus est exire de ipsius ore, qui cameram tanto fœtore replevit; quod astantes oportuit foras exire, dicta vero filia post emissionem dicti fumi fuit à prædictis omnino liberata.

mentis impos, vexatus à dæmone,

CLXXIII. Item quod, dum Raymundus Carnuillan, diœcesis Uticensis, ætatis triginta annorum, vel circa, scinderet arbores quasdam, subito sensum penitus amisit, & adeò demens effectus fuit, quod nullus audebat eum appropinquare, videbatque dæmones in aëre, ex quorum visione adeo vexabatur, quod à modum hominis rabidi se gerebat. In quo
C statu stetit per spatium trium septimanarum & ultra. Quadam vero die cum ad mentem sibi occurrit fama dicti D. Cardinalis, ita quod in ipsius recordatione aliqualiter fuit consolatus, & paulo minus solito vexatus; eidem se devovit, promittens ipsius cum certo voto visitare sepulcrum, si à dictis vexationibus liberaretur. Quo voto emisso, statim dictum D. Cardinalem ibidem præsentem aspexit, qui dictum Raymundum dulciter fuit consolatus: ex cujus visione perfectè curatus, prædictorum dæmonum amisit visionem; postea vero quod voverat, adimplevit.

horrendâ herniâ,

CLXXIV. Item quod Nicolaus Bartholomæi de Montepessulano, ætatis quadraginta annorum, vel circa, versus inferiores partes adeo ruptus fuit atque fractus, quod telâ ventris omnino disruptâ, intestina & humores descendebant ad bursam, ex quibus genitoria taliter habebat inflata, quod grossitudinem capitis hominis excedebant, & sic stetit per spatium octo annorum & ultra; & quamvis per plures & diversos medicos fuerit visitatus, nihil sibi tamen proficere potuerunt, imo eum tamquam incurabilem dimiserunt. Quâdam vero die, ipso existente in nundinis Pedenasii, ietvato se posuit inter manus medicorum, qui sibi dixerunt, quod sine scissura curari non poterat; imo oportebat, quod ipse ligatus per tres dies, de uno loco nullatenus moveretur; propter quæ multum timens, quod ipse tantum non posset sufferre dolorem, & quod ipse deficeret in pœnis, nocte sequenti existens in lecto, de dicto D. Cardinali memoratus, cum magna lachrymarum effusione ipsum humiliter deprecatus fuit, quod si verè amicus Dei esset, ipsum à dictâ infirmitate liberare dignaretur, eidem promittendo ejus cum certo voto ceræ visitare sepulcrum; quo voto & oratione completis, confestim obdormivit: & postmodum expergefactus, perfectè se reperit curatum; ac si numquam læsus aut infirmus extitisset. D

uti & alius eodem malo laborans;

CLXXV. Item quod Joannes Juliani, commorans in Avenione, circa partes inferiores omnino crepatus; adeo quod ex humoribus affluentibus ad inferiora, virgam & genitoria mirabiliter habebat inflata, impotensque de medietate personæ; quadam die horâ tardâ, cum E
præ magnis doloribus quiescere non valeret, recordatus de dicto D. Cardinali, incepit ipsum invocare, sic dicendo: O sanctissime Cardinalis, qui tot facis miracula, si cum Deo & sancta Trinitate potestatem habes, velis rogare Deum, quod me ab istis infirmitatibus liberare dignetur. Quo facto, post incepit quiescere: ita quod in crastinum reperit se quasi curatum: & infra duos dies postea, ab impotentiâ & fracturâ prædictâ omnino sanatus extitit, & perfectè curatus precibus & meritis ipsius D. Cardinalis.

alius,

CLXXVI. Item quod Rostagnus, filius Radulphi, cognomento Radulphi, ætatis octo annorum vel circa, ruptum habens à nativitate dextrum genitale, ita quod valde erat inflatum & quotidie deteriorabatur; admonitus per dictum ejus patrem, quod dicto Domino Cardinali se devoveret: vovit dicti D. Cardinalis visitare sepulcrum, si à prædicta liberaretur infirmitate; & incontinenti curatus extitit, sicut est de præsenti, ac omnino sanatus.

& alius,

CLXXVII. Item quod Magister Petrus Vitalis, ruptus in parte corporis sui dextra, ita F
quod humores versus genitale dextrum descendentes, ipsum incurabilem reddiderunt; ad dictum D. Cardinalem votum emisit, quod, si curaretur, ejus visitaret sepulcrum: & subito fuit perfectissimè curatus.

laborantes ruptura,

CLXXVIII. Item quod Berengaria, uxor Jacobi fabri, habens filium nomine Rostagnum, ætatis XVI annorum, qui erat ruptus in ambobus genitalibus, adeo quod ipsos inflatos ultra modum habebat: ad dictum Dominum Cardinalem votum emisit, quod si cum Deo impetraret dictum ejus filium à dictâ ruptuâ liberari; quam primum posset, ejus visitaret sepulcrum: quo voto emisso incontinenti dictus ejus filius à dicta ruptura fuit omnino sanatus.

sanitati restituta.

CLXXIX. Item quod Guilielmus Bruna, diœcesis Vivariensis, ætatis quadraginta annorum, in dextro fractus genitali per spatium decem & octo annorum & ultra; voto per ipsum emisso, quod ipsius visitaret sepulcrum, si à prædicta fractura liberaretur, incontinenti perfectissimè se reperit sanatum.

ANNO-

A

ANNOTATA.

a *Id eſt*, baculis. *Germanicè* Stab, baculus, ſcipio.

b *Id eſt* Navigio, *Gallice* barque.

c Podium *eſt res qualibet, cui innitimur. Hinc facilè colligitur, quid ſit* appodiare.

d Relicta *vel* derelicta, *eſt* vidua.

e *Id eſt* malleo, *Gallicè* marteau.

CAPUT V.

Lepræ, fiſtula, guttæ, fluxus ſanguinis, periculum partûs, curata.

B *Lepra in naribus biennalis,*

ITem quod Arnaudus Sapientis, diœceſis Avenionis, patiens morbum lepræ in naribus, qui ſibi duravit ſpatio duorum annorum & ultra, quamvis plures ſibi adhibuerit medicinas, nullatenus potuit meliorari. Dum vero primitùs audivit miracula recitari; quæ per dictum D. Cardinalem operabantur, votum ad ipſum emiſit, promittens cum certo voto ipſius viſitare ſepulcrum, ſi gratiam à Deo obtineret, quod à dicta liberaretur infirmitate. Quo voto emiſſo, ſtatim ſe ſenſit melioratum, & infra paucas horas omnino curatum.

fiſtula decem annorum,

CLXXXI. Item quod Guilielma Froshane, uxor Guilielmi Loſſani, loci de Baverto, diœceſis Ciſtarienſis, per ſpatium decem annorum & ultra habuit unam fiſtulam inter eſchinas, continuè immunditias & fæces valde fœtentes emittentem: quæ votum emiſit ad dictum D. Cardinalem, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi à Deo tantam obtineret gratiam; quod ipſa à dictâ fiſtulâ curaretur: facto voto, infra modicum tempus omnino fuit liberata, prout adhuc incolumis eſt & ſanata.

C *occulta gangræna,*

CLXXXII. Item quod Margareta filia magiſtri Joannis Tornumira, medici Domini Noſtri Papæ in villâ Montiſpeſſulani commorans, ætatis decem & octo annorum vel circa, exiſtens prægnans, ſenſit quod quidam morbus, tumor, ſine nodus groſſus & durus ad modum unius avellanæ, ſubtus carnem generatus in mamilla, jam ſurſum elevabatur. Ita quod, cum tangebatur, magnum ſibi inferebat dolorem, & quadam vice dicto patri ſuo, tunc exiſtenti in dicta villa Montiſpeſſulani, dictam infirmitatem monſtravit: quam videns dictus pater, ſtatim cognovit, quod erat morbus cancri, ſubtus carnem cooperti, qui tandem tractu temporis crepari debebat, ex ipſiuſmet morbi corroſione, & in quo nullum remedium debebat apponi: quoniam talis eſt naturæ, quod dictus morbus infra ſpatium unius anni, adeò corrodit & conſumit carnem & interiora, quod impoſſibile eſt ſecundùm naturam, aliquem vel aliquam, quantumcumque ſit bene complexionatus, vivere per duos annos, quâcumque circumfultus medicinâ. Propter quod valde triſtis effectus & turbatus, neſciens quid ageret, niſi divinum implorare auxilium; confidens de meritis ipſius D. Cardinalis, de lineaminibus, in quibus ipſe Dominus Cardinalis jacebat tempore vitæ ſuæ, & unum modicum floqui filum dictæ chordæ, qua cingebatur, dictæ filiæ tranſmiſit, quam monuit, quod de prædictis dictum morbum fricaret, quod & fecit. Ex qua fricatione dicta filia meritis & precibus dicti D. Cardinalis fuit omnino ſanata, quamvis ſecundùm naturam impoſſibile fuit, fuiſſe ſanatam. EX MSS. AVENION.

fiſtula in pede,

CLXXXIII. Item quod Laura, relicta quondam Petri Triache de Bellicadro, Arelatenſis diœceſis, ætatis ſexaginta annorum vel circa, quæ paſſa fuerat fiſtulam quamdam in tibia juxta cavillam pedis, licet quam plures adhibuiſſet medicinas, nullatenus curari poterat; ſed poſita de terrâ ſepulturæ dicti Domini Cardinalis, ſine alia re, ſuper dicta fiſtula; cum fiducia recuperandi ſanitatem, ſubitò reperit ſe curatam meritis & virtute dicti D. Cardinalis.

& in femore:

CLXXXIV. Item quod Catharina, filia Petri Guigonis, aliàs Moreti, Dienſis diœceſis, ætatis novem annorum vel circa, paſſa fuit in coxa ſive femore dextro unam fiſtulam, cujus profunditas uſque verſus mediam partem extendebatur; in tantum, quod in foramine ipſius, E quotiens purgabatur, una magna candela ceræ, pellebatur: quæ duravit ſibi per ſpatium quinque annorum & ultra; & quæ appoſitis ſibi quam plurimis medicamentis, nullo modo valuit meliorari. Cum autem primitus de d. D. Cardinali, & ejus miraculis famam audivit, promiſit & vovit eidem, ipſius cum certo voto viſitare ſepulcrum, ſi à prædicta fiſtula liberari valeret. Quo voto emiſſo, ſtatim incepit meliorari, & infra modicum tempus poſtmodum fuit perfectè curata precibus & gratia dicti Domini Cardinalis.

item in ambabus tibiis,

CLXXXV. Item quod ex quadam infirmitate præcedenti, duæ fuerunt fiſtulæ generatæ in ambabus tibiis Joannis Yſnardi Turnerii, commorantis Avenione: nam ſuper qualibet cavilla pedis unum foramen habebat, per quod fæces valde immundæ & fœtentes emittebantur, & quæ ſic eidem per annum duraverant & ultra, nec aliquatenus potuit ſanari, quamvis, quæ potuerit, adhibuerit medicamenta; ipſe autem audiens miracula recitari, quæ Deus per dictum D. Cardinalem operabatur, dicto D. Cardinali vovit, quod ipſius viſitaret ſepul- F crum, ſi cum Deo obtineret, quod à dicta fiſtularum infirmitate curaretur, quo voto emiſſo infra paucos dies fuit ſanitati reſtitutus.

gutta frigida in tibia,

CLXXXVI. Item quod Stephanus de Viva, commorans Avenione, per tres annos, guttam frigidam in tibia dextra, & maxime juxta cavillam pedis paſſus fuit, & non valens medicamentis liberari, dicto D. Cardinali promiſit, quod ipſius viſitaret ſepulcrum, ſi liberationem illius guttæ à Deo ſibi impetraret, & incontinenti ſenſit ſe melioratum. Ipſe autem poſtea negligens effectus adimplendi votum, quod voverat, dictâ guttâ fuit terribiliter oppreſſus: propter quod cum certo voto ſtatim ſepulturam viſitavit; quâ viſitatâ, ſtatim dolor ceſſavit & penitus ſe reperit ſanatum.

gutta corpus corrodens.

CLXXXVII. Item quod Joanneta, relicta Joannis Riperti, commorans Avenione, per triennium fuit tam graviſſimâ guttâ detenta, quod ipſa gutta corpus ejus & membra quaſi totaliter corrodebat, & ad nihilum reducebat, nec auxilio medicorum poterat liberari, imo nec me-

EX MSS. AVENION. meliorari. Ipsa autem audiens miracula, quæ Deus per dictum D. Cardinalem operabatur, seipsam eidem devovit, promittens ipsius visitare sepulcrum cum certo voto ceræ. Quo voto facto, subito fuit sanata.

diuturna & quotidiana,

CLXXXVIII. Item quod Petrus de Plano, commorans in Villanova, diœcesis Avenionensis, qui per multum tempus guttâ vexatus exiterat, & quotidie graviter vexabatur, voto per ipsum emisso de dicti D. Cardinalis visitando sepulcrum, si infra certum terminum curaretur, infra præfixum terminum perfecte se reperit curatum.

triennalis fugatæ.

CLXXXIX. Item quod Helis, relicta quondam Stephani Garnerii, in Avenione commorans, quæ per triennium oppressa fuerat guttâ, quam in tibiâ sinistrâ patiebatur, adeò quod quasi nullatenus poterat ambulare, videns continuationem miraculorum dicti Domini Cardinalis, dicto D. Cardinali vovit & promisit ad ejus sepulcrum offerre unam tibiam ceræ, si à dicta gutta eam liberare dignaretur, & statim ipsa die se reperit perfectè curatam.

B

Fluxus sanguinis per octiduum,

CXC. Item quod Joannes Fornam, barbitonsor loci de Bellicadro diœcesis Arelatensis: qui per octo dies incessanter per nasum sanguinem emisit, & qui quamvis in arte chirurgiæ peritus esset, tamen nec per se, nec per alium, remedium adhibere sciebat, dicti D. promisit visitare sepulcrum, & in via abstinere à comestione, si prædictum sanguinis fluxum cessare faceret. Quo voto facto, spatio solùm intermedio, quod aliquis posset dicere unum Pater noster, dictus sanguinis fluxus cessavit omnino.

per sex hebdomadas,

CXCI. Item quod Petrus, filius Stephani Michaëlis, ætatis xv annorum vel circa, de Alesto Nemausensis diœcesis, passus fuit continuè fluxum sanguinis per nares, per spatium septem septimanarum & ultra, & quamvis per plures tam medicos, quam alios, fuit tentatum facere cessare dictum sanguinis fluxum: tamen non potuit dictus filius liberari, quousque mater ejus ipsum dicto D. Cardinali devovit, & promisit ipsius cum certo voto ceræ visitare sepulcrum, si à prædicto fluxu dictus filius liberaretur; quo tunc facto, subitò ulterius cessavit fluere sanguis.

C

per quatuor menses,

CXCII. Item quod Joanneta, uxor Guilielmi Basterii; speciatoris de loco Montisademari, ætatis triginta annorum vel circa, quæ non poterat sanari à fluxu sanguinis, quem passa fuit continuè per quatuor menses, emisso voto, quod dicti Domini Cardinalis visitaret cum certo voto ceræ sepulcrum, subito curata extitit; nec post passa fuit ultra consuetum.

per annum & ultra,

CXCIII. Item quod Catharina, uxor Petri Vermolis mercatoris loci de Montepessulano, passa fuit continuè, per spatium anni & ultra fluxum sanguinis, nec aliqualiter curari valebat; sed emisso voto, quod dicti D. Cardinalis visitaret cum certo voto sepulcrum, si à dicta infirmitate valeret liberari; incontinenti extitit omnino curata, neque inordinate passa fuit ex post.

per annum & ultra

CXCIV. Item quod Erraylla uxor magistri de Monegier notarii loci de Argenteria Vivariensis diœcesis, non valens ope medicorum, à fluxu sanguinis sive malo matricis, quem passa fuerat spatio unius anni & ultra, liberari, ad auxilium dicti D. Cardinalis recurrens, vovit eidem, quod ipsius cum certo voto visitaret sepulcrum, si à prædicta infirmitate dignaretur eam liberare, & post votum hujusmodi semel dumtaxat infirmata, ulterius ipsa infirmitate non se sensit gravatam. D

per quatuor dies,

CXCV. Item quod Bartholomæa, filia Catharinæ de Vassiniaco, per quatuor dierum spatium, sanguinem per nasum emisit incessanter: propter quod de morte dictæ filiæ multum dubitabatur, & potissime mater ipsius, quæ dictam filiam dicto D. Cardinali devovit, promittens eum certo voto ipsius visitare sepulcrum. Quo facto voto, dicta filia omnino atque subito sanguinem cessavit emittere.

laborans partu per dies 15,

CXCVI. Item quod Joanneta, filia quondam Pontii Rodilhi, loci pontis Sorgiæ, Avenionensis diœcesis, quæ per spatium quindecim dierum & ultra laboraverat in partu; nec tamen parere poterat, imo tam de morte ipsius, quam pueri permaximè desperabatur; voto per eam ad dictum D. Cardinalem emisso, quod ipsius visitaret sepulcrum, si cum puero periculum mortis evadere posset; statim peperit unum pulcrum filium, qui baptismum recepit, & sic à mortis periculo fuerunt mater & filius liberati. E

per dies binos,

CXCVII. Item quod similiter Joanneta, uxor Gaufridi de Bautio, per spatium duorum dierum laboravit in partu, & penitus mater & infans mori credebantur; sed emisso voto ad dictum D. Cardinalem, confestim fuit omnino liberata precibus & meritis dicti D. Cardinalis.

per dies ternos,

CXCVIII. Item quod cum Beatrix, uxor Bernardi de Camiro diœcesis Vasionensis, per tres dies in partu laborans, parere non valeret, & omnino crederet mori, recordata de dicto D. Cardinali, ipsum devotissime invocavit, & promisit devotissime ipsius visitare sepulcrum, & statim peperit unum filium, qui postmodum extitit baptizatus, & hoc precibus & meritis ipsius D. Cardinalis.

puerpera simul cum fœtu,

CXCIX. Item quod Joanneta, uxor Matthæi Bargesii, ex labore, quem passa fuerat in parturiendo, ad tantam fuit deducta debilitatem, quod defecit in laboribus, & ab omnibus astantibus unà cum fructu, nondum nato, mortua fuit judicata; nec erat spes, quod convalescere, nec parere posset. Cum mater ejus, sperans fortiter de adjutorio dicti D. Cardinalis, promisit ipsius visitare sepulcrum, si dicta Joanneta partum emitteret, qui baptismum recipere posset. Quo facto, mater inspiravit, & quasi sine pœna masculum peperit, qui baptizatus adhuc vivit gratiâ Dei & dicti D. Cardinalis. F

alia diu parere nescia,

CC. Item quod Matthæa filia Matthæi Sarralherii prægnans, adveniente tempore pariendi, in ipso partu continue laboravit à festo omnium Sanctorum usque ad diem decimum septimum mensis Decembris, & nullo modo valebat emittere partum; imo ipsa, sicut & astantes, sine dubio mori credebant. Quando recordata de dicto D. Cardinali & ejus miraculis, unà cum matre sua orationem emisit ad dictum D. Cardinalem, voventes ipsius visitare sepulcrum, si infans ad lucem proveniens, baptizari valeret, & ipsa à mortis periculo liberari; & statim post, dicta Marthæa peperit unam filiam, quæ baptismate recepto, vivens ad sepulcrum dicti D. Cardinalis fuit deportata.

A *alia in partu, ſoſpitata,*

CCI. Item quod, dum nobilis Arnandus de Plauzolis, Dominus loci de Soberatio Magalonenſis diœceſis, qui voto præcedenti dicti D. Cardinalis viſitato ſepulcro, ſanatus fuerat de brachio, de quo per triennium impotens extiterat, ad domum ſuam reverſus extitiſſet, & imaginem dicti D. Cardinalis ad domum attuliſſet; Guilielma, uxor ſua, quæ tunc prægnans erat juxta terminum pariendi, ſibi dixit, quod numquam ſe ſenſerat ita gravidam, ſicut tunc ſe ſentiebat, & quod multum dubitabat, quia in partu moreretur. Cui per dictum virum dato conſilio, quod ipſi ambo voverent; quod ob reverentiam d. D. Cardinalis, qui ipſum à ſua infirmitate curaverat, infanti naſcituro imponeretur nomen Petri, & ipſum intrare facerent religionem; & illud poſtmodum devoviſſent, adveniente tempore pariendi, dicta Guilielma peperit unum filium, & cum minori dolore; quam umquam feciſſet: cui ſecundùm votum, nomen Petrus impoſitum eſt: poſtea vero dum ipſa mater intueretur dictum filium; recordata de imagine dicti Domini Cardinalis depicta, ſtatim dixit: Certè iſte filius aſſimilatur imagini Domini Cardinalis, quoniam inter os & labia habebat quamdam concavaturam. Quod & advertens dictus pater & aſtantes, in eadem opinione fuerunt, nam non ſolum vultu, ſed ſecundum ejus quantitatem in facie & in membris conſimilem habet formam.

partûs dolores mitigati.

CCII. Item quod Domina Duciſſa Borbonii, prægnans, dum adveniſſet tempus pariendi, & conſueti partus dolores ipſam mirabiliter affligentes per ſpatium quindecim dierum, & ultra, adeo eamdem detinuiſſent oppreſſam, quod de morte plus ſperabatur, quam de vita; ipſa etiam dubitans, ne ipſa cum fructu ſuo periret, recordata de d. D. Cardinali, ſtatim vocari fecit ſuum capellanum, & ſibi dixit, quod pro ipſa ſtatim iret Miſſam celebratum, & quod in ipſa Miſſa, ipſam ad dictum Dominum Cardinalem devoveret; quod & fecit. Dicta vero Domina interim imaginem d. D. Cardinalis ſuper ventrem ſuum fecit apponi. Cum itaque dictus capellanus dictam Miſſam quaſi finiviſſet, dicta Domina Duciſſa repente doloribus effugatis, ſine dolore peperit unam pulcherrimam filiam. Itáque mater & filia à periculo mortis fuerunt liberatæ meritis & precibus dicti Domini Cardinalis.

C

CAPUT VI.

Liberati captivi, à prædonibus ſpoliati, naufragi, morbo caduco laborantes; bona recuperata, detractores puniti.

Captivi

ITem quod Michaël Chamandi, tabernarius loci de Laudumo, diœceſis Avenionis, mediantibus quibuſdam falſis informationibus, in villa ſancti Andreæ Avenionis diœceſis, carceri mancipatus extitit, ac poſitus in ferreis compedibus; ipſe autem ſe ſentiens de ſibi impoſitis inculpabilem; dicto D. Cardinali ſe recommendavit, ipſum humiliter deprecando, quatenus ipſum à dictis carceribus libe-

raret. Quo facto compedes ferrei ſtatim & incontinenti ſe aperuerunt, nec in pedibus ſuis ſtare potuerunt; imo ab ipſius pedibus libere per ſe ceciderunt. Quod videntes officiarii regii, multo timore territi, confeſtim ipſum relaxaverunt, poſtea vero d. D. Cardinalis viſitavit ſepulcrum.

MS. AVENION.

CCIV. Item quod quidam Guilielmus loci de Abolena, diœceſis Auraicenſis, captus per quemdam famulum cujuſdam capitanei, vocati Mandonet; & ductus ad dictum locum, & ibidem poſitus in compedibus & manicis ferreis, verſis manibus retro dorſum, & ad quoſdam poſtes per veſtes magnis clavis extitit affixus; quem qualibet die dictus famulus inhumaniter verberabat, ut de ſua redemptione finantias * faceret cum eodem. Quadam die cum ipſe Guilielmus dictum D. Cardinalem invocaret, & ejus auxilium imploraret, dicto famulo ſibi dicenti, quod neque Deus, neque beata Virgo, nec omnes Sancti Paradiſi, nec ipſe Cardinalis, quem invocabat, tantam poteſtatem habebant, quod ipſum liberare poſſent à manibus ejus: dictuſque Guilielmus dicta verba patienter ſuſtinendo replicaret; Quinimo: nocte ſequenti, cum dictus famulus ipſum dimiſiſſet (ut præmittitur) vinculatum, ipſeque Guilielmus ſemper dictum D. Cardinalem invocaret; ſubitò vinculis ſolutis, & compedibus ſupradictis; extra locum ipſum, in quo ſtabat, tranſportatus extitit bene longe, abſque hoc, quod videre poſſet, per quem ſic deferebatur, & ſic dictus Guilielmus manus inimicorum evaſit meritis & precibus dicti D. Cardinalis.

& vinctî;

**præſtatione pecuniariam.*

E

CCV. Item quod gentes Domini Raymundi de Turrenia ceperunt Joannem Gaigonis, laboratorem, ac ipſum in compedibus & vinculis ferreis per manus & pedes ſtrictiſſime poſuerunt; quem quotidie interficere volebant. Ipſe autem de morte multum dubitans, confidens tamen de dicto D. Cardinali, ad ipſum votum emiſit, quod ſi evadere poſſet manus inimicorum ſuorum, cum certo voto ſepulcrum ejus viſitaret. Quo voto emiſſo, ſtatim vincula ſe diſſolverunt, & liberatus ab ipſis, ſtatim rectè ivit ad muros dicti loci, quamvis iter ignoraret, & ad terram ſaltavit ſuper ſabulonem *a*, & ſic evaſit illæſus.

ope beati Petri

a

F

liberantur.

CCVI. Item quod Joanneta, filia Joannis Bartam, propter adulterium commiſſum, curtere villam debere judicata, & in carceribus, in compedibus & manicis ferreis vinculata; invocato Domino Cardinali, & ad ipſum emiſſo voto, quod ſi tantam gratiam ſibi impetrare dignaretur, quod à prædicta infamia præſervaretur, certum votum mitteret ad ſepulcrum ejus. Compedes & vincula per ſeipſos ſe aperuerunt; & tandem poſt paululum precibus amicorum à dicta infamia fuit omnino liberata.

A latronibus captus,

CCVII. Item quod Roſtagnus Ayrandi de Rolhana, Aquenſis diœceſis, ætatis triginta annorum vel circa, dum tranſitum faceret ante Baſtitam Jordanorum, diœceſis Aquenſis, à quibuſdam latronibus captus extitit, & ligatus, qui ipſum occidere volebant: & qui in præſentia ſua occidebant presbyterum quemdam: timens ne morti ſimiliter traderetur, in corde ſe dicto D. Cardinali devovit, promittens pedibus nudis, ipſius viſitare ſepulcrum, ſi de manibus ipſorum evadere poſſet.

EX MSS. AVENION.

Quo voto facto, ſubitò tunc dicti latrones ipſum ligaverunt, & ligatum duxerunt ad caſtrum de Mayranicis; ubi retrahere ſe conſueverant. Quibus de nocte ad dictum caſtrum applicatis, januas aperuerunt: ſed dum crederent intrare, nullatenus potuerunt: imo dum ulterius pedem figere crederent, nullatenus ultra extendere poterant illum; & ſic per totam noctem ſtantes, multum ſtupefacti, voto per Dominum Roſtagnum eiſdem explicato, ipſum permiſerunt abire, & omnia ablata reſtituerunt eidem; quo demiſſo, libere intraverunt dictum Caſtellum.

à Saracenis capiendi, liberantur.

CCVIII. Item quod Jacobus de Maylhora, de Maſſilia, quadam die dum in mare navigaret; & de loco de Cantas diœceſis Graſſenſis, tenderet Maſſiliam in quodam parvo ligno, unà cum quinque hominibus pro ſervitio dicti ligni, & quibuſdam fratribus Minoribus, exeuntibus ibidem, tranſirentque per mare, ſubito viderunt duas galeas *b* Saracenorum ad ipſos, qua poterant accedere navigatione velociori; propter B quod valde territi, cum nullum haberent penitus ventum, quo mediante evadere poſſent manus eorum, ad Deum & Sanctos dirigentes vota ſua, pariter dicto D. Cardinali ſe devoverunt, promittentes cum certo voto ipſius viſitare ſepulcrum, ſi ventum eis concedere dignaretur, & manus evaderent inimicorum. Quo voto emiſſo, ecce ventus validus, qui Boreas appellatur, qui ſubito ſurgens, navem eorum ſive lignum à dictis Saracenis elongavit, in tantum, quod ipſi vix propter diſtantiam dictos fidei inimicos poterant intueri, & ſic ipſis à manibus inimicorum ereptis, continuato flatu per ducenta milliaria ſunt transfretati.

b

Naufragi,

CCIX. Item quod Joannes Gauterii, loci de inſula Martici, diœceſis Arelatenſis in quodam ligno cum nonnullis de civitate Neapolitana ad Avenionem accedentibus, dum coram civitate Veteri tranſitum facerent, ſubito inſurrexit valida tempeſtas; cujus timore cum dicti ligni patronus retrocedere tentaviſſet, ventis flantibus tempeſtivis, ad terram impetu tam forti ſunt adducti, quod ex ictûs violenti repercuſſione, in mare reverſi, ab aquis fuerunt omnino cooperti: unde de vita quaſi deſperantes, humano carentes ſubſidio, glorioſum cum magna devotione requirunt Cardinalem; promittentes omnes ipſius viſitare ſepulcrum. Et tunc ſubito maris ſedato C tumultu; navis ſive lignum, mirum in modum retractum eſt in mari, ac ſi viginti galearum juvamine retractum extitiſſet: & ſic evaſerunt illæſi meritis & precibus dicti D. Cardinalis.

fracta, c

CCX. Item quod Jacobus Borreti, loci de Berra, diœceſis Arelatenſis, quadam die dum in quodam ligno cum certis mercantiis *c* Januam tendens, in ipſo mari Januenſi, jam applicuiſſet, fortuna terribilis in tantum oppreſſit eoſdem, quod præ ventorum rabie jam quoddam ex timonibus *d* ligni confractis, ſubintrantibus undis, nihil aliud expectarent, quam ut inter undas ſepulti, finaliter ſubmergerentur. Cum ad mentem dicti D. Cardinalis reductâ memoriâ, votum vovit quod ipſius viſitaret ſepulcrum. Quo facto voto, confeſtim ceſſavit tempeſtas, & adeo mare ſedatum eſt, quod nec accenſa candela à vento tunc currenti fuiſſet extincta, & ſic à periculo mortis ereptus, quod voverat, adimplevit.

d

ac repercuſſa navis,

CCXI. Item quod nobili viro, Nicolao de Atria, de civitate Neapolitana, per mare unà cum certis Ambaxiatoribus *e* miſſis ad Domi- D
nam Reginam Siciliæ, transfretante, cum prope foſſam Romanam applicuiſſent, inſurrexerunt venti horribiles, ex quorum flatu intumeſcentibus undis, intrare foſſam coacti fuerunt, & tanto impetu fuerunt adducti, quod quater ad terram fortiſſimè percuſſerunt. Unde omni ſpe & adjutorio denudati, niſi dicti D. Cardinalis, ipſum invocaverunt, & promiſerunt ipſius viſitare ſepulcrum; & confeſtim pòſt mare placatum eſt, & dicta galliotha *f* retracta, & ſic periculum evaſerunt, & poſtmodum promiſſa compleverunt.

e

f

laboraus morbo caduco,

CCXII. Item quod Bauda Bermunda, relicta Petri Bermundi, commorans Avenione; per ſpatium unius anni morbum paſſa caducum (morbus ſancti Joannis vulgariter nuncupatur) & alias quam plures patiens infirmitates, adeo quod ſine baculo non poterat ire, voto per eam ad dictum D. Cardinalem emiſſo, quod ipſius viſitaret ſepulcrum, ſi à prædictis infirmitatibus liberaretur, incontinenti tam à dicto morbo caduco, quam ab aliis infirmitatibus fuit liberata. E

alia per octennium,

CCXIII. Item quod Bertranda, uxor Raymundi Juliani, per ſpatium octo annorum & ultra, fuit infirma morbo caduco, & arripiebat eamdem aliquando de tribus in tribus diebus, & aliquando de quatuor in quatuor; & tam graviter ipſam detinebat, quod qualibet vice ſtabat quaſi mente capta. Maritus ipſius mulieris ſuper tanto dolore compatiens, de dicto Domino Cardinali multum confidens; pro dicta muliere votum emiſit, quod ſi dictus D. Cardinalis à Deo impetrare dignaretur ipſam à dictis infirmitatibus liberari, ipſius Domini Cardinalis viſitaret ſepulcrum. Quo voto, ut præmittitur, emiſſo, dicta Bertranda à dicta infirmitate ſubito extitit liberata, ipſaque & ejus maritus una cum pluribus aliis jejuno ſtomacho ad dicti D. Cardinalis ſepulcrum acceſſerunt, poſtea verò dictum morbum nullatenus fuit paſſa.

alius per biennium,

CCXIV. Item quod quidam puer, filius Pontii Mayfredi, laboratoris commorantis in Carpentoracte, ætatis ſexdecim annorum vel circa, per ſpatium duorum annorum morbum paſſus caducum, qui de octo in octo diebus ipſum arripere conſueverat, poſt votum emiſſum à dicto ſuo patre, de dicti D. Cardinalis viſitando ſepulcrum, ſi dictus ejus filius à dicto morbo F
liberaretur, omnino fuit à dicto morbo liberatus; nec poſtea ipſum arripuit morbus ſupra dictus; ipſe autem pater & filius poſtmodum ſepulcrum viſitarunt.

alia per quadriennium,

CCXV. Item quod Raymunda, uxor Petri Boſſada, Courraterii civitatis Carcaſſonenſis; per ſpatium quatuor annorum paſſa fuit morbum caducum, qui ipſam arripiebat de menſe in menſem, aliquoties bis in menſe, quam & ita graviter opprimebat, quod qualibet vice per quatuor horas velut mortua jacebat in terra, & poſtea per tres vel quatuor dies tremere non ceſſabat, pro qua per ipſius maritum voto ad dictum D. Cardinalem emiſſo, quod ipſius viſitaret cum certo voto ſepulcrum, ſi ipſa à dicta infirmitate liberaretur, ipſa omnino ſanata, amplius à dicta infirmitate non ſenſit ſe arreptam: maritus autem ipſius & ipſa, poſtea votum impleverunt.

item per annum unum,

CCXVI. Item quod Joannes Gay, filius Sifredi de Podio, mercator civitatis Carpentora-

A toractis, ætatis tredecim annorum, qui per annum, morbum caducum paſſus fuerat, quo mediante cadebat in terram bis in menſe, & ibidem ſtabat ut mortuus, per magnum temporis ſpatium, voto per matrem dicti D. Joannis, ad dictum Dom. Cardinalem emiſſo, quod ejus viſitaret ſepulcrum, ſi tantam à Deo gratiam impetraret, quod dictus ejus filius à dicto morbo liberaretur; poſtea dicto morbo non ſenſit ſe gravatum nec infirmum.

CCXVII. Item quod Anglicus Boiſſoni, loci de Salellis, diœceſis Mimatenſis, ætatis quinquaginta annorum vel circa, qui per ſpatium triginta annorum & ultra, qualibet die de mane arreptus extitit quodam morbo, qui caducus appellatur, præ cujus dolore, quotieſcumque ipſum detinebat, cadebat in terram, & ſic proſtratus quaſi in tranſitu vitæ ſtabat per duas horas & ultra; qui quam primùm audivit miracula dicti D. Cardinalis recitari, ſe devovit eidem, promittens pedibus nudis ipſius viſitare ſepulcrum, ſi à prædicto morbo liberaretur, & poſt dictum votum emiſſum, dicto morbo non fuit infirmatus; ſed ab illo perfecte curatus extitit.

per annos 30,

B CCXVIII. Item quod Guilielma, uxor Joannis de Verduno, civitatis Biterrenſis, quam morbus caducus arripere conſueverat, de octo in octo diebus, & aliquando de menſe in menſem: & quia ex eo inhumaniter vexabatur; auditis miraculis dicti D. Cardinalis, ſe devovit eidem, promittens pedibus nudis cum certo voto ipſius viſitare ſepulcrum, ſi à morbo curaretur prædicto: quo voto emiſſo, & pòſt, dictum morbum nullatenus fuit paſſa; & poſtmodum, quod promiſerat, adimplevit.

alia eodem malo immaniter vexata,

CCXIX. Item quod Joannes Mos, clericus de Monterlino, diœceſis Carcaſſonenſis, qui per tres annos continuos paſſus fuerat morbum caducum, nec remedium aliquale poterat reperire, votum emiſit ad dictum D. Cardinalem, quod ipſius viſitaret ſepulcrum, & ei certum votum offerret, & ex poſt, dicto morbo non ſe ſenſit vexatum.

alius per annos 3 ſoſpitantur.

CCXX. Item quod Vitalis de Lieſteria, tabernarius, in præſenti civitate commorans, perdiderat duas taceas *g* argenteas; quæ furtivè ſibi fuerant ſublatæ, & quas nullatenus recuperare valebat. Recordatus autem de d.

Recuperantur pateræ duæ, g

C D. Cardinali, promiſit cum certo voto ipſius viſitare ſepulcrum; ſi dictas taceas reperire valeret, in craſtinum vero dictæ taceæ per quamdam mulierem fuerunt ſibi reſtitutæ.

CCXXI. Item quod Jaconneta de Gratianopoli, commorans Avenione, fuit deprædata de triginta quinque florenis auri, quos in quadam caſſia *h* repoſuerat; de quo multum dolens, cum eſſet major pars ſuæ ſubſtantiæ ſive bonorum ſuorum; recordata de dicto D. Cardinali, ad ipſum votum emiſit, quod ſi ſibi tantam gratiam facere dignaretur, quod dictas ſuas pecunias recuperaret, cum certo voto ejus ſepulcrum viſitaret, quo voto emiſſo, paulo poſt ad ipſam acceſſit quidam, qui dictas pecunias fuerat deprædatus, & ipſam, antequam recederet, omnino dimiſit contentam.

floreni 35 ſubducti, h

CCXXII. Item quod cum Petrus Soltoni, loci de Salvaterra, Avenionenſis diœceſis, quamdam pecuniæ ſummam amiſiſſet, nec eam aliquatenus valeret recuperare, imo nec de ipſis pecuniis audire nova; Joanna uxor ejus multum triſtis ex dicta perditione, in dicto D. Cardinali magnam gerens fiduciam, vovit eidem certum votum mittere ad ejus ſepulcrum, ſi tantam gratiam eis concedere dignaretur, quod dictam pecuniam reſtitueret eiſdem: ipſa vero die fuit eis revelatum, qui pecunias prædictas habebant, & ipſas poſtmodum recuperaverunt.

amiſſa pecuniæ ſumma,

EX MSS. AVENION.

CCXXIII. Item quod, dum gentes armorum incedentes per Linguam Occitanam, tranſitum facerent per locum de Caſtilione, Uticenſis diœceſis; quidam ex ipſis quamdam mulam Raymundi Borgarelli ſubripuerunt, & ſecum uſque Pariſios poſtea duxerunt eamdem. Quadam verò nocte, ipſo Raymundo exiſtente in lecto, ad ejus mentem dicti Domini Cardinalis famâ reductâ, concluſit in animo, quod dicti D. Cardinalis pro dictæ mulæ recuperatione viſitaret ſepulcrum; quod & fecit; ſtandoque ſuper ejus ſepulcrum, quantum potuit devotiùs, deprecatus fuit eumdem, quod voluntatem dignaretur immittere in cor illius, qui dictam mulam habebat, de ſibi reſtituendo ipſam mulam; & quod iteratò cum certo voto ipſius viſitaret ſepulcrum. Quo facto voto, prout ex temporis intervallo veriſimiliter præſumi poteſt, pro eo, quod infra menſem à tempore voti & viſitatione prædicta, dicta mula fuit ſibi reſtituta, in illum, qui dictam mulam detinebat, inventa fuit talis infuſa voluntas, quod de Pariſiis ſibi ſpecialiter tranſmiſit eamdem, quoniam ſpecialem nuntium transmiſit ille, qui dictam mulam habebat, ad dictam mulam adducendam, & reſtituendam dicto Raymundo.

mulus furtivus.

E

CCXXIV. Item quod Helis, uxor Petri de ſancto Euſtachio, commorans prope eccleſiam beatæ Mariæ de Sperantia *i*, ætatis triginta annorum vel circa; videns multas gentes ad ſepulcrum dicti D. Cardinalis diverſa vota ceræ portantes; omnino mater mota & invidiæ malo ſuccenſa, dixit, quod mirabile erat, quod gentes magiſtrum pro diſcipulo dimittebant: nam ſibi videbatur quod dimittebant noſtram Dominam de Sperantia viſitare pro ſepulcro dicti D. Cardinalis. Nocte verò paſſa fuit in capite graviſſimos dolores, & in craſtinum reperit, quod habebat naſum valde tortuoſum: propter quod mandavit medicos, &, quæ potuit, quæſivit remedia; ſed nullum potuit invenire juvamen: uſquequo recordata de perfida mente ſua, dictum D. Cardinalem requiſivit cum magna devotione, quod malum, quod contra ipſum cogitaverat, indulgere vellet eidem, & ipſam à prædictis infirmitatibus liberare. Poſt quam orationem factam, ſenſit ſe ſubito multùm alleviatam, & exinde viſitato ſepulcro, reſtituta eſt pleniſſimæ ſanitati, nullis tamen applicatis medicamentis.

Mulier culpans Beati cultum, punita & ſanata;

i

F

CCXXV. Item quod uxor Joannis Stephani de Caſtro Raynaudo, Avenionenſis diœceſis, die, quâ dictus D. Cardinalis traditus fuerat eccleſiaſticæ ſepulturæ, reverſa de civitate præſenti ad dictum locum, narravit dicto Joanni ejus viro, quomodo Deus in dicto Domino Cardinali operabatur miraculoſè; cui dictus ejus maritus reſpondit deridendo, & reputando nugas, quæ per dictam ejus uxorem narrabantur; Tace, tace. Sta ſuavis. Et ulterius tardus in credulitate, cum quidam de dicto loco, vocatus Petrus Cremanni, qui de præſenti civitate reverſus ad dictum locum, iteratò eidem Joanni eadem mirabilia recitaſſet, & ul-

incredulus

EX MSS. AVENION.

terius in ſpeciali, quomodo in præſentia ipſius quædam mulier, quam verè noverat, impotens uno brachio, viſitato ſepulcro dicti D. Cardinalis, receſſerat omnino cutata, & ad potentiam ipſius brachii reſtituta, in ſua duritie cordis durius perſiſtens, credere non valuit, & quaſi non curans de prædictis, ivit ad lectum.

punitus ac liberatus,

Dum verò in craſtinum more ſolito ſurgere crederet à lecto, reperit ſe adeo in membris debilem & confractum, quod ſtare nec juvare ſe poterat, niſi cum maxima difficultate, & cum hoc intrinſecè maximos patiebatur dolores, & ſic ſemper deteriorando proceſſit uſque ad diem Sabbati immediate ſequentis, qua die dubitans ſe morti fore propinquum, de ſua incredulitate recordatus, pœnitentiâ ductus, ad dictum Dominum Cardinalem votum emiſit, promittens quod ipſius viſitaret ſepulcrum, ſi à dictis infirmitatibus dignaretur eum liberare, & ſtatim à doloribus alleviatus, viſitato ſepulcro, reſtitutus fuit priſtinæ ſanitati.

incredula, plagis affecta,

CCXXVI. Item quod cuidam, nomine Joannæ, relictæ quondam Petri de Peruſio in civitate præſenti commorantis, quæ patiebatur

B ſcabiem in tibiis, à qua nullatenus curari valebat, imò de una ad aliam ſæpius transferebatur, admonita quod ipſa dicto D. Cardinali ſe devoveret, noluit, non credens quod miraculosè Deus in eo operaretur; imo in corde ſuo contra dictum Dominum Cardinalem murmurabat & eidem detrahebat. Ipsâ autem ſic in corde ſuo de dicto D. Cardinali mala præcogitante, in ambabus tibiis ortæ fuerunt multæ plagæ, ſive vulnera, quæ maximum dolorem eidem inferebant; propter quæ dubitans multum de dicta infirmitate, quæ ſic in malum excreverat, recordata de mala cogitatione, quam contra dictum D. Cardinalem in mente ſua conceperat, magna contritione ducta, indulgentiam petiit à dicto D. Cardinali, & ejus viſitavit ſepulcrum; quod viſitando, cum poſuiſſet ſuper dicta vulnera de terra ſepulcri, infra paucos dies fuit omnino liberata, nullis aliis applicatis medicamentis.

ſacerdos ſibi reverens,

CCXXVII. Item quod, dum quidam Guilielmus Gaucelini, presbyter diœceſis Forojulienſis, ætatis quadraginta annorum vel circa, modicùm poſt ſepulturam dicti D. Cardinalis,

C videns tantam multitudinem populi confluere ad dictum ſepulcrum, quorum alii de terra ipſius ſepulcri oculos & vultum deliniebant, alii craticulam ſtantem deſuper oſculabantur, non credens quod per eum Deus operaretur miraculoſè, imo tenens firmiter quod eſſet quædam fictio, adinventa ad populum allicien-dum, maximè propter ſchiſmatis factum; quadam vice, dum ſepulcrum viſitaret, fictitiè in ſua cordis malitia ſemper exiſtens, craticulam ferream fuit oſculatus, & poſtmodum ad locum, ubi hoſpitatus fuerat, receſſit.

punitus ac ſanatus.

Statim verò quod in loco habitationis ſuæ applicuit, tantus calor arripuit ipſum in labiis, atque tantus dolor, quod quieſcere, nec in uno lecto ſtare valebat, & ſic ſtetit per duos dies naturales. Tertia verò die, recordatus quod fictitiè & malo animo dictam craticulam fuerat oſculatus, pœnitentiâ ductus, dictum ſepulcrum cum qua potuit devotione viſitavit, & de terrâ dictâ labia ſua fricavit; quo facto, ſtatim incepit convaleſcere, & continuando novenam, infra tres dies omnino ſanatus extitit meritis & precibus dicti D. Cardinalis. D

ANNOTATA.

a *Id eſt*, ſabulum, *vel* arena.

b Galea *eſt genus navis velociſſimæ. Vox iſta conſonat voci noſtræ Belgicæ*, galleye, *triremem ſignificanti.*

c *Id eſt* mercimoniis.

d *A Gallico* timon, *quod deſignat manubrium gubernaculi navis.*

e Ambaſciatores *vel* ambaxiatores, *ſunt* legati, *Italicè* ambaſciatori.

f *Eſt* galliotta (*Galliscè* galliotte) *navigium velox, haud magnum, exercendis curſibus accommodatum.*

g Taſſe *Gallis eſt* patera, crater: *hinc* tacea.

h Caſcia *denotat* arcam, capſam, *à Gallico* caiſſe.

i *Sacellum eſt Avenione, prodigiis inclytum.*

CAPUT VII.

E

Quid præſtiterit B. Petrus laborantibus impotentiâ tibiarum, dolore capitis, gravella, fluxu & dolore ventris.

Grave vulnus tibiæ,

ITem quod Yſnardus Audefredi, laborator de Auraica, ætatis triginta octo annorum vel circa, ſcindendo quædam nemora, cum quadam ſecuri ſe percuſſit ſupra tibiam, adeo quod, unum magnum vulnus ſibi infixit, ſuper quo quævis, quæ potuit, medicamenta fecit apponi; nullo modo tamen curari potuit, imo nec meliorari: ſed voto per ipſum ad dictum D. Cardinalem emiſſo, de ſuum viſitando ſepulcrum, ſubitò ſe ſenſit multò alleviatum, & infra paucos dies pòſt ſine medicamentis omnino fuit ſanatus.

tibia lapſa fracta,

CCXXIX. Item quod Margareta, uxor Stephani Verderii, habitatoris de Caſtilione, Arelatenſis diœceſis, ab alto cadens in terram, dextram tibiam circa cavillam pedis ſibi fregit, adeo quod oſſibus cavillæ delocatis, ipſa tibia impotens totaliter remanſit, nec potuit curari juvamine medicorum, licet diligentiam, quam potuerunt, adhibuerint meliorem. Ipſa autem, de dicto D. Cardinali famâ miraculorum ſibi notificatâ, votum emiſit quod ipſius viſitaret ſepulcrum cum certo voto; quo facto, poſt modicos dies omnino ſanata, dicti D. Cardinalis ſepulcrum cum voto viſitavit.

tibia inflata,

CCXXX. Item quod Jacoba, uxor Jacomini Romigii, habitatoris præſentis civitatis, ex quadam punctura unius ſpinæ, quâ puncta fuerat in pede ſiniſtro, in ipſa tibia inſurrexit inflatura taliter excelſa; quod ipſam tibiam corpore groſſiorem habebat; ex qua duæ fuerunt in dicta tibia fiſtulæ generatæ, quæ continuè immunditias fœtidas emittentes, tam graviſſimos ſibi inferebant dolores, quod vitæ præponebat necis electionem. Unde quid agere deberet ignorans, de dicto Domino Cardinali recordata, promiſit ipſius viſitare ſepul-

A ſepulcrum; ſi infra certum terminum ſanaretur, infra quem fuit poſtmodum omnino ſanata, poſtea, quod promiſerat, adimplevit.

tibia altera inflata,

CCXXXI. Item quod Pontius Joannes de Oppeda, civitatis Carpentoractis, qui ex quadam infirmitate, tibiam habebat adeo inflatam, quod videbatur, pellem aperire ſe velle, nec curari valebat; itinere cœpto ad hanc civitatem pro viſitando ſepulcrum dicti D. Cardinalis, incepit convaleſcere, & demum, in craſtinum viſitato ſepulcro, penitus reperit ſe curatum, & ad locum ſuum ſanus eſt reverſus.

dolòres capitis per biennium,

CCXXXII. Item quod Thibaudus Durandi de Taraſcone, paſſus fuit in capite graviſſimos dolores per ſpatium duorum annorum, nec juvamine medicorum potuit recuperare ſanitatem, licet medici adhibuerint diligentiam, quam potuerunt; ſed emiſſo voto, quod dicti D. Cardinalis viſitaret ſepulcrum, ſubito ceſſaverunt prædicti dolores, nec ex poſt dolorem ſenſit in capite, ſed perfectiſſime curatus exiſtit.

B *alii cruciatus per annos 12,*

CCXXXIII. Item quod Berengaria, uxor Joannis Chaiſſii de ponte Sorgiæ Avenionenſis diœceſis, triginta quinque annorum vel circa; in capite, corde, & in tibia graviſſimos fuit paſſa dolores, per ſpatium duodecim annorum & ultra; & quamvis inter manus plurium & diverſorum medicorum extiterit, qui ipſam curare credebant; nihilominus non fuit meliorata. Auditis autem miraculis, quæ Deus per dictum D. Cardinalem operabatur, eidem ſe devovit, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi à prædictis infirmitatibus valeret liberari. Quo voto facto, effugatis doloribus tam à capite, quam à corde & tibiâ, ſubito perfectè ſanata remanſit.

dolores capitis.

CCXXXIV. Item quod Magiſter Petrus Villareti, notarius de Carpentoracte, ætatis triginta annorum vel circa; paſſus fuit in capite continuò per ſpatium ſeptem annorum & ultra, dolores immenſos, nec valuit opere medicorum meliorari, quamvis quæ potuit, fecerit apponi medicamenta. Auditâ vero famâ de miraculis dicti D. Cardinalis, eidem ſe devovit; promittens ipſius cum certo voto viſitare ſepulcrum. Poſt quod votum emiſſum, ſubito ſe reperit à prædictis doloribus liberatum.

C Poſtmodum vero adimplere, quod voverat, negligens, & incurioſus effectus; quadam die à dictis doloribus arreptus extitit adeo graviter, quod etiam ultra modum conſuetum ipſum affligentes, ſemper invaleſcebant; quapropter recordatus de voto per ipſum emiſſo, devoto corde veniam petiit, & iterum de dictum viſitando ſepulcrum votum emiſit, & ſtatim poſt ipſam emiſſionem ſubito curatus extitit, & exinde dictum ſepulcrum viſitavit.

CCXXXV. Item quod Boneta, uxor Jacobi Barti, de ſancto Spiritu *a* Uticenſis diœceſis, qui præ gravedine quorumdam dolorum quos paſſa fuit in capite per ſpatium unius anni & ultra, quotieſcumque dictus dolor illam arripiebat, ſibi videbatur quod terra volveretur, & moveretur: propter quod quandoque cadebat in terram, quaſi ſemiviva; viſitato ſepulcro, dictos expoſt paſſa fuit minimè dolores.

a

De eodem.

CCXXXVI. Item quod quidam, vocatus Petit Guarin, in præſenti civitate commorans, poſt emiſſionem voti, quod ſi dictus Dominus Cardinalis tantam gratiam eidem impetrare dignaretur, quod ipſe liberaretur à quibuſdam graviſſimis doloribus, quos paſſus fuerat in capite, ſpatio decem annorum & ultra; cum certo voto ceræ, ipſius viſitaret ſepulcrum, incontinenti fuit à dictis doloribus liberatus, nec poſtea ſenſit ſe gravatum. EX MSS. AVENION.

De eodem.

CCXXXVII. Item quod Stephanus Benedicti, quem quidam dolores arripere conſueverant in capite pluries in anno, & qui ſibi durabant communiter per ſpatium octo dierum & ultra, quadam die dictis oppreſſus doloribus, credidit omnino præ gravedine doloris ſpiritum emittere vitæ; quando per quemdam ſuum vicinum admonitus, quod dicto D. Cardinali ſe devoveret; promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi à prædictis doloribus dignaretur eum liberare, quo facto voto ſubito, & incontinenti dicti dolores receſſerunt, tamquam fumus exſufflati, & ab ipſis perfecte curatus extitit meritis & precibus dicti D. Cardinalis.

Gravella,

CCXXXVIII. Item quod Ægidia, uxor Jacobi de Podio, Comdomini loci de Duroforti Nemauſenſis diœceſis, infirmata graviſſimè E quadam infirmitate, quæ vocatur Agagnes, ultra modum inflata, nec non patiens gravellam, quæ ipſam impediebat urinam emittere, viſitata fuit per plures & excellentes medicos; qui finaliter dixerunt, quod erat morbus incurabilis, qui jam erat in tertio gradu ipſius infirmitatis, & quod certiſſimè moreretur, quam primum foliis arbores denudarentur. Quapropter ipſam, tamquam incurabilem dimiſerunt, & poſtmodum deteriorando proceſſit uſque ad menſem Septembris, in quo ſecundùm medicorum judicium debebat vita ejus terminari. Ipſa autem attendens eodem menſe, mortis terminum eſſe propinquum, auditâ famâ dicti D. Cardinalis, eidem devotiſſimè ſe vovit, promittens ipſius viſitare ſepulcrum, ſi à morte præſervari, & à dictis infirmitatibus curari valeret: quo facto voto, à dictâ gravella ſenſit ſe liberatam: de quo multum gaudens in animo, ad ſepulcrum dicti Domini Cardinalis acceſſit; ubi ſtans deſuper coram imagine dicti D. Cardinalis, devotiùs, quam poterat, exorans, à dicta infirmitate, quæ dicitur Agagnes, fuit penitus liberata, & ſic ad locum ſuum ſaniſſima receſſit. F

detentio urinæ,

CCXXXIX. Item quod Firminus Martini, drapperius commorans in civitate Uticenſi, ætatis viginti annorum vel circa: per ſpatium trium annorum & ultra, paſſus fuit quamdam infirmitatem, mediante qua, cum maxima pœna urinam emittens, quoties dicta infirmitas ipſum arripiebat, primitus quaſi lutum, poſtmodum urinam, & poſtmodum ſanguinem extra mittebat, in tanto dolore, quod velut infenſatus & rabidus exclamabat: & licet, quas potuerit, adhibuerit medicinas, non valuit meliorari; ſed voto emiſſo ad dictum D. Cardinalem, quod ipſius cum certo voto viſitaret ſepulcrum, & ad illud incederet pedibus nudis, ſubito fuit curatus, nec infirmatus extitit depoſt; imo de præſenti urinam emittit abſque pœna.

item gravella,

CCXL. Item quod Joannes Vicentii laborator, in præſenti civitate commorans; paſſus gravellam per ſpatium trium annorum & ultra, quæ ipſum impediebat urinam emittere, quamvis per plures medicos fuerit viſitatus, & plures receperit medicinas, non potuit meliorari; ſed poſt votum emiſſum, quod prius dicti D. Car-

EX MSS. AVENION.

D. Cardinalis viſitaret ſepulcrum cum certo voto, ſi à prædictâ infirmitate liberaretur, viſitato ſepulcro, infra terminum à dictâ infirmitate fuit omnino liberatus.

CCXLI. Item quod Rixendis, uxor Ricani Boneti loci de Ruppe Maura diœceſis Avenionenſis, paſſa fuit per ſpatium octo dierum & ultra, fluxum ventris & cum hoc tantos dolores intrinſecos in ventre, quod continuo videbatur, quod parturire deberet. Quæ neſciens quid agere deberet, recordata de dicto D. Cardinali, ſe devovit eidem, promittens ſuum viſitare ſepulcrum cum certo voto ceræ, ſi à Deo gratiam obtineret, quod à dictis infirmitatibus liberaretur; & ſtatim ſine intervallo receſſerunt dolores, & à dicto fluxu fuit omnino liberata.

fluxus ventris per 8 dies,

CCXLII Item quod Guilielmus Garini de Villa Aqueria, Uticenſis diœceſis, ætatis ſeptuaginta annorum vel circa, qui per quinque annos continuos, paſſus fuit fluxum ſanguinis; ex quo in tantam deductus erat debilitatem, quod juvare ſe neſciebat, imo præ nimia amiſſione humorum, quaſi ſine humiditate remanſerat, nec juvamine medicorum valuerat meliorari. Emiſſo voto ad dictum D. Cardinalem, quod ipſius viſitaret ſepulcrum cum certo voto ceræ, ſi à prædicta infirmitate valeret liberari, itinereque cœpto, ſubitò ſe ſenſit curatum, & multò ſolito fortior, continuato greſſu, prout voverat, viſitavit ſepulcrum.

ſanguinis per annos 5,

B

CCXLIII. Item quod Jauſſanda, uxor Antonii Jauſſandi de Cavallione, paſſa fuit per ſex annos continuos & ultra, fluxum ventris immenſum, qui ſibi eveniebat de octo in octo diebus, & qui ipſam multis doloribus opprimebat, ſed voto ad dictum D. Cardinalem emiſſo, quod ipſius viſitaret ſepulcrum, ab ipſo fluxu præſervata extitit & omnino liberata.

ventris per annos 6,

CCXLIV. Item quod Lucia, uxor Ludovici Gaudebergi, commorans in civitate Vivarienſi, à fluxu ventris, quem per certa temporum intervalla per triennium paſſa fuerat, & qui ſibi graviſſimos inferebat dolores, per emiſſionem voti, quod dicti D. Cardinalis viſitaret ſepulcrum cum certo voto, omnino fuit curata, & ulterius dictum fluxum ventris non fuit paſſa.

alius diverſis temporibus.

C

ANNOTATA.

a *Urbs eſt ſuper Rhodanum ſita.*

CAPUT VIII.

Extincta incendia, morbi multi ac diverſi propulſati.

Incendia,

ITem quod in caſtro Vallis Reginæ, Pariſienſis diœceſis, caſualiter igne ſuccenſo, & exortis ſubito vehementibus flammis, quamdam dicti caſtri cameram penitus exarſit; qui tandem in tantum excrevit, quod dictum caſtrum, nec non omnes res in eo exiſtentes, comburi ſine remedio veriſimiliter credebatur. Nobilis vero Domina, uxor Domini Cancellarii Franciæ, quæ tunc cum ſua familia in dicto caſtro degebat; multo timore exterrita; confidens tamen de dicto Domino Cardinali, votum emiſit ad ipſum, quod ſi dignaretur dicti ignis extinctionem impetrare à Domino; certum votum ceræ, ponderis quinquaginta librarum, in forma unius caſtri, mitteret ad ejus ſepulcrum. Quo voto emiſſo, ſubito extinctis flammis, ignis non ſolùm ulterius excreſcere ceſſavit, ſed tamquam coopertus aquâ, ac ſi cataractæ cæli ſuper eo fuiſſent apertæ, per ſe omnino extinctus eſt: propter quod Deo & dicto D. Cardinali gratias agens, dictum votum tranſmiſit ad ejus ſepulcrum.

D

CCXLVI. Item quod in hoſtellaria ad ſignum leonis, in magna fuſtaria præſentis civitatis Avenionenſis, de nocte ignis caſualiter accenſus fuit, qui adeò terribiliter excrevit, quod tota domo ſuccenſa, ſimiliter quinque equi in eâ ſuccenſi fuerunt; & præ magnitudine flammarum nullus ſuccurrere valebat: nam propter ventum validum, qui tunc currebat, & dictum ignem flando excreſcere faciebat, non erat ſpes, quod à finali combuſtione dicta domus, nec exiſtentes in eâ valerent præſervari. Domina vero Richardona de Carmiliano, ſpectatrix, habitatrix præſentis civitatis, cujus erat ipſa domus, multo dolore commota; recordata de dicto Domino Cardinali, ipſum cum magna devotione per iſta verba requiſivit: O glorioſe Petre Cardinalis de Luxembourg; ſi cum Deo poteſtatem habes, velis ipſum rogare, quatenus me non exheredet, & à finali combuſtione præſervet domum meam. Et ſtatim iis dictis, ceſſavit ventus & extinctus eſt ignis, ac ſi eodem inſtanti tota aqua Rhodani uno impetu deſuper projecta extitiſſet.

patrocinante B. Petro,

E

CCXLVII. Item quod in loco ſancti Andeoli, burgi Valentinenſis diœceſis, in domo Domini Guilielmi de Bariaco militis, quaſi circa galli cantum, igne fuit accenſa domus ejus, ex cujus excreſcentibus flammis in altum, veriſimiliter credebatur, quod tota domus ejus, nec non circumjunctæ perire deberent. Unde multum ſtupefactus ipſe miles, ad dictum Dominum Cardinalem recurrens, ipſum invocavit & humiliter oravit eumdem, quod ſi verè amicus Dei eſſet, prout ferebatur, quod dignaretur impetrare à Domino, quod dictus ignis ſine detrimento vicinorum ſuorum extingueretur: & cum certo voto ceræ, quam primum poſſet, ipſius viſitaret ſepulcrum. Quo facto, incontinenti dictus ignis ultra procedere ceſſavit, & demum ipſo inſtanti totaliter extinctus eſt precibus & meritis dicti D. Cardinalis.

miraculosè

F

CCXLVIII. Item quod in villa ſeu civitate Gebennenſi ignis ſe arripuit in quadam domo, qui poſtmodum in tantam crevit immenſitatem, quod ex vorantibus flammis, in altum elevatis, jam dictæ flammæ quaſi cælum tangere videbantur: nam & dictæ flammæ, adeo erant hinc inde diſperſæ, ac extenſæ, quod quaſi ſine intervallo duodecim domus combuſtæ fuerunt. Propter quod habitatores ipſius civitatis, omni carentes auxilio, nihil aliud expectabant, quam ut dicta civitas finaliter comburetur. Videns autem hoc Dominus Joannes Vianeſii, canonicus Lauſanenſis, ibidem exiſtens, qui in medio dictarum domorum comburentium habebat unam domum in ſuprà dicta civitate, multo dolore compatiens, devotè dictum D. Cardinalem invo-

extincta.

A invocavit, promittendo ipſius viſitare ſepulcrum, ſi ipſius ignis extinctionem impetrare dignaretur. Quo facto voto, ſubitò decrevit ignis & omninò extinctus eſt, atque domus ſua penitus illæſa permanſit.

Tres pueri ſub ruina domûs ſepulti, conſervantur.

CCXLIX. Item quod quadam die præ tempeſtate maxima, in villa de Rie, Lucionenſis diœceſis, quædam domus Joannis de Cadreya ſartoris (in qua tres ejus filii, quorum unus erat major ſeptem annorum, alter duorum annorum, & alter nuper natus in cunabulis, exiſtebant) corruit, & dictos pueros cooperiens, ipſos ſubtus inclusit; & adeò, quod deſuper erant ultra decem quaretatæ *a* lapidum, fuſtium, & ſimilium. Propter quod pater ipſorum præ dolore factus eſt quaſi exanimis, & firmiter credens, prout & omnes aſtantes firmiter credebant, dictos pueros eſſe ſuffocatos, de dicto Domino Cardinali & ejus adjutorio tamen multum confidens, dicto D. Cardinali devovit eoſdem, &, quantum erat in ipſo, certum aliud votum emiſit ad ipſum pro dictorum puerorum liberatione. Quo facto voto, aſtantes inceperunt omnia diſcooperire, ad ſaltem eorum corpora perquirendum; & fodientes multum profundè, primitus majorem repererunt; qui cœpit exclamare; Amore Dei, non faciatis mihi malum. Unde multum gaviſi, viriliter ad perquiſitionem aliorum ulterius pertendentes, conſimiliter alios repererunt, inter lapides & fuſtes ſepultos, & ultra imaginationem hominis conſervatos illæſos. Nam breſſolum ante dictum in minutis peciis *b* invenerunt confractum, & infantem in medio, lapidibus & pulvere coopertum, miraculosè à confractura & morte præſervatum; quia poſito, quod aliquod obſtaculum, quod ipſos ab ictibus præſervaſſet, fuiſſet adinventum; tamen impoſſibile erat, niſi miraculosè, quin in tanto temporis ſpatio, ex aëris carentiâ fuiſſent ſuffocati, niſi miraculosè à Deo fuiſſent conſervati.

a

b

Liberatio ab infirmitate ventris,

CCL. Item quod Bernardus Martini, quem arripere conſueverat qualibet die quædam infirmitas in ventre, Large paſſio vulgo nuncupata; adeo graviſſima, quod ipſe velut inſenſatus, ut mulier parturiens, clamabat inceſſanter; & qui ſic ſteterat per viginti annos & ultra: qui nec per medicos, quamvis ab ipſis plures receperit medicinas, in quibus majorem partem conſumpſit ſuorum bonorum, ſanari potuit nec alleviari. Emiſſo voto ad dictum D. Cardinalem, quod cum certo voto ipſius viſitaret ſepulcrum; ſi tantam gratiam ſibi faceret, quod à prædicta liberaretur infirmitate, incontinenti curatus extitit & exinde dictam infirmitatem nullatenus fuit paſſus.

B

C

gutturis.

CCLI. Item Joanneta Pradona, uxor Joannis de Cordeto, nutrix Petri de Sarris, ſervientis armorum Domini noſtri Papæ; à caſu incurrit quamdam infirmitatem in gutture adeo gravem, quod ſibi videbatur, quod ſtrangularetur; ſed potato de aqua balnei dicti Domini Cardinalis, de qua ſupra facta eſt mentio; & emiſſo voto quod ipſius viſitaret ſepulcrum, fuit à prædicta infirmitate liberata.

tuſſis,

CCLII. Item quod Domina Diana, relicta Franciſci Bandini, ætatis ſexaginta annorum vel circa, non valens medicorum juvamine liberari à quadam tuſſi, adeo graviſſima, quod propellentis tuſſis impulſu quidam budellus *c*

c

diſlocatus, circa latus ſe traxit: ex quo tanti dolores inſurrexerunt, quod qualibet die mortem ſolum expectabat: quam [infirmitatem] paſſa fuit per duos annos continuos, & dicti D. Cardinalis vovit viſitare ſepulcrum, & de terra ſepulcri dictum latus fricavit, & incontinenti, iis actis, à dictis doloribus liberata, ab inde prædictis doloribus non fuit oppreſſa. EX MSS. AVENION.

vermium,

CCLIII. Item quod quidam puer, nomine Joannes, filius quondam nobilis viri Bernardi de Rupefixa, Agathenſis diœceſis, præ multitudine vermium, quos habebat in ventre, ad talem punctum deductus fuit, quod oculos habebat in capite verſos, & in eo omnia ſigna mortis apparebant, & judicabatur ab aſtantibus, ipſum minimè poſſe evadere periculum mortis. Cum mater ipſius, per quoſdam admonita, quod dicto Domino Cardinali dictum filium devoveret, ſtatim pro dicto filio ad dictum D. Cardinalem votum emiſit, & confeſtim, voto facto, dictus ejus filius, recuperatâ loquelâ, petiit ad comedendum. Itaque ſubito reconvaleſcens, poſtea magnam quantitatem vermium ſciſſorum & truncatorum per poſteriorem partem emiſit, & in craſtinum ſanus ſurrexit, ſicut fuerat, precibus & meritis dicti D. Cardinalis.

E

febrium, aliorumque morborum,

CCLIV. Item quod Henricus filius Petri de Preſſino, civis Viennenſis, febribus & aliis diverſis infirmitatibus oppreſſus, appropinquans mortem, tamquam incurabilis derelictus erat à medicis, & apoſtema jam emiſerat per os, tamquam propinquiſſimus morti; quando ad admonitionem cujuſdam Epiſcopi, Ordinis fratrum Prædicatorum, per dictam civitatem tranſitum facientis, qui dicto puero de terra ſepulcri d. Domini Cardinalis fecit bibere mixta cum vino, & pater ipſius tota cordis affectione vovit, quod ipſius D. Cardinalis viſitaret ſepulcrum, ſi dictus ejus filius à morte præſervaretur. Quo facto voto, incontinenti d. puer recuperavit loquelam, & infra paucos dies reſtitutus fuit pleniſſimæ ſanitati.

labiorum inflatorum;

CCLV. Item quod, dum Pontius Joannis, Peyſſonerius, in præſenti civitate commorans, infirmitate quadam, quam patiebatur in qualibet parte corporis (ex qua etiam labia habebat valde inflata; & adeo, quod ſumere non potuit cibum, per ſpatium octo dierum) in lecto jaceret oppreſſus; humiliter & devote d. D. Cardinalis adjutorium invocavit, promittens, quod ſi à dicta infirmitate liberaretur, nudus, exceptâ camiſiâ cum femoralibus ſuis, cum certo voto, ipſius viſitaret ſepulcrum, & iis dictis modicum obdormivit, & dormiendo vidit in ſomnis d. D. Cardinalem, qui ipſum, ut ſequitur, eſt allocutus: Ponti, tu me invocaſti, ut cureris ab infirmitate tuâ: ſi tu promittis mihi, quod ea, quæ tibi dicam revelabis populo Avenionis, ego pro te intercedam apud Dominum, ut te liberet. Cui cum promiſiſſet, prout ſibi videbatur, quod ſuum adimpleret mandatum, idem D. Cardinalis ſibi dixit: Dicas populo Avenionis, quod ex oblatis ad ſepulcrum meum, ſuper ipſum ſepulcrum, unum conſtruatur campanile, in quo ponatur una groſſa campana bene clara, quæ pulſetur in elevatione corporis Chriſti; & quotiens tempeſtas, tonitrua, fulgura, & coruſcationes advenire percipientur, pro conſervatione fructuum terræ. Cui cum, ut prius,

F

EX MSS. AVENION.

hoc facere promisisset, subito evigilatus, omnino & perfectissimè reperit se sanatum, & virtutibus corporalibus restitutus, in crastinum visitavit, cum certo voto ceræ, sepulcrum.

pertinacis ac diuturni mali,

CCLVI. Item quod Maria, uxor Colini Hugueti, commorans apud Lugdunum, servientis armorum Domini Francorum Regis, detenta fuit quadam infirmitate, per spatium decem annorum & ultra; quæ ipsam arripiebat de quindecim in quindecim diebus, & erat talis naturæ, quod prius infrigidatis pedibus, quidam dolor ascendens, usque ad os perveniebat, præ cujus violentia, vomito sanguine ultra plenitudinem unius scutellæ, ingravescebat infirmitas; & ascendens ad cerebrum, adeo vexabat eamdem, quod ipsam frigidam, pallidam & quasi mortuam relinquebat; & quamvis ad quam plures & diversos Sanctos, & oratoria, pro liberatione sua, emiserit multa vota: tamen nondum venerat hora. Cum auditis miraculis, quæ de d. D. Cardinali recitabantur, ipsi devotissimè se devovit, promittens ipsius cum certo voto visitare sepulcrum, si gratiam à Deo impetraret, quod à prædictis doloribus liberaretur. Quo tunc voto emisso, fuit omnino curata, nec ex post passa fuit dictam infirmitatem; imo perfectè sanata constitit meritis & precibus d. D. Cardinalis.

B

ictûs fulguris, d

CCLVII. Item quod Robinus Præpositi, panneterius *d* Domini Ducis Borbonii, ætatis quinquaginta annorum vel circa, quadam die in loco de Monte Brissorio, Lugdunensis diœcesis, dum sederet super quoddam scamnum; subito fulgur de cælo descendens in eodem loco super ipsum cecidit; ita quod ipsum multum asperè volvere fecit: ex quo quasi percussus de medietate corporis sinistra, totaliter impotens remansit; & sic per tres dies jacuit in lecto, cum hoc patiens dolores gravissimos. Tertia vero die cum ingravescentibus doloribus, finire crederet dies suos, recordatus de dicto D. Cardinali, tota cordis affectione eidem se devovit, promittens cum certo voto ipsius visitare sepulcrum; si gratiam obtineret à Deo, quod à prædictis liberaretur: quo voto facto, subito brachium & tibia prædictæ partis sinistræ virtutes suas recuperantes, repentè se erigentes, in ipsa erectione altum dederunt sonitum; post quæ sudare cœpit, & sudore peracto, reperit se quasi curatum; postea vero itinere cœpto, dum cum bordono *e* suo accederet se appodiando; antequam leucam permeasset, omnino se curatum reperit; & subito vigorosus effectus, cum magno gaudio, quod promiserat, adimplevit.

C

c

impotentiæ generandi,

CCLVIII. Item quod Andreas de Lescusot, commorans in Anicio, acceperat quamdam uxorem juvenem sub specie principaliter prolis habendæ. Itaque cum peracta nuptiarum festivitate, more conjugali petiissent ambo thorum, & quod præconceperat vir, ad effectum deducere conaretur, nullatenus valuit. De quo miratus ultra modum; cum experientia docente, aliàs potentem se cognovisset, incepit exquirere, unde sibi contigerat illud impedimentum; & invenire non valens, tentare sæpissime cœpit, & in tantum etiam, quod virginitatis claustris apertis per annum cum dimidio, nihilominus imperfectum actum reliquit. Unde multum dolens & turbatus in animo, recordatus de dicto D. Cardinali (cujus meritis aliàs ab infimitate guttæ curatus extiterat) ad ipsum iterato, devoto corde recurrit; vovens ei, quod si dignaretur erga Deum impetrare, quod optabat, accederet ad ejus sepulcrum, & in cera, uxoris atque suam offerret imaginem. Post quod quidem votum infra tres dies, quod petierat, impetravit meritis & precibus d. D. Cardinalis.

D

inflationis tibiarum,

CCLIX. Item quod Joanneta, relicta Joannis Agayras; habitatrix præsentis civitatis, ex quadam infirmitate, quâ detinebatur, in tibiis, ipsas habebat inflatas ultra modum, & rubeas tamquam ignis; imo quam plurimi asserebant, illud esse morbum sancti Antonii; sed emisso voto ad d. D. Cardinalem, quod illius visitaret cum certo voto sepulcrum, si sanari valeret, tam inflatura, quam rubedo prædicta subito recesserunt, & sine dolore perfectè sanata remansit.

periculi parturientis & partûs,

CCLX. Item quod Guilielmus Chaux de Cresto, Vasionensis diœcesis, cujus uxor in puerperio laborabat, multùm dubitans, quod puer nasciturus sine baptismo moreretur, ex eo quod decem pueri, quos uxor ejus peperat ei, sine baptismo decesserant. Auditâ famâ dicti D. Cardinalis, vovit ipsi, quod si gratiam impetrare dignaretur, adeo quod nasciturus infans baptisma recipere pòsset, cum certo voto ipsius visitaret sepulcrum. Post quod quidem votum dicta uxor peperit unum filium, qui baptizatus fuit, & vivit adhuc meritis & precibus d. D. Cardinalis.

E

apostematis,

CCLXI. Item quod Moneta, uxor Jordani de Bosio, servientis Regis, commorans in Villanova, vehementer infirma, & laqueis mortis præoccupata, apostema per os emiserat, quod est signum propinquæ mortis, candelaque benedicta sibi tenebatur in manu; prout consuevit fieri existentibus in agone. Cum in mente sua recordata de d. D. Cardinali, in eadem mente eidem se devovit; & promisit, quod quam primùm incedere posset, ipsius visitaret sepulcrum; & ibidem suum sudarium offerret. Et incontinenti, facto voto, respiravit, & ipsa die taliter reconvaluit, quod surrexit de lecto & ambulavit per domum; & tamen fuerat deducta usque ad ultimum punctum debilitatis.

doloris renium,

CCLXII. Item quod Nichosa, uxor Hieronymi Zenobii, de Florentia, Avenione commorans, patiens quosdam dolores gravissimos in renibus, qui adeo opprimebant eamdem, quod quasi impotens effecta, de loco ad locum non poterat se movere; sub spe reconvalescendi emisit votum ad d. D. Cardinalem, quod ipsius cum certo voto visitaret sepulcrum, & confestim reconvalescens surrexit à lecto, perrexitque per domum, & in crastinum corporalibus recuperatis virtutibus, sicut promiserat; visitavit sepulcrum.

F

sterilitatis

CCLXIII. Item quod eadem Nichosa, agnoscens tantam gratiam sibi factam, de ulteriori adjutorio ipsius D. Cardinalis confisa, iterato promisit certum votum ad ejus sepulcrum offerre, si tantam gratiam à Deo valeret impetrare, quod ipsa, quæ fuerat sterilis per totum tempus suum, concipere & partum posset habere. Post quod quidem votum infra prædictum tempus, sensit se inprægnatam; & partum habuit meritis & precibus d. D. Cardinalis.

EX MSS. AVENION.

CAPUT IX.

Prædictorum Conclusio ex miraculorum fide, Principum votis & donariis, & famâ publica.

Miracula à notario conscripta,

ITem quod ad recipiendum, audiendum, & in scriptis fideliter redigendum omnia & singula jam dicta miracula, & quæcumque alia, fuit dispositus & ordinatus ex parte Domini nostri Papæ, & ejus speciali mandato, discretus vir magister Joannes Regis, Apostolica & Imperiali authoritate, curiæque Cameræ Apostolicæ notarius, & magister Pontius de Ponte, notarius ejusdem curiæ Cameræ, & ita fuit & est verum publicè & notoriè.

in registrum relata,

CCLXVII. Item quod idem magister Joannes miracula, de quibus superius, & prout est articulatum, recepit & registravit, & quam plures testes super ipsis examinavit. Et ita fuit & est verum. E

fidem plenam debent facere,

CCLXVIII. Item quod tam ejus relatio, quam registrum, sive scriptura; facit, facere consuevit, & facere debet plenam fidem, tam in judicio, quam extra. Et ita fuit & est verum palam, publicè & notoriè.

CCLIX. Item quod quodlibet prædictorum miraculorum fuit factum ac concessum in vera, orthodoxa & Catholica fide, ex parte causæ & effectûs; & ad ipsius fidei corroborationem & augmentum. Et ita fuit & est verum, publicum, notorium & manifestum.

tamquam divinitus patrata,

CCLXX. Item quod quodlibet præmissorum miraculorum factum extitit à Deo, & à Deo provenit; prout ex ipsorum recitatione apparere potest cuilibet intuenti tam in modo, forma, causa; quam in effectu. Et ita fuit & est verum palam publicè & notoriè.

intervenientе B. Petro,

CCLXXI. Item quod quodlibet dictorum miraculorum factum fuit & impetratum per preces & merita d. D. Cardinalis, prout in recitatione articulorum apparet liquidius, maximè in illis, in quibus ista verba apponuntur; si potestatem habes cum Deo & sancta Trinitate, vel similia. Et ita fuit & est verum. F

in vera caritate.

CCLXXII. Item quod quodlibet miraculorum dictorum, fuit factum & impetratum in vera & sincera caritate, tam in parte illorum, in quorum personis fuerunt facta miracula, quam ex parte d. D. Cardinalis. Et ita fuit & verum est & notorium

Manifesta sunt,

CCLXXIII. Item quod quodlibet dictorum miraculorum est adeò notabile, evidens, & manifestum, quod ex quolibet ipsorum potest & debet rationabiliter & de jure concludi, dictum Dominum Cardinalem esse verum amicum Dei, & ideo tamquam ab omni peccato præservatum, in cælestibus cum Domino gloriari. Et ita fuit & est verum; & ita tenetur palam publicè & notoriè.

multa ac diversa,

CCLXXIV. Item quod in multitudine & diversitate miraculorum adeo coruscavit, quod sufficit de jure, sufficeréque debet, & sufficere consuevit de more, usu, & consuetudine, & observantiâ per sacrosanctam Roma-

A *Gangræna,* CCLXIV. Item quod Raymundus Martini, loci de Bulhone, Avenionensis diœcesis laborator, quemdam puerum suum, nomine Pauletum, ætatis quatuordecim mensium (qui cancrum patiebatur in ore, adeo quod per spatium octo dierum cum magna difficultate cibis sumptis parcissimis, ad mortis devenerat articulum) dicto D. Cardinali devovit, promittens cum certo voto ceræ ejus visitare sepulcrum: & confestim incepit meliorari. Itaque infra duos dies fuit restitutus plenissimæ sanitati.

impotentiæ gressûs. CCLXV. Item quod Joannes de Albenacio de Carpentoracte, qui patiebatur & passus fuit per duos annos quamdam infirmitatem, quâ curari non potuit, licet per plures bonos & solennes medicos, qui totum posse suum fecerant, de eum curando, fuerit visitatus; imo erat adeo impotens, quod vix etiam cum sustentatione baculi poterat incedere modicum. Post mortem dicti D. Cardinalis, auditâ famâ ipsius & vitâ sanctâ, quam duxerat, & quomodo vigiliis & jejuniis semper insistens utebatur cilicio & chordâ, super nudam carnem immediatè positâ, & quomodo pompas B abominans, in vita easdem devitando causâ humilitatis, inter pauperes suam elegerat sepulturam, existens in Villanova in die sepulturæ suæ, iter arripuit causâ suum visitandi sepulcrum, cum baculo suo cum maxima pœna venit ad suum sepulcrum, ibidemque stando genibus flexis, oravit ut sequitur: O dignitas virginalis, te humiliter rogo, quod si es in paradiso, roges Deum, quod me liberet ab ista infirmitate, quâ tentus sum; & ego tibi promitto, quod annuatim in die tui obitus faciam celebrari unam Missam; & demum super dictum sepulcrum dixit septies septem psalmos pœnitentiales, & una cum baculo reversus est ad domum. Altera vero die cum magna pœna reversus ad dictum sepulcrum, oravit, eumdem sermonem dicens. Dum verò sic oraret, quidam penitus ignotus sibi, abstulit baculum suum, & posuit illum longe ab ipso, nec ipsum sibi restituere voluit; & sic cum magna pœna ivit ipsum quæsitum; & iterato reversus est ad sepulcrum: ubi ipso, ut præmittitur, orante, iterato baculus suus eidem C amotus est; propter quod, cum vellet ipsum ire quæsitum, & surrexisset, reperit se taliter curatum, quod baculo non indigebat: & sic sine baculo reversus est ad Novamvillam sanus & hilaris, meritis & precibus dicti D. Cardinalis.

ANNOTATA.

a *Per* quaretatam lapidum *puto intelligenda rudera lapidum quadrata, desumpta derivatione à Gallico* quarré, quadratus.

b *Id est* fructis, *à Gallico* piece.

c Botellus, *botulus*, *Tertulliano* intestinum, *interaneum, ut ait Cangius. Italis* budello. Budellus *hîc sumitur in eadem notione.*

d Paneterius *est* pistor. *Ita etiam nominabantur officiales domestici, qui mensæ panem, mappas ac manutergia subministrabant. Et hac ultima notione videtur hîc accipienda ista vox.*

e *Gallicè* bourdon, *id est oblongo baculo, qualem peregrinantes non rarò adhibere solent.*

EX MSS. AVENION.

nam Eccleſiam, approbatis ad canonizationem & elevationem alicujus Sancti. Et ita fuit & eſt verum.

ſufficientia ad canonizationem.

CCLXXV. Item quod per tantum tempus dicta miracula continuavit, quod ſimiliter ſufficit, & de jure ſufficere debet, & conſuevit de conſuetudine Eccleſiæ Romanæ præmiſſâ, ad aliquem Sanctum canonizandum & Sanctorum catalogo adſcribendum. Et ita fuit & eſt verum notoriè & manifeſtum.

Accedit opinio vulgi,

CCLXXVI. Item quod omnes Chriſti fideles, quotquot ſunt, & cujuſcumque ſint præeminentiæ ſtatûs, aut conditionis, credunt eſſe verum amicum Dei, & tamquam ſanctum canonizari debere. Et ita eſt verum, publicum, notorium, & manifeſtum.

canonizationem poſtulant Rex Galliæ,

CCLXXVII. Item quod in ſpeciali Chriſtaniſſimus Rex Francorum (cujus non eſt memoria, imo nec fuit, Dominum permiſiſſe ipſum aut domum ſuam aliquando in errorem labi) per procuratorem ſuum ſpecialiter ad hoc conſtitutum, de præmiſſis omnibus & ſingulis informatus, dictam inſtantiſſimè requiſivit canonizationem.

B

Capitulum

CCLXXVIII. Item quod Decanus, & Capitulum eccleſiæ Pariſienſis, ad memoriam reducentes, quæ priùs in dicto Domino Cardinali fide didicerant oculatâ, dictam canonizationem ſimiliter duxerunt expoſtulandam, & eamdem inſtantiſſimè poſtulaverunt.

& Academia Pariſienſis.

CCLXXIX. Item quod in generali conſiſtorio Domini Noſtri Papæ, trina vice, & quarta ex abundanti, nominibus, quibus ſupra, prout præmittitur; nec non nomine Univerſitatis ſtudii Pariſienſis, & omnium Chriſti fidelium fuit petita canonizatio ſupradicta. Et quamvis ex omnibus mundi partibus, quibus colitur orthodoxa fides, multi præſentes adeſſent, quibus licitum erat contradicere, nullatenus tamen eſt auditum, quod aliquis diſſenſerit; ſed omnes pariter inſtinctu divino commoniti, conſenſerunt.

CCLXXX. Item quod præmiſſa omnia, & ſingula, ſunt vera, notoria, publica, evidentia, manifeſta, & adeo famata, quod non poſſunt aliqua tergiverſatione celari.

Canonizatio expedienda probatur,

C

CCLXXXI. Item quod hujuſmodi cauſa eſt merè ſpiritualis atque piiſſima, & in qua conſtitutos jurium rigores obſervare non debetis, ſed omni dilatione repulſa; quam breviùs & utiliùs fieri poterit, in eâ ſummariè & de plano, abſque figura & ſtrepitu judicii, ſolâ compertâ veritate, procedere debetis, in ſinceræ & Catholicæ fidei ſimplicitate.

ex variis variorum votis ac donariis, a

CCLXXXII. Item quod Illuſtriſſimus Rex Francorum, unum votum cereum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam; nec non Rex Aragonum unum cereum; Regina Siciliæ ornamenta eccleſiaſtica, & alia jocalia *a* pretioſa; Dux Britanniæ unam tibiam de argento deauratam cum duobus pannis, auro contextis. Duciſſa Bituriæ duos pannos ſimiliter auro contextos; Comes . . . . imaginem argenteam ſive repræſentationem cujuſdam filii ſui; Comes ſancti Pauli certas lampades argenteas; Comes Valentinienſis duas magnas torchias magnæ quantitatis; Dominus de Couciaco unam crucem argenteam deauratam; Domina de Couciaco ejus uxor quædam ornamenta eccleſiaſtica, auro contexta; armis eorumdem diverſimodè depictis; aliique quam plures, Principes, Barones, & nobiles milites, Burgenſes, & quaſi infiniti populares omnis utriuſque ſexus, quaſi innumerabilium repræſentationum imagines, pro beneficiis & ſingularibus donis, quæ confeſſi fuerunt, prout & adhuc fatentur, à dicto Domino Cardinali miraculoſe recepiſſe ad tumulum ipſius Domini Cardinalis, cum quantâ potuerunt devotione cordis obtulerunt; adeo & in tantum, quod oblationes, ad ejus prædictum tumulum oblatæ, aſcendunt & aſcendere poſſunt uſque ad valorem quinque millium florenorum. Et ita fuit & eſt verum, manifeſtum & notorium. D

publica eorum notitia,

CCLXXXIII. Item quod miracula, de quibus ſuperius eſt articulatum, & alia quam plurima facta fuerunt, videntibus, ſcientibus & ignorare non valentibus, ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino noſtro, Domino Clemente Papa prædicto, Dominis ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero vos, Reverendiſſimi Patres, & Domini Commiſſarii ſupra dicti exiſtentes, prædictorum miraculorum ignorantiam prætendere non poteſtis: imò tamquam legitimè informati de præmiſſis omnibus & ſingulis, tam ex relatu Reverendorum Patrum, Epiſcoporum, Abbatum, Prælatorum, aliorumque virorum eccleſiaſticorum: nec non Principum, *& famâ,* Baronum, & aliorum virorum proborum & nobilium, unà cum fama publica proclamante; quam per ea quæ fide didiciſtis oculata; aliis probationibus non exactis, tamquam de eis, quæ Domino noſtro Papæ, vobis, & aliis degentibus in curia quibuſcumque, notoria conſiſtunt; poteſtis & debetis concludere & referre Domino noſtro Papæ prædicto, dictum D. Cardinalem fore canonizandum. E

Procuratoris ad cauſam canonizationis

CCLXXXIV. Prædicta autem, ut ſuperius præmiſſum eſt, dat & producit idem Guilielmus, miſeratione divina Epiſcopus Vivarienſis, procurator prædictus in omnibus, quibus ſupra, omni eo vitæ modo & forma, quibus meliùs & utiliùs poteſt & debet, ſalvo ſibi jure addendi, minuendi, corrigendi, declarandi, interpretandi, & reformandi in præmiſſis & quolibet præmiſſorum, ac alios de novo dandi, non aſtringens ſe ad probandum omnia & ſingula ſupradicta; ſed ea de prædictis & etiam alia, quæ ſunt, & eſſe poſſunt neceſſaria & utilia ad probandum canonizationem Sancti ſupradicti, dicens & proteſtans, quod, ſi aliqua dixiſſet vel propoſuiſſet in prædictis vel aliquo præmiſſorum, quæ ſibi eſſent invicem contraria, vel præſenti negotio impertinentia, vel quoquomodo inutilia, ad obtinendum canonizationem ſancti Petri de Luxembembourg, Cardinalis præfati, illud & illa, tamquam de errore dictum, & dicta, propoſitum & propoſita; ex nunc revocat, & vult pro non dicto & non propoſito, & pro non popoſitis & non dictis haberi; cum ſit ipſius procuratoris firma intentio, proponere & probare vitæ ſanctitatem, & converſationes atque miracula ſancti Petri Cardinalis ſæpe fati, & nihil credat vel ſciat de dicto ſancto Cardinali niſi puram ſanctitatem, & perfectionis opera & miracula, quæ idem ſanctus, Domino concedente, peregit. Proteſtans etiam idem Procurator, nominibus, quibus ſupra, ſe velle inducere plures articulos coram vobis, Dominis commiſſariis, ſeu coram duobus veſtrum F

A ſtrum ſuper vita & converſatione ſancti Petri Cardinalis memorati, prout ſi & quando ad utilitatem præſentis negotii ſibi videbitur expedire.

concluſio. CCLXXXV. Quare petit Procurator, ſollicitator, & proſecutor præfatus, nominibus quibus ſupra, poſt reverendiſſimarum paternitatum veſtrarum relationes fide dignas & fideles, dante Domino, ſuper præmiſſas dicto Domino noſtro Papæ faciendas; & eis mediantibus, per dictum Dominum noſtrum Papam pronuntiari, & declarari, & decerni præfatum recolendæ memoriæ Dominum Petrum de Luxembourg, canonizandum fore & canonizari; & in ſanctorum catalogo adſcribendum fore & aſcribi; & per univerſos Chriſti fideles, & ab omnibus Chriſti fidelibus ut* ſanctum fore & coli debere, hîc & ubique terrarum ipſius feſtum, die per Dominum noſtrum Papam aſſignandâ, ſingulis annis in perpetuum ſolennizandum fore & ſolennizari debere; & alia in præmiſſis & circa præmiſſa conjunctim & diviſim fieri, ſtatui & ordinari, prout in talibus eſt fieri conſuetum.

B ANNOTATA.

a Jocalia, *monilia, gemmæ, & cetera id genus pretioſa, Gallice* joyaux.

CAPUT X.

Depoſitiones teſtium ſuper nonnullis prægreſſis articulis; aliiſque miraculis B. Petri.

Teſtium depoſitiones ſuper articulo 201, TEſtis 1 (*cujus, ſicut etiam aliorum proximè ſecuturorum notas characteriſticas conſignavimus ſupra, parte* 2, *cap.* 1) Teſtis, *inquam*, 1, ſuper CCI articulo, qui incipit: Item quod nobilis Arnaudus de Plauzolis, &c. reſpondit, & teſtatus eſt, expoſitum in d. articulo, eſſe verum.

curatâ herniâ, 189 Teſtis II interrogatus, ad quid huc venit; dixit, quod venit ad locum iſtum, tamquam peregrinus, ad viſitandum ſepulcrum d. D. Petri Card., & ad reddendum ei votum, prout promiſerat: dixit enim, quod ipſe patiebatur juxta inguinem taliter, quod inteſtina deſcendebant ad burſam, adeo quod, dum laborabat vel ibat, burſa efficiebatur valde groſſa; & dum jacebat, advertebatur, quod burſa non erat inflata; & ſic per ſpatium trium annorum, illam infirmitatem deſcendendo vel aſcendendo habuit, taliter, quod medici ipſum volebant ſcindere: & poſtmodum, audiens miracula d. D. Petri, ivit ad eccleſiam parochialem S. Andreæ d. loci, & ibidem emiſit votum per iſta verba: Ego recommendo me Deo, B. Mariæ Virgini, S. Andreæ, & S. Cardinali: quod ſi liberent me ab iſta infirmitate, viſitare ſepulcrum ſuum, offerendo unum torticium ponderis unius libræ ceræ, & quamdiu fuero in via, pro viſitando d. ſepulcrum, non comedam niſi ſemel in die. Quo voto emiſſo, ſenſit ſe curatum; nec ex poſt ſenſit dolorem, ſalvo, quod bina vice modicum ſenſit præcedentes dolores, & nunc eſt omnino curatus. Interrogatus, quando emiſit votum? Dixit, quod eſt annus. Interrogatus, quare tantùm omiſit venire? Dixit quod occupatus aliis negotiis. Interrogatus, ſi ſibi videtur, quod fuit curatus ad interceſſionem B. Andreæ, vel D. Petri Card.? Dixit quod precibus d. D. Card. credit ſe eſſe ſanatum. EX MSS. AVENION.

liberatione à ſubmerſione, 190 Teſtis III dixit, quod die Mercurii, proximè lapſâ, contigit, quod tranſibat aquam de Gardona *a*, armatus unâ tunica ferreâ, & ipſe unà cum equo cecidit ad fundum aquæ; ubi ſtetit per aliquod tempus, tenendo equum ſuum per bridam *b*, & ſe movere non poterat, & vovit ſe [iturum] ad d. D. Card. Et emiſſo voto, viſum fuit ſibi, quod unus ſuſcepit ipſum, multum leniter per corpus, & duxit ipſum extra aquam.

confirmatâ alterius teſtis oculati teſtimonio, 191 Teſtis IV *Super proximè præcedenti miraculo* dixit, quod ipſe vidit & præſens erat, quando d. nobilis Balduinus, teſtis ſupra nominatus, cecidit in d. aqua de Gardona, armatus unâ tunica ferreâ, & quod ipſe, unà cum equo ſuo cecidit ad fundum d. aquæ, ubi ſtetit per aliquod tempus, tenendo equum per bridam, & tunc ſe movere non poterat, &c. quæ expoſuit d. Balduinus in depoſitione ſupradicta.

E *ſanato oculo;* 192 Teſtis V dixit, quod eſt annus vel circa quod contigit, quod uxor ſua Margareta, habens puerum maſculum, ætatis unius anni, qui à caſu habuit maculam in oculo dextro, quam maculam portavit quaſi per decem dies vel circa, nec potuit ipſe loquens reperire remedium à medicis & ſpecialiter à magiſtro Giraldo de Cumba, de Lugduno, medico & Chirurgico; qui quidem medicus, viſo puero, truffando *c* dixit: Permittatis ipſum vivere uſque ad novem annos, & tunc ipſum curabo; quia nimis eſt tener; & per hoc intellexerunt parentes, quod erat morbus incurabilis, licet quæſiverint remedia, & exhibuerint puerum medicis; tamen d. mater d. filium ſuum coram imagine, depicta in honorem d. D. Petri in capella domûs ſuæ, ſubito portavit, & votum emiſit Deo & præfato D. Petro, quod, ſi curaret filium ſuum, ipſius viſitaret ſepulcrum. Quo voto emiſſo portavit filium ſuum ad lectum, ubi aliquantulum dormivit: & dum evigilavit, puer totaliter fuit curatus, ita quod videbat & adhuc videt de oculo illo debili, ſecundùm quod de alio: nec apparuit ex tunc illa macula. F

ſuper contentis in articulo 106, 193 Teſtis VI ſuper CVI dixit, miraculum expoſitum in d. articulo eſſe verum, cum omnibus circumſtantiis; ibidem expreſſis.

194 Teſtis VII ſuper CVI dd. articulorum articulo, & contentis in eo, dumtaxat dixit, & concordat cum depoſitione per Joannam ſupradictam, uxorem ſuam.

ſiccitate membrorum, 195 Teſtis VIII dixit, quod ipſe patiebatur anno præterito circa medium Quadrageſimæ, in tantum, quod non poterat ponere ſupra caput ſuum caputium, nec ſe induere, nec panem ſcindere, nec aliqua opera facere, nec poterat uti de officio ſuo ſartoriæ; & quod ipſe diminuebatur per omnia membra corporis ſui, quaſi difficcando; & de conſilio medicorum ivit ad balnea S. Laurentii de Balneis, Vivarienſis diœceſis, & ad ſtuffas *d*, nec potuit curari. *d* Tandem rediens ad hoſpitium proprium, fuit in cura medicorum, uſque ad feſtum Pentecoſtes; & cum videret, quod propter hoc, nullo modo curaretur, emiſit votum ad Deum, & d. ſanctum Cardinalem, dicendo, quod viſitaret ſepulcrum d. D. Cardinalis, ſi ſani-

EX MSS. AVENION.

tatem recuperaret; & dixit, quod poſt votum emiſſum per paucos dies, incepit convaleſcere, & demum ad plenum convaluit infra ſpatium duorum menſium, taliter, quod potuit panem ſuum lucrari. Antea verò dixerant ſibi medici, quod nullo modo per artem medicorum poterat curari. Interrogatus fuit iſte teſtis, ſi credit, quod ad preces d. D. Cardinalis ſit curatus? Dixit, quod ſic. Interrogatus, ſi ſit plenè curatus, ſecundùm quod erat ante infirmitatem? Dixit, quod ſic. Interrogatus, quare tantum tardavit venire ad explendum votum, cum ſit curatus à magno tempore circa? Dixit, quod non habebat, unde veniret, imo in tantum lucratus fuit.

incurabili plaga.

196 Teſtis IX ſuper inferius deſcriptis dixit, quod in Quadrageſima proximè præterita, & circa medium Quadrageſimæ, ipſe loquens erat in conflictu, ante caſtrum ſancti Hermetis ſupra Neapolim; ipſe loquens fuit vulneratus in capite per unum baliſterium, exeuntem infra dictum caſtrum; & cum tenebat baliſtam de torno, vel de lena, expoſuit unum veratonum per caput ipſius loquentis, ita fortem, quod tranſivit galeam ſive bacinetum ferri, & intravit in capite à parte retro, in tantum, quod veniebat uſque ad oculum dextrum ante; & recepto ictu equitavit per ſpatium unius milliaris; & tunc credidit cadere de equo; ſed fuit ſuſtentatus per ſocios ſuos & ductus ad domum. Dum eſſet in viâ veniendo Neapolim ad hoſpitium ſuum; quidam ſocius ſuus Gallicus dixit ipſi loquenti, quod devoveret ſe ſancto Cardinali, qui faciebat miracula in Avenione. Quo audito, ipſe loquens emiſit votum. Interrogatus de verbis voti? Dixit quod ſic: quod ſi ipſe loquens evaderet de illa infirmitate, quod viſitaret ejus ſepulcrum, & offerret equum & unum hominem armatum de cera ad formam, ſecundùm quod ipſe loquens tunc erat. Quo facto, ipſe loquens venit ad hoſpitium ſuum, & venerunt quatuor medici, videlicet magiſtri, Joannot, Laurentius, Segrinus & Paulus, chirurgici Neapoli; & illi medici eodem ſero amoverunt veratonum de capite ſuo; deinde infra quadraginta ſeptem dies dictus loquens fuit curatus: quamvis antea per dictos medicos judicata fuerit dicta infirmitas incurabilis, & ipſum infra paucos dies moriturum, & voluit dictis medicis dare ducentos ducatos, ut eum reciperent ſub periculo eorum; quod facere recuſarunt; imo dicebant Domino Ludovico de Montegaudio, Mareſchallo Domini noſtri Papæ, quod nullo modo curaretur. Interrogatus, ſi credit, quod propter preces dicti Domini Cardinalis fuerit curatus; Dixit quod ſic; & ideo venit ad iſtam civitatem pro complendo votum ſuum. Interrogatus de præſentibus? Dixit, quod hoc ſcit Mareſchallus Domini noſtri Papæ, Comes caſtri, & quidam capitaneus, vocatus Pinſart & ceteri homines armorum de ſocietate Domini Mareſchalli prædicti.

Confirmatio miraculi præcedentis.

197 Teſtis X interrogatus ſuper iis, ſuper quibus fuerat interrogatus teſtis præcedens, dixit ſe tantùm ſcire, videlicet, quod in Quadrageſima proximè præterita, ultra medium Quadrageſimæ, cum dictus magiſter ſuus, unà cum aliis armatus, miſſi ad currendum contra caſtrum ſancti Hermetis ſupra Neapolim, illa die circa horam tardam, ipſe loquens vidit dictum magiſtrum venientem, equeſtrem cum aliis juvantibus ipſum, portantem veratonum in capite ſuo, de quo fuerat percuſſus, per aliquem de caſtro, ut dicebat, & per alios dicebatur: & poſtmodum venerunt quatuor medici, quos nominat magiſter ſuus ſupra in ſua depoſitione, & illamet nocte amoverunt ſibi veratonum de capite, teſte præſente, & fregerunt ſibi pellem in modum crucis, & poſuerunt emplaſtrum de albedine ovorum, & fuit in lecto ſive camera bene per quadraginta dies & ultra, & medici viſitabant ipſum ſingulis diebus una vice in die ponendo medicinas. Interrogatus ſi dicti medici judicabant dictum magiſtrum ſuum habere infirmitatem incurabilem? Dixit quod ſic; & ita dicebant dicto Domino Mareſchallo. Interrogatus ſi ſcit quod emiſit votum? Dixit quod audivit à ſociis dicti magiſtri ſui, quod ſic; ſed quando emiſit votum, non erat præſens.

Impotentia membrorum curata.

198 Teſtis XI ſuper CLVI articulo dd. articulorum, & contentis in eo; qui ſic incipit: Item quod frater Joannes Heliæ, præceptor domûs de Agulliâ, ordinis ſancti Antonii, Aquenſis diœceſis, factus quaſi impotens de toto corpore, &c. Dixit & affirmavit, contenta in ipſo articulo fore vera, ſalvo, quod, ubi dicitur, quod infra triduum fuit reſtitutus ſanitati. Dixit, quod imo ſtatim votò emiſſo, ſenſit ſe ab illa impotentia, & debilitate liberatum, ita quod cum pedibus, & ſine baculo, & juvamine alicujus deſcendit viginti gradus capellæ hoſpitalis ſancti Antonii; quod tamen aſcendere vel deſcendere non poterat ſine adjutorio unius hominis & baculi. *Eódem ſpectant duæ ſequentes depoſitiones.*

Iterata,

199 Teſtis XII examinata non ſuper articulis, in hujuſmodi cauſa datis & productis, ſed ſuper miraculo, facto fratri Joanni Heliæ, ordinis ſancti Antonii, Aquenſis diœceſis. Et primo interrogata & diligenter examinata, ſi cognoſcit dictum fratrem Joannem Heliæ, ordinis ſancti Antonii: dixit, quod ſunt ſex vel ſeptem anni, quod primo habuit notitiam ſuam, & fecit confirmari unam filiam ſuam nomine Joannam. Interrogata, ſi ſcit, quod dictus frater Joannes afferret baculum ſive croſſam? Dixit, quod quando dictus frater de ſancto Antonio, venit ad hoſpitandum ad hoſpitium ipſius loquentis & dimiſerat croſſam in barchâ ſive navi, in qua venerat ita quod illo ſeromet miſit quæſitum dictam croſſam, & in craſtinum de mane dictus frater Joannes portavit ad ſepulcrum dicti Domini Cardinalis. Interrogata, ſi ſcit, quod dictus frater habuit infirmitatem in civitate Avenionenſi? Dixit, quod bene eſt annus cum dimidio elapſus, quod ipſe patiebatur magnam infirmitatem in tibiâ ſuâ dextrâ, quam habebat valde groſſam & rubicundam, adeo ut, dixit, quod non poterat ſurgere de lecto, nec poterat pati nec ſuſtinere, quod rauba eſſet ſuper dictam tibiam, & ipſe loquens dixit dicto fratri Joanni quod emitteret votum ad dictum D. Cardinalem, ut curaretur. Ipſe vero frater Joannes reſpondit, per fidem veſtram emittatis voſmet votum pro me. Quod & ipſa loquens fecit: dicens; Ego rogo Deum & beatam Virginem, ac ſanctum Cardinalem, quod ſi curet vos ab iſta

A ista infirmitate, ego faciam novenam, & portabo unam tibiam ceræ, ponderis unius quarteronis *f*, sed postea dictus frater Joannes portavit unam tibiam ponderis unius libræ. Interrogata si dictus frater fuit curatus. Dixit quod sic; quod postquam ipsa loquens incepit facere novenam, triduo lapso, dictus frater Joannes incepit convalescere; quod dicta tibia non fuit ita grossa nec rubicunda sicut antea erat. Item Interrogata quomodo scit? Dixit quod dictus frater Joannes infirmabatur in domo ipsius loquentis, & singulis diebus videbat dictam tibiam. Interrogata si adhibebatur aliqua medicina? Dixit quod non. Interrogata si, durante novena, dictus frater Joannes surgebat de lecto? Dixit quod sic, ambulando per domum, & eundo ad Ecclesiam sancti Antonii; & in capite novenæ omnino dictus frater Joannes fuit curatus.

f

super eodem miraculo testimonia.

200 Testis XIII super eodem articulo CLVI, & contentis in eo, dixit se tantùm scire, videlicet, quod ipse loquens moratus fuit cum dicto fratre Joanne, in loco sancti Antonii Viennensis diœcesis, per tres annos vel circa, & vidit eum infirmum de tibiis & toto corpore taliter, quod non poterat ire sine crossa & juvamine ipsius loquentis, & cujusdam vocati Fernandi, per duos menses & ultra: & accidit quadam die dum Missam celebraverat ad altare hospitalis sancti Antonii, ipse frater Joannes sine baculo & juvamine descendit gradarium ipsius hospitalis, & ipse loquens portavit baculum ad domum. Interrogatus, si erat multum altum gradarium? Dixit, quod videtur sibi, quod erant viginti gradus & ultra. Iterrogatus quomodo scit, quod propter preces dicti Domini Cardinalis fuerit curatus; dixit quod ita audivit dici à dicto fratre Joanne, qui recitavit fratribus, quod sanctus Cardinalis fecerat sibi gratiam, quod erat de infirmitate, quam pro tunc patiebatur, curatus.

B

Depositiones de infante à submersione liberato,

201 Testis XIV interrogatus super CXXIII dd. articulorum articulo, & contentis in eo, qui sic incipit: Item quod eodem anno de mense Decembris accidit, quod Domino Joanne Martini, rectore parochialis sancti Genesii, præsentis civitatis, &c. Dixit se tantùm scire de contentis in d. articulo, videlicet, quod verum est, quod in vigilia sanctæ Luciæ proximè lapsa, fuerunt duo anni elapsi quod ipse loquens unà cum Richardo, in articulo nominato, venerunt ad spatiandum supra pontem: & dum essent supra pontem prope capellam sancti Nicolai, chorda cujusdam navigii elevavit in altum bene per duodecim palmas dictum Richardum, ipsumque projecit in aquam Rhodani, & ipse loquens valde fuit turbatus; & respexit in aqua, credens dictum puerum esse submersum, & tunc vidit puerum elevatum & apparentem super aquam, & tunc ipse loquens emisit votum ad sanctum Cardinalem, quod si liberaret eum à submersione, daret sibi decem libras ceræ. Et post pausam venit navigium, quod portabat lapides, cujus chorda ipsum levaverat, & in aquam projecerat, & unus homo, qui in dicto navigio erat, monstravit puero unum baculum, sive gaf, & extraxit eum ad navigium. Interrogatus si puer potaverat de aqua? Respondit quod puer dixit quod non. Interrogatus, quanto tempore dictus puer fuit in aqua? Dixit quod psalmus Miserere mei bis fuisset dictus, ut sibi videtur. Interrogatus si dictus puer erat indutus de brevibus vestibus vel longis? Dixit quod de mediocribus usque ad mediam tibiam. Interrogatus si sciebat natare? Dixit quod non, quod ipse sciat, sed videbat, quod puer manus movebat & palpitabat super aquam.

C

EX MSS. AVENION.

hydropē;

202 Testis XV interrogata non super articulis, in hujusmodi causa datis, & productis, sed super miraculo, inferiùs per ipsum exposito & declarato, dixit, quod anno proximè elapso, videlicet die Jovis ante festum Pentecostes, cum ipsa loquens esset infirma, & fuisset per duos annos & ultra, de infirmitate, hydropisi nominata, ut medici dicebant: in tantum, quod valde esset grossa & inflata in corpore, tibiis, & brachiis; & videns, quod non poterat curari per medicos, emisit votum ad sanctum Cardinalem dicens: Quod si Deus & sanctus Cardinalis præstarent sibi sanitatem de illa infirmitate, ipsa veniret ad suum sepulcrum, cum imagine XVI librarum ceræ, & numquam ascenderet equum, donec dictum viagium *g* arriperet: quo voto emisso, stetit sic usque ad diem Sabbati, qua die fuit confessa & communicata, &, sumpto prandio, arripuit ipsam sudor, qui duravit sibi per triduum, infra quod fuit curata de inflatura, licet esset debilis. Interrogata si post votum emissum adhibuit medicinas? Dixit quod non. Interrogata si antea habuerat medicos? Dixit, quod sic, plures: videlicet medicos Domini Comitis, & Comitissæ Sabaudiæ, & plures alios, qui dimiserant eam pro derelicta & reputabant infirmitatem illam incurabilem. Dixit etiam dicta Domina, quod modo venit ad civitatem Avenionensem, ad solvendum & complendum votum suum; eo quod fuit curata per preces ipsius Domini Petri Cardinalis.

E

g

cum tumore ventris,

203 Testis XVI Interrogata non super articulis in hujusmodi causa datis & productis, sed super miraculo, facto Dominæ Bernardæ de Mediolano, dictæ Tarantasiensis diœcesis, & primo interrogata si cognoscit dictam Dominam Bernardam? Dixit, quod sic, & morata fuit cum ea per unum annum, & fuit cum ipsa per sex septimanas, vel circa, antequam esset curata: vidit medicos visitantes eam: tamen ipsa Domina dicebat, quod nihil proficiebant & ipsam dimiserant pro derelicta. Deinde dixit, quod fuit curata post emissum votum ad dictum Dominum Petrum Cardinalem, & ita dicta Domina dicebat.

F

ac morbo caduco fugatis.

204 Testis XVII non super articulis, in hujusmodi negotio datis & productis, sed super dictis & miraculis, inferius per ipsum expressis & declaratis, Dixit quod ipse loquens passus fuit infirmitatem in toto corpore suo, bene per duos annos cum dimidio tam fortem, quod non poterat ambulare sine duabus crossis: cum quibus eo modo, quo poterat, ibat ad quærendum eleemosinas, in civitate Valentia, & aliis locis vicinis. Item etiam dixit, quod fuit passus unam infirmitatem, quæ vocatur morbus caducus: & ut curaretur de dictis infirmitatibus venit peregrinus ad oratorium beatæ Mariæ de Sperantia Avenionis; deinde rediit ad partes suas minimè curatus, & postea audivit dici in dicto loco de Valentia, quod sanctus Cardinalis faciebat plura miracula Avenione, & tunc dictus loquens

hæc

EX MSS. AVENION.

hæc audiens emisit votum, ad dictum sanctum Cardinalem, & procuravit venire ad ejus sepulcrum. Interrogatus, per quæ verba emisit votum? Dixit: Domine sancte Cardinalis! supplico vobis, quod ego possim curari à meis infirmitatibus, & possim laborare, & facere opera mea, & lucrari panem meum; quod ego visitabo peregrinus sepulcrum tuum; & portabo sex libras ceræ, videlicet tres pro qualibet infirmitate. Deinde post biduum, dictus loquens intravit navigium Joannis de Jonas de Valentia, portando crossas suas; & venit Avenionem ad sepulcrum Cardinalis prædicti; & ibi fecit novenam suam; & infirmitas caduca tenuit ipsum potiùs solito, ut dicit: factâque dictâ novenâ, ipse loquens, rediens ad Valentiam, & ad terram suam, & cum fuit ad pontem Sorgiæ, ubi cubavit illa nocte, & in crastinum, sumpto prandio, transivit pontem, & transacto ponte sensit se aliqualiter alleviatum à dicta infirmitate, taliter, quod ire potuit cum una crossa, cum qua modicum se sustentabat: aliam vero crossam portabat subtus brachium. Et cum fuit in Auraicâ, venit ad hospitale, & dixit hospitalerio, quod curatus erat precibus dicti sancti Cardinalis; & curatus fuit paulatim, ita quod statim post Pascha, potuit lucrari panem suum, ducendo aratrum cum bobus. Interrogatus, si habuit medicos? Dixit quod non. Interrogatus, quando arripuit eum morbus caducus? Dixit, quod dum erat puer; & postmodum bene cessavit per novem annos, quod non habuit. Postea iteratò rediit sibi, ut dictum est.

B

captivo

205 Testis XVIII interrogatus, non super articulis, in hujusmodi causa superiùs datis & productis, sed super dictis & miraculis per ipsum inferius expressis; dixit, quod anno proximè præterito in Quadragesima; & circa medium ipsius Quadragesimæ, ipse loquens ibat de Avenione ad partes Gebennenses, unà cum Domino Guilielmo Bruneli, presbytero de Trusillis, Gebennensis diœcesis, & Petro Mareleti, ejusdem loci Sabbaterio, & tribus aliis hominibus: de quorum nominibus non recordatur, qui tendebant ad locum de Montemeliano, cum animalibus & mercantiis suis, & cum fuit in itinere publico prope villam sancti Ferreoli, Valentinensis diœcesis, invenit in via septem homines pedestres armatos, qui ipsum captivaverunt, & captum duxerunt in castrum sancti Ferreoli. Interrogatus, si ipse erat armatus? Dixit quod non. Interrogatus, si alii fuerunt capti? Dixit, quod sic, omnes, sed ille presbyter dixit, quod erat de gentibus Domini nostri Papæ, & quilibet de aliis, allegavit rationes suas: & omnes dimiserunt, excepto ipso loquente, dicentes, ipsum loquentem esse de gentibus Domini Raymundi de Turenia, quamvis ipse loquens diceret, quod erat de gentibus Gerardi Darto, capitanei Venaissini: in quo quidem castro tenuerunt ipsum incarceratum in turri per septem septimanas, & in compedibus ferreis, & per quindecim dies tenuerunt ipsum in compedibus ligneis una cum ferris.

C

capite periclitante,

Et dixit, quod una dierum accidit, quod custos carcerum dixit ipsi loquenti, quod die crastina suspenderetur per collum. Et tunc ipse loquens, credens & timens de morte, petiit sibi ministrari presbyterum ad confitendum, & paulo post fuit sibi presbyter adductus, cui fuit confessus, & postquam fuit reversus presbyter, dictus loquens incepit flere amarè; & flendo amarè, obdormivit, super bancam *h* appodiatus, & sedendo. Ita quod dormiendo venit sibi in visione, quod se devoveret ad sanctum Petrum Cardinalem, & paulo post evigilatus, ipse emisit votum ad sanctum Cardinalem, dicendo verba sequentia: Ego me recommendo Deo, beatæ Mariæ, sanctæ Catharinæ, & beato Petro de Luxembourg, qui me velint juvare; ita quod possim evadere manus istarum malarum gentium. Quod si faciant; ego promitto visitare sepulcrum dicti sancti Petri, & portare & offerre loricam ferream ponderis viginti librarum & abstinere à comestione carnium toto tempore vitæ meæ, & numquam caputium portare, singulis diebus Veneris jejunare, & totam Quadragesimam solo pane & aqua sine aliis cibariis uti.

D

h

Et post paulum obdormivit iteratò, & quasi per spatium unius horæ, ut sibi videtur. Et deinde evigilatus, ferros, quibus erat inferratus, à suis pedibus cecidisse invenit, absque eo quod nihil sensisset. Quo cognito, dictus loquens, gavisus, reddidit Deo gratias, & sancto Cardinali, & ivit circumeundo turrim, quærendo portam, quam invenit totaliter apertam. Iterrogatus, quâ horâ erat? Dixit quod parum ante mediam noctem, & tum ipse loquens ascendit super quemdam murum clausuræ castri, & cum fuit supra murum, ipse saltavit super rupem & nivem, quæ tunc erat ibi abundanter; & de rupe, quærendo passus hinc inde, per abrupta descendit ad pedem dictæ rupis, in quo loco est via publica, & exinde dictus loquens ambulavit per totam noctem, nesciens quo iret, sed in crastinum invenit se esse in loco de monasterio de Claromonte prope civitatem Gratianopolitanam ad quinque leucas. Deinde ivit Gratianopolim, ita quod in illa media nocte, prout sibi fuit dictum, bene ambulavit per spatium decem vel duodecim leucarum, & projecit caputium suum in aqua, volens incipere votum, & sic evasit manus illorum gratiâ Dei & beati Petri Cardinalis. Deinde ivit peregrinus ad sanctum Antonium, ad beatam Mariam Aniciensem, nunc verò venit Avenionem, persolvendo & implendo votum suum & offerendo dictam loricam seu tunicam ferream, quam tunc promisit, & obtulit. Interrogatus, quare promisit loricam? Dixit, quod ipse cogitavit, quod non posset portare ferros, & ideo promisit portare ferrum tanti ponderis, secundum quod erant ferri, videre suo, & prædictam promissionem fecit, reductus ad memoriam, quando sensit se liberatum à dictis ferris.

liberato,

E

F

vitata submersione,

206 Testis XIX interrogatus super articulo CXXIII, & contentis in eo, qui sic incipit: Item quod eodem anno de mense Decembris; accidit, quod Dominus Joannes Martini rector Parochialis ecclesiæ sancti Genesii præsentis civitatis, &c. Dixit, se recordari quod Dominus Joannes Martini, rector Parochialis ecclesiæ sancti Genesii Avenionensis, requisivit dictum loquentem; si vellet secum ire ad spatiandum supra pontem. Qui respondit, quod sic: Unde

A de ambo insimul iverunt ad spatiandum supra pontem Rhodani; & dum fuerunt supra pontem, & ipse loquens respiceret de bordatura pontis, aquam, quædam chorda, quâ trahebatur unum navigium, casu fortuito cepit dictum loquentem; qui in altum supra pontem tractus, cecidit in aquam Rhodani, & eodem casu usque ad fundum aquæ fuit: ita quod capite dixit se attigisse fundum, & postea sublevatus super aquam, manibus palpitabat, quousque quoddam navigium ad ipsum loquentem veniens, & tunc homines ejusdem navigii ipsum loquentem cum quodam hamo sive croco de aqua extraxerunt, ut sibi videtur: quem loquentem nautæ interrogaverunt, si malum sibi fecerat, nec aquam biberat; respondit quod non: sed dixit, se fleviſſe, quia perdiderat capucium suum. Interrogatus quanto tempore stetit in aqua? Dixit, quod ut sibi videtur, per mediam horam. Interrogatus si sciebat natare? Dixit quod non: licet in fontibus, in quo lavantur panni, aliquando tentaverit natare. Interrogatus, si ipsemet devovit se alicui Sancto? Respondit quod non: sed habuit in mente sanctum Cardinalem.

B

puero, 207 Testis xx examinatus super articulo CXXIII, & contentis in eo; dixit, quod bene sunt duo anni, ut sibi videtur, quod ipse loquens, & quidam alii ducebant unum navigium per aquam Rhodani, & ipse loquens erat intra navem, & vidit, quod unus puer cecidit de ponte in aquam, & ipse loquens venit cum navigio prope locum, ubi erat dictus puer, & cum uno baculo ferrato traxit dictum puerum ad navem. Interrogatus, qualiter puer stabat? Dixit, quod revolvebatur ad revolutionem aquæ, quia aqua facit in illo loco revolutiones. Interrogatus quantum distabat ipse loquens à puero? Dixit, quod per spatium duarum arcatarum pontis. Interrogatus si aqua erat profunda in illo loco; ubi puer cecidit? Dixit quod sic & ita profunda, secundum quod in aliquo loco Rhodani. Interrogatus si credit quod propter miraculum alicujus Sancti, dictus puer fuit liberatus? Dixit, quod sic; quia erat in loco periculoso, & credit quod nullus natator etiam nudus posset evadere. Interrogatus de nomine pueri? Dixit, quod nescit, sed quidam capellanus venit, qui dictum puerum portavit. Interrogatus cujus ætatis erat dictus puer? Dixit quod XII annorum vel circa, ut sibi videbatur.

C

à submersione, 208 Testis XXI super eodem CXXIII articulo & contentis in eo dixit, quod quondam semel ipse cum quibusdam aliis trahebat chordam cujusdam navigii in Rhodano exeuntis, onerati lapidibus: ipse vero erat supra pontem, & unus puer, cujus nomen ignorat, ætatis duodecim annorum, ut sibi videtur, posuit se ad bordaturam pontis; & de bordatura pontis dictus puer aquam respiciebat; & quamvis ipse loquens diceret dicto puero & aliis circumstantibus, quod recederent ab inde: interim venit chorda, subitò arripiens puerum, & in aquam projecit revolvendo; deinde dictus puer apparuit super aquam; & stabat ibi in una revolutione aquæ: & paulo post venit navigium, & unus homo qui erat in navigio, cum uno croco *i* ferreo recepit eum & posuit in navigio. Interrogatus si fuit factum votum? Dixit, quod audivit dici, quod quidam capellanus, qui ducebat dictum puerum, emiserat votum ad Deum & sanctum Cardinalem pro salvatione dicti pueri. Interrogatus si credit, quod dictus puer propter preces sancti Cardinalis fuerit ab illo periculo liberatus. Dixit, quod sic: quia credit quod de mille non evaderet unus.

i

EX MSS. AVENION.

209 Testis XXII interrogatus super jam sæpius prædicto articulo CXXIII & contentis in eo, dixit, quod bene sunt duo anni (de mense nec de die non recordatur) ipse loquens in ponte Avenionensi existens, dabat caput chordæ duobus hominibus existentibus in quodam navigio, lapidibus onerato, & vidit unum puerum existentem juxta bordaturam pontis, respicientem in aquâ; & subito supervenit funis sive chorda & projecit dictum puerum in aqua, qui quidem puer intravit & statim apparuit super aquam, & tunc unus capellanus, existens supra pontem, genibus flexis, oravit ad Corpus sanctum, vovens eum Corpori sancto, pro salvatione dicti pueri, & tunc, emisso voto dictus puer elevatus est supra aquam, & paulo post venit navigium, & unus existens in navigio, levavit ipsum de aqua, & posuit eum in navigio cum uno croco ferreo. Interrogatus si natabat dictus puer? Dixit quod palpitabat cum manibus supra aquam. Interrogatus si credit quod naturaliter, vel miraculose dictus puer evasit? Dixit quod credit quod miraculose: quia credit, attenta profunditate & distantia, & revolutione aquæ, quod nullus homo posset evadere quocumque modo. Interrogatus ad quem locum ivit puer dictus? Dixit quod nescit; nisi quod tunc unus capellanus eum portavit ad civitatem Avenionensem.

liberam.

E

Item de alio puero, 210 Testis XXIII interrogatus super CXX dd. articulorum articulo, qui sic incipit: Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII, de mense Aprilis, Bonifacius filius Stephani Colini argenterius &c.; Dixit, quod de mense Aprilis, proxime venientis, erunt duo anni, sed de die non recordatur, quod Bonifacius filius suus in articulo nominatus, passus fuit gravissimam infirmitatem & stetit per tres dies naturales, non comedens neque bibens: excepto quod ponebatur sibi cum pluma aqua zucarata in ore; quia tunc cochleari non poterat recipere. Ita quod ipse loquens emisit votum, & descendit de camera sua, & promisit sancto Petro Cardinali adducere dictum puerum cum una imagine, & cum uno tortitio quatuor librarum ceræ: & licet consueverat jejunare diebus Sabbati, tamen tunc voto se astrinxit, & vovit se jejunare perpetuis temporibus, quamdiu viveret, si præstaret dicto puero sanitatem. Deinde dixit quod, voto emisso, ascendit superius; & puer petiit sibi dari potum. Ipse vero loquens dedit sibi cum pluma de aquâ prædictâ, & post modicum intervallum venit ad os pueri unus vermis, quem puer cum manu & juvamine suorum parentum de ore suo extraxit, licet dictus puer fere per XV dies ante, manibus nec pedibus juvare se posset.

F

à gravissima infirmitate sanato. Interrogatus cujus longitudinis erat dictus vermis? Dixit, quod longitudinis unius palmi, & grossitudinis unius candelæ ceræ, valore unius patacii, & erat vermis niger & pilosus, & die sequenti sexdecim vermes minores, & alterius coloris, & tertia die post votum ipse loquens & mater duxerunt ad sepulcrum

EX MSS. AVENICN.

dicti Domini Cardinalis dictum puerum : ita quod puer eundo & redeundo pedibus ſuis ambulavit : nec voluit pati, quod pater ejus portaret eum : ſed ipſe puer portavit imaginem de loco ſpeciariæ uſque ad ſepulcrum dicti D. Cardinalis. Interrogatus ſi habebat oculos verſos ? Dixit quod ſic, & fœtebat ſicut terra humida ; & rigidus in membris erat, & reputabant eum mortuum. Interrogatus quanto tempore fuit rigidus & frigidus ? Dixit, quod ab hora Veſperarum uſque ad primum ſomnum, bene per quatuor horas. Interrogatus ſi durantibus illis quatuor horis, dictus per anhelitum emittebat ? Dixit quod non ; imo ipſe loquens poſuit pluribus vicibus candelam accenſam ad os pueri ; ita quod nihil movebatur. Interrogatus ſi puer tenebat os clauſum ? dixit quod ſic. Interrogatus ſi antequam pater poneret candelam accenſam ad os dicti pueri, ipſe loquens emiſiſſet votum ? Dixit quod ſic ; & mater pueri clamavit fortiter ; dicendo, modo video puerum mortuum, & fortiter interim clamavit genibus
B flexis, dicendo ; Sancte Cardinalis, modo video, quod nullam habes poteſtatem : tamen requiro te, quod, ſi habes poteſtatem cum Deo, in hac hora præſerves & reſtituas mihi filium, puerum meum. Ad quod incontinenti puer incepit ſe movere, & dixit matri, detis mihi ad potandum, quod & fecit.

Vulneratus

211 Teſtis XXIV interrogatus, non ſuper articulis, in hujuſmodi cauſâ datis, ſed ſuper dictis & miraculis per ipſum inferius expreſſis & declaratis. Et primo dixit, quod circa feſtum ſancti Jacobi, anni proximè præteriti, dictus Petrus loquens, exiſtens in carreria, inter eccleſias Carmelitarum & Auguſtinienſium Avenionis, & ante hoſtellariam Leonis rubei, quidam Allemandus, nationis Saxo, blaſphemabat Dominum noſtrum Papam Clementem VII, & totam curiam. Unde cum propter iſtas diffamationes duceretur ad curiam captus, & quidam Joannes, dictus Lerim, Domini noſtri Papæ curſor, percuſſiſſet blaſphemantem cum alapa ſuper collum à parte dextrâ : tunc ille percuſſus, vertens ſe cum quodam cultello, quem portabat ſubtus mantellum, percuſſit dictum loquentem circa mamillam ſiniſtram, inter plicaturam brachii & mamillam ; taliter quod gladius intravit per longitudinem
C indicis manus : quo vulnere illato, dictus Petrus cecidit in carreria, in qua fuit percuſſus, quia poſuit pedem in quadam foveâ carreriæ, & tunc ille blaſphemator dictum loquentem vulneravit in mamilla dextra, & tertio repercutere cum eodem gladio voluit, niſi ipſe Petrus loquens tenuiſſet manum, tamen ille blaſphemator per aſſiſtentes perturbabatur, & impediebatur, nec tamen propter hoc deſiſtebat, & tunc ſervientes curiæ Mareſchalli duxerunt utrumque ad curiam.

Et ipſe Petrus loquens, in itinere rogavit ſanctum Petrum Cardinalem, quod præſervaret eum, & ne permitteret eum illa turpi morte mori. Quo facto, dicta vulnera fuerunt inſpecta per curiales curiæ Mareſchalli, & ipſe loquens fuit remiſſus, & ivit ad barbitonſorem, ſcilicet ad magiſtrum Henricum, qui moratur prope Auguſtinos. Qui quidem magiſter Henricus fecit probam ſuam, & deinde poſuit caligam, quæ erat longitudinis prædictæ, & groſſitudinis parvi digiti manûs vel quaſi ; quo facto, ipſe Petrus loquens ivit ad
D hoſpitium, & habebat continuè in devotionem ſanctum Cardinalem, ipſum rogando, ut ſupra : & poſuit ſe ſuper lectum, & erat quaſi hora Veſperarum, & intravit lectum nudus, & ſtetit in lecto uſque ad mediam noctem vel circa, abſque dormitione, deinde obdormivit uſque ad diem, & evigilatus ſe reperit ſanatum de dicto vulnere lateris, & caligam juxta ſe ſanguinolentam ; & mane ivit ad præfatum barbitonſorem, qui aptavit ſibi vulnus maxillæ : volentique aptare vulnus lateris dixit, quod non indigebat, quia curatus erat : & barberius, videns vulnus curatum, ſignavit ſe, admirans de tam ſubitâ curâ. Interrogatus ſi credit quod propter preces dicti D. Cardinalis fuit curatus ? Dixit quod ſic. Interrogatus ſi viſitavit ſepulcrum dicti D. Cardinalis ? Dixit quod ſic, dicens etiam, quod divulgavit iſtud miraculum in Bohemia, & ubicumque fuit.

duabus plagis,

212 Teſtis XXV interrogatus ſuper miracu-
lo, facto ad invocationem d. D. Petri Cardinalis Petro de Praga, dixit, quod in æſtate proxime præterita, unus homo de Praga, qui
E moratur cum Decano Pragenſi, habuit diſſenſionem cum quodam Allemano, qui dicebat injurias, & blaſphemias de Domino noſtro Papa. Et dum ille de Praga reprehenderet ipſum blaſphemantem, & miſiſſet quæſitum, ut dicebat, ſervientes, pro ducendo ipſum ad carceres, poſt aliquod ſpatium vidit dictum hominem de Praga vulneratum de duobus vulneribus. Videlicet de uno in facie, & de alio in latere ſiniſtro, & vidit gladium, cum quo dicebantur eſſe facta dicta vulnera, totum ſanguinolentum ; & audivit dici à dicto vulnerato, quod dictus blaſphemator vulneravit ipſum : tamen ſi fuit, vel quando fuit curatus, dixit ſe neſcire. Sed audivit dici à dicto Domino Decano Pragenſi, magiſtro vulnerati, quod ſanctus Cardinalis fecerat dicto vulnerato magnum miraculum. Interrogatus de tempore, quo dixit ſibi dictus Decanus ? Dixit, quod à feſto Nativitatis Domini citra.

ſanatur.

213 Teſtis XXVI ſuper facto ſive miraculo curationis Petri de Praga, ſervitoris Decani Pragenſis, dixit, quod dictus Petrus fuit vulneratus in maxilla, & in pectore : ſed quidam F famulus ſuus die vulnerum illatorum, paravit ipſa vulnera ; & in craſtinum dictus loquens paravit vulnus in maxilla illatum, & cum alius vellet parare vulnus, reſpondit læſus, quod reputabat ſe curatum ; & oſtendit ſibi locum vulneris, & dictus barberius vidit, quod totum erat clauſum, & non remanſit niſi modica cicatrix, quod videns, nihil apoſuit.

Puer mortuus

214 Teſtis XXVII interrogata ſuper CIX dd. articulorum articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit : Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII Allamanda, uxor Firmandi Ruffi, laboratoris, &c. Dixit contenta in articulo prædicto fore vera : quia vidit, & præſens erat. Interrogata quomodo ſcit, quod ille puer eſſet mortuus ? Dixit, quod dictum puerum tenuit, qui erat frigidus & niger, & nullum ſpiritum habebat, qui cognoſci poſſet. Interrogata per quod ſpatium vidit dictum puerum ita frigidum, nigrum, & mortuum ? dixit, quod bene per unam horam cum dimidia. Interrogata, ſi ipſa emiſit votum ? Dixit, quod ſic, genibus flexis. Interrogata quomodo

cogno-

A cognovit quod puer viveret poſt votum emiſſum ? Dixit quod voto emiſſo, quaſi incontinenti, quod non fuiſſet dictum Pater noſter cum ipſi tenerent puerum in balneo, cognoverunt quod pulſus pueri movebatur, ipſeque puer per ſe movit tibias, & ſtatim portaverunt dictum puerum ad eccleſiam pro baptizando, & in janua eccleſiæ aperuit os, & de ore pueri exivit apoſtema : poſtmodum quando puer baptizabatur, incepit flere, & vixit expoſt per tres menſes vel circa. Interrogata, cum puer eſſet niger, ſi una cum ſpiritu recuperavit colorem & mutavit ? Dixit quod ſic, & recuperavit debitum colorem, ſecundùm quod habent alii pueri naſcentes vivi.

ope B. Petri

215 Teſtis XXVIII interrogatus ſuper eodem prædicto CIX articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit : Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII Allemanda uxor &c. Dixit contenta in d. articulo fore vera, quia præſens erat cum uxore ſua Berengaria, & Hugueta obſtetrice. Qui quidem teſtis confirmavit omnia, quæ depoſita ſunt in præcedenti depoſitione.

B *ad vitam revocatus.*

216 Teſtis XXIX examinata ſuper eodem CIX articulo, & contentis in eo, dixit, contenta in d. articulo fore vera. Interrogata, quomodo ſcit ? Dixit quod ipſa erat obſtetrix, & recepit puerum de ventre matris ſuæ, & fecit iſtud officium bene per triginta annos, & incontinenti tradidit ipſum puerum Berengariæ, in articulo nominatæ : quæ videns puerum ſic ſtantem, qui non movebat ſe, dicta Berengaria poſuit eum in aqua calida, & ſufflabat in ore pueri cum ſpeciebus & vino calido, ut facerent ipſum reſpirare, ſi poſſet, & nihil valebat. Interrogata cujus coloris erat puer ? Dixit quod albus valde & mollis. Interrogata ſi tenebat oculos clauſos ? Dixit quod ſic. Interrogata quanto tempore ſtetit in illo ſtatu ? Dixit quod per unam horam & ultra. Interrogata ſi poſt votum emiſſum tardavit puer aſpirare ? Dixit quod illæ mulieres ſteterunt bene per unam horam clamando & invocando continue prædictum ſanctum Cardinalem, ut reſuſcitaret dictum puerum ; & deinde ipſa loquens puerum recepit :

C quo recepto ipſe puer vires in cordo ſuo habebat ; & paulatim movere pedes & manus incepit, & habebat colorem debitum, & duritiem, quia antea mollis erat. Interrogata ſi in hoc puero apparebat aliquod ſignum vitale ? Dixit, quod non. Interrogata ſi credit quod propter preces dicti Domini Petri Cardinalis fuit reſtitutus ? Dixit quod ſic. Interrogata de præſentibus ? Dixit, quod Berengaria & maritus ſuus. De nominibus aliorum non recordatur.

ANNOTATA.

a *Gallicè* le Gardon ; *Latinè* Vardo & Vardus, *fluvius Galliæ in Occitania inferiori.*

b Brida, *à Gallico* bride, frenum, habena.

c *Puta dixiſſe* doloſè *vel* jocoſè. *Vide ea, quæ dicta ſunt in annotatis ad proceſſus part.* I *caput* 2, *litt.* c.

d *Hac voce ſignificantur balnea calida, Gallicè* eſtuves.

e *Gall.* croſſe ; *eſt baculus extremorum altero recurvus.*

f Quarteron *Gallicè deſignat quartam partem libræ.* EX MSS. AVENION.

g *Diximus de hac voce in annotatis ad cap.* 9 *part.* I *proceſſus.*

h Banc *Gall.* ſcamnum.

i *A Gallico* croc, uncus.

CAPUT XI.

Reliquæ Teſtium depoſitiones ſuper miraculis B. Petri.

Hernia

TEſtis XXX interrogatus, non ſuper articulis, in hujuſmodi cauſa datis, ſed ſuper dictis, & miraculis per ipſum inferius expreſſis & declaratis. Et primo dixit, quod ipſe patiebatur maximam infirmitatem, quam paſſus fuit bene per ſeptem menſes ; taliter, quod inteſtina rugiebant multum, & unum ex ipſis deſcendebat circa genitalia, & dum erat ſuperius inteſtinum, redibat ad locum propriùm cum manu ipſius loquentis, & emiſerat votum pluries ad S. Mariam de Tabulis, & ad ſanctum E Firminum, & numquam potuit curari. Tamen lunâ ſeptimâ Martii proximè præteritâ, cum ipſe loquens valde affligeretur de dicta infirmitate, fuit recordatus de ſancto Petro Cardinali, & cum maxima devotione & emiſſione lachrymarum, devovit ſe ad prædictum ſanctum Petrum Cardinalem, promittens ei, quod eſſet peregrinus ſuus, & daret ſibi ventrem ceræ de uno quartayrono libræ ; & erat quaſi hora tertiarum, & poſt emiſſionem dicti voti, poſt duas horas ipſe loquens ſenſit ſe à dicta infirmitate curatum, quam expoſt non habuit neque ſenſit, & ideo venit hic Avenionem peregrinus ad ſolvendum votum ſuum. Interrogatus, in quo loco erat, quando emiſit votum ? Dixit, quod exiverat illa die de Nemauſo, & ibat verſus Domeſanum, & non poterat bene ambulare, impeditus dicta infirmitate. Ideoque emiſit votum ibi in via jacens, cum non poſſet ire. Interrogatus quid fecit poſt votum ? Dixit quod dolor incepit declinare, & continuavit viam ſuam, taliter quod poſt ſpatium duarum horarum ipſe fuit curatus, ut ſupra F dictum eſt. Interrogatus, ſi habuit remedia medicorum ? Dixit quod non ; nec volebat alicui ſuam infirmitatem revelare. Interrogatus, ſi revelavit uxori ſuæ ? Dixit quod non. Interrogatus, ſi credit quod propter preces dicti Domini Cardinalis fuerit curatus ab iſta infirmitate ? Dixit quod ſic.

manus epileptica,

218 Teſtis XXXI ſuper CLVII dictorum articulorum articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit. Item quod, dum corpus dicti Domini Cardinalis ad ſepulcrum deferretur, per ante domum cujuſdam bonæ mulieris nomine Jacobæ &c. Quo quidem articulo eidem perlecto, & in vulgari explicato, & per ipſam ut aſſeruit intellecto, dixit, quod cognovit dictam Jacobam, in articulo nominatam, ipſaque monſtravit eidem loquenti manum, congratulando & gaudendo quod erat curata ; & referebat omnibus gratiam ſibi factam per ſanctum Petrum Cardinalem, & dicebat dicta Jacoba, quod viſum fuit, quod percuſſa fuiſſet ſuper cubitum, unde antea dicta Jacoba habebat

EX MSS. AVENION.

habebat digitos curvos & clauſos. Interrogata, quanto tempore habuit dictam infirmitatem ? Dixit ſe neſcire, tamen bene vidit per tres menſes ante hujuſmodi curationem, quod infirmitatem iſtam habebat, & dixit hoc eſſe publicum, quia omnibus monſtrabat manum. Interrogata ſi vidit dictam Jacobam poſt curam ? Dixit quod ſic, & vixit per medium annum poſt.

ſanitati reſtituta.

219 Teſtis XXXII interrogata ſuper CLXII articulo, de quo proximè ſuperius locutum eſt, dixit, ſe cognoviſſe unam mulierem nominatam Jacobam, quæ vendebat fructus in porta hoſpitii ipſius loquentis, quæ quidem Jacoba patiebatur infirmitatem in manu, ut in d. CLXII articulo continetur, & vidit die ſepulturæ ſancti Cardinalis, dictam mulierem redeuntem ad ipſam loquentem, & dicentem, ſe fuiſſe curatam, ut in d. articulo continetur : & vidit illam extendentem tres digitos illos, & totam manum, ſicut ſanam. Interrogata, quanto tempore paſſa fuit dicta Jacoba dictam infirmitatem ? Dixit quod dicta Jacoba dixerat ipſi loquenti, quod bene fuerat paſſa per quatuor annos, tamen non vidit
B ipſam niſi per duos menſes vendentem fructus ante domum ſuam. Interrogata ſi vivit adhuc dicta Jacoba ? Dixit quod non, ſed mortua eſt, annus eſt elapſus.

Epilepſia ſanata,

220 Teſtis XXXIII interrogata, non ſuper articulo, ſed ſuper miraculo inferius expreſſo. Et primo dixit, & medio juramento, teſtificando depoſuit, quod de menſe Maii proxime futuri, erunt duo anni, quod talis infirmitas arripuit eam, & ad tantum devenit, quod fuit per triginta ſex dies, quod non potuit movere pedes, nec ſe paſcere, & totaliter quod medici ipſam dimiſerant, tamquam pro mortua, & perdiderat omnino memoriam, in tantum, quod non recordabatur de aliquâ re, nec de capellis, nec de cœmeterio ſancti Michaëlis, quamvis moram traheret ante dictas capellas, & cœmeterium. Tandem venit ad eam quidam compater ſuus, nominatus Bartholomæus Spinelli ; qui dixit dictæ loquenti : Commater, quare non recommendatis vos iſti glorioſo S. Cardinali, qui facit tot miracula ? Et ipſa dixit : Ubi eſt iſte Cardinalis ? Ego neſcio, quid eſt. Et contigit, quod unâ dierum receperunt eam, & portaverunt ad feneſtram domus ſuæ ;
C & tunc arborem ulmum, ſtantem ante domum ſuam vidit, & fuit aliqualiter recordata. Et tum emiſit votum ad dictum ſanctum Cardinalem, quod ſi per preces ſuas poſſet recuperare ſanitatem, ipſa faceret novenam ſupra ſepulcrum ſuum, & offerret duo brachia & duas tibias ceræ. Quo voto emiſſo, incontinenti incepit ſe ſignare ſigno crucis, & incepit movere omnia membra ſua, & paulatim recuperavit vires membrorum & fecit novenam & ſolvit votum, & fuit debilis, ſed paulatim recuperavit ſanitatem. Interrogata de præſentibus in voto & præmiſſa ſcientibus ? Dixit quod Catharina, uxor prædicti Bartholomæi Spinelli, & Silveſter Cambini, ſervitor ipſius loquentis, & Marieta, filia Joannis Gammaire, tunc ancilla ipſius loquentis.

curata alia

221 Teſtis XXXIV interrogatus ſuper CLXII articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit : Item quod, dum corpus d. D. Cardinalis, &c. Qui quidem teſtis audito & intellecto d. articulo, confirmavit eſſe vera contenta in illo : etenim cognſcebat d. Jacobam, & morabantur ita prope, quod non erant niſi duo hoſpitalia intermedia. D

ac plurimùm

222 Teſtis XXXV interrogata ſuper articulo prædicto CLXII, & contentis in eo, dixit, contenta in d. articulo de Jacobæ ſubita curatione per interceſſionem S. Petri Cardinalis, eſſe vera.

223 Teſtis XXXVI idem confirmavit de Jacobæ ſubita curatione, poſt votum factum dicto S. Petro Cardinali, dum corpus ejus ſanctum deferretur ad ſepulcrum.

teſtimonio aſſerta.

224 Teſtis XXXVII interrogata ſuper eodem jam ſæpius d. articulo CLXII, dixit & depoſuit, contenta in d. articulo eſſe vera, utpote quæ vidit ipſa loquens dictam Jacobam impotentem de brachio, & ſubito curatam poſt votum à ſe emiſſum dicto ſancto Petro Cardinali.

Debilis ac loquelæ expers convaleſcit.

225 Teſtis XXXVIII interrogatus ſuper CXXV articulo, & contentis in eo, qui incipit : Item quod eodem anno filius Bernardi Alberti, mercatoris Avenionis, ætatis XIV annorum vel circa, &c. Dixit contenta in ipſo articulo fore vera : Interrogatus quomodo ſcit ? Dixit, quod erant ibi capellani dicentes officium, & mulieres tenentes candelam accenſam. E

Manus malè affecta,

226 Teſtis XXXIX interrogatus ſuper CLXII dictorum articulorum articulo, & contentis in eo. Et primo interrogatus, ſi habuerit notitiam Jacobæ, in articulo nominatæ ? Dixit, quod tempore quo dictus Dominus Petrus Cardinalis fuit ſepultus, tertia die poſt ſepulturam, ipſe loquens fuit deputatus, cum magiſtro Joanne Regis, ad ſcribendum miracula, quæ contingebant, & contingeret reportari per gentes utriuſque ſexûs, ita quod contigit, quod dicta Jacoba fuit examinata per ipſum loquentem, & depoſuit, prout continetur in una ſchedula, per ipſum loquentem ſuſcepta ; in qua quidem ſchedula continetur depoſitio dictæ Jacobæ, tunc viventis ; & etiam continetur depoſitio Domini Heliæ Auduyni, presbyteri diœceſis Engoliſmenſis, & ſervitoris capellæ novæ omnium Sanctorum, fundatæ in cœmeterio prope ſepulturam dicti D. Petri Cardinalis de Luxembourg : cujus quidem ſchedulæ tenor ſequitur, & eſt talis. Sequitur informatio facta per me Pontium de Ponte, clericum Laudenſem, publicum Apoſtolica & Imperiali auctoritate, curiæque Cameræ Apoſtolicæ Domini noſtri Papæ notarium, ex præcepto & commiſſione, ac nimia affectione, quam ſcire affectabat, & affectat Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Clemens, Lodovenſis Epiſcopus, & curiæ Cameræ Apoſtelicæ ſubſcriptæ generalis Auditor, de & ſuper quibuſdam miraculis, factis, tam in perſona Jacobæ de Lugduno, uxoris Rogerii de Pariſiis laboratoris, habitatoris Avenionenſis ; quam ceterarum aliarum perſonarum, per ſanctæ memoriæ Dominum Petrum, ſancti Georgii, ad Velum aureum Diaconum Cardinalem, de Luxembourg vulgariter nominatum, & primo ſequitur depoſitio ipſius Jacobæ. F

per interceſſionem B. Petri

227 In Nomine Domini. Amen. Anno à nativitate Domini MCCCLXXXVIII, Indictione X, die VII menſis Julii : pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Clementis, divinâ providentiâ Papæ ſepti-

septimi, anno nono, honesta mulier Jacoba de Lugduno, uxor Rogerii de Parisiis, laboratoris, habitatrix Avenionis, ætatis XL annorum vel circa: dixit & suo medio juramento, corporaliter ad sancta Dei Euangelia præstito, per eam deposuit, quod de mense Augusti, proxime venturi, erunt quatuor anni, quædam infirmitas à casu venit eidem loquenti in brachio sinistro, quod descendit à cubito usque ad manum; adeo quod de ipsa manu sinistra remansit impotens, & tres digitos ultimos dictæ manus continuè clausos tenebat, nec ipsos aliqualiter aperire poterat; imo erat quasi arida, & quamvis multas feciſſet fieri medicinas, & multas fecerit promissiones ad diversos Sanctos, tamen curari non poterat, nec potuit usque ad diem Veneris præteritam, quâ præfatus Dominus Cardinalis fuit sepultus; qui dum portabatur ad sepulcrum, ipsa loquens tunc vendebat poma & alios fructus, lucrando vitam suam, ut melius poterat, & dum fuit sepultus, à casu venit eidem in devotionem, & in imaginationem, ut iret supra sepulcrum dicti Domini Cardinalis, quod & fecit, relictis fructibus & pomis prædictis. Et genibus flexis supra dictam sepulturam se posuit, & flendo ipsum Dominum Cardinalem rogavit, ut, si potestatem aliquam haberet erga Dominum nostrum, gratiam impetraret sibi, ut liberaretur à dicta infirmitate, & sanitatem sibi restitueret brachii & manus suæ prædictæ. Qua oratione & deprecatione per ipsam, ut præmittitur, factâ, continnè stando super sepulturam prædictam, visum fuit eidem loquenti, ut cum martello per aliquem percuteretur in cubito brachii, ubi patiebatur; & statim digitos aperuit, & de eis ac manu se juvit, & juvat, & sensit se omnino sanatam & liberatam, prout faciebat ante dictam infirmitatem: quam vix antea dictam manum ad caput ponere poterat, nunc autem est sanata, precibus tamen, ut certissime credit, ac intercessionibus dicti Domini Cardinalis.

curata.

228 Testis XLI pro informatione miraculi, in personam d. Jacobæ facti, receptus ac juratus, & diligenter examinatus per me d. Notarium; & primò interrogatus, si cognoscit d. Jacobam? Dixit quod sic. Interrogatus, à quanto tempore citra cognovit ipsam? Dixit, quod à duobus annis citra, quibus ipse servivit dictæ capellæ, quam vidit multotiens venientem ad dictam capellam devote, & facientem aliquotiens dicere Missas, tam per ipsum testem loquentem, quam per ceteros alios presbyteros. Interrogatus, si à tempore, quo habuit notitiam ipsius Jacobæ citra, cognovit seu se advisavit, aut aliter scit, quod pateretur in aliquo membrorum suorum? Dixit quod cognovit & vidit ipsam patientem in quodam brachio suo, de quo, nec de manu, se juvare non poterat, & tenebat tres digitos clausos, ipsius manus, ac tenebat ipsam & portabat ad pectus, & erat quasi aridum. Interrogatus, si scit, quod nunc sit curata? Dixit quod sic, prout ab ipsa dici audivit, & ex eo quod ipse loquens fuit præsens, quando ipsa Jacoba venit ad sepulcrum dicti Domini Cardinalis, rogando ipsum; quod si poresstatem aliquam haberet apud Dominum nostrum, faceret eidem gratiam, ut sanaretur de d. brachio, & ipso præsente, de dicto sepulcro sanata surrexit, & expost vidit ipsam Jacobam juvantem se de dicta manu ac brachio, prout & de alia manu & brachio; & propterea habuit miraculum eidem factum per Dominum dictum Petrum Cardinalem. Interrogatus, si aliqui erant præsentes quando venit supra dictum sepulcrum? Dixit, quod sic: quinque vel sex; ut videtur sibi, de quorum nominibus non recordatur, & fuit post sepulturam factam, & in principio miraculorum, ac illa die, qua fuit sepultus. Alia dixit se nescire. Ita est, Pontius de Ponte.

ex Mss. Avenion.

De eodem miraculo.

229 Testis XLII interrogatus super CLXII dd. articulorum articulo, & contentis in eo, qui sic incipit. Item quod, dum corpus, &c. Interrogatus, dixit se tantum scire de contentis in dicto articulo, videlicet, quod dicta Jacoba fuit uxor sua per viginti duos annos. Interrogatus, si dicta Jacoba patiebatur aliquam infirmitatem? Dixit, quod patiebatur in manu sinistra, & erat quasi arida unà cum brachio, & die sepulturæ dicti Domini Petri de Luxembourg Cardinalis, dicta Jacoba fuit curata de dicta infirmitate. Unde ipse loquens, non reperiens dictam Jacobam in domo sua, credidit, quod fuisset ad colligendum pruna, vel alios fructus ad hortum, sed ipsa iverat ad sepulcrum dicti Domini Cardinalis, prout ipsa Jacoba post ejus adventum dicto loquenti retulit. Interrogatus, si dicta Jacoba recuperavit plenam sanitatem? Dixit quod de dicta manu fuit curata taliter, quod poterat facere negotia sua; tamen brachium & manus non erant ita fortes, sicut reliquæ manus & brachium: nec brachium erat ita corpulentum, sicut aliud. Interrogatus quamdiu vixit dicta Jacoba post dictam curationem? Dixit, quod per viginti menses, vel circa.

Depositiones de mercatore in Rhodanum lapso,

230 Testis XLIII Interrogatus super CXXIV dd. articulorum articulo, & contentis in eo, qui incipit: Item quod anno Domini MCCCLXXXVIII, de mense Augusti, dum quidam Bertrandus Calneti, mercator salis, commorans in præsenti civitate, &c. Dixit contenta in d. articulo fore vera, hoc salvo, quod non fuit ductus per aquam per tractum balistæ, sed remansit ibi in fundo aquæ subtus navigium & circa, nec resurgebat de aquâ, sed infra remanebat, & hoc salvo, quod baculum seu perticam non equitavit, sed per manus recepit. Interrogatus, quanto tempore stetit in aqua? Dixit se nescire; sed audivit ab astantibus, quod fuit per unam horam. Interrogatus, si ipse loquens sciebat natare? Dixit, quod non plus quam lapis. Interrogatus, si potavit de aqua? Dixit quod sic, sed non fecit sibi malum. Imo statim venit ad sepulcrum dicti Domini Petri Cardinalis de Luxembourg, sed bene per octo dies sentiebat fœtorem aquæ Rhodani. Interrogatus, si erat nudus? Dixit quod non: imo erat vestitus & calceatus caligis & sotularibus. Interrogatus si credit, quod per preces dicti Domini Cardinalis fuerit liberatus? Credit, quod sic.

impotentia

231 Testis XLIV examinatus, non super articulis, sed super dictis & miraculis, per ipsum inferius expressis Et primò dixit & deposuit, quod Domina Cupeta fuit infirma bene quadraginta diebus; ita quod erat totaliter impotens, præterquam de lingua & comestione. Finaliter ista Domina ad memoriam habens Deum, Virginem Mariam, & sanctum Cardinalem de Luxembourg, vovit, quod si sibi daret sanitatem, faceret novenam in capella sua; &

EX MSS. AVENION. nihilominus portaret duas tibias de cera, & faceret ibi qualibet die celebrari unam Miſſam : & emiſſo voto ſenſit ſe aliqualiter melioratam ; ita quod manum ad os licet lente adduxit comedendo griotam *a* ; & poſtea ipſe loquens, cum quibuſdam aliis adduxerunt eam juxta feneſtram, in qua flevit valde orando, quia inde videbat capellam ſepulcri dicti Domini Cardinalis, & ſequenti die cum juvamine deſcendit inferius, & tertia die poſtea venit ad capellam pedibus ſuis, cum juvamine ipſius loquentis, & aliorum ipſam ſuſtinentium per brachia : & ibi, completâ novenâ, fuit totaliter curata. Ita quod fuit ad eccleſiam Carmelitarum pedibus nudis, ad ſanctum Maurum, ubi eſt unum altare ad reverentiam ſancti Mauri. Interrogatus, quomodo ſcit ? Dixit, quod ſtetit cum ea per viginti annos, & erat pro tunc. Interrogatus ſi habuit medicos ? Dixit, quod ſic, duos videlicet, magiſtros Jacob & Abraham Judæos, qui eam totaliter dimiſerant pro mortua. Interrogatus de tempore ? Dixit quod ſunt duo anni
B vel circa, de menſe & die non recordatur. Interrogatus, ſi credit quod per preces dicti Domini Cardinalis fuerit curata ? Dixit quod ſic.

Cancer in mbere, 232 Teſtis XLV interrogatus ſuper CLXXXII articulo dd. articulorum, qui ſic incipit : Item quod Margareta, filia magiſtri Joannis de Tournumira, medici Domini noſtri Papæ, in villa Montiſpeſſulani commorans, &c. Dixit ſe tantum ſcire de contentis in d. articulo, videlicet quod de anno Domini MCCCLXXXVII, & in principio menſis Septembris proxime lapſi, ipſe, qui loquitur, medicus Domini noſtri Papæ, ſtans in ſervitio ſuo, voluit viſitare domum ſuam in Montepeſſulano : & cum ibidem fuit, invenit Margaretam filiam ſuam, uxorem Petri Saiſſe, XVIII annorum, gravatam in mamilla ſiniſtra ; cum tumore duro & dolore ; ipſamque interrogavit, qualiter ſibi evenit ? Quæ ſibi dixit & reſpondit præſente matre ſua, quod ſibi ſupervenit una nodulitas ad modum unius avellanæ ; dura in tactu, & cum dolore, cum tangebatur, finaliter illa nodulitas & duritia fuit augmentata in magna parte mamillæ. Ipſe autem vidit
C ipſam prægnantem, ſibique dixit, non dubites, quod eſt ratione fœtus : mater vero ſua ſibi reſpondit : quomodo eſt hoc, quod non ſit idem in aliâ mamillâ. Ipſe autem qui loquitur, palliabat eis, quantum poterat, & videns ipſe loquens ipſam paſſionem eſſe cancroſam, & eſſe cancrum abſconditum, qui eſt morbus mortalis, ut plurimum ; imo veniens ad aperturam & crepituram in mamillâ, moriuntur infra annum, vel infra annum cum dimidio, ex corroſione carnis, nam mamilla tota corroditur paulatim ; nec vidit aliquam viventem per annum cum dimidio, vel duos annos ad plus, ſimilem patientem infirmitatem : nam licet corroſio illa remittatur cum unguentis approximatis per medicum, non vidit aliquam pertranſire per duos annos, quin moreretur : nam illa corroſio fortis, eſt vehementiſſime fœtida in proceſſu : & quamquam aliquæ mulieres ſint fortes, communiter non tranſeunt ſecundum annum. Nam infra illud tempus mamilla quaſi corroſa eſt. Vocatur autem à quibuſdam illa infirmitas, noli me tangere : quia dum plus apponitur, deterioratur, niſi ſit unguentum prælectum ab excellentiſſimo medico. D

233 Ipſe autem hoc videns, turbatus eſt uſque ad viſcera : Dixit matri dictæ filiæ ſuæ, & ſibi, nihil faciatis, niſi quod evitetis aliquas res, utpote carnes ſalſas, caſeum, ſubſtantiam leguminum, fructus duræ ſubſtantiæ, caſtaneas, pira ; & habeatis in devotione iſtum glorioſiſſimum Cardinalem, Dominum Petrum de Luxembourg, & permittatis, ipſius imaginem, in eccleſia beatæ Mariæ de Tabulis exiſtentem, dictam filiam viſitare cum oblationibus veſtris ; & habeatis ipſum in devotionem bis in die de ſerò & manè, genibus flexis nudis ipſum invocando, & ipſius juvamen. Dicta vero filia ſua ; ſibi dixit, quod ſibi mitterent aliquid de rauba *b* dicti Domini Cardinalis, cum qua tangeret mamillam ſuam prædictam. Ipſe autem lachrymando recepit congedium *c* ab eis, & venit ad curiam, ad ſervitium Domini noſtri Papæ. Conſequenter venit in æſtivum, cum hic applicuit ad ſepulcrum dicti Domini Cardinalis, ad impendendum reverentiam eidem Domino Cardinali ; E lachrymandoque fecit ſibi querelam ſuam ; requirendo eum, quod vellet oſtendere poteſtatem & virtutem, quam habet cum ſancta divinitate. Poſtmodum vero per aliquos dies, ivit ad Dominum, tunc electum, nunc verò epiſcopum Conſtantienſem, requirendo eum, quod daret ſibi modicum de rauba dicti Domini Cardinalis : qui ſibi reſpondit, quod non habebat, niſi ſolum de linteaminibus, in quibus fuit mortuus, & aperuit coffrum ſuum, ſibique modicum fruſtum de uno linteamine dedit, & ſibi oſtendit unam chordam nodatam, ſanguinolentam, cum quibuſdam nodis, & visâ ipsâ, ipſe, qui loquitur, rogavit ipſum, quod modicum de ipſa chorda ſibi daret, qui ſibi reſpondit, quod non erat auſus, niſi ex præcepto Papæ : verumtamen ſibi dedit de gratia ſpeciali, de filo floqui ipſius chordæ, ad formam unius acus.

non humanis mediis, *ſed applicatione reliquiarum*,

234 Ipſe autem, cum quanta potuit humilitate, illud recepit, & involvit in ſindone, & præmiſſis ſic ſtantibus, ad ſui notitiam pervenit, quod crepata erat dicta mamilla, & incepit dolere : quoniam tunc veniebat tempus corroſionis, ut eſt de natura ipſius cancri. Hoc F audiens, mandavit uxori ſuæ, dictum pannum cum dicto filo ſimul, in dicta ſindone ligatos, præcipiendo dictæ ſuæ uxori, quod ſerò & manè fricaret mamillam prædictam cum illo panno, ſpecialiter duritiam illam cancroſam, & interponeret infra foramen illius crepaturæ illud filum. Adveniente autem feſto omnium Sanctorum, fuit ipſi loquenti notificatum, quod dicta ejus filia malè ſtabat, quoniam abortaverat. Ipſe autem turbatus, petitâ à Domino noſtro [veniâ], & auditâ Miſſâ, in die omnium Sanctorum, receſſit de præſente civitate, & illa die equitavit per undecim leucas, non obſtantibus brevibus diebus. In craſtinum vero circa quartam horam ad domum ſuam applicuit, & invenit dictam Margaretam filiam ſuam valde debilem, & non ſtetit in debilitate ſua ; ſed potius voluit videre illam mamillam cancroſam ; & invenit, quod illa durities excolabatur in ſanie laudabili, non fœtida, quod eſt contra naturam cancri : & invenit, quod illa mamilla ab illo foramine non corrodebatur, quod eſt etiam contra naturam

Beati

can-

A cancri, quibus visis & consideratis, hoc reputat à Deo esse factum, & à dicto glorioso D. Cardinali, quod in tam modico tempore illa durities cancrosa fuit excolata in sanie laudabili, non fœtida, & sine corrosione in apertura, hoc non reputat à natura factum: sed à Deo, intercedente glorioso Domino Cardinali, & dixit in foro conscientiæ suæ, quod quadraginta annis practicavit, & non vidit aliquam, similem morbum patientem, curari.

235 Imo non obstantibus remediis applicatis, moriebatur infra annum, vel annum cum dimidio, vel infra duos annos ad longius, cum expulsione saniei fœtidissimæ, & corrosione ipsius mamillæ; nam infra dictum tempus mamilla est corrosa, comesta, ex qua comestione, & ejus fœtore intolerabili moriuntur. Quapropter quod, quia ibidem non fuit corrosio carnis, quæ est de natura cancri ulcerati, & non fuit sanies fœtida horribilis, quæ est de natura cancri ulcerati, & fuit curata infra quinque septimanas, applicando aliqua remedia simplicia, & vitando jam supra dicta cibaria, reputat donum speciale Dei, & à Deo factum esse, intercedente dicto Domino Cardinali. *despitatâ.*

B

236 Interrogatus quomodo scit, quod esset morbus cancrosus, seu apostema, dictum cancer? Dixit quod ex modo adventus judicat ipsum apostema esse cancrum absconditum, ex duobus: primo ex duritie modica ad modum unius avellanæ perveniens; secundo quod non dolebat, nisi cum tangebatur in loco. Et istæ sunt duæ conditiones sibi propriæ, quæ non sunt in aliis apostematibus flemmaticis sanguineis, & cholericis: sed propriè insunt apostemati melancholico, generato de materia melancholica adusta; quod apostema, cancer absconditus apud medicos dicitur, talis cancer absconditus non est mortalis, nec moriuntur, nisi dum venit ad aperturam ulcerosam: propter quod dixit Hypocrates: Melius est & tutius non curare cancrum absconditum, quam curare; sufficiat sibi bonitas regiminis: ratio Hypocratis fuit, quod curando tale apostema cancrosum cum unguentis resolutivis, festinat ipsum ad aperturam, & inde facta apertura, quæ corrosiva de natura materiæ adustæ, festinat ipsum ad mortem. *Probatur ea apostema,*

C

237 Nam cancer, postquam est ulceratus, infirmitas est incurabilis omnino, præsertim in mamilla, & in omni loco, in quo non potest evelli radicitus cum rasorio *d*: nam in loco, in quo potest evelli radicitus cum rasorio; tunc est curabilis. Verum Rasis recitat in suo continente, quod suo tempore tentaverit curare cancrum ulceratum in mamilla, & fuit consilium, quod mamilla ex toto eradicaretur cum rasorio; & mulier præ dolore fuit in periculo mortis: sed quia de brevi tempore erat moritura; voluerunt tentare illam curam de consensu amicorum, & quia aliqua capita cancri subintrabant aliam mamillam, & non fuerunt radicata cum rasorio, remansit dictus cancer in alia mamilla, post paululum veniens ad corrosionem, & inde mortua est infra annum. Interrogatus si credit dictam filiam suam esse curatam precibus dicti Domini Cardinalis? Respondit, quod sic; ex eo quod, ut dixit, morbus erat incurabilis in mamilla. *fuisse cancrosum, d*

238 Interrogatus quid faciebat de filo? Dixit quod bis in die mater & filia imponebant in apertura cancri; dicens, quod dicta Margareta dicebat ipsi loquenti patri suo, quod, dum ponebat filum, inveniebat magnam delitiam: Interrogatus quanto tempore stetit cum cancro aperto, antequam esset totaliter curata? Dixit quod quinque septimanis fuit ex toto curata; nulla alia apponendo medicamenta, nisi solum pannum lineum supradictum desuper mamillam, & filum infra aperturam, ponendo. Interrogatus si votum emisit? Dixit quod sic, per ista verba, vel similia: Gloriose Cardinalis, si posse habes cum Deo, cura filiam meam: cum magna contritione, & lachrymis ista verba proferendo; promittens portare unum par mamillarum de cera ad ejus sepulcrum. Interrogatus quare istam devotionem habebat? Respondit quod tam ex eis, quæ post vitam suam dicebantur miracula ad preces ejus esse facta, habebat magnam devotionem, quam etiam ex modo vivendi ipsius; quia quamquam pateretur morbum iracundum & irascibilem, quia phthisin ipse patientissimè sustinebat, non motus ad iram nec ad tristitiam; imò communiter subridebat in afflictionibus suis. Interrogatus quomodo scit? Dixit, quia visitavit eum frequenter in infirmitate suâ, de quâ decessit, etiam videndo chordulam, quam dicebatur portasse nodatam & sanguinolentam in vitâ. Interrogatus si erant aliqui præsentes in emissione voti? Dixit quod non. EX MSS. AVENION. *particulâ Beati lineâ mitigatum.*

E

239 Testis XLVI interrogatus, non super articulis, in hujusmodi causa datis; sed super miraculo, inferius per ipsum declarato. Et primò dixit, quod nobilis Ayglina de Natguier, Domina de Cardiliaco, & de Monte bruno; fuit infirma in tibiis & pedibus, infirmitate scabiei una cum foraminibus, spatio viginti mensium vel circa; ita quod non poterat curari artificio medicorum, licet fuerit adhibita omnimoda cura. Finaliter socer suus, scilicet Dominus Marquesius de Cardiliaco, videns quod non poterat curari, interrogavit dictam nobilem Ayglinam, socrum suam, si habebat devotionem ad sanctum Cardinalem? Quæ respondit; quod sic: Ergo voveatis vos dicto Domino Cardinali, quod & fecit: dicens, quod si posset curari ipsius precibus & meritis, mitteret ad sepulcrum dicti Domini Cardinalis unum familiarem suum cum tribus cereis, ponderis decem librarum, & facto voto, incepit paulatim curari; ita quod infra quindecim dies vel tres septimanas, absque eo quod apponerentur aliqua medicamenta, omnino fuit curata. Interrogatus quomodo scit? Dixit, quod vidit, & morabatur in domo ipsius nobilis Ayglinæ, & venit ad complendum votum. Interrogatus si propter preces dicti Domini Cardinalis fuit modo prædicto curata? Dixit, quod credit, quod sic. *Scabies sanata;*

F

240 Testis XLVII interrogatus super articulo CCLXV, & contentis in eo; qui sic incipit: Item quod Joannes de Albenatio de Carpentoracte, qui patiebatur, & passus fuit per duos annos quamdam infirmitatem, quâ curari non poterat, &c. Dixit contenta in d. articulo fore vera, salvo quod manum dextram porrigebat ad os; ita quod appodiando pedibus ambulabat aliqualiter, licet graviter *ùti etiàm impotentia gressûs,*

In-

EX MSS. AVENION. Interrogatus, ſi credit, quod precibus dicti Domini Cardinalis fuerit curatus. Dixit quod ſic. Interrogatus quo tempore fuit curatus? Dixit quod ipſa die ſepulturæ Dicti D. Cardinalis.

tibia inflata, 241 Teſtis XLVIII interrogata ſuper articulo CCXXX, & contentis in eo, qui ſic incipit; Item quod Jacoba uxor Jacomini Remelerii, &c. Dixit contenta in d. articulo, eſſe vera, cum omnibus circumſtantiis in eo expreſſis.

oculo, aure, 242 Teſtis XLIX interrogata ſuper articulo CXXXIX & contentis in eo, qui ſic incipit. Item quod anno Domini MCCCLXXXVII & de menſe Septembris, Beatrix, uxor Antonii Ruffi, &c. Dixit & confirmavit quæ ibidem continentur. Hoc excepto, quod quando dixit in fine articuli, quod plenarie recepit auditum & viſum infra ſex dies, dixit quinimo incontinenti, impoſitâ aquâ, & facta quadam lotione de aqua balnei præfati Domini Petri Cardinalis, recuperavit auditum & viſum perfecte, & taliter, quod audiebat & videbat ita bene, ſecundum quod ante infirmitatem faciebat. Interrogata de præſentibus, quando poſuit aquam ſuper oculum, aurem
B & pedem? Dixit, quod Antoneta de duobus fratribus: uxor Stephani Guvoti, macellarii: & Aliſeta Eſtigua, uxor Silveſtri de Rupe forti, laboratoris: quæ quidem Antoneta aquam ipſi loquenti adminiſtravit.

& ſcabie laborans. 243 Teſtis L interrogata ſuper jam ſuperius dicto CXXXIX articulo, qui ſic incipit: Item quod anno Domini MCCCLXXXVII, & de menſe Septembri, Beatrix, &c. Dixit ſe tantùm ſcire de contentis in d. articulo, quod quidam puer portans in quodam vaſe de aquâ, in quâ balneatus erat dictus Dominus Cardinalis: quale vas eſſet non recordatur; & dictus puer per ipſam loquentem rogatus cum inſtantiâ, dedit ſibi de dicta aqua in palmâ, cujus partem bibit, & aliam partem, requiſita ab ipſâ Beatrice in oculo & aure projecit, & etiam in pede, ubi dicebatur eſſe carbunculus: quâ aquâ projectâ, dixit dicta Beatrix quod ipſa erat curata.

Puer ſubmerſus ad vitam revocatus, 244 Teſtis *eadem*, interrogata ſuper CVII dictorum articulorum articulo, & contentis in
C eo, qui ſic incipit: Item quod eodem anno Anthonius Thomé, commorans in præſenti civitate, in burgo Domini Petri de Seguireto, legum Doctoris, &c. Dixit ſe tantum ſcire de contentis in d. articulo, videlicet quod extraxit puerum, una cum quibuſdam aliis, de aquâ Sorgiæ mortuum; ut ſibi videbatur: quod ſic videns, ipſum devovit ſancto Petro de Luxembourg Cardinali, dicendo: O corpus ſanctum, facias nobis tantam gratiam, quod reſtituas nobis iſtum puerum vivum, quia pater ſuus dabit tibi unum puerum cereum ponderis dicti pueri, quo voto emiſſo, ſtatim puer incepit plangere, & aſpirare, & dolere. Interrogata, quomodo ſcit, quod eſſet mortuus? Dixit, quod erat pallidus, & non loquebatur. Interrogata ſi emittebat anhelitum? Dixit, quod non tentavit. Interrogata, ſi puer erat rigidus? Dixit etiam, quod non tentavit. Interrogata, ſi erat frigidus? Dixit quod ſic. Interrogata, quomodo ſcit? Dixit, quod tetigit in membris, ſed non in corpore. Interrogata, quantum ſtetit in aqua? Dixit ſe neſcire, credit tamen quod aqua portavit d. puerum per ſpatium duode- D
cim cannarum vel circa. Interrogata, cujus ætatis erat d. puer? Dixit, quod poterat eſſe ætatis quatuor annorum. Interrogata, ſi adhuc d. puer vivat? Dixit, quod non; ſed poſtquam fuit extractus de aquâ, de qua ſupra agitur, per annum, vel circa vixit. Interrogata, ſi emiſit aquam per os? Dixit, quod ſic. Interrogata de præſentibus, Dixit, quòd una, quæ vocatur Janneta, uxor Chelon, macellarii, & plures aliæ mulieres, de quarum nominibus non recordatur. Interrogata, cujus erat filius? Dixit, quod Boneti Cari, macellarii.

Dyſenteria 245 Teſtis LII interrogatus, non ſuper articulis in hujuſmodi cauſa datis, ſed ſuper dictis & miraculis, per ipſum inferius expreſſis. Et primo dixit, quod in feſto ſancti Michaëlis fuerunt circa duo anni, quod in villa de Bello loco, Lemovicenſis diœceſis, currebat quædam infirmitas, quæ dicitur dyſenteria, ſeu fluxus ventris, de qua infirmitate mortuæ fuerunt in illo loco CC perſonæ, & multi plurimi, & poſtquam infirmitas in- E
trabat hoſpitium, vix aliquis puer evadere poterat. Accidit, quod filia dicti loquentis, ætatis tunc undecim annorum vel circa, dicta infirmitate fuit gravata, adeo quod ſolum, ut videbatur ipſi loquenti, pellem & oſſa habebat, & erat ita pallida & mutata propter infirmitatem, quod vicini eam non cognoſcebant, nec comedebat neque bibebat, niſi vi, cum cochleari aperiretur ſibi os, ac de acolaticio poneretur, nec fuit locuta de una die naturali, & plus; & fuit dimiſſa per omnes de domo, ut mortua; præterquam per ipſum loquentem. Videntes autem ipſe loquens & ejus uxor ſtatum filiæ eorumdem, communi conſenſu fuerunt confeſſi cuidam presbytero, & confeſſione factâ, voverunt eam Domino Cardinali, dicentes: O benaurate Cardinalis! c
Supplicamus tibi, quod tu cum Deo & Virgine glorioſa, impetres gratiam; quod ſi expedit vitæ hujus puellæ animæ ſuæ & noſtris, det ſibi vitam & ſanitatem, alias fiat voluntas Dei: promittentes infra certum terminum ejus ſepulcrum viſitare; cum certa quantitate ceræ, & dum prædictum votum emiſerunt in eccleſia, ubi audiebant Miſſam, ubi erat effigies dicti Domini Petri de Luxembourg Car- F
dinalis, venit ſervitrix hoſpitii, dicens ipſi loquenti, & ejus uxori, quod filia infirma eos petebat, & ipſe loquens ſtatim acceſſit ad filiam, & interrogavit eam, quid volebat: Reſpondit, quod bibere cum vipis, & dictus loquens dedit ſibi duas vipas quantitatis cujuſlibet trium digitorum; & aperuit os per ſe ipſam; dum dictas vipas comedebat: licet ante per ſex dies non aperuiſſet os, & tunc infra tres dies incepit per ſe ambulare, & infra alios ſex dies poſtea extra domum ambulavit, & comedebat omnia, quæ ſibi miniſtrabantur.

fluxus ſanguinis, 246 Item incontenti interrogatus d. Joannes Borrerii, ſuper alio miraculo inferius deſcripto? Dixit, quod Irlanda de Bolloforti, uxor ſua, per biennium cum dimidio & ultra, paſſa fuit infirmitatem fluxus ſanguinis, de duobus in duobus diebus; ita quod deventa eſt propter continuationem dictæ infirmitatis, & temporis prolixitatem, phthiſica in

ſua

A ſua ſpecie ſecundùm judicium medicorum, & licet dictus loquens, ejus maritus, adhibuerit omnem curam in ipſa ſananda, ipſam videlicet ducendo apud civitatem Lemovicenſem, ubi ſunt medici, per quos ipſam fecit viſitari, & etiam de Aureliaco fecit venire medicum, ibidem commorantem, ad domum ipſius loquentis, & dicti medici adhibuerunt omnem medicinam, quam ſciverunt & potuerunt; tamen propter aliqua medicamenta in aliquo non ſanabatur; & videns dictus loquens, quod remedia ſibi non proficiebant, dixit uxori ſuæ: Videatis uxor, nos fecimus quidquid potuimus, ut curaremini, & non invenimus remedium, habeatis bonam patientiam, quia aliud non poteſt fieri: poſtque recordatus de miraculo, in perſonam Joannæ filiæ ſuæ facto, per Dominum Cardinalem de Luxembourg, diſpoſuerunt ipſe loquens & ejus uxor, ſe ponere in ſtatu gratiæ, & fuerunt ambo confeſſi, & poſt confeſſionem quilibet ivit ad audiendam Miſſam, & voverunt unanimiter, quod, ſi Deus precibus ſuis, & dicti Domini Petri Cardinalis daret ei ſanitatem, viſitaret ſepulcrum ejus, & offerret certam quantitatem
B ceræ; quo voto emiſſo, ſtatim fuit curata.

247 Item plus, eadem die interrogatus d. *puer mutus,* Joannes Borrerii ſuper alio miraculo, inferius deſcripto, dixit; videlicet, quod die dominica XXIII menſis Januarii, ultimo præteriti, dum ipſe loquens & uxor ſua eſſet in eccleſia, audiendo miſſam ſuam parochialem; venit ancilla ſua ad ipſum loquentem, & ſibi dixit, quod Petrus, filius ſuus, ætatis quinque annorum & ultra, ſubitò perdiderat loquelam. Quod audiens dictus loquens, acceſſit ad domum ſuam; & reperit filium ſuum in illo ſtatu, à quo non potuit habere verbum; & habebat faciem rubicundam, & faciebat cum digito ſignum ad os. Quod videns, dictus loquens, ponebat aquam Sambutii, in ore dicti pueri, filii ſui, nec propter hoc recuperabat loquelam: quod videntes parentes ejus, dictum puerum nudum poſuerunt; & tunc dictus loquens acceſſit ad eccleſiam, & ante effigiem dicti Domini Cardinalis de Luxem-
C bourg, cum uno monacho devoto & honeſto; & ambo rogaverunt Deum & beatam Virginem, ac ſanctum Cardinalem prædictum, ut vellent dictum puerum reſtituere ſanitati, & recuperare loquelam, promittentes cum dicto puero viſitare ſepulcrum dicti Domini Cardinalis cum certa quantitate ceræ: & adhuc ipſe & monachus exiſtentes in eccleſia, audierunt novam, quod filius ſuus recuperaverat loquelam: & ipſe loquens acceſſit ad domum ſuam, qui dictum puerum interrogavit, [quî valeret] & puer reſpondit, quod [ſibi apparuit] una pulcra res, videlicet unus pulcher puer, qui cum manibus tetigerat faciem ejus, & pluries illa verba repetiit. Interrogatus per quod ſpatium fuit in illâ extaſi? Dixit, quod per tres horas vel circa. Interrogatus de præſentibus? Dixit, quod uxor ſua, & omnes de hoſpitio, & quaſi omnes de villâ. Interrogatus, ſi adhuc vivit d. puer? Dixit quod ſic. Interrogatus, ſi credit, quod propter preces d. Domini Cardinalis fuerit curatus? Dixit, quod ſic.

248 Teſtis LIII interrogatus ſuper articulo *infirmus per biennium;* CCLXV, qui ſic incipit: Item quod Joannes de Albenatio de Carpentoracte, qui patiebatur, & paſſus fuit per duos annos quamdam

infirmitatem, &c. Dixit, ſe tantum ſcire de contentis in d. articulo, videlicet quod, cum ipſe viſitaſſet in die obitûs ſepulcrum Domini Cardinalis de Luxembourg; & in craſtinum, quod fuit die Sabbati, ſummo manè, dum viſitaret dictum ſepulcrum, reperiſſet ibidem ceram & imagines, acceſſit ad Villamnovam, ad domum Joannis de Albenatio, pro quo texebat telas in domo ejuſdem Joannis, & dum dictus loquens fuit in domo ipſius Joannis, incepit ſibi narrare, quomodo dictus Dominus Cardinalis faciebat miracula; pro eo, quod jam ibi portabantur imagines? dicens, quod ſi ipſe iret, curaretur. Ipſe autem Joannes, hoc audiens, cum croſſâ acceſſit ad ſepulcrum prædictum, & eadem die rediit ad domum ſuam in Villanova, ſine croſſa, rectus acſi nullum malum habuiſſet, & tunc dictus loquens, videns quod dictus Joannes erat curatus, ut ſibi videbatur: dixit eidem Joanni: Ego bene dixi vobis, quod ſi iretis curaremini. Interrogatus, ſi ex tunc paſſus fuit illam infirmitatem? Dixit, quod non vidit, quod pateretur; licet poſtmodum pluries viderit ipſum in hoſpitio ſuo, & extra. Inter- E
rogatus de anno, menſe & die? Dixit quod in craſtinum ſepulturæ dicti Domini Cardinalis.

249 Teſtis LIV interrogata ſuper articulo *alius infir-* CXXV dd. articulorum, & contentis in eo, qui *mus,* ſic incipit: Item quod eodem anno Petrus, filius Bernardi Alberti, mercatoris, &c. Dixit ſe tantùm ſcire, quod Petrus, filius dictæ loquentis, & Bernardi, in articulo nominati, fuit infirmus bene novem vel decem diebus; & quadam die, ipſa loquens fecit venire ad domum ſuam, quemdam presbyterum ſancti Symphoriani, vocatum Dominum Guilielmum, & dum fuit in domo ipſius loquentis, dixit ſibi ipſa loquens: Ecce iſte puer habet bene quatuordecim annos, vel circa, audiatis eum de confeſſione. Et tunc ipſe presbyter, appropinquans ad eum, audivit eum de confeſſione: quâ auditâ, dixit ipſi loquenti, quod de ipſo non oportebat facere computum. Quod audiens vir ipſius loquentis & pater dicti pueri, acceſſit ad ſepulcrum dicti Domini Cardinalis, & ad domum poſtea rediens, reperit ipſam loquentem, cui dixit: Eſt expeditus *f*, id eſt *f*
mortuus? Quæ reſpondit: Ego in eo non cognoſco mortem neque vitam: & tunc pater & mater aſcenderunt ambo, ad locum, ubi erat F
puer: & tunc pater interrogavit puerum, quid faciebat? Reſpondit puer: O Domine, vos venitis de Corpore ſancto. Et reſpondens pater; Quomodo ſcis tu? Ego bene ſcio, quia curatus ſum. Interrogatus, ſi puer amiſit loquelam? Dixit quod omni die fuit locutus, hoc excepto, quod poſt confeſſionem, uſque ad adventum patris, non dedit verbum. Interrogatus ſi totaliter fuit curatus? Dixit quod non; ſed paulatim, remanens debilis, fuit curatus.

250 Teſtis LV interrogatus ſuper CCLXII *dolens ex ventri-* articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit: *bus,* Item quod Nichoſa, uxor Zenobii, &c. Dixit, ut in articulo continetur, fore vera.

251 Eadem die, ſupradictus Hieronymus, *infans mortî* interrogatus ſuper miraculo inferius declarato: *proximus,* & primo interrogatus, dixit, quod anno Domini MCCCLXXXIX, & die quinta Martii, ultimò præteriti, uxor ſua peperit unum filium dictâ die quintâ Martii ante dicti, & fuit baptiza-

EX MSS. AVENION.

tus, & in craſtinum de manè, ſocrus ſua vocavit ipſum loquentem, ut veniret, ſi volebat videre filium ſuum vivum; qui veniens & videns filium ſuum in cunabulis, vidit eum fere nigrum; & cum eſſet in cunabulis & pannis involutus, ipſe loquens fecit eum diſſolvi; & cum eſſet diſſolutus, ipſe puer extendit pedes & manus, & fecit hiatus. Quod videns ipſe loquens, credidit ipſum eſſe mortuum, & recommendavit animam Deo & beatæ Mariæ Virgini. Uxor vero alta voce recommendavit eum Domino Cardinali de Luxembourg; & tunc puer incepit vomere, & poſt vomitum incepit flere & paulatim colorem recuperare.

alius item ſubmerſus,

252 Teſtis LVI interrogatus ſuper articulo CVII, qui incipit: Item quod eodem anno, Anthonius Thomé, commorans in præſenti civitate in burgo Domini Petri de Seguireto, &c. Dixit contenta in d. articulo fore vera, hoc excepto, quod, ubi dicitur aqua Durantiæ, dixit quod fuit in aqua Sorgiæ; & hoc etiam ſalvo, quod, ubi dicitur, quia vidit puerum verſus fundum aquæ, non erat in fundo aquæ, ſed erat ſuper aquam profectus. Interrogatus, ſi in ſua conſcientia credebat, dictum puerum

B

eſſe mortuum? Dixit quod ſic. Interrogatus, ſi credit quod propter preces dicti D. Cardinalis, fuerit dictus puer ad vitam reſtitutus? Dixit quod ſic. Interrogatus quo tempore fuit? Dixit quod in æſtate. De menſe Julii vel Auguſti erunt duo anni.

*laborans ex tibiis, ſaſpitati. *al.* Nichoſa.

253 Teſtis LVII interrogata ſuper articulo CCLXII, qui incipit: Item quod Nicoloſa*, uxor Hieronymi Zenobii, de Florentia, Avenione commorans, patiens quoſdam dolores, &c. Dixit, ſe tantum ſcire, quod non habuerit malum in renibus. Sed verum eſt quod patiebatur in tibiis: ita quod vix ſe poterat ſuſtinere: tamen ibat per domum cum maxima difficultate, & videns, ſe ſic gravatam, emiſit votum, quod ſi precibus Domini Cardinalis de Luxembourg curaretur, ejus ſepulcrum viſitaret, & offerret ſibi duas tibias ceræ, & facto voto eadem die fuit curata. Interrogata quæ infirmitas erat, dixit quod neſcit, quia non apparebat infirmitas exterius, ſed interius erat dolor pungitivus. Interro-

C

gata, ſi ſtatim fuit curata, emiſſo voto? Dixit, quod non, ſed eadem die ſenſit ſe curatam.

Depulſa ſterilitas,

254 Item & ſuper articulo CCLXIII, qui incipit: Item quod eadem Nicoloſa, agnoſcens tantam gratiam ſibi factam, &c. interrogata, & diligenter examinata, dixit, ut in articulo continetur, verum eſſe. Interrogata, ſi ſciebat, quod concepiſſet? Dixit, quod non; quia ſi ſciviſſet, quod concepiſſet, non feciſſet votum, quod fecit. Interrogata, quo tempore emiſit votum? Dixit, quod videtur ſibi, quod tertia die poſt obitum d. Domini Cardinalis. Interrogata, quo tempore poſtea peperit filium? Dixit, quod de menſe Martii, circa medium ejuſdem menſis Martii.

infans à morte ſervatus.

255 Dixit inſuper dicta Nicoloſa, quod anno Domini MCCCLXXXIX, & die quinta Martii, ultimò præteriti, ipſa peperit filium dicta die quinta Martii ante dicti, & fuit baptizatus, & in craſtinum de mane, mater ipſius loquentis, vocavit Hieronymum, maritum loquentis, ut veniret, ſi volebat, videre dictum filium ſuum vivum: qui veniens & videns filium ſuum in cunabilis; vidit eum fere nigrum: & cum eſſet in cunabulis, & pannis involutus; ipſe maritus fecit eum diſſolvi; & cum eſſet diſſolutus, ipſe puer extendit pedes & manus, & fecit hiatus: quod videns, dictus Hieronymus, maritus, credidit ipſum mortuum eſſe. Et tunc dictus Hieronymus recommendavit animam Deo & beatæ Mariæ Virgini. Ipſa vero loquens alta voce recommendavit dictum puerum Domino Cardinali de Luxembourg, & tunc puer incepit vomere, & poſt vomitum incepit flere & paulatim colorem recuperare. D

Aliud de tibiis curatis,

256 Teſtis LVIII interrogata ſuper articulo CCLXII, & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod Nicoloſa, uxor Hieronymi Zenobii de Florentia, &c. Dixit ſe tantum ſcire, videlicet, quod dicta Nicoloſa, filia ſua, in articulo nominata, non habuit malum in renibus; ſed verum eſt quod patiebatur in tibiis. Ita quod vix poterat ſe ſuſtinere; tamen ibat per domum cum maxima difficultate, & videns ſe dicta filia ſua ſic gravatam, votum emiſit ad ſanctum Petrum Cardinalem de Luxembourg: dicendo, quod ſi precibus dicti Domini Cardinalis curaretur; ejus ſepulcrum viſitaret; & offerret duas tibias ceræ, & facto voto, eadem die fuit curata. Interrogata ſi ſtatim fuit curata, voto emiſſo? Dixit quod non, ſed eadem die ſenſit ſe curatam. E

ac de infante à morte ſervato teſtimonium.

257 Dixit inſuper Domina Xandra, quod anno Domini MCCCLXXXIX & die quinta menſis Martii ultimò præteriti; dicta Nicoloſa, filia ſua, peperit filium dicta die quinta Martii ante dicti, & fuit baptizatus, & in craſtinum de manè, ipſa loquens vocavit Hieronymum, generum ſuum, & maritum filiæ ſuæ prædictæ; ut veniret, ſi volebat videre filium ſuum vivum. Qui veniens, & videns filium ſuum in cunabulis, vidit eum ferè nigrum: & cum eſſet in cunabulis, & pannis involutus, ipſe maritus fecit eum diſſolvi, & cum eſſet diſſolutus, ipſe puer extendit pedes & manus, & fecit hiatus: quod videns dictus gener ſuus, recommendavit animam Deo & beatæ Virgini Mariæ. Filia vero dictæ loquentis, & uxor dicti Hieronymi, alta voce recommendavit dictum puerum dicto Domino Cardinali de Luxembourg, & tunc puer incepit vomere; & poſt vomitum incepit flere, & paulatim colorem recuperare.

F

Depoſitiones de dolore renium,

258 Teſtis LVIIII interrogatus, non ſuper articulis in hujuſmodi cauſa datis, ſed ſuper miraculo inferius deſcripto. Et primò interrogatus, dixit, quod Hugueta, uxor ſua, ætatis quinquaginta annorum, vel circa; fuit infirma tribus annis cum dimidio in renibus, in tantum, quod vix poterat ambulare. Ambulabat tamen cum difficultate, manibus ſe appodiando, curva incedendo cum baculo vel adjutorio. Unde ipſa, audiens famam dicti Domini Petri de Luxemburgo, vovit ſe ſibi, promittens ſex libras ceræ, ſi ejus precibus curaretur. Quo voto emiſſo, infra tres horas, ut ipſa dicto loquenti marito ſuo retulit, fuit curata; ita quod ex tunc dictam infirmitatem non fuit paſſa; ſed ambulavit & ambulat erecta & ſine baculo & adjutorio, & fuit reſtituta ſanitati, ac ſi numquam infirmitatem ſenſiſſet. Interrogatus, ſi audivit medicos, vel adhibuit medicinas, unguenta vel balnea? Dixit, quod nihil penitus adhibuit, nec adhiberi fecit medicamenta, quod ſciat.

259 Te-

A *ſublato;* 259 Teſtis LX ſuper miraculo inferiùs deſcripto. Dixit, quod in loco de Brinazato, Lemovicenſis diœceſis, erat publica vox & fama, quod Hugueta, uxor Petri de Penenayre, fuerat infirma; adeo quod non poterat ſurgere de lecto ſine adjutorio, & expoſt audivit à dicta Hugueta, & à vicinis, quod erat curata precibus dicti Domini Cardinalis de Luxembourg. Interrogatus, quid eſt fama? Dixit, quod illud, quod communiter à pluribus dicitur; & alia dixit ſe neſcire.

repetita 260 Teſtis LXI interrogata ſuper CVII dd. articulorum articulo & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod eodem anno Antonius Thomé commorans in præſenti civitate; in burgo Domini Petri de Seguireto, legum doctoris, &c. Dixit contentum in dicto articulo fore verum; utpote quæ vidit dictum puerum in aqua Sorgiæ exiſtentem; & erat præſens quando dictus Antonius Thomé illum extraxit mortuum de aqua Sorgiæ. Inſuper confirmavit omnes circumſtantias iſtius miraculi, ſicut jam ſunt ſcriptæ in præcedentibus depoſitionibus.

B *de puero ſubmerſo,* 261 Teſtis LXII interrogata ſuper CVII dd. articulorum articulo & contentis in eo (de quo jam pluries locutum eſt) confirmavit, quæ exponuntur in d. articulo, dicens eſſe vera; & ejus depoſitio ſimilis eſt præcedentibus de d. articulo.

atque ad vitam revocato, teſtimonia. 262 Teſtis LXIII interrogatus ſuper CVII dd. articulorum articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod eodem anno Antonius Thomé, &c. Dixit, contentum in d. articulo eſſe verum cum omnibus circumſtantiis ibidem expoſitis: utpote qui primus vidit puerum ſubmerſum in aqua Sorgiæ; & Antonium Thomé ſaltantem in aquam, unde levavit dictum puerum, quem judicavit eſſe mortuum: quia non movebat pedes neque manus: & habebat dictus puer faciem albam & pallidam.

Item de febri, 263 Teſtis LXIV interrogatus ſuper CXLVIII articulo, qui ſic incipit: Item quod anno proxime dicto tam graviſſima febris continua arripuit Joannetum &c. Dixit, contenta in d. articulo fore vera. Interrogatus quomodo ſcit? Dixit, quod erat filius ejus, & præſens erat, & vidit, & audivit in articulo
C contenta. Interrogatus, quanto tempore ante votum fuit infirmus? Dixit, quod per quinque vel ſex dies. Interrogatus, ſi emiſſo voto ſtatim fuit curatus? Dixit, quod incepit dicere Babay, & poſtea paulatim incepit loqui, debiliter tamen, & hoc fuit circa ſecundam horam noctis, & poſtea de mane, ipſe puer à caloribus fuit dimiſſus: unde ex hoc ipſe loquens judicavit, dictum puerum eſſe curatum precibus dicti Domini Cardinalis. Interrogatus, ſi ante votum puer loquebatur? Dixit, quod non, imo per ſex vel ſeptem horas ante voti emiſſionem non fuit locutus nec ſe movebat.

brachii debilitate, 264 Teſtis LXV interrogatus ſuper CLXV articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod Joannes de Sullet, furnerius, &c. Dixit, ſe tantum ſcire, quod verum eſt, quod ipſe cecidit in terram, & quod ſeptem vel octo dies poſt, ſenſit brachium ſuum dextrum valde debilitatum; ita quod, licet aliqualiter brachium moveret, non tamen ad caput, nec retrò dorſum, nec ad os ponere, nec etiam ad induendum ſe juvare poterat; & licet per medicos, per ſpatium quinque menſium vel circa, fecerit adhiberi medicinas, quæ conſtiterunt ſibi bene decem florenos, non tamen, nec opera medicorum neque medicinarum, à debilitatione brachii potuit curari. Quod videns, vovit ut in articulo continetur. Quo voto emiſſo infrà triduum ſenſit brachium totaliter curatum, acſi numquam habuiſſet malum. Interrogatus, ſi umquam habuerat brachium debilitatum, & ſi poſtmodum habuit brachium, ut prius habebat, debilitatum. Dixit quod non. EX MSS. AVENION.

ſubmerſo vita reddito, 265 Teſtis LXVI examinata ſuper CXVI articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit, Item quod eodem anno de menſe Julii accidit in loco de Barbentana, Avenionenſis diœceſis: dixit quod, ipſâ loquente exiſtente in campo ſuo cum meſſoribus, vidit Bertrandum in articulo nominatum, ducentem quadrigam (quæ dicitur Tombarel) oneratam herbis; & quod dictus Bertrandus per locum periculoſum dictam quadrigam ducebat, ut finis demonſtravit; meſſores, qui cum dictâ loquente erant, clamaverunt alta voce ipſi Bertrando, E ut caveret ſibi, quia locus ubi tranſibat, non erat locus ad ducendum quadrigas opportunus. Hoc tamen non obſtante, ipſe Bertrandus duxit quadrigam ſuam, quò voluit, & in bedali, de quo in articulo ponitur, cecidit; quod videns ipſa loquens, monuit meſſores, qui cum illâ erant, ut irent ad juvandum dictum Bertrandum ad levandam quadrigam: qui reſponderunt, ſi indigeat juvamine noſtro, bene clamabit. Et ipſa loquens, quod circa quadrigam non apparebat ipſe Bertrandus, ipſa adhuc requiſivit ipſos meſſores, quod irent: quod facere recuſarunt. Ipſa vero loquens hoc videns, ſuſpicans quod malum eveniſſet ipſi Bertrando, quia nullo modo eum videbat, ipſa loquens in propria perſonâ acceſſit ad quadrigam.

& pluribus 266 Et dum ibi fuit, reperit quadrigam ſubverſam in bedali; reperit etiam caputium dicti Bertrandi ſuper aquam: & tunc ipſa ſuſpicans, quod Bertrandus eſſet ſubtus quadrigam, clamavit altâ voce meſſoribus, ut venirent omnino, quod & fecerunt; & dum ibi fuerunt una cum ipſa loquente, exoneraverunt ipſam quadrigam; quâ exoneratâ, illam extraxerunt de loco in quo ceciderat, & tunc dictus Ber- F trandus apparuit inter tibias illorum, qui dictam quadrigam levaverunt: quem Bertrandum extraxerunt de aquâ, & ad littus aquæ poſuerunt, omnes unanimiter dicentes, ipſum eſſe ſubmerſum & mortuum, & tunc ipſa loquens, dixit: non eſt mortuus; & poſito, quod ſit mortuus, confido in Deo, beatâ Maria Virgine & Domino Petro de Luxembourg, quod ſibi vita reſtituetur. Et tunc genibus flexis, ipſa loquens ipſum Bertrandum dicto Domino Cardinali, devotiſſime deprecando, de quo ſummè confidebat, devovit: quia ſi precibus dicti Domini Cardinalis vita ſibi reſtitueretur, imaginem ceræ ipſi Domino Cardinali offerret, & idem vovit bis, antequam dictus Bertrandus fuiſſet extractus de aquâ. Et duæ puellæ, ibidem etiam exiſtentes deprecabantur ipſum Dominum Cardinalem, ut vita dicto Bertrando reſtitueretur. Erant autem dictæ puellæ ætatis octo aut decem annorum. Quo voto emiſſo, per ipſam

EX MSS. AVENION. loquentem, dum ipſo Bertrandus per aſſiſtentes quodammodo teneretur ſuſpenſus, pedes in altum tenendo, quædam Franciſca, uxor Roſtagni Magner, tenebat caput ipſius Bertrandi, & manum unam ſuper ſtomachum ipſius Bertrandi, & tunc ſenſit, quod ſpiritum habebat, & ſic paulatim ſuper quadrigam poſitus incepit clamare af, & ſe plangere, ſicque in craſtinum pedibus propriis ſepulcrum dicti Domini Cardinalis viſitavit.

rei adjunctis. 267 Interrogata, ſi credebat, ipſum Bertrandum eſſe mortuum? Dixit quod ſic, eò quod non movebat pedes, nec manus, nec caput. Interrogata, ſi erat rigidus & frigidus? Dixit, quod ſic, cauſam reddens, quia tetigit eum in manibus & pedibus, & infra corpus; & etiam tenebat manus aliqualiter clauſas, nec poterant extendi digiti manus. Interrogata, ſi anhelitum emittebat? Dixit, quod non. Interrogata, quomodo ſcit? quia ante os ponebat manum frequenter, & ſic ponendo non percepit, quod emitteret anhelitum; & aliter non probavit. Interrogata, ſi emiſit aquam per os? Dixit quod non, ſed
B poſt votum bene emiſit aliquantulum de ſanguine per os. Interrogata, ſi tenebat os apertum? Dixit quod ſic, tamen habebat labia groſſa & nigra, & oculos everſos ad modum morientis.

Pur ſuſpendio liberatus, 268 Teſtis LXVII interrogatus, non ſuper articulis, ſed ſuper miraculo, inſertus deſcripto. Et primo interrogatus, dixit, quod ipſe rapuit unum par boum Bertrandi Cur de Monroye, Dienſis diœceſis, eo quod ille Bertrandus Cur receptabat inimicos Domini loquentis, videlicet Domini ſui temporalis, ſcilicet Epiſcopi Dienſis: & dum dictos boves ad civitatem Dienſem adduxiſſet, ipſe fuit captus per curiam temporalem dictæ civitatis Dienſis, & ſtatim confeſſus fuit, quod boves prædictos rapuerat: ad cujus confeſſionem, ut dixit, judices tulerunt ſententiam, ut ſuſpenderetur; & ipſe audiens, quod eſſet ad ſuſpendium condemnatus: vovit ſe Domino Cardinali de Luxembourg, quod eum à tali morte vellet præſervare, & poſt votum, eumdem duxerunt ad patibulum, & dum fuit in pede patibuli & recitaſſet dictum votum, carnifex
C aſcendit ſcalam per duos vel tres gradus, ut eum in patibulo ligaret, & ſic aſcendendo, ſcala fuit fracta in duabus vel tribus partibus; & nihilominus equi curialium ad invicem tunc inceperunt magnam riottam *g*, & fugerunt hinc inde; & ſicut credit, & firmam ſpem habet, prætextu miraculi, à morte fuit liberatus, & poſt aliquos dies, remiſſus ad aliam curiam [non] fuit civiliter condemnatus; & ſic mortem totaliter evaſit. Interrogatus, de tempore, dixit, quod poſt Paſcha fere per quindecim dies de anno præſenti, videlicet de anno MCCCLXXXX. Interrogatus, quale votum emiſit? Dixit, quod promiſit viſitare ſepulcrum dicti Domini Petri Cardinalis cum uno floreno, & cum chordâ in collo.

g

puer ſubmerſus, 269 Teſtis LXVIII interrogata ſuper articulo CXVI, & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod eodem anno de menſe Junii accidit in loco de Barbentana, Avenionenſis diœceſis, quod quidam adoleſcens, &c. dixit contentum in dicto articulo eſſe verum, utpote quæ præſens erat cum ſorore ſua Rayneria, quando dictus Bertrandus fuit extractus de aquâ D mortuus & rigidus, & confractus in membris ſuis, & ipſa loquens, cum ſorore ſua Rayneria, & cum duabus filiabus, ibidem exiſtentibus, emiſerunt votum ad dictum Dominum Petrum Cardinalem pro ſalute dicti Bertrandi, & poſt aliquam pauſam, emiſſo voto, dictus puer incepit reſpirare, ronflando *h* ad *h* modum hominis morientis: & poſtea pater & mater, venientes duxerunt ſuper quadrigam. Inſuper dicta loquens confirmavit omnes circumſtantias iſtius miraculi: ſicut ſunt depoſitæ ſuperius in depoſitione Rayneriæ, ſororis ſuæ.

vitæ reſtitutus, pluribus teſtimoniis 270 Teſtis LXIX interrogatus, ſuper CXVI dd. articulorum articulo, & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod eodem anno, de menſe Junii, accidit in loco de Barbentana, Avenionenſis diœceſis, &c. Dixit contentum in d. articulo eſſe verum, cum omnibus circumſtantiis, quæ fuerunt depoſitæ à præcedentibus teſtibus, qui fuerunt interrogati ſuper eodem articulo. Interrogatus, ſi erat præſens? Dixit quod ſic, & vidit dictum Bertrandum, ſubmerſum & mortuum; quia tetigit eum
E in capite & tibiis; & erat frigidus & rigidus, & nullum ſignum vitæ apparebat in eo.

ſtabilitur. 271 Teſtis LXX ſuper eodem CXVI articulo, & contentis in eo, dixit, contentum in eo eſſe verum, & confirmavit omnino præcedentia teſtimonia. Utpote qui vidit, & præſens erat, quando dictus Bertrandus cecidit cum quadriga in bedali; & extractus inde fuit ſubmerſus, & mortuus. Ejus depoſitio omnino ſimilis eſt ceteris; & ita ſunt convenientia teſtimonia.

272 Teſtis LXXI interrogata ſuper CLXV dd. articulorum articulo & contentis in eo, qui ſic incipit: Item quod Joannes de Sullet, furnerius, ætatis triginta ſex annorum, vel circa: eundo per villam Avenionenſem, cecidit ad terram, &c. Dixit verum eſſe, ut in articulo continetur; hoc ſalvo, quod neſcit, ſi incontinenti voto emiſſo, idem Joannes fuit curatus; ſed bene dicit, quod ſtatim voto emiſſo, acceſſit ad ſepulcrum dicti Domini Cardinalis de Luxembourg; tranſeundo per ſpeciariam *i*, ubi emit unum brachium ceræ, *i*
pro complendo votum ſuum, & dum rediit ad domum, dixit ipſe loquenti: Pro certo,
F iſte Sanctus fecit mihi gratiam: nam ego poſſum ponere & removere caputium meum de capite meo cum brachia læſo, quod non poteram de toto tempore, in articulo contento: reddens cauſam, quod dictum Joannem virum ſuum induebat, ſicut unum infantem; & vidit eum infirmum. Interrogata, ſi totaliter fuit curatus? Dixit, quod non; imo remanſit debilis, per tres vel quatuor dies, ſed ex tunc fuit potens in brachio, adeo quod non dimiſit negotia ſua exercere, & adhuc exercet. Interrogata de anno, dixit quod ſtatim poſt ſepulturam dicti Domini Cardinalis, quando audivit, quod ipſe Dominus Cardinalis faciebat miracula: de menſe & die non recordatur.

De eodem. 273 Teſtis LXXII interrogata, ſuper eodem jam proximè dicto CLXV articulo, & contentis in eo, dixit ſe tantum ſcire in d. articulo, quod ipſa vidit Joannem, de quo in dicto articulo fit mentio, qui non poterat ſe juvare de brachio, videlicet in paſtando *k*, & in *k*
furnando, & poſtea vidit ipſa loquens, quod

ipſe

A ipſe Joannes paſtabat, & infurnabat, aſſerens ipſa loquens, quod ipſa audivit à dicto Joanne, quod erat curatus de brachio, quia ſe voverat dicto Domino Cardinali de Luxembourg. Interrogata de anno & menſe & die, quibus iſta vidit & audivit? Dixit ſe non recordari.

ANNOTATA.

a *Fortaſſe vox hæc coincidit cum voce* Gruellum, polenta, *Gallicè* gru, gruau.

b Rauba *vel* raupa *ſunt* exuviæ, ſpolium, *vel* furtum *cujuſvis ſupellectilis*, *Germanis* raub, *Belgicè* roof. *Hîc accipitur pro ſacris lipſanis, & quid nî determinatè pro ipſo Beato veſtimento, Gallicè* robe? *ut videtur ſuaderi ex contextu.*

c Raſoir *Gallis*, novacula.

d *Videtur eſſe idem quod* bienheureux, *id eſt* beatus.

e *Phraſis hæc redolet Italicam*, è ſpedito, *id eſt*, actum eſt de illo.

f Riotte *ſignificat Gallicè* altercationem parvam; *& metaphoricè hîc* riotta, *videtur indicare* diſcordiam, *inter equos curiales exortam.*

B g Ronfler *Gallis eſt* ronchos edere, ſtertere.

h Species (*à Gallico* eſpices) *ſunt* aromata, *vel* res quævis aromaticæ. Speciarius, *qui id genus* ſpecies *vendit.* Speciaria, res aromatatia, *vel* aromatum mercatura, *Gallicè* eſpiceries. *Verum hîc per* ſpeciariam *intellige officinam, in qua, præter aromata, etiam cerea anathemata præſtabant.*

i Paſta (*Gallis* paſte) *eſt* maſſa, crudus panis. *Hinc per* paſtare *intellige maſſam panis conficere vel pinſere, ſeu artem piſtoriam exercere; ut colligitur etiam ex voce ſequenti.*

k *Id eſt*, in furnum immittere, *Gallicè* enfourner. *Hinc colligas, quid ſit vox* furnerius, *poſita num.* 272, *nimirum* piſtor.

CAPUT XII.

Proceſſus de miraculis apographum juridicè confectum, ac Martino V. PP. oblatum.

C

Proceſſus præſens à tribus notariis ſubſcriptus:

HIc finiunt prædictæ interrogationes, & depoſitiones teſtium ſuper miraculis factis, precibus recolendæ memoriæ ſancti Petri de Luxemburgo Cardinalis; & hic pariter finit proceſſus canonizationis ejuſdem beati Petri de Luxemburgo Cardinalis, factus per Reverendiſſimos Cardinales, ſuprà nominatos; qui quidem proceſſus originalis, ſubſcriptus eſt per tres notarios dictorum trium Cardinalium commiſſariorum, nempe per Valterium Richerii de Ficocunia, Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Petri Epiſcopi Sabinienſis S. R. E. Cardinalis notarium; per Petrum Galhardum, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Amelii, tituli ſancti Euſebii ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis notarium, & per Jacobum de Aſtrabaio, Reverendiſſimi in Chriſto Patris Guilielmi, Cardinalis ſancti Angeli notarium.

deſumptum juridice apographum,

275 Porro notandum eſt, quod anno MCCCCXVII, Guido de Boſcagio Avenionenſis Epiſcopus, ad requiſitionem Reverendi patris Andreæ de Borvilla, Cæleſtinorum Avenionenſium procuratoris, viſo & lecto proceſſu, facto pro canonizatione præfati Petri de Luxemburgo; Joannem Antherium, Franciſcum Bertrandi, Joannem de Comis, & Andream de Villaribus, libelliones commiſit pro apographo, ex dicto proceſſu extrahendo; quod prædictus Reverendus pater procurator, juſſu ejuſdem Epiſcopi, & de conſenſu monaſterii præfati, Conſtantiam detulit; illudque magna cum reverentia & humillimâ ſupplicatione, cum litteris conſulum civitatis Avenionis Martino Quinto, ſummo Pontifici, præſentavit, ut Petrum de Luxemburgo Sanctorum numero vellet adſcribere. Et eſt iſtud apographum, quod ego frater Abel le Gros, monachus conventûs Cæleſtinorum Avenionenſium, manu propria, & de verbo ad verbum tranſcripſi; & ne quis prædicta, quamquam authentica, in dubium revocet; æquum duxi, hîc apponere commiſſionem prædicti Domini Epiſcopi Avenionenſis, & atteſtationes libellionum commiſſorum, cum illorum ſignis. Sequitur ergo. EX MSS. AVENION.

176 Commiſſio Domini Guidonis, Epiſcopi Avenionis. Guido, miſeratione divina, Epiſcopus Avenionenſis dilectis nobis in Chriſto diſcretis viris, magiſtris Joanni Anterio, Franciſco Bertrandi, Joanni de Comis, & Andreæ de Villaribus, notariis publicis & habitatoribus Avenionis, ſalutem in Domino & diligentiam in commiſſis. Inſtante dilecto nobis ineodem Chriſto, religioſo viro, fratre Andrea de Borvilla, monacho, & procuratore monaſterii fratrum Cæleſtinorum de Luxemburgo Avenionis, aſſerente, ſe, ſeu dilectos in eodem Chriſto venerabiles & religioſos, Priorem & Conventum dicti monaſterii, penes ſe habere proceſſum originalem, factum per certos Dominos Cardinales & Epiſcopos, commiſſos ad id, & per felicis recordationis Dominum Clementem Papam VII deputatos ſuper canonizatione ſanctæ memoriæ Domini Petri de Luxemburgo, ſancti Georgii ad Velum aureum S. R. E. Diaconi Cardinalis, miraculis coruſcantis; & infrà ſepta dicti monaſterii tumulati, ac per tres dictorum Dominorum Cardinalium notarios, ſcribas, & ſecretarios ſubſcriptum & ſignatum in ejuſmodi tabellionatione; prout etiam proceſſum ipſum papireum, artificialiter ligatum, ſicut jam narratur, ſubſcriptum & ſignatum ſeu tabellionatum, omni vitio & ſuſpicione carentem, ut prima facie videbatur, nobis realiter exhibuit idem procurator, & hoc de conſenſu dictorum Religioſorum expedire, mittere ad ſanctam Sedem Apoſtolicam & Romanam Curiam, & ad Dominum noſtrum Papam, ſeu certos Dominos Cardinales, commiſſos ſuper iis & per eumdem Dominum noſtrum Papam deputatos, apud quos de dicti Sancti canonizatione nunc agitur; aut alios deputandos, apud quos agetur; copias certas dudum factas ejuſdem proceſſus, prius cum dicto originali proceſſu per aliquos notarios collationatas, ſubſcriptas & ſignatas, cum propter viarum pericula, originalem proceſſum mitti non expediat eiſdem. *Martino V offerendum* F

277 Nos de veſtra probitate, diſcretione & diligentia confidentes, vobis & duobus veſtrûm in ſolidum committimus, & mandamus, quatenus de copiis ipſis cum dicto libro dicti proceſſûs originalis collationem faciatis invicem diligenter; & copias ipſas, veſtris aut *ex commiſſione Ep. Avenionenſis.*

EX MSS. AVENION. veſtrûm duorum ſubſcriptionibus hujuſmodi collationis teſtificatoribus & ſiguis tabellionalibus munitas, procuratori dictorum Religioſorum detis, ſatisfacto vobis de veſtro ſalario moderatè. Datum Avenione ſub teſtimonio ſigilli noſtræ Cameræ rotundi, die XXIII Januarii, anno Domini MCDXVII. *Sic ſignatus*, Guido Epiſcopus Avenionis.

Authentica notariorum

278 Et ego Joannes de Comis, clericus Claromontenſis diœceſis, civis & habitator Avenionis, publicus authoritate Imperiali notarius; commiſſarius ad hæc, una cum aliis notariis in commiſſione, nobis per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Guidonem, Avenionenſem Epiſcopum facta, deputatis, ut de ejuſmodi commiſſione conſtat, litteris patentibus ipſius Domini Epiſcopi, ejuſque ſigillo rotundo ceræ rubeæ ſigillatis, à nobis notariis prædictis cum reverentia, quâ decet, receptis, quarum tenor proxime eſt inſertus. Qui virtute hujus commiſſionis, & ad requiſitionem religioſi viri fratris Andreæ de Borvilla, in ipſis litteris nominati, feci collationem diligentem & fidelem de præſenti copiâ, libro tranſcripto, ſeu exemplari, ex originali libro ſive proceſſu extracto, continente in univerſum folia quotata trecenta ſeptuaginta, ſcripta trecenta triginta ſex; non ſcripta vero triginta quatuor, præſenti folio cum ſcriptis computato. Feci quidem collationem hujuſmodi cum eodem originali proceſſu, omni vitio & ſuſpicione carentem, ut prima facie apparebat, ſubſcripto & ſignato ſignis publicis ac tabellionato per dictos magiſtros Valterium Richerii de Ficocunia, Petrum Galhardi, & Jacobum de Eſtrebayo, notarios publicos, & ſcribas dictorum Dominorum Cardinalium, in eorum ſubſcriptionibus nominatorum.

B

teſtimonia

279 Quarum quidem collationem feci unà cum magiſtro Andrea de Villaribus, notario publico inſinuato, legente eumdem librum, ſeu proceſſum originalem; me ipſum auſcultante ſuper præſentis copiæ tranſcripto ſeu libro, corrigendo corrigenda, addendo addenda, tollendo tollenda, & aliàs eam uniformem verbis faciendo; & quia præſentem librum ſeu tranſcriptum cum dicto libro ſeu proceſſu originali concordare inveni, ideo hîc propria manu mea me ſubſcripſi, & ſignum meum authenticum hîc ante poſui conſuetum, unà cum ſigno & ſubſcriptione ſupradicta; & infraſcriptis magiſtri Andreæ de Villaribus, die XXXI & ultima menſis Januarii, anno à Nativitate Domini MCDXVIII, Indictione undecima, pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Martini, divinâ providentiâ Papæ V anno primo.

C

de fideli exemplaris authentici

280 Et ego Andreas de Villaribus, oriundus de Ambianenſi civitate in Picardia, publicus imperiali ubique, & regia in patria regni Franciæ, quæ jure ſcripto regitur, authoritatibus notarius, pro nunc habitator Avenionis, commiſſarius memoratus, unà cum dicto magiſtro Joanne de Comis, notario & commiſſario ſupraſcripto, modo & forma in ſuſcriptione dicti magiſtri Joannis de Comis notarii, hanc immediatè præcedentis, deputatis, deſcriptis virtute ejuſdem commiſſionis, ad requiſitionem ſupra ſcripti religioſi fratris Andreæ de Borvilla, feci collationem fidelem & diligentem de præfata copiâ, libro ſeu tranſcripto, modo præſcripto, ſcilicet me legente librum ſeu proceſſum originalem, & dicto magiſtro Joanne de Comis, notario & commiſſario inſcripto, auſcultante, & ut in ſua ſubſcriptione præſcriptum eſt, corrigente. Et ideo hic me manu mea propria ſuſcripſi, & ſignum meum dictis authoritatibus ſolitum apoſui, requiſitus in teſtimonium omnium præmiſſorum. Anno, die, Indictione & Pontificatu proximè dictis. *Et ſubnotatum erat.* De Villaribus. D

cum tranſcriptis collatione,

281 In teſtimonium verò quod diſcreti viri magiſtri Valterus Richerii de Ficocunia, Petrus Galhardi, & Jacobus de Aſtrabayo, notarii publici, in proceſſu originali, de quo mentio perhibetur deſcripti, ac Dominorum Cardinalium commiſſariorum, in eodem proceſſu nominatorum ſecretarii & ſcribæ, tempore eorum ſubſcriptionum, & ſignationum erant, & diu ante fuerant; & magiſtri Joannes de Comis, & Andreas de Villaribus, in præſenti libro ſeu copia, & ſuperiùs proximè deſcripti, & alii in commiſſione per Nos, Avenionenſem Epiſcopum inferius nominatum, eis facta, & ſupra proximè inſcripta nominati: etiam tempore ſubſcriptionum & ſignatorum ſuarum, & diù ante fuerunt, & erant ac ſunt notarii publici, authoritatibus in eorum ſubſcriptionibus deſcriptis, & ad præfatos magiſtros Valterum Richerii; Petrum Galhardi, & Jacobum de Aſtrabayo; temporibus ſupra dictis fuit habitus, & habebatur. Et hodie dictis magiſtris Joanni de Comis & Andreæ de Villaribus, tamquam ad notarios publicos probos, ac boni nominis ac bonæ famæ, publicè & notoriè habetur recurſus, inſtrumentiſque, & aliis ſcripturis publicis, per eos receptis, ſubſcriptis & ſignatis, adhibita fuit, & adhibebatur, ac hodie adhibetur ſingulis ad ſingula relatis plena fides, & quod præſens liber ſeu copia manibus propriis præfatorum magiſtrorum Joannis de Comis, & Andreæ de Villaribus, notariorum publicorum, ut præmittitur, ſubſcripta, & eorum ſignis conſuetis ſignata exiſtit; quodque ipſi vice & authoritate noſtra ejuſmodi collationem, ſubſcriptiones & ſignationes fecerunt; & quod commiſſio noſtra prædicta, eis facta, & litteræ ejus tales eſſent in verbis, ſigillo, & ſignatione, atque tales, prout ſuperius inſcriptæ ſunt. E F

ac concordia.

282 Nos Guido, miſeratione divina, Avenionenſis Epiſcopus, de iis legitimè informati, ad inſtantiam & requiſitionem fratris Andreæ de Borvilla, Procuratoris prælibati, bullam plumbeam authenticam curiæ noſtræ epiſcopalis Avenionis, filis cirici *a* viridis more ſolito impendentibus, communitam, præſenti libro ſeu copiæ duximus apponendam, ad majorem roboris firmitatem præmiſſorum. Datum & actum Avenione in domo habitationis noſtræ, die prima menſis Februarii, anno à Nativitate Domini MCCCCXVIII, indictione XI, pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Martini, divinâ providentiâ Papæ V, anno primo, in præſentia venerabilium virorum Dominorum Hugonis de Spina, litterarum apoſtolicarum ſcriptoris, & Falconis de Barbentana, Prioris de Graviſione, noſtræ Avenionenſis diœceſis. Sic ſignatus

a

de

A de mandato dicti Domini Episcopi, de Masfesio. *Inferius habebatur:* G. Episcopus Avenionensis. *Infra expressum erat sigillum, ab una facie repræsentans Episcopum, habitu episcopali vestitum, cum hac inscriptione, dicti sigilli peripheriam obeunte:* Bulla Episcopi Avenionensis. *Ab altera parte exhibet mitram, inscriptione in orbem circumductâ, ejusdem tenoris, cujus erat præcedens.*

ANNOTATA.

a *Id est* cerâ, *Gallicè* cire.

HISTORIA

Eorum, quæ post obitum B. Petri de Luxemburgo contigerunt, è Ms. Codice PP. Cælestinorum monasterii Avenionensis, à P. Nicolao Malet, ejusdem monasterii religioso, collecta.

B

PRÆFATIUNCULA.

Scopus auctoris.

CUm Beatus Petrus à Luxemburgo, in cœmeterio pauperum S. Michaëlis apud Avenionem humatus, sanctitate ac miraculis clarissimus, initium monasterio Cælestinorum Avenionensium dederit, jubente Clemente Papa VII, ejusque successore Petro de Luna *a*, Benedicto XIII nuncupato, exequente; priusquam ultra progrediar de eo scribere, statui non equidem ad longum ejus ab infantiâ vitam, quæ bis typis *b* mandata est, hîc inserere, sed breviter eorum, quæ à tempore, quo ab oculis evanuit humanis, ut in cælis nasceretur, acciderunt, historiam enarrare.

2 Petrus à Luxemburgo, Imperatoriâ Regiâque stirpe oriundus, anno reparatæ salutis MCCCLXXXVII, die penultimâ mensis Junii, Pontificatûs Clementis Papæ VII anno IX, ultimo voluntatis suæ eloquio, corpus suum ecclesiasticæ sepulturæ humiliùs reliquit, cavitque in cœmeterio pauperum S. Michaëlis, extra sacella in loco publico, pauperum modo, terræ mandari; illud tamen cum aliis dicti sui Testamenti statutis, correctioni ac voluntati dicti summi Pontificis, & Cardinalium Executorum, summâ cum humilitate relinquens; quæ, ut magis eniteat, hîc in primis, & ante omnia ejusdem Testamenti tenorem duximus inferendum.

C

CAPUT I.

Testamentum B. Petri, miracula, fundatio monasterii Cælestinorum Avenione, canonizatio à multis petita.

Tenor

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Tenore præsentis publici instrumenti noscat in Filio Virginis gloriosæ, viventium præsens ætas, & futurorum posteritas secutura non ignoret, sed ad perpetuam firmam & validam memoriam futuris & perpetuis permaneat, quod anno à Nativitate ejusdem Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, Indictione decima, mensis verò Junii die penultima, Pontificatûs SS. in Christo Patris & Domini nostri, Domini Clementis, divinâ providentiâ Papæ septimi anno nono, in mei notarii publici infra subscripti testiumque inferiùs nominatorum, ac expressè & specialiter ad hoc vocatorum & rogatorum, præsentiâ constitutus personaliter Reverendissimus in Christo Pater & Dominus, D. Petrus, miseratione divina tituli S. Georgii ad Velum aureum S. R. E. Diaconus Cardinalis, de Luxemburgo vulgariter nuncupatus, mente, memoria, atque consideratione constans & sanus, licet corpore & membris tenuis & debilis, prout prima facie apparebat, melioribus viâ, modo, & forma, quibus de jure, consuetudine & æquitate canonica dici potest & exprimi, suum condidit, fecit & ordinavit testamentum & ultimam voluntatem, in modum, qui sequitur, & in formam: Ego Petrus, miseratione divina S. Georgii ad Velum aureum, S. R. E. Diaconus Cardinalis, licet indignus, de Luxemburgo vulgariter nuncupatus, & misericordiâ Jesu Christi Salvatoris & Redemptoris mei, mente sanus atque memoria, licet corpore & membris debilis & æger, attendens & considerans, quod nihil est in carne positum, quod viam ultimi judicii valeat evitare, & quod humanæ naturæ debilis conditio tot & tantis subjaceat periculis & ærumnis, quodque nihil est certius morte, nec incertius ejus horâ, quâ sapientis anima semper dubia existere debet & tremens. EX MSS. AVENION.

4 Volens igitur meis mortalibus periculis obviare; & sequi laudabilem & approbatam testandi consuetudinem, utendo gratia per SS. in Christo Patrem & Dominum nostrum, D. Clementem, divinâ providentiâ Papam VII, testandi, gratiosè mihi factâ, & aliis melioribus viis, modo, & forma, quibus de jure, consuetudine & æquitate canonica dici potest & exprimi, de bonis, mihi à Deo collatis, meum condo & ordino per modum inferius descriptum, testamentum ultimum, perpetuum, firmum & solemne, ac nostram ultimam firmam & validam voluntatem, revocans ex nunc & penitus annihilans, & ex certa mea scientia quodcumque testamentum seu testamenta, codicillum seu codicillos, aut aliam quamcumque ordinationem de bonis meis, si quod, vel quæ, seu quem vel quos, aut quam, me præteritis temporibus fecisse aut ordinasse contigerit, ac volens expressè & protestans ex nunc, quod in omnibus & singulis supra & infra scriptis, fiant emendationes, correctiones, & mutationes in melius, arbitrio, correctione, emendatione, & omnimoda ordinatione prædicti SS. Patris nostri Papæ Clementis VII, & DD. meorum Cardinalium, executorum meorum, & aliorum executorum infra scriptorum, ad hoc ultimum testamentum meum, voluntatem & ordinationem ultimam, volo perpetuis temporibus firmam habere & perpetuam roboris firmitatem. *testamenti,*

5 In primis igitur, Christi nomine cum devotione, qua possum, invocato, animam meam pecca- *à B. Petro*

D E F

EX MSS. AVENION.

peccatricem, & ſpiritum cum humilitate, quâ poſſum, & quanto devotiùs valeo & ſcio, commendo Jeſu Chriſto, Salvatori & Redemptori meo, qui pro nobis peccatoribus non veruit gravia ſanctæ Crucis ac dira ſubire tormenta, ac glorioſæ Virgini Mariæ, Matri ejus dulciſſimæ, auxiliatrici & advocatæ peccatorum, beato Michaëli Archangelo, omnibuſque Sanctis Dei, ejuſque toti ſanctiſſimo collegio civium ſupernorum, corpuſque meum putridum eccleſiaſticæ ſepulturæ humiliter relinquo, & devotè recommendo, dum ab eodem & à carnis nexibus anima fuerit liberata, videlicet in cœmeterio ſancti Michaëlis Avenione in loco publico extra capellas cum aliis publicis cadaveribus, ubi ſepulturam meam eligo, ſi contigerit in partibus iſtis animam meam à corpore ſuparari. Item placet mihi, quod ſecundum ordinationem, diſcretionem, & arbitrium dd. DD. Executorum fiat ſuper corpus meum quædam arca lapidea cum ſumptibus moderatis, & quod in capella omnium
B Sanctorum, quam fundavit defunctus Magiſter Rodulfus Dailly, ſit repræſentatio capelli mei, & quædam parva tabella marmorea, in qua titulus meus conſcribatur, ſecundùm diſcretionem & ordinationem prædictorum. Item volo & ordino, quod in die ſepulturæ meæ ſint tantùm pro luminari meo tres cerei, quilibet ponderis ſeptem librarum ceræ, quorum duo in capite corporis, ſive repræſentationis, & tertius ad pedes ponantur cum duodecim torticiis in circuitu corporis, quarum quælibet ſit ponderis octo librarum ceræ tantummodo.

Item ſi contingat me decedere alibi extra curiam, eligo ſepulturam meam in cœmeterio ſancti Innocentii Pariſiis, modo & forma prædiſpoſita, & die ſepulturæ meæ, ut præfertur, celebrari. Item ad ulteriora procedens, Deo prævio creatore meo, volo & ordino expreſsè, quod primitus & ante omnia forefacta mea, ſi quæ ſint, ac debita quæcumque, etiam cum ſemiplena probatione probata, de quibus arbitrabuntur dicti Executores mei, ad plenum de bonis meis mihi à Deo collatis, reſtituantur & ſolvantur. Item deinde lego & ordino Andreæ de Luxemburgo,
C dilecto germano meo, meliorem cameram meam de meis, ſcilicet de mobilibus cum pleno fornimento *c*, cum libris meis omnibus, & majori equo corporis mei & ſolemniori. Item lego & ordino Domicellæ Joannæ de Luxemburgo, germanæ meæ, meliorem & honorabiliorem gobeletum *d* totius vaſſellæ meæ *e*. Item volo & ordino, quod omnibus & ſingulis familiaribus & ſervitoribus meis, mecum de præſenti commorantibus, quoad præſens, fiat ſatisfactio plenaria, juxta facultates meas de omnibus & ſingulis eorum ſtipendiis, more Romanæ curiæ, & aliis quomodocumque debitis, arbitrio & ordinatione prædictorum Dominorum Executorum meorum.

c

d

e

6 Item volo & ordino, quod, ſi ex informatione per dd. DD. Executores meos recipienda, appareat me aliquibus vel alicui ex ipſis ſervitoribus & familiaribus meis, ex bono & honeſto in amplius teneri, hoc fiat eis ad plenum, arbitrio & ordinatione prædictorum. Item lego & ordino Roberto de Torrionis ſcutifero meo principali, ultra ſtipendia ejus, deductis deducendis, ſi quæ ſint, triginta florenos auri. Item Joanni de la Loge, magiſtro aulæ meæ, pari forma triginta florenos auri. Item Petro Briſille, coquo meo, quindecim florenos. Item (primitùs tamen ſatisfacto de prædictis, & non aliàs, ſi facultates meæ pati poſſunt) eccleſiæ Metenſi, cui præfui, centum florenos de camera, ſemel tantùm ſolvendos, pro anniverſario meo, in dicta eccleſia celebrando. Item lego & ordino, modo & forma prædictis, eccleſiæ Pariſienſi pacem meam argenteam meliorem cum decem florenis de camera. Item lego & ordino modo & forma prædictis cuilibet ordini Mendicantium in civitate Avenionis, decem florenos de camera. Item conſtituo & ordino in omni jure & naturali ſucceſſione, mihi competenti, tam in bonis mobilibus, quam immobilibus, & aliis quibuſcumque ex hereditate paterna, materna, avitina, ſeu aliis parentibus meis quibuſcumque, & qualitercumque ad me de jure naturali pertinentibus, heredes meos dilectos fratres meos Joannem & Andream de Luxemburgo & Joannam de Luxemburgo, ſororem meam, cuilibet cum æquali portione. D E

7 In ceteris verò bonis mobilibus meis, ſi quæ reſtant, facta condigna ſatisfactione de præmiſſis, inſtituo & ordino heredes meos, pauperes Chriſti, in Romana curia pro tempore exiſtentes. Executores vero & commiſſarios meos, & mei præſentis firmi, & ultimi & perpetui teſtamenti & irrevocabilis voluntatis facio, conſtituo & ordino Reverendiſſimos Patres in Chriſto, Dominos meos, Petrum tituli ſancti Marci, dictum Ebredunenſem, Joannem tituli ſanctorum quatuor Coronatorum, dictum de Novocaſtro, Joannem ſanctæ Anaſtaſiæ, dictum Vivarienſem, presbyteros; & Amedeum ſanctæ Mariæ Novæ, dictum de Saluciis, Diaconum, S. R. E. Cardinales; Guilielmum de Crepicordio S. R. E. Protonotarium, & Clementem Epiſcopum Lodovienſem, ac Hugonem le Chaudronier, camerarium meum, Simonem de Burien, procuratorem Regis Franciæ in curia Romana, & Nicolaum Claequin, Theſaurarium meum. Quibus Dominis Cardinalibus, & eorum cuilibet, nec non duobus ex ceteris, quorum alter protonotarius ſeu Epiſcopus, do, concedo & ordino ex nunc plenam, & abſolutam poteſtatem in omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis F proſequendis, procedendis, & complendis, ut veri Executores, & quibuſlibet eorum, ut præfertur, uſque ad complementum & veram perfectionem omnium & ſingulorum præmiſſorum. Vos teſtes, hîc præſentes, inferius nominatos, in teſtimonium veritatis quorumcumque præmiſſorum, cum quâ poſſum inſtantia & affectione, invocando, & te notarium publicum præſentem & infraſcriptum requiro inſtanter, inſtantiùs, inſtantiſſime, ut ſuper omnibus præmiſſis (omnia in forma meliori, qua poteris, redigens) conficias publicum inſtrumentum, ſeu publica inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in Villanova Avenionis diœceſis in domo habitationis dicti Reverendiſſimi Patris teſtatoris, anno, Indictione, die, menſe, & pontificatu, quibus ſupra, præſentibus venerabilibus & circumſpectis viris magiſtris, Joanne de Marchia Doctore; Guidone Danes, aliàs Huſtin, licentiato in decretis; Dominis Ægidio Dorel, Joanne Chauber, presbyteris; Michaële Alant, clerico cubiculario dicti Domini teſtatoris, Colardo de Thoys, aliàs Tarin & Achilleto Maquerel domicellis, Tullenſis,

qualis fuerit.

conditi,

A sis, Morinensis, Noviomensis, Cameracensis, Attrebatensis, & Ambianensis diœcesis, testibus, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et quia ego Petrus Dallovargue, clericus Morinensis, publicus Apostolica & Imperiali authoritatibus notarius, ac ejusdem Reverendissimi Patris in Christo, Domini testatoris sanctæ memoriæ, dum viveret, secretarius, licet indignus, & familiaris continuus, prædictis omnibus & singulis suprascriptis, dum, sicut præscribuntur, ordinarentur, & fierent, unà cum prænominatis testibus præsens & personaliter interfui, idcirco huic præsenti testamento, per alium fideliter scripto, signum meum solitum apposui, requisitus, ut supra, specialiter & rogatus. *Hactenus testamentum. Dein pergit Auctor.*

Miracula, 8 Mortuo igitur beato Petro de Luxemburgo, & eo inhumato, ut ordinaverat, die v mensis Julii anni suprascripti MCCCLXXXVII, facta fuit postea quædam arca lapidea in sacello omnium Sanctorum, & quædam tabula marmorea, in qua titulus ejus erat. Verùm res miranda in eo sepeliendo contigisse traditur, cum enim depositò corpore juxta sepulturæ locum, panno griseo, cruce insignito, involuto, ejusdem anima ex more commendaretur, vellentque corpus terræ mandare, oculos suos (multorum testimonio) aperuit *f*, & mox, completâ sepulturâ, clausit. Nec non omnipotens Deus magna & diversa miracula ejus precibus & intercessione patravit. Ita ut nondum anni evoluto circulo, XIII mortuos suscitarit, VIII à mortis periculo liberarit, V loquelam, VII visum; VIII auditum, claudis IV gressum restituerit; à febre continua tres, à quartana IV sanaverit, ac XV contractos, motuque privatos, sanitati pristinæ reddiderit, V rabidos & mente captos, mentis compotes fecerit; à ruptura sex, à lepra unum, à fistula quinque, à podagra quatuor, à fluxu sanguinis quinque, à puerperio septem, à morbo caduco octo, à capitis dolore sex, à calculo tres, à vermium dolore quatuor, ab incendio itidem quatuor loca liberaverit, (mirum dictu) tres, ejus sepulcrum visitando irridentes, morbis subito affectos ad pœnitentiam reduxerit, resque deperditas ejusdem precibus quatuor recuperaverint. Quæ omnia supradicta miracula jussu Clementis VII anno MCCCXC Reverendissimis in Christo Patribus Cardinalibus, Petro Sabinensi, Aurelio & Guilielmo sancti Angeli commissariis, de veritate inquirentibus, vera comprobantur, in processu canonizationis præfati Petri à Luxemburgo.

fundatio Cælestinorum Avenione. 9 Quare præfatus Clemens Papa VII, sanctitate prædicti Petri à Luxemburgo, miraculis & virtutibus coruscantis, permotus, de illustriori basilica in ejus honorem cogitans, omnia ad illius memoriam consecrata ac consecranda, prope ejus tumulum oblata, sibi reservavit, & prædictis Cardinalibus reservata commisit, qui ex Clementis Papæ sententia Patribus Cælestinis provinciæ Gallicanæ ea omnia, pro monasterio ibidem construendo, unanimiter contulerunt; qui quidem Cælestini, eorum libentissime votis annuentes: pro beati Petri memoria celebranda, unum sui ordinis monasterium ædificarunt, Caroli VI Francorum Regis liberalitatibus mirificè auctum, ut infra dicemus.

10 Miraculis in dies crescentibus & multiplicantibus, usque adeo, ut intra biennium à B. Petri obitu, ad numerum trecentorum triginta sex, supra bis mille ascenderint; volens dictus Pontifex de eisdem edoceri, ut inde Sanctorum numero prædictum Petrum adscriberet, commisit Eminentissimos S. R. E. Cardinales, Petrum Episcopum Sabinensem, Aurelium sancti Eusebii, & Guilielmum S. Angeli, pro rei veritate investiganda, qui anno MCCCLXXXIX & XVI die mensis Junii, in consistorio Apostolico congregati apud Avenionem, Petrum de Alliaco, in sacra Theologia magistrum, nomine Caroli VI, Francorum Regis Christianissimi, & ad requisitionem venerabilium & circumspectorum virorum Dominorum Decani & Capituli ecclesiæ Parisiensis, nec non Rectoris & Universitatis ejusdem, deputatum, libentissime audierunt, negotium prædictæ canonizationis proponentem, illudque eorum, quorum supra, nomine validissimè urgentem. Quare prædicti Domini Cardinales commissarii tabellionibus & scribis (sumpto prius ab eis de veritate scribenda solito juramento) præceperunt singula B. Petri gesta & patrata miracula scriptis fideliter consignare, & eorum obtutui consignata præsentare. *Sequitur supplicatio Caroli VI, Regis Francorum, ad Clementem VII, pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo.* ex Mss. AVENION.

Supplicat Carolus VI Rex Franciæ, 11 Carolus Dei gratiâ Francorum Rex, dilecto & fideli eleemosynario nostro, magistro Petro de Alliaco, sacræ Paginæ professori, salutem cum cordis jubilo. Temporibus his modernis indefinenti relatu percepimus, qualiter omnis ætas omnisque sexus properat inauditi fervoris excessu, mirum, novum, cælitus mundo missum, videlicet corpusculum, quinimo corpusculi tumulum nostri consanguinei prædilecti, Petri quondam Luxemburgensis, olim sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, personaliter visitare, eidemque ceras & imagines & alia munera offerre; ipsius patrocinium in cunctis necessitatibus implorando, ac de impensis beneficiis & receptis, devotè gratias referendo; qui Petrus teneris abhinc annis petram Christum pro viribus studuit imitari, prout fide dignorum testimonio multiplici fuimus informati. Hic est enim flos ortus inter lilia, exterius candore niveo renitescens per carnis angelicam puritatem, & interiùs rubore aureo incalescens per divini amoris ardentissimam caritatem; cujus odor salvificus, ut speramus, draconem illum veneficum effugabit, qui nunc usque vigente schismate, quamcumque christicolas vocare non destitit à quatuor angulis orbis terræ, stupendorum miraculorum prodigiis irrefragabili veritatis testificatione firmatis ad . . . post Christum, cujus etiam precibus nostra regnique nostri negotia speramus de bono in melius prosperari.

pro canonizatione. 12 Eapropter eò viscerosius affectantes canonizationem ac corporis levationem ipsius Consanguinei nostri prædicti in ecclesia militante, quo devotius credimus glorioſum in ecclesia triumphante; vobis, de quorum scientia, probitate & zelo fiduciam gerimus pleniorem, scriptione præsenti committimus & mandamus, quatenus visis præsentibus, omni morosa dilatione postposita, ad Sedem apostolicam sacrosanctam vos studeatis conferre,

ex Mss. Avenion. & ibidem noſtro omnium nomine, nomine ſanguinis liliorum, ſanctiſſimo patri noſtro Clementi VII ſummo Pontifici, ſacroque collegio fratrum ſuorum Cardinalium, conſiſtorialiter aſſiſtente, cum ceteris volentibus interesse, dicti conſanguinei noſtri Petri canonizationem, corporis quoque ſui levationem, velut Sancti, per eum, de fratrum ſuorum prædictorum Cardinalium conſilio accelerari, per cunctaque mundi climata publicari, prout juris & moris est eccleſiæ Romanæ fieri, ſupplicetis, noſque, quantocius poteritis, commodè certificare curetis de reſponſo totius, Sanctitatis ipſius. Datum Pariſiis die xx Maii, anno Domini MCCCLXXXIX, & regni noſtri IX. Per Regem, Blanchetii, *ſic ſignatus in originali. Sequitur ſupplicatio eccleſiæ Pariſienſis pro canonizationis dictæ impetratione ad Clementem VII deſtinata.*

A capitulo Pariſienſi,

13 Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino noſtro, D. Clementi, divinâ providentiâ ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, devoti & humiles filii veſtri & aſſidui oratores, Decanus & Capitulum
B eccleſiæ veſtræ Pariſienſis, cum omni obedientia, ſubjectione & reverentia, ſeipſos ad devotiſſima pedum oſcula beatorum. Beatiſſime Pater: Inter cetera beneficia, quibus nos divina miſeratio ſuis inceſſanter aſtringit obſequiis, magnum gaudium nobis accreſcet, ſi veſtram Pariſienſem eccleſiam, noſtris temporibus nova Sanctorum merita, illorum præſertim qui una nobiſcum fuerunt in d. eccleſia canonici præbendati; novis miraculis illuſtrarent, quibus honor amplificaretur eccleſiæ ac regni devotio felici proficeret incremento. Cum igitur celebris memoriæ Petrus de Luxemburgo, quondam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Diaconus Cardinalis (cujus dudum in adoleſcentia conſtituti, & eccleſiæ præfatæ Canonici præbendati, tunc viventis aſpectu pariter & affectu fuimus multipliciter recreati) præſentis miſerias incolatus prudenter evaſerit, vitæ munditia, morum honeſtate & converſatione laudabili plurimum inſignitus. Etenim in flore ſuæ gratiſſimæ juventutis exiſtens, & de proſapia tam inſigni, dum reſidentiam faceret in dicta eccleſia perſonalem,
C ſeipſum nobis ac cunctis intuentibus, tam opere quam ſermone exhibuit gratioſum.

eadem petitur.

14 Etiam vidimus, & ſanis conſcientiis atteſtamur, quod ipſe causâ humilitatis in baſſis ſedibus chori unà cum pueris ſedere, Crucemque communiter deferre voluit cum omni devotione & reverentia obſequendo, & officia puerorum benigniter exercendo. Verùm ad noſtrum relatibus fide dignis pervenit auditum, quod ad tumulum ipſius Cardinalis miraculis & prodigiis ac exemplis, ſicut fama publicat, glorioſi, currit de variis climatibus orbis languentium multitudo, ex qua plures univerſarum ægritudinum ſe gaudent & publicant inibi beneficium accepiſſe. Quapropter pro nobis & eccleſiis, nobis ſubditis, Beatitudini veſtræ humiliter & devotè ſupplicamus, quatenus pro divina miſericordia & præmiſſorum conſideratione velitis ad ejus canonizationem procedere, ſi, ac prout, negotii hujus conditio id expoſcet, ut ex veſtro certificetur judicio, quo ſit honore, vitâ functus proſequendus, qui vivens nomen tam celebre meruit obtinere. Pater Beatiſſime almam perſonam veſtram conſervare dignetur Altiſſimus feliciter D & longævè, pro felici regimine Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Actum Pariſiis in noſtro capitulo, propter hoc ſpecialiter deputato, anno Domini MCCCLXXXIX, die XXII menſis Maii. Sybouffardi, *ſic ſignatus in originali.*

ANNOTATA.

a *Antipapa, ſubrogatus Clementi VII Gebennenſi* MCCCXCIV, *obiit* MCDXXIV, *exactis in ſchiſmate* XXX *annis.*

b *De duplici vitæ beati Petri auctore, dictum in commentario prævio.*

c Fornimento *Italicè ſignificat* apparatum *ſeu* ſupellectilem.

d *A Gallico* gobelet, poculum.

e Vaiſſelle *Gallis ſunt* vaſa, ſupellex.

f *Rem hanc diſcuſſimus in commentario prævio.*

CAPUT II.

E

Aliæ aliorum pro dicta canonizatione ſupplicationes, ejuſdemque retardationes.

Academiæ Pariſienſis libellus ſupplex,

Antegreſſis inſtrumentis authenticis ſubjungitur ab horum documentorum Collectore, ſupplicatio Rectoris & Univerſitatis Pariſienſis pro d. canonizatione ad Clementem VII, per D. de Alliaco præſentata, qua complectitur verba ſequentia: Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino noſtro, D. Clementi, divinâ providentiâ ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici. Devoti filii veſtri & aſſidui oratores, Rector & Univerſitas magiſtrorum & ſcholarium, Pariſiis ſtudentium, cum omni obedientia, ſubjectione & reverentia ſe ipſos ad devotiſſima pedum oſcula beatorum. Ad Religionem ejuſque augmentationem ſi quidquam attinet, illud nec alienum à nobis eſſe credimus, nec in eo procurando ac promovendo deſides eſſe volumus, ſive negligentes; nam cum profeſſio noſtra, noſtrumque ſtudium ſint, veritatem in omnibus exaltare, fidei F attamen religioniſque veritas, quo fructuoſior & ſanctior, eo nobis carior ſemper fuit, &, ut ita dixerimus, cordi proximior. Iſtud verò quamobrem præmiſſum eſt, explicemus. Illuſtriſſimus itaque ac ſereniſſimus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, veſtræ Sanctitatis filius, cujus nos ſingulari quadam & felici adoptione ſumus filii, ad præſens eleemoſynarium ſuum, magiſtrum Petrum de Alliaco, eximium ſacræ theologiæ profeſſorem, probatiſſimæ fidei, probitatis ac ſapientiæ virum, ad Beatitudinis veſtræ præſentiam deſtinavit, hac de causâ, ut ſuper canonizatione mirifici illuſtriſſimique ac præclariſſimi Adoleſcentis, Domini Petri de Luxemburgo, celebris memoriæ Cardinalis, coram ſanctiſſimo veſtræ Celſitudinis tribunali, coram inſuper ſacerrimo Reverendiſſimorum Patrum D D. Cardinalium collegio, ſua ex parte quædam certa proponeret, ex parte etiam aliorum nobilium generoſiſſimæ ſtirpis ſuæ: & eos, ut arbitramur, ad id agendum movit communis fama, quæ ſuper moribus, & vita præfati Domini Cardina-

A dinalis, ſuperque miraculis, per eum apud vos, ut dicitur, actis, aſſiduè percrebreſcit, movit forſan ſedandi ſchiſmatis ſpes, divini quoque cultus augmentandi vehemens affectio; nec non multa alia, latiùs per dictum Dominum Eleemoſynarium, ut credimus, explicanda.

pro eadem canonizatione.

16 Nos verò neque in hoc, neque in quibuſlibet aliis, præſertim religionem ſaluberrimam concernentibus, à Chriſtianiſſimo Patre noſtro, Francorum Rege, ſejungere nos volentes, modo S. V. præſentes litteras tranſmittendas duximus, per quas inſinuamus, nos prænominati Viri Dei Petri, cum apud nos eſſet, honeſtiſſimam aſpexiſſe vitam, præfulgidis morum titulis inſignitam, quam laudaſſet ipſe etiam livor: & quæ multum prima facie nos inducit, ut famæ de eo habitæ aſſentiamus, ac piè credamus, eum beatitudinis eſſe participem in cælis, cujus ita probitas effulſit in terris. Quocirca B. V. humillimè ſupplicamus, ut ad inquiſitionem & examinationem eorum, quæ acta dicuntur, matura celeritate canonicè peragendam, intendere dignetur & vacare B. V.; & exinde ad canonizationem procedere, ſi & qualiter negotii conditio poſtulabit; honorem enim noſtrum in hujuſmodi quondam alumni noſtri honorificatione cognoſcimus, & in publico Eccleſiæ commodo (quod, niſi pia ſpe fallimur, ex hoc facto provenit) noſtrum commodum ſituatum eſſe cognoſcimus, nec indignum putavimus, cum de religione agitur, interpoſuiſſe vices noſtras. Beatiſſime Pater, perſonam veſtram ſanam & incolumem conſervet [Deus] Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Datum anno Domini MCCCLXXXIX, in noſtra congtegatione generali apud ſanctum Mathurinum, die XIX menſis Maii, ſuper hoc ſpecialiter congregata. *Proximè ab Collectore ſubditur commiſſionis Bulla Clementis VII, tribus Cardinalibus, pro dicta canonizatione, prout hîc ſequitur.*

Expeditur à Clem. VII

17 Clemens Epiſcopus; ſervus ſervorum Dei. Petro Sabinenſi, & dilectis filiis Amelio tituli S. Euſebii presbytero, & Guilielmo ſancti Angeli Diacono, Cardinalibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pater miſericordiarum, conditor humani generis & Redemptor, ad ſalutem hominis pia ſemper miſeratione proſpiciens, de ſolitæ pietatis beneficiis, miniſtris ſuis in ſtadio hujuſce vitæ ſic largiſluè nonnumquam gratiæ ſuæ dona diffundit, ſicque ipſos in benedictionibus dulcedinis prævenit, quod ipſi mundialibus abdicatis illecebris, piis & virtuoſis operibus intendentes, non ſolùm poſt devictum triumphatumque mundum, immarceſſibile bravium in patria accipiunt, ſed etiam ante & poſt felicem eorum obitum, miraculorum coruſcatione clareſcunt; unde nimium exultans mater Eccleſia, ut debite honorentur in terris, partes ſuæ ſolicitudinis, prout expedit, interponit. Ex iis namque fidelibus augetur devotio & rectitudo Chriſtianæ fidei comprobatur.

B

C

Bulla

18 Hodie ſiquidem pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli, Regis Francorum illuſtris, ac dilectorum filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ Pariſienſis, nec non Rectoris Univerſitatis, magiſtrorum & ſcholarium, Pariſiis ſtudentium, coram nobis & vobis, Frater Epiſcope, &c. Fili Diacone Cardinalis ac aliis fratribus noſtris, in conſiſtorio fuit propoſitum, quod recolendæ memoriæ Petrus de Luxemburgo, S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis, petram Chriſtum ſtuduit imitari, exterius candore niveo reniteſcens per carnis angelicam puritatem, & interius rubore aureo incaleſcens, per divini amoris ardentiſſimam caritatem, quodque ad ejus tumulum variis detenti languoribus, receperunt hactenus, & quotidie recipiunt ſanitatem, ac alias ipſum divina clementia multis & magnis miraculis clarificare non ceſſat. Quare pro parte dictorum Regis, Decani, & Capituli ac Rectoris univerſitatis, nobis extitit ſupplicatum, ipſique per quorum patentes litteras ſupplicaverunt humiliter, ut ad canonizationem dicti Petri procedere dignaremur. Verum, licet nos etiam eumdem Petrum, dum ipſe cardinalatûs honore præditus, nobiſcum in Romana curia reſideret, multiplicium virtutum titulis mutua converſatione noverimus inſignitum, ac quam plura de prædictis miraculis ad aures noſtras, eum dictus Petrus in civitate Avenionenſi, in qua cum dicta curia reſidemus, tumulatus exiſtat, ſint tam fama publica referente, quam ſpeciali plurium fide dignorum relatione deducta, hujuſmodique miracula à tempore obitus B. Petri, qui à duobus annis citra, debitum naturæ perſolvit, tam in civitate prædicta, quam in diverſis aliis mundi partibus continuata dicantur, & ex præmiſſis nec immerito ſpiritualibus gaudiis exultemus, ac jam pluries in conſiſtoriis publicis pro parte quamplurium eccleſiaſticorum, nobilium & aliarum perſonarum ſuper hoc fuerimus requiſiti, nec deceat illum in terris ſine veneratione relinqui, quem ſancta converſatio & miracula Sanctum clamant.

Ex Mss. Avenion.

E

in hujuſc ſinem.

19 Conſiderantes tamen, quod ſancta Romana Eccleſia, præſertim in tanto fidei negotio, ubi videlicet de re tam ardua quæritur, cum magna conſuevit maturitate procedere, circumſpectioni veſtræ, de qua in aliis & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus, quatenus vos vel duo veſtrum de vita & converſatione dicti Petri ac hujuſmodi miraculis ceteriſque circumſtantiis, hujuſmodi negotium concernentibus, inquiratis diligentiùs veritatem, & quæ ſuper præmiſſis inveneritis, fideliter in ſcriptis redigi faciatis, & nobis referre curetis, ut per inquiſitionem hujuſmodi ſufficienter inſtructi, in ipſo negotio, quod Deo gratum fuerit, ejus nobis aſſiſtente clementia, juxta noſtri officii debitum exequi valeamus. Ceterum, ſi perſonaliter circa examinationem teſtium, quos in eodem negotio produci continget, vacare commodè non poſſitis, volumus, quod ad examinationem hujuſmodi, etiam extra eamdem curiam faciendam, venerabilibus fratribus noſtris, Joanni Glandacenſi, & Giraldo Aptenſi Epiſcopis, ac locorum diœceſanis, committere valeatis. Datum Avenione XVI Kalend. Julii, pontificatus noſtri anno XI. Gilbertus, *ſic ſignatus. Bullam hanc ſubſecuta fuit altera, his verbis expreſſa:*

F

Bulla

20 Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Guilielmo, Electo Vivarienſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Nuper pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri, Caroli Regis Francorum illuſtris, & dilectorum filiorum Decani & Capituli eccleſiæ Pariſienſis

EX MSS. AVENION.

sis, nec non Rectoris & Universitatis Parisiensis magistrorum & scholarium, in ea studentium, proposito, in consistorio coram nobis, quod recolendæ memoriæ Petrus de Luxemburgo, S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis, à teneris annis petram Christum studuerat imitari, exterius candore niveo renitescens per carnis angelicam puritatem, & interius rubore aureo incalescens per divini amoris ardentissimam caritatem; quodque ad ejus tumulum variis detenti languoribus receperant, & recipiebant sanitatem, & aliàs divina Clementia multis & magnis miraculis clarificare non cessabat, ac humiliter supplicato, ut ad canonizationem dicti Petri procedere dignaremur; Nos venerabili fratri Petro Episcopo Sabinensi & dilectis filiis nostris Amelio, tituli sancti Eusebii presbytero, & Guilielmo, sancti Angeli Diacono Cardinalibus, nostris litteris dedimus in mandatis, ut ipsi, aut duo ipsorum, de vita & conversatione dicti Petri ac hujusmodi miraculis, ceterisque circumstantiis, hujusmodi negotium concernen-
B tibus, inquirerent diligentiùs veritatem, & quæ super præmissis invenirent, fideliter in scriptis redigi facerent, & nobis referre curarent, & si personaliter circa testium examinationem, quos in eodem negotio produci contingeret, vacare commodè non possent, volumus, quod examinationem hujusmodi etiam extra Romanam curiam faciendam, Venerabilibus fratribus nostris Joanni Glandacensi, & Gyraldo Aptensi Episcopis, ac locorum diœcesanis committere valerent, prout in dictis litteris pleniùs continetur.

21 Cupientes igitur, quod hujusmodi informationis negotium per solicitatorem, & prosecutorem discretum & fidelem, cum omni maturitate & discretione ducatur, ac de providentia & fidelitate [tua] plurimùm in Domino confidentes, te ad prosequendum illud, nec non ad faciendum, gerendum & exercendum omnia & singula, quæ circa prosecutionem hujusmodi necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiamsi sint talia, quæ mandatum exigant speciale, tenore præsentium deputamus; concedentes tibi alium seu alios ad hæc omnia & singula loco tui, quoties tibi expedire videbitur, deputandi, plenariam potestatem, ac eisdem Episcopis & Cardinalibus di-
C strictius inhibentes, ne quemvis alium, quam te, vel illum vel illos, quem vel quos ad hoc loco tui deputaveris, ad prosecutionem hujusmodi quoquo modo admittant. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus onus prosecutionis hujusmodi gratè suscipiens, sic in eo te solicitum, fidelem & prudentem exhibeas, quod exinde possis merito commendari. Datum Avenione 11 Non. Septembris, pontificatus nostri anno XII. Thierricus, *sic signatus. Pergamus nunc cum Collectore, proferente orationem Episcopi Vivariensis coram dd. Cardinalibus, super sanctimonia B. Petri de Luxemburgo.*

secunda.

Oratio Episcopi Vivariensis.

22 Coram igitur prædictis Eminentissimis DD. Cardinalibus commissis, ad id congregatis, dictus Reverendissimus D. Guilielmus, Episcopus Vivariensis, hujusce negotii procurator & sollicitator, imprimis probare intendit, & probavit, Petrum à Luxemburgo, olim diaconum Cardinalem, ab incunabulis ad extremam usque vitæ suæ periodum, virginitatis & caritatis erga pauperes cultorem eximium extitisse, omnique virtutum genere præditum, & hoc magna cum facilitate, cum fuerit vultu venerabilis, blandus aspectu, ore placidus, serenus animo, patientiâ fortis, magnanimitate conspicuus, pacis & virtutis Ecclesiæ ita amans, ut, nisi morte præventus fuisset, pro ea procuranda Imperatorem adiisset; largus erga hostes, labentia fastidiens, cælestium ardens desiderio, temporalibus æterna comparans, temporalia pro æternis vilipendens atque contemnens, & ut interius divinæ legis præcepta cognosceret, naturali ingenii acumine tantùm in litteris profecit, ut legendi aviditate pastum quæreret animæ suæ, & instar apium suavitatis æternæ nectar hauriret. Quamvis autem omnia vitiorum carnalium fomenta protereret, & omni ex parte præclara conversatione fulgeret, nihilominus vires corporis, abstinentiæ assiduitate frangebat, carnis vitia antequam nata essent, persequens & coërcens, ita ut ab ipsis infantiæ rudimentis, sublimi semper humilitate crescens, ad mortem usque, proprietatem nominis sui gratia sanctitatis sibi vendicaret, quæ sanctitas satis probata à præfato Guilielmo, majorem confirmationem obtinuit & obtinet miraculis, quibus urbs Avenionensis præclaris illius meritis, perpetuis temporibus munita remanet, virtute corporis, in monasterio Cælestinorum dictæ Urbis conditi & asservati; coruscantis multis beneficiis, quæ illic omnibus præstantur. Nam mortui ad vitam revocantur, cæci vident, surdi audiunt, claudi ambulant; leprosi mundantur, & cetera alia beneficia ad ejus tumulum conferuntur, ut in prædicta informatione plenius continetur.

D

E

23 Verum Urbano VI viam universæ carnis ea tempestate ingresso, & Bonifacio IX in ejus locum suffecto, Clemens VII, pro unione Ecclesiæ & schismatis dissipatione rursus cogitavit, & Carolus Francorum Rex prædictæ canonizationis præcipuus instigator ac promotor, animum aliò divertit pro inferendo scilicet bello contra Mauros, qui Hispanias fere omnes occupantes, Asiæ, Africæ, longè latèque dominantes, Europam transgressi, & mari insultantes, Narbonensis provinciæ oram maritimam tanta cum audacia ausi sunt prætervolare, ut parum abfuerit, quin ora hominum, in littore spectantium, remis asperserint. Et quod pejus contigit, postmodum Amurathes, ingenti collecto exercitu, etiam ex Christianis ipsi tributariis, Lazaro bellum indixit; qui quidem tanto hosti viribus impar, oratores ad omnes Christiani orbis principes, auxilia postulantes contra Amurathem delega-
vit, quo mortuo, Baiazet, ejus imperii & tyrannidis successor, & adversus Christianos læviens, indicto bello adversus Rhodios, expeditionem paravit pro Smyrnâ, ut supra dictum est, obsidendâ. Quare Rhodii ad Clementem VII Avenionem direxerunt, qui canonizationem præfati Petri à Luxemburgo in aliud tempus hanc ob rem differens, animum ad auxilia Christianis contra Turcas ferenda, omnino applicuit, nec non Carolo VI, Francorum Rege, præcipuo promotore, tunc temporis, anno scilicet MCCCXCIV, delirio capto, eodemque anno Clemente VII morte prævento, negotium illud ad optatum finem pervenire nequivit.

F

Mors Urbani VI,

bellum Maurorum,

mors Clementis VII,

24 Suc-

A 24 Successor vero Clementis Papæ VII, Petrus de Lunâ, Hispanus, nuncupatus in
pervicacia Petri de Luna, sua obedientia Benedictus XIII, propter conditionem, quam ante electionem suam adimplere promiserat ac subsignaverat, de abdicando scilicet Papatu tempore opportuno, & qui postea interpellatus à Carolo Francorum Rege per tres Duces, Philippum Burgundum, Ludovicum Aurelianensem, & Joannem Bituricensem, ad illud obtinendum missos, & Avenionem ea de causa anno MCCCXCV feliciter appulsos, contra omnium mentes fortiter recusavit implere & stare promissis, dicens non se deserturum Dei viventis Ecclesiam, Petrique navem, quam in tantis fluctibus susceperat gubernandam. Quocirca prædicti Domini Duces, ipso insalutato, Avenione discesserunt, angulari nihilominus lapillo Cælestinorum monasterii fundamentis imposito; quæ omnia denuò dictum negotium impediere. Eo
negotium hoc retardant. ipso anno MCCCXCV, Joannes de Luxemburgo, Comes Cupersani, ultima voluntate statuit, corpus suum sepeliri prope bustum B. P. de Luxemburgo, fratris sui, & pro sacello in ejus honorem construendo, ibique Missis perpetuo celebrandis, mille uncias auri legavit: quæ quidem summa anno MCDIV, ad VI mille libras fuit æstimata, nec tamen soluta nisi anno MCDXIV, diversis solutionibus ex sententia magistrorum libellorum supplicum. Quare non fuit tam citò prædictum sacellum inchoatum. *Subdit Collector sequentes conatus pro negotio canonizationis promovendo.*

Promovent Avenionenses, 25 Anno verò MCDXVII Guido de Boscagio, Avenionensis Episcopus, ad requisitionem Reverendissimi Patris Andreæ de Borvilla, Cælestinorum Avenionensium Procuratoris, viso & lecto processu, facto pro canonizatione præfati B. P. de Luxemburgo, Joannem Antherium, Franciscum Bertrandi, Joannem de Comis, & Andream de Villaribus, libelliones commisit pro apographo, ex dicto processu extrahendo, quod prædictus Reverendus Pater Procurator, jussu ejusdem Episcopi, & de consensu monasterii præfati, Constantiam detulit, illudque magna cum reverentia & humillima supplicatione cum litteris consulum civitatis Avenionensis, Martino V, summo Pontifici, præsentavit, ut Petrum de Luxemburgo Sanctorum numero vellet adscribere. Quod item Avenionenses consules, per litteras suas humillimè supplicabant, & ab eodem summo Pontifice Cardinalem Cenomanensem & Antonium de Castro, tunc prope ipsum agentes, aliis litteris sibi oratores associaverant. Verum omnium oratorum præcipuus extitit pro secundâ vice Francorum Rex Christianissimus Carolus VI, qui cum intellexisset Martinum V delegasse quosdam ex sacro Cardinalium collegio ad dicti negotii inquisitionem, toto cordis affectu pro ipso accelerando rogavit; ut melius ipsius supplicatione hîc inserta constabit.

& Carolus VI rex Francia. 26 Beatissime Pater, attentiùs circa ea, nostra versatur regia sollicitudo, quæ ad Dei Religionem & sanctæ Sedis Apostolicæ decus & exaltationem diriguntur. Cum itaque, prout accepimus, carissimi & speciales amici Hispaniæ, Venetiarum, & Cameracensis Cardinales ad processus & agenda respectu canonizationis glorioši corporis sancti Petri de Luxemburgo, quondam sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, ac Regia prole geniti, EX MSS. juxta certarum litterarum tenorem à præfata AVENION. Sede Apostolica delegati & commissi, ad quorum exquisitionem prænominati Cardinales, distantiâ locorum, in quibus residunt, itinerumque prolixitate, & aliis obstantibus, vix convenire valentes, hactenus in ea re minime processerunt, nec est verisimile per eosdem negotium nostrum prædictis ex causis infra breve tempus perfici posse, prout optamus; Vestram Sanctitatem sincero cordis affectu deprecamur, quatenus antedictorum delegatorum loco carissimos & fideles nostros Saluciarum, Vivariensem, & Cameracensem Cardinales, ac Avenionensem Episcopum (qui super præmissis faciliùs ad invicem convenire poterunt, & rem celeriùs pertractare) seu tres aut duos ex his subrogare, & totum negotium in statu, in quo est, eisdem de novo committere terminandum velit & dignetur Sanctitas Vestra memorata, quam prosperè conservare dignetur Altissimus ad felix regimen Ecclesiæ suæ sanctæ. Scriptum Parisiis anno E MCDXVIII.

CAPUT III.

Litteræ Universitatis Parisiensis, commissiones Martini PP. V; Episcopi Avenionensis, Cardinalis Cameracensis, & aliorum supplicationes pro eadem canonizatione.

Litteræ QUam ferventia ad promovendam Beati nostri canonizationem studia, quam lapsu temporis non diminuti, nedum prætermissi conatus, *planum fit ex instrumentis sequentibus: ac primò quidem ex litteris Rectoris atque Academiæ Parisiensis, hac super re ad Martinum V, cuidam Cardinali directis.* Reverendissime Pater: Nos pia ac religiosa consideratione inducti, sanctissimo Domino nostro Papæ scribimus litteras, istum tenorem continentes: Non F decet, Beatissime Pater, lucernam sub modio tegi, quam Dominus vult super candelabrum collocari, ut omnibus, qui in domo Dei sunt, luceat, in cujus lumine suos dirigant gressus: unde & ob hoc, divina dispensatione, Sanctorum cum Deo feliciter regnantium, qui bonorum nostrorum nullatenus egent, gloria mortalibus innotescit, & divinitus ostensis datur miraculis claresceré, ut in hac mortali vita peregrinantium semitam ad se convertant, eisdem continuis suffragentur auxiliis, & tandem ad eam, quâ fruuntur, æternam pacem provehant. Unde, Reverendissime Pater, sanctissimi patres & catholica Ecclesia illos ab olim decrevit digno venerari cultu, quos dignatio divina evidentibus indiciis, cælestibus honoribus cumulatos patefecit. Ex multis autem annis nobilis quondam genere, ex illustri Imperatorum atque Regum prosapiâ, celebris habita est, sed ex vita sancti Petri de Luxemburgo, quondam Cardinalis, amplius celebrari cœpta est, quæ nisi claris ac evidentibus miraculis primùm initiata ac demum usque ad

EX MSS. AVENION.

hos dies longe lateque dilatata foret, ſignis ſequentibus, primis æquiparatis, ex vulgari levitate ortum habuiſſe, ſuſpicari poterat.

Rectoris & Univerſitatis,

28 Nunc vero, Beatiſſime Pater, tot numero & tam claris dedit ipſum, ut fertur, Altiſſimus clarescere miraculis, ut ipſius per univerſum divulgatum ſit nomen, nec anguſtari adeo valet, nec tegi ſilentio, ut minus quaquaverſum erumpat, & ob hoc Franciæ Dominus noſter, Illuſtriſſimus etiam Princeps, Dux Burgundiæ, pia ac devota in Deum excitati devotione, humiles Sanctitati veſtræ porrigunt ſupplicationes, quatenus ad ipſius, ad quam ipſum ſua glorioſa opera vocant, ſublimationem veſtræ paſtoralis ſolicitudinis aliquam vicem velitis impertiri; quæ quidem, Beatiſſime Pater, V. S. facilitatem tanto benignius ſperamus pariter & cum omni humilitate ſupplicamus exaudire, quanto rem ſanctiorem, Deo placentiorem, Eccleſiæ militanti favorabiliorem credimus, quæ ut ſanctè, canonicè, & juxta eccleſiaſticas ordinationes fiant, placeat V. S. ad hoc ſalubre inchoandum, condendum & fine debito implendum B opus, tres aut quatuor ex Reverendiſſimis Cardinalibus, citra montes nunc agentibus, quos ſcientiores, ſanctiores, & doctiores duxerit V. S., committere, & ſi placet Reverendiſſimos Dominos Vivarienſem, de Salutiis, & *Cancer in ubere,* Cameracenſem Cardinales, & Epiſcopum Avenionenſem, in cujus non ſolum diœceſi, ſed Cathedrali civitate omnia Dei opera ad manifeſtationem prædicti ſancti Cardinalis facta prædicantur, ut ſub veſtræ felicis adminiſtrationis curſu Eccleſia militans, unum in cælo gaudeat ſe novum habere patronum, cujus meritis & orationibus divina majeſtas inclinata veſtram Beatitudinem æterna poſt hanc vitam donet beatitudine. Scriptum, &c.

Pariſienſis.

29 Et quia R. P. hîc de re agitur, Deo gratâ, in quo Sancti ſui gloriantur, Eccleſiæ militanti in ſpiritualem pariter & temporalem ſucceſſum proventura, veſtram religioſam, honeſtam ac piam occupationem exigente, V. R. P., illo quo poſſumus affectu, ſupplicamus, quatenus veſtrum gratum ſubſidium huic C operi, ad finem optatum producendo, impendere dignemini, pro quo & aliis V. R. P. meritis præmium à Deo tandem aſſequemini perpetuum. Scriptum Pariſiis in noſtra congregatione generali apud ſanctum Mathurinum, ſolemniter celebrata die XVIII menſis Decembris. Veſtri humiles oratores, Rector & univerſitas ſtudii Pariſienſis, *ſic ſignati. Proſequitur Collector.* Martinus igitur V, ſummus Pontifex, ſupplicationibus præfatis libentiſſime annuens, tres ad id negotium Cardinales commiſit, Petrum nempe Epiſcopum Sabinenſem, Joannem tituli S. Sixti, & Petrum ſancti Chryſogoni, S. R. E. presbyteros Cardinales, quorum medius Joannes rem faciendam ſuſcepit. *Qualem vero Bullam ediderit Martinus V in favorem ſæpe dicta canonizationis, pauciſ accipe:*

Bulla commiſſionis,

30 Martinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Petro Epiſcopo Sabinenſi, & dilectis filiis, Joanni tituli B. Sixti, ac Petro tituli S. Chryſogoni, presbyteris Cardinalibus, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Pater miſericordiarum, conditor humani generis & Redemptor, ad ſalutem hominum pia ſemper miſeratione proſpiciens, de ſolitæ pietatis beneficiis, miniſtris ſuis, in ſtudio hujus vitæ currentibus, ſic largiſſuè nonnumquam gratiæ ſuæ dona diffundit, ſicque ipſos in benedictionibus dulcedinis prævenit, quod ipſi mundialibus abdicatis illecebris, piis & virtuoſis operibus intendentes, non ſolùm poſt devictum trjumphatumque mundum, immarceſſibile bravium in patria accipiunt, ſed etiam ante & poſt felicem eorum obitum miraculorum coruſcatione clareſcunt. D

31 Unde nimium exultans mater Eccleſia, ut debitè honorentur in terris, partem ſuæ ſolicitudinis, prout expedit, interponit; ex his namque fidelibus augetur devotio & rectitudo Chriſtianæ fidei comprobatur. Nuper ſiquidem pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli, Regis Francorum illuſtris, coram nobis & vobis, fratres Epiſcopi & filii, presbyteri Cardinales, & aliis fratribus noſtris, in conſiſtorio fuerit propoſitum, quod recolendæ memoriæ Petrus de Luxemburgo, in obedientia quondam Clementis VII, in ſua obedientia nuncupati, ſancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis, à teneris annis petram Chriſtum ſtuduit imitari, exterius candore niveo reniteſcens per carnis angelicam puritatem, & interno rubore aureo incaleſcens per divini amoris ardentiſſimam caritatem; quodque ad ejus tumulum variis detenti languoribus receperunt hactenus, & continuo recipiunt ſanitatem, ac alias ipſum divina clementia multis & magnis miraculis clarificare E non ceſſat.

Martini V,

32 Quare idem Rex per ejus Ambaſciatores nobis ſupplicavit humiliter, ut ad canonizationem dicti Petri procedere dignaremur. Verum cum non deceat illum in terris ſine veneratione relinqui, quem ſancta converſatio & miracula Sanctum clamant; conſiderantes tamen, quod ſancta Romana Eccleſia propoſitum in tanto fidei negotio, ubi videlicet de re tam ardua quæritur, cum magna conſuevit maturitate procedere, circumſpectioni veſtræ, de qua in iis & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, quatenus vos vel duo Veſtrûm de vita & converſatione dicti Petri, ac hujuſmodi miraculis ceteriſque circumſtantiis, hujuſmodi negotium ſpectantibus, inquiratis, auctoritate noſtrâ veritatem, voſque diligentiùs informetis, & quæ per inquiſitionem & informationem hujuſmodi inveneritis, fideliter nobis referre curetis, ut per hoc ſufficienter inſtructi, in ipſo negotio, quod Deo gratum fuerit; ejus nobis aſſiſtente clementia, juxta noſtri officii debitum, exequi valeamus. Ceterum, ſi perſonaliter circa examinationem teſtium, quos in eodem negotio produci continget, vacare commodè non poſſitis, volumus, quod examinationem hujuſmodi, in Romana curia & extra eamdem, faciendam, locorum Diœceſanorum [Ordinariis] aut eorum officialibus ſeu in ſpiritualibus Vicariis, vel aliis perſonis idoneis committere valeatis; ſuper quo vobis concedimus poteſtatem. Datum Conſtantiæ, VIII Idus Maii, pontificatus noſtri anno primo. P. de Callio, *ſic ſignatus. Sequebantur hîc litteræ Epiſcopi Avenionenſis, quibus committitur ſcribis & tabellionibus exſcribendus proceſſus canonizationis; quas produximus num.* 276; *adeoque iis omiſſis, progredimur ad commiſſionem Cardinalis Cameracenſis pro examinatione teſtium.* F

33 Pe-

ac Cardinalis Cameracensis,

33 Petrus, miseratione divina tituli sancti Chrysogoni, S. R. E. presbyter Cardinalis, Cameracensis vulgariter nuncupatus, Reverendis in Christo Patribus Dominis Avenionensi, Parisiensi, & Gebennensi Episcopis, eorumque & cujuslibet ipsorum Vicariis & Officialibus, & eorum loca tenentibus; nec non venerabilibus, viris Decano sancti Petri, & Præposito sancti Desiderii Avenionensium ecclesiarum collegiatarum, & eorum cuilibet, salutem. Noveritis, quod nuper sanctissimus in Christo Pater & Dominus D. Martinus, divinâ providentiâ Papa V, quasdam commissorias Apostolicas litteras, ejus verâ bullâ plumbeâ, cum chordula canabis impendenti, bullatas, Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis, DD. Petro Episcopo Sabinensi & Joanni tituli sancti Sixti, presbytero, S. R. E. Cardinalibus atque nobis direxit, quarûm tenor, sequitur & est talis.

34 Martinus Episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri, Petro Episcopo Sabinensi & dilectis filiis Joanni tituli sancti Sixti ac Petro tituli sancti Chrysogoni presbyteris Cardinalibus salutem & Apostolicam benedictiouem. Pater misericordiarum *&c.*, *ut supra*, *num.* 30. Verum cum nos, Petrus Cameracensis Cardinalis præfatus & dicti nostri collegæ, necnon Reverendissimus in Christo Pater & Dominus, D. Petrus, miseratione divina sanctæ Mariæ in Dominica, S. R. E. Diaconus Cardinalis Venetiarum, Junior vulgariter nuncupatus, loco præfati Domini Joannis tituli sancti Sixti Cardinalis, in remotis à Romana curia agentis, vivæ vocis oraculo per DD. nostrum Papam subrogatus, circa testium in dicto negotio producendorum examinationem vacare commodè non possumus, pluribus aliis arduis negotiis præpediti: Vobis universis & singulis supradictis, quibus nostræ præsentes litteræ diriguntur, & vestrûm cuilibet, in solidum circa hujusmodi testium extra Romanam curiam producendorum & examinandorum examinationem, de voluntate & consensu dictorum nostrorum collegarum, & subrogatis, juxta potestatem in dictis litteris Apostolicis, eis & nobis attributam, eorum & vices nostras committimus in hac parte, donec eas ad se duxerint, & nos duxerimus revocandas. Protestantes, quod si eos aut nos, commissione nostra hujusmodi quomodolibet uti contingeret, non intenderemus propterea commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem mentionem faceremus & expressissimam.

pro examinatione testium.

35 In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentes litteras, seu præsens publicum instrumentum, instante & requirente religioso viro, fratre Andrea de Borvilla, monacho & procuratore, ac nomine procuratorio Religiosorum virorum Prioris & Conventus monasterii fratrum Cælestinorum de Luxemburgo Avenione, infra quorum septa corpus prædicti Domini Petri de Luxemburgo existit venerabiliter tumulatum, de iis unum & plura sibi dicto nomine instrumenta fieri petente per notarios infra scriptos; & eorum utrumque, etiam divisim fieri concessimus, & nostri sigilli fecimus appensione muniri. Datum & actum Avenione, in domo habitationis nostræ, die VI mensis Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXVIII, Indictione undecima, cum eodem anno sumpta, Pontificatus prædicti Domini nostri Papæ anno primo, præsentibus Venerabili & circumspecto, atque discretis viris, Domino Joanne Hugoneti, in legibus licentiato, & Petro Milonis, clerico, ambobus de Metis, & testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. EX MSS. AVENIÓN

36 Et ego Arnulphus Logerii, presbyter canonicus sancti Gaugerici Cameracensis, authoritatibus Apostolica & Imperiali notarius publicus, prædictæ commissioni, concessioni & declarationi, protestationi, omnibusque aliis & singulis supradictis & scriptis, dum sic per præfatum Reverendissimum Patrem, Dominum Cardinalem Cameracensem concederentur, committerentur & protestarentur, unà cum magistro Francisco Bessonis, notario publico infrascripto & prænominatis testibus, præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi. Ideo huic præsenti commissioni de mandato D. Reverendissimi Patris, Domini Cardinalis me subscripsi, & signum meum in, talibus fieri consuetum apposui in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus. Et ego Franciscus Bessonis, Viennensis diœcesis, habitator Avenionensis & clericus, publicus Apostolica & Imperiali authoritatibus notarius, qui de præmissis una cum prænominato magistro Arnulpho Logerii, eisdem authoritatibus notario, notam sumpsi, de qua præsentes litteras, seu præsens publicum instrumentum per alium fidelem, aliis occupatus negotiis extrahi, scribi, & grossari feci, & in hanc formam publicam redigi, hîc scilicet me manu propria subscribendo & signum meum solitum apponendo, in testimonium præmissorum requisitus & rogatus. *nunc argumentum libelli supplicis ad Martinum V PP. pro acceleratione sæpè dictæ canonizationis directi, subjicio.*

Supplicatio ad Martinum V.

37 Beatissime Pater, cum aliàs S. V. commisit Reverendis in Christo Patribus & Dominis, DD. Cardinalibus Cameracensi, Hispaniæ seu Oxomensi, Ragusino & Venetiarum Juveni, causam seu causas processus & examinis canonizationis Domini Petri de Luxemburgo, quondam Cardinalis, & impossibile vel saltem valde difficile & sumptuosum esset, dictos Dominos in unum congregari pro dicto processu complendo per patres prædictos, S. V. devotè & humiliter supplicatur, quatenus, attentâ materiâ, multum in populo catholico divulgatâ, ac operibus miraculosis quam multiplicibus, tam in vita quam in morte, & post mortem publicè factis, & quæ continuo fiunt, quorum veritas oculatè perfectius & veracius super locum, quam alibi, examinari & fieri poterit, S. V. in civitate nostra Avenionensi R R. in Christo Patribus & Dominis D. Cardinalibus Ostiensi, & Cameracensi, in prædicta civitate nunc commorantibus, eisdem adjuncto R. P. Domino Episcopo Avenionensi, dicti loci Ordinario, causam & causas prædictas committere misericorditer dignemini & velitis, & ipsi Deum pro S. V. orabunt]

38 Carolus deinde VII, filius Caroli VI, Francorum Regis, Delphinatûs Princeps, supplicationem summo Pontifici Martino V directam, iisdem verbis, quibus illa patris sui, conceptam misit eodem anno MCDXVIII. Quod & similiter fecit Burgundiarum Dux, Joannes, ex

EX MSS. AVENION.

ex Belluaco, die IV Januarii MCDXIX, ſuamque ſupplicationem Joanni Roberto, Lingonienſi archidiacono, ſibi à ſecretis, tunc Romæ agenti, aliis ſuis litteris commendatam habere voluit. *Quæ ſic ſonant :*

Supplicatio ducis Burgundionum ;

39 Amice cariſſime, ſereniſſimus Princeps, Dominus meus, Francorum Rex, per latorem præſentium punctualiter ſcribit ſanctiſſimo Domino noſtro Papæ, in modum qui ſequitur. Beatiſſime Pater, attentius circa ea, noſtra verſatur Regia ſolicitudo, quæ ad Dei religionem & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ decus & exaltationem diriguntur. Cum itaque, *&c. ut ſupra num.* 26. Et quia negotium hujuſmodi tam ſalubre, ad plenum cupimus totis animi viribus perduci effectum, Reverendiſſimam Paternitatem veſtram, de qua fiduciam gerimus ſpecialem, ardentiſſimo cordis affectu... noſtrorum intuitu precamur, pro præmiſſo ſubrogationis negotio vices veſtras adeo interponere velitis, ut quam cito negotium ipſum expediri valeat, & perfici ; quæque grata nobis ſignificamus, [ut precibus] ea poſceremus,
B impleturus movit Deus, qui R. P. V. conſervare dignetur cum felicibus ad vota ſucceſſibus. Scriptum Belluaci die IV menſis Januarii. Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Arteſiæ, & Burgundiæ, Joannes, *ſic ſignatus. Et Paulo inferius.* N. Nyolle.

litteræ quibus ſignificat,

40 Petrus miſeratione divina ſanctæ Mariæ in Dominica, S. R. E. Diaconus Cardinalis Venetiarum, Junior vulgariter nuncupatus, univerſis & ſingulis præſentes litteras, ſeu præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis, quod pridem ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter, Dominus Martinus, divinâ providentiâ Papa V, ad ſupplicationem & inſtantiam ſereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli Regis Francorum illuſtris, per ejus ambaſciatores ſolemnes ſibi factas, Reverendiſſimis in Chriſto Patribus & Dominis, Dominis Petro Epiſcopo Sabinenſi de Hiſpania, & Joanni tituli ſancti Sixti Raguſini, ac Petro tituli ſancti Chryſogoni Cameracenſis, vulgariter nuncupatis, eadem miſeratione presbyteris Cardinalibus,
C ſuper negotio canonizationis recolendæ memoriæ Reverendiſſimi Patris, D. Petri de Luxemburgo, in obedientia quondam Clementis VII, ſic in eadem obedientia nominati S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis, per ſuas litteras Apoſtolicas commiſit & mandavit, prout & quemadmodum in eiſdem litteris pleniùs continetur. Quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. Martinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Petro, Epiſcopo Sabinenſi & dilectis filiis Joanni tituli S. Sixti, & Petro tituli ſancti Chryſogoni presbyteris Cardinalibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pater miſericordiarum, &c., *quæ habes num.* 30.

Cardinalis Venetiarum,

41 Poſtmodum verò idem D. Joannes Raguſinus, unus commiſſariorum præfatorum, in Hungariæ & Bohemiæ regnis Apoſtolicæ Sedis legatus, de dicti Domini noſtri Papæ mandato & licentia ſe à Romana curia abſentavit, Quapropter idem Dominus noſter Papa nos Petrum Diaconum Cardinalem Venetiarum, Juniorem nominatum, prædictum, loco ejuſdem Domini Joannis Cardinalis abſentis, hodie vivæ vocis oraculo ſubrogavit & deputavit, ac dictis Dominis, Petro Epiſcopo & Petro presbytero, Cardinalibus & commiſſariis adjunxit in hac parte, cum poteſtate plenaria, in hujuſmodi negotio unà cum eiſdem vel ipſorum altero procedendi, inquirendi, informandi & referendi, ac aliter faciendi in omnibus & per omnia juxta & ſecundùm dictarum litterarum vim, formam & tenorem. D

commiſſam ſibi cauſam

42 De quibus quidem ſubrogatione, deputatione & adjunctione, vivæ vocis oraculo factis, ut præmittitur, notariis publicis, ſcribiſque noſtris infraſcriptis, relationem more Romanæ Curiæ fecimus fidelem, in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras litteras ſeu præſens publicum inſtrumentum per ſupplicationem religioſi viri fratris Andreæ de Borvilla presbyteri, monachi expreſsè profeſſi & aſſerti procuratoris monaſterii fratrum Cæleſtinorum de Luxemburgo Avenione, in quo corpus prædicti quondam Reverendiſſimi Domini Petri de Luxemburgo Cardinalis exiſtit, ut dicitur, venerabiliter inhumatum, exinde fieri E
& per notarios ſcribaſque noſtros prædictos infraſcriptos & quemlibet ipſorum ſubſcribi & publicari, ſigillique noſtri fecimus appenſione muniri.

canoniza tionis.

43 Datum Gebennæ in domo reſidentiæ noſtræ, ſub anno à nativitate Domini MCDXVIII, Indictione XI, die vero Veneris, XIX menſis Auguſti, Pontificatus præfati SS. Domini noſtri, Domini Martini Papæ V anno primo, præſentibus ibidem venerabilibus & religioſis ac circumſpectis viris Domino Petro de Verſaliis, in ſacra paginâ magiſtro, fratre Antonio Deraglii, Priore monaſterii Bellarum vallium, Lugdunenſis diœceſis, Domino Simone de Sala, licentiato in Decretis, illuſtris Principis Domini Ducis Sabaudiæ procuratore, Domino Joanne Ponceti, ſacri collegii Romanorum Dominorum S. R. E. Cardinalium clerico, nec non Domino Dominico de Ponte presbytero & Theodorico de Uſſelis magiſtro in artibus, clerico Tullenſis & Maguntinenſis diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. *Proximæ ſunt in hac collectione Maleti, littera Cardinalis de Urſinis, in Francia Legati, ad Martinum V, & aliæ inſuper ad Concilium Conſtantienſe, ad maturandum negotium ejuſdem beatificationis, datæ. Priores ſic habent* F

Cardinalis de Urſinis ad Martinum V,

44 Sanctiſſime Pater & Domine noſter, humili & ſubjectiva recommendatione præmiſſa, Chriſtianiſſimus Princeps & Dominus meus Rex, habens factum canonizationis cordi, ut per litteram ſuam, cujus eſt copia intercluſa, videre poterit S. V., me cordialiter requiſivit, ut ſuis concordans affectibus, de eodem facto vellem obnixiùs ſupplicare. Quare, Beatiſſime Pater, S. V. ſupplico, precibus quibus poſſum, ut ſecundum litteræ Regiæ continentiam, dictam materiam placeat expedire, opus nempe pium eſt, de hoc tantus & talis Rex ſupplicat, & mihi veſtro minimo ſervitori ſingularem gratiam facietis. S. V. conſervet Altiſſimus juxta vota. Datum in civitate Belluacenſi, die IV Januarii, anno MCDXIX. S. V. humillimus ſervitor, Epiſcopus Alban. Cardinalis de Urſinis, Apoſtolicæ Sedis Legatus. *Poſteriores autem litteræ ad Concilium Baſileenſe, ita ſunt exaratæ.*

45 Re-

A *& Concilium Conſtantienſe;*

45 Reverendiſſimi in Chriſto Patres, & Domini mei: poſt recommendationem, ſcribo SS. Domino noſtro formâ, præſentibus intercluſâ. Quare eiſdem Reverendiſſimis Paternitatibus ſupplico, ut cum eodem inſtare velitis circa expeditionem tam celerem, quam efficacem, paratus veſtris Reverendiſſimis Paternitatibus, in omnibus obedire mandatis. Datum in civitate Belluacenſi, die IV menſis Januarii anno MCDXIX. Veſtrarum Reverendarum Paternitatum ſervitor, Epiſcopus Albanenſis, Cardinalis de Urſinis, Apoſtolicæ Sedis Legatus. *Ipſi quoque Conſules Avenionenſes ſuum erga ſolennes Beati honores ſtudium comprobarunt litteris ad Martinum V datis, in hæc verba:*

Conſulum Avenionenſium,

46 Beatiſſime Pater; & Domine, Domine Clementiſſime: poſt deſideratiſſima pedum ſacratiſſimorum oſcula, humillimam commendationem, quam ſub felici & optime augurato ſummo Apoſtolatu S. V. nobis jam pridem perſuaſimus, temporis plenitudinem adveniſſe, quo Reliquiæ divi Petri de Luxemburgo ex cinere, in quo diu quieverunt, ſuſcitarentur; ſcripſimus frequentius S. V. pro

B ipſius divi Petri ſublimatione, & in præſcitorum ab ipſo optimo Deo, ab æterno Electorum catalogo, relatione; & quo rem ipſam faciliùs aſſequeremur, operam devotiſſimæ creaturæ veſtræ, Petri divina miſeratione Cardinalis de Luxemburgo, qui ab ipſius divi Petri ſanguine traxit originem, imploramus, cujus benignitas apud Sanctitatem Veſtram ipſius Sancti, & noſtram juſtiſſimam cauſam agere non eſt dedignata.

ad Martinum V,

47 Et licet, Beatiſſime Pater & Domine, poſt tam præclari & illuſtriſſimi Domini interceſſiones, S. V. [factas,] etiam quantumcumque vehementes ſupplicationes in nullo prodeſſe videantur: ſcribimus tamen iterum pro præmiſſis ad ipſam Sanctitatem Veſtram has noſtras litteras, eamque humillime ac devotiſſime ſupplicamus, ut pro divini cultus incremento & hujus veſtræ fideliſſimæ civitatis, religioſiſſimæque domus fratrum Cæleſtinorum, penes quos pignus ſacratiſſimorum cinerum ipſius divi Petri conditur, conſolatione, dignetur ſua clementi pietate tam diu exoptatam & tam frequentibus deſideriis petitam ipſius Sancti ca-

C nonizationem benignè annuere. Erit enim fidei orthodoxæ decus nominis S. V. æterna memoria, & lætitia hujus veſtræ fideliſſimæ civitatis, quæ niſi jugi interventu ejuſdem divi Petri, & præſentiſſimâ Creatoris miſericordiâ ſervata fuiſſet, jam pridem in pulverem verſa corruiſſet. Excitant enim noſtros ad hæc animos, quod cineres & ipſius Sancti Reliquiæ jam tot annis delituerunt, ac crebra & aperta miracula, quæ per eum continuè operatur Altiſſimus, qui Sanctitatem veſtram diutiſſime felicem ſervet & faciat. Ex Avenione. *Aliæ eorumdem litteræ ad Cardinalem Cameracenſem.*

& ad Cardinalem Cameracenſem.

48 Reverendiſſime Pater & Domine, Domine illuſtriſſime, humillimas commendationes. Nulla licet à nobis umquam veſtræ Reverendiſſimæ Dominationi exhibita ſint obſequia, non veremur tamen illam totiens noſtris fatigare litteris. Qua in re, ſi culpâ digni ſumus, hoc effecit noſtra ad divum Petrum Luxemburgenſem ſingularis devotio & ſuæ canonizationis immenſa cupido, quam quidem canonizationem (unde immortales gratias habemus E. V. R. D., quæ ex ipſius divi Petri præclaro ſanguine originem traxit) efficaciſſimè apud S. D. N. proſequi dignata eſt, & rectè quidem, cum propter fidei catholicæ amplitudinem, tum propter ipſius Sancti in florenti ætate & maximi honoris faſtigio, admirabilem & incredibilem vitæ ſanctimoniam, tum ob celebrem & inæſtimabilem Patrum Cæleſtinorum hujus apoſtolicæ civitatis, penes quos pignora veſtri ſanguinis humili loco deliteſcunt, devotionem & vitæ obſervantiam, ſupplicamus humillime E. V. R. D. pro ſua magnanimitate in hac re pergat, nec etiam fatigari deſiſtat, donec hujuſmodi canonizationem annuerit Beatitudo S. D. N., ad quem, ſub exemplo præſentibus incluſo, etiam in præſentiarum ſcribimus, & quem, jubente Deo, canonizationem ipſius non ultra differre credimus. Quæ ſi his temporibus & interveniente E. V. R. D. fiat, ipſa ab omnibus feliciſſima judicabitur, & ipſius Sancti interventu facilis ad ſedes æthereas patebit aditus ipſi V. R. D., cui nos & rem noſtram devotiſſimè commendamus, & quam Altiſſimus felicem diutiſſime conſervet, ac optatis adaugeat honorum incrementis. Ex Avenione.

EX MSS. AVENION

F

Delphini Viennenſis,

49 Quoad vero ſupplicationem pro præfata canonizatione, à Carolo VII, filio Caroli VI, Francorum Regis, tunc Delphinatus Principe; de qua ſuperiùs locuti ſumus, ſic ejus tenorem diximus adſcribendum. *Exemplar ipſum, Gallico idiomate expreſſum, Latine ſic reddo:* Sanctiſſime Pater, ſubmiſsè me Sanctitati veſtræ, & quanta poſſum contentione, commendo: quæ ſcire dignabitur, cariſſimam mihi ac dilectam cognatam, Domicellam de Luxemburgo, germanam ſororem cariſſimi mei cognati, vitâ functi, piæ memoriæ Cardinalis de Luxemburgo, cui propitius ſit Deus, mihi ſignificaſſe, quod, poſtquam coram S. V., & in frequenti ſenatu, dum Conſtantiæ etiamnum degeret, exhibita publicè ſibi fuiſſet quædam propoſitio, de geſtis præclaris ac miraculis, quæ vulgo aſſeruntur patrata ſæpenumero, obſecundante Domini noſtri favore, per patrocinium, orationes, & interventum prædicti Cognati mei, vitâ functi; atque ea de cauſa oblatus S. V. fuiſſet ſupplex aliquis libellus, ut procedi poſſet ad

E factum canonizationis ejus, viſumque prædictæ veſtræ Sanctitati fuerit, id negotii committere tribus Cardinalibus, qui tum temporis apud S. V. erant, nimirum Cardinalibus Cameracenſi, Hiſpano, ac Veneto; quibus dedit Bullam ac facultatem, ut quæſtionem inſtituant, tali negotio accommodatam.

Conſanguinei

50 Id cauſæ fuit, quod prædicta Cognata mea (quæ ex toto pietatis affectu deſiderat hoc negotium expediri, adeo ut tempore vitæ ſuæ ad factum canonizationis ejus procedatur, quod perquam ſtudioſiſſime proſequi decrevit) gnara, non ita pridem negotium tractari in urbe Avenionenſi, eò hanc ob cauſam Pariſiis ipſa diſceſſerit, ſperans fore ut S. V. in ipſo loco, aut ſatis prope, uti & ipſos Cardinales ſupra nominatos inveniret; ſed ubi ad locum pervenit, profectam jam diu S. V. comperit ultra Montes, dictoſque Cardinales, memorato negotio abs Te præfectos, etiam abeſſe, & à multo tempore alterum ab altero ſeparatos. Venetus quippe comitem S. V. ſe junxerat; Hiſpanus in patriam diſceſſerat; Ca-

EX MSS. AVENION. meràcenſis habitat Avenione. Et quandoquidem res foret magni moliminis illos ſimul congregare, negotium permanſiſſe infectum, manſurumque porro imperfectum veroſimiliter ab hoc tempore in longum tempus; quinimo alium abſque alio illîc nihil rerum agere poſſe; niſi à dicta Sanctitate veſtra aliunde proſpiceretur, quemadmodum prædicta mea Cognata ſcripſit mihi & ſignificavit, ſummo ſtudio à me contendens, uti hac ſuper re ad S. V. litteras darem.

B. Petri. 51 Quapropter, Sanctiſſime Pater, ego, qui ob cauſas ſupra memoratas, & præſertim ob exaltationem & honorem matris noſtræ S. Eccleſiæ, deſidero viciſſim ex magno cordis affectu, ut res illa brevi tranſigatur, attenta non vulgari celebritate, toto quaquaverſum regno diditâ, ſanctæ probæque vitæ cognati mei vitâ defuncti, expenſis item origine, quam ducit à ſanguine Domini *a* & meo, nec non libello ſupplici & interceſſione prædictæ cognatæ meæ, quæ pro hac re tam impensè laboravit; ſupplico quam
B poſſum ſtudioſiſſimè ac contendo, ut negotium, quod ſupradictis Cardinalibus commiſerat S. V pro ejuſdem expeditione, & mei gratiâ, rurſus ab integro committere placeat tribus Cardinalibus, qui & jam præſentes adſunt, & aderunt impoſterum, nimirum Cardinalibus Vivarienſi, Saluciarum, & Cameracenſi, nec non Epiſcopo Avenionenſi. Quod ſi ita caſus ferret, ut convocari ſimul omnes haud poſſent; tantum poteſtatis habeant duo, ut illi cauſæ vacent, quantum quatuor. Atque hac ſuper re S. V. concedere benignè bullas ſuas ne gravetur, in caſu requiſitas, ſine ulla mora; cum mihi videatur petitio rationi admodum conſona: & rem, longè gratiſſimam mihi præſtiterit. Sanctiſſime Pater, oro Filium Dei benedictum, ut in ſanctam ſuam tutelam B. V. recipiat, ſoſpitemque & longam vitam largiatur. Scriptum Romorentino die IX Novembris. Humilis, & S. V. devotus famulus, Delphinus Viennenſis agri. *Signatum* Carolus, *& inferius* Picart M. C.

Alia ejuſdem litteræ

52 *Litteras quoque dictus Princeps ſcripſit ad Joannem Turronium, ſuum in Curia Romana oratorem, quas è Gallico rurſum Latinas facio:*
C Care & perdilecte. Litteras damus ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum Pontificem maximum, tenoris ſequentis: Sanctiſſime Pater; ſubmiſsè Sanctitati veſtræ, & quanta poſſum contentione, me commendo, quæ ſcire dignabitur, cariſſimam mihi ac dilectam cognatam, Domicellam de Luxemburgo, germanam ſororem cariſſimi cognati mei bonæ memoriæ, Petri de Luxemburgo &c. prout ſcriptum eſt ſupra, uſque ad finem epiſtolæ. Volumus, & tibi, quanto poſſumus, affectu aliiſque mandamus, ut, quoniam dictas litteras deſtinamus prædicto Sanctiſſimo Domino noſtro, & ſacri Collegii Cardinalibus, quibus pariter ſcribimus, illud negotium, quod cordi admodum habemus, ita promoveas apud ipſos & matures, ut impigra tua ſedulitate, ſortiri queat plenum ſuum effectum, qualem deſideramus: & ſumma nos affeceris voluptate. Care & perdilecte, Dominus noſter te ſoſpitet. Datum Romorentino hac die IX Novembris. *Supra eſt ſcriptum,* Ex parte Delphini Viennenſis agri, Ducis Bituricenſis Torinnenſis, & Comitis Pictavienſis, *& infra* D *ſignatum* Carolus, *& inferius* Picart M. C. *Utrique epiſtolæ appoſitum erat ſigillum in cera rubra cum inſignibus concellatis Franciæ & Delphinatus. Tum pergit Collector.* Verum, ut ſuperius diximus R. P. Andreas de Borvilla, PP. Cæleſtinorum Procurator, juſſu Reverendiſſimi Epiſcopi Avenionenſis, extracto proceſſu præfatæ canonizationis, Conſtantiam petiit, ad Martinum V deputatus, pro dicto negotio accelerando, nomine d. monaſterii Cæleſtinorum Avenione. Ejuſdem commiſſionis litteras hîc duximus inſerendas. *De quibus cap. ſequenti.*

ANNOTATA.

a *In apographo Gallico erat* Monſieur; *quo ſolet deſignari frater Regis Galliæ.*

CAPUT IV.

E

Deputatio Cæleſtinorum Avenionenſium, anniſus Caroli VI, canonizatio cur retardata, acta Concilii Baſileenſis in ejuſdem favorem.

Deputatio Cæleſtinorum Avenionenſium

Cæleſtini Avenionenſes, pro ſua, quâ in opere canonizationis ſæpe dictæ promovendo, cupiditate flagrabant, deputarunt Procuratorem ad Martinum V, his litteris inſtructum. Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, humilis Prior & Conventus monaſterii fratrum Cæleſtinorum de Luxemburgo Avenione, Ordinis S. Benedicti ſecundùm inſtituta B. Petri Confeſſoris, Cæleſtini Papæ V. viventes, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentes, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus ac devotarum orationum ſuffragia, nec non præſentibus indubitatam fidem adhibere. Notum vobis facimus tenore præſentium, quod nos miſimus, & mittimus apud ſanctam Sedem Apoſtolicam, cariſſimum fratrem noſtrum in Chriſto, fratrem F Andream de Borvilla, presbyterum monachum expreſsè profeſſum ordinis noſtri atque procuratorem ſeu ſyndicum dicti monaſterii, latorem præſentium, unà cum proceſſibus, libris & ſcripturis, habitis deſuper, & pro canonizatione facienda ſanctæ memoriæ Petri de Luxemburgo S. Georgii ad Velum aureum S. R. E. Diaconi Cardinalis (cujus corpus extitit infra ſepta dicti noſtri monaſterii venerabiliter tumulatum. In quo quidem loco, & etiam in multis aliis mundi partibus, ejus piis precibus & meritis, ut piè creditur, Altiſſimus continuè multa & crebra operatur miracula, ad proſequendum canonizationem eamdem, & plura alia negotia, nos & dictum monaſterium concernentia & tangentia, de quibus idem frater Andreas eſt plenè informatus; in quo etiam, tamquam ab experto, confidimus.

ad Martinum V

54 Quapropter humiliter & devotè, quantum in Domino poſſumus, vos Chriſti fideles,

A les, rogamus, vobis etiam humiliter ſupplicamus, quatenus amore Dei, & intuitu pietatis ac religionis cotemplationeque ipſius B. Petri Cardinalis digniſſimi, eumdem fratrem Andream, portitorem præſentium una cum ejus famulis, ſervitoribus & comitatu, ſpecialiter habeatis recommiſſum, ipſumque dirigatis fideliter in omnibus agendis, & ſibi præbeatis auxilium, conſilium & favorem, tam eundo ad dictam Romanam curiam, ac ibi ſtando, ipſamque inſequendo, quam etiam redeundo: ſibique vero catholico, & nullius excommunicationis ſententiæ nexibus irretito ſeu innodato, ſed in fidelium communione exiſtenti, Sacramenta eccleſiaſtica, ſi & prout, & quantum opus fuerit, caritativè ac devotè ſalubriter miniſtretis, toties quoties fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrûm fuerit requiſitus, prout ad veſtrûm ſingulos pertinebit atque ſpectabit; ipſaque ſacramenta dicto fratri Andreæ vobis miniſtrandi, ſibique à veſtrûm quolibet recipiendi, prout opus fuerit licentiam ſpecialem atque tenore præſentium facultatem concedimus; nobis enim reputabimus

B impenſum fore, quidquid ſibi impenſum fuerit, tam ſpiritualiter, quam etiam corporaliter, ſive factum. Et præter divinæ retributionis præmium, quod exinde habebitis vos, loco & tempore opportunis, ſi, & cum requiſiti fuerimus, vel opus fuerit, pro beneficiis, eidem fratri Andreæ latori, ſic impendendis & impenſis, pro tempore ſimilia vel majora, auxiliante Domino, vobis impendemus. Datum Avenione in præfato monaſterio Avenionenſi, in capitulo dicti Conventûs, propter hæc & alia celebrato: ſub etiam teſtimonio ſigillorum noſtrorum Prioris & Conventûs prædictorum, die XI menſis Februarii anno à Nativitate Domini MCDXVIII, Indictione XI, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Martini, divinâ providentiâ Papæ V, anno primo. *Subjungit Maletus.*

Anniſus Caroli VI.

55 Sed Carolus VI, erga cognatum ſuum, munus non adhuc plenè ſuum præſtitiſſe ratus, magiſtro Joanni Trotto, in ſacro Romanorum ſenatu res ſuas procuranti, ut huic negotio ſolerter invigilaret, in mandatis dedit per litteras ſuas, Pontis-ſerræ datas anno MCDXVIII, die XXVIII Decemb. Martinus V, ſummus Pontifex, prædictis ſupplicationibus motus, cum, ut ſuperius diximus, tres ad id

C negotium Cardinales præfatos nominaſſet, & commiſiſſet, res tamen, veluti clavo appenſa, permanſit, ob ceſſationem Concilii Conſtantienſis, & diſceſſum ſummi Pontificis, licet iterum Rex Franciæ oratori ſuo, apud ipſum Pontificem agenti, rem commiſiſſet, ut ſuperius ſcripſimus, quia Papa animum divertit ad Galliæ regni ſeditiones componendas inter Delphinum & Ducem Burgundiæ Joannem, quibus ita ſtuduit per oratores ſuos Cardinales, ad id Pariſios miſſos, ut pax inter utrumque ſancita fuerit, licet rem infectam ſcribat Monſtreletus.

Cur dilata canonizatio.

56 Verum, ob horrendam ſtragem, quam Burgundiones Pariſiis eodem anno fecerunt cum tanta rabie ac furore, ut vivos, ex feneſtris præcipitatos, ceteri gladiis & lanceis excipe-

rent, omniumque cadavera plauſtris & carris extra urbem delata expoſitaque feris, in profluentem deinde ejicerent, ut piſces ſaginarentur. Rex vero miſerabilis, equo impoſitus circumductus fuit per urbem, & Delphinus è lecto nudus Melodunum ſe recipere eſt coactus; pax ſuperius ſancita, interrupta fuit. Unde contigit, ut Delphinus Burgundionum Ducem, Joannem, morte occumbere fecerit anno MCDXIX, ſub ſpe novæ pacis ineundæ, ut fuſiùs in hiſtoria Ludovici, Ducis Aurelianenſis, ſcribemus. Philippus deinde Burgundiæ Dux, necis paternæ memor, Regem ac Reginam Franciæ, unà cum regno, Anglis tradidit; & ſic factum eſt, ut Carolus VI, Rex Franciæ, Delphinus, & Dux Burgundiæ, canonizationis B. Petri de Luxemburgo præcipui zelatores, animum ad bella divertentes, ſicut & Martinus Papa, rem ad finem perfectum minime perduxerint. Sacellum nihilominus in honorem B. Petri de Luxemburgo ſumptibus Joannis Galeaci, Ducis olim Mediolanenſis, & Domini Montis gaudii militis & baronis imperii, ædificatum fuit anno MCDXXI. E

Occaſione inſignis miraculi

57 Canonizatio B. Petri, quam bellorum turbines interruperant, dum plurima interim ejus miracula, quæ quotidie patrabantur, omnium animos in admirationem convertunt, de novo requiſita, ſummum Pontificem & Reges veluti à ſomno excitavit; & Deus, volens Sanctum ſuum illuſtrioribus miraculis celebrari, miraculum maximum & inauditum fieri permiſit, anno MCCCCXXXII. *Quod vide deſcriptum in vita Albiana num.* 43; *atque adeo pluribus ex Maleto hîc parcimus tranſcribere; inchoatum hiſtoriæ collectionis filum cum ipſo proſequi volentes.*

negotium canonizationis reſumptum.

58 Quare pro tertia vice, anno ſcilicet MCDXXXIII, Indictione XIII, die vero XVII menſis Julii, Pontificatus SS. in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Eugenii, divinâ providentiâ Papæ IV, anno IV, Concilium Baſileenſe inchoatum ab anno MCDXXXI, B. Petri canonizationem faciendam ſuſcepit coram Reverendiſſimis DD. Rothomagenſi, Bononienſi ac Placentino, S. R. E. Cardinalibus, Alexandrino & Antiocheno Patriarchis; Aurelianenſi, Ratiſponenſi, Nivernenſi Epiſcopis; Vercelliacenſi & Ciſtercienſi Abbatibus, ceteriſque Dominis & magiſtris, ſacrum Ba- F ſileenſe Concilium facientibus ac repræſentantibus, in eorum congregatione præſidente Reverendiſſimo in Chriſto Patre, D. Juliano Ceſarino, tituli ſancti Angeli Diacono Cardinali, in Germania Sedis Apoſtolicæ legato, in publici libellionis teſtiumque infraſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & congregatorum præſentia, nam poſt nonnullos plures actus, in dicta generali congregatione agitatos, prodiit in medium Reverendus in Chriſto Pater Dominus Joannes Abbas Ciſtercienſis, ſacræ theologiæ Profeſſor, factâque per eum notabili collatione ſuper eo themate, mirabilis Deus in Sanctis ſuis, &c. in favorem recolendæ memoriæ B. Petri à Luxemburgo, olim S. R. E. Cardinalis, requiſivit, quatenus ſacrum Concilium committere dignaretur aliquibus ex Dominis, Dominis Cardinalibus, aliiſque ſacri Concilii prælatis, qui de ipſius Concilii authoritate, proceſſus alios, authoritate Conſtantienſis Concilii factos, ſuper prædicta canonizatione videant & examinent, ad

EX MSS. AVENION. referendum. Qua quidem requisitione per d. D. Abbatem facta, habitaque matura deliberatione super ea per Reverendissimos DD. sacri Concilii Patres ac Præsides, placuit sacro Concilio, quod hæc petitio latiùs digerenda, sacris remitteretur deputationibus, prout per D. Eminentissimum Concilii Cardinalem præsidem, ex ejus authoritate fuit remissa.

deputati Cardinales. 59 Ideoque die Jovis, penultimâ mensis Julii ejusdem anni MCCCCXXXIII, factâ pro deputandis, ad dd. processus examinandos congregatione, placuit dari deputatos pro omnibus agendis Concilii deputatione. Quamobrem fuerunt deputati Eminentissimus D. Cardinalis tituli S. Eustachii, & Patriarcha Alexandrinus, qui unà cum deputandis per alias deputationes, hujusmodi processus viderent, examinarent, & in congregatione generali referrent. Eadem die, in sacra deputatione deputati fuerunt, Eminentissimus D. Cardinalis legatus, Eminentissimus etiam Placentinus Cardinalis, D. Patriarcha Antiochenus, Alexandrinus itidem Patriarcha, Bononiensis Episcopus ac Ratisponensis & Aurelianensis Episcopi.

B

Concilii Basileensis Ba- 60 Die Veneris, ultimâ Julii anni MCDXXXIII, in generali congregatione, ubi supra, more solito & coram præfatis Dominis, sacrum Basileense Concilium facientibus, & repræsentantibus, post nonnullos plures actus, in eadem congregatione generali agitatos, lecta sunt concordata dominorum duodecim, inter quæ scriptum infra hujus tenoris: Concordant omnes deputationes, quod de qualibet deputatione dentur deputati, qui processus alios super canonizatione B. Petri de Luxemburgo factos, per nonnullos authoritate sacri Concilii Constantiensis, videant & examinent & referant. Et pro deputatione partis fuerunt deputati Reverendissimi DD. Alfonsus S. R. E. tituli S. Eustachii, Diaconus Cardinalis, & Vitalis, Patriarcha Alexandrinus. Pro deputatione fidei, Reverendissimi DD. Antonius, Ostiensis Cardinalis Bononiensis, & Joannes tituli S. Petri ad Vincula Cardinalis. Pro deputatione de communibus, Reverendissimus in Christo Pater & Dominus, Julianus, tituli sancti Angeli, Diaconus Cardinalis, in

C

Germania, S. Sedis Apostolicæ legatus, & Pater D. Joannes Episcopus Nivernensis. Pro deputatione de Reformatorio, Reverendissimus in Christo Pater, D. Branda, Episcopus Portuensis, S. R. E. Cardinalis Placentinus vulgariter nuncupatus, & Reverendissimus in Christo Pater, D. Joannes Patriarcha Antiochenus. Pro deputatione vero de fide, ultra prædictos adjunxit Reverendos Patres DD. Joannem & Conradum Aurelianensem & Ratisponensem Episcopos. Ita concordarunt Domini duodecim, die Jovis, penultimâ Julii, anni prædicti; quibus quidem concordatis, sicut præfertur, & lectis, Reverendissimus Dominus Legatus, præsidens in eadem congregatione, nomine & authoritate sacri Concilii more solito, juxta concordata Dominorum duodecim & deliberationes sacrarum deputationum, concludendum duxit pariter & concluſit, prout sequitur:

litteræ 61 Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in spiritu sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, Juliano sancti Angeli Diacono Apostolicæ Sedis Legato, Antonio Ostiensi, Brandæ Portuensi Episcopis, Joanni sancti Petri ad vincula presbytero, Alphonso sancti Eustachii Diacono, S. R. E. Cardinalibus: & Vitali Alexandrino, Joanni Antiocheno Patriarchis, nec non venerabilibus Joanni Aurelianensi, Joanni Nivernensi, & Conrado Ratisponensi Episcopis, Basileæ constitutis, salutem & omnipotentis Dei Benedictionem. Ut corda fidelium in sui amorem Rex cælestis accendat, & incredulos convertat ad fidem, Sanctos suos miraculis magnificavit glorioſis; devotiores enim fideles ipsi redduntur Altissimo, dum vident electos ipsius, post exitum hujus vitæ felicem, virtutibus constare; ac reliqui eum sequi desiderant, cum se sequentibus æterna præmia largiatur. Sanè dignas Domino gratias censemus referendas, quod sicut recepimus felicis memoriæ Petrum de Luxemburgo, generis nobilitate præclarum, olim ejusdem Ecclesiæ Cardinalem, cum piè vixisset in hoc seculo, universaliter docendo verbis & exemplis, tandem præsentis vitæ cursu feliciter consummato, multis miraculis Omnipotens, in Sanctis suis mirabilis, decoravit.

D

E

in favorem canonizationis, 62 Super quibus & veritate & circumstantiis eorumdem, felicis recordationis Clemens Papa VII, in sua obedientia nuncupatus, per nonnullos commissarios, ad hoc specialiter deputatos, exactissimè desuper habitis processibus, informationem fieri demandavit, qui, ipsius Clementis superveniente obitu, ad debitum non ducebantur effectum, & ad hoc commissio generalis in concilio Constantiensi subsecuta est. Unde cum non deceat eum apud homines sine veneratione relinqui, quem merita & miracula Sanctum ostendunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsum adscribere Sanctorum catalogo (ut sic condignis laudibus extollatur in terris, quem Altissimus, ut creditur, jam sublimavit in cælis) curaremus. Quia verò nobis non constat sufficienter de præmissis, discretionibus vestris, de quibus plenariam in Domino fiduciam gerimus, per hæc scripta committimus & mandamus, quatenus processibus de mandato ipsius Clementis Papæ, &c. & in Concilio Constantiensi, ut præfertur, ante dicto & aliter qualitercumque desuper habitis, aliisque documentis ad materiam facientibus, per vos, seu duos aut tres ex vobis, diligenter recollectis examinatisque & continuatis aliàs de vita ipsius B. Petri, veritate signorum, operibus videlicet & miraculis, etiam per interrogatoria legitima, & ceteris opportunis circumstantiis, solicite inquirentes, collatione inter vos habita, quæ inveneritis, nobis fideliter, si sacrum concilium adhuc tenere, sedere, durare contingat, alioquin Sedi Apostolicæ, plenariè referre studeatis. Datum Basileæ anno MCDXXXIII, XI Kalendas Augusti. *Hactenus litteræ Concilii Basileensis.*

F

63 Anno vero MCDXXXV, die X mensis Junii, in generali Concilio præfato, ex duodecim deputatorum sententia Præsidens loco Domini Cardinalis sancti Eustachii, mortui in facto prædictæ canonizationis, suffecit Cardinalem Arelatensem, quo excepto, omnes alii totum illud negotium commiserant Illustrissimo Cardinali à Fuxo, Avenionensi legato, & tunc temporis Insulæ sive Islæ, in comitatu Ve-

A Venaiſſino commoranti, propter peſtem, quæ Avenionenſem civitatem depopulabatur, ipſique ſacrum Concilium, ut, ſtatim atque litteras commiſſionis accepiſſet, diligentius in hoc incumberet, mandavit, ſicut ex ſequentibus patet.

oratio coram Concilio;

64 Anno Domini MCDXXXV, die Veneris, XII Auguſti in præfata congregatione, ut ſupra, præſidente Domino Reverendiſſimo Legato, & coram Reverendiſſimis Patribus & DD. Arelat. & de Columna, S. R. E. Cardinalibus; Antiocheno & Aquileæ Patriarchis; Lugdunenſi & Bituricenſi Archiepiſcopis; Nivern. & Macon. Epiſcopis & aliis Dominis Magiſtris, ſacrum Baſileenſe Concilium facientibus & repræſentantibus, congregatis, ſurrexit in medium Reverendus Pater, D. Joannes Abbas Ciſtercienſis, Cabilonenſis Diœceſis, aſſiſtentibus ſibi venerabilibus & circumſpectis viris, D. Petro de Tullia, legum doctore, Archidiacono Lodovenſi; & fratre Bartholomæo Rubei Cæleſtino, profeſſione Avenionenſi,
B & propoſuit exponendo generaliter, quod dudum ſacrum Concilium ad inſtantiam & humilem ſupplicationem ipſius Domini Abbatis, certos dederat deputatos, ad ſe informandum, de vita & ſanctitate bonæ memoriæ Petri de Luxemburgo, olim S. R. E. Cardinalis ad referendum, eumdem canonizandi & Sanctorum catalogo adſcribendi causâ, ſed propter defectum proceſſuum, non potuerant ipſi Domini deputati ad hoc vacare. Quamobrem ſacrum concilium Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino D. Petro, Epiſcopo Albanenſi, S. R. E. Cardinali, de Fuxo vulgariter nuncupato, ſcripſit & mandavit, ut ceteræ informationes & jura in civitate Avenionenſi exiſtentes & exiſtentia, ad canonizationem dicti Petri de Luxemburgo facientes & facientia, opere ſuo recolligerentur, & recollecta ſacroſanctæ Synodo prædictæ fideliter tranſmitterentur. Qui quidem Reverendiſſimus Cardinalis de Fuxo, volens, ut aſſerebat, mandatis ipſius ſacri Concilii, uti tenebatur, obtemperare, diligenter fecit perquiri
C & inveſtigari informationes & jura, ad hujuſmodi canonizationem facientes & facientia; quæque reperire potuit, eidem ſacroſancto Concilio per d. fratrem Bartholomæum Rubei fideliter tranſmiſit, quas & quæ in ipſa ſacra congregatione generali exhibuit pariter & produxit idem frater Bartholomæus. *Et ſic habent:*

litteræ

65 Sacroſanctæ generali ſynodo Baſileenſi, in Spiritu ſancto legitimè congregatæ univerſalem Eccleſiam repræſentanti, ejuſdem devotus filius Petrus, divina miſeratione Epiſcopus Albanenſis, S. R. E. Cardinalis, de Fuxo nuncupatus, in civitate Avenionenſi, & comitatu Venaiſſino pro D. N. Papa Vicarius & Apoſtolicæ Sedis legatus, devotam reverentiam cum promptitudine ejus exequendi mandata. Pridem videlicet, quinta die menſis præſentis Julii, pro parte ſyndici Cæleſtinorum civitatis Avenionenſis in civitate Carpentoractenſi fuerunt veſtrarum Reverendiſſimarum Paternitatum & dominationum ex parte veſtra mihi præſentatæ litteræ, per quas mihi mandabatur, ut nonnullæ informationes & jura in dicta civitate Avenionenſi exiſtentia, ad cauſam canonizationis bonæ memoriæ D. Petri de Luxemburgo, olim S. R. E. Cardinalis facientes & facientia, quibus eædem Reverendiſſimæ Paternitates, & Dominationes indigebant, opere meo recolligerentur, & recollecta eiſdem Reverendiſſimis Paternitatibus & Dominationibus veſtris tranſmitterentur, quibus quidem litteris per me cum ea, qua decuit reverentia, receptis: quia pro tunc vigebat & adhuc viget (proh dolor!) peſtis in civitate Avenionenſi, à quâ tunc abſens eram, prout ſum, in propria perſona intendere nequivi, ſed egregio decretorum doctori, Domino Andreæ Sanctii Canonico & ſacriſtæ Lombarienſi, familiari meo, ſcientia, fide, probitate & legalitate in magnis & arduis experientiis comprobato, vices noſtras in hac parte committendas duximus: qui quidem Andreas informationes & jura prædicta recollegit & recepit, eaque mihi clauſa & ſigillata miſit, ac in negotio proceſſit, ut in ſuis mihi directis litteris continetur. EX MSS. AVENION

eódem datâ.

66 Litteris igitur ipſius Domini Andreæ unà cum proceſſibus, informationibus, & juribus præd. per me receptis, matura deliberatione recognitis, tandem ea in duobus voluminibus magnis & duobus quaternionibus, pur- F pureâ telâ coopertis, ac deſuper ſigillo meo authentico clauſis & ſigillatis, per venerabilem Religioſum, Bartholomæum Rubei, ordinis Cæleſtinorum, unà cum præſentibus tranſmittenda duxi & tranſmitto, recepto prius ab eodem juramento ad ſancta quatuor Euangelia Dei, præſtitóque, de iis fideliter portandis veſtriſque Reverendiſſimis Paternitatibus & Dominationibus exhibenda; paratus ſemper in iis & aliis, quæ veſtræ Reverendæ Paternitates mihi committenda duxerint, totis affectibus obtemperare. Datum inſulæ Venaiſſini, Cavallicenſis Diœceſis die XXI Julii, anno incarnationis Dominicæ MCDXXXV, Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Eugenii; divinâ providentiâ Papæ IV, anno quinto. *Deinceps proſequitur Maletus.*

CAPUT V.

Sedula variorum opera apud Concilium Baſileenſe pro eadem canonizatione; exſtructum Beato ſacellum, bulla Beatificationis. E

Bartholomæi Rubei

PRæfatus igitur frater Bartholomæus Rubei Concilio prædicto exhibuit informationes, atteſtationes teſtium & cuncta alia jura, in prædictis duobus voluminibus & quaternis contenta & ligata, & ſigillis clauſa, ut ſupra retulimus, in quibus concilium prædictum vidit proceſſum ſuper hoc negotio peractum juſſu Clementis VII, qui morte præventus & aliis de cauſis, ſupra relatis, non potuerat perficere, licet ſummopere voluerit, ut ſuorum ultimorum verborum prolatione ſatis compertum habetur. Item litteras Martini V commiſſionis, factæ tribus Cardinalibus, datæ apud Conſtantiam VIII Idus Maii, pontificatûs ejuſdem anno primo. Item commiſſionem per

EX MSS. AVENION.

Petrum, tituli S. Chryſogoni Cardinalem, vulgo nuncupatum Cameracenſem, factam Dominis, Avenionenſi, Pariſienſi & Gebennenſi Epiſcopis & nonnullis aliis, in eadem commiſſione deſcriptis, datam Avenione MCDXVII, VI Idus Octobris, pontificatus ejuſdem anno primo. Item cognitionem factam per Guidonem Epiſcopum Avenionenſem quatuor libellionibus, pro exemplari extrahendo & proceſſu originali canonizationis B. P. à Luxemburgo, Clementis VII juſſu peracto, datam Avenione die XXIII Januarii MCDXVII. Item commiſſionem, factam à D. Præfato Cardinali de Fuxo, Andreæ Sanctii de recipiendis juribus, informationibus ac documentis, negotium hujus canonizationis concernentibus, datam Carpentoracte die V Julii anno MCDXXXV, pontificatus Eugenii IV anno V; idem relationem, factam per Dominum Andream Sanctii ſuper commiſſione ſibi facta, datam Avenione in palatio Apoſtolico menſe Julii anno, quo ſupra. Præterea omnes informationes, virtute commiſſionum prædictarum, legitime omnibus ſolemnitatibus obſervatis, peractas, quibus omnibus lectis, Gerardum Rouſſelly, alterum ex libellionibus prædicti Concilii Baſileenſis, Reverendus Pater Abbas Ciſtercienſis cum omni humilitate, reverentia & devotione ſupplicavit ac diligentius inſtitit, quatenus ipſi Domini, in eadem generali congregatione ordinati, dignarentur ad hujuſmodi canonizationem S. Petri de Luxemburgo procedere, Dominos alios in hac cauſa deputatos committendo, quatenus proceſſus, informationes & jura hujuſmodi diligentiùs examinarent & poſtea referrent in congregatione generali.

B

Concilium Baſileenſe informat.

68 Similiter Reverendiſſimus in Chriſto Pater & D. Archiepiſcopus Lugdunenſis, facta aliqua brevi oratione de meritis & ſanctitate ipſius ſancti Petri de Luxemburgo & miraculis, quæ Omnipotens ad interceſſionem ipſius Sancti operarus eſt & operatur, nomine ſuo & aliorum oratorum ſereniſſimorum DD. Regum & Principum, in eadem ſacra congregatione generali exiſtentium, ſupplicavit & requiſivit. Similem etiam requiſitionem & ſupplicationem, nomine ſuo & aliorum Oratorum almæ Univerſitatis Pariſienſis, fecit venerabilis & circumſpectus vir magiſter Dionyſius Fabrenois, magiſter in theologia almæ Univerſitatis Pariſienſis. Quibus quidem proceſſibus, per Reverendiſſimum Cardinalem Legatum & Præſidentem receptis, ipſe Reverendus Dominus, facta aliqua commendatione de meritis ipſius Sancti, exhortatus eſt, ut cras ſacræ ſuper hac materia deputationes velint deliberare, & rem cum magna gravitate & diligentia examinare, ut eam in congratione generali referrent. Tandem his peractis, præfatus Pater Bartholomæus Rubei, petentibus venerabilibus viris, D. Audemauro de Roſſilione, & Hugone Berardi, prædicti concilii promotoribus, juravit in manibus præfati Cardinalis Præſidentis, ſe informationes, jura & monumenta hujuſmodi fideliter & legaliter ac diligenter aſportaſſe, juxta commiſſionem deſuper ſibi factam: de quibus omnibus factum fuit præſens inſtrumentum anno & die, quibus ſupra. Libelliones ſubſcripti vocabantur, Thomas Cheſneletii & Gerardus Roſſely.

C

69 Anno MCDXXXV, die XIV Auguſti, Cardinalis Legatus, præſidens nomine concilii, juxta facultatem ſibi attributam, de novo deputavit pro prædicto proceſſu examinando, & teſtibus ſuper hac reproducendis, inveſtigandis, Reverendiſſimos Patres, Dominum Proſperum de Columna Cardinalem, tres Epiſcopos, Abbatem Eboracenſem & unum Præpoſitum. Pro fide vero Cardinalem tituli ſanctæ Cæciliæ, Archiepiſcopum Mediolanenſem, Aurelianenſem & Aquenſem Epiſcopos. Pro teſtibus, Archiepiſcopum Lugdunenſem, Bituricenſem & Nivernenſem, cum hac clauſula, quod quatuor aut quinque aliis ſufficerent. Die XXVI Auguſti in alia congregatione ſtatutum fuit, quod Commiſſarii in facto canonizationis prædictæ, litteras compulſorias decernerent, pro extrahendis à libellionibus, nonnullis miraculorum informationibus, aliiſque juribus, ad hanc materiam ſpectantibus.

D

Deputatio Cardinalium.

70 Anno MCDXXXVI, die XXX Martii, magiſter Nicolaus Amici duas litteras ſtrenuorum & illuſtrium virorum Joannis de Luxemburgo, Comitis de Linaio, & de Guiſia &c., & Ludovici S. Pauli, Comitis Cuperſani & Domini Danguyen ac Caſtellani Inſulæ, pro canonizatione prædicta procuranda nomine procuratoris, qui pro hac re facienda, à prædictis Comitibus, nec non à Cardinali tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum, vulgo de Luxumburgo nuncupato, ſexentos ſalucios *a* auri acceperat, prædictis Reverendiſſimis Dominis DD. Commiſſariis humiliter præſentavit. Eâdem die fuerunt exhibitæ conſulum Avenionenſium litteræ, idem ſuppliciter requirentium, atque unum breve vitæ B. Petri de Luxemburgo compendium atque teſtimonium exactioris obſervantiæ & diſciplinæ Cæleſtinorum Avenionenſium, referentium.

E

Litteræ Comitum de Luxemburgo.

a

71 Inſeruntur hoc loco litteræ conceſſæ à Patribus Cæleſtinis Avenionenſibus, duobus, ex eorum conventu miſſis & deputatis fratribus, ad procurandum d. negotium canonizationis idiomate Gallico, quo inveniuntur deſcriptæ, *quas Latino ſermone interpretor.* Nos Prior & Conventus monaſterii Cæleſtinorum glorioſi Corporis ſancti Avenionenſis, Domini S. Petri de Luxemburgo, Ordinis S. Benedicti, viventes ſecundùm ſtatuta S. Petri Cæleſtini confeſſoris, omnibus præſentes viſuris vel audituris, ſalutem in Domino noſtro Jeſu Chriſto. Notum facimus omnibus, nos ob bonum, utilitatem, & neceſſitatem dictæ eccleſiæ noſtræ, & ſpecialiter etiam propter proſecutionem & canonizationem præfati glorioſi Sancti Corporis (cujus glorioſi Sancti Corpus in dicti monaſterii noſtri clauſtro humatum eſt, & cujus meritis Dominus noſter in diverſis mundi partibus conſtanter operatur quam plurima, pulcra, & notatu digna miracula) & etiam propter ædificationem ejuſdem glorioſi Sancti, mittere ex obedientia caros noſtros ac dilectos fratres, Petrum de Beaumont presbyterum, & Henricum le Boiteux oblatum, utrumque monaſterii noſtri prædicti profeſſum, ad potentiſſimum noſtrum Dominum, Dominum Comitem S. Pauli, & aliò, ubi opus erit, ad proſequenda ſupradicta negotia.

F

ac Prioris

72 Omnes, ad quos pertinebit, dimiſsè & enixè rogamus, ut propter honorem & reverentiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, glorioſæ

Cæleſtinorum Avenionenſium;

A tiosæ cælorum Reginæ, & glorioſi ſancti Corporis prælibati, permittant ac patiantur dictos fratres Petrum & Henricum ire, habitare, divertere, reverti pacatè, nulla ipſis data aut facta diſturbatione, vel impedimento in corpore, in equis, aut bonis, quocumque modo; ſed conſilium, opem, & auxilium præbeant in iis, in quibus egebunt. Quod ſi fecerint, tenebimur & obligabimur Dominum noſtrum pro ipſis orare. In cujus rei fidem litteras præſentes, Prioris monaſterii noſtri præfati, glorioſi Corporis ſancti jam dicti ſigillo munivimus, die XV Aprilis, anno reparatæ ſalutis MCDXXXIII. *Præfatis litteris apponitur ſigillum in cera viridi, quod repræſentat eccleſiam ſancti Religioſi, genibus flexis.*

ſed nihil fit, ob turbas,

73 Anno MCDXXXVII, die 2 Julii, venerabilis Pater Caſtani, Cæleſtinus Avenionenſis, prædictum Concilium Baſileenſe petiit, ad negotium canonizationis B. Petri de Luxemburgo procurandum, ubi reperit, virtute commiſſionum prædictarum, in conſpectu Concilii probaſſe ſanctitatem & miracula ejuſdem Sancti. Verum propter turbas, & eo ipſo anno B MCDXXXVII, pridie Kal. Auguſti, *in Concilio exortas (quas nihil attinet ex Maleto pluribus hîc deſcribere) negotium canonizationis, optatum hactenus finem non habuit.*

in Concilio Baſileenſi exortas.

74 Quare licet commiſſiones, informationes & relationes in prædicto Concilio approbatæ & confirmatæ, fuerint ſatis ſuperque ſufficientes, ut B. Petrus de Luxemburgo Sanctorum numero adſcriberetur: tamen quia Patres dicti Concilii Baſileenſis, ſub ſpecie reformandæ reipublicæ Chriſti (ut dicit Franciſcus Longus à Coriolano, in Summa Conciliorum) plura R. E. privilegia maximè neceſſaria antiquare voluerunt, ejuſdemque caput ſuis legibus ſubdere volentes (quod tamen à nemine niſi in cauſa hæreſeos judicatur, & quando ignoratur, quis ſit verus Pontifex) eumdem Eugenium à Pontificatu abſolutum declararunt, Legato Apoſtolicæ Sedis revocato, qui quidem Legatus huic canonizationis negotio ſemper præfuerat, tota res clavo veluti appenſa remanſit, multis ex deputatis prædicto C negotio abeuntibus, & à Concilio diſcedentibus, Galliaque tota tunc temporis incumbente, pro Anglis à finibus ſuis expellendis. *Inſeritur hîc à Maleto inſtrumentum notariale, qua dictus Petrus Caſtani, die* VIII *Junii anno* MCDXLII, *aliis negotiis occupatus, ſubſtituit legitimâ formâ alios procuratores, ſuo loco ſolutionem* DC *ſalutiorum* a *aureorum pro executione canonizationis tranſacturos; quod nimis longum foret hîc verbatim recenſere, & minimè neceſſarium.*

a

Mariæ Siciliæ reginæ

75 Sub iiſdem temporibus, Maria Siciliæ Regina, vidua Ludovici ſecundi; extrui curavit ſacellum ligneum, in honorem B. Petri de Luxemburgo, quod quidem ſucceſſione temporis cum non valeret capere oblationes & populi multitudinem, ejuſdem Sancti interceſſionem flagitantis, ob miraculorum ejus maximum uſque adeo numerum, quod infra duos ab ejus obitu annos, mille nongenta octo fuerint numerata; aliud amplius quadris lapidibus fuit conſtructum anno MCDLXXIII, cujus altare majus in feſto ſancti Andreæ ejuſdem anni fuit à Domino Joanne Cordis, Bituricenſi Archiepiſcopo & Aquitaniæ Primate, in honorem Beatorum Andreæ Apoſtoli, Petri Cæleſtini Papæ, B. Catharinæ virginis & martyris, ac Sanctorum omnium conſecratum, qui omnibus Chriſti fidelibus, altare prædictum viſitantibus, & de ſuis pro ejus altaris honore contribuentibus, XL dies de injunctis pœnitentiis relaxavit. Pro quo quidem ſacello conſtruendo Joannes de Luxemburgo, ut ſupra diximus, Cuperſani comes ejuſdemque Sancti germanus, ſex millia francorum legaverat, juſſeratque ſe ſepeliri prope ejus ſepulcrum, eique moriens, quinquaginta tribus annis poſt B. Petri obitum, obtulerat roſam, dædalo ex auro ſuſtentatam; quam dicto Comiti Clemens Papa VII, tamquam nobiliſſimo Viro, in Dominica Lætare ritu ſolemni dederat. Multæ deinde oblationes ejus ſepulcro factæ. Carolus nempe VI, hujus cœnobii fundator, imaginem ceream, ipſum repræſentantem, B. P. de Luxemburgo obtulit. EX MSS. AVENION.

juſſu conditi ſacelli oblationes.

76 Rex vero Aragoniæ cereum elegantiſſimum ponderis XI librarum; Ludovicus ſecundus, Siciliæ Rex auream Crucem, & alia dona; Maria Regina Siciliæ ornamenta cerulei coloris, auro diſtincta; Dux Britanniæ tibiam argenteam deauratam cum duobus pannis ex auro puriſſimo; Duciſſa Biturigum pannos aureos duos; Dux ejus maritus beatæ Virginis argenteam imaginem & candelabra duo, ejus inſignibus ornata; Joannes Galeatius Mediolani, Comes Virtutum dictus, ſtatuam argenteam, filium ſuum ſanitati reſtitutum repræſentantem; Ludovicus Aurelianenſis Dux, imaginem aliam; Valeranus à Luxemburgo, ſancti Pauli Comes, quatuor argenteas lampades; Comes Valentinus duos maximi ponderis cereos; Comes Cauſſiaci crucem argenteam & aureum calicem; ejus uxor ornamenta auro contexta; Joannes, Comes de Fuxo, calicem aureum & alterum argenteum, nec non caput feminæ argenteum; Joanna à Luxemburgo, ſanctæ Catharinæ imaginem ex auro, & coronam auream, multis lapillis gemmiſque ornatam obtulêre. E

Beatificatio B. Petri.

77 Conſtat præterea, corpus B. P. de Luxemburgo multis annis in terra jacuiſſe, ab anno ſcilicet MCCCLXXXVII ad annum MDXXVII, quo anno, ſupplicatione facta Clementi VII Medicæo, ut corpus præfati Sancti, continuis clarum miraculis, è terra levari juberet, ut honorificentiùs coleretur; annuit dictus Pontifex ſupplicationi prædictæ, factæ per Franciſcum, Epiſcopum Tuſculanum, S. R. E. Cardinalem, ipſumque Beatorum numero adſcripſit, ut ex ſequentibus patebit: ſcilicet XC à proceſſu prædicto, elapſis, & CXL ab ejus obitu, annis. *Authenticum Beatificationis diploma, quod hîc ſubjungebatur à Maleto, productum legitur in Commentario prævio, à num.* 35. F

ANNOTATA.

a *Vulgo* ſalus & ſalut, *nummus aureus, in Francia ab Henrico V, Rege Angliæ cuſus, ſicque dictus, quia repræſentabat myſterium Annuntiationis Deiparæ ſeu ſalutationis angelicæ.*

AN-

EX MSS. AVENION.

CAPUT VI.

Exhumatio corporis, tranſlatio, Reliquiæ, recentiora miracula, inſtauratum templum, confraternitas, feſtum.

Corporis

QUibus litteris Apoſtolicis, à Patribus Cæleſtinis Avenionenſibus, in capitulo congregatis, lectis & intellectis, omnes iidem Patres cum Venerabili fratre Patre Franciſco Larben, eorum monaſterii Priore, humiliter ſupplicarunt Reverendiſſimum D. Cardinalem à Claramonte, Avenionenſem Legatum à latere, ut illi placeret, aliquos Eccleſiaſticos viros deputare, qui B. Petri lipſanorum exhumationi intereſſent, quare præfatus D. Legatus Vicegerentem & Franciſcum Meruli, doctores, huic negotio cum quatuor aut quinque, ab eis eligendis, commiſit, litteris ſuis datis apud
B pontem Sorgiæ die xx Julii anno MDXXVII. Qui omnes cum prædicto Priore, nec non D. Bartholomæo Caſtellani, Archidiacono eccleſiæ metropolitanæ Avenionenſis; Laurentio de Salla, decano eccleſiæ collegiatæ B. Mariæ Villæ novæ, prope Avenionem; D. Joanne de Fabia, Præcentore eccleſiæ collegiatæ ſancti Deſiderii; & Dominis conſulibus civitatis Avenionenſis; teſtamentum B. Petri à Luxemburgo, ad locum ejus ſepulturæ inveniendum, imprimis & ante omnia legere voluerunt. Poſtmodum vero R. P. Antonius Panneton, Provincialis Francogallorum Cæleſtinorum, pro loci ſepulturæ beati Corporis majori certitudine, voluit ex commiſſariorum ſententia, titulum ejuſdem invenire juxta teſtamenti B. Petri de Luxemburgo tenorem, quo inveſtigato, in quadam tabula, à parte ſiniſtra repertus fuit titulus, hæc verbâ præferens: *nimirum quatuor primos verſus parvi iſtius elogii metrici*; Hoc colitur templo, *&c. in comm. præv. num. 37 dati.*

inventio,

C 79 Deinde, informatione peracta, intellexerunt Corpus B. Petri de Luxemburgo terræ mandatum fuiſſe, in eo ipſo loco, in quo limen ſacelli nunc conſtructi conſpicitur, & ſupra d. locum cratem ferream ſtetiſſe, & cum arundinibus ipſam ſuperiorem terram peregrini contingebant, eaſque piè poſtmodum deoſculabantur. Vigeſima tandem die tertiâ menſis Julii ejuſdem anni, Provincialis præfatus cum Priore, religioſis & commiſſariis, effoſſâ terrâ, ſacrum Corpus meruerunt reperire in modum pauperum compoſitum, ut ſuis teſtamentariis tabulis cautum fuerat; quæ acta Georgius Savorey, & Matthæus Dalmatii libelliones in acta publica retulerunt. Die XXIV ejuſdem menſis Venerabilis Pater Prior Cæleſtinorum Avenionenſium, judex commiſſarius Apoſtolicus in hac parte deputatus; Antonius de Caſtro Vicegerens, & Franciſcus Meruli Doctor, commiſſarii, per Legatum deputati, cum aliis de novo delegatis, in ſepulcrum deſcendentes, ſolennitatibus juris ſervatis, ſigillatim ipſius ſacri Corporis membra, ab humo eruta, & argenteis in vaſis repoſita, ſuper ipſius ſacelli altari honorificentiùs excipienda, in ferculo ligneo, affabrè conſtructo, ſex ferme palmorum longitudinis, collocaverunt, ſolemnique ritu Provincialis unà cum Priore & Religioſis deputatis, præſentibus, hoc ſacrum fercúlum ad exiguum ſacellum ſanctæ Crucis tranſtulit, in eo aſſervandum uſque ad ipſius D. Legati adventum. D

cultus ac tranſlatio.

80 Die ſecunda menſis Auguſti, Franciſco à Claramonte Cardinali Legato jubente ac præſidente, coram Reverendis in Chriſto Patribus Dominis, Joanne Nicolai, electo Epiſcopo Aptenſi, Vicelegato Avenionenſi; Antonio de Tenda, Epiſcopo & Comite Belluacenſi; Ludovico de Gaudioſa, Epiſcopo ſancti Flori; Ludovico Albe, Abbate ſancti Andreæ prope Avenionem; atque nobilibus viris Dominis; Joanne de Paniciis Viguerio; Juliano de Peruciis; Domino de Laureis; Joanne Guerrini, & Joanne Malveſini, conſulibus Avenionenſibus, & pluribus aliis nobilibus & honorabilibus viris præſentis civitatis Avenionenſis, in ſacello B. Petri à Luxemburgo prædicto, ſolenniori ritu factum eſt Sacrum, dicto Provinciali celebrante, Priore Gentilinenſi & Subpriore Avenionenſi, in officio Diaconatûs & ſubdiacontûs miniſtrantibus, ante celebrationem Sacri factâ proceſſione, ſacrique pignoris tranſlatione à ſacello ſanctæ Crucis ad altare ma- E
jus, ejus nomini conſecratum, debita modulatione, & prædicto Legato, Te Deum Laudamus cum aliis Epiſcopis, præcinente.

Reliquiæ

81 Præfatus deinde Dominus Legatus ſacrorum oſſium ferculum aperiri juſſit, ac religioſis antiphonam; novum ſidus Eccleſiæ, (*de qua in comm. prævio, num. 64*) cantantibus, oſſa ſacra è theca ligneâ extrahendo ſigillatim, ea populo colenda exhibuit; & dempto capite, eadem in arca plumbea, aſſeribus cypreſſinis coopertâ, ſuper altari reponi juſſit: quæ quidem geſta per libellionem Matthæum Dalmatii in publicum inſtrumentum redacta, juſſu ejuſdem Reverendiſſimi D. Legati in archiviis Patrum Cæleſtinorum conſpiciuntur. Quia verò B. Petri à Luxemburgo ſacra lipſana in ferculo, capſulæ ipſius involuto, clauſa jacebant, Reverendiſſimus D. Georgius ab Armaniaco, tituli S. Nicolai, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Archiepiſcopus Avenionenſis, ejuſdem legationis Legatus collega, Cardinalis à Borbonio, comitate ac liberalitate
F inſignis, noluit ſacrum ferculum aperire, B. Petri Reliquias ratus ſatius ab omnibus coli eo in templo, quàm ab aliquo particulari; ideoque contentus birreto ejuſdem Sancti nocturno, lanâ contexto violacei coloris: ex conſenſu Patrum Cæleſtinorum, capitulariter congregatorum; eumdem birretum ad Carolum Borbonium Legatum collegam miſit: qui quidem birretus, publicè quotannis oſtendebatur, & in ærario cum tunicâ, pileo rubeo, & crepidis ejuſdem Sancti, ſtudioſe aſſervabatur. Obiit autem idem Reverendiſſimus Cardinalis ab Armaniaco Avenione anno Domini MDLXXXV. *Sequuntur litteræ Cardinalis de Armaniaco pro conceſſione birreti nocturni B. Petri de Luxemburgo.*

Birretum nocturnum Beati,

82 Georgius miſeratione divina, tituli ſancti Nicolai in Carcere Tulliano, S. R. E. Presbyter Cardinalis de Armaignaco, Archiepiſcopus Avenionenſis, univerſis & ſingulis fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, viſuris & lecturis, ſalutem in Domino. Noveritis, quod cum Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Ca-

A D. Carolus Cardinalis de Borbonio, Avenionenſis Legatus, ſincerâ devotione in Deum, beatam Virginem Mariam, ejus Genitricem, B. Petrum de Luxemburgo (à cujus familia ortus dignoſcitur) ceteroſque Sanctos affectus, devotum conventum & eccleſiam Cæleſtinorum præſentis civitatis Avenionenſis, in quâ corpus ejuſdem B. Petri, frequentibus miraculis fulgens, repoſitum exiſtit, devotè viſitaverit, nobis declaravit ſibi de Reliquiis & pignoribus ejuſdem D. Petri de Luxemburgo impartiri, ſummopere deſiderare. Nos Cardinalis Archiepiſcopus præfatus, eâdem pietate & religione moti, piis votis & deſideriis ejuſdem Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Cardinalis & Legati faventes, Reverendum & devotos Religioſos Anſelmum de Caſtello Provincialem; fratrem Joannem du Courroy, Priorem; ceteroſque Religioſos dicti conventus, capitulariter congregatos requiſivimus, quatenus eidem Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Legato de Reliquiis ejuſdem divi Petri concederent.

B 83 Qui in his eidem Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo humiliter inclinati, Birretum nocturnum, lanâ contextum violacei coloris, ejuſdem divi Petri, qui inter Reliquias in ærario ejuſdem eccleſiæ & conventûs devotè cuſtodiebatur, populoque ſemel in anno in tanti Viri memoriam & reverentiam, publicè oſtendebatur, præſentibus Reverendiſſimis Domino Antonio de Seneterre, Anicienſi Epiſcopo, Jacobo de Jagot, Laſcurienſi Epiſcopo, Reverendo D. Guilielmo de Patris, Abbate commendatario monaſterii beatæ Mariæ de Craſſa, & pluribus aliis, ibidem aſtantibus, realiter tradiderunt, & quia præmiſſa, ſicut conſcripta ſunt, in præſentia noſtra & ſupra nominatorum geſta fuerunt, reque exactè examinata, hujuſmodi birretum eſſe eumdemmet, quo idem divus Petrus de Luxemburgo, tempore ejus vitæ utebatur, nobis ſufficienter apparuit, ut à quibuſdam Chriſti fidelibus indubitata fides adhibeatur; in perpetuam rei memoriam præſentes litteras atteſtatorias per ſecretarium noſtri Archiepiſcopatus Avenionenſis ſeu ejus ſubſtitutum infraſcriptum, fieri & ſignari mandavimus, manuque & ſigillo noſtris munivimus. Datum Avenione in palatio C Apoſtolico, die XXI menſis Julii, anno Domini MDLXXIX. G. Cardinalis, Avenionenſis Archiepiſcopus manu propriâ, *ſic ſignatus. Et paulo inferius*, Albi, notarius proſecretarius. *Cum ſigillo ejuſdem Illuſtriſſimi Domini Cardinalis ab Armaniaco.*

Cardinali de Borbonio conceſſum.

Miraculum mulieris falsò accuſatæ,

84 Anno MDLXXXIX inter quam plurima, per B. Petri à Luxemburgo interceſſionem facta, unum extitit, novitate mirandum. Nobilis quædam matrona, Elizabetha à S. Sixto, Domina de Interaquis, falsò cujuſdam criminis accuſata; & ob id in carcerem conjecta, per quemdam patrem Cæleſtinum B. Petro à Luxemburgo commendata, accuſator ipſius, Deo ſic volente, alteri carceri mancipatus, ita ſeſe agitabat atque tam horribiles clamores edebat, ut carceratorum cuſtodi, citò illuc properanti & ſciſcitanti, quid haberet, dixerit, ſe mirum in modum vexari, eo quod inſontem illam mulierem accuſaſſet. Quæ libertati ea de cauſa mandato judicis reſtituta, in tanti miraculi memoriam viſitato B. Petri ſacello, imaginem cum dicto miracu-

lo depictam, beneficii memor appendi parieti voluit. EX MSS. AVENION. *eccleſia B. Petri,*

85 Anno MDXCVII Dominus Franciſcus Bordinus, Epiſcopus Cavallicenſis & Prolegatus Avenionenſis; hujus & aliorum miraculorum continuâ ſerie permotus, die III menſis Novembris, pro ſacrarum Reliquiarum majori cultu, altaria ſine dote erecta, in prædicto Cæleſtinorum templo, deſtrui, Sanctorumque Reliquias in theca argentea, conſulibus aliiſque plurimis civitatis viris primatibus ac magiſtratibus præſentibus, repoſitas, ſolemni ritu, die ejuſdem menſis XX in majori altari venerari mandavit, ut eccleſia in honorem B. Petri à Luxemburgo reparata, in ampliori formâ conſtrueretur.

86 Sequenti anno MDXCVIII, die IX Januarii, idem Reverendiſſimus Dominus Prolegatus præſentibus RR. Dominis, DD. Franciſco de Petris, eccleſiæ Avenionenſis Canonico, & ſede vacante Archiepiſcopi Avenionenſis Vicario, Juliano Maſſiliano, piaculorum Præfecto, & ejuſdem eccleſiæ Canonico, Claudio Lovancii, collegiatæ Eccleſiæ S. Agricolæ Decano, Franciſco Jourdano, eccleſiæ S. Deſiderii Canonico, familiari noſtro, & patre Joanne à Boſco, monacho Cæleſtino, altare à ſe ipſo conſtructum in templo præfato B. Petri à Luxemburgo, in honorem Beatiſſimæ Virginis & SS. Ruffi & Agricolæ, & B. Petri à Luxemburgo conſecrare cupiens, in mandatis dedit iiſdem prænominatis, Reliquias Sanctorum eorumdem à capitulis eccleſiarum, ubi corpora aſſervantur, perquirere, & obtentas ad ſe afferre, dando facultatem dictis capitulis, thecas Sanctorum aperiendi pro hâc vice tantummodo. Quare die XIV Januarii ejuſdem anni, Cæleſtini Avenionenſes prædictis commiſſariis permiſerunt à ferculo B. Petri à Luxemburgo aliquas ipſius Reliquias ad hunc finem extrahi, ſicut & aliæ eccleſiæ prædictæ fecerunt. *inſtaurata,*

86 Poſtmodum idem Reverendiſſimus D Prolegatus ad ſacellum prædictum acceſſit, epiſcopalibus ornamentis indutus, ſex fratribus oblatis ejuſdem monaſterii præ manibus cereos geſtantibus & præeuntibus, quos ſolenni ritu ſequebantur duo juniores monachi, dalmaticis induti, ſuaviſſimo thuris odore cunctos perfundentes; ſequebatur poſtea monachus, albâ cum pluviali indutus, Crucem bajulans; deinde omnes monachi bini, & compoſite incedentes, non ſacerdotes cotta *a* induti; ſacerdotes verò albis & ſtolis amicti, inter quos quatuor ex eis, nudis pedibus compoſitoque gradu ambulabant. Demum venerabiles Patres Joannes l'Eſcuyer, Prior monaſterii Avenionenſis, & Joannes Gayanus, Prior Gentilinenſium, qui omnes facta Reverendiſſimo D. Prælegato reverentiâ, Antiphonam, O Decor &c. propriam dicto Sancto, cantaverunt, quâ finitâ dictus Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Prolegatus orationem altâ voce pronunciavit propriam d. Sancto, ſcilicet; Omnipotens Deus &c. appertâque thecâ, ipſe Dominus Prolegatus humerale tegmen B. Petri à Luxemburgo è ſepulchro extraxit, atque explicato quodam velo ſerico rubei coloris, oſſa ejuſdem Sancti integra illibataque omnibus oſtendit; quorum unum, quod tibiarum erat, accepit, idemque aſtantibus oſculandum præbuit & civitatis Primoribus petentibus quædam oſſi- *Reliquiæ ſolenniter tranſlatæ,*

EX MSS. AVENION.

cula eis Pater Joannes à Boſco, prout occurrebant, diſtribuit.

ac diſtributæ,

88 Primum Patri Joanni l'Eſcuyer, pro ſuo monaſterio, Patri Gayano, pro monaſterio Gentilinenſi, Patri Nicolao Tancardo, pro monaſterio Ambianenſi; Patri Nicolao de Vallibus, pro monaſterio Caſtrenſi; deinde Domino de Suares, Præpoſito Eccleſiæ Avenionenſis, Reverendo Patri de Suares & aliis Societatis Jeſu Patribus, qui huic tranſlationi aderant, Conſulibuſque Avenionenſibus, & demum Libellioni, Domino Joanni Albi, ſecretario Archiepiſcopi Avenionenſis, aliiſque Poſtmodum idem Pater Joannes à Boſco quædam ſacra oſſa, à præfato Prolegato accepta in diſco argenteo, præcedente lumine, pedibuſque nudis, intra repoſitorium ſacrarum Reliquiarum detulit, & clavibus obſirmavit; concioneque elegantiſſimâ in honorem B. Petri à Luxemburgo per Patrem Jeſuitam factâ ad populum, qui cum incredibili concurſu aderat, divino numine tantam ſolennitatem miraculis celebrante, tranſlationem ſancti Corporis benedictione Apoſtolica & indulgentiis conceſſis, complevit. Eo ipſo tempore inter

B

plurima facta miracula per interceſſionem B. Petri à Luxemburgo, unum notatu dignum mihi ſcribendum occurrit.

puer mortuus reſuſcitatus,

89 Anno MDXCVIII, die XXIV Maii, cum in magnum vitæ diſcrimen, poſt innumeros partûs cruciatus Anna Bouſſacio, uxor Roſtagni Blanc, puerum in lucem edere non valeret, Joannes Valerianus chirurgus prolem extraxit mortuam: quare Parochus S. Deſiderii noluit eam terræ mandare, de quâ re multum dolentes ejus parentes, puerum ad B. Petri ſepulcrum detulerunt, ubi precibus humiliter pro puero defuncto ad Sanctum effuſis, per duarum horarum ſpatium, puer colore immutato, labia movit, oculos aperuit, gemitum emiſit, & ſanguinem ex umbilico fudit, ita ut ſacro baptiſmatis lavacro regeneratus, per tres horas vixerit, qui mortuus natus jacuerat.

feſtum B. Petri celebratum,

90 Quamobrem B. Petrum à Luxemburgo, majoribus in dies miraculis coruſcantem, ab omnibus mundi partibus populi concurrebant veneraturi, ejuſque diem feſtum celebrare cupientes, tam extranei quam civitatis incolæ, precati ſunt ſuppliciter illuſtriſſimum tunc temporis Prolegatum, Carolum de Conty, Epiſcopum Avenionenſem, ut diem feſtum celebrari mandaret: quorum votis libentiſſimè annuens, ſuo diplomate, ſub data diei III Julii, anni MDC ordinavit, quod in poſterum & in perpetuum dies feſtus per totam civitatem Avenionenſem ageretur, ſcilicet quintus dies menſis Julii, & eo die ab opere manuali ceſſearent. *Diploma de Gallico Latinè converſum in comm. prævio dedimus, num.* 39.

C

puer ſuſcitatus,

91 Anno MDCVI inter alia plurima, per interceſſionem B. Petri à Luxemburgo patrata miracula, puer quidam, annum agens ſecundum, à globo circa tempora ita percuſſus, ut ab omnibus mortuus reputatus jaceret, voto facto, B. Petri precibus commendatus, mox vivus apparuit.

Reliquiæ honoratæ,

Anno MDCIX, XV die menſis Aprilis, caput B. Petri à Luxemburgo ſeparatum à corpore ab anno MDXXVII, ut ſupra diximus, in thecâ argenteâ ſeu capite argenteo includitur; quod quidem opus argenteum affabre confectum expenſis PP. Cæleſtinorum Avenionenſium, ſuperque baſi argenteâ impoſitum, adhuc oſtenditur mirabili opere cælatum, ejuſque miracula propria repræſentans, cui operi multum de ſuo contulerunt inter alios Reverendi Patres Antonius Cappeau & Laurentius Bouche, è gremio ſpirituali Cæleſtinæ familiæ oriundi. D

erecta confraternitas

92 Anno MDCX ob continuam miraculorum precibus B. Petri à Luxemburgo patratorum ſeriem, Primoribus ejuſdem civitatis enixè poſtulantibus & requirentibus, facta fuit à Patribus Cæleſtinis ad Archiepiſcopum Avenionenſem ſupplicatio pro confraternitate, in honorem hujus Sancti erigenda, cujus ſupplicationis tenor ſequitur: Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Archiepiſcope: Paternitati veſtræ pro parte humilium & devotorum oratorum Reverendi Patris Prioris, Religioſorum, & conventus Cæleſtinorum hujus civitatis Avenionenſis, juxta concluſionem capitulariter factam, humiliter exponitur, qualiter dicti oratores fuerint ſæpiſſime requiſiti & interpellati à pluribus habitatoribus utriuſque ſexûs, devotione motis erga beatum Petrum à Luxemburgo (cujus corpus jacet in eccleſia dicti conventus, feſtumque ejus illîc colitur die E V menſis Julii, habeturque in ſummâ veneratione, propter quamplurima miracula, quæ fiunt in favorem ac beneficium implorantium ejuſdem auxilium & interceſſionem apud Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum) de erigendo confraternitatem illorum, qui adſcribi voluerint inter confratres, & participes fieri ſuffragiorum & indulgentiarum, dictæ confraternitati & eccleſiæ concedendarum.

in honorem B. Petri.

93 Quibus requiſitionibus, utpote piis, & ad laudem & gloriam Dei, & Sanctorum ejus tendentibus, annuentes dicti oratores, recurrunt ad Illuſtriſſimam & Reverendiſſimam Paternitatem veſtram, humiliter ſupplicando, quatenus dignetur & velit dictæ confraternitatis erectionem concedere & approbare, in hunc, qui ſequitur, modum: quod ſcilicet dictæ confraternitatis in perpetuum Rector erit Prior dicti monaſterii, vel qui monaſterio præerit; qui Prior habeat plenam & liberam adminiſtrationem dictæ confraternitatis, & eorum, quæ per modum eleemoſynæ dictæ confraternitati erogabuntur per dictos confratres, aut alios devotione motos erga præfatum B. Petrum de Luxemburgo, idque pro luminaribus, F reparatione dictæ eccleſiæ & aliis neceſſariis, pro cultu divino faciendo & augendo in d. eccleſia, omniaque alia univerſa & ſingula facere, ſtatuere, gerere, & adminiſtrare, poſſit & valeat, quæ dictæ confraternitati neceſſaria & utilia eſſe videbuntur, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, etiam de neceſſitate in ſpecie vel individuo exprimendis, pro expreſſis habitis, cum abſolutione à cenſuris. Et præfati oratores Deum O. M. exorabunt pro felici ſtatu Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Paternitatis veſtræ. *Propoſitæ petitioni ſic annuit Illuſtriſſimus Avenionenſis.* Servatâ formâ conſtitutionum Summorum Pontificum & Concilii Tridentini, eri-

gimus & concedimus, ut petitur. F. Stephanus Archiepiſcopus Avenionenſis. Datum Avenione, die XI menſis Januarii anno Incarnationis Dominicæ MDCX, Pontificatus SS. In Chriſto Patris, Domini noſtri, Domini Pauli, divinâ providentiâ Papæ V, anno ſexto, Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino Fratre Stephano

A phano Dulcis Avenionensi Archiepiscopo feliciter in Domino existente. De Ponte secretarius. Dat. *sic signatus. Subnectit Maletus sequentia duo miracula :*

Juvenis mortuus resuscitatus,

93 Anno MDCXII, die XVII mensis Julii Joannes Roviere, annos novem natus, filius cujusdam procuratoris Uticensis civitatis, horâ octavâ matutino tempore, cum d. civitatis ecclesiæ metropolitanæ pinnaculum ascendisset, ex eo inopinato lapsu corruens, mortuus domum defertur, ubi à parentibus B. Petro de Luxemburgo, precibus commendatus, Episcopo Uticensi, D. Joanne Vigne pro eo Deum orante, puer illico revixit; & in memoriam tanti beneficii, sequenti anno MDCXIII, ejus parentes ad sepulcrum B. Petri cum puero accedentes gratias Deo publicè retulerunt cum aliis multis, qui gratiarum referendarum gratiâ illuc è dictâ civitate advenerant.

contritus pollex sanatus;

B 94 Eodem anno MDCXIII, XVII die mensis Junii Joannes de Roure, legum auditor Avenione, propter lanceæ ictum non modicum, ossa pollicis conquassata & ita contrita habuit, ut præter maximum dolorem, quem sentiebat, nullo modo eum movere potuisset; quare ad asylum B Petri à Luxemburgo recurrens, suo d. pollice caput ipsius Sancti, argento, ut diximus, insertum tetigit, spe sanitatem recuperandi eo contactu : quod cum fecisset, statim levem quemdam ossium fragorem inter tangendum sensit, statimque sanitate recuperata, rem, sicut se habebat, coram testibus deposuit, atque instrumento publico obsirmari voluit, sicut & præcedentia miracula, multaque alia miranda, quorum ipsemet testis oculatus fui, imo expertus, quæ silentio modo prætereo : quia, favente Deo, temporis progressu ea in lucem edere lingua vulgari, & manifestare prætendimus.

petitæ à principibus reliquiæ.

95 Quia verò B. Petri miracula, ubique terrarum sulgentia, omnes Christianos ad tanti Sancti venerationem alliciebant, principes inter alios viri, ejusque Sancti consanguinei ad petendas quasdam ejus corporis Reliquias inducti, Avenionem accesserunt. Dux & Ducissa de

C Ventadour, ab eo genus trahentes, Marium Philonardum, tunc temporis Avenionensem Archiepiscopum rogaverunt, ut præciperet Patribus Cælestinis extrahere aliquas particulas dictarum Reliquiarum. Quod secundum dicti Domini Archiepiscopi mandatum, coram omnibus ejusdem monasterii Religiosis à R. P. Priore factum est anno MDCXXXII, & die 2 Martii, absolvendo dictos Patres ab omni censura pro hac vice tantùm.

Cur Beatus non canonizatus.

96 Nec solum Dux & Ducissa de Ventadour, ut supra diximus, Avenionem religionis erga B. Petrum consanguineum zelo inducti & ejus reliquias petituri accesserunt, quas consecuti sunt; sed etiam illustris Princeps Franciscus de Luxemburgo, Dux Piney, multis perfunctis legationibus insignis, jam ab anno MDLXXXIX illud idem requisierat, dum eo ipso anno ab Henrico IV in Italiam nuntius extraordinarius missus, per hanc civitatem transiret, quod & consecutus fuit. Is ipse vir Princeps, dum Romæ ageret sui Regis negotia, non oblitus sui sanguinis, ejusdem B. Petri de Luxemburgo canonizationem totis viribus prosecutus est, oblatis ad id ex parte Regis Franciæ, & Principum regni, centum mille nummis, ut Sanctorum numero solenniori ritu B. Petrus à Luxemburgo consanguineus adscriberetur. Res verò agitata in consistorio de tempore Clementis VIII Pontificis, suum effectum habere non valuit, eo quod objectum fuit, dictum B. Petrum de Luxemburgo ab Clemente VII Gebennensi Cardinalem creatum fuisse, ipsumque Pontificem in catalogo summorum Pontificum non collocari, sed si dempto Cardinalatûs titulo pro confessore canonizari cuperent viri Principes, qui illud in votis habebant, posse illorum petitionibus sufftagari. Quod cum ab illis probatum non fuisset, res veluti clavo appensa, indecisa remansit, nec impedivit quominus ex tunc, prout ex nunc, in ore omnium pro Sancto habeatur, & veneratione perpetua nominetur.

EX MSS. AVENION.

Officio canonico, annuè honoratur.

97 Urbanus verò VIII summus Pontifex addidit, & jussit festum duplex celebrari, annuens super hoc votis & supplicationibus Consulis Civitatis Avenionensis. *Ejus diploma, quod hîc sequebatur, conjecimus in commentarium prav. num.* 42. Cujus diplomatis facta promulgatione, tota civitas in gaudium profusa, E novis ejus festum honoribus conata est celebrare, & ex nunc tamquam patronum veneratur, colit, & agnoscit. Quolibet enim die v Julii singulis annis per totam civitatem ab omni opere manuali cessatur, ab omnibus circum vicinis provinciis populi confluunt, solenne festum celebraturi, templum nobilioribus tabellis deauratis cum tapetibus & perissomatis ornatur : ejus miracula depicta, & votivæ tabellæ visuntur in circuitu templi, orator unus matutinis horis coram Illustrissimo Prolegato, Consulibusque civitatis adstantibus, elegantissimam panegyrim in honorem B. Petri de Luxemburgo latinè pronuntiat; vespertinis verò horis alter concionator, concionem super meritis B. Petri de Luxemburgo, coram populo, idiomate Gallico habet, Missa solemniori ritu celebratur cum maximo totius civitatis, vicinorumque concursu; quo tempore solennes processiones, tam à Patribus Cælestinis per circuitum monasterii, quam per civitatem à confraternitate Pœnitentium alborum visuntur; sub vesperam benedictio F cum musicâ datur, caput argenteum, in quo includitur B. Petri Caput sub baldaquino processionaliter defertur, præeunte musicâ, Religiosisque omnibus hymnum proprium confessoris cantantibus. Adveniente nocte, ignes in ejus honorem artificiales, & per totam civitatem ante cujusque domum, foci & luminaria accenduntur, cum tanto gaudio & omnium habitantium lætitia, ut dicerес, nullum aliud per totum annum celebrius festum celebrari posse. Quod in effectu non sine causa geritur, cum Deus mirabilis in Sanctis suis, per hunc præcipue Sanctum, ejusque intercessionem, quotidie tot & tanta patret miracula, ut dicatur, nullum ab Apostolorum temporibus ex Sanctorum numero, plura & celebriora fecisse. Et jure merito eum pro Patrono civitas Avenionensis elegit, nec tantùm Avenione, sed etiam per totum orbem tanti Sancti erga Deum merita valent & intercessio, ut quotidie votivæ tabellæ ad ejus sepulcrum deferantur.

98 *Huc digressus Maletus, priora vestigia relegens,*

EX MSS. AVENION. *Primordia Cæleſtinorum Avenionenſium,*

gens, nonnulla, ad primum Beati cultum, & Cæleſtinorum Avenionenſium originem pertinentia, præpoſterè commemorat; quorum brevem proſpectum, grandiorem hujuſce materiæ molem non ferens, exhibeo. Scribit igitur, deſignatis à Clemente VII, Cardinalibus commiſſariis, ut oblationibus, in honorem Beati factis, præeſſent, accitos deinde fuiſſe Cæleſtinos conventûs Gentiliaci prope Avenionem, ab anno 1352 ibidem religioſæ vitæ exemplo egregiè ſpectabiles, monaſterio Avenionenſi originem daturos; omnibus dictus Clemens anno 1393, die XXVII Februarii meditatus fuerit monaſterium condere. Atque ab hoc puncto nominatus Auctor ponit epocham Cæleſtinorum Avenione, tametſi nondum tunc eis monaſterium fuerit exſtructum.

tria ab initio

99 *Tradit inſuper tria ab initio erecta fuiſſe ſacella in cœmeterio Avenionenſi, S. Michaëlis dicto; horum primum conditum in honorem S. Michaëlis, anno 1347, die XVII Auguſti per Epiſcopum Avenionenſem, Joannem de Jourdano, cum inſtitutione Miſſæ quotidianæ; prædictum ſacellum prævetuſtate deſtructum, ejuſque onera & officia tranſlata eſſe ad ſacellum omnium Sanctorum. De quo narrat ſequentia.*

100 *Nimirum, fundatum illud fuiſſe per Rodulphum ab Alliaco, ſive Dailly, cubicularium Cardinalis Gebennenſis, qui poſtea fuit Clemens VII; ibidemque ſepultum corpus B. Petri. Non itaque in ſacello S. Michaëlis, ut dixi in comm. prævio num. 24 contra Meyerum. Addit laudatus Maletus, ob miraculorum frequentiam, ibidem loci erectam fuiſſe capellam ligneam expenſis Mariæ, Reginæ Siciliæ & Hieruſalem, anno Clementis VII undecimo; adhibitos Corpori beato cuſtodes & rerum oblatarum curatores & adminiſtratores, Guilielmum electum Vivarienſem Epiſcopum, & Ægidium de Aurelianis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini; producto diplomate Clementis VII, anno pontificatûs XI, tertio Non. Septembris, huns in finem Avenione edito.*

in cœmeterio S. Michaëlis ſacella.

Sed vitæ, virtutum ac miraculorum tractatio B. Petri de Luxemburgo, *juſto longiùs nos provexit. Nunc tempus, poſt immenſum prope confectum ſpatium, colligendi vela, & inſtitutum curſum abrumpendi. Quare hîc tandem ſit finis.*

ANNOTATA.

a *Vox Italica, ſignificans* ſuperpelliceum.

TERTIA DIES JULII.

SANCTI QUI QUINTO NONAS JULII COLUNTUR.

S. Chreſtus Epiſcopus, Syracuſis in Sicilia.

S. Hyacinthus, Martyr Romæ vel Cæſareæ in Cappadocia; cum alio Hyacintho.

S. Theodotus
S. Theodota
S. Diomedes
S. Eulampius
S. Aſclepiodotus
S. Golinduchus
} Martyres

S. Dathus Epiſcopus, Ravennæ in Italia.

S. Tryphon
S. Menelaus
S. Cyrion
S. Eulogius
S. Porphores
S. Apricus
S. Chuſtus
S. Julianus
S. Eradius
S. Tryphon
} Martyres Alexandriæ.

S. Oreſtes
S. Cyrillus
S. Emerion
S. Cyrion
S. Julius

S. Severus
S. Helion
S. Trategus
S. Montanus
S. Atranus
S. Euſucius
S. Germanus
S. Parthenus
S. Paulus
} Martyres Tarſi.

S. Euphemia
S. Acacius
S. Ammonius
S. Thomas
S. Triphon
S. Menelaus
S. Cerealis
S. Heraclius
S. Eulogius

S. Eulo-

S. Eulogius alter
S. Cionia
S. Julianus
S. Demetrius
S. Horeſtes
S. Heliodorus
S. Strategus
S. Amedinus
S. Jocundus
S. Martyrius
S. Ammus
S. Suſtratus
S. Timotheus
S. Cionius
S. Cyrianus
} Martyres Conſtantinopoli.

S. Eulogius Conſtantinopoli.

S. Irenæus Diaconus } MM. Cluſii
S. Muſtiola & ſocii } in Etruria.

S. Marcus } Martyres.
S. Mocianus }

S. Anatolius Epiſcopus } Laodiceæ
S. Euſebius Epiſcopus } in Syria.

S. Heliodorus Epiſcopus Altinenſis Torcelli prope Venetias.

S. Anatolius Patriarcha Conſtantinopolitanus.

S. Germanus Epiſcopus in Mannia, maris Hibernici inſula.

S. Guthagonus Confeſſor, Ooſtkercæ apud Brugas in Flandria.

S. Raymundus confeſſor, Toloſæ in Gallia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

SPatrocli tranſlatio *notatur hoc die in libris vetuſtis ritualibus eccleſiæ Suſatenſis. De eo actum eſt in additis ad* XXI Januarii

Boiſilus *in Anglia monachus, non recte hoc die notatur in Kalendario Benedictino S. Michaëlis & S. Salvatoris Antverpiæ; ſpectat enim ad* XXIV Januarii

S. Guilielmi eremitæ & confeſſoris depoſitio, *apud Sauſſayum hoc die recolitur.* Hic quintus Aquitaniæ Dux *&c. Vide Guilielmos, ſen ſanctos ſeu venerabiles, ab Henſchenio accuratiſſimè diſtinctos* X Februarii

S. Gorgonii *alicujus tranſlatio notatur in Kalendario Sanctorum, quorum Acta exhibentur Seculi 4 Benedictini parte* I, *ibique à pag.* 591 *refertur tota ea hiſtoria, quæ etiam exſtat in Actis noſtris* XI *Martii. Fatetur Mabillonius, non ſatis certum eſſe, de quo S. Gorgonio in ea narratione agatur. Verum hujus loci non eſt ea diſquirere, poſtquam res illa Actis inſerta eſt ad dictam diem* XI Martii

S. Anſelmi confeſſoris & Archiepiſcopi Cantuarienſis tranſlatio *ponitur hoc die in Anglico Wilſoni Martyrologio, citatis ad marginem* Wione, Galeſinio, Maurolyco. *Dormitavit Wilſonus; citati auctores de S. Anſelmo ſcribunt* V *Julii. Vide commentarium ad Sancti geſta num.* 5, XXI Aprilis

Ultanus *memoratur apud Sirinum: nos alium S. Ultanum non novimus præter eum, de quo in Actis noſtris* I Maii

S. Theobaldi *eremitæ corpus hac die Vicentiæ depoſitum eſt, uti habetur in vita ſuperius exhibita* XXX Junii

Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus *in pluribus Martyrologiis hoc die ponitur, ab aliis dies obitus controvertitur, ut dictum eſt in Prætermiſſis* XXIV *Martii. Vide, quo de eo actum eſt, diem* XXVIII Maii

Kenuinus abbas in Hibernia *refertur hoc die in altero Ferrarii Sanctorum generali Catalogo, citantis Martyrologium Petri Caniſii*, qui neque tempus ſignet. *Ego in binis noſtris editionibus anni* MDLXXIII *& an.* MDXCIX *nec Sancti iſtius nomen hoc die reperi, uti nec apud alios. Erravit Ferrarius, bis eumdem Sanctum annuntians* III *Junii &* III *Julii. Non hoc, ſed illo die, colitur* Kewinus *ſeu* Keivinus, *aliàs* Coëmginus, abbas Glindelacenſis, *à Caniſio tali die recte ſignatus, quando & de ipſo actum eſt* III Junii

B. Silveſter Camaldulenſis anno MCCCXLVIII Cælitibus jungitur, *inquit Antonius de Balinghem in Kalendario Mariano, ad hunc diem. Interim ejus Acta pridem illuſtrata ſunt ad diem* IX Junii

S. Brittam *refert hoc die Caſtellanus, ſancta alterius* Mauræ *ſociam, in pago Turonenſi. Verum de utraque actum eſt* XV Junii

Iſfridum *Raceburgenſem Epiſcopum ſuggerit hic Caſtellanus, ut apud Præmonſtratenſes* III *Julii cultum. Non ita legit in Actis, ubi Kalendæ Julii deſignantur. Melius cum Henſchenio ſervaſſet diem à Chryſoſtomo Vander Sterre & Petro de Waghenare expreſſum, quo de ipſo in opere noſtro actum eſt* XV Junii

Wibrandis & Mechtundis *reperiuntur in Molano, Wione & Menardo, abſque* Kunegunde, *alibi Wibrandis ſola, ſed de hac & duabus aliis actum eſt* XVI Junii

De Leone Papa, *quem hoc die annuntiat Uſuardus, ſuo loco diſputavimus. Plures ejus codices auctiores expreſſius ſignant S.* Leonis Papæ II, *unde & in alios recentiores Martyrologos tranſiit. Verum de eo actum eſt cum Romano & aliis* XXVIII Junii

Baſilidis martyris, qui cum eſſet carnifex B. Potamianæ, converſus, etiam martyr effectus eſt ſub Severo Imperatore. *Verba ſunt*

A *Felicii ex Italico Latinè reddita. Admittimus, quæ brevi eo elogio continentur; ſed videnda inſignis Euſebii narratio in Actis, die quo cum ceteris glorioſiſſimis Martyribus de Sancto hoc Baſilide agitur* XXVIII Junii

S. Rumoldus Epiſcopus martyr *inſertus eſt nonnullis Kalendariis non magni momenti. De ipſo abunde egimus* I Julii

S. Lingdani, *ſeu* Lindani, *ſeu* Lidani abbatis *obitus dies promiſcue à variis collocatur hac vel præcedenti die. Acta illuſtrata ſunt* II Julii

SS. Proceſſus & Martinianus, *qui ad diem præcedentem pertinent, in Martyrologio juxta ritum ſacri Ordinis Prædicatorum, differuntur ad hunc diem; ſuſpicor ob feſtum Viſitationis B. M. V. quod ibi notatur* totum duplex, *ipſi vero proprium fortaſſe habeant hoc die de iis Sanctis officium. Utut eſt, vide* II Julii

Berthæ viduæ, matris Caroli magni, *ſcribit hoc die Grevenus, melius ut* nobilis matrona & piiſſima abbatiſſa *celebratur in Uſuardo Aquicinctino & Auctariis Molani* IV Julii

S. Lauriani Bituricenſis martyris, cujus caput Hiſpalim deportatum eſt, *meminit hoc die Galeſinius, nos cum Uſuardo de eo agemus* IV Julii

Depoſitio ſtolæ B M. V. *eſt apud Molanum; apud alios veſtium ſeu faſciarum ſepulcralium,*

B Teclæ, Eraſmæ, Eliæ, Aquilæ & Agnetis *puellarum Calaritanarum, quæ* in Domino mortuæ ſint in anno Domini CCCXXXV, die III Julii, *ex Squirro meminit Papebrochius tomo* VII *Maii pag.* 799, *de earum aut martyrio aut ſanctitate aut cultu nihil magnopere decernens: nobis hactenus non ſufficienter probatur, dignas eſſe quæ inter Sanctos locum habeant.*

Serena martyr Tarſi *ex aliquo Caſtellani ſcrupulo hoc die in Supplemento Martyrologii ejus Univerſalis adjuncta eſt. Verum alia* Serena *agnoſcendæ non eſt, præter Sanctum illum, quem in claſſe Tarſenſium Martyrum, melius appellavimus* Severum.

Eulogius, Acacius, Demetrius & Euphemia *martyres Conſtantinopolitani, in Uſuardi auctariis aliiſque, à ſociis ſeparati, videantur in claſſe ſua, ex Hieronymianis infra explicata.*

Typhon, Severinus, Julianus, Euphemia *cum ſociis* XII *referuntur à Galeſinio, & ex eo in Ferrarii Catalogo; utrobique male confuſi. Vide infrà diſtinctas ex Hieronymianis iſtorum Martyrum & ſociorum claſſes.*

C Alexandriæ S. Muſani presbyteri & confeſſoris, qui multâ elegantiâ libellum ſcripſit adverſus quoſdam fratres, qui declinaverunt ad hæreſim, quæ dicitur Encratitarum. Floruit temporibus S Sotheris Papæ, & Marco Antonino ſecundo, circa anno Domini CLXV. *Ita Ghinius ultimo loco. Quæ ut vera ſint, laudeturque Muſanus à S. Hieronymo & Euſebio; necdum ſequitur cæleſtes honores ei unquam delatos, neque nos, ſola Ghinii auctoritate, eos ipſi adſcribimus. Si alibi de cultu docemur, poterit quolibet alio die æque atque hoc collocari*

Liberii ſeu Libberii Epiſcopi, hac etiam die, recolitur memoria, *inquit Ferrarius in Catalogo ſupradicto, citans denuo Martyrologium Caniſii. Iterum male: unus ibi novus* Liberius XVII *Maii &* XXIII *Septembris. Alium habes in Actis Epiſcopum Ravennenſem* XXIX *Aprilis; alium Anconæ* XXVII *Maii. De hodierno Ferrarii nulla alibi, quod ſciam, memoria. Si Lietbertum Cameracenſem indicare voluit, jam eum poſuerat eo die, quo in Actis refertur,* XXIII *Junii. Non magus capio, quid ſibi velint additiones Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, dum ita legunt:* Conſtantinopoli, ſancti Lichtberti martyris. D

Ghillo *ſeu* Gillo *ut Sanctus refertur in Menologio Scotico Dempſteri, tamquam famulus ſeu ſocius S. Guthagoni: at certum eſt, ejus corpus nec elevatum, nec venerationi expoſitum fuiſſe, ut vide in iis, quæ de S. Guthagono hoc die dicuntur.*

Gildulfus, *ut alius S. Guthagoni ſocius, etiam Sanctus, adjicitur à noſtro Stephano Vito, de quo apud alios nihil reperi: vide ejus verba in commentario de S. Guthagono.*

Macram, *S. Guthagoni ſororem facit Dempſterus, verum quæ hujus fides ſit, alibi ſatis dictum eſt.*

Tatwinum *canit Menardus in Martyrologio Sanctorum Ordinis S. Benedicti, ad hunc diem, Sanctum alibi ignotum:* In cœnobio Croylandenſi in Anglia, ſancti Tatwini eremitæ, *Sic porro in obſervationibus:* Fuit Tatwinus eremita Croylandenſis inſulæ, portitor ſancti Guthlaci in eamdem inſulam, ejuſdemque diſcipulus, ut auctor eſt Ingulphus E in hiſtoria Croylandenſi. *Exſtat ea hiſtoria inter rerum Anglicarum ſcriptores editionis Francofurtenſis anni* 1601, *à pag.* 850. *Meminit vero* Tatwini *prædictus auctor pag.* 858, *hac, quam de ſancta Etheldritha inſerit, parentheſi:* Tumulata namque fuerat ad caput ſancti viri Tatwini, quondam ſancti patris Guthlaci in dictam inſulam ductoris & nucleri. *Quid præterea geſſerit, nec ibi nec apud alios reperi; neque verba illa* ſancti viri *ſatis innuunt, Tatwinum pro Sancto habitum fuiſſe. Mabilio inter Benedictinos eum non computat, utpote in Prætermiſſos rejectum: hoc tamen die, ab ipſo, Bucelino & Caſtellano conſignatur, Menardum ſecutis. Cultum unquam fuiſſe aut modo eoli, non conſtat; ſi id alicunde probetur, non deerit alibi locus. Celebrior eſt* Tatwinus *Cantuarienſis Epiſcopus, de quo ad* XXX *Julii agendum erit.*

SS. Marcum, Mucianum & Paulum *Græcè hoc die furripere conatur Tamayus in Martyrologio Hiſpanico, ut vide infra proprio loco. Tum Sanctum protrudit omnibus antiquis ignotum, nempe* F

Tolobæum, *de quo ita ſcribit:* In monte Libanienſi apud Aſtures, S. Tolobæi Epiſcopi Braccarenſis; qui auditis S. Turibii miraculis, ad ipſum montem degentis, & monaſterium ædificantis, relicto epiſcopatu, Libanium acceſſit, & acceptâ S. P. Benedicti cucullâ, glorioſum de ſe præbens virtutum odorem, ad Superos evolavit. *Audi textus probationem:* Ejus obitus diem conſignat Julianus archipresb. Toletanus in Chron. an. 593, num. 310, fol. 68, his verbis: Moritur S. Tolobæus, aliàs Tobæus, in eremo Libanienſi III die Julii, qui prius fuerat Epiſcopus Bracearenſis. Cognito tranſitûs die, nunc ejus memoriam ex oblivionis tenebris extrahere opus erit, ut tanti Præſulis res geſtas totus quoque cognoſcat orbis. *Ex tanto hiatu, quid ſequatur, vide:* De eo S. M. Maximus, primo in Chron. an. 612 apud Rodericum Caro fol. 217, & apud Bivar. num. 12 & 13. § 17 & 18, fol. 726, dixerat: Per hæc tempora in monte Libanenſi Aſturum, celebris habetur memoria S. Tolobæi, Epiſcopi Braccarenſis in Hiſpania.

A nia. *Teſtes alii recentiores ſunt Yepes, Sandoval & Acuña, infidos duces pro ſua credulitate ſecuti, varia alia comminiſcentes, quibus ſubjicere audet Tamayus :* Acta huc uſque nullus ſcripſit, illa ex noſtris dabimus. *Et dat ſane, ſuos illos non indiligenter deſcribens, qui ſocios* Tolobæo *addidere* Synobim, Euſebium, Euſoſtomum, & Joſaſum, *Sanctos omnes. Vellem ego, ſimilia admitti poſſent; verum ex fide pſeudo-Chronicorum, Juliani & Maximi nefas eſt, donec antiquioribus monumentis & Sancti ipſius ſociorumque ſeculo* VI *exiſtentia, & verus eorum hodie cultus demonſtretur. Non agnovit tales Sanctos pro ſuo Ordine, nequidem inter prætermiſſos Mabillonius, neque credidit S. Benedicti Regulam tam cito per Hiſpaniam & Luſitaniam propagatam. Vide ipſum in præf. tomi* I § VI, *& tomo eodem pag.* 187, *ubi de S. Turibio.*

Thomæ Oborski *Epiſcopi Laodicenſis vitam ſcripſit & ad Papebrochium miſit noſter Staniſlaus Kuklinski, exiſtimans, virorum omnium illuſtrium, vel ſaltem, ut ipſe loquitur, quorum ſanctitas modum communem exceſſiſſet, geſta à nobis colligi. Obiit prædictus Thomas* III *Julii* 1644, *ætatis ſuæ* 74. *Exſpectabimus, quid de ejus*

B *virtutibus & miraculis declaraturus ſit horum arbiter Romanus Pontifex.*

Soror Eleonora de Roſario, Dei famula, *Ordinis S. Dominici, refertur à Marcheſio in ſacro Diario.*

Thomam *cœnobii Bonifontis* in Tareſca, *Galliæ Belgicæ provincia, diœceſis Remenſis, Priorem, titulo* Beati *ornant Henriquez, Chalemotus, & ex his Bucelinus cum digno elogio : Manrique* Sanctum *alicubi appellat; alibi*, inter viros ſanctitate celebres, quos protulit Ciſtercium, à Joanne abbate, & miſſali antiquo *connumerari aſſerit.* Haud tamen certum, *inquit*, qua ætate floruerit, ſed neque quibus actis. *Neque nobis certum; aut olim, aut modo populi venerationi expoſitum; qua de re magis ſolicitos eſſe oporteret ſcriptores iſtos, ut tutius eorum Beatis locum hîc dare poſſemus. Non exiſtimo, hunc eſſe obitûs diem, licet etiam ponatur in Kalendario Divione impreſſo. Si cultus probetur, facilè alio quovis die referri poterit.*

Monachos XXXV Hemmerodenſes, *habet præterea Henriquez, à Bucelino deſcriptus, quo-*

C *rum* gloria omnibus innotuerit, admirandis *obitum* præcedentibus & ſubſequentibus viſionibus *&c. Idem hîc rurſus poſtulo; doceamur de cultu eccleſiaſtico, ipſis umquam legitime exhibito,*

Tirechanus, *ut S. Ultani diſcipulus, deinde Epiſcopus, ac ſcriptor vitæ S. Patricii, titulo* Sancti *paſſim honoratur à Colgano in Triade Thaumaturga, referente fragmenta, quæ ex Tirechani Mss. deſumpſit Uſſerius, ut vide pag.* 196 *&* 218. *Fragmenta iſta omnia apud Uſſerium lego, atque etiam alibi apud eumdem* Tirechani *nomen relatum. Neque negavero, floruiſſe circa annum* 650, *ſaltem ſeculo* VII; *at necdum ſatis intelligo, cur* Sanctum *appellet Colganus, addatque*, vide plura de eodem ad diem III Julii, quo colitur. *Quæro in quibus faſtis, à quo tempore, à quibus & quo loco cultus fuerit aut hodie colatur? Interim donec alia certi cultûs & ſtabilitæ feſtivitatis argumenta producantur, hæc indicaſſe ſufficiat: ut enim iterum repetam, non video, ſanctitatem magis probari, ex eo dumtaxat, quod quis* D *S. Patricii vitam ſcripſerit, quam quod diſcipulus ejus fuerit. Porro eam ſolam ſanctitatis rationem nos non admittere, jam ſæpius declaravi.*

Felicem *alicubi reperire me memini, nomine tenus, at tantus Felicium numerus eſt, ut abſque ulteriori notitia nihil diſcerni poſſit.*

Solemnitas amabilis Tartinnæ, *aliàs* Dartinnæ *locum habet in Collectaneis ſacris Hibernicis laudati aliàs Sirini; quam Gormanus* Tartinnam immaculatam & ſpecioſam *appellat*, de Kill-aird in Hi-garchon. *In Kal. Caſſeliano eſt* S. Tinnea virgo. Et Colmanus, qui & Guarius in Kill-aird in Hua-archan, *pro quo legi vult Sirinus, ut de Tartinna*, Hi-garchon. *Neque de cultu ſatis conſtat, neque de geſtis quidquam traditur.*

Killenus abbas Hienſis *tertio loco ponitur apud eumdem Sirinum. Non eſt hic* S. Killenus *ſeu* Mochellocus, *de quo actum* XXVI *Martii p. 626 Gorman. ſcribit*, Kellenus cognomento Droichtheach, virgo, miles egregius. *M. Dung.* Abbas Hiæ S. Columbæ Kille, obiit DCCXLVII. *Stirpem & genealogiam explicat Sirinus, mallem ego certiora exhiberet cultus ejus argumenta, quæ etiam deſiderantur pro*

Breenada virgine victorioſa & Tirechano, *qui* Ultani diſcipulus, Epiſcopus, ſcripſit libros duos de rebus geſtis S. Patricii, *ut ſupra Ætatem quærit Sirinus, refertque prodigium ex neſcio qua S. Fecluni vita, quod in Actis noſtris ad* XX *Januarii pag.* 329 *non reperitur, forte quod incredibile viſum fuerit, ut* Tirechanus dexteræ Dei virtute evectus, Româ Caſſeliam transferretur. *Septimo loco refertur*

Marianus Gormanus (Hibernicè Moelmuire ô Gorman) abbas monaſterii de Cnoc-na-ſcaghan prope Lugmaghiam ſeu Luthiam. *Is à Waræo vocatur* Murrius ô Gorman, *dicitur-que* vixiſſe anno MCLXXI & edidiſſe ſupplementum Martyrologii Æneæ. Hoc eſt, *inquit Sirinus*, Feſtilogii S. Ænguſſii, quod tamen Gormanus non proprie ſupplevit, ſed methodum Ænguſſii imitatus, metro vernaculo comprehendit, per omnes anni dies, aliquot præcipuos Sanctos peregrinos & do-

E meſticos, & quidem multo plures quam Ænguſſius in feſtilogio. *Utinam ſatis conſtaret, feſtilogos iſtos Hibernos, Maguir, Kalendarium Caſſelienſe, & Martyrologium Dungallenſe, non alios collegiſſe, quam qui vero eccleſiaſtico cultu honorarentur. Ne quem in hac re offendamus, videatur Bollandi præfatio ante tomum* I *Februarii cap.* 3

Joannes Baſſolus *ex Ordine D. Franciſci, Scoti diſcipulus, inſcriptus eſt Menologio Scotico Camerarii, ſed is nec ab Arturo memoratur, qui plures alios beati titulo hoc die ornat, quos cultu eccleſiaſtico donatos necdum novimus, ſunt autem ſequentes.*

Ægidius Reggienſis, *Tuderti in Umbria.*

Eſtuniga, ſignis glorioſus, *Barcinone.*

Hieronymus à Stronconio, *Anſani in Aprutio.*

Maria Fernandez Coronel, *Guadalfagiaræ in Caſtella.*

Joanna à Navarra, *Longicampi in territ. Pariſ.*

Angelica, virtute illuſtriſſima, *Mantuæ.*

Referuntur eædem in Gynæceo, quibus illîc adjungitur : In India Orientali, beatæ Claræ virgi-

virginis Dominicanæ, filiæ Calaminæ regis, quæ ſummis virtutibus viam ſibi paravit ad cælum. *Hanc Pio, Arturo, Antonio de Balinghem aliiſque ſuggeſſit Seraphinus Razzius, qui inter Sanctorum ſui Ordinis Vitas pag. 353 hiſtoriam compilavit, non minus incredibilem quam portentoſam, ſine vade, ſine teſte: in qua notæ omnes tum chronologicæ tum geographicæ deſiderantur. Ex plurimis prodigiis unum ſpeciminis gratia accipe, quo res tota concluditur:* In partibus Indiæ, *inquit Razzius*, in tanta veneratione eſt S. Clara, ut in uno ſolo regno, ex ſexaginta regnis Chriſtianis, reperiantur ccc monaſteria ſororum Ordinis Prædicatorum, quibus ſanctæ iſtius Claræ nomen inditum eſt. *Monumentis aliis opus eſt, ut talia probentur. Apud Marcheſium alioſque ſcriptores, nota non eſt Clara illa, pluſquam mirabilis, à Blanconio, Razzii interprete Gallico, prudenter omiſſa.*

S. Theobaldi Epiſcopi Viennæ, *legit Ferrarius, notans* Eoaldum *alibi nominari, uti revera nominandus videtur, poſitus in Uſuardi auctariis* VI *&* VII *Julii, ſed hoc poſtremo die ex Adone illuſtrandus, adeoque* VII Julii

S. Sidronius martyr in pago Senonico *collocatur hoc die in Uſuardino Luxovienſi.* Corpus *ejus* Româ Meſſinas tranſlatum, *memorant Belgæ cum Molano, eumque hoc die in celebri eo parthenone diœceſis Iprenſis feſtive recoli teſtantur. Dubites an duo ſtatuendi ſint Sidronii. Ceterum cum in Uſuardo atque etiam in hodierno Romano* Sidronius martyr *habeatur* XI *Julii, eo rem totam accuratius diſcutiendam transferimus.* XI Julii

S. Gregorius Thaumaturgus *à Romano parvo, Adone, Uſuardo, tota hujus progenie aliiſque hoc die poſitus reperitur, de quo proinde loquendum fuit in obſervationibus ad Uſuardum. Hîc cum Romanum ſequamur, rejiciendus eſt in* XVII Novembris

S. Athenodorus Epiſcopus, *frater ſancti Gregorii Thaumaturgi, forte occaſione fratris relatus eſt hoc die in Uſuardo Bruxellenſi. Nos de eo cum Romano agemus.* XVIII Octobris

S. Girardus monachus, in monaſterio S. Albini, quinto Nonas Julii, multis virtutibus & miraculis inſignis habetur. *Verba ſunt chronicæ Andegavenſis apud Labbeum tom. I. Biblioth. Ms. pag. 278, ad annum 1153. Verum colitur.* IV Novembris

S. Thomæ Apoſtoli ex duodecim, *leguntur hoc die Kalendaria Coptica & Chaldaica, quæ hîc magnopere curanda non exiſtimamus. Notus eſt dies, quo apud nos colitur S. Thomas.* XXI Dec.

Tranſlatio (*non* paſſio, *ut codd. aliqui*) S. Thomæ Apoſtoli, *ſignata eſt in Hieronymianis aliiſque claſſicis Martyrologiis paſſim omnibus. Feſtivè olim Brugis celebratam, reperi in perantiquo ejus eccleſiæ Breviario anni 1526: forte & alibi receptæ, quod quærere ſuperſedeo; nam differenda ſunt omnia ad* XXI Decembris

S. Marinus puer *martyr Romanus*, primarius ſenatoris cujuſdam filius, *refertur hoc die in pervetuſto Breviario Sleſwicenſi, excuſo Pariſiis* MDXII, *ſub ritu officii* IX *lect. cui vitæ compendium aliquod, ſeu potius longiorum Actorum principium inſeritur, primo ipſo intuitu prudentem lectorem offendens. Sumptum id eſt ex prædictis Actis vulgatis à Mombritio tomo 2 fol. 155; unde certum videtur, Marinum ibi accipi, pro eo, quem* XXVI *Decembris ſignavit Uſuardus, appellans* virum clariſſimum, *tametſi in Actis ipſis* puer *diſerte vocetur. Eſt igitur res tota ad eum diem differenda. Videri interim poteſt noſtra, ibi ad Uſuardum obſervatio, pluribus illuſtranda; dum Acta ipſa diligentius examinabuntur.* XXVI Decembris

DE SANCTO CHRESTO EPISCOPO

SYRACUSIS IN SICILIA.

C

J. B. S.

Ex Octavio Cajetano.

SEC. I.

Prima hujus Sancti notitia.

Philippus Ferrarius in ſecundo ſuo Catalogo Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non ſunt, ſic hoc die legit penultimo loco: Syracuſis in Sicilia, S. Chreſti Epiſcopi, *allegans in notationibus* Tabulas eccl. Syracuſanæ *&* Martyrologium Siculum: *atque*, vixiſſe ſub Veſpaſiano & in pace quieviſſe. *Hauſit hæc Ferrarius, qui catalogum iſtum vulgavit* MDCXXV, *ex Martyrologio Siculo noſtri Octavii Cajetani edito* MDCXVII, *in quo hæc habentur:* Syracuſis, S. Chreſti Epiſcopi & confeſſoris Imp. Veſpaſiano: *citatis ad marginem* codd. Mss. & Tab. Syr. *Quod vero mireris, opera mutua utuntur ſcriptores illi, nam Cajetanus in magno ſuo de vitis Sanctorum Siculorum operè, poſt ejus mortem edito an.* 1657, *ipſum Ferrarium adducit his verbis:* Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum ſub die III Julii, meminit S. Chreſti Epiſcopi, additque in pace quieviſſe *&c. ut mox videbis. Alios fuiſſe Syracuſanos antiſtites*, Chreſtos *nomine; aſſerit Cajetanus; aſt in Scobari Catalogo, apud nos manuſcripto, ſolus noſtri germanus & ſucceſſor refertur. Hoc certum eſt, nihil de ſancti* Chreſti *geſtis uſquam repertum; cultum vero apud Syracuſanos pridem obtinuiſſe, ex fide Cajetani credimus, damuſque quæ ipſe de Sancto commentatus eſt tomo* I *pag.* 19 *in hunc modum.*

Martyres ſub altaribus

2 Sanctus Chreſtus Syracuſanæ eccleſiæ Epiſcopus, B. Marciani, primi Syracuſarum Epiſcopi, diſcipulus fuit. Ut ille pro fide extinctus, in ejus locum ipſe ſucceſſit. Mortem obiit vitæ conſentaneam, & ſub ſacra menſa poſitus eſt, ut Syracuſanorum pontificum faſti (*intellige Scobari catalogum*) docent; cetera ignoramus. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum ſub die III Julii meminit S. Chreſti Epiſcopi, additque in pace quieviſſe. Sed quamvis de ejus martyrio nihil certi afferri poſſit, conjecturam afferam. Fuſi pro Chriſto ſanguinis. Sub ſacra menſa reconditum Chreſti corpus diximus, & quidem altare ibi intelligi, nemo ambiget, opinor; altaria vero fuiſſe Martyrum ſepulcra, Joannes Apoſtolus in Apocalypſi demonſtrat, & antiqua

A qua naſcentis Eccleſiæ conſuetudo. Atque huc reſpiciens Cyprianus, de laude martyrii, ait : Vos intra ſe ſacrum illud altare, vos intra ſe magna illa venerandi nominis ſedes, veluti ſinu quodam gremii complectentis includit.

ab omni ævo ſepeliri ſoliti.

3 Auguſtinus vero luculentius rem explicat de Martyribus loquens. Videte, ait, quem iidem locum apud homines mereantur, qui apud Deum ſub altari meruerunt. Dicit enim Scriptura ſacra, Vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbum Dei. Quid reverentius, quid honorabilius dici poteſt, quam ſub illa ara requieſcere, in qua Deo ſacrificium celebratur? Et mox : Recte ſub altari juſtorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini offertur. Convenienter igitur, & quaſi pro quodam conſortio, ibi Martyribus ſepultura decreta eſt, ubi mors Domini quotidie celebratur, ſicut ipſe ait; Quotieſcumque hæc feceritis, mortem meam annuntiabitis, donec veniam : ſcilicet, ut qui propter mortem ejus mortui fuerunt, ſub Sacramenti ejus myſterio requieſcant. Non immerito, inquam, conſortio quodam illic occiſis tumulus conſtituitur, ubi occiſionis Dominicæ membra ponuntur, ut quos cum Chriſto unius cauſa devinxerat, unius etiam loci religio copularet. D

Alii epp Syrac nomine Chreſti.

4 Fuerunt etiam in Syracuſana eccleſia alii antiſtites, Chreſti nomine inſigniti, quos nolim erroris occaſionem præbere. Floruit quidem unus ſub Conſtantino, ad quem is imperator epiſtolam ſcripſit, ut cum aliis duobus Siculis Epiſcopis, quos ipſe delegiſſet, Arelatem ad concilium pergeret, ut refert Baronius anno Chriſti CCCXIV. Sed is longo temporis interjectu diſtat à S. Chreſto, de quo nos loquimur. Propior illi eſt alter Chreſtus, qui ejus fuiſſe frater, ipſique in Syracuſano epiſcopatu ſucceſſiſſe dicitur à Caſſiano, Siculo, opinor, hiſtorico, quem refert Scobar in Catalogo Syracuſanorum antiſtitum. Quod autem frater fratri ſucceſſerit, haud mirum videri debet, cum etiam Paulus germano fratri Stephano in Romano pontificatu ſubſtitutus fuerit, ex Anaſtaſio Bibliothecario; aliaque ſuppetant in hiſtoriis exempla. Syracuſis III Julii colitur Chreſtus, ſed rerum viciſſitudines & injuriæ temporum viri ſanctiſſimi cum venerationem tum memoriam obſcurarunt. O! fatum patriæ, jacere in tenebris, quem civem? Quem virum! E

DE S. HYACINTHO CUBICULARIO MARTYRE,

ET DE ALIO SYNONYMO.

Sylloge Hiſtorica. J. P.

CIRCA INITIUM SECULI II.

Cultus ex Synaxariis

Annua ſancti Martyris noſtri memoria, frequentiſſimè repetita recurrit in monumentis Græcis. Nam inſcripta legitur in Menæis Græcis excuſis, nec non in ſupplemento noſtro Ms. ad Menæa Græca prædicta, quod partim componitur è Ms. Synaxario P. Sirmondi pergameneo, partim è Ms. Chifletiano chartaceo. Deinde mentionem ejuſdem facit Menologium, Baſilii Porphyrogeniti juſſu collectum, addito utrobique brevi elogio, quod hîc exhibeo. Supplementum ſic habet hac die :

C

& elogiis

2 Ἄθλησις ἁγίου μάρτυρος Ὑακίνθου, τοῦ κυβικουλαρίου. Paſſio ſancti Martyris Hyacinthi cubicularii. *Sequuntur duo verſiculi :*

Ἐμὴ τροφὴ θέλημα ποιεῖν Κυρίου,
Τροφὴ δέ φησιν Ὑακίνθος ἐρρέτω.
Meus eſt cibus, facere voluntatem Dei,
Dicit Hyacinthus : alius à me ſit procul.

Proximum locum occupat elogium. Οὗτος ἦν ἀπὸ Καισαρείας τῆς πόλεως τῆς Καππαδόκων χώρας καὶ ἐπαρχίας. Κυβικουλάριος ὢν, καὶ τῆς τραπέζης Τραϊανοῦ ὑπηρετῶν ἐν Ῥώμῃ, διαβάλλεται τῷ βασιλεῖ ὡς τὸ ἅγιον Χριστοῦ ἐπικαλούμενος ὄνομα, καὶ ἀναγκάσθεὶς μιαροφαγῆσαι παρὰ βασιλέως, οὐκ εἴλετο τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον Χριστὸν ὡμολόγησε. Τύπτεται ἐν τῇ παντὸς σώματος, βληθεὶς ἐν φυλακῇ, ἐν ᾗ παρακειμένων εἰδωλοθύτων ἀπογευσάσθαι μὴ βληθεὶς, ἀλλὰ ὅτι τεσσαρακοντα ἡμέρας ἄσιτος γενὼς, εἰσαγωγῆς ἄρτων καθαρῶν ἐπαγορθείσης παρὰ βασιλέως τοῖς δεσμοφύλαξι, τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ παρέθετο. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρείῳ, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Τρωαδησίοις ἐμβόλοις.

stabilitus.

3 Ortus erat ille Cæſareâ civitate, quæ in regione ac provincia Cappadocum eſt. Cum autem à cubiculis & ab epulis eſſet Traiano Romæ, accuſatur apud Imperatorem, quod Chriſti nomen invocaſſet; coactuſque ab Imperatore immundos cibos comedere, noluit hoc facere, ſed potius Chriſtum confeſſus eſt. Toto itaque corpore cæſus, poſtquam injectus fuiſſet in carcerem, & noluiſſet guſtare quidquam de oblato cibo, idolis immolato, ſed F poſt quadraginta dies ſine cibo exactos, cum imperator mundos cibos afferri juſſiſſet ab cuſtodibus carceris, ſpiritum Deo reddidit. Feſtum ejus celebratur in martyrio ſeu oratorio ipſius Martyris ſanctiſſimo, quod eſt in Troadeſio.

Alia ejus elogia

4 *Atque hæc quidem è dicto Supplemento; quibus ſubnecto ea, quæ lego in Menologio Baſiliano, eodem die præfati menſis :* Hyacinthus, Chriſti Martyr, erat ex civitate Cæſareæ Cappadociæ; & cum cubilarius eſſet, & menſæ Traiani, impii imperatoris, præfectus Romæ, Chriſtum colebat. Accuſatus itaque ab idololatris & comprehenſus, adigebatur ad ſacrificandum idolis, & ad comedendos immundos cibos. Hic verò, quia ad illud induci non poterat, & Chriſtum multo apertius confitebatur, dicens, ipſum eſſe ſolum Deum & univerſorum Dominum, ideo graviter cæſus, in carcerem miſſus eſt. Imperatore autem imperante cuſtodi carceris, ut ne mundos panes ei afferret, ſed alimentum ex cibo idolis immolato, cum ipſe per plurimos dies ea non guſtaſſet, ſed jejunus permanſiſſet, ſpiritum Deo reddidit.

A

ex Menolog. Basiliano & Sirleti,

5 *Menologium Sirleti Acta Martyris nostri brevi compendio consignat, sic loquens:* Sancti Martyris Hyacinthi Cubicularii. Hic ex Cæsarea, prima Cappadocum civitate, imperatoris Trajani mensæ ministrabat: accusatus verò quod esset Christianus, toto corpore verberatus, in carcerem injectus est, ubi post dies aliquot, jejunus permanens, Deo spiritum reddidit. *Index in Typicum S. Sabæ Martyris* Hyacinthi *mentionem facit hac eadem die Julii; qua etiam die gloriosum ejus triumphum ecclesiasticis tabulis accensuit Martyrologium Romanum cum hoc elogio:* Cæsareæ in Cappadocia, S. Hyacinthi cubicularii Trajani imperatoris, qui accusatus, quod Christianus esset, plagis variè afflictus, & in carcerem trusus, ibi consumptus fame expiravit. *Notitia Athletæ nostri consignata legitur, apud Maximum, Cytherorum episcopum, unà cum parvo elogio, quod huc parco transcribere; cum prædicta affatim sufficiant. Quin imo ipsum Menologium Slavo-Russicum sacris Sanctorum fastis accenset nostrum Pugilem hac eadem die. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis tractat de nostro Martyre ad annum* 108, *aitque putare se eodem ipsum tempore mortalem vitam cum immortali commutasse, & martyrii adeptum laurea. Dicta hactenus de* Hyacintho Cubiculario *coronet versiculus duplex, è Menais impressis huc translatus.*

Ἐξ ἀρετῆς μὲν Ὑάκινθος, ὡς λίθος
Λαμπρὸς, πλέον δ' ἐκ ῥοῆς τ' αἱμάτων.
Pretiosi adinstar lapidis Hyacinthus nitet
Virtute, melius sanguine at fuso micat.

annuntiatio ex Martyrologio Romano, tempus Martyrii.

6 *Præter Martyrem nostrum* Hyacinthum, *officio* Cubicularium, *synonymi cujusdam* Hyacinthi *Martyris natalis refertur in Menæis excusis, eadem hac die* 111, *& quidem priore loco; legitur præterea ejus annuntiatio in Horologio Græco, ac Menologii Græci epitome; ubi designari* Hyacinthum *Martyrem ab* Hyacintho Cubiculario *distinctum, videtur conjici utcumque posse ex omissione istius jam memorati nominis appellativi, in altero horum* Hyacinthorum *desiderati. Denique Molanus in Auctariis ponit quoque hac die memoriam S.* Martyris Hyacinthi *sine addito.*

De alio Hyacintho M. synonymo.

D

B

DE SANCTIS MARTYRIBUS

E

THEODOTO ET THEODOTA, DIOMEDE, EULAMPIO, ASCLEPIODOTO, ET GOLINDUCHO MM.

J. P. Ex Menologio Basiliano Cryptæ Ferratæ in Latio.

CIRCA INITIUM. SEC. II.

Elogium ex Menologio Basiliano

DE Sanctis hisce Martyribus nullum reperio apud Martyrologos Latinos vestigium. Menæa Græca impressa illos commemorant hac die. In Menologio Basiliano extat breve sacri eorum agonis compendium, in hæc verba: Atque hi sancti Martyres propter Christi confessionem ab impio Trajano comprehensi, cum cogerentur veritatem abnegare & idolis immolare; nec eò adduci possent, diversis tormentis cruciati, in eumdem illum carcerem conjiciuntur, in quo sanctus martyr Hyacinthus inclusus fuerat. Qui dum ab illo instituti, & in fide Christi apprime roborati essent, à custodibus idololatris ad imperatorem Trajanum delati sunt. Post mortem S. Hyacinthi è carcere educti, coram ipso steterunt; rursumque coacti pollutos cibos comedere, ipsum increpuerunt, & idolorum errorem execrati sunt. Tum postquam è lignis suspensi fuissent, & rasi, lampadibus usti sunt. E lignis demissi, vivendi finem gladio fecerunt, tradentes Deo animas suas. *Iidem sancti Martyres recurrunt in Menologio Sirleti, associato eis paucorum aliorum numero, videlicet* Diomede, Eulampio, Asclepiodoto, & Golinducho. *Nomen* Cholinduch *etiam habetur die* XI *hujus.*

C

2 *Porrò ex tempore, quo martyrii lauream adeptus fuit Hyacinthus, de quo supra, statue, quo tempore hi Martyres nostri martyrio coronati sint. Memoria quoque eorum legitur in supplemento nostro Ms., partim constante è Synaxario Sirmundi ac Ms. Chifletii. Sed pro* Α'σιληπιοδότε *scribitur* Α'σιληπιάδε. *Referuntur præterea tres ex illis in Menæo Chifletiano; & omnes etiam apud Maximum, Episcopum Cytherorum, excepto* Theodoto. *Dictum Supplementum accinit* Theodoto *ac* Theodotæ *duos sequentes versiculos:*

tempus Martyrii.

Τμηθεῖσι Θεοδότῳ καὶ Θεοδότῃ
Θεὸς θεῶν δίδωσιν ἄξια τέφη.
Capite minutis Theodoto atque Theodotæ,
Deus deorum contulit meritum decus.

F

Nec verò Cholinduchi *ibidem in versibus prætexta memoria est:*

Τ'πὲρ Θεοῦ τείναντ@, ὡς δέρριν, πόλον
Κτείνῃ, Χολινδοῦχ, † τένοντα τῷ ξίφῳ.
Propter Deum, qui extendit ut pellem, polum,
Gladio, Cholinduch, colla percussus cadis.

Videtur poëta affectasse leporem ex affinitate pronuntiationis vocum, sensu discrepantium, τείναντ@, κτείνῃ, *ac* τένοντ@. *Hoc certius constat, alludisse illum ad Psal.* 303, *vers.* 2. ἐκτείνων † οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν. Extendens cælum, sicut pellem.

DE

DE S. DATHO EPISCOPO
RAVENNÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS.

J. B. S.

CIRCA AN. CLXXXV.

IN nullis antiquis faſtis ſeu Martyrologiis reperitur hic Sanctus, præterquam in Florentinis Uſuardi codicibus, Mediceo, Strozziano & altero excuſo 1486, *à nobis inter auctaria Uſuardina relatis, hoc modo :* Apud Ravennam, ſancti Dati vel Dathi Archiepiſcopi & confeſſoris. *Acceptum opinor ex memoriis ſeu tabulis Ravennatibus, unde etiam, vel ex citatis Martyrologiis, vel forte ex Rubei hiſtoria,* 1603 *excuſa, Romano moderno primùm inſertus legitur in editione Plantiniana anni* 1608, *his verbis :* Ravennæ, ſancti Dathi Epiſcopi & confeſſoris. *Notat Baronius* tabulas eccleſiæ Ravennatis. *Tum :* Pluribus Agnellus & Hieronymus Rubeus hiſt. Raven. lib. 1. Claruiſſe eum tradunt temporibus Commodi Imperatoris. *Eaſdem tabulas ſeu monumenta Ferrarius alicubi* lectiones antiquas eccleſiæ Ravennatis *appellat, quales non agnovit Papebrochius, agens de S. Agapito, Ravennate Epiſcopo, ad* XVI *Martii tomo* 2, *pag.* 427, *qui ipſas ibidem deſcripſit, in uſum eccleſiaſticum necdum inductas. Videat lector, quæ ibi fuſius traduntur de undecim primis eccleſiæ Ravennatis Epiſcopis, ſigno apparentis columbæ electis, ibidemque opere antiquo teſſellato expreſſis, aliiſque eódem ſpectantibus, quæ hîc fruſtra repeterentur. Videri poteſt obſervatio Eruditiſſ. Bacchini ad vitam S. Severi, in editione libri Pontificalis Agnelli, tomo* 1 *à pag.* 173.

Notus eſt ex monumentis Ravennatibus,

maximè ex Rubei Hiſtoria,

2 *Ceterum quæcumque ſint & Baronii tabulæ eccleſiæ Ravennnatis, & lectiones antiquæ Ferrarii, & Ughelli chronologia, non alium auctorem habere videntur, præter ſolum Rubeum, apud quem lib.* 1, *pag.* 37, *ſic lego :* Huic Probo, Dathus ab Spiritu ſancto per columbam Ravennatibus præficitur, cujus faciem divino ſplendore, ſupra quam dici poteſt, illuxiſſe ferunt. Novem annis cum adminiſtraviſſet eccleſiam, obiit v Non. Quintiles. Sepulturæ locus datus in D. Probi, pontificatu Eleutherii, qui Sotherem fuerat inſecutus, dum Commodus Antoninus fœdè conſpurcaret imperii dignitatem. *Narrat ibidem Rubeus, factam à Petro Archiepiſcopo & Dathi & aliorum antiquorum Epiſcoporum tranſlationem, ex* S. Probi Claſſenſis, *haud procul à mari, ad ædem Urſianam, de qua videndus etiam Papebrochius loco citato, chronologiam ſequens à Rubeana longe diverſam, nec minus ab Ughelliana, qui ambo Agapitos multiplicant, adeo ut Ughellus brevi ſpatio temporis tres ſynonymos enumeret, Marcellinum pro ſuo ferme arbitrio collocans, neque ſic tamen ſeriem ſatis rectè ordinans, de qua re erit alibi agendi locus : nos hîc tantiſper & octavum ordine* ſanctum Dathum, *& ejus ætatem ab anno* 175 *ad* 185, *ex Rubei mente definitam relinquimus, quamvis, ut obſervat Bacchinus, & ipſe & Fabrus ſua aſſerant, nullo teſte, nullaque ratione exhibita.*

& lectionibus non valde antiquis.

3 *En modo quæ ex lectionibus Ravennatibus deſcripſit laudatus Papebrochius :* III *Julii Dathi Archiepiſcopi & confeſſoris, ex vetuſtiſſimis Mſs. codicibus.* Dathus, à S. Apollinare ſeptimus, eccleſiæ Ravennati à columba electus præfuit, Probi ſucceſſor, cujus faciem divino ſplendore, ſupra quam dici poteſt, illuxiſſe ferunt. Novem annis adminiſtravit ſuam eccleſiam; obiit in pace, pontificatu Eleutherii & Commodo Imperatore, cujus tempore nulla Chriſtianis perſecutio data. Quamobrem magna facta eſt multorum accurrentium ad fidem ſuſcipiendam acceſſio, ac eorum præſertim, qui nobilitate ſimul, cum animi ingenuitate præſtarent. Sepultus eſt Dathus in templo S. Probi, atque inde multis poſt annis à Petro Archiepiſcopo ad ſacram ædem Urſianam tranſlatus. *Hactenus lectio, à Ferrario in Catalogum Sanctorum Italiæ tranſlata, contracta ab Ughello, qui* v Non. Junii, *pro* v Non. Quint. *male ſubſtituit. Ante ipſos in verbis nonnihil luſerat Ghinius, ſic ſcribens :* Ravennæ, S. Dathi Epiſcopi & confeſſoris, qui ſigno columbæ electus, tamquam à Deo datus, ſimplicitatem columbæ & ſerpentis prudentiam ſectatus, optime populum ſibi commiſſum rexit & tutatus eſt. *Atque hæc tota eſt, quæ de S. Datho habetur, notitia, neque magnopere quidquam addit Agnellus, à laudato Bacchino editus, tomo* 1 *pag.* 157, *dum hæc pauca refert:* Dathus VIII. Hic namque vir religioſus & nimis pius vigilanſque fuit nocturnis orationibus, atque præcipuus animarum adquiſitor, hominum ac gentis crebro prædicator, & velut ſpeculum, clarius vultus ſuper cunctos emicuit; nam quando is ad gratiam ſupernam vocatus eſt, ſancta ipſius anima à corpore ceſſit. Et ut aſſerunt quidam, in eccleſia B. Probi ſepultus eſt. Sedit autem annos. . . . menſ. . . . dies. . . .

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

TRYPHONE, MENELAO, CYRIONE, EULOGIO, PORPHOREO, APRICO, CHUSTO, JULIANO, ERADIO, ITEM TRYPHONE, ORESTE.

ADDI POSSUNT

CYRILLUS, EMERION, ALTER CYRION ET JULIUS.

J. B. S.

Notitia ex Martyrologio Hieronymiano.

B

Numerus horum Martyrum

T*Res Martyrum turmas hodie exhibent apographa Hieronymiana apud Florentinium, Alexandrinam unam, Tarsensem alteram, tertiam Constantinopolitanam, hîc ex ordine recensendas. Primam recte in antiquissimo Epternacensi distinctam, atque ex eo à Bollando in præfatione acceptam, dixi in observationibus ad Usuardum, qui Triphoni solos* x *socios anonymos verosimilius junxit, licet in codicibus nonnullis, in nostra editione videndis, signentur* XII, *ut ibi satis explicatum est. Itaque in titulo nonnisi Martyres* XI *nominatim pro hac classe expressimus, ex laudato codice Epternacensi; quatuor alios, quasi per appendicem adjiciendo,* Cyrillum & Emerionem *ex Lucensi & duobus Corbeiensibus*; alterum Cyrionem *ex Corbeiensi Acherii*; Julium *ex Corbeiensi Florentinii: quamquam non diffitear, facile concipi posse, diversas nominum formationes seu potius scriptorum reduplicationes, numerum auxisse; adeo ut Cyrillus confundi posset cum Cyrione; alter Cyrion cum altero Tryphone, Julius cum Juliano, superstite solo Emerione, duodenarium composituro. Verumtamen in rebus tam obscuris, nihil prætermittendum censuimus.*

ex veteribus codd. probabilius statuitur, C

2 *Convenit hîc nobiscum Florentinius in statuto priori numero, convenit & cum Bollando, quem apographi Epternacensis textum, in principio nonnihil turbatum, apposite restituisse fatetur. Atque ita totius istius classis numerum ad sensum Hieronymiani Martyrologii, verosimilius dispositum existimamus, nisi servandus sit socius duodecimus, quot plane signantur in contractiori Hieronymiano Reg. Suecia seu Senonensi tomo* VII *Junii à nobis inter alia edito.* Alexandriæ SS. Martyrum Triphonis, Menelai & aliorum x. *Ceterum ex aliis istis itidem contractis, nihil ad rem illustrandam educi potest, cum Augustanum & Labbeanum classes & decerpta Martyrum nomina confundant, Rhinoviense autem & Richenoviense solum quatuor meminerint,* Trifonis, Menelai, Cyrilli, Aprici. *Habet & Barberinianum quatuor, sed pro* Aprici, *substituit* Juliani; *turpius Ms. S. Maximini Trevirensis scripsit* Jubani. *In aliis nihil pro hac classe notatu dignum.* E

contra recentiores, qui classes confuderunt.

3 *Recentiores Usuardinos codices secutus est Baronius, dum in Romano Triphoni adscripsit socios duodecim cum Maurolyco aliisque, quos frustra sit hîc sigillatim recensere. Petrus de Natalibus lib.* II, *num.* 188 *rem mire amplificat, dum ita legit:* Triphon & alii ducenti Martyres Alexandriæ passi sunt V Non. Julii. *Alia est phrasis Galesinii, sed nihilo melior:* Alexandriæ in Ægypto, beatorum martyrum Tryphonis, Severini, Juliani, Euphemiæ virginis & aliorum duodecim: qui in ea ipsa persecutione (*Aureliani*) non tormentorum vi, neque tortorum barbara immanitate, à Christi conjunctione divulsi, veræ divinæque pietatis testes coronantur. *Rerum nominumque confusio.* Severinus, *seu potius* Severus, *ad proximam classem,* Euphemia *ad tertiam pertinet. Elogium pro affectu, quod omnibus Martyribus aptari possit: persecutio autem Aureliani, pro mero Galesinii arbitrio adjecta est. Ferrario satis fuit, Sanctorum istorum nomina Catalogo suo inserere, quod in Romano ea sic expressa non invenerit. Si ad fontem accessisset, frustra rivulos, ex recentiorum Martyrologorum placitis multiplicasset.* F

DE SANCTIS MARTYRIBUS TARSENSIBUS

SEVERO, HELIONE, TRATEGO, MONTANO, ARTANO, EUSUCIO, GERMANO, PARTHENO, PAULO.

J. B. S.

Notitia ex eodem Martyrologio Hieronymiano.

III JULII.

I*N Martyrum determinato noveno numero concordant codices omnes Hieronymiani majores; discrepantia in eo sita, quod Lucensis pro* Severi, *scribat* Serene; *pro* Trategi, Strategi; *quem alii in* Stracei *commutant. Sic loco* Atrani, *à Lucensi ponitur* Atriani, *ab utroque Corbeinsi,* Adriani; *demum* Efici *habet Lucensis, quod & alii servare videntur mutilo nomine . . .* fici: *nos vetustissimum hîc quoque secuti sumus, in quo tamen id librarii sphalma est, quod Tarsum in Cappadocia collocet, quod non recte corrigit Ms. Reg. Suecia, seu Senonense, sic incipiens:* In Tarso Cili-

A Ciliciæ Cappadociæ. *In ceteris genuinum eſt, ſola nomina contrahens*; Natalis ſanctorum Helionis, Montani, Germani, cum aliis VI. *In reliquis Hieronymianis minoribus nulla ſufficiens diſtinctio, ut ex iis ſolidi quidquam eruatur. Neque in aliis, ſive antiquis claſſicis, ſive recentioribus Martyrologis, ulla ſatis expreſſa horum Martyrum memoria, ut proinde ſolis Hieronymianis debeantur, in quibus tam diſerte referuntur, ut de eorum poſitione, ſeu loco martyrii, numero & palma, à nemine poſſit dubitari. Nunc ad tertiam cohortem, ſua difficultate non carentem, accedimus.* D

DE SANCTIS MARTYRIBUS CONSTANTINOPOLITANIS XXIV.

EUPHEMIA, ACACIO, AMMONIO, THOMA, TRIPHONE, MENELAO, CEREALE, HERACLIO, EULOGIO, ITEM EULOGIO, CIONIA, JULIANO, DEMETRIO, HORESTE, HELIODORO, STRATEGO, AMEDINO, JOCUNDO, MARTYRIO, AMMO, SUSTRATO, TIMOTHEO, CIONIO, CYRIANO.

B E

Vera eorum notitia ex Hieronymiano, & ab aliis diſtinctio. J. B. S.

E *St hæc poſtrema Martyrologii Hieronymiani claſſis, non eodem plane numero in omnibus apographis apud Florentinium expreſſa; nam Lucenſe ipſum, ex quo textum ſuum proponit, non niſi viginti tria nomina ſignat, tametſi* Eulogium *geminet; ut non ſatis intelligam, quo pacto tam rotunde auſit aſſerere,* Viginti quatuor Bizantini, cum Euphemia anteſignana, Martyres numerantur in codicibus noſtris. *Item:* Deficit ergo in illo (*Corbeienſi*) alter Eulogius, librarii oſcitantia, quæ ex adductorum fide convincitur. *Ego ſexies calculum ineundo, plures quam viginti tres extundere non potui; geminatum vere* Eulogium *ſolus Lucenſis codex exhibet: neque alia ratione in titulo poſui* XXIV, *quam Eulogii nomen repetendo, ut ſic textus varios conciliem cum laudato jam bis codice Reginæ Sueciæ, aliàs Senonenſi S. Columbæ, ubi expreſſe legitur:* Conſtantinopolim, natalis Sanctorum Euſemiæ, Accacii & aliorum XXII. *Laterculos majores non deſcribo, quod ſolo modo nomina eſformandi differant, ut apud Florentinium videre eſt, cujus codex ex* Martyri *&* Ammi *male conflavit* Martiniani, *cum quo ferme convenit Blumianus. Eſt & ea differentia, quod Sanctus ultimus in Epternacenſi pro* Cyriano, *vocetur* Ciriacus. *Atque hæc ſunt, quæ de Sanctis hiſce Martyribus certa habentur ex vetuſtiſſimis noſtris Martyrologiis; nullo uſquam apparente veſtigio, ex quo aut eorum ætatem, aut martyrii genus conjicere aut inveſtigare liceat.*

Quæ certiora ſunt

C *Alia contractiora Hieronymiana nullam lucem adferunt, quandoquidem, ut ſupra vidimus, de ſolis ferme Alexandrinis agant, aut textus codicum majorum perperam confundant. Ex Claſſicis nihilo plus ſubſidii reperias, neque ex Uſuardinis recentioribus, cum & codices illi totam claſſem corruperint, ſola quatuor nomina decerpendo. Sic Antverp-max., Ultraject. Leyden. & Lovan. habent:* Item Conſtantinopoli, ſancti Eulogii, Euſemiæ, Acacii, Demetrii. *Et modo nonnihil inverſo Florentini cod.* Apud civitatem Conſtantinopolim, ſanctorum martyrum Eulogii, Achazii, Euphemiæ & Demetrii. *Edit. Lubeco-Col. nomen* Eulogii *vertit in* Euolii. *Grevenus, reſtituta vera ſcriptione, ſic ſuam annuntiationem flectit:* Accacii, Demetrii, Euſemiæ, cum Eulogio coronatorum, *quem ultimum in textu ipſo Uſuardino Conſtantinopoli collocatum viderat. Horum omnium annuntiatio ex codice ſimili Barberiniano, aut Bedæ auctario, ex Hieronymianis iſtiuſmodi deſcripto, profluxit, ubi reperto textu,* Conſtantinopoli, Euſemiæ, Acacii, Demetrii, *non dubitarint, quin hi tres cum Eulogio ſuo Uſuardino conjungendi eſſent; in quo eos ſecuti ſunt recentiores cum Maurolyco. Hos etiam preceſſerat Equilinus præſul lib.* II *num.* 189: Eulogius & Euphemia, Achaicus & Demetrius martyres Conſtantinopoli eodem die (V Non. Julii) obtinuerunt triumphum.

præferuntur recentioribus,

F *Ulterius proceſſit Galeſinius, ad ſolos duos totam claſſem reſtringens, auſuſque determinare martyrii circumſtantias, quas apud antiquos non invenerat, plerumque ſolitus tranſverſim incedere, & neſcio quod Ms. ſibi quodammodo proprium, afferre, ut majores noſtri ante me frequenter notarunt; ut mirum ſit ejus placita à Baronio tam facile admiſſa. Demus Galeſinii verba:* Conſtantinopoli, ſanctorum Eulogii, Demetrii martyrum. Ii Valente Imperatore, Arianæ impietatis propugnatore, ſummis corporis cruciatibus & nece, præclarum fidei Catholicæ teſtimonium dederunt. *In notationibus autem ſcribit:* Ex Annal. eccl. Conſtantinopol. & cod. Ms. *Fallit, ut jam dixi, Galeſinianus ille codex Ms. Qui ſint autem annales iſti eccl. Conſtantinopol., uni Galeſinio cogniti, fateor me divinare non poſſe. Ut verbo dicam; nihil mihi hactenus occurrit, ex quo vel remote colligere potuerim, aut totam Hieronymianorum Martyrum cohortem, aut quatuor in Uſuardinis relatos, aut duos illos Galeſinianos, magis ad tempora Valentis, quam ad cujuſcumque alterius Imperatoris ſpectare.* *à Galeſinio nimium illuſtratis.*

A *Hinc ſua accepit Baronius.*

Neque video qua ratione ſalvari poſſit Baronii annuntiatio : Conſtantinopoli, ſanctorum Eulogii & ſociorum martyrum. *Ad quæ notat :* Agunt de his etiam hac die Græci in Menologio. Paſſi ſunt ſub Valente Imperatore, ob fidem Catholicam, quam ſtrenue profeſſi ſunt. *Non ſolet Annaliſta eminentiſſimus aliud menologium ſignare præter Sirletianum, à Caniſio vulgatum, ut ex aliis hujus diei notationibus clariſſime patet ; atqui nec in ipſo, nec in Menæis ullus hoc die memoratur Eulogius. Dum vero deſignat tempora Valentis, Galeſinium ſequi videtur, & niſi vehementer fallar, ad glorioſos illos octoginta Martyres alludere, quos ex prædicto menologio rectiſſime ſignavit* v *Septembris, anteſignanis* Urbano, Theodoro & Menedemo, qui à Valente Imperatore pro fide catholica in navigio impoſiti, juſſi ſunt in mare comburi. *De his egit in Actis Papebrochius, alios faſtos Græcos ſecutus* XVIII *Maii, ex Socrate, Sozomeno & aliis. Laudantur non ſemel à ſancto Gregorio Nazianzeno, dum* marinas presbyterorum exuſtiones *Arianis exprobrat, at de ſancto Eulogio, aut aliis ſociis ſupra expreſſis, præſertim ſexûs feminei, altiſſimum ubique ſilentium. Sequens Sanctus, an ex hac turma acceptus, incertum eſt.* D

DE SANCTO EULOGIO

CONSTANTINOPOLITANO.

J. B. S.

Notitia ex Romano parvo. E

B III JULII

AD Uſuardum, vel ejus potius proavos, redit altera, ſuperioris quodammodo appendix, quæſtio, quis Eulogius ille cenſeri debeat, quem Uſuardus ultimo loco ita celebravit : Item Conſtantinopoli, ſancti Eulogii ? *Jam pridem obſervavi, primùm ab auctore Romani parvi nominatum fuiſſe* Eulogium, *indeque per Adonem in Uſuardum tranſiiſſe, nulla adſcripta characteriſtica aut temporis, aut dignitatis, aut martyrii ; ut prorſus veroſimile non ſit, ex media Hieronymiana claſſe deſumptum, quod Romano parvo inſolitum eſt ; multo minus pontificem fuiſſe, qualem nobis depinxit Wandelbertus, citato ibi verſiculo :* Pontifices quintas Anatolius Eulogiuſque. *Qui ſocii ab Uſuardinis ei adjuncti ſint, nuperrime oſtendi ; ſolum vero & unicum ab Uſuardi parentibus celebratum, ex eorum textibus evidens eſt. Quæris iterum quis ſit ? Hariolari non lubet : Sanctum eſſe, Conſtantinopoli depoſitum, ab octavo ſeculo cultum, demonſtrat Romanum noſtrum parvum ſeu Roſweydinum ; præſtat de cetero ingnorantiam fateri, quam vanis conjecturis multa confundere.*

DE SS. IRENÆO DIACONO, MUSTIOLA MATRONA, ALIISQUE MARTYRIBUS, *CLUSII IN ETRURIA.*

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

De Actis, ætate, memoria in faſtis & cultu.

C

A. CCLXXV

HOrum Martyrum Acta merito laudavit Papebrochius ad XXIII *Junii, priorem eorum partem, quæ ad S. Felicem presbyterum ſpectat, paucis ibidem illuſtrans. Ut præſidialia, ſincera & ſelecta non agnovit Ruinartius, qui in ſua collectione ipſorum non meminit. Nec Tillemontius aut critici alii ea, tamquam authentica aut nævis carentia, admittunt : laudant nihilominus, ut gravi & modeſto ſtylo ſcripta, nullis incredibilibus circumſtantiis veſtita ; antiqua & ſatis proba, ſic ut aliqualem fidem promereantur. Imo magnam, dum in ipſis, igne, ut ita dicam, examinatis, nihil ferme repertum eſt, quod magnopere reprehenderetur. Fateri tamen cogimur, primigenia non eſſe, ſeu ab oculato teſte ſcripta, ut ſaltem oſtendit epilogus hac phraſi conceptus :* Ubi florent orationes ejus uſque in hodiernum diem *&c. unde facile colligas, ſcriptorem de pridem geſtis agere, quorum notitiam ab aliis acceperit, niſi forte antiquiora Acta tali concluſione quis auxerit aliiſque interpolaverit.*

Acta ſinceris proxima,

2 *Id non ſemel contigiſſe, Eccleſia ſub Chriſtianis Imperatoribus pace fruente, compertum habemus, ſeculo fortaſſe* V *aut* VI, *quamvis de cetero pridem miratus ſim, Bedæ, Flori & Adonis, qui tot aliorum Martyrum Acta collegerunt, diligentiam effugiſſe, ut ad Uſuardum non obſcure obſervavi. De Martyrum noſtrorum ætate diſputat Papebrochius, putatque, non ſub Aureliano, ſed ſub Valeriano & Galieno paſſos. At non ſatis advertit, opinor, S. Muſtiolam diſerte vocari* conſobrinam Claudii Imperatoris, *qui cum Valeriano & Galieno poſterior ſit, digerendus eſſet anachroniſmus minime neceſſarius. Nec tantopere urget difficultas alia, à* præfectoria dignitate, *cujus occaſione alia ibidem erudite diſquirit : non enim dicitur Turcius fuiſſe Urbis præfectus, ſed tamquam* Vicario datam *ei tantiſper eam* dignitatem, *ut in Etruria Chriſtianos affligeret. In Vicarii titulo ſcrupulum alium reperit Tillemontius*

videntur à cenſura eximi poſſe.

A *tius tomo 4. pag. 682, verum quam facile excusari potest innocua prolepsis.*

Sancti ab Usuardo primùm signati.

3 *Ceterum inter classicos Martyrologos, prædicti S. Felicis & hodiernorum duorum, primus meminit laudatus Usuardus, quem tota sua progenies secuta est, exceptis duobus insignibus codicibus, quorum causa mentem meam satis clare ad Usuardum aperui. At sive verè Usuardini sint præfati Sancti, sive aliunde Usuardo accesserint, ejus prope phrasi in moderno Romano annuntiantur :* Clusii in Etruria, sanctorum martyrum Irenæi diaconi & Mustiolæ matronæ, qui sub Aureliano Imperatore diversis atrocibusque suppliciis cruciati, coronam martyrii meruenrunt. *Nescio unde auctori additionum Mss. Cartus. Bruxellensis ad Grevenum, innotuerit,* Mustiolam virginem, alio nomine Dulcissimam *dici, an quod à musto nomen traxerit? Notandus maximè Galesinii, ex matrona virginem formantis, textus;* Clusii in Hetruria, sanctorum martyrum Irenei diaconi & Mustiolæ virginis. Hæc Christianæ pietatis

B inflammata studio, quoniam, qui pro Christo in vinculis essent, eis cibum subministraret, virgis plumbeis, Aureliano Imperatore, acriter tamdiu cæsa est, quoad animam Deo reddidit : ille, quia Felicis presbyteri martyris corpus sepelisset, ungulis ferreis excarnificatus, tum facibus ustulatus, ardenti fidei confessione migravit ad Christum. *Reliquos recentiores Martyrologos nil opus est referre; aut enim Usuardum describunt, aut rem involvunt potius quam explicent.*

Matrona fuit Mustiola, non virgo.

4 *Hos inter numerandus venit Ferrarius, monumenta ecclesiæ Clusinæ & nescio quæ alia Mss. appellans, ex quibus aliud vitæ compendium, Acta alia substituit, iis quæ apud Surium legerat; in annotatione sua observans, quod* Martyrologium Romanum Mustiolam matronam faciat, non virginem, secutum Usuardum, *quidni Acta ipsa antiquissima tum Mss., tum à laudato Surio vulgata.* Sed Mss. aliquot, *inquit*, eam virginem habent : qualem ecclesia Clusina, Senensis, & alibi ubi colitur, illam venerantur. *Jam dixi, contrariis illis recentiorum scriptis sacras historias involvi potius quam illustrari. Longe vetustiora esse Acta illa, quæ Usuardo præluxerunt, quæque Baronius in hodierno Romano*

C *& in Annalibus ad annum* CCLXXV *secutus est, persuasissimum habeo, à quibus proinde me non dimovebunt Galesinius, Ferrarius, aut quicumque alii, nisi monumenta producant, his nostris, quæ à tot seculis recepta sunt, evidenter sinceriora.* Matronam *itaque, non* virginem *fuisse censemus,* sanctam *nostram* Mustiolam, *cujus &* S. Felicis *presbyteri ac* S. Irenæi *Acta integra mox subjiciemus.*

Dantur Acta ex Ms. Ultraject.

5 *Habemus ipsa manuscripta, eruta à Rosweydo ex codice S. Salvatoris Ultrajecti, atque ex alio Trevirensi, illustris cœnobii S. Maximini, quæ inter se modicè differunt. Unde ea nactus sit Surius, non satis distinctè explicat : ceterum hunc titulum à se editis præfixit :* Martyrium Felicis presbyteri, Irenæi diaconi, Mustiolæ nobilissimæ matronæ & aliorum, ut habetur in egregiis Mss. libris, sed in gratiam lectoris F. Laurentius Surius mutavit stylum. *Quam parum nobis probetur ea Surii libertas, satis alibi explicatum est; ego ea inter selegi Ms. Ultrajectinum, illudque cum Sanmaximiano & Surii editione contuli, notatis discrepantiis, quæ momentisaltem alicujus visa sunt. In omnibus apparet ea styli simplicitas & in rebus narrandis candida gravitas, ut, si pauci nævi abessent, ad præsidialia proxime accederent. Vidit ipsa etiam Equilinus antistes Petrus, eaque non male contraxit; at præstat ea, uti pollicitus sum, integra & incorrupta repræsentare, ubi primùm indicavero, quæ ad S. Mustiolæ gloriam, manu scripta hîc reperi.*

AUCTORE J. B. S.

Cultus S. Mustiolæ Pisauri, ob victoriam relatam.

6 *Post lectiones de vita S. Michelinæ, Bollando missas &* XIX *Junii impressas, Italice legebatur, Pandolfum aliquem Malatestam, Pisauriensem dynastam, anno* MCCCXXIV, *Urbinates aggressum, ab ipsis, non sine clade, repulsum fuisse : istos autem, victoriâ usos, paucis post diebus, clandestina impressione, per portam marinam ad forum usque Pisaurense penetrasse. Tum vero cives, incredibili ardore accensos, infestum hostem repulisse, urbe ejecisse, plurimis eorum interfectis, quibus puteum impleverint, inde appellatum, puteum Urbinatium Spoliatorum* (del sacco.) *Voluit postmodum civitas, tanto periculo liberata, eum diem perpetuo esse solennem, cum celebratione festi S.* Mustiolæ, *quo die tantam victoriam consecuta fuerat, à quo ibidem honoratur os humeri sanctæ Martyris in templo S. Cassiani. Hujus rei authenticam memoriam exhibent statuta Pisaurensia Latina lib.* 1, *Rubr.* 3, de festo sanctæ Mustiæ (*ita ibi appellari existimo*) quolibet anno celebrando. *Sic habet textus :* Item statutum est, quod festum S. Mustiæ celebrari solenniter debeat & custodiri, pœna & banno cuilibet contrafacienti. Provisum in statuto de die Dominica. Et quod Potestas dicto die teneatur ire ad festum honorandum, cum omnibus officialibus & consilio generali, cum uno pallio & uno cereo : & dictæ oblationes debent expendi & converti in concio ecclesiæ prædictæ, per electos super oblationibus majoris ecclesiæ Pisauri. *Itali* pallia *vocant pannos in præmium vel donum.* Concio *pro ornatu intellige.*

De veteri Clusio.

7 *De urbe Clusina nihil hîc diximus; videatur Ughellus tomo 3 coll. 665 & 666, ejus antiquitatem, priscas opes & potentiam prædicans; quibus floruisse dicitur usque ad annum 458 à condita urbe Roma, cum qua de confiniis proferendoque imperio aliquamdiu decertaverit : verum postea variis vicissitudinibus agitata, hodie, insigni variantis fortunæ exemplo, ex opulentissima, ac olim totius illius provinciæ regina, inter angustos & pene desolatos muros, ad duo incolarum millia redacta sit. Vide ibi plura; huc facit potissimum, quod* S. Irenæus *in cathedrali ecclesia*

F *requiescat,* S. Mustiolam *vero non procul à civitate, in templo ejus nomini dicato, in marmorea arca collatam fideles venerentur. Meminit ibidem Ughellus, adjacentis ejusdem* S. Mustiolæ *templo celebris Canonicorum regularium præpositura, quæ forte etiam abbatia fuerit, de qua idem Ughellus meminit tomo 2 col. 952, nunc in Franciscanorum de observantia cœnobium mutata, ubi effossa sint multa veterum Christianorum sepulcra. Tum vero col. 673, Artaldi Episcopi temporibus, seculo octavo, memorat, templum illud* S. Mustiolæ *positum à Gregorio & Aresibuto Clusinis civibus.* Tempus, *inquit*, piumque facinus exhibent vetustissimi versus, ibidem in marmorea tabula adscripti, quos ad me Joannes Baptista Piccolomineus, claræ memoriæ Clusinus Episcopus, amicus noster transmisit. Carmina sunt :

Utriusque Sancti veneratio.

Nobilis vasta nites rediviva an fabrica templi.
Egregia progenies ornarunt culmina pulchrè,

Ful-

AUCTORE J. B. S.

Fulgidus vita pius Gregorius aptus ubique,
Hoc opus patrarunt Luitprandi tempore Regis.
Tramite ſat recto Ariadi pollet in alto;
Muſtiola præeat, tu poſt gaudia illis
Celſus ubique ſuis concedat proſpera votis,
Mox dabitur placide, ſi nil dubitarit aberrans,
Martyr, Ariſebuti ſis memor alma miſelli.

8 Legimus præterea, *inquit ibi laudatus Ughellus*. ad marmoreum tumulum ejuſdem Sanctæ, eo in templo collocatum, hæc acroſticha carmina:

Elogia metrica valde rudia.

C ✠ Chriſte fave votis Gregorio, & aucte conde docis,
L Quod Muſtiolæ obtulerunt Martyre Chriſti,
V Hoc Tec. Menciburii ſublata vetuſtas,
S Quæ meliore cultu, noviliore redit.
I Cedit novitati diruti antiquitas ligni,
O Pulchrius ecce micat nitentes marmoreis decus.
D O Muſtiolæ merita veneranda quæ fedis,
I Roſeis virgineis crocis amore paratus,
C Novilior proſapia, qui & de Claudii prolem,
B I Cujus aulæ mœnia à fundamentis dicavit
T Gregorius armipotens, & robuſtiſſimus

do:

Monet demum Ughellus, ſe de S. Muſtiola legiſſe Acta, longe diverſa ab iis quæ paſſim circumferuntur, in vetuſtiſſimo membranaceo codice abbatiæ S. Salvatoris montis Amiati. Magis ea placerent quam inconditi verſiculi, verum cum alia nobis, præter vulgata, deſint, ea nunc exhibenda ſunt.

PASSIO

Ex Mss. collatis cum editione Surii.

a TEmporibus Aureliani *a* Auguſti ſæva perſecutio orta eſt Chriſtianis, cumque intellexiſſet, quod civitas Tuſcana *b* Chriſtiana religione floreret, tanta cupiditas invaſit Aurelianum Auguſtum, ut quemdam Vicarium nomine Turcium *c*, præfectoria data dignitate, ad diſcuſſionem Chriſtianorum dirigeret. Veniens autem Turcius in civitatem quamdam, nomine Faliſcum *d*, cœpit inquirere Chriſtianos. Interea dum inquiſitio facta fuiſſet in eadem civitate, contigit in illa regione repertum eſſe Chriſtianum, nomine Felicem, qui audiens ſuperveniſſe perſecutorem, cœpit congregare Chriſtianos & confortare eos, dicens: Parentes & fratres & filii, non vos conturbet iſta caligo, quia modica eſt, perpetuæ vero tenebræ cavendæ ſunt. State & viriliter pugnate, quia melior eſt dies una in atriis Domini, ſuper millia auri & argenti. Audiens Turcius præfectus famam beati Felicis, tenuit eum & cuſtodiæ mancipavit.

b *S. Felix Chriſtianos confortans,*

c C

d

à Turcio capitur & martyrio afficitur.

2 Surgens itaque altera die, juſſit ſibi in civitate Faliſca tribunal parari & presbyterum Felicem ſibi præſentari; quem ita interrogat, dicens: Quod tibi nomen eſt? Reſpondit; Felix vocor. Dixit itaque Turcius: Qua militia uteris? Felix presbyter reſpondit; Quamvis peccator, tamen presbyter Chriſti. Turcius dixit: Quare conventicula facis per diverſa loca & ſeducis populum, ut non credant diis & immolent ſecundum diſpoſitionem, antiquam & Principum *e* juſſionem? Felix presbyter reſpondit: Et quæ eſt vita noſtra, niſi ut Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum prædicemus & eruamus populum ab immunditia idolorum, ut fruatur unuſquiſque [vita] æterna? Dicit ei Turcius? Quæ eſt vita æterna? Felix presbyter reſpondit: Ut timeatur & colatur Deus pater, & Jeſus Chriſtus & Spiritus ſanctus. Tunc iratus Turcius, juſſit os ejus lapide contundi, dicens: Ipſum conterite, qui ſeducit populum. Et cum diu cæderetur, emiſit ſpiritum; cujus corpus præcepit jactari in plateam, quod collegit quidam Diaconus & ſepelivit juxta muros civitatis *f* ſub die nono Kalendarum Juliarum. D e f

Tum Irenæus, Cluſinum perductus, g

3 Audiens Turcius hoc factum, quia ſepeliſſet Hyrenæus diaconus corpus Felicis presbyteri, miſit & tenuit Hyrenæum diaconem, & ambulavit exinde in Euſinam *g* civitatem Tuſciæ, & vinctum catenis ferreis ante rhedam ſuam nudis pedibus perduxit. Et veniens in Euſinam civitatem, ſedit in ea multis diebus; Hyrenæum vero diaconem recluſit in carcerem, & cœpit inquiſitionem facere de Chriſtianis. Audiens hæc Muſtiola matrona Chriſtianiſſima, quia in carcere erant clauſi multi Chriſtiani, veniebat nocte & dabat pecuniam cuſtodibus carcerum, & intrans conſolabatur eos, & lavabat pedes eorum & ungebat, qui de vinculis vulnerabantur, & omnibus noctu victualia miniſtrabat & tegumentum. Tunc venit quidam, Torquatus nomine, ad Turcium & dedit ei ſuggeſtionem, dicens; Matrona nobiliſſima, Claudii conſobrina, nomine Muſtiola, non ceſſat à carceris cuſtodia die noctuque reos ſuaſionibus confortare. E

ubi Muſtiola vinctorum conſolatrix

4 Iratus eſt Turcius vehementer, & quia audierat eam de gente eſſe Claudii Imperatoris, miſit & tenuit eam, juſſitque ſibi præſentari. Quam cum vidiſſet, mirari cœpit de pulchritudine ejus, venienſque in domum Muſtiolæ, cœpit de generoſitate ejus interrogare: Tunc ſancta Muſtiola, fervens in Spiritu ſancto, reſpondit ad eum: Noſtra nobilitas non eſt ex plenitudinis claritate, ſed humilitate ſanctorum Chriſtianorum. Dicit ei Turcius: Et quare exemplis parentum tuorum non reſpondes? Sancta Muſtiola reſpondit & dixit: Quia illi ignorantes perierunt, diabolo ſuadente, & me humilem dignatus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad cæleſtia regna vocare, & non tantum me, ſed omnes qui ſperant in eum. F

præſidi generoſè reſpondet,

5 Dixit ei Turcius: Utere conſilio meo, & noli perdere natales tuos nobiliſſimos. Dicit ei Muſtiola: Si ſcires donum Domini noſtri Jeſu Chriſti, non perderes lumen æternum. Dicit ei Turcius: Quid eſt lumen æternum? Sancta Muſtiola reſpondit: Spiritus & virtus. Turcius dixit: Quæ eſt amentia vitæ, ut ad vinctos frequenter intrares, eorumque amicitiis fruaris affectu? Reſpondit S. Muſtiola & dixit: Propter amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, pro cujus amore & illi ſuſtentant carceris vincula. Turcius dixit: Depone iſtam amentiam & audi me, & præcepta Principum noli negligere aut deridere. Sancta reſpondit: Quæ ſunt principum tuorum præcepta? Cui dixit Turcius: Præcepta hæc

A hæc ſunt, ut ſacrifices & vivas, & fruaris divitiis tuis. Sancta reſpondit & dixit: Blaſphemaſti inſipienter.

tandem cum Irenæo etiam coronata.

6 Hoc audiens Turcius, juſſit omnium Sanctorum, qui in carcere erant, capita amputari, & B. Hyrenæum diaconum in eculeo ſuſpendi. Cui, ſub voce præconia, ita dicebat: Sacrifica diis. Hyrenæus dixit: Ut video, alienaris & amens factus es, ut dicas quæ non conveniunt. Turcius furore repletus, juſſit unguibus radi latera ejus & flammis apponi. Hyrenæus clamabat, dicens: Gratias ago tibi Domine Jeſu Chriſte, quia merui introire ante faciem tuam; & hæc dicens emiſit ſpiritum in conſpectu Muſtiolæ, quæ videns ſancta Muſtiola, dixit ad Turcium: Miſer, quid trucidas ſanguinem innocentum? Illi quidem pergunt ad gloriam, tu in igne æterno habebis manſionem. Hæc audiens Turcius, per inſcriptionem *h* damnavit, & in conſpectu ſuo fecit beatam Muſtiolam plumbatarum ictibus deficere: quæ cum graviſſime cæderetur, tradidit Deo dignum ſpiritum ſub die quinto Nonas Julias, cujus corpus collegit ſervus Dei, nomine Marcus, & ſepelivit juxta muros civitatis Euſinæ, ubi florent orationes ejus uſque in hodiernam diem, & *i* miracula, per Chriſtum Dominum noſtrum.

ANNOTATA.

a *Sic conſtanter legunt codices omnes, tum Suriani tum noſtri. De Papebrochii opinione dixi in commentario.*

b *Surius*, Tuſciæ; *rectè, opinor, ſed ita in Mss. Item Surius & Ms. S. Maximini interjiciunt*, quæ poſt ethniciſmum illuſtris fuit, *ſed in Ultrajectino, quod ſequimur; iſta abſunt.*

c *In Surio & apud Ferrarium eſt* Turgius; *nos cum Mss. noſtris.*

d *Hodie* civita Caſtellana, *de qua vide Papebrochium. Sita eſt urbs ad Cluſinam paludem, non procul à lacu Traſimeno, Romanorum clade celebri.*

e *Non appellat hîc Principes, ſimul imperantes, ſed* antiquas diſpoſitiones *ſeu decreta Cæſarum in Chriſtianos.*

f *Adde hîc,* Sutrinæ, *ut habent Mss. alia: vel* Sutrii, *ut legit Surius.*

g *Melius in Ms. S. Maximini,* Cluſinam, *uti etiam reperit Surius, qui* Cluſium *ſubſtituit; hodie* Chiuſi, *civitas epiſcopalis in agro Senenſi. Vide Geographos.*

h *Intellige,* ſcripto damnavit, *ut legit Surius.*

i *Ultima hæc verba*, & miracula per Chriſtum Dominum noſtrum, *in Ultrajectino noſtro adjecta ſunt.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS
MARCO ET MOCIANO
PUERO ANONYMO ET QUODAM PAULO.

J. P.

Cultus ex Menologiis.

DIE III JULII.

Perquam obſcurè & confuſè ſacris beatorum Martyrum tabulis inſerti leguntur Marcus & Mocianus, *nullibi expreſſis eorum natalibus, patriâ, loco paleſtræ, annoque martyrii. Menologium Baſilianum ſic memorat.*

Marcus & Mocianus, Chriſti Martyres, à Maximo præſide comprehenſi, propterea quod confiterentur Chriſtum, abnegare religionem Chriſtianam, & idolorum ſuperſtitioni ſe ſubmittere adigebantur. Dum autem cruciarentur, puer parvulus, qui aræ ſacrificantium adſtabat, Præſidem reprehendit, quod injuſtè ageret. Sed vinctus, & flagellis cæſus, unà cum Paulo quodam Chriſtiano, qui aderat, & Sanctos animabat, in carcere concluſus eſt. Latâ in Sanctos ſententiâ capitis, ligati ad mortem ducebantur, orantes Deum, & gratias agentes, quod digni habiti eſſent martyrium pro ipſo pati. Uxores autem eorum cum filiis flentes ſequebantur, uſque ad locum martyrii. Quo ubi perveniſſent, capite truncati ſunt, venerandis eorum uxoribus capita excipientibus. *Tractat etiam de iiſdem Martyribus Supplementum ad Menæa Græca, typis edita, partim è Sirmondi, partim è Chiffletii apographis deſumptum, ſed nihil habet ſingulare, præter hoſce verſiculos:*

Ὁ δὸν Μάρκος τῇ τομῇ τ' αὐχένα,
Ὁ δὸν χαράττων Μωκιανῷ τὸ πάθος.

Collum mucroni præbuit Marcus; viam
Sic Mociano paſſionis denotans.

Sanctorum pariter noſtrorum Martyrum memoria inſerta habetur in iis, quæ excerpta ſervamus è bibl. Ambroſiana cum hoc parvo elogio: Hi, cum idolis immolare noluiſſent, coram Maximo præſide examinandi adſtant; & poſt plurimos cruciatus, gladio caput amputantur, præſentibus uxoribus ſuis & liberis, ac lamentantibus; quos hortabantur Sancti, ut acquieſcerent, & grates Deo agerent. *Nec prætériit Pugiles noſtros Menæum Chiffletii. Invenitur quoque eorumdem memoria in Menæis Mss. Bibliothecæ Ambroſianæ, atque in codice Taurinenſi, ſed æque frigidè ac jejunè.*

quædam ſigillatim de puero anonymo,

2 *Menologium Sirleti à Caniſio editum, paucula quædam continet de Puero anonymo, ſanctos Martyres in tormentis roborante:* Eodem die ſanctorum Martyrum Marci & Muciani, qui cum à Maximo præſide admonerentur, ut idolis immolarent, à parvo quodam puero, ad aram ſtante, non permittebantur: quem puerum comprehenſum gentiles ferulâ centum quinquaginta verberibus ceciderunt, jubente Præſide. Cui Puerulus? Numquid, inquit, judex & litteras doces? *De Paulo non minus meminit, quam ſupra citatum menologium Baſilianum.* Similiter & Paulus quidam, cum Martyres corroborans Chriſtum confiteretur, in carcerem conjectus eſt.

3 *Ne quis verò exiſtimet, apud Græcos dumtaxat Martyrum noſtrorum agitari memoriam, in ipſis quoque ſacris Latinorum tabulis ſuum habent locum. Martyrologium Romanum hiſce eos recenſet verbis:* Eodem die Sanctorum Martyrum

A Marci & Muciani, qui pro Chriſto, gladio cæſi ſunt: quos cum puer parvulus, ne immolarent idolis, alta voce moneret, verberibus juſſus eſt cædi: cumque vehementer Chriſtum confiteretur, unà cum quodam Paulo, Martyres exhortante, necatus eſt. *Joannes Tamayo Salazar Tomo 4 eoſdem Martyres Martyrologio Hiſpanico inſeruit, & conveniunt, inquit,* Martyrologia Caſtellanum P. Vaſq., Luſitanum P. Lupi, Hiſpanicum Mss. P. Higuera, & Italum Conſtantii Felicis, cum aliis recentioribus, apud quos altum ſilentium de loco palæſtræ. *Rectius profectò & ſibi & veritati conſuluiſſet prædictus Tamayus, ſi omni retro antiquitate, de loco palæſtræ tacente, ipſe itidem de eadem tacuiſſet, non aſſignaturus ei civitatem Capparenſem in Luſitania, quam ſolidè probare non poſſet. Nam quo pacto ſuum hoc aſſertum probat? Oraculum, ſi Superis placet, nobis obtrudit:* Illum (*locum palæſtræ*) conſignat Flavius dexter noſter in Chronico. *Ad hæc, citat ejus commentatorem Bivarium, nec non Rodericum. Mirum eſt ſuperſedere potuiſſe provocando ad auctoritatem*
B *Marci Maximi, Luitprandi, Juliani, & aliorum ejuſdem farinæ hominum; quibus id unicè propoſitum fuiſſe videtur, ut plurima paradoxa, ne dicam hiſtorica monſtra, ac apertas falſitates, in orbem litterarum inveherent, quæ idcirco ad aniles nænias relegantur meritiſſimo jure ab eruditis.*

4 *Quo autem majorem lectori de præfato agonis loco fidem faciat, producit epigramma* decaſtichon, quod in antiquo, *inquit*, Ms. carminum codice apud me recenſetur. *Sed quo auctore, quo ſeculo lucem vidit iſthoc epigramma? Ut dicam id, quod ſentio, auctoritas ejus nimium vaga eſt & indeterminata, quam ut probabile quidquam ſuadere in hac materia, nedum certi aliquid poſſit, præſertim ubi tam antiquitas Græca quam Latina omnis, quoad ego quidem comperi, verbum hac de re nullum facit. Videat nunc eruditus lector, quam ruinoſo fundamento inſternat ſequentem concluſionem, hoc verborum tenore contentam, ſæpe dictus Tamayus:* Cognito per Dominum meum, Didacum de Arce Reynoſo, tunc epiſcopum Placentinum, pòſt, ſupremum fidei cenſorem; palæſtræ locum, illumque in ſuæ diœceſis terminis, conſtitutum exiſtere; [ipſe] noſtros ſanctos Martyres, uti ſui epiſcopatus cives, & agoniſtas naturales, impoſterum declaravit; eorumque memoriam ſub ritu officii duplicis, de communi plurimorum Martyrum, ſecundum regulas Breviarii Romani per totam diœceſim cultu anniverſario celebrari præcepit, ut ex litteris circularibus, coram me ex- E
peditis, liquet. *Cujus ſuaſu didicerit præceperitque talia Epiſcopus, niſi ipſius præcipue Tamayi, qui tamquam Secretarius Decreto ſubſcripſit, ac veroſimiliter ipſum compoſuit? Habes Decretum apud nos* XXVIII *Aprilis pag.* 529, *cum animadverſionibus in fine; quæ vide.*

DE SANCTO ANATOLIO EPISCOPO

EJUSQUE DECESSORE S. EUSEBIO

LAODICEÆ IN SYRIA.

J. B. S. COMMENTARIUS HISTORICUS

De cultu, conjunctione cum Euſebio, geſtis ſcriptis & ætate.

SEC. III. C *In faſtis notus eſt Anatolius;*

INter *antiquiſſimos Eccleſiæ Patres, & procul dubio inter ſeculi tertii glorioſos fidei confeſſores numerandus eſt* S. Anatolius, *Ægyptius & Alexandrinus origine vir eo tempore doctiſſimus, à Theotecno Cæſarienſi Epiſcopus primum ordinatus, deinde Laodicenſis eccleſiæ curam ſuſcipere coactus, Euſebio & S. Hieronymo laudatiſſimus, ut ſtatim patebit. Ex illo acceptus eſt ab auctore Martyrologii Romani parvi, à Roſweydo editi, hinc ab Adone; demum ab Uſuardo ſic annuntiatus:* Laodicia Siriæ, ſancti Anatholii epiſcopi, qui non ſolum religioſis viris, ſed & philoſophis admiranda ſcripta dereliquit: *quæ ipſiſſima eſt Romani hodierni phraſis. Nec Wandelberto ignotus fuiſſe videtur, niſi alium Anatolium cecinerit; ab aliis vero Martyrologis recentioribus certatim ſignatur, ut de ejus memoria in ſacris faſtis recepta dubitari omnino nequeat. Cur autem ab aliquot Italis Martyrologis recentioribus Maurolyco, Felicio, Galeſinio, Ferrario poſitus ſit* x *Martii, nil opus eſt multis diſquirere, ab antiquis fontibus non recedimus.*

2 *Mirantur eruditi, cur in Martyrologio locum non habeat* Euſebius, *Anatolii amicus, in eadem Laodicenſi cathedra deceſſor, eique apud Euſebium hiſtoricum, eodem libro & capite ita conjunctus, ut vix ab auctore Romani parvi prætermitti potuerit, dum ex ipſo illo loco famoſum Theodotum ſumpſit, de quo vide Uſuardum noſtrum ad diem* 11 *Novembris. Mirum profectò, neglectum eſſe tam inſignem fidei confeſſorem, Dionyſii Alexandrini teſtimonio celebratum, cultumque à Græcis* IV *Octobris, ex quorum Menologio, cum ſolo* Diaconi *titulo, in Romanum à Baronio inſertus eſt cum aliis, de quibus apud Euſebium edit. Valeſii lib. 7, cap.* 11, *ubi præcipue de eo ſub finem ita loquitur Dionyſius:* Euſebius, inquam, quem Deus jam inde ab initio roboravit impulitque, ut confeſſoribus in cuſtodia poſitis miniſteria ſtrenue exhiberet, utque conſummatorum ac beatorum Martyrum cadavera, non ſine capitis ſui periculo ſepeliret. *Obſervata non ſunt poſtrema Euſebii hiſtorici verba hæc:* Sciendum porro eſt, Euſebium quidem, quem Dionyſius Diaconum appellat, brevi poſtea Laodiceæ in Syria Epiſcopum eſſe conſtitutum. non tam expreſſè Euſebius, F

3 *Poterat igitur abſque ullo ſcrupulo laudatus* in hiſt. eccl. *Romani parvi compilator binos illos ejuſdem urbis* laudatus. *Epiſcopos unà conjungere, etiam eodem die, quem pro mero arbitrio elegit, neque enim de alterutrius*

anno

A *anno aut obitûs die ſtatui quidquam certo poteſt : eratque id adeo magis pronum, cum alter alteri citato libro, etiam apud Rufinum cap. 28, connectatur, oſtendaturque ſingularis aliqua inter utrumque neceſſitudo, de qua ſuperius meminimus. Nobis certe dubium non fuit, quin & Euſebio ſancti titulus deberetur, quique adeo cum S. Anatolio locum hîc ſuum habere poſſet. Audi modo loquentem Euſebium edit. Valeſii cap. 32 :* Apud Laodiceam vero poſt Socratem Epiſcopus fuit Euſebius, domo Alexandrinus. Cauſam ex patria migrandi ei præbuit negotium Pauli Samoſatenſis. Cujus gratia cum in Syriam veniſſet, ab iis, qui cæleſtium rerum amore illic flagrabant detentus, domum redire prohibitus eſt. Qui quidem noſtra memoria, amabilis quidam religionis theſaurus fuit, quemadmodum ex verbis etiam Dionyſii, ſuperius allatis, facile cognoſci poteſt. *Hæc de ſancto Euſebio ſeorſim, cujus geſta alia cum Anatolianis deinceps commiſcentur. Jam de hoc ita narrare pergit Euſebius hiſtoricus.*

B *Anatolii inſignis doctrina,*

4 Huic deinde ſubſtitutus eſt Anatolius, bonus, quod aiunt, boni viri ſucceſſor : ipſe quoque domo Alexandrinus. Hic tum in liberalibus diſciplinis, tum in philoſophia principem inter doctiſſimos noſtri temporis viros locum ſine controverſia tenuit : quippe qui ad ſummum apicem arithmeticæ, geometriæ, atque aſtronomiæ ; adhæc ad dialecticæ, phyſicæ ac rhetoricæ ſupremum faſtigium perveniſſet. Qua de cauſa rogatus fuiſſe dicitur ab Alexandrinis, ut Ariſtotelicæ ſucceſſionis ſcholam ibidem inſtitueret. *Ad hæc obſervavit Valeſius, ſanctum hunc Anatolium noſtrum, eumdem veroſimiliter eſſe, de quo memtnit Eunapius in vita Jamblichi, ubi dicit, Jamblichum auditorem initio fuiſſe Anatolii, qui tunc temporis in philoſophia ſecundum à Porphyrio locum obtinebat, eaque rebus & temporibus omnino convenire demonſtrat laudatus Valeſius. Verum non maxima hæc* S. Anatolii *laus : alia proſequitur, quamvis curſim, Euſebius, quæ ejus ſanctitatem & gloriam magis commendant.*

& res præclarè geſtæ

C 5 Plurimæ quoque res ab eo præclarè geſtæ Alexandriæ in obſidione Bruchii referuntur, quippe qui inter civitatis proceres præcipuam honoris prærogativam omnium conſenſu adeptus eſt. *Bruchii obſidionem & diſtructionem retulit Euſebius in chronico ad annum ſecundum Claudii, in quo à Scaligero reprehenſus eſt, contendente ex Ammiano Marcellino, temporibus Aureliani id accidiſſe. Verum Euſebii ſententiam tuetur Valeſius.* Etenim, *inquit*, dum Bruchium obſideretur à Romanis, Euſebium virum ſanctiſſimum & Anatolium adhuc Alexandriæ fuiſſe teſtatur Euſebius, nec niſi poſt ſolutam Bruchii obſidionem in Syriam migraviſſe. Atqui Euſebius in Syriam profectus eſt ad Synodum Antiochenam, quam anno 2 Claudii coactam fuiſſe ſupra demonſtravimus. Et dum Antiochia rediret à Laodicenis detentus & Epiſcopus ejus loci factus eſt anno 1 Imperatoris Aureliani, ut opinari licet, itaque recte Euſebius in Chronico ad annum 2 Aureliani ſcribit : Euſebius Laodicenus inſignis habetur. *Negandam eſſe aſſumptam propoſitionem, infra oſtendemus, deſerendumque Euſebii Chronicon, ut hiſtoria ejus ſalvetur. Nunc ad S. Anatolii elogium revertamur.*

6 Sed unum dumtaxat facinus exempli gratia commemorabo. Cum frumentum, ut ajunt, obſeſſis deficeret, adeo ut impetum hoſtium facilius quam famem tolerarent ; Anatolius, qui cum obſeſſis erat, hujuſmodi quiddam provide excogitavit. Altera pars civitatis cum exercitu Romano ſocietate conjuncta erat, ac proinde minime obſeſſa. In hac verſabatur Euſebius (nondum enim ad partes Syriæ migraverat) cujus celebre nomen & inſignis gloria ad aures etiam Romani Ducis pervenerat. Hunc Anatolius, miſſo clam nuntio, certiorem facit de numero eorum qui fame in obſidione interirent. Quo comperto, Euſebius à Romano Duce, maximi beneficii loco poſtulavit, ut iis qui transfugere ab hoſtibus vellent, incolumitatem concederet. Id cum impetraſſet, ſtatim Anatolio indicavit. Ille promiſſione ducis libenter accepta, Alexandrinum convocat ſenatum. At primum quidem ſuadere cœpit omnibus, ut cum Romano in gratiam redirent. Sed cum illos hujuſmodi verbis exaſperatos videret ; at hoc certe, inquit, nequaquam vos arbitror repudiaturos, ſi vobis ſuaſero, ut ſupervacuam atque inutilem turbam, anus ſcilicet & infantes ac ſenes, extra portam abire, quo volent, ſinatis. Quid enim iſtos jamjamque morituros retinemus nobiſcum ? Cur eos, qui debilitate penitus ac mutilato ſunt corpore, fame inſuper conficimus ? Cum viros dumtaxat ac juvenes alere oporteat & neceſſarium frumentum, iis qui ad urbis cuſtodiam idonei ſunt diſpenſare.

AUCTORE J. B. S. *in obſidione Alexandrina,*

E

Euſebio etiam adjuvante.

7 Hujuſmodi rationibus cum ſenatum in ſententiam ſuam pertraxiſſet, ipſe primus exſurgens cenſet, omnem imbellem multitudinem tam virilis quam muliebris ſexus ex urbe emittendam eſſe, quippe cum iis, ſi diutius remanerent, & nullatenus reipublicæ utiles morarentur, nulla ſpes ſalutis ſupereſſet, fame utique perituris. Hanc ſententiam cum omnes qui in ſenatu erant, comprobaſſent, univerſos fere obſeſſos Anatolius ſervavit. Primum enim operam dedit, ut noſtræ religionis viri ; deinde ut alii etiam cujuſlibet ætatis ; nec ii dumtaxat, quibus ſenatus licentiam dederat, verum etiam alii plures, hujuſmodi obtentu, latenter aufugerent, muliebri veſte induti, noctuque extra civitatis portas ejus opera educti, & ad Romanorum caſtra tranſgreſſi. Ibi Euſebius cunctos excipiens, diuturna obſidione maceratos, quaſi quidam pater ac medicus omni cura ac providentia recreavit. Hujuſmodi duos paſtores, continua ſerie ſibi ſuccedentes, Laodicenſis eccleſia divino nutu ſortita eſt, cum uterque eorum poſt ſupradicti belli tempora, ex Alexandrina urbe in Syriam migraviſſet. *Aut ego vehementer fallor, aut errant ii, qui poſtrema hæc differunt ad Concilium Antiochenum ſecundum, ſeu ad annum* CCLXIX, *cum temporum & tota Euſebianæ hiſtoriæ ratio exigat, ut prædicti belli finem & utriuſque Sancti migrationem collocemus anno* CCLXIV, *ut infra rurſus dicendum erit.*

F

Alia Anatolii elogia ;

8 *Satis plana ſunt quæ de memorabili Sanctorum facto hactenus narravit Euſebius, non item quæ de Paſchate ab Anatolio diſputata, hîc collegit :* Ceterum Anatolius non admodum multos compoſuit libros : verum ex iis, qui ad nos pervenerunt, elegantiam ſimul & multiplicem eruditionem abunde licet cognoſcere ; præcipue vero ex iis, in quibus ſuam de Paſcha ſententiam confirmat *&c. de quibus videndus Bucherius ad Victorii Canonem à pag.* 433

AUCTORE J. B. S.

ad 466 fuſe & erudite hæc omnia explanans, quæ ad inſtitutum noſtrum hoc loco minimè pertinent. Habes & illic brevius S. Anatolii elogium ex Chronico ad annum ſecundum Probi, Chriſti CCLXXVII : Anatolius Laodicenus Epiſcopus, philoſophorum diſciplinis eruditus, plurimo ſermone celebratur. *Item S. Hieronymi de Script. Eccl. cap. 73 :* Anatolius Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, ſub Probo & Caro Imperatoribus floruit. Miræ doctrinæ vir fuit; in arithmetica, geometria, aſtronomia, grammatica, rhetorica, dialectica. Cujus ingenii magnitudinem, de volumine quod ſuper Paſcha compoſuit, & decem libris de arithmeticæ inſtitutionibus, intelligere poſſumus. *Eódem recidunt elogia alia ibidem exhibita pag. 438. Quæ autem toto epiſcopatus tempore à Sanctis noſtris præclare geſta ſunt, neque diſtincte enarravit Euſebius, neque aliunde conjicere licet, ut generaliori elogio ea omnia complecti neceſſe ſit.*

qui quo tempore Euſebio in epiſcopatu ſucceſſerit, B

9 *Supereſt difficilis Euſebianæ hiſtoriæ locus pag. 288, quem Valeſius inſolutum reliquit.* Huic (*Anatolio*) Theotecnus, Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, primus manus impoſuit, eumque Epiſcopum ordinavit, ſucceſſorem illum eccleſiæ ſuæ deſpondens. Ambo certe aliquantiſper eamdem eccleſiam ſimul gubernarunt. Poſtea vero cum eum Synodus, adverſus Paulum congregata, Antiochiam evocaſſet, per urbem Laodiceam iter faciens, à fratribus illius loci, mortuo tunc Euſebio, detentus eſt. *De duobus unius ſimul ſedis epiſcopis non diſputo, vide de ea re Valeſium in annotationibus pag. 160: at quo pacto intelligi poterit, Euſebium Alexandrinum, ut ex hiſtoria ſupra diximus,* è patria migraſſe negotii Pauli Samoſatenſis gratia, *in reditu vero à Synodo*, detentum, domum redire prohibitum, *& ibidem Epiſcopum ordinatum, dum interim, hoc loco, idem ipſum de S. Anatolio & eodem prorſus modo prædicatur? Anne igitur uterque eodem tempore Laodiceæ Epiſcopus fuerit? An Euſebius paucis dumtaxat diebus ſedem tenuerit, eique Anatolius mox ſucceſſerit? At refragatur chronicon, in quo ad annum ſecundum Aureliani* Euſebius Laodicenus *adhuc* inſignis

C habetur.

non recte ab aliis explicatum,

10 *Nodum hunc ſcidit potius, quam diſſolvit Baronius ad annum Chriſti* CCLXXXIV, *num.* 13 *ſic ſcribens :* Quod vero ait (*hiſtoria*,) Euſebium & Anatolium eadem occaſione Pauli Samoſateni confutandi erroris, abreptos eſſe ad eccleſiæ Laodicenſis regimen, utrumque factum diverſis temporibus adſcribendum eſt; nimirum ut dicamus, ejectionem Euſebii contigiſſe tempore prioris Concilii congregati, Anatolii vero, cum poſterior conventus Epiſcoporum habitus eſt. *Nodum, inquam, ſcidit hîc Baronius; nam ſi rectè ſcripſit Chronicon* inſignem habitum *fuiſſe* Euſebium *anno ſecundo Aureliani, qui eſt Chriſtianæ epochæ* CCLXXI, *jam toto biennio ſupervixit S. Euſebius Concilio Antiocheno ſecundo, proindeque non potuit ei ſuccedere S. Anatolius dum* poſterior *ille* conventus Epiſcoporum habitus eſt. *Rurſus, ſi cum Valeſio ſupra, Bruchii obſidio & deſtructio, atque adeo utriuſque Sancti in Syriam migratio referatur ad annum ſecundum Claudii, Chriſti* CCLXIX, *non magis dici poterit S. Anatolium S. Euſebio ſubſtitutum, dum à Concilio Antiocheno rediit, cum ea ratione vel ipſa Euſebii ordinatio poſt Concilium Antiochenum ſecundum rejicienda ſit; unde manet vis tota difficultatis in ſalvanda ipſorum ſucceſſione in eodem epiſcopatu, eadem occaſione tam diſerte in hiſtoria Euſebiana expreſſa.*

D

veroſimilimè ſtatuitur.

11 *Rei ſatis aptè ſolvendæ viam veroſimillime aperuit Tillemontius, dum accurate expenſa Euſebii hiſtoria, contra Valeſii, magiſque adeo contra Scaligeri ſententiam, Alexandrinorum tumultuum finem & Bruchii everſionem collocat anno* CCLXIV, *quo ex Ægypto viri illi Sancti Euſebius & Anatolius in Syriam migraverint, ille ad primum Concilium Antiochenum, eo anno habitum, ex quo redux, defuncto Socrati Laodiceæ ſubſtitutus ſit; alter Cæſaream, ubi à Theotecno Epiſcopus creatus, apud eumdem coadjutoris munere, ut modo loquimur,* aliquantiſper *functus ſit. Manſerint porro in ſuo quiſque officio uſque ad Concilium Antiochenum ſecundum, anno* CCLXIX *congregatum, cujus tempore S. Euſebius è vivis exceſſerit, eique ſanctus noſter Anatolius ſuccedere ſit coactus, forte ex ipſius Euſebii, qui quinquennio circiter ſedem tenuerat, ante obitum deſignatione. Huic Euſebiani nodi explanationi adverſatur ſolum Chronicon, non ſemel ſupra citatum, ſed in quo errorem admittere oportet, cum argumenta ſolida evincant, S. Euſebium Concilio Antiocheno ſecundo ſuperſtitem eſſe non potuiſſe, ne ſibi apertiſſime contradicat hiſtoria, Chronico præferenda. Porro, quamdiu Laodiceæ ſederit S. Anatolius, tacente Euſebio, nemo facile definiat; probabilis eſt Baronii conjectura, vixiſſe* uſque ad tempus proximè inchoandæ perſecutionis Diocletiani.

E

F

DE

DE S. HELIODORO EPISC. ALTINENSI ET CONFESSORE TORCELLI PROPE VENETIAS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

Sedes episcopalis; memoria in Martyrologiis; laus vera apud S. Hieronymum; Acta Mss. non magnæ fidei

SEC. IV.

Veteris Altini situs

NOn ita periit prisci *Altini*, *ab Hunnis sub Attila eversi memoria, ut non rudera saltem aliqua & turris supersint, qua Altini nomen retineant. Apud antiquos geographos civitas fuit non ignobilis, olim episcopalis sub Patriarcha Aquileiensi, intra paludes prope Salis fluvii ostium sita, de qua etiam meminit Papebrochius ad* XXVII *Aprilis in vita S. Liberalis. Ipsam memorat Antoninus, itinere ab Aquileia Bononiam, quo fertur per* Concordiam, Altinum, Patavium. *De ea item Plinius lib.* 3, *cap.* 18: Decima regio Italiæ Adriatico mari adposita, cujus Venetia: fluvius Silis ex montibus Tarvisanis, oppidum Altinum, *Strabo lib.* 5, *pag.* 148 *apud Cellarium:* Ἔστι τὸ Ἄλτινον ἐν ἕλει, in palude situm Altinum est παραθαλάσσιον, perinde ut Ravenna. *Etiam Ptolomæus & Zozimus lib.* 5, *cap.* 37 Ἄλτινον. *Martialis lib.* 4 *Epigramm.* 25, Æmula Baianis Altini littora villis. *Oppidani, inquit idem,* Altinates. *Inscriptio Gruteri pag.* 409, *num.* 8 COLLEG. FABR. ALTINATIUM. *Flumen hodieque Sile vocatur, sed oppido in episcopali dignitate pridem successit* Torcellum *seu* Furricellum, *urbs parva admodum, veteri Altino finitima, sed incolis infrequens; de qua pluribus Ughellus tom.* 5 *à col.* 1429, *ubi asserit, urbis Venetæ partibus annumerari, ejusque regionem sextam cum vicinis insulis constituere, tametsi quinto ab ea milliario distet.*

B

C

ejusque brevis descriptio.

2 *Paulo ampliorem descriptionem subjiciet laudatus Ughellus, à Papebrochio olim datam, sed quæ hîc denuo producenda sit.* Altinates post suæ civitatis excidium, qui è paludibus circa Venetias tutantes insulas occuparunt, Torcellum ædificarunt, illamque civitatem Torcellum, quasi Turricellum à sexta parte excisæ civitatis appellarunt. Ea nunc ob aëris gravitatem nullo fere habitatore colitur, nec quidquam fere ædificiorum vicinis ostentat. Episcopatus institutus est ante annos fere mille, anno enim Domini DCXXXV cum Rotharis rex Longobardorum octo Romanorum millia ad Scultennam cecidisset, plerique Venetiæ populi, ejus metu ad æstuaria se receperunt. Itaque Paulus episcopus Altinatis sedem suam episcopalem transtulit, Severino Romano Pontifice probante. Cathedralis basilica titulo Deiparæ Virginis assumptæ, antiqua, ampla & magnifica structura condita est, marmoreis columnis, tesselato pavimento, & emblemate ac vermiculato opere conspicua & sacris reliquiis ornata; scilicet S. Tuscæ virginis & martyris, coronatæ simul cum Malicia ejusdem nutrice, quarum corpora Ravenna, ubi palmam martyrii acceperant, Torcellum jam inde fuere translata. *Hactenus Ughellus. Verum pro* Malicia, *lege* Maura, *& de utraque Sancta vide in Actis* XIII *Februarii.*

Istius loci episcopus Heliodorus

D

E

3 *Hîc observas, episcopatûs institutionem revocari ab Ughello ad annum* DCXXXV, *nisi potius intelligatur translatio sedis episcopalis per id tempus à Paulo facta, cum Longobardorum metu* Venetiæ populi ad æstuaria se reciperent. *Quæro, unde sedem transtulerit Paulus? An Altino? Ast illud ducentis ferme ante annis (*CCCCLII*) à furente Attila subversum fuerat. Alibi igitur latuisse oportet Altinenses Episcopos, siqui inter excidium urbis & præfati Pauli tempora tali titulo gavisi fuerint. Certe nullum reperit Ughellus, Paulum in serie primum collocans, nec mihi promptum, ejus disquisitionibus quidquam superaddere, multo minus Altinenses Præsules, qui ante Attilæ tempora sedem tenuerint, suggerere, excepto solo S. Heliodoro, quem ejus ecclesiæ antistitem fuisse, irrefragabili argumento evincitur ex concilio Aquileiensi anno* CCCLXXXI *celebrato, ubi ipse in Collectione Labbei tomo* 2 *col.* 990 *ita loquitur:* Heliodorus episcopus dixit: Qui perfidiam Arii omniumque hæreticorum, quorum consors est Palladius; hujus insipiens cor, qui veritatem non est confessus, cum ceteris consacerdotibus meis condemno. *Hæc pro sancti Heliodori episcopatu evidentissima sunt. Qui Theonestum episcopum & martyrem Altinensibus annumerant, nescio quibus monumentis nitantur. Alia tradit Ferrarius, ad* XXX *Octobris examinanda.*

F

in recentioribus fastis laudatur.

4 *Observat porro Binius col.* 997, *sanctum nostrum Heliodorum,* Græcarum litterarum facultate plurimum imbutum, Hieronymi epistolis quibusdam valde commendari; . . . & adhuc anniversaria commemoratione in Ecclesia vivere III Julii. *Vivit utique, quamvis apud classicos Martyrologos notus non sit, nec in ullis codicibus Usuardinis reperiatur Greveno antiquioribus. Hic eum primus, quod sciam, ita signavit.* Heliodori episcopi Altinensis & confessoris, ad quem exstant B. Hieronymi quædam epistolæ. *Fallor, ni ex Equilino antistite, solito suo fonte, ea desumpserit Grevenus, ex hoc vero Molanus, cujus phrasis brevior:* Item beati Heliodori episcopi Altinensis. *Satis eleganter Galesinius:* Altini, sancti Heliodori episcopi, divinæ sapientiæ, eloquentiæ admirandæ, & magnæ sanctitatis laude illustris. *Breviter Felicius; at Ferrarius totum ferme elogium ex Petri catalogo descripsit. Plures Martyrologos adducere supervacaneum est, neque à jam citatis dissentiunt, quibus*

AUCTORE J. B. S.

bus & Baronius in Romano ſubſcripſit : Altini ſancti Heliodori epiſcopi, doctrina & ſanctitate inſignis. *Neque video, cur dubitarit Caſtellanus, utrum Heliodorus ibi laudatus, diverſus non ſit ab illo, pro quo eum accepit Baronius, cum ab omnibus idem ubique prædicetur, nempe* S. Heliodorus, *ſancto Hieronymo familiaris, ejus in Paleſtina aliquando comes, ac demum Epiſcopus Altinenſis.*

Acta & encomia male digeſta ſunt.

5 *Jam dictum Petri Natalis encomium procul dubio vidit quoque Maurolycus, atque inde ceteris ſuperaddere auſus eſt,* ordinatum *fuiſſe ſanctum Heliodorum* à Chromatio epiſcopo Aquileienſi; *inſigni parachroniſmo, quandoquidem ex citato concilio certum ſit, S. Chromatium adhuc presbyterum fuiſſe anno* CCCLXXXI, *dum S. Heliodorus inter Epiſcopos locum teneret. Plura hujuſmodi male contexuit laudatus Equilinus antiſtes; ut, quod* in juvenili ætate ad ſacerdotii dignitatem promotus ſit. *Tum : Quod* reverſus ſanctus Epiſcopus Altinum, eccleſiam ſuam diſpoſuerit . . . inde Hieroſolymam perrexerit, & optatum diu Hieronymum, quem ſæpius
B in ſcriptis viderat, corporali lumine viſitaverit; *præter id genus alia, quæ lutoſum fontem commonſtrant, ex quo profluxerunt : Acta intelligo verboſa & terrica, multis poſt obitum ſeculis, neſcio a quo odornata, quæ ex codice ſacræ Eremi Camaldulenſis folio* 100 *olim tranſcripſit Papebrochius, paulo poſt inferius exhibenda. Gratius interim lectori fore exiſtimo, ea legere, quæ ex S. Hieronymi operibus brevi, epitome certa collegimus, è quibus de tota illa hiſtoria judicium ferri poterit.*

Certiora habentur ex vita S. Hieronymi,

6 S. Heliodorum *è Dalmatia oriundum & S. Hieronymi popularem fuiſſe, ſatis colligitur; nec à tempore nativitatis multum aberrabit, qui eam fixerit inter annos* CCCXXX *&* CCCXL, *ut S. Hieronymo ferme æqualis ſit; nam per Orientem cum ſancto illo Doctore peregrinatus erat & in patriam redierat, dum hic primam ad eum epiſtolam direxit, anno circiter* CCCLXVI, *ut recte nobis ſentire videtur Martianæus, ne ſi ad annum* CCCLXXIV *differatur, dicere cogamur, S. Hieronymum* adoleſcentem *ſe &* pene puerum *vocaſſe, qui natus* CCCXLII, *annum tum ſextum & trigeſimum ſuperaſſet. Sed de ea epiſtola mox pluribus. Utut eſt, è patria in Italiam ſeceſſiſſe* S. Heliodorum, *ad bonas artes perdiſcendas, poſt Aquileiam rediiſſe, ibique cum laudato ſancto Doctore amicitiam contraxiſſe, docet tota rerum ſeries, ex variis locis eruenda. Socium ſe ſancto Hieronymo jungens, cum Innocentio & Euagrio in Thraciam, Pontum, Bythiniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam atque Syriam profectus eſt. Antiochiæ aliquantum conſedit, ibique veroſimilius Apollinarem, necdum pro hæretico agnitum, audivit. Hinc in Chalcidis ſolitudinem ſe recipiente Hieronymo, eo poſtea acceſſit Sanctus noſter, quibus* Euagrius Antiochenus *cuncta neceſſaria miniſtrabat, inquit Baronius ad annum* CCCLXXII *num.* 44. Sed rebus in hunc modum probe diſpoſitis, illud funeſtum imprimis accidit, ut dulciſſimo comite Innocentio morte extincto privaretur, Heliodoruſque cito receſſerit, ſpe tamen redeundi. *Quod laudatos jam S. Heliodorum, Innocentium & Euagrium itineris in Orientem individuos ſocios habuerit S. Hieronymus non omnino certum exiſtimat Tillemontius.*

& ex variis

7 *At vero indubitatum eſt,* S. Heliodorum *jam tum monachum fuiſſe, iis ligatum vinculis, ut retro ad ſeculum reſpicere ei integrum non eſ-*
D *ſet, cujus rei teſtis eſt S. Hieronymus tota illa elegantiſſima, in laudem ſolitariæ vitæ epiſtola, ad ipſum data, quâ non obſcure oſtendit, angi ſe, ne parentum vel ſororis viduæ (matris Nepotiani) blanditiis, à ſanctiſſimo inſtituto avellatur. Inſtat porro hinc inde acrius, ut ex paucis ejuſdem epiſtolæ locis apertiſſime intelliges.* Filius hominis, *inquit,* non habet ubi caput reclinet, & tu amplas porticus & ingentia tectorum ſpatia metiris. *Unde patet in re lauta & bene parta fuiſſe S. Heliodori parentes, adhucdum ſuperſtites. Pergit Hieronymus :* Hereditatem exſpectans ſeculi, coheres Chriſti eſſe non poteris. Interpretare vocabulum monachi, hoc eſt nomen tuum. Quid facis in turba, qui ſolus es? *Neque hîc ſiſtit.* Tu autem perfectum te fore pollicitus es; nam cum derelicta militia, te caſtraſti propter regna cælorum, quid aliud quam perfectam ſecutus es vitam?.. Igitur ut concludam; ſi perfectus es, cur bona paterna deſideras? *Præceptorum hujuſmodi plena eſt laudata epiſtola,* ex *cujus* ſupputatione illam ſummam *colligit Hieronymus*; monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe: perfectum autem eſſe nolle, delinquere eſt.

E

ejus epiſtolis.

8 *Et hanc & alias epiſtolas deſcribere oporteat, ſi ſingula proſequi velim : ad* S. Heliodori *geſtorum compendium pertinet, quod ſtatim principio indicat Hieronymus :* Quanto amore & ſtudio contenderim, ut pariter in eremo moraremur, conſcium mutuæ caritatis pectus agnoſcit. Quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu te abeuntem proſecutus ſim, iſtæ quoque litteræ teſtes ſunt, quas lacrymis cernis interlitas. Verum tu, quaſi parvulus delicatus, contemptum rogantis per blandimenta foviſti. *Non minus clare conqueritur ep.* 3, *cap.* 6, *ubi de Nepotiano agens, amicè expoſtulat;* alius forſitan ſcriberet, quod ob ſalutem illius Orientem eremumque dimiſeris, & me cariſſimum ſodalem tuum redeundi ſpe lactaveris. *Hæc indicant, S. Heliodorum ad ſuos revertentem, reditum ad S. Hieronymum promiſiſſe; ſic tamen ut alio avocatus, fidem leberare non potuerit, manente interim conſtanti & perpetua inter utrumque neceſſitudine. Quid deinde per*
F *plures annos egerit* S. Heliodorus, *non ſatis conſtat. Curam nepotis habuiſſe, ad ſacerdotium, deinde ad epiſcopatum promotum, docet iterum ſanctus Hieronymus, inſigni alia epiſtola, ordine ſecunda, ad ipſum Nepotianum, qua vivendi normam, à clericis & monachis ſervandam, præſcribit :* Scio quidem, ab avunculo tuo beato Heliodoro, qui nunc pontifex Chriſti eſt, te & dediciſſe quæ ſancta ſunt, & quotidie diſcere, normamque vitæ exemplum habere virtutum. *Numquam vero in Orientem rediiſſe S. Heliodorum, abunde probat S. Hieronymi ſilentium, ut, ſiquis ejus nominis apud S. Doctorem reperiatur, rectè obſervet Tillemontius tomo* 12, *pag.* 621, *diverſum fuiſſe à noſtro,* fratrem *ſeu monachum, forte Rufini internuntium.*

Libri S. Hieronymi, ipſi & Chromatio dicati.

9 *Hanc ad Nepotianum epiſtolam ſcriptam cenſet Martianæus anno* CCCXCIV, *cum pridem infulas Altinenſes conſecutus fuiſſet ſanctus Heliodorus, quem ſupra demonſtravimus anno* CCCLXXXI, *epiſcopum concilio Aquileienſi interfuiſſe. Epitaphium autem Nepotiani, ſeu predictam epiſtolam, apud Marianum Victorium tertiam, datam exiſtimat anno* CCCXCVI, *vel ut Tillemontius, an.* CCCXCVII. *De ceteris* S. Heliodori *in epiſcopatu ſigillatim geſtis, ex ſancti Hieronymi litteris deduci nil poteſt,*

A *teſt, præter ea, quæ ad Nepotianum ſcripta ſunt. Ceterum conſtat, ſanctos Heliodorum & Chromatium à S. Hieronymo petiiſſe varios S. Scripturæ libros, ab ipſo latinè verſos, de quibus ſeorſim loqui, operæ pretium non eſt. In nova Martianæi editione col.* 1157, *præfatio in librum Tobiæ, inſcribitur* Chromatio & Heliodoro epiſcopis, *incipitque:* Mirari non deſino exactionis veſtræ inſtantiam; exigitis enim, ut librum Chaldæo ſermone conſcriptum, ad Latinum ſtylum traham. *Lib.* 2 *adverſus Ruſinum cap.* 8, *teſtatur, ſe* Salomonis *etiam* libros . . . . ex Hebraico tranſtuliſſe & dedicaſſe ſanctis epiſcopis Chromatio & Heliodoro. *Adde commentarios in Oſeam, Amos, Zachariam & Malachiam ex ep.* 115, *de quibus vide Tillemontium tomo* 12 *pag.* 136; *quamvis & aliis inſcripti reperiantur, quæ noſtrum non eſt hic pluribus diſcutere.*

Dantur acta, quamvis male digeſta.

10 *Satis ſit, hæc in Sancti noſtri ſolidam laudem delibaſſe, quamvis talia omnino non ſint, ut inde vitæ aut geſtarum ordo intelligi queat: quemadmodum nec eò facerent epiſtolæ illæ, quæ ſub*

B *Chromatii & Heliodori nomine ad ſanctum Hieronymum, cum hujus ad eos reſponſoria, Martyrologiis olim præfigi ſolebant, à Baronio falſi pridem convictæ, ſed Actis jam ſubjungendis inſertæ, quas Florentinius aliique fruſtra tueri conati ſunt. Minus etiam mihi integrum eſt, præfata Acta propugnare, quæ, ut ſupra dicere cœperam, verboſa & tetrica ſunt, multis falſis, multis improbabilibus referta, quæ in Equilinum & Ferrarium à recentioribus rejecta ſunt, utpote qui hiſtoriam illam qualemcumque non viderant, hactenus, quod ſciam, ineditam. Negligi potuiſſe, haud equidem diffiteor, verum recepto nobis more, tales etiam Vitas edimus, quas non probamus; hîc vero ea ſola ratio impellere potuit, quod ſcaturiginem exhibere voluerimus, ex qua in Equilinum & Ferrarium omnia promanarunt. Quiſquis autem hiſtoriam illam compilaverit, nec mortis genus, nec ejus tempus, aſſignare auſus eſt. Reliqua in annotatis elucidabimus.*

VITA

Ex Ms. cod. Sacræ Eremi Camaldulenſis fol. 100.

C

PROLOGUS.

TEmpore illo, ex quo ex diverſis provinciis ſancti Patres, gentium multitudines in veræ fidei unitatem atque catholicæ eccleſiæ credulitatem divino nutu congregarent: ab eo tempore quoque malignus ſpiritus lupino ore caulas fidelium, inſidians circuit, mortem animarum ſtudioſe quærens & ſine ceſſatione quotidie, non ſolum corpora ſed & animas dilaniat. Quia vero per ſanctorum monita Patrum ex utriuſque populis, Judæis ſcilicet & gentilibus, collecta fore cognoſcitur religio Chriſtiana, nunc quaſi unum ovile ſancta Chriſti per totum orbem gratulatur Eccleſia quam lupus rapax, quanto majorem fore cognoſcit, tanto amplius rapido morſu eam devorare ſatagit, etiam per humanam creaturam, ſua arte deceptam. Quapropter [ſancti] ac religioſi viri, in fide Chriſti perſeverantes, & pro tanti laboris certamine, floreo rubore & niveo candore vernantes, in tantum contra ejuſdem lupi callida exſtiterunt * argumenta, donec per diverſa tormentorum genera ad palmam martyrii pervenerunt; plures namque proprias voluntates abnegantes, eaſque interiori examinatione diſcutientes, & ab his, quæ contraria ſunt, ſpirituali temperantia ſobrieque ſeſe cuſtodientes, perrupto paſſionis muro, violenter ad cælorum regna conſcenderunt. AUCTORE J. B. S. * *lege* certaverunt.

Contra inſidias dæmonis certantes SS. PP.

2 Quandoquidem, divino docente eloquio, duo eſſe tormentorum genera nullus fidelium ambigit: unum namque eſt perſecutorum, qui Martyrum membra diverſis futendo dilaniant cruciatibus, feris avibuſque diſcerpenda projiciunt, eaque vel in undis ſolvi, vel per flammarum incendia, in cinerem faciunt redigi: alterum quippe tormentorum genus eſt, quo gens humana à diverſis hujus mundi illecebris per propriam trahitur voluntatem. Motus quidem animi regere & perturbationes illius modeſte placare, iræ atque ſuperbiæ impetus in ſemet refrenare, contra vitia ſua quotidie litigare, à ſermone inani & opere deteſtabili, tamquam in cibis noxiis, haud ignara abſtinere ſe non deſiſtit. Talia quoque agere, gratia divinæ dignationis eſt, qua plerique Sanctorum illuſtrati, futuræ remunerationis præmium, quaſi per quamdam ſchematis ſpeciem, oculis interioris provident hominis. Neceſſe ergo eſt, tantorum Patrum vitam pandere & ad notitiam fidelium ſeu infidelium deducere atque vulgare, ut fideles de virtute in virtutem perfectius creſcant, & hi qui perverſi ſunt, talibus exemplis eruditi, ad unum ac ſolum Deum, ſine aliqua intermiſſione, valeant pervenire. & *tormenta & mundum vicerunt;* E

inter quos S. Heliodorus.

3 Nunc igitur, fratres, hujus lectionis verba, intentis auribus, cordis ſaltem, audire curate, & de multis parva quæ loquimur, prout poſſibile eſt, veſtris viribus ſolicite noſcere curate, quatenus ea, in horreo veſtræ mentis collecta, pro magnis divitiis poſſidentes, glorioſum Deum in ſuis Sanctis una voce laudetis. Qua de re, ut ex paucis multa noſcantur, maluimus ſancti ac beatiſſimi Heliodori Præſulis ex parte vitam texere, & qualiter in rebus humanis converſatio eſt, gratanter intimare. F

ANNOTATIO.

Nihil eſt in toto hoc, ſatis longo exordio, quod non ſexcentis Sanctis aptari poſſit, ſi ſolum S. Heliodori nomen excipias.

CAPUT I.

Primi S. Heliodori labores in converſione Altinenſium. Confert cum S. Chromatio. Ordinatur epiſcopus & ad S. Hieronymum in Paleſtinam proficiſcitur.

TEmpore namque Theodoſii Imperatoris a quo multi Italiæ provinciæ populi Arianorum perfidia detinebantur, ſanctus ac venerabilis vir Heliodorus apud Altinatem urbem

a *Hic multis virtutibus ornatus*

EX MSS. bem vitam ducebat. Erat enim vir iſte magnæ abſtinentiæ, probabilis vitæ, fide Catholicus, in operibus rectus, in judicio juſtus, cujus [inter] virtutes adeo prudentia excellebat, ut per multa terrarum ſpatia huic ſimilis non poterat inveniri, qui inter cetera divini verbi mirificus exſtitit prædicator, in tantum, quod Altinatam, nobiliſſimam ſimul & opulentiſſimam urbem, quæ quondam fuerat variis erroribus alligata, per ſacroſanctum regenerationis lavacrum, ad veritatis revocaret viam. Hæc namque civitas olim ex auro & argento mire decorata, magnis viribus pollebat, atque inter ceteras Venetiæ civitates nobiliſſima dicebatur; quin Auguſti ſolium nuſquam pretioſius habebatur. Quid plura *b*? urbs plena quondam opibus, repente fuit deleta, ut vera refert hiſtoria: cumque Attila ad debellandam Italiam quantocyus properaret, prius Aquilegiam pervenit, eamque cepit ac igne conſumpſit: deinde multa caſtella ſeu civitates vehementer apprehendit ac diſſipavit & incendit, inter quas etiam civitates hanc opulentiſſimam urbem deprædatus eſt & ſolo tenus delevit, ibique multa auri & argenti talenta, quæ recondita fuerant, invenit, ac interfectis plurimis, ab ea exiens, aliò commeavit.

b

B

Altinum, urbem olim nobilem

5 Igitur poſtquam de nobiliſſimæ urbis everſione breviter eſt dictum, oportet nunc ut, poſtpoſito hiſtoriæ ordine, ad ſancti viri redeamus geſta. Præfatus namque vir Dei cum juvenili ætate floreret, ad ſacerdotis dignitatem magis corde quam corpore pervenit, deſpectiſque omnibus terrenorum curis; ſanctæ converſationis habitum corde tenus gerebat. Hujus ego omnia geſta non didici, ſed pauca *c* quæ narro. Hic itaque cum ſacerdotio fungeretur in eadem urbe, quam præfatus ſum, pro caritate civium aſſidue manebat, & ſanctis exhortationibus univerſum populum Domino ſolerter acquirebat. Eo namque tempore magna in civibus agitabatur confuſio, ita ut immolarent diis & ad orandum fana conſtruerent, & idolis intente deſervirent. Tunc Vir iſte ſanctus, videns univerſum *d* populum, diis penitus ſacrificantem, illorum errore coactus, ſeſe cum lacrymis in orationem dedit: qui ab oratione conſurgens, confeſtim vidit Angelum nimis candidum, dicentem ſibi: Heliodore vir Dei, forti animo eſto, quia exaudita eſt oratio tua & populum hunc, ſerpentina ſuaſione fraudatum, ſcias per te fore redemptum.

c

d

C

Ab idolis ad Chriſtum adduxiſſe dicitur.

6 Quo agnito, vir Dei nimio terrore perterritus eſt: ſed poſt paululum in ſe reverſus & angelicis verbis confiſus, ad populum intrepidus pervenit; cumque ibi omnes congregarentur, B. Heliodorus populorum catervam ſtrenue admonebat, & incipiens, eis totam ſeriem veteris Teſtamenti ſive novi ingerere [ſatagebat:] confortabat eos, ut relicto errore ſimulacrorum, ad verum Deum converterentur, & quemadmodum veniſſet inter homines Deus, docebat eos, dicens: Quoniam hæc vita caſibus ſubjacens eſt & fugitiva; ut cum [minime] putatur, tamquam labefacta diffugiat. Ideo lux nobis de cælo deſcendit, miſſa à Patre ingenito, & deſcendit in virginis alvum, quæ concepit de Spiritu ſancto, & protulit Deum & hominem. Ipſe enim alteram vitam oſtendit, quæ initium abſque fine habet numquam, ibi dolor vel gemitus numquam, ibi ſiniſtrum [nihil,] ſed ſemper gaudium & lætitia ſine fine regnat, ubi etiam Angelorum chori canunt, dicentes; Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ubi Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum & omnium electorum numerus, gaudet per infinita ſecula ſeculorum.

D

fana evertiſſe & eccleſias ædificaſſe.

7 Hæc autem ſimulacra ſunt vana, ſurda & muta, nihilque verum in ſe habentia; ipſe enim diabolus ſuadet vobis his idolis deſervire, ut animæ veſtræ in ejus poteſtatem deveniant: nam verè hæc figmenta aurea & argentea, quæ conflata ſunt, ad arbitrium hominis ſunt fabrefacta, deinde eum, qui vos creavit, ignoratis, in cujus nomine omnia ſunt creata. Hæc & his ſimilia dicente beato Viro, crediderunt univerſi cives illa die & baptizati ſunt. Credentibus autem illis præcepit B. Heliodorus, omnia ſimulacra omniaque templa, quæ in civitate conſtructa erant, penitus delere & igne comburere. Hæc namque ut dicta, illico fuerunt expleta. Tunc vero ſanctiſſimus Vir juſſit in civitate multas fabricare eccleſias, inter quas etiam in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ eccleſiam mire conſtruxit.

E

Cum S. Chromatio libros petiit à S. Hieronymo.

8 His autem peractis, perrexit ad B. Chromatium, illuſtrem virum, Aquilegiæ epiſcopum, & cuncta quæ geſſerat ei ordine narravit. Tunc videns Chromatius, B. Heliodorum tanta ſanctitate & ſapientia virtuteque plenum, toto affectu eum diligebat & honorabat. Quotidie autem inter ſe diſputabant, qualiter in ſanctis Dei eccleſiis divina officia celebrari debuiſſent. Eodem vero tempore tranſmiſerunt ad B. Hieronymum, ut Tobiæ librum *e* Chaldeo ſermone conſcriptum, in latinum ſtylum transferret. Quod audiens venerabilis Hieronymus, utriuſque linguæ peritiſſimus, prædictum librum Latinis ſermonibus expoſuit & eumdem ſuo canone prænotavit ac ſanctis viris remandavit. Similiter etiam commentarios in Oſee, Amoz, Zachariam, Malachiam, quos popoſcerant ab eo, ut deſcriberent tranſmiſit, ſicut & tria Salomonica volumina Emaioth, quod Hebrei Parabolas; Coheleth, quod græce Eccleſiaſtes dicitur; Syracyrim, quod in noſtram vertitur linguam, Canticum canticorum, Latino eis ſermone deſcripſit.

e

F

f

Ad quem proſectum ait ſcriptor, dum jam epiſcopus eſſet.

9 Sanctus namque Heliodorus Præſul *f* effectus, reverſus eſt Altinum & ſedula prædicatione populum admonebat atque ſacerdotes ſive levitas, ſeu ceteros, ſecundum eccleſiaſticos gradus, in eccleſiis aſſidue ordinabat. Vir autem Deo plenus non longo poſt tempore, inito conſilio, cauſa orationis, Hieroſolymam perrexit *g* ibique ſedulo Chriſtum rogavit, pro ſe & pro cunctis ſanctæ Eccleſiæ filiis. Cujus adventum B. Hieronymus ut audivit, gratanter excepit, illumque venerandis affatus dictis; Deo grates refero, qui te meis obtulit obtutibus. Sanctus verò Heliodorus apud eum commoratus eſt, donec ibidem manſit.

g

ANNOTATA.

a *Hæc ut vera admitto, ſi S. Heliodorus epiſcopus eſſe ſupponatur, id quod auctor non videtur ſupponere: cetera, quæ toto capite dicuntur, ferme pro ejus ingenio compoſita ſunt.*

b *Pluri-*

A b *Pluribus ſane opus non eſt ; ſatis laborabit, qui dicta probare voluerit. Non adeo dubia eſt everſio civitatis per Attilam.*

c *Neque pauca iſta ex ſatis puro fonte hauſit. Non erat tam juvenis S. Heliodorus quando ſacerdotium ſuſcepit, utpote qui cum ſancto Hieronymo in Paleſtinam profectus fuerat ; unde redux apud parentes in Dalmatia diu hæſerat, deinde veroſimiliter & Aquileiæ : neque certo ſcitur Altini umquam fuiſſe, priuſquam ordinatus eſſet ejus urbis Epiſcopus, unde de reliquis facile eſt judicare.*

d *Non eſt veroſimile*, univerſum populum *Altinenſem eo tempore* diis penitus ſacrificaſſe ; *melius dixiſſet Ariana labe infectum, ut principio inſinuaverat.*

e *Hæc ferme ſola ſunt quæ in tota hac vita recte & fideliter referuntur, ut ex commentario prævio colligere eſt.*

f *Hic ſupponit auctor, imo ſatis aperte indicat, S. Heliodorum à S. Chromatio ordinatum Epiſcopum ; at in præfato commentario oſtendimus, figmentum id eſſe ; erat enim Epiſcopus S. Heliodorus in concilio Aquileienſi an.* 381, *cui S. Chromatius ut presbyter interfuit, vivente tum adhuc Valeriano concilii iſtius præſide.*

B g *Æque commentitia eſt Hieroſolymitana hæc peregrinatio, à ſancto Heliodoro Epiſcopo ſuſcepta : viderat is S. Hieronymum eique comes fuerat, adhuc junior & monachus, ut ſuperius ſatis dictum eſt. Mira ſcriptoris imperitia, tum etiam errantis, dum vera memorat.*

CAPUT II.

Obtinet brachium S. Jacobi. Litteræ de Martyrologio ad S. Hieronymum, & hujus reſponſio. Seceſſus ad S. Marcellianum & obitus.

Hic Epp. Galliæ corpus S. Jacobi, noſter brachium obtinuiſſe dicuntur.

C IN tempore autem illo pervenerunt Epiſcopi de Galliæ confinibus ad Theodoſium Imperatorem & petierunt ab eo corpus beatiſſimi Jacobi Apoſtoli Zebedæi *a*, fratris Joannis, quod in Judæa collocatum erat, dicentes : Noſter fuit prædicator, nobis concede corpus, piiſſime Imperator. Hoc audito Venerabilis Auguſtus miſit Hieroſolymam & juſſit reddi corpus B. Jacobi Gallis civibus. Cum autem redditum eſſet corpus, B. Heliodorus nequaquam hujus rei inſcius, venit ad Galligenas & blandis ſermonibus eos alloquebatur, ut de ejus ſacroſancto corpore ſibi conceſſiſſent. At illi ejus ſermonibus placati, dederunt ei brachium dexterum, & ad propria cum magna lætitia repedaverunt. Sanctus Dei Heliodorus, expleta Hieroſolymitica devotione, & accepta licentia à S. Hieronymo, regreſſus eſt in patriam & gratuita pietate eam beavit : nam B. Jacobi reliquias ſecum devexit, quas & honorabiliter condidit in oratorio S. Andreæ Apoſtoli, quapropter ingens gaudium exortum eſt civibus.

11 Per idem tempus præfatus Auguſtus juſſit congregari omnes Italiæ provinciæ Epiſcopos & ibidem ſtatuerunt concilium *b* : inter quos aderant Chromatius & Heliodorus clariſſimi viri. Cumque in eodem concilio à ceteris Epiſcopis, matutinis & veſpertinis horis, Martyrum feſta celebrarentur, præfati Pontifices Chromatius & Heliodorus cœperunt percunctari eos de ipſis natalitiis Martyrum, quo ordine celebrarentur. Qua ex re magna contentio orta fuit inter eos, ut pro eadem contentione Chromatius & Heliodorus miſerint legatos ſuos Hieroſolymam, cum epiſtola ad Hieronymum presbyterum ita deſcripta. EX MSS. *Poſt neſcio quod concilium,*

12 Domino ſancto Fratri Hieronymo Præsbytero Chromatius & Heliodorus Epiſcopi in Domino ſalutem dirigimus. Cum religioſiſſimus Auguſtus Theodoſius Mediolanenſium urbem fuiſſet ingreſſus, univerſoſque Italiæ Epiſcopos invitaſſet, ob cauſam aliquantorum Epiſcoporum, qui ex Ariana fæce ſuas animas inquinaverant : contigit, & noſtram parvitatem ad idem veniſſe concilium, in quo cum ea, quæ dicenda fuerant, dicta eſſent & definienda finita, cœpit Chriſtianiſſimus Princeps S. Oſorium *, Cordubenſis eccleſiæ proferre Antiſtitem, quod omni die non jejunans matutinis, ſive jejunans veſpertinis, explicans Miſſas eorum Martyrum, quorum natalitia eſſent, plurimorum nomina memoraretur. Factum eſt, ut omnes pariter ad tuam ſtatueremus ſcribere Caritatem, ut famoſiſſimum Ferialem, de archivo S. Euſebii Cæſarienſis Palæſtinæ Sacerdotis, inquirens, Martyrum ad nos dirigas feſta, ut poſſit hoc officium, per tuam ſanctam induſtriam, melius perfectiuſque Dei Martyribus exhiberi. *cum S. Chromatio natales Martyrum poſtulat,* * *Alii legunt* Gregorium.

13 Tunc videns S. Hierouymus hanc epiſtolam, direxit ſuam Pontificibus tali modo : Chromatio & Heliodoro SS. Epiſcopis Hieronymus. Conſtat Deo & Domino noſtro, omni die Martyrum ſuorum triumphos excipere, quorum paſſiones à S. Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo ſcriptas reperimus. Nam Conſtantinus Auguſtus cum Cæſaream fuiſſet ingreſſus, & diceret memorato Antiſtiti, ut peteret aliqua beneficia Cæſarienſi eccleſiæ profutura, legitur reſpondiſſe Euſebium, opibus ſuis ditatam eccleſiam, nulla petendi neceſſitate compelli : ſibi tamen deſiderium immobile exſtitiſſe, ut quidquid in Republica à Romanis judicibus geſtum ſit erga Sanctos Dei in univerſo orbe, ſollicita perſcrutatione, monumenta publica diſcutiendo, perquireret, qui Martyres, à quo judice, in qua provincia vel civitate, qua die, qua paſſione perſeverantiæ ſuæ obtinuerunt palmas. De ipſis archivis ſublata, ipſi Euſebio regius Princeps juſſit dirigere, unde factum eſt, ut idoneus relator exiſtens, & eccleſiaſticam hiſtoriam recenſeret, & omnium pene Martyrum provinciarum omnium Romanorum [trophæa] diligens hiſtoriographus declararet, quatenus omni die ſacrificium Deo offerentes, nomina eorum meminiſſent, qui ea die ipſa, qua offeruntur ſacrificia, victores diaboli exſtitiſſent, & Martyres ſuis triumphis pollentes atque ovantes, ad Regem ſuum perveniſſent Chriſtum. *quibus longa epiſtola* F

14 Hac de cauſa ſingulorum menſium ſingulorumque dierum feſta conſcripſimus, perennem memoriam noſtræ parvitatis nomen habiturum credentes, cum diebus omnibus per tot [annorum] ſpatia Sanctorum fuerint nomina feſtivè celebrata ; & quia per *reſpondet S. Hieronymus*

EX MSS. singulos dies, diversarum provinciarum diversarumque urbium, plusquam octingentorum & nongentorum millia Martyrum nomina sunt nominata, ut nullus dies sit, qui non intra quingentorum Martyrum numerum reperiri possit adscriptus, excepto Kalendarum Januariarum die: considerans, inter innumerabiles turbas lectoris animum intra unum mensem posse lassescere, ne id eveniat, succincte & breviter eorum, qui sunt in amplissima festivitate, in suis locis tantum præ omnibus memoratus sum, ut amputato fastidio, unus de omnibus sufficiat libellus adscriptus. Sane in prima parte libelli omnium Apostolorum festa conscripsimus, ut dies varii non videantur dividere, quos una dignitas in cælesti gloria fecit esse sublimes.

Abdicato episcopatu, c

15 Hæc & alia plura, S. Ecclesiæ necessaria, direxit Hieronymus Chromatio & Heliodoro *c* Carissimis: sed quia longius est narrare singula, oportet nos S. Heliodori vitam breviter definire, ne videamur audientibus
B fastidium generasse. Cum autem esset S. Heliodorus plenus dierum, convocavit suum clerum, & populum admonuit, & civitatis ruinam futuram prædixit. Ad ultimum egregius Dei vir dixit populis, quatenus [eligerent] alium virum, qui vicis suæ ordine episcopatum teneret, eo quod ipse pastoralem curam præ senectute ferre nequiret. Illi autem illico contristati, rationi quam dixerat, totis viribus intercedebant, & alterum præsulem, eo vivente, habere penitus recusabant: sed in tantum confortavit animos eorum, donec eligerent venerabilem virum, nomine Ambrosium, qui & ipse Deo placere studuit moribus & factis. His autem peractis, B. Heliodorus, accepta licentia ab universis civibus, eremum petiit; sed non longo post tempore, admonitus fuit à Domino, ut novellis gentibus, quibus præfuerat, causa prædicationis vicinus exstitisset, atque cum B. viro Marcelliano unum haberet habitaculum.

ad S. Marcellianum se recipit & moritur.

16 Hoc audiens S. Præsul, pervenit ad beatum virum Marcellianum, qui habitabat in insula posita in mari, quæ non longe erat à prædicta civitate, à cujus nomine etiam nunc vocatur Marcelliana. Quem videns Marcellianus, magno cum honore susceptit eum & ve-
C hementer deprecabatur, ut in eodem loco pariter vitam finirent. Tunc B. Heliodorus cum magna caritate, qua sanctus Vir eum rogaverat, se ibidem mansurum promisit. In eodem loco S. Pontifex ecclesiam dedicavit, in qua non diebus neque noctibus à vigiliis & orationibus cessabat: eodem vero anno S. Marcellianus die v mensis Junii migravit ad Dominum: sanctus autem Heliodorus collocavit corpus S. Viri in eadem ecclesia, cum ingenti honore. Cum autem appropinquaret tempus, quo S. Vir de morte [esset] transiturus ad vitam, convocavit sacerdotes, dixitque eis suæ mortis imminere diem. Adveniente autem die obitûs, suis omnibus, qui ibi aderant, salutis verbum prædicabat, atque facta confessione, sancta illius anima corpore soluta fuit: ad cujus funus pervenit prædictus Ambrosius, cum clero & infinita multitudine populorum volens tollere corpus ejus, sed hoc facere nequiens, sepelivit illud in prædicta ecclesia juxta cœmeterium S. Marcelliani, III die mensis Julii. In quo loco multa per eum Dominus miracula fecerat, qui vivit & regnat cum Deo Patre, in unitate Spiritus D sancti, per æterna secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Et hæc mera fabella est, de Episcopis Gallicanis, corpus S. Jacobi à Theodosio impetrantibus.*

b *Et hoc concilium & famosas litteras pridem convulsit Baronius, Præf. ad Martyrologium Romanum cap. 7. Hîc pejus descriptæ sunt quam alibi, sed nihil corrigendum putavimus, nisi quod constructionis ratio exegit.*

c *Quam fidem mereantur, quæ his duobus numeris continentur, facile dispiciet eruditus lector. Hinc Marcellianum suum eruerunt Petrus & Ferrarius, quem hic collocat 5 Julii.*

CAPUT III.

Sedis episcopalis & sacri corporis cum aliis translatio.

E

Paulus ep. Altin. per Longobardos fugere compulsus,

TRansactis autem aliquot annorum curriculis, post eversionem prædictæ civitatis ab Attila, ut diximus, factam, Albuinus rex, cum magna multitudine Longobardorum, pervenit ad dissipandam Italiam. Primum namque Venetiam, quæ prima Italiæ provincia est, sine obstaculo cepit; siquidem tota Italia, crescente Longobardorum rabie, invasa est. Cum hæc agerentur, Paulus Clarissimus apud Altinum regimen ecclesiæ tenebat; videns autem ipse illorum furorem circumquaque in deterius crescere, & recordatus minæ, quam S Heliodorus illic venturam prædixit, ablatis corporibus SS. Theonisti, Tabræ, & Tabratæ sive Liberalis, cum eximio brachio S. Jacobi Apostoli, seu ceteris pignoribus Sanctorum, exinde noctu exiit, & cum quibus potuit, in maritimas spatiosæ Venetiæ insulas, quæ non longe sunt ab eodem loco, pervenit. His autem temporibus Heraclius apud Constantinopolim Romanum regebat imperium, post cujus obitum Eraclius ejus filius, cum matre Martina regimina susceptit, quo vita discedente, Constantinus germanus ejus Heraclii imperium obtinuit. Quia [autem] F piissimi Augusti, & ex parte, suorum natorum mentionem fecimus, oportet ut ad primam seriem redeamus.

cum sacris SS. corporibus Torcellum migravit.

18 Cum autem habitare optaverat Præsul in prædictis insulis, vixit mense non amplius uno. Habitatores autem, qui Altini remanserant, partim in alteram partem profecti sunt, partim ad easdem insulas pervenerunt, & cuncti, inito consilio, fecerunt ibidem episcopum, quod novum Altinum vocaverunt: sed postea vulgi, mutato nomine, dixerunt Torcellum; & elegerunt virum nomine Maurum, quem sibi constituerunt Pontificem. Hic namque Præsul diversas ecclesias construxit & per singulas insulas plebes constituit. Quo mortuo, succesit Julianus, quia nimirum fuerat procurator & prædicator. Eo autem defuncto, Deus dedit sibi Pontificem [elegerunt] virtutibus plenum, quem vere possumus dicere, Dei dono fuisse datum; hic namque S. Dei Genitricis Mariæ ecclesiam, eadem similitudine, qua fuerat,

A rat, condidit, ibique ſanctorum corpora digniſſime collocavit, ac S. Jacobi Apoſtoli brachium in ejus crypta vel capſa cum honore condidit.

Ejus ſucceſſores : & S. Heliodori tranſlatio.

19 Poſt plures denique annos corpus beati Marcelliani furtim ſublatum fuit, & quia propriam Deus plebem noluit tanto privare patrono, eadem nocte admonitus fuit Præſul à Domino, qui eodem tempore ibidem præerat, ut corpus S. Heliodori de eodem loco tolleret, quia exinde alii eum rapere conabantur. Mane autem facto, idem Præſul convocavit clerum & populum & narravit eis cuncta quæ nocte viderat. Tunc univerſi cum venerabili Pontifice pervenerunt ad prædictam eccleſiam S. Marcelliani, in qua S. Vir requieſcebat : tulerunt corpus ejus & cum ingenti gaudio deduxerunt, ac in ſanctæ Dei Matris eccleſia juxta altare ejuſdem S. Dei Genitricis Mariæ de Torcello decentiſſime collocaverunt; ubi florent orationes ejus ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat per immortalia ſeculorum ſecula. Amen. D

B

ANNOTATA.

Neque hæc ſatis exacta ſunt. Videatur potius Ughellus in commentario laudatus, qui ſecundum Epiſcopum vocat Mauritium. *Apud ipſum autem ita loquitur Dandulus in* Deuſdedit *Epiſcopo 4, circa annum 697.* Majores natu, *inquit*, cum devota plebe diœceſis Torcellanæ, præſidente Deuſdedit Epiſcopo, qui Juliano ſucceſſerat, eccleſiam cathedralem S. Mariæ de novo conſtruxerunt : corpora ſanctorum Heliodori Altinatis Epiſcopi, Liberalis confeſſoris, Trabæ, Trabatæ & Theoniſti martyrum, cum brachio S. Jacobi Apoſtoli in ea reponentes. *De S. Liberale actum eſt 27 Aprilis. Trabam & Trabatam necdum novi.* Tabra & Tabrata *apud Ferrarium ex Petro ponuntur 22 Novembris, ad quem eorum Acta expendenda remittimus. Theoneſtus colitur 30 Octobris à Ferrario cum Tabra & Tabrata.*

E

DE S. ANATOLIO EPISC. ET CONF.

CONSTANTINOPOLI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§ I. Cultus ſacer, elogia, miracula, tempus vitæ ac mortis, vita hic à nobis edita.

ANNO CDLVIII



Anatolius, *patriâ Alexandrinus, primum presbyteri atque Apocriſiarii ſeu Reſponſalis munere perfunctus, illuſtrem exinde Patriarchæ Conſtantinopolitani dignitatem conſecutus, ſummo ſemper apud Græcos in honore, nec minore in veneratione fuit; uti planum fiet ex ſacris ipſorum monumentis, quibus annuam ejus memoriam inſertam voluere, perpetuæ poſterorum memoriæ conſecratam. A Menæis Græcorum excuſis ducatur exordium. Ibidem hac die* III *annuntiatur in hæc verba :* Sancti Patris noſtri Anatolii Patriarchæ Conſtantinopolitani. Hic, cum presbyter & apocriſiarius eſſet, ordinatur epiſcopus CPolitanus, imperante Theodoſio Juniore. Nam cum Dioſcorus hæreticus ſperaret fore, ut in perverſo dogmate ſibi ſuffragaretur, Epiſcopum CPolitanum elegit. Verùm nihil inde profecit hæreticus. Etenim beatus iſte Anatolius, primus illum in ſynodo Chalcedonenſi damnavit, & nomen S. Flaviani, diptychis inſeruit, qui à Dioſcoro & latrocinantium Concilio, ab ipſo coacto, dejectus è ſolio erat; litteriſque encyclicis ſeu generalibus ad epiſcopos miſſis, qui in variis provinciis præerant eccleſiis, Dioſcorum, ſectæque ejus adhærentes hæreſiarchas damnavit : cumque ovile ſuum ſanctè paviſſet in orthodoxa fide, ac rexiſſet, ab hæreticis impiè ſublatus eſt, Gennadio ſanctiſſimo relicto ſucceſſore.

S. Anatolii cultus & elogia,

C

ex Menæis impreſſis,

2 *Ita Menæa excuſa; ubi vides è poſtremis dicti elogii verbis,* Anatolium *à Græcis non ut ſanctum dumtaxat coli Epiſcopum & Patriarcham,*

& Menologio Baſilitano.

Julii Tomus I.

ſed etiam mortem ejus hæreticis imputari, quæ de re paulo poſt. Menæis fere conſonat Menologium Baſilianum, in quo habentur ſequentia : Memoria ſancti Patris noſtri Anatolii, Patriarchæ CPolitani. *Dein hujuſmodi elogio honoratur :* Sanctus Pater noſter Anatolius, civitate Alexandrina oriundus, presbyter erat ſanctiſſimæ Dei Eccleſiæ, Theodoſio Juniore regni gubernacula moderante. Ob virtutem verò ſuam & notitiam, apocriſiarius CPolim à Dioſcoro hæretico delegatus eſt, in ſpem adducto fore, ut ſuffragatorem illum haberet perverſi ſui dogmatis. Synodo Chalcedonenſi IV interfuit, & unà cum quingentis ac triginta ſanctis Patribus, Dioſcorum anathemate percuſſit. Nomen S. Flaviani, à Dioſcoro è medio ſublati in ſynodo Epheſina, latrociniis infami, injuſtaque morte ab hæreticis mulctati, diptychis inſeruit, & omnes hæreticos anathematis ſententiâ perſtrinxit. Denique Patriarcha CPolitanus creatus, poſtquam gregem rectè gubernaſſet, ad Deum emigravit. F

3 *Annua quoque ſancti Patriarchæ noſtri memoria in pluribus aliis Græcorum tabulis inſcripta invenitur, videlicet in Typico S. Sabæ, Horologio Græco, Menæo Chifletiano, nec non in Maximo, Cytherorum epiſcopo, & ultimo quidem hoc loco cum elogio. Quid? Quod ad exteras quoque ac remotas Ruthenorum Slavorumque nationes Præſulis noſtri fama, ſanctitas ac veneratio publica, longè lateque pervagata ſit? Etenim in Synaxario Ruthenorum à P. Georgio David, Societatis noſtræ miſſionario, qui anno* 1678 *Moſcuæ reſidebat, in latinam linguam converſo, ac poſtea ad nos miſſo, die* III *Julii ſic legitur :*

Cultus idem è variis Græcorum tabulis,

AUCTORE J. P. Item [festum vel commemoratio] ossium S. Anatolii Patriarchæ CPolitani. *At in Menologio Slavo-Russico, nobiscum communicato per nobilem ac generosum Virum D. Baronem de Sparsvenfelt (de cujus in nos meritis plura ad præsentem materiem spectantia invenies in vita Papebrochiana tomo 6 Junii pag.* 17 *) in Menologio, inquam, Slavo-Russico, eodem quidem die* III *memoratur noster Sanctus, at terminis plusculum diversis :* S. P. N. Anatholii Patriarchæ CPolitani, anno CDLIII sub Marciano. *Facundus, gente Afer, Hermianensis in Africa episcopus, jam tum à seculo sexto (floruit enim anno* 540*) Antistitem nostrum* sancti *titulo plus semel honoravit, ut videre est in libro* 5*, quem scripsit pro defensione trium capitulorum Concilii Chalcedonensis, cap.* 3 *; ubi defendit Anatolium contra divacitatem Nestorianorum. Alia ad publicam sancti Confessoris nostri venerationem, nec non ad sacrarum exuviarum ejus cultum spectantia, tu lege lector ad finem vitæ, paulò post huic commentario prævio subjungendæ ; è quibus non parva de exhibitis ei honoribus sacris ac publicis fiet confirmationis accessio.*

B

4 *Apud Molanum inter auctaria, hoc quoque die refertur. Corrigendus aliorum toties corrector Bailletus, asserens in vita* S. Anatolii *episcopi Laodiceæ in Syria, malè Laodicenum Anatolium à Molano confundi cum Anatolio Patriarcha CPolitano ; cum tamen relatus auctor expressis terminis alterum ab altero* Anatolium *abunde discriminandum censuerit, relinquendo Anatolium episcopum Laodicenum in textu Usuardino; & alium, nomine synonymum, at dignitate ac loco diversum, Patriarcham videlicet CPolitanum inserendo auctariis, textui prædicto adjectis. Nec habere potest præfatus Bailletus ex diversitate editionum quidquam, quo suum hîc errorem excuset. Nam fateor equidem distinctionem jam dictam utriusque Anatolii Laodiceni ac CPolitani recenseri in posterioribus Molani editionibus ; verum cum idem Auctor in prima editione unum unicum habeat Anatolium Laodicenum, duos ibidem inter se confundere non potuit. Clara sunt ejus verba :* In Laodicia Syriæ, S. Anatolii episcopi, qui non solum religiosis viris, sed & philosophis admiranda dereliquit.

& Molani auctariis.

C

5 *Sanctum Antistitem nostrum tam vivum quam mortuum miraculis claruisse, tradit apographum vitæ, proximè à nobis producendum, capite* 2*, à num.* 12. *Parco ea hîc pluribus commemorare, cum ibidem videri possint. Vestigium de his nullum alibi, quoad videre mihi quidem licuit, potui deprehendere. Nunc de tempore vitæ ac mortis Præsulis nostri quid sit statuendum, videamus. Vitæ ipsum usuram haurire cœpisse sub finem seculi* 4*, aut initium* 5*, facilè conficitur ex eo, quod à magno Cyrillo Patriarcha Alexandrino ad humanitatem informatus fuerit, eo operæ pretio, ut tum magistri adeo præclari præceptionibus, tum proprii ingenii perspicacitate, æqualibus facile omnibus antecellere ipsum contingeret ; de qua re vide cap.* 1. *Eminentissimus Historiæ Ecclesiasticæ Auctor Baronius tradit eum è vita excessisse anno* 458*; quem sequitur Tillemontius, nec non Majores nostri Tom.* 3 *Junii, pag.* 20*; quem & ibidem asserunt cathedram Constantinopolitanam occupasse ab anno* 449. *Exegisse eum annos* 8 *cum totidem mensibus in episcopatu, auctor est Nicephorus in Chronographia compendiaria. Annos tot cum totidem mensibus Baronius etiam ei attribuit, ad annum* 458. *Quibuscum facilè Zonaram concilies, qui Annal. lib.* 14*, dumtaxat octo illi annos tribuit ; intelligendo completos ; uti etiam Theophanem, qui concedit ei annos* 9*, puta incompletos.*

Miracula, tempus, vitæ ac mortis.

D

6 *Interea, dum de anno mortis ejus verba facimus, tangenda nobis venit quæstio, quo genere mortis obierit Sanctus noster. Habemus è Menæorum Græcorum elogio, supra citato num.* 1*,* Anatolium *ab hæreticis occisum fuisse. Qua de causa id factum sit, ibidem non dicitur. Porro vel id non contigit ; vel saltem non contigit in odium fidei; cum apud Græcos tum alibi nusquam, tum nec in ipsa quidem annuntiatione, memorato mox elogio præfixa, Martyris nomine nuncupetur. Adde, quod nec in Menologio Basiliano supra allato, nec in apographo nostro, nec alibi uspiam sive apud Græcos, sive apud Latinos, inveniatur tale genus mortis. Quando dicitur tom.* 3 *Junii pag.* 20 *quod,* tametsi Anatolius *rectam suam fide Leoni Papæ & Martiano imperatori modis omnibus conatus fuerit probare, cavere tamen non potuerit ; quod minus crederetur favere hæreticis ; quando, inquam, ita ibidem dicitur, ac dein additur* hanc notam eluisse, ab ipsismet *hæreticis* sublatus de medio, *satis insinuatur ibidem fons, è quo hausta sit hæc opinio, per hæc verba :* Sicut ad III Julii de eo Menæa referunt.

An S. Anatolius ab hæreticis occisus.

E

7 *Jam verò, de nostro apographo ita statue. Nullius auctoris nomen præfert. Ex instructissima regis Franciæ bibliotheca illud accepit, atque exscripsit Papebrochius noster, eo tempore, si rectè conjicio, quo unà cum P. Henschenio post collectam in Germania atque Italia copiosissimam messem pro Sanctorum Actis, Parisiis degebat, in Belgium reversurus. Ceterum hoc titulo apographum nostrum insignitur.* Βίος καὶ πολίτεια ἓν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνατολίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. Vita & conversatio sancti Patris nostri Anatolii, archiepiscopi CPolitani.

Notanda circa nostrum apographum,

8 *Quisquis vitæ Anatolianæ fuerit auctor, eos exhibet styli characteres, qui indicio sint, eum non omnino abhorruisse ab Attica priscorum scriptorum elegantia ; eliminatâ, quæ apud auctores medii ævi frequens esse solet, vocum barbarie ; ac remorari non raro lectores consuevit, cetera linguæ Græcæ non imperitos.*

& Auctoris stylum.

F

§ II. Inquisitio Critica, in qua præcipuæ adversus S. Anatolium accusationes expenduntur.

Materia accusationum contra Anatolium,

DUrius enimvero *Baronius de gestis* Anatolii *videtur fuisse locutus variis locis, quam ut, nulla tentatâ mitigationis operâ, tacitè à me prætereantur. Dabit itaque mihi hanc veniam, ut inquiram, num vitæ ratio fuerit hujusmodi in* Anatolio, *ut meruerit notari tam nigro calculo, quali eam sapientissimus Annalista notavit. Ac primo placet materiam dispertiri in certa quædam capita, quo res tota evadat distinctior & explicatior ; & deinde singula accusationum puncta, sepositio partium studio, maturâ judicii trutinâ expendere.*

ad certa capita revocatur.

10 *Omnis, quæ in sanctum Præsulem nostrum conflari potest accusatio, ad sex potissimum capita videtur revocanda. Primum est, quod annitente*

ac

A *ac promovente infami hæretico Dioscoro, ad CPolitanas insulas evectus sit. Secundum, quod contra Synodi Nicanæ statuta, arrogare voluerit sedi CPolitanæ primatum supra ecclesias Antiochenam & Alexandrinam. Tertium, quod decreto de condenda nova fidei formula seſe opponens, minus sincerè se gesserit. Quartum, quod interpellatione, pluribus infrà exponenda, asseruerit, Dioscorum non fuisse damnatum à Concilio Ephesino propter fidem Catholicam. Quintum, quod Aetium seu Ætium, optime meritum de orthodoxa fide, moverit archidiaconatu, antepositio ipsi Andreâ, longè indignissimo. Sextum denique, quod nimium seſe hæreticis exhibuerit conniventem & indulgentem, si non faventem. Earum, si placet, accusationum capita, quantum singula valeant, solo detegendæ veritatis intuitu, enucleate expendamus, ac, quoad ejus fieri poterit, diluamus.*

Expenditur accusatio prima

11 *Exordior à duobus primis. Fueritne Anatolius apocrisiarius seu à responsis Dioscoro, prout refert Zonaras lib.* 13 *num.* 23, *& Liberatus cap.* 12 *Causæ Eutychianorum, insertæ tomo* 5 *Conciliorum Labbei, columnâ* 759 *litt.* a; *an potius, uti*

B *habet Nicephorus in Chronographia compendaria prædicta*, presbyter & responsalis ecclesiæ Alexandrinæ, *non tanti interest penitius indagare. Majoris referre meritò censet Pagius in Critica Historico-Chronologica tom.* 2 *pag.* 360, quod post conciliabulum Ephesinum, pulso & necato sancto antistite Flaviano, consecratus sit ab episcopis ejusdem cum Dioscoro factionis. Ex qua cum hæreticis familiaritate, pronum erat de ejus fide judicare, eam scilicet aliam non esse, quam quæ esset Dioscori & ordinatorum. *Mox idem auctor suspicionem istam non temerariam aut malè fundatam, mitigat, dicens:* Attamen si res æqua lance ponderetur, ex eo cum hæreticis commercio, nihil aliud concludi debet, nisi suspectum fuisse de novitate.

de promotione S. Anatolii per Dioscorum,

12 *Rem profundiùs introspiciamus cum Baronio. Refert is ad annum* 450, *datas esse à S. Leone PP. litteras ad Theodosium imperatorem*, non recepturum se Anatolii communionem, neque electionem probaturum, nisi prius constaret de ejus fide Catholica; quâ.. exploratâ probeque cognitâ tum ex S. Cyrilli de Incarnatione Verbi scriptis voluminibus, tum ex epistola à se scriptâ ad Flavianum, examinatâ, cognitâ, probatâ, publicâque subscriptione munitâ, & clero ac

C populo declaratâ; tunc fore ut bono pacis, in Apostolicæ Sedis communionem recipiatur, & sedere sinatur. *En contractum in compendio primum accusationis caput. Favor infamis Dioscori, consecratio facta per episcopos, Dioscorianæ pervicaciæ sectatores, non poterant non suspectam reddere fidem consecrati novi antistitis* Anatolii, *tam parum in fide solidis fundamentis subnixi ac promoti. Hinc probatam voluit merito jure, fidei ejus sinceritatem S. Leo; probavit illam* Anatolius, *missâ ad Leonem PP. professione; suspicionem amovit; tamque Leoni affatim fecit satis, ut ille* gratulatorias atque pacificas eidem Anatolio litteras reddiderit hoc anno Idibus Aprilis, *uti auctor est vel ipse Cardinalis Baronius ad annum Christi* 451 *& habemus ex ep. Leonis* 60. *aliàs* 40.

& mitigatur ex epistola S. Leonis PP.

13 *Harum fragmentum, quoad proposito nostro sit satis, subjicio.* Gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, qui sicut dilectionis tuæ litteris, & fratrum nostrorum, quos CPolim miseramus, relatione cognovimus, sequacem te Euangelicæ eruditionis ostendit; ut per Sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, quod tota ecclesia eidem credita, nec rugam cujusquam sit erroris habitura, nec maculam, dicente Apostolo: Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo... in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, & gestorum, quæ sumpsimus, seriem necessariis, sicut oportuit, munitam subscriptionibus approbamus. *Tum paucis interjectis, subjungit sanctus Papa* se de CPolitanæ ecclesiæ pace gaudere. *Factum itaque sibi fuisse satis, non obscurè significavit in hac* Anatolii *causa, gratulationem cum gaudio conjunctam cordatè prodidit; & Præsulis nostri fidem, prius non immerito suspectam, litteris probavit & approbavit, uti liquet è citatæ epistolæ fragmento; quid est, quod cujusquam animum dubium facere possit, an mitius sit sentiendum de ejus in Patriarchalem Cathedram, adminiculantibus licet ac patrocinantibus hæreticis, promotione?*

AUCTORE J. P.

14 *Enimvero non abs re videtur declarasse* *defendente illum Pagio,*
Pagius in Critica citata, quid de præsenti controversia sentiret, dum Tom. 2 *pag.* 360, *loquitur in hæc verba: Anatolium*, dumtaxat ea de causa, *jam satis exposita*, asseveranter pronuntiare hæreticum, & Eutychianistam fuisse, seE verioris est arbitri. Neque in tota Eutychianorum causa invenitur aliqua Anatolii interlocutio, scriptura ulla, quâ in hæresim suffragatus sit; in eo dumtaxat reus, quod hæreticorum amicus esset, & amplo beneficio ab iisdem donatus. *Pergit Pagius, & ad locos quosdam, in specium duriusculos, è sancti Leonis epistolis depromptos, respondet his verbis:* Hæc *vel ex ipsis Leonis verbis,* fola ratio fuit, cur Leo Magnus interdum in epistolis suis 39, & 44 juxta veterem ordinem, aut 69, & 73 juxta novum, perhibeat damnati olim dogmatis redivivum assertorem fuisse. Ipsemet Leo duobus in locis indicat, undenam hauserit, quod de Anatolio alibi dixit, hæresim docuisse. Primus est ex epistola ad eumdem Anatolium 80, & juxta veterem ordinem 53, *in qua sic eum dictus auctor inducit loquentem:* Decessore tuo beatæ memoriæ Flaviano, propter defensionem Catholicæ veritatis ejecto, non immerito credebatur, quod ordinatores tui contra sanctorum Canonum constituta viderentur sui similem consecrasse; sed adfuit misericordia Dei, in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principiis bene utereris, & non te judicio hominum, sed Dei provectum benignitate monstrares.

F

15 *Ita laudatus auctor vel ex ipsis Leonis Magni verbis vindicat* Anatolium *ab hæreseos labe.* *bene posteà sentientis.*
Ita Leo ipse durioris digestionis terminos, in Anatolium *conjectos, mitigare posteà voluit, tam ad posterorum instructionem, quam ad defensionem* Anatolii. *Quid? Quod alio loco non minus apertè exponere voluerit idem sanctus Pontifex, quid de orthodoxia* Anatolii *sentiret, dum in epistola ad Marcianum Augustum* 84, *veteri ordine* 57, *ita pronuntiat:* Anatolii episcopi ordinationem, sicut scientia Dei testis est, suspectam, quod fatendum est, mihi fecerant consecrationis ejus auctores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum; secutumque est, ut, dum communione Apostolicæ sedis existeret alienus, diu dandis ad eum. epistolis pacis me abstinerem; sed cum illi pietatis vestræ testimonium suffragetur, *&c.*

16 *Hisce igitur præmissis ex ipsiusmet Leonis epistolis in vindicationem ac purgationem* Anato- *de orthodoxia Anatolii.*

AUCTORE J. P.

lii, tandem ita concludit dictus Pagius. Inde manifestum est, à Leone non alia de causa dictum fuisse Anatolium assertorem novi dogmatis, nisi quia manuum impositionem consecutus fuerat à schismaticis. *Tum refert probabilem hanc conjecturam, initio inchoatam, dein processu temporis omnino dilutam fuisse, neque alium deinceps inventum fuisse* Anatolium, *quam Catholicum & orthodoxum, uti pluribus ostendit in eadem Critica Chronologica ad annum 351 à num. 37, & nos pluribus deducemus ex iis, quæ dicentur per decursum. Adde, quod non mediocriter conducant ad confirmandam Præsulis nostri apologiam, sequentia puncta, brevitatis ergo in epitomen coacta, quæ pluribus videri possunt apud Tillemontium tom. 15, in vita S. Leonis PP.*

17 *Inveniet ibidem lector, quod Nestorium & Eutychetem anathemate perstrinxerit; quod hortatus sit Episcopos omnes litteris encyclicis, ut idem facerent; quod S. Flaviani nomen diptychis inseruerit; quod Dioscorum ipsum, qui pene, uti patet ex antecedentibus, videri possit unicus in hac materia offensionis lapis & petra scandali, ter à Concilio citatum, sed contumacem, sed rebellem, & non comparentem, condemnarit; denique quod Synodum convocarit Constantinopoli, ab episcopis omnibus, abbatibus, presbyteris, diaconis ibidem degentibus frequentatam, in qua famosis litteris S. Leonis PP. ad Flavianum antea datis, & deinde ibidem per manum Abundii, primi legati ejusdem Leonis, patriarchæ* Anatolio *oblatis, subscripserit, anathema dixerit Nestorio & Eutycheti, eorumque dogmatibus & sectatoribus; totâ rei serie à legatis; oculatis utique testibus, per litteras ad laudatum Romanum pontificem delatâ. Quid plura? Ne justo sim prolixior, consulat lector tomum citatum Tillemontii, ubi tam hæc, quam alia eôdem spectantia reperiet.*

Eadem probatur aliunde,

B

18 *Juvat hisce attexere epistolæ* Anatolii *ad Leonem Magnum scriptæ fragmentum, quod inter ecclesiæ Græcæ monumenta vulgavit è Ms. Reg. 940, ac latinum fecit Joannes Bapt. Cotelerius Tom. 1 pag. 66.* Etenim piissimus & Christi amans noster imperator Theodosius, qui cuncta in secundis post res ad Deum pertinentes ponit, cum sanctissima CPolitana ecclesia pastore orbata esset, deberetque accipere, qui eam posset regere, plurimam hujusce rei curam suscepit; ac primò quidem demandavit, religiosissimo illius urbis clero, ut ad gubernationem aptiores decernerent, cum probatione sibi electionem omnium præcipui reservans. Deinde in his exorta immoderata dissensione, cunctisque hinc erga multos in varia dissidia sciscis, jubet Imperator conquiri clericos in regia urbe etiam ex aliis civitatibus, ob quædam, ita ut fit, negotia degentes; quo inter illos præstantior, absque ullo affectu in episcopalem dignitatem promoveretur. Quod cum factum fuisset, postea placuit iis, qui in cuncta potestatem obtinent, permitti clero electionem Primatis. Et ecce suffragia in me, omnium minimum, venerunt, non propter justitiam meam, sed ut Christus Jesus in me ostenderet omnem patientiam suam juxta Apostolum. Unde id operis incubuit sanctæ synodo Episcoporum Constantinopoli versantium, ut ad me ordinandum sine mora procederent.

& ex epistola Anatolii ad Leonem,

C

19 *Habet hîc lector* Anatolium, *testem quidem in propria causa, sinceram tamen de modo suæ electionis proferentem confessionem. Atque hæc de primo accusationum capite: è quibus satis, ut opinor, conficitur* S. Anatolium *novitatis, aut hæreseos fuisse suspectum, non reum.*

de modo promotionis suæ.

D

20 *Venio nunc ad secundum caput accusationum, quo perstringitur ipsius ambitio, affectantis primatum CPolitanæ suæ ecclesiæ supra Alexandrinam & Antiochenam. Et verò* Anatolium, *primatum illum sibi arrogasse certius constat, quam ut in dubium revocari, nedum negari queat. Illius prærogativam sitam fuisse in eo, breviter narrat Pagius, tom. 2 pag. 334, ut ecclesia CPolitana* primo post sedem Romanam honore frueretur, jusque ac potestatem haberet in Thraciæ, Ponti & Asiæ diœceses, earumque Metropolitas, & barbarorum insuper episcopos ordinaret, *contra quam prima Synodus Nicæna sanxerat. Idcirco sæpe sæpius acriter in eum Leo invectus fuit, tamquam in tumidum, elatum, ac superbum; neque prætermisit super hac causa litteris convenire Marcianum Imperatorem, ac Pulcheriam Augustam. Accipe fragmenta aliquot.*

Secundum accusationis caput,

E

21 *Epistola 79, alias 55 ad Pulcheriam Aug.* Frater, *inquit*, & coëpiscopus meus Anatolius. . . de immodicis apprehendis supra mensuram sui honoris accensus est; *cui ibid. nomen dat* intemperantis cupiditatis, *addit*, superbum nimis esse, & immoderatum ultrà proprios terminos tendere & antiquitate calcata, alienum jus velle præripere, . . . tot Metropolitanorum impugnare primatus . . . . bellum novæ perturbationis inferre. . . *Vult insuper, ut* agnoscat *Anatolius*, cui successerit Viro, & repulso omni spiritu elationis, Flaviani modestiam, Flaviani humilitatem . . imitetur . . Fratrem *suum* Anatolium *rogat* . . . . salubriter . . . contineri. *In epistola 80, alias 53, ad ipsum* Anatolium, *omnem movet lapidem sanctus Pontifex, ut eum ab ambitu primatûs absterreat.* Doleo . . . in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conaretis infringere . . . In totius Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio . . Absit . . à conscientia mea, ut tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur . . . Noli, frater, altùm sapere, sed time, & Christianorum principum piissimas aures impiis petitionibus inquietare desiste . . . Nihil Alexandrinæ sedi, ejus, quam per S. Marcum Euangelistam . . . meruit, pereat dignitatis . . . Antiochena quoque ecclesia, in qua primùm prædicante beato Apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseveret . . . Hæc tibi scribens, Frater, in Domino hortor ac moneo, ut depositio ambitionis desiderio, spiritu potius ferveas charitatis, *&c.*

de ambitu primatûs

ecclesiæ CPolitanæ supra Alexandrinam & Antioch.

F

22 *Hæc sufficiant pro specimine. Tota pene epistola 78, alias 54, Leonis ad Marcianum Aug., versatur in proponendis sequentibus punctis; nimirum multa ex* Anatolii *ambitu mala exurgere; Constantinopolitanam sedem, quæ regia est, non Apostolica, aliarum depressione attolli non posse; Anatolii cupiditatem à Marciano comprimendam; ex prioribus Anatolium animos sumpsisse. Verum ista elatio, si non omnino excusabilis, saltem minus culpabilis evadet ex eo, quod crederet sine dubio, sibi ad hunc primatum jus aliquod competere, aut aliquam præscriptionem suffragari? Videtur enim simile quid innuere ipse Leo PP. in epistola*

mitigatur

A *epiſtola* 80 *aliàs* 53, *ita ſcribens ad* Anatolium : Perſuaſioni enim tuæ in nullo penitus ſuffragatur quorumdam Epiſcoporum ante ſexaginta, ut jactas, annos facta conſcriptio, numquamque à prædeceſſoribus tuis ad Apoſtolicæ Sedis tranſmiſſa notitiam.

ac minuitur, 23 *Utut eſt, meliora doctus Præſul noſter à Leone, meliora ſapuit ; acquievit ejus conſiliis, morem geſſit voluntati, ſubmiſit ſe, faſtum poſuit, pacem iniit, ac ſeſe purgavit. Ut rem paucis abſolvam, veniam ei dedit Leo miſſâ ad ipſum epiſtolâ* 106 *alias* 71, *paternis monitionibus referta, ex qua delibo ſequentia in rem noſtram :* Gratum mihi, Frater chariſſime eſt, quod dilectio tua id profitetur ſibi diſplicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regreſſum profeſſio dilectionis tuæ, & atteſtatio principis Chriſtiani, *Marciani Aug.* Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis aſſertor acceſſit. Abjiciatur penitus inconceſſi juris, qui diſſenſionem fecerat, appetitus ; ſufficiant limites, quos ſanctorum Patrum providentiſſima decreta poſuerunt.

B *re pacificè compoſita,* 24 *Conciliantis videlicet partes agebat Leonem inter &* Anatolium *Marcianus, Imperator verè pius ac pacificus ; cui idem S. Leo ita reſcripſit, epiſtolâ* 107 : Cum per omnia me Clementiæ veſtræ parêre delectet, fratris mei Anatolii charitatem toto corde ſuſcipio. *Quid clarius? quid ad teſtificandum utrimque concordiam ſignificantius? Nihil itaque hîc moror neotericum auctorem Gallum, erroribus notiſſimum, qui in notis & obſervationibus ad opera S. Leonis Magni pag.* 91 *cenſet*, Anatolium, *ſuam numquam ambitionem depoſuiſſe, verbis in ſpeciem adornatis ad ſubmiſſionem ſcripſiſſe Leoni, at re ipſa deſtitiſſe numquam à primatûs appetitione, & proſecutione juris, debiti, ut contenderat, Præſuli CPolitano. Judicium ſuum idem auctor probaturus ;* Vix enim, *inquit*, pauca ſub finem, *ſcriptæ ad dictum Romanum Pontificem epiſtolæ*, de Canone Chalcedonenſi XXVIII commemorat *Anatolius*, circa quem hoc ſolùm à Leone pro certo vult haberi, nullam in ſe culpam eſſe, ſeque ſemper ab alienis appetendis longiſſimè abfuiſſe.

C *ac faſtu depoſito,* 25 *Conjecturæ ejus ibidem non tanti apud me ſunt, ut vacet eas ſigillatim hîc recenſere, cum non ignorem eas operi, Romanâ cenſurâ confixo, adjectas eſſe, atque adeo ſuſpectam redolere officinam. Quid? Potuitne ita loqui, potuitne in viſceribus charitatis paternæ amplecti* Anatolium *memoratus Pontifex, tam firmus, tam inconcuſſus, tam in propoſito immutabilis, ſi pleniſſime ſibi non fuiſſet factum ſatis ; ſi CPolitanus Præſul ab ambitu non deſtitiſſet, ad quod tam contento ac toties repetito niſu ipſum urſerat? Mitius ſenſit Tillemontius tom.* 15 *pag.* 730 *in favorem* Anatolii, *qui ibidem videri poteſt. Mitius ſenſit Pagius in Critica Baroniana, multuſque eſt in defendendo* Anatolio *contra Baronium, qui cenſet Canonem de dicto primatu, operâ Antiſtitis noſtri fuiſſe fabricatum. Mitius denique ſenſit, teſte Pagio*, pleniſſimè *Anatolii* famam vendicans ; Andreas Chevillerus, diſſertatione in ſynodum Chalcedonenſem de formulis fidei ſubſcribendis cap. 2, num. 8 & ſeqq.

quem & mitigant alii

contra Baronium, 26 *Quare videtur mihi duriuſculè de* Anatolio *pronuntiaſſe Baronius ad annum Chriſti* 451, *ita ſtatuens :* Planè apparuit ſecundùm illud Euangelii : Qui malè agit, odit lucem ; dùm Anatolio, CPolitano Epiſcopo, rem omnem dolo malo agenti, ſubripereque clam conanti jura Alexandrinæ & Antiochenæ eccleſiarum, ſibique furtim vendicare curanti, aſſentientes orientales epiſcopi, rem planè tam digno confeſſu indigniſſimam perpetrarunt. Tantam infamiæ notam inuſſit ſacroſancto conventui unus Anatolius, ex ſchola Dioſcori prodiens, ſed eum deſerens, ut CPolis eſſe poſſet Epiſcopus. Hic igitur totius fraudis inventor ; & doloſæ machinæ architectus, cum jam expertus eſſet Apoſtolicæ Sedis legatos, petitioni ſuæ ipſius adverſantes, eam occaſionem aucupatus eſt, ut, illis abſentibus, clandeſtinè atque dolosè tractaret, eliceretque à reliquis, quod cuperet, nemine contradicente. Decretum enim ab eo conſcriptum, & in ſynodo recitatum eſt, quo eccleſia CPolitana primum poſt Romanam locum obtineret. AUCTORE J. P.

& editores Rom. Concil. Chalcedon. 27 *Dein producit prædictus Auctor canonem famoſum* 28, *Actioni* 15 *Concilii Chalcedonenſis ſubjunctum, ab Editoribus Romanis non inventum*, in codd. Græcis Mss., quos habuerunt hujus concilii, nec etiam in Latinis, neque in collectionibus Dionyſii & Iſidori, *ut dicitur tom.* 4 *Conciliorum in obſervatione, columnæ* 766 *&* 767 *ſubnexa; ubi dicti editores cauſam videri ſibi aſſerunt omiſſi canonis* 28 *præfati, cum* 29 *&* 30, quia Anatolii, CPolitani epiſcopi circumventione ac fraude, cum Sedis Apoſtolicæ legati è Synodo egreſſi eſſent, Patribus concilii propoſiti, atque ab eis ſubſcripti fuerant. *At dum à Baronio atque ab editoribus Romanis Conciliorum ſtatuitur canonis recenſiti auctor vel promotor* Anatolius, *merito fortaſſe, ægrè ferre quis poſſit, utroque id quidem loco aſſeri, at neutro probari; nec ineptè forſan quis quæſierit, unde id demum ſolidè probari queat. Quærenti mihi ſtudiosè, nullum alibi hujus aſſertionis veſtigium occurrit. Aëtius archidiaconus, ut narrat Tillemontius tom.* 15 *pag.* 757, *ex tom.* 4 *Conciliorum, col.* 715, *&* 795 *cum fervore ſuſtinuit in Concilio Chalcedonenſi jura ac prætenſiones eccleſiæ CPolitanæ. Fuit idem ille, qui petiit à concilio canonem, qui ibidem cuſus fuit in favorem iſtius eccleſiæ ; quem & poſtea defendit contra legatos. Nihil ſimile lego de* Anatolio. *Non nego tamen canonem dictum de privilegiis, ab ipſo una cum pluribus epiſcopis fuiſſe ſubſcriptum, ut patet ex tomo jamjam citato col.* 797. *Nemo tamen hactenus dicta, eò à me dicta exiſtimet, quod velim* Anatolium *noſtrum ab omni ambitionis nævo exemptum : ſuæ ſanctis quoque viris ſunt labeculæ ; etenim cum homines ſint, humani nihil ab eis alienum putemus. Animoſior fuerit Anatolius, quam par eſt, in ambiendo primatu eccleſiæ CPolitanæ ſuper Alexandrinam & Antiochenam, ex eo præſertim, quod putaverit, ſe agere pro ſuo jure, uti ſupra inſinuabam. Quod ſi hoc minus placet ; cum ſatis eum feciſſe Leoni viderimus, uti è ſuperiore ejus epiſtola liquet ; non vedeo quid ſcrupuli debeat ſupereſſe.*

E

F

§ III. Accuſatio tertia & quarta adverſus S. Anatolium diluitur.

Tertia accuſatio STatus *quæſtionis, ſeu accuſationis tertiæ in eo verſantur, quod act.* 6 *Concilii Chalcedonenſis, ſecundùm Baronium ; quintâ verò ſecundùm ordinem modernum Conciliorum, controverſia ferbuit*

AUCTORE J. P.

buit inter Patres de tenore conſcribendæ definitionis dogmaticæ. Dein ubi jam formula erat exarata ; eam nonnulli epiſcopi contendebant eſſe mancam & mutilam , ſuffragantibus Sedis Apoſtolicæ legatis , ac contendentibus novæ fidei formulæ confectionem ſubſtituendam , eique inſerenda verba epiſtolæ Leonis ad S. Flavianum , tamquam preſſius hæreſim jugulatura. Oppoſuit ſe ſynodi pars major , imo omnes reverendiſſimi epiſcopi præter Romanos, & aliquos orientales, *ideo dictæ mutationi refragati , quia timebant ne ſub prætixtu novæ formulæ , vigor antiquæ & jam conditæ , per dubias fortaſſe aut ſaltem minus nervoſas expreſſiones voceſve debilitaretur , dolo ſuas hic forſan partes acturo. Idque non obſcure indicant eorum acclamationes :* Fides fraudem ne patiatur. . . Contra fidem fraus non fiat . . . Tolle fraudem à definitione. *Sciſſâ itaque bifariam ſynodo , interponit ſe Marcianus Aug. novamque definitionem & ampliorem , nec non deſiderio legatorum Apoſtolicorum reſpondentem, urget ac perurget ; quæ in Synodo lecta , concordi omnium ſuffragio ſuſcepta eſt. Prolixius hæc videri poſſunt apud Baron. ad annum* 451 , *à num.* 104 , *& Pagium , ex quo jam dicta ſummatim contraxi , tom.* 2 *pag.* 327.

B

de rejecta nova fidei formula.

29 *Baronius, omnem hujus contentionis cauſam imputat noſtro Patriarchæ ; quaſi verò ille formæ debilioris auctor extiterit , novæque adverſarius , fortius ac vivacius Eutychetis & Dioſcori errores jugulantis ,* Decipulæ , *ut dicti auctoris verbis utar ,* quâ ſimpliciores decipi poſſent, architectus . . . Dioſcori ſui non oblitus. *Pagius vindicem agit* S. Anatolii *tomo* 2 *Criticæ Hiſtorico-Chronologicæ à pag.* 327 , *non ſegniter defendens ejus cauſam. Nimis longum foret ſigillatim omnia tranſcribere ; ſufficiant ſequentia :* Non videtur , *inquit ibid. pag.* 328, *poſtquam accuſationem hanc expendiſſet , rem tandem volens concludere , ac ſuum ſuper ea expromere judicium ;* non videtur , *inquit ,* qui putaſſet Anatolius ambiguâ formulâ reſarciri poſſe Eutychianam hæreſim , quæ jam ſolemniter proſcripta fuerat votis ſingulorum , dum actione præcedenti omnes quaſi juraverant in epiſtolam Leonis , cui ipſemet Anatolius , & ſynodus univerſa ſubſcripſerat.

An hoc ſit Anatolio

C

30 *Non ſufficientem igitur neque ſatis fundatam veri ſpeciem videtur habere ,* Anatolium *in repudianda novæ formulæ confectione , non ſincere , at ſubdole ſe geſſiſſe , qui non clam , ſed palam ; non privatim, aut in tenebris , ſed publicè atque in patenti concilii luce , juratum ſe nefarii Eutychetis hoſtem fuerat profeſſus. Quis enim credat illum actione* 5 *voluiſſe imponere Concilio Chalcedonenſi ,* Dioſcori ſui non oblitum , *& ſive debili , ſive fallaci definitione voluiſſe favere hæreſi Dioſcori , contra quem actione* 3 *ejuſdem concilii fortiter & apertè anathematis fulmen vibraverat , ita pronuntians :* Anatolius , archiepiſcopus CPoli novæ Romæ , definiens pariter cum ſynodo , in damnatione Dioſcori ſubſcripſi , *& primo quidem loco poſt legatos Apoſtolicæ Sedis Paſchaſinum, Lucentium Epp. ac Bonifacium presbyterum. Ceterum dum actionis materiem evolvo , nihil occurrit , quod vel umbram prætenſæ accuſationis , nedum ſolidam probabilitatem poſſit fundare. Modeſtiſſime ibidem ſe geſſiſſe , pauca locutus , numquam oblocutus* Anatolius , *legitur : numquam condendæ novæ fidei formulæ reluctatus. Reſponſum ejus , ibid poſitum, in ſpeciem damnabile ,* propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus ; ſed quia excommunicationem fecit archiepiſcopo Leoni ; & tertio vocatus eſt & non venit , & ideo damnatus eſt , *infra particulari reſponſo mitigabimus.* D

tamquam auctori imputandum.

31 *Accedunt eò , quæ in defenſionem* Anatolii *congeſſit laudatus Pagius loco citato pag.* 327 , *num.* 33 *ex Andrea Chevillero, Diſſertatione in ſynodum Chalcedonenſem de formulis fidei ſubſcribendis cap.* 2 *num.* 14 *& ſeqq.* Si quis ſibi perſuadeat formulam illam , de qua contentio orta eſt , integram fuiſſe , & ſufficientem ; qua tandem ratione evincetur decipulam fuiſſe , quaſi ab Anatolio furtivè ſuppoſitam ? Si notariis concilii placuiſſet eam geſtis inſerere , melius dignoſceretur , an in ea aliqua fraus lateret , occultata hæreſis , vel mollior in hæreticos cenſeri deberet. Certè ſinceram & orthodoxam fuiſſe , ac confeciſſe hæreſim Eutychianam reclamavit major pars epiſcoporum , qui à Spiritu ſancto dictatam & apertam dixerunt. *Res fiet clarior ex propriis ipſorum verbis.* Reverendiſſimi epiſcopi clamaverunt. Heri definitio omnibus placuit. Spiritus ſanctus definitionem dictavit. Definitio orthodoxa eſt. Definitio modo ſubſcribatur : Qui non ſubſcribit , hæreticus eſt. Nihil deeſt definitioni. Definitio habet omnia. E

quidni mutationi novæ formulæ ,

32 *Demus ergo* Anatolium *novæ formulæ confectioni obſtitiſſe ; tantumne admiſit piaculi , quod voluerit retinere definitionem , quæ pridie omnibus placuerat , quam veluti à Spiritu ſancto dictatam , verè orthodoxam , & numeris omnibus abſolutam , frequentiſſima ſynodi multitudo retinendam cenſuerat ? Et verò , teſte Baronio , tom.* 6 *pag.* 151, *prior definitio erat* Catholica , nec errorem continebat. *Definitionem priorem , quod palmarium omnique exceptione majus cenſeri debet, retinendam eſſe duxit acerrimus veritatis Catholicæ vindex , ac juratiſſimus Eutychetis & Dioſcori hoſtis, fulgenſque Synodi jubar, Euſebius epiſcopus Dorilæi , civitatis provinciæ Phrygiæ Salutariæ , dum actione* v *dictæ ſynodi Chalcedonenſis dixit :* Alia definitio non fit. *Si inſons Euſebius , cur reus* Anatolius ? *Nempe quia ſubdole egit , quia* architectus compertus eſt *de non mutanda definitione , ſi Baronio credimus. Quî id probat ? Ex interlocutione Anatolii , de qua mox. Magni ergo ad diluendum præſens accuſationum caput hoc intereſt ſubvertere fundamentum , utpote quod ſit , quantum ex ſequentibus conficiam , male materiatum ac ruinoſum Plura congeſſit Pagius, quæ non vacat producere. Si cui dicta non ſufficiunt , adeat ipſum tomo citato, pag.* 328, *num.* 37. F

potuerit obſtitere ſine nova ?

33 *Nunc ad antedictam* Anatolii *interpellationem , & ſimul ad quartum caput accuſationum progrediamur. Narro factum. Contendentibus inter ſe epiſcopis, novane conficienda eſſet fidei formula , an non ; ſubjecerunt judices , ut contra Dioſcorum fortiùs agerent , & formulæ ſæpius nominatæ confectionem efficacius urgerent:* Dioſcorus dicebat , propter hoc ſe damnaſſe Flavianum , qui duas naturas eſſe ajebat. Definitio autem , *prior videlicet , & quam veluti debiliorem contendebant non pauci è Patribus congregatis cum nova commutandam* , definitio , *inquam, prior* ex duabus habet naturis. *Judicibus hoc proponentibus* Anatolius reſpondit : Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus , ſed quia excommunicationem fecit Leoni , & tertiò vocatus eſt , & non venit , & ideo damnatus eſt. *Quam* Anatolii *reſponſionem , teſte Pagio tom.* 2 *Criticæ pag.*

A *pag.* 327, graviſſimè reprehendit Baronius, quaſi eam temere ſententiam effutierit dolo malo, & propenſior in dogma Dioſcori. *Idque liquet abunde ex duriuſculis verbis, ſupra productis, quibus* Anatolium *perſtringit.*

& diluitur 34 *Sed videamus, tantumne hîc ſit piaculi, quantum prima fronte apparet. Quid fecit, quid commeruit, quid peccavit Antiſtes noſter? Reponit Baronius loco ſupra aſſignato, quod* Hac ſexta ſeſſione coram adeo numeroſo Patrum conventu, eorum præſentiam minimè veritus, adeo temere eam effutire ſententiam non ſit veritus, nimirum, Dioſcorum non propter fidem damnatum eſſe, ſed propter excommunicationem in Romanum Pontificem temere promulgatam. *En cauſa, en crimen! Inficiatuſne eſt* Anatolius *hæreticum fuiſſe Dioſcorum? Minimè gentium? Quid ergo? Eum non ob hæreſim damnatum dixit, hæreticum non negavit. Pernimium enim intereſt inter duas haſce propoſitiones:* Anatolius negavit damnatum fuiſſe Dioſcorum

B propter hæreſim; *& hanc:* Anatolius negavit Dioſcorum fuiſſe hæreticum. *Hæc ultima propoſitio cenſuris digniſſima, non item prima, ſano, quo debet, ſenſu intellecta, nimirum proximam, formalem, primariam, & primo moventem damnationis Dioſcorianæ cauſam non extitiſſe hæreſim, ſed aliud quidpiam; propoſitione interim præſcindente, ut loquuntur philoſophi, hæreticuſne eſſet Dioſcorus, an non, tametſi à parte rei talis verè eſſet, & quidem pertinaciſſimus.*

contra Baronium 35 *Et verò ut innocuam* Anatolii *reſponſionem, de qua ſupra, probet Pagius præfatus, mittit lectorem ad actionem tertiam Concilii Chalcedonenſis, in qua ſententia pronuntiata fuit à Sedis Apoſtolicæ legatis adverſus Dioſcorum; quodnam ob crimen?* Quod, *inquit Pagius tom. citato pag.* 328, Eutychen, à proprio epiſcopo regulariter damnatum, ſuſcepiſſet in communionem ante judicium generalis Synodi; prohibuiſſet apud Epheſum legi epiſtolam Leonis, in quem etiam auſus eſt, quod præ ceteris piaculum erat longe gravius, formulam ſcribere anathematis. Denique quæ eſt ratio fere unica in ſingulorum epiſcoporum ſuffragiis, quod canonicè, terque vocatus per deputatos epiſcopos, mini-

C me obtemperare voluiſſet. Quare peccatum, quo Dioſcorus indignationem meruit ſynodi, aliud non fuit, quam peccatum in diſciplinam eccleſiaſticam, non verò peccatum hæreſeos, cujus etſi reus jam deprehenſus fuiſſet ex relectis actis pſeudo-ſynodi Epheſinæ; attamen propterea damnari non debebat, niſi prius pertinax convictus, maximè ſecundùm regulam clementiæ, quam obſervabat ſynodus, quæ non ſolum epiſcopis, plus quam trecentis, qui violentiâ adducti, ſubſcripſerant latrocinio Epheſino; ſed & ipſiſmet facinoris auctoribus, & qui principatum conventiculi obtinuerant, Juvenali Hieroſolymitano, Thalaſſio Cæſareæ Cappadociæ, Euſebio Ancyræ, Euſtathio Beryti indulgentiam impertierat, poſtquam Leonis epiſtolæ ſubſcripſerunt.

ex verbis ſynodi, 36 Unde cum quæreret Paſchaſinus, *legatus Apoſtolicus;* „ quo igitur dignus eſt ita „ contemnens, veſtra ſanctitas ore proprio fa„ ciat manifeſtum „ Reſpondit ſynodus „ In„ dignatione, quæ contra inobedientes à ſan„ ctis regulis conſtituta eſt „ ut legitur act. 3 Concil. Calced. *Ita ille. Audin' ſynodi Patres dicentes Dioſcorum* dignum indignatione, quæ contra inobedientes *(non dicit contra hæreticos)* à ſanctis regulis conſtituta eſt? *Cum itaque Dioſcorus fuerit condemnatus tum ob pertinaciam in non ſiſtendo ſe poſt ternam citationem canonicam; tum quia Sedi Apoſtolicæ oblatravit, ac nefario auſu Leonem excommunicavit; ſequitur,* Anatolii *reſponſionem ſuperiùs relatam, nulli affinem noxæ haberi debere, quæ proprias, proximas ac genuinas Dioſcorianæ exauctorationis cauſas tacitè aſſignare voluit, dum negavit ipſum propter hæreſim damnatum fuiſſe.* AUCTORE J. P.

& auctoritate aliorum. 37 *Epimetri loco adjungo paucula ex laudato Pagio ibid. pag.* 329, *quæ Leontius, libro de Sectis actione 6 diſputans adverſus Eutychianos, quos hæſitantes vocat, de interlocutione* Anatolii *pronuntiavit:* Reſpondemus, *inquit*, ſi veritatem quis conſideraverit; non propter fidem abdicatum eſſe Dioſcorum, nec illam fuiſſe depoſitionis ejus cauſam; ſed quoniam reapſe tertio vocatus, venire recuſavit. Si tamen veniſſet, etiam propter fidem fuiſſet abdicatus. Nihilominus ad iſta reſpiciens Anatolius dixit, non propter fidem eſſe depoſitum Dioſcorum. *Mitto Facundum, Afrum, Hermianenſem epiſcopum, ſeculo, uti ante diximus, ſexto florentem, Anatolianæ interlocutionis vindicem contra Neſtorianos,* E *hanc probrosè invidioſeque vellicantes, ſicut pluribus apud nominatum Pagium videri poteſt. Cum igitur famoſam* Anatolii *interlocutionem excuſent antiqui ſcriptores, Leontius è Græcis, Facundus è Latinis; Nicolaus autem primus, ep.* 8 *ad Michaëlem Imperatorem, non tantùm illam excuſet, ſed etiam laudet apud Pagium tom.* 2 *pag.* 329; *cum excuſent eam idem Pagius ac Chevillerus; cum nuſquam oſtendi poſſit, vel apicem in ea carpſiſſe ſynodum, aut ejus legatos; quid eſt, quod nos tantopere in illam invehamur?*

§ IV. Duæ reliquæ adverſus S. Anatolium accuſationes expenduntur.

Proponitur accuſatio quinta, F *Accuſatio adverſus* Anatolium, *quinto loco à nobis diſcutienda, in eo verſatur, quod dignitate archidiaconatûs moverit Ætium vel Aëtium (utroque enim modo ſcribitur in epiſtolis S. Leonis) probe orthodoxum, Leoni Pontifici in primis charum, & quem idem Leo ep.* 84 *al.* 57 *vocat* virum Catholicæ fidei & Neſtorianis atque eutychianis hæreticis conſtanter adverſum; *ſubſtituto in ejus locum quodam Andrea, quem idem Leo epiſtola* 86 *al.* 56 *vocat* nequiſſimum hæreticum; *ep.* 84 *al.* 57 Eutychianiſtam; *ep.* 85 *al.* 58, *quæ eſt* Anatolii, *dicitur* ab eccleſia ſeparatus, *(pro quo Tillemontius tom. cit. pag.* 928 *legendum cenſet veroſimiliter* ab eccleſiaſticis ſeparatus) *cum S. Flaviani adverſariis, donec pontifex ſuum declaret quoad illos placitum. Epiſt.* 86 *al.* 56 *ſcribitur* ob hæreticorum ſocietatem fuiſſe abjectus. *Et verò tametſi Andreas, prout aſſerit Tillemontius tom.* 15 *pag.* 759, *citans epiſtolas Leonis, veniam petierit ſuæ cum Eutychianis communicationis, S. Leonis epiſtolæ ſubſcripſerit, ac Catholicum ſe comprobarit; nihilo tamen minus, non immerito idem ſanctus Pontifex conqueritur de ejus promotione epiſt.* 85 *al.* 58, *ut qui talis exiſteret,* qui etiamſi magna ſatisfactione potuiſſet indulgentiam promereri, nequaquam debuit his, qui in fide manſerant, præferri. *Enimvero tam ipſum, quam ejus aſſeclas ſubſcripſiſſe epiſtolæ Leonis, & fuiſſe viſos*

AUCTORE I. P.

viſos ſatisfeciſſe præteritis, *non obſcure datur intelligi ex epiſtola* Anatolii, *ad Leonem ſcripta, quæ in nova editione operum S. Leonis ſubjungitur epiſtolæ ejus* 105. *Itaque non potuit hujuſmodi perſonæ promotio, & alterius, de qua ſupra, amotio, non eſſe S. Leoni peracerba, &* Anatolio *præſuli admodum odioſa, & ſane graviſſimas querelas, ex intimis animi ſenſibus depromptas, juſtique mœroris teſtes, epiſtolis ſuis inſperſas idem ſanctus Chriſti Vicarius reliquit, quas hic producere nihil cogit.*

ac dilnitur,

38 *Promotionem hanc, Leoni luctuoſam, &* Anatolio *probroſam, lenire poſſunt ſequentia. Primo, cauſa, quâ adductus fuit* Anatolius *ad movendum officio Aetium, potuit eſſe voluntas illum deprimendi; cum de aliquibus punctis eſſet accuſatus, ut narrat Tillemontius tom. cit. pag.* 756; *ſed poſtea, re maturè examinata, ab omni culpa inventus ac declaratus immunis. Secundo, promotionis hujus culpam extenuat fidei profeſſio Andreæ, quâ viſi ſunt, ut jam dicebam, tam ipſe, quam aſſeclæ ejus* ſatisfeciſſe præteritis, *exhibita pœnitentis animi declaratione,* excuſationibus

B

plurimis & ſuſcriptionibus propriis, *ſicut* Anatolius *in memorata ſua epiſtola ſignificavit Leoni,* quas epiſtolæ ejus ſubdiderant. *At ſive non ſufficienter ſe purgavit dictus Andreas, ſive ſe non ſatis ab Eutychianorum communione ſecreverit, de quo nihil juvat prodere per conjecturas; ſive, quod videtur probabiliter colligi ex citatione epiſtolæ ſuperioris, tametſi ſuam orthodoxiam jam probaſſet per publica indicia, ne tamen ultra Leoni daretur anſa conquerendi de favore collato in eum, qui ex hæreſi emerſerat, præ alio, qui conſtanti ſemper tenore fidem orthodoxam fuerat profeſſus, voluit* Anatolius *morem gerere voluntati Leonis, ejuſque ſeſe arbitrio attemperare. Quamobrem anno ſequenti Andream depoſuit ab archidiaconatu, omnique tam ipſum quam alios, Eutychianis erroribus imbutos, ac S. Flaviano contrarios, publicæ adminiſtrationis exercitio privavit, ſicuti habemus ex ſupra citata epiſtola,* eò uſque, quamdiu quod vobis (*Leonem alloquitur*) placitum ſuper iſtis fuerit ordinatum.

re juxta placitum S. Leonis compoſita,

C

39 *Præterea Aëtium, peregrè degentem,* Anatolius *ad ſe revocavit, negotiis eccleſiaſticis expediendis rurſum adhibuit, à quarum adminiſtratione fuerat excluſus per privationem archidiaconatûs, ab epiſtolis eum ſibi fecit; prolixam denique erga eum exhibuit propenſæ voluntatis teſtificationem. In cujus rei confirmationem conſule ep. Leonis* 106. *al.* 71. *Atque hoc pacto totum illud negotium eſt tranſactum, redintegrata utrimque Leonem inter &* Anatolium *pace, concordiâ, commercio litterarum. Quin etiam S. Leo indulſit, ut Andreas, de quo eſt ſermo, ſacerdotio initiaretur. Addo verba S. Leonis ex epiſtola proxime citata, quibus* Anatolium *alloquens, animum teſtatus paternum, ſupradicta omnia, in favorem* Anatolii *producta confirmat:*

ut conſtat ex Leonis epiſtola.

40 Quod, *inquit,* in CPolitana eccleſia, quædam in officiis clericorum correcta ſignificas, ut & Aëtium presbyterum in gratiam tuam affectionemque revocaveris, & Andream ab archidiaconi actione ſubmoveris, nobis placuiſſe reſcribo: quia exiſtimationem tuam, ut optabam, plurimum erigit atque commendat. Et merito poſt correctionem in oblivionem perducitur, quod reprehenſioni obnoxium videbatur, cùm hæreticorum provectione, & diſcipulorum ſanctæ memoriæ Flaviani injuriâ gravareris, quæ nunc ſimul ab omni offenſione, cum tui, ut volui, laude ceſſarunt; quia in ordinem ſuum, quæ fuerant turbata, redierunt. Andream ſane, qui rationabiliter archidiaconi eſt privatus officio, & Eufratam, qui ſanctæ memoriæ Flaviani, ut comperi, improbus extitit accuſator, ſi profeſſionibus pleniſſimè ſcriptis, non minus Eutychianum, quam Neſtorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia eſt præſtanda correctis, PRESBYTEROS CONSECRABIS. *Ita laudatur Præſul noſter à laudatiſſimo Papa, palam teſtante, abunde ſibi in difficultatibus, ex Aëtii depoſitione, & Andreæ promotione ſubortis, factum eſſe ſatis per* Anatolium, *cujus Pontificis teſtificatio omnium inſtar aliarum eſſe nobis debet, ad plenam in præſenti argumento* Anatolii *purgationem, quâ præſens accuſatio, ſi non omnino dilui, ſaltem ut minus non mediocriter mitigari poſſit.*

D

Accuſatio 6. de nimia cum hæreticis conniventia

41 *Tandem ad poſtremam accuſationum partem pervenimus, in qua, ut principio dicebam,* Antiſtes *noſter arguitur nimiæ erga hæreticos lenitatis & conniventiæ. Enimvero inficiari nemo poſſit, quin S. Leo, ſacroſanctæ fidei conſervandæ, propagandæ ac dilatandæ ſtudioſiſſimus, non raro increpet ejus negligentiam, moras caſtiget, lentitudinem excitet, requirens impenſius in eo ſtudium, majoremque conatum ad rem Catholicæ fidei promovendam. Et ſanè, ſi Tillemontio credimus tom.* 15 *pag.* 815, *videtur potius ſuavitati quam fortitudini dediſſe locum, & magis ſerviiſſe tempori ac ſcenæ, quam vigori & conſtantiæ paſtorali. Verum meminiſſe oportet, quam turbulenta fuerit illorum temporum ratio, quam periculoſus religionis Catholicæ ſtatus.*

E

expenditur.

42 *Variis hæreticorum fraudibus ac machinis omnia longè latéque quaquaverſum fervebant. Creſcebat in dies ac invaleſcebat illorum multitudo, auctoritas, potentia. Adde præteritorum malorum recordationem, præſentium horrorem, futurorum metum, impotentiam, bonam fidem, ſuſpicionem majoris mali excitandi, ſpem eliciendi majoris boni, & cetera id genus, quæ in hiſce & ſimilibus rerum, perſonarum ac temporum adjunctis agere ſolent ſuas partes, redduntque non raro lenitatem ac conniventiam ſuperiorum, minus ream & culpabilem. Non ita tamen manus inermes habuit* Anatolius, *quin Calepodium, & alium ſacerdotem, nomine Gerontium, Eutychianæ hæreſis veneno infectos, fideique decretis refractarios, exauctoraverit, tamquam hæreticos; de quibus Tillemontius tom.* 15 *pag.* 637. *Quomodo iſta cohærent cum tanta, quæ objicitur, erga hæreticos facilitate & conniventia? Sed hæc quidem hactenus, quæ ad ſex capita accuſationum à me propoſita, reſpondenda duxi. Neque tamen hæc eò dicta ſunto, quod ab omni prorſus labe* Anatolium *exemptum ac defenſum velim (qua de re malo judicium ſuſpendere, ac ejus deciſionem Deo relinquere, quam temere aliquid definire) ſed ut lectori appareat, quid pro, quid contra diſputari in utramque partem poſſit.*

F

Judicium Card. Baronii de Anatolio,

43 *Novi quod Baronius, poſtquam ad annum* 458 *obitum ejus recenſuiſſet, tandem ſic concludat:* Qualis [Anatolius] fuerit, Dei judicio relinquitur judicandus. Illud conſtat, non per portam ingreſſum, ſed aliunde in ovile ovium aſcendiſſe, cum ab interfectore ſanctiſſimi Flaviani Dioſcoro fuerit epiſcopus ſucceſſor indigniſſimus ordinatus. Scimus pariter eumdem ſæpe ſæpius diverſis ex cauſis redargutum fuiſſe à S. Leone, Romano Pontifice, maculatumque potiſſimùm tolerantiâ hæreticorum, quos

A quos adſcitos inter clericos, opus fuit juſſione ejuſdem S. Leonis expelli ; ut non ſit mirum ſi tanto fulti præſidio iidem hæretici invaluerint in oriente. Ceterùm ipſum videri voluiſſe Catholicum, ex ſcriptis ipſius ſatis liquido conſtat. Verum, ut qui magnam cum Dioſcoro olim iniiſſet familiaritatem, cui & ſedem illam acceptam ferebat, haud adverſus hæreticos, ut par erat, ardore Catholicæ fidei inſurrexit.

& noſtrum ex principiis Baronii,

44 *At quid nî, ſalvâ Baronii pace, huc applicari poſſit id, quod ipſe alia occaſione ſapienter pronuntiavit, ad annum Chriſti* 400, *loquens de iis, quæ ſcripta ſunt in cauſa Catholicorum & Origeniſtarum, à quibus ultimis ſtabat Joannes Chryſoſtomus, ſanctitate vitæ atque eruditionis laude ſpectatiſſimus?* Cum ſæpe contingat, *ait*, ſapientiſſimos quoſque falli, eoſdem tamen à ſapientia & inſita probitate non excidere ; cum nimirum ad ea, quæ agunt, recto ſinceroque mentis ferantur intuitu . . . Cum igitur de ſanctiſſimorum virorum Epiphanii, Hieronymi (ut de Theophilo dicere prætermittamus) B atque Joannis Chryſoſtomi optima mente dubitare, religio ſit ; Quæcumque ab eis acta ſunt, in meliorem partem accipias neceſſe eſt.

AUCTORE J. P.

45 *Non ignoro equidem inter Sanctos jam nominatos, & inter Sanctum, cujus hic patrocinium ſuſcipimus, diſparem eſſe cauſæ ac meritorum rationem : quid tamen vetat, quo minus cum aliqua proportione fas mihi ſit ea, de quibus ſanctum Præſulem noſtrum accuſari vidimus, quanta poſſumus maxima benignitate interpretemur? Quæ benignior interpretatio ſulcitur ex Hiſtoria vitæ, è qua in Sancti noſtri commendationem nonnulla delibo ; qualia ſunt ; quod infeſtus fuerit Eutycheti ; quod apud Imperatorem Marcianum inſtiterit atque auctor fuerit de convocatione Concilii Chalcedonenſis ; quod ibidem hæreticum Eutychetis & Dioſcori dogma repreſſerit, ac verum propagarit ; quod plura miracula patraverit, quorum auctor Vitæ prædictæ tantùm ſpecimen exhibet ; quod ſpiritu prophetico fuerit præditus, dum vaticinatus eſt, ſe ſanatum iri à Daniele Stylita ; quod denique ſacræ ipſius reliquiæ venerationi publicæ fuerint expoſitæ, quaſi perenni beneficiorum ac curationum fonte jugiter ſcaturientes ac manantes. Quæ ſuis quæque locis narrata inveniet lector in Vita, quæ jam ſequitur.* E

concluditur in favorem Anatolii.

VITA
AUCTORE ANONYMO
Ex Ms. bibliothecæ Regis Franciæ, ſignato num. 1387.
CAPUT I.
S. Anatolii natales, acta in Synodo Epheſina, patriarchatus CPolitanus, acta contra Eutychianos in concilio Chalcedonenſi.

C Ἀνατολίῳ τῷ ἡλίῳ δίκην λάμψασαν πολιτείαν καὶ σοὶ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας διεξένυσαν βελόμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον ἔγχυμα ἡ θεόλεπτον νῦν συνεφάψασθαί μοι τῆς σκοπῆς, ὡς ὀλίγα τῶν προσόντων αὐτῷ καλῶν παραδῆναι γραφῇ, ἐπεὶ μὴ πάντα διαλαβεῖν δυνατὸν μὴ ᾧ τῷ λαν δυνατῷ καὶ φωνῇ καὶ διάνοιαν. Θάττον γὰρ ἄν τις ψάμμον θαλασσῶν, καὶ ἀστέρων χῶρον, ἢ τὰ τότε θαυμάτων καὶ ἀγώνων τὸ πλῆθος ἐξαριθμήσαιτο. Οὕτω τοίνυν ὁ λαμπρὸς ὄντως καὶ παρὰ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου, παῖδα μὲν ἔσχε τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πόλιν οὐ μόνον τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς βριθῆσαν, ἀλλὰ πάσης ἀρετῆς καὶ παιδείας ὑπάρχουσαν ἐργαστήριον· Γεννήτορας δὲ τῷ γένει καὶ τρόποις ἐπισήμους τε καὶ λαμπροὺς, οἱ καὶ εὐσεβείᾳ κεκόσμηντο καὶ κατ' εἰκόνα, ὡς οἷόν τε, διέσωζον ἀπαράτρωτον. Οὗτοι δὲ ἄνδρας προγενεγκόντες εἰς φύσιν τῷ δὲ Ἀλεξάνδρᾳ τὸν θρόνον ἰθύνοντι, ἐκ πρώτης ἡλικίας, φέροντες ἐγχειρίζουσι.

2 Κύριλλος δὲ ἦν ἑκάτερος, ὁ καὶ τὸ σοφίας πολλῆς, καὶ τὸ ἀρετῶν ἀπαραμίλλου· παρ' ὃ καὶ βίον καὶ λόγον καλῶς ἐκπαιδεύεται, ἐν ἀπαλῇ καὶ νεαζούσῃ τῇ ἡλικίᾳ πρεσβυτικὴν ἐνδεικνύμενος σύνεσιν. Οὐ γὰρ παιδιαῖς ἢ τοῖς ἄλλοις προσέκειτο, ἃ νεότης φιλεῖ, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις, οἷς καὶ βίος κοσμεῖται, καὶ λόγος ἐγγίνεται, καὶ ἦθος ῥυθμίζεται. Διὸ καὶ τὸ ἐγκυκλίου παιδεύσεως τὰ κάλλιστα ἐκλεξάμενος ἐκμανθάνειν ἐπείγετο, ἀφ'

DE vita, ab Anatolio *a* inſtituta, quæ fulſit inſtar ſolis, & exhauſtis pro pietate præliis, habiturus ſermonem, precor illum ipſum, ut mens mea Deo afflata ſcopum ſuum contingat, & paucas è virtutibus, quibus excelluit, litteris conſignem ; nam omnia complecti, nemo eſt qui poſſit, tametſi voce & ingenio multum polleat. Prius enim arenas maris, & aſtrorum ſeriem numeraverit aliquis, quam miraculorum ejus ac certaminum multitudinem. Ille itaque verè ſplendidus, ac patris, ſolis juſtitiæ, filius, patriam habuit Alexandriam, urbem non externis dumtaxat affluentem bonis, ſed etiam omnis virtutis atque eruditionis officinam, parentes autem genere ac moribus inſignes atque illuſtres, & pietate præſtantes, quam ad aliorum, quantum poterant, exemplum ſervabant illæſam. Hi Virum à ſe genitum ſolii Alexandrini Præſuli obtulerunt à teneris, atque commiſerunt.

a *S. Anatolii patria, & educatio,* F

2 Erat is Cyrillus *b*, ſcientia ac virtutum copia nulli ſecundus ; à quo Anatolius accuratè inſtruitur de modo ac ratione inſtituendæ vitæ, præ ſe ferens in tenera & juvenili ætate ſenilem prudentiam. Neque enim ludis, aliiſve, quibus tenêri ſolet juventus, oblectabatur ; verum hiſce dumtaxat rebus, quibus & ornatur vita, & perficitur ratio, & mores conformantur. Ideo ſelecta quælibet ex artibus liberalibus maturabat ediſcere, qua re & magiſtros

prudentia, diſcendi ſtudium. *b*

ex ms. gistros & æquales in amorem & admirationem rapiebat; illis quidem certans, hos verò etiam superans in omni genere disciplinarum. Et verò malè moratorum consuetudinem fugiebat, ut quæ corrumpat bonos mores, juxta id quod scriptum est c. Bonorum autem societatem cupidè quærebat. Porro divinis quoque eloquiis operam dabat, si quis alius. Hinc in libris sacris, tam antiquis quam novis, compendiosè meditatéque versatus, haud multo tempore, ut par est, multum sapientiæ collegit.

c

Præclarè se gessit in synodo Ephesina

3 Hujusmodi moribus educatus, mentemque optimis imbutus rebus, à divino Cyrillo cooptatur in divinum clerum, populo prælecturus *d* libros sacros, & auribus eorum assuefacturus. Non diu post sacro diaconorum ordine ab eodem initiatur. Oportebat enim, ut ille, qui paulo post solio pontificali erat admovendus, intra sacrarium *e* degeret. Legationum privatarum pariter ac publicarum ad Imperatores ab Archipræsule ei provincia traditur. Hinc Imperatoribus innotuit, & apud omnes claruit, non solum propter excellentiam virtutis, sed etiam ob summum acumen ingenii, nulli erroris periculo obnoxii. Etenim per id tempus synodus Ephesi *f* coacta est, in qua Deo invisus Nestorius, non tantum solii rapti in regia urbe *g*, quod tyrannicè invaserat, sed etiam alterius impietatis pœnas dedit; quando Dominum nostrum Jesum Christum in duas divisit hypostases ac personas, & intactam ejus Matrem, quæ Deipara verè est, ac vocatur, infelix noluit Deiparam nuncupare.

d

e

f

g

B

4 Ibidem, quando Cyrillus, vir divinus, obnixè illum impugnasset & expugnasset, cœtuque omni suffragante, exuisset pontificatu; tum sanè, tum Anatolius ille, admiratione dignissimus, non segniter certavit; qui quamvis nondum esset episcoporum ordini adlectus, intenta tamen sedulitate, & libertate sermonis, præstantius rem gessit, quam episcopi. Nam ingeniosus erat, & divinis eloquiis eruditus, divinoque spiritu loquebatur. Sic itaque persolutâ ab impio Nestorio impietatis pœnâ, & Flaviano *h*, conspicuo veritatis præcone, in regia urbe cathedræ gubernacula capessente, pristinum denuo ornamentum resumpsit ecclesia, & quasi vestita nymphali stola, pro corona improbitatis, redimita fuit coronâ gloriæ. At verò non sustinuit videre illam rectè habentem semper bonorum invidus diabolus; sed iterum machinationes suas adhibuit, commovens contra illam infelicissimum Eutychen *i*, qui spargebat dogma, à priore diversissimum, at impietate prorsus consentaneum. Sicut enim ille dividebat Christi Dei nostri hypostasin, quæ unica est, sic duas hic confundebat & componebat naturas.

contra Nestorium.

h

i

C

5 Hanc igitur Flavianus perniciem conspicatus, regio edicto synodum *k* adversus Eutychen convocavit, eumque simul à Deiferis patribus depositione mulctatum, ecclesiâ exegit, & tamquam putridum quoddam membrum ab ea abscidit. Qui tali notatus infamia, & anathemate percussus, debuisset post hæc latêre, & remotam sibi terram diligere; verum magis insolescebat; convenitque quemdam, nomine Chrysaphium *l*, qui valebat plurimùm apud Imperatorem, & qui sibi erat amicus, & ejusdem dogmatis particeps; cui exauctorationis seriem perperam exposuit, ac oblique detorsit; non secus ac si manifestâ injuriâ affectus esset, non ex vero recensens factum. Ad hæc, ivit ad Imperatorem *m* (Theodosius junior ille erat) obnixè contendens, Flavianum contra jus & fas depositionis suæ sententiam pronuntiasse.

Concilium Cpolitanum, contra Eutychetem.

k

l

m

ὃ καὶ διδασκάλοις καὶ ἡλιξιν ἐσπέρχετό τε καὶ ἐθαυμάζετο, τοῖς μὲν ἁμιλλώμενος, τοῖς δὲ καὶ ὑπερβαλλόμενος καθ' πᾶν εἶδος παιδείας. Ἔφυγε δὲ καὶ τὴν ὁμιλίαν τῶν κακηθῶν, ὡς φθείρουσαν ἤθη χρηστά, καὶ τὸ γεγραμμένον· τὰ ἀγαθῶν δὲ καὶ τὴν συναυλίαν σφόδρα ἠσπάζετο. Προσέκειτο δὲ καὶ τοῖς θείοις λογίοις, εἴτις ἕτερος· ὅθεν καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους, τὰς παλαιὰς, φημὶ, καὶ νέας συνόλους ἐμελέτησας, ἐν ὀλίγοις τοῖς χρόνοις πολὺν σοφίαν, ὡς εἰκὸς, συνελέξατο.

D

3 Ὑπὸ δὴ τοιούτοις ἤθεσι τραφεὶς, καὶ τὸν νοῦν τοῖς βελτίστοις διεθεὶς, τῷ θείῳ κλήρῳ σὺν τοῖς θείοις Κυρίλλοις ἐγκαταλέγεται, ὡς ἂν τὰς θείας βίβλους τῷ λαῷ ὑπαναγινώσκοι, καὶ συνεπίζοι τὰς ἀκοάς. Οὐ πολὺς ὁ χρόνος, καὶ τοῦ τῶν διακόνων ἀξίστται σὺν αὐτῷ τάξεως. Ἔδει γὰρ μικρὸν ὕστερον τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον πισθύεσθαι μέλοντα, ἐνδὸς εἶναι τοῦ βήματος. Ἐγχειρίζεται γὰρ σὺν τοῖς Ἀρχιερέως καὶ τὰς εἰς βασιλέας πρεσβείας κοινάς τε καὶ ἰδίας, ὅθεν καὶ βασιλεῦσι γίνεται γνώριμος, καὶ διαβώντος ἅπασιν· ὃ δὴ τὸ ὑπερβάλλον μόνον τοῦ ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τοῦ διανοίας ὀξύτατον ἅμα καὶ ἀσφαλέστατον. Ἐπεὶ δὴ κατ' ἐκείνους καιροὺς σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ συνεκροτήθη, ἐν ᾗ Νεστόριος ὁ θεομισὴς, ὃς τοῦ ἁρπαγῆς μόνον τοῦ καὶ τὸν βασιλίδα θρόνον, ὃν τυραννικῶς εἰσεπήδησεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἄλλης ἀσεβείας ἀπαιτεῖτο δίκας· ἅτε τοῦ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ὑποστάσεις δύο καὶ πρόσωπα διαιρῶν, καὶ τὴν ἄχραντον αὐτοῦ Μητέρα, ἣ Θεοτόκος ἐστὶν ὄντως καὶ ὀνομάζεται, Θεοτόκον ὁ θεολαῶς καλεῖν μὴ βουλόμενος.

E

4 Ἐνθεν καὶ Κυρίλλος τῇ θείᾳ πλεῖσα κατ' αὐτὸν διαγωνισαμένῳ, καὶ τόπον καθελόντος ἅμα παντὶ τῷ τοῦ συνόδου πληρώματι, καὶ τοῦ ἱερωσύνης ἀποτιμωμένου, τότε δὴ, τότε οὐκ ἔλαττον καὶ ὁ ἀξιαγαστος ἦτος διήθλησεν Ἀνατόλιος, ἅπω μὴ τεταγμένος ἐν ἐπισκόποις, πλέον δὴ τοῦ ἐπισκόπων ἀσκήσας καὶ παῤῥησιασάμενος, ἀγχίνους τε ὢν, καὶ τὰ θεῖα σοφὸς, καὶ θείῳ ἐφθέγγετο πνεύματι. Οὕτω γὰρ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου δίκας τοῦ ἀσεβημάτων ἐσπραχθέντος, καὶ Φλαβιανοῦ, τοῦ λαμπροῦ τοῦ ἀληθείας κήρυκος, δεξαμένου τὸ θρόνον τοῦ Βασιλίδος τοῦ πόλεως, αὖθίς τε τὸ οἰκεῖον κόσμον τοῦ ἐκκλησίας ἀπολαβούσης, καὶ νυμφικῶς ὥσπερ ἐξολισθούσης, καὶ τὸ πλακέντα τοῦ δόξης στέφανον ἀντὶ τοῦ στεφάνου τοῦ ὕβρεως ἐστεφανωμένης. Οὐκ ἤνεγκε ταύτην ὁρᾶν δὴ ἔχουσαν ὁ τοῖς καλοῖς ἀεὶ βασκαίνων ὁ διάβολος· ἀλλ' αὖθις τοῖς οἰκείοις ἐκέχρητο μηχανήμασι, τὸ ἀτυχέστατον Εὐτυχῆ κατ' αὐτὴν ἐπεγείρας, ἐναντιώτατον μὲν τῷ σεβαλαβόντι, ὁμοπαθέστατον δὲ τῷ ἀσέβειαν δογματίζοντα. Ἐκεῖνος γὰρ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν τὴν μίαν διαῤῥῆντος ὑπόστασιν, ἦτος τὰς δύο φύσεις συνέχεε καὶ ἀνεκίνει τὴν σύνθεσιν.

F

5 Ταύτην ἓν τῇ λιμὴν ὁ κλεινὸς ὁρῶν Φλαβιανὸς, σύνοδον κατὰ Εὐτυχοῦς βασιλικῷ σεβάσματι συγκροτεῖ, καὶ τόπον σὺν ἅμα θεωφόροις πατράσι καθαιρέσει σφαλοῦν, τοῦ ἐκκλησίας ἀπήλασε, καὶ ὡς σεσηπός τι μέλος αὐτῆς ἐξέτεμνε. Ὃς τοιαύτῃ αἰσχύνῃ σφαλεὶς, καὶ τῷ ἀναθέματι καθυποβληθεὶς, δέον ἦν τούτοις ἐγκαλύπτεσθαι καὶ διασῆναι αὐτῷ τῇ γῇ δύνεσθαι. Ὁ δὲ μᾶλλον καὶ ἐστεμμένετο, καί τινι τοῦ μεγάλα σὺν βασιλεῖ δυναμένων, Χρυσαφίῳ τοὔνομα (φίλος δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τῷ δόγματι κοινωνὸς) σταλθὼν, ἅτε ἠδικημένος διασαφεῖ τὸ τοῦ καθαιρέσεως, παρεξηγούμενός τε καὶ πλημμελῶν, ὃ μὲν τὸ πραχθὲν σφὸς ἀλήθειαν διηγούμενος· σφὸς βασιλέα τε εἰσιὼν καὶ διατρύφομενος (Θεοδόσιος ὁ Νέος ἦτος ἦν) ἀδίκως Φλαβιανὸν καταψηφίσασθαι αὐτοῦ τῇ καθαιρέσιν.

6 Τὰ

A 6 Τὰ ἴσα δὲ καὶ περὶ τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ ὃ διέλιπε Διόσκορον ἐνοχλῶν, ὃς τὸν ἀλεξανδρείας τὸν θρόνον ὃν καλῶς ἐγκεχείρισο μὴ πω τῶ θεοσεβεστάτῳ Κυρίλλῳ περὶ Θεοῦ ἐκδημήσαντι, μετάπεμπτον γενέσθαι Φλαβιανὸν, αὐτόντε Διόσκορον κελεύειν καθεδεῖσθαι τὸν ἤδη κεκριμένων καλῶς. Ὃς καὶ βασιλικῇ κελεύσει ἐν Ἐφέσῳ γενόμενος, καὶ σύνοδον ληστρικὴν μᾶλλον ἢ ἐπισκοπικὴν συγκροτήσας, τὸν ἱερὸν μὲν Φλαβιανὸν ἀνιέρως κατέκρινεν, ἐδικαίου δὲ Εὐτυχῆ, τὰ ὁμοίως αὖπαλ βλεπόμενον καὶ ἀνίερον.

7 Φλαβιανοῦ δὲ τῷ κρίσιν παραιτουμένου, καὶ μὴ κατὰ νόμον περαίνεσθαι λέγοντος, τῷ μήτε συνόδου ἐκ Ῥώμης συνεληλύθοντας ἅμα συμφρονεῖν τε, καὶ συμψηφίζεσθαι· μηδ' ἑτέρους τῶν κρινόντων ὀρθῶς, λαὸν δὲ τὸ πέρνον ὄχλον ἀνωδύνως ἐκείνῳ Διοσκόρῳ ἐναλλόμενον, ἕως τὸ δίκαιον διέθεικεν, ὡς μὴ πρὸς ἡμέρας ἐκδημῆσαι πρὸς Κύριον. Τὸν Εὐτυχῆ δὲ γράμμασιν ὡσανεὶ συνοδικοῖς ὀχυρώσας, καὶ πρὸς βασιλέα ἐκπέμψας, δίκης καὶ αὐτὸς καταλαμβάνει τὴν Μεγαλόπολιν· εἶτα τὸ εἰ Φλαβιανὸν αὖπαλ τολμηθὲν ὁ ἀνόσιος λόγος ὁμοῦ, καὶ δείσας μήπως ὁ τὸν ἐπὶ θρόνου διαδεξάμενος, ἐκζητήσῃ τὸ αὖπαλ χαλεπόντε καὶ βιαῖον θάνατον, κἀντεῦθεν κινδυνεύσῃ, βουλὴ βουλεύεται σὺν ἅμα Χρυσαφίῳ καὶ Εὐτυχεῖ τοῖς ὁμόφροσι, συμφέρουσαν ἑκατέροις, ὡς ᾤετο.

8 Ἤλπιζε γὰρ ὡς, εἰ Ἀνατόλιος, ὃς τὸν βίον ὁ νῦν ἀναγέλλει λόγος, τὴν Κωνσταντίνου λάβοι οἴακας, καὶ τὴν Εὐτυχῆ τῇ ἐκκλησίᾳ παραδέξεται, καὶ τὰ εἰς Φλαβιανὸν πραχθέντα παρόψεται, ἅτε τῇ αὐτῶν συνεργείᾳ τὴν προεδρίας ἀξιωθείς. Ἀλλ' ὁ δρασόμενος σὺν σοφὸς ἐν πανουργίᾳ αὐτῶν, τὸ μὲν οἰκεῖον θεράποντα μεγαλύνων εἰς τὸ ὑψηλὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον ἔθετο, οὐ τῇ ἐκείνων συνεργείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ προμηθείᾳ· σὺν ᾗ βεβήλους ἐκείνους καὶ ἐναγεῖς δῆτα τοῦ θείου τότε μᾶλλον ἀνδρὸς καὶ σφόδρα συντόμως καὶ καλῶς ἐσημήνατο, καὶ ὅπως ὁ λόγος δηλώσει, ἐκ ἔφθη τὸν θρόνον ἐπιβῆναι ὁ Ἅγιος, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως, δῆθεν δὲ ἐλπίσας ὄντος ἀνθρώπου, καὶ τὰς τῆς ἐναντίας μοίρας διωχλεῖτο, τὴν Εὐτυχῆ προσδέξασθαι. Ὁ δὲ σοφὸς τότε ἀποκρουόμενος, ἀντεῖχεν δὴ πολὺ καὶ τὸν βασιλέα σφοδρῶς ἐπικείμενον.

9 Καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν ταραχῇ καὶ σάσει ἔσεσθαι ὑφορώμενος, εἰ τοῦτον ὅλως μὴ δέξοιτο, τί ποιεῖ; Ὡς λίαν σοφὸν, καὶ δύσυνεσιν, ὑπισχνεῖτο μὲν τοῦτον δέξασθαι, δίκῃ δὲ κατ' αὖπαλ κυθωλίζεται. Ἅμα γὰρ τῷ τὸν εἰσόδου τυχεῖν ὁ ἀτυχέστατος Εὐτυχὴς ἐκεῖνος (ὦ τοῦ θαύματος) λαύρᾳ πυρετῷ συνεχθεὶς, μᾶλλον δὲ τῷ πυρὶ τὸν δίκης, τὴν ἀθλίαν αὐτοῦ ψυχὴν ἀπέῤῥηξε· καὶ ἐκεῖθεν κολάσεις παραπεμφθείς. Τοῦτο τὸν ὑπερσολικῆς δίκης Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ εἰς φιλοτιμίαν δ' δύτερον, ἢ τὸν μανίας ἐπώνυμον κατέλυσεν Ἄρειον ἐν τόποις ἀξίοις τὸν ὑβρεικῆς καὶ βλασφήμου γλώττης.

10 Οὐ πολὺ τὸ μέσον, καὶ Μαρκιανὸς ὁ πολὺς τῷ δ' σέβειαν τῷ βασιλείαν θεοῦ πρόνοιαν μὴ τῷ τοῦ Θεοδοσίου τελευτῷ, καὶ πάλιν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐταράττετο, ἅ τε πίνων τὰ Εὐτυχοῦς φρονούντων. Ἅπερ ὁ Μέγας ἕτερος ὁρῶν, φροντίσιν ἐβάλλετο καὶ ἀθυμίαις ἐκόπτετο, καὶ τῷ βασιλεῖ προσελθὼν, ἐδεῖτο τῷ κλήδονα καταστρέσαι τῆς ἐκκλησίας, πρὶν ὅλως ὑπερέχειν. Ἔστιν δὲ τοῦτο, φησὶν, εἰ καλῶς, εἰ μὴ σύνοδος συγκροτηθείη, τὸ μὲν γνήσιον τῆς ἀληθείας δόγμα κρατύνουσα, τὸ δὲ νόθον ἄρτι δευτέρως φυόμενον ἐκρίζουσα καὶ ἀφανίζουσα. Ἀλλὰ μηδὲ τὸ εἰς Φλαβιανὸν ἐναγέστατον φόνον ἀφεῖναι λαθεῖν. Πείθεται τοῖς λόγοις ὁ βασιλεύς. Αἱ γὰρ τοῦ Ἀρχιερέως φωναὶ, θεοῦ φωναὶ

6 Similia faciebat apud eos, qui de ecclesia erant. Nec verò Dioscorum, cui, divino Cyrillo ad Superos translato, sedes Alexandrina perperam erat commissa, perturbare omisit, ut Flavianus à sententia desisteret; opus esse [asserens] ipsomet Dioscoro judice eorum, quæ jam rectè decisa erant. Qui Dioscorus, ubi jussu Imperatoris Ephesum venisset, & latrocinium *n* potiùs, quam synodum episcoporum convocasset, sanctum quidem Flavianum sacrilegè condemnavit, Eutychen verò ejusdem secum luis ac profanationis socium absolvit. EX MS. *Ejus subdola aries* *n*

7 Dum autem sententiæ reclamaret Flavianus, diceretque non esse latam legitime, eò quod necdum consensissent, & simul suffragati essent, qui Româ venerant *o*, nec alii, qui incorruptè judicabant; asini instar Dioscorus iste calce insiliens in pectus *p*, eò Virum justum redegit, ut tribus pòst diebus migrarit ad Dominum. Eutyche autem, quasi litteris synodicis munito, atque ad Imperatorem misso, mox ipse etiam Megalopolim *q* venit. Deinde animo reputans facinus, quod ausus fuerat contra Flavianum, veritusque ne ille, qui sedis regimen caperet, in crudelem ac violentam mortem ejus inquireret, indeque ipse periclitaretur, consilium init unà cum Chrysaphio & Eutychete, inter se congruentibus, utrique, ut putabat, conducibile. *in pseudosynodo ibidem.* *o* *p* *q* E

8 Sperabat enim fore, ut, si Anatolius, cujus vitam præsens exponit oratio, Constantinopoleos administrationem suscepisset, denuo admisisset Eutychen in ecclesiam, & dissimulasset ea, quæ patrata fuerant contra Flavianum, in gratiam illorum, quorum favore ad episcopalem dignitatem esset evectus. Sed is, qui comprehendit sapientes in astutia eorum, Servum suum magnificans, in excelso solio episcopatûs locavit, non eorum cooperatione, sed sua propria providentia; quin etiam sacrilegos istos & nefarios per Virum hunc divinum & brevi tempore & bene manifestavit. Sed enim, ut patebit ex sequentibus, non festinavit Vir sanctus solium conscendere; & tam ab Imperatore, viro facilè mutabili, quam ab adversariis molestiam patiebatur, ut admitteret Eutychen. Quos cum Vir sapiens repelleret, diu habuit ipsum Imperatorem graviter obnitentem. *Dioscori & asseclarum frandes* *in promovendo Anatolio,*

9 Jam verò ecclesiam tumultu ac seditione perturbandam prospiciens, si illum prorsus non susciperet; quid agit? Eum quidem pollicetur sese admissurum (quæ res utilis admodum ac consulta videbatur) sed precibus contra illum armatur. Itaque simul atque infelicissimus iste Eutyches introivit (ô rem mirabilem!) vehementi febre, vel potius orationis igne correptus, miseram suam animam efflavit, ad æterna detrusus supplicia. Quod factum non debet cedere Apostolicis Alexandri *r* precibus, quæ Arium, congruo dementiæ nomine *s* appellatum, è medio sustulerunt in locis, injuriosâ ac blasphemâ linguâ dignis. *subita Eutychis morte punita.* F *r* *s*

10 Non multo interjecto tempore Marcianus, pietate conspicuus, divinitus præficitur imperio post mortem Theodosii *t*; & iterum res ecclesiæ sunt turbatæ, aliquibus sapientibus ea, quæ Eutychetis erant. Quæ magnus vir ille Anatolius ubi vidit, confectus curis, & animi dolore agitatus, adivit Imperatorem, rogans, ut salus Ecclesiæ in tuto poneretur, priusquam funditus periret. Neque hoc, ait, commodè fiet, nisi convocetur synodus, quæ genuinum quidem dogma veritatis stabiliat, spurium verò, jam secunda vice exortum, eradicet atque aboleat. Nec verò esse permittendum, ut execranda Flaviani cædes oblivioni detur. Paret dictis Imperator (nam voces Præsulis, Dei voces *Synodi Chalc. anniversaria Anatolio congregata* *t*

ex MS. esse videbantur, nimirum quæ divino spiritu resonarent) jubetque sine mora sanctos Patres ac divino spiritu plenos, ex toto universo Chalcedonem, quæ est in Bithynia, convenire.

Sententia contra Dioscorum & Eutychetem.

11 Illi non aliter quam divinâ tubâ ad prælia excîti, cum summa alacritate, numero sexcenti & triginta convenerunt. Adfuit simul Imperator, ut præsentia sua splendorem synodo majorem & animos daret. Sanctissimus autem iste cœtus pœnas justè dare compulit Dioscorum insolescentem, & eorum, quæ contra Flavianum deliquerat, & eorum, quæ contra ipsam divinitatem evomuerat ex imbibita Eutychetis impii hæresi, quæ confusionem [naturarum in Christo] inducebat, omnique sacri ordinis exutum dignitate, anathemati subjecit, simul cum Eutyche magistro ac discipulis, & iis, qui detestanda & nefaria dogmata ipsius admitterent. Synodi hujus non auctor tantum, sed etiam defensor fuit Anatolius, tam spurium atque adulterinum dogma convincens multis argumentis, quam verum & genuinum confirmans, & adusque orbis fines
B extendens.

ὄντως ἐδόκει αὐτῷ, ἅτε τῷ θείῳ πνεύματι ἁπαD
χάμενα· καὶ αὐτίκα κελεύει πάντας τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἁγίους καὶ θεοφόρους πατέρας εἰς Χαλκηδόνα τὴν ἐν Βιθυνίᾳ συνελθεῖν.

11 Οἱ καὶ ὥσπερ ὑπὸ θείας σάλπιγγος πρὸς τὸ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ πόλεμον ἐγειρόμενοι προθυμότατοι συνήθροίζοντο εἰς τὸ ἀκουστὸν καὶ ἐξακόσιοι ἀριθμούμενοι. Συμπαρῆν δὲ τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς, λαμπροτέραν καὶ προθυμοτέραν τὴν σύνοδον τῇ παρουσίᾳ ποιῶν. Οὗτος ὁ ἱερώτατος σύλλογος τὸν ἀλαζόνα Διόσκορον, ὃν τε εἰς τὸ μέγαν Φλαβιανὸν ἐπλημμέλησε, καὶ ὧν εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξύβρισε, τὴν συγχυτικὴν αἵρεσιν τοῦ δυσσεβοῦς καταπεπωκὼς Εὐτυχοῦς, δίδυμος ἐδικαίωσε δίκην, καὶ πάσης ἱερωσύνης ἀποξυρώσας, τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλε σὺν ἅμα τῷ διδασκάλῳ Εὐτυχεῖ, καὶ τοῖς φοιτηταῖς καὶ διαδόχοις τὸ κατασπάσαν αὐτὸ καὶ μιαρῶν δογμάτων. Ταύτης τὴν συνόδου μόνον αἴτιος καθίστατο Ἀνατόλιος, ἀλλὰ καὶ προαγωνιστής· τὸ μὲν νόθον δόγμα καὶ κίβδηλον πολλαῖς ἀποδείξεσι διελέγξας, τὸ δὲ ἀληθινὸν καὶ γνήσιον βεβαιώσας, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐφαπλώσας. E

ANNOTATA.

a *Est* ἀνατολὴ, solis ortus, oriens. *Hinc* Ἀνατόλιος, *quasi* Orientalem, *aut ad* solem orientem natum *dicas*.

b *Sacrarum insularum exordium, diem & annum mortis, nec non breve S. Cyrilli elogium dabit histor. Chronol. Patriarcharum Alexandrinorum cap.* 3 *in fine. Prolixius habes ad diem* XXVIII *Januarii.*

c Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Corrumpunt mores bonos colloquia prava, 1 *cor.* 15 *v.* 33.

d *Primus is est apud Græcos sacrorum ordinum aditus. De ordine, officio, conditione, & ætate lectoris apud Græcos, multa congessit Habertus in* ἀρχιερατικῷ, *ad* 4 *part. Liturg. observat.* 1.

e *Diaconus ordinandus ab aliis diaconis in sacrarium inducebatur. Plura vide apud Habertum citatum ad partis* 9 *Liturgiæ ordinum observat.* 1.

f *Anno æræ vulgaris* 431.

g *Constantinopolis est* ἀντονομαστικῶς, *cujus Nestorius episcopum egit, & Sisinnio successit* 428.

h *Proximè Nestorio successit* Maximianus: *dein* Proclus. *Tum* Flavianus. *Denique* Anatolius.

i Annis circiter post *Ephesinum Concilium* decem, Eutyches quidam Archimandrita Constantinopoli exortus, qui diceret totum Christum esse naturam unicam. *Ut est apud S. Anastasium Synaïtam.*

k *Sermo est de concilio Constantinopolitano, anno* 448.

l *Eunuchus fuit cognomento Tajumas, auctore Theophane.*

m *Anno Christi* CCCCXLIX, *ut est apud Pagium in Critica historico-Chronol.*

n *Pseudo-synodus hæc vulgo* ληστρικὴ, *id est* prædatoria *vel* latrocinans, *teste Nicephoro, à Græcis dicta fuit. Evagrius l.* 1 *histor. eccl. cap.* 10 *describit vesanum Ephesi conciliabulum* τὸ παράλογον ἐν Ἐφέσῳ συνέδριον; in qua, *ut loquitur Baronius ad annum* CCCCXLIX, nihil nisi per vim & metum, F
tentatum & extortum. In qua loco sacrorum librorum gladii, atque fustes; in qua suffragiorum libertas fuit vincta catenis, *& plura ejusmodi, quæ graphicè conventiculum hoc depingunt.*

o Ad omnem verò causam piè ac fideliter exequendam fratres nostros, Julium Episcopum,
C & Renatum presbyterum tituli S. Clementis, sed & filium meum Hilarum diaconem vice nostra direximus, quibus Dulcitium notarium nostrum, cujus fides nobis est probata, sociavimus, *inquit Leo in Epistola* XXIV *ad Flavianum. Renatus tamen mortis interventu à pseudo-synodo exclusus fuit.*

p *Zonaras lib.* 13 *num.* 23 *refert*, Dioscorum, exilientem instar indomiti asini, calcibus sancti *Flaviani* pectus impetiisse. *Sunt qui Flaviani cædis auctorem statuant Dioscorum; sunt qui illius & Chrysaphii ministros, alii Barsumam Archimandritam. Vide diem* XVIII *Februarii, quo lux ejus festa in Latinis pariter ac Græcis fastis recurrit, ubi varia in Flaviani laudem collecta præconia, aliaque, ad præsentem historiam spectantia, digesta ab Henschenio reperies; uti & à Baronio in notationibus ad Martyrologium Rom. dicto die, & in Annalibus ecclesiasticis ad annum* 449.

q *Urbs Arcadiæ præcipua, in meditullio Peloponesi, episcopalis sub Archiepiscopo Corinthi, dein* Christianopolis *dicta, una cum nomine splendorem amisit. Sed puto per* Megalopolim *hîc* CPolim *designari* ἀντομαστικῶς.

r *Episcopus Constantinopolitanus fuit, Ariomastix, cujus orantis verba excepit Macarius, orationis socius, & sunt hujusmodi:* Si Arius crastina die in synaxin introducetur; nunc dimittas, quæso, servum tuum, Domine, & non pium cum impio perdas; sin autem Ecclesiæ tuæ parces (scio autem quod parces) respice in verba Eusebii, neque des in exitium & vituperium, sortem tuam, & tolle Atium, ne eo recepto in ecclesiam, videatur simul cum eo hæresis recipi, neve deinde impietas pro pietate habeatur. *Hæc Baronius ad annum* 336.

s *Græcum* Ἄρεως, *est genitivus casus nominis* Ἄρης, Mars. *Quasi dicas Arium etymologicè* Martis instar furibundum, *& cui Homericum illud æquè congruè atque ipsi Marti aptari queat:*

Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαίφονε!
Mars, Mars homicida, truculunte!

t *Anno Christi* 450.

C A-

EX MS.

CAPUT II.

S. Anatolius perstringit Dioscorum. Miraculum pro auctoritate synodi Chalcedonensis & fidei orthodoxæ veritate. Aliud miraculum.

Ἐπεὶ δὴ καὶ ὧδε ὁ Διόσκορος ὁ δυσώνυμος μετὰ τῶν ὁμοφρόνων, τῷ ὄντι τῇ καθαιρέσει μὴ ἐνεγκόντες αἰσχύνην, ἀνὰ τὴν πόλιν ἐφοίτων, καὶ τὰ τῆς συνόδου διέβαλλον, τὸ Νεστορίου μιαρὸν δόγμα κραταιύνειν αὐτὴν φάσκοντες, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὴν παροιμίαν, καὶ τὸ φῶς, σκότος ἐποίουν· ὡς δῆλα ζῶσι τὰ τῆς ἐκκλησίας λαμπῆρι Ἀναστολίῳ γεγόνασι, τὸν λαὸν πάντα σωσαγωγοῦντα, ὅσοι τε τῇ ὀρθῇ λόγῳ καὶ ὅσοι τῇ ἐναντίᾳ, φησὶ πρὸς αὐτούς· πατέρες καὶ ἀδελφοὶ (πρὸς γὰρ σοῦ ὁμοδόξους ὁ λόγος) ἴστε δὴ καὶ ὑμεῖς, ὅπως ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, ἡμῖν μὲν νίκην τοῖς ὀρθοτομοῦσι τὸν λόγον αὐτοῦ, λαμπρὰν ἐδωρήσατο, ὅπως δὴ καὶ σοῦ καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ κατ' ἐκείνου καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ καὶ Λόγου λυτρήσαντας, καὶ τὴν γλῶτταν ὡς μάχαιραν ἐφοπλίσαντας, καὶ μόνον κακῶς φρονεῖν, καὶ λέγειν ἀπέδειξεν· ἀλλὰ καὶ ὥσπερ τι νοσερὸν καὶ σεσηπὸς μέλος τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐξέκοψε σώματος.

13 Ἐπὶ μὲν δὴ ἓν τούτοις καὶ χαίρειν ὁμοῦ καὶ εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν, ὅτι ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἐξ ὑψηλῆς αὐτοῦ κατοικητηρίου, καὶ τὴν γλῶτταν ἡμῶν, καὶ τὴν δόξαν ἐμεγάλυνεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἔτι τινὲς τοῦ Χριστομάχου ταύτης αἱρέσεως τὴν ἡμετέραν νίκην ὑπὸ ὀδόντα διαχλευάζουσι, καὶ τὰ Νεστορίου μᾶλλον κραταιύνειν ταύτῃ τὴν ἱερὰν συνόδον διαβάλλουσιν. Ἐκκαλυπτέον καὶ τοῦτον αὐτῶν τὸν δόλον, καὶ τὴν ὑπόνοιαν, καὶ μὴ τοῖς ζῶσιν καὶ ἀπελθοῦσιν ὁσίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἤδη τελειωθεῖσιν ὑπὲρ Χριστοῦ μάρτυσιν ὑποτεπτέον τὴν κρίσιν. Οὕτω γὰρ ἂν ἀναντίρρητος πᾶσι γένοιτο ἡ ἀλήθεια. Γεγράφθω τοίνυν τότε ἡμέτερον δόγμα, καὶ τὰ ταῦτα λογοποιήσαντα, καὶ ἄμφω τὰ ψήφω ἐντὸς τῆς πλατείας ἐν μάρτυσιν Εὐφημίας ἀποτεθήτω, καὶ δῆλον ὡς ὃ τῷ θεῷ εὐάρεστον, ἐκεῖνο δὴ καὶ ἡ μάρτυς ἡμῖν γνωρίσει. Γνωρίσει δὲ ἅτε γινώσκουσα τοῦτον, ὅσος ἢ ὅσον ἐστὶν ἐφικτόν. Πρὸς δὲ γινωσκομένῃ, καὶ πάντα παντῶς δυναμένῃ παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ ὑποτελεῖν τὰ δόξαντα.

14 Ταῦτα τοῦ Μεγάλου εἰπόντος, τὸ πλῆθος ἀνεθυπέφερεν ὑπὸ πνοίᾳ θείᾳ ταῦτα εἰρῆσθαι. Δόξαν ἓν ἅπασι καὶ τοῖς μέρεσιν ἀμφοτέροις. Γράφουσιν δὲ βιβλία τὸ οἰκεῖον δόγμα δυσὶ τόμοις ἑκάτεροι, καὶ τὴν λάρνακα διανοίξαντες, τιθέασιν αὐτὰς ἐπάνω τοῦ ἱεροῦ λειψάνου τῆς Μάρτυρος. Εἶτα τὸν λίθον ὑπθέντες, καὶ τοῦτον κλείσαντες καὶ σφραγίσιν ἑκατέρων τῶν μερῶν κατασφαλισάμενοι, σὺν τῷ βασιλεῖ καὶ ἀρχιερεῖ ἐξῆλθον τοῦ ἱεροῦ. Μετὰ ταῦτα πανύχοις ψαλμῳδίαις καὶ γονυκλισίαις τὸν Θεὸν ἅμα καὶ τὴν Μάρτυρα παρεκάλουν, ὥστε ὑπό τινος ἀρρήτου θεοσημείας τὴν μὲν ἀλήθειαν ἐγκριθῆναι καὶ διαλάμψαι, τὸ δὲ ψεῦδος ἐλεγχθὲν ἐκ μέσου γενέσθαι. Μεθ' ἡμέρας δὲ τρεῖς, οἵτε τοῦ ὀρθοῦ λόγου, καὶ οἱ ἀντίδοξοι, σὺν ἅμα τῷ βασιλεῖ καὶ ἀρχιερεῖ, πρὸς τὴν Μάρτυρα ἦλθον, καὶ ταύτῃ σὺν οἰμωγαῖς, καὶ δάκρυσι, καὶ δεήσεσι τὴν θήκην ἀνοίξαντες (τῆς πολλῆς σου περὶ ἡμῶν κηδεμονίας, ὦ Δέσποτα) εὗρον τὸν μὲν τόμον τῶν δυσεβῶν πρὸ τοῖς ποσὶν αὐτῆς κείμενον, ὡς ἀπωσμένον, καὶ παρεωραμένον, τὸν δὲ ὀρθοδόξων καὶ εὐσεβῶν τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἀσφαλῶς κεφαλαίωνον, ὡς ἀπεχνῶς φίλον αὐτῇ καὶ ἐγκεκεμένον.

DEin vero iterum infamis Dioscorus unà cum affeclis, inustam sibi exauctorationis sententiam non ferentes, urbem circumcursábant, & synodi decreta calumniabantur, spargentes illam stabilire nefarium dogma Nestorii; ac dulce amarum, ut est in proverbio, lucem tenebras faciebant. Quæ simul atque Anatolius, ecclesiæ luminare, accepit; omnem populum, tam illum, qui ab orthodoxa parte, quam qui à contraria stabat, congregatum sic affatur: Patres fratresque (illos enim qui mecum sentiunt compellat oratio) nostis sanè quam illustrem Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, secundum misericordiam suam magnam, nobis, verbum suum rectè dispensantibus, victoriam dederit; quomodo eos, qui contra nos, & magis contra ipsum & unigenitum ejus Filium & Verbum debacchantur, acuentes linguam quasi gladium, non modo ostenderit malè sentire & loqui, sed etiam tamquam infectum quoddam ac putridum membrum ab Ecclesiæ corpore amputaverit. *Dioscori insolentia ab Anatolio depressa,*

13 Debemus itaque propterea simul gaudere & gratias agere, quia nos respexit è sancto habitaculo suo, & linguam nostram & gloriam dilatavit. Verumenimvero nonnulli etiamnum, hæreseos istius, quæ Christum impugnat, sectatores, victoriam nostram subsannant [murmurantes] intra dentes, & criminantur hanc sanctam synodum stabilire Nestoriana dogmata. Ipsorum dolus ac versutia detegenda sunt; & non viventibus tantùm, ac Sanctis jam vitâ functis, sed iis etiam, qui martyrium jam pro Christo subierunt, committendum est judicium. Sic enim veritas fiat omnibus irrefragabilis. Scribatur ergo nostrum hoc de fide dogma, & eorum, qui contra falsò comminiscuntur, atque utrumque reponatur in loculo magnæ inter Martyres Euphemiæ *a*, idque patebit Deo præplacere, quod Martyr potissimùm nobis significaverit. Et vero significabit, rei non ignara, quis vel cujus dogma prævaleat. Deinde hoc significato, omnis omnino inter nos tolli mox poterit controversia ac finiri. *patratum pro defensione*

14 Viro magno hæc elocuto, subjecit cœtus divino instinctu ista esse prolata. Sic itaque visum utrique parti. Nec mora, suum quisque dogma duobus libellis inscribunt, loculumque aperientes, sacro illos Martyris corpori superimponunt. Dein lapide impositò, clavibus ac sigillis partis utriusque munito, unà cum Imperatore ac Præsule templo exiverunt. Post hæc psalmodiis, & genuflexionibus per totam noctem Deum simul & Martyrem invocarunt, ut veritas discerneretur & illustraretur aliquo ostento divino perquam manifesto, falsitas verò convicta è medio eliminaretur. Post triduum *b* tum hi, qui rectè sentiebant, tum illi qui perperam, simul cum Imperatore ac Præsule ad Martyrem *c* venerunt, & cum ejulatibus, lacrymis, & precibus loculum ejus aperientes (magnam sanè, ô Domine, curam de nobis tuam!) invenerunt libellum impiorum jacere ante pedes Martyris quasi projectum ac despectum; libellum verò orthodoxorum & piorum dextra Martyris manus in tuto tenebat, tamquam illum, qui revera ipsi esset charus & selectus *d*. *synodi Chalcedonensis,*

15 Tan-

EX MS. *ac Caibalici dogmatis miraculum.*

15 Tantum verò miraculum ac tale nec oculus umquam vidit, nec auris audivit, nec animus concepit. Me profectò cur non percellat quòd demortuum corpus, & multis jam annis sub lapide tumulatum, non vivat tantùm, & moveat se, quo vult, sed etiam discernat verum à falso? Percellit enimvero Anatolii prædictio & prævisio, ac, quod est hisce amplius, fides & gratia. Illâ quidem credidit impetraturum se, quidquid peteret; hæc autem superaddidit plus quam petierat. Id quod datur intelligi non ex spurii tantùm libelli abjectione, sed etiam ex susceptione libelli veri, & præconio elinguis manûs; videlicet quod ipsa quoque Euphemia hæc [dogmata] honoraret, & ideo corpus & animam dedisset.

S. Anatolii & S. Euphemiæ laus.

16 Adeo ut dubitem, quidnam in isto eventu potiùs demirer; an illam, quæ ista miracula patravit; an hunc ipsum potiùs, qui non modo nuntiator eorum extitit, sed causa. Nam illa quidem hoc prodigium effecit, omnibus altiùs extollendum; hic verò rei caput & prænuntius fuit. Quoniam itaque hic prædixit, illa autem prædictionem confirmavit, ambos ex æquo æquali in miraculo admiremur necesse est. Porrò videre erat eos, qui convitiatores primo ac temerarii fuerant, solo obtutum defigere, & in latibula se abdere; contra verò ecclesiæ alumnos saltare, & choreas triumphales ducere, & illustri veritatis Præconi grates agere de victoria ab inimicis relata. Sed aliud quid, à dictis diversum, non minoris tamen notæ, expedire gestit oratio.

B

e Aliud Anatolii miraculum.

17 Dira Constantinopolim invasit lues *e*, eaque fiebat horribilior ex eo, quod omnis prorsus consueta pluvia deficiebat, corporibus ex aëris intemperie tabescentibus. Præsul itaque, videns luem omnes corrumpere, urbem circumit, omni clero & ipso Imperatore comitantibus, Deo supplicans litaniis & orationibus, ut civitatem à præsenti periculo liberaret. Quin etiam muros ascendit, & sicut olim Moyses ille in monte, manibus in cælum sublatis, Deum oravit enixissimè, ut squalenti & arescenti terræ pluviam propitius emitteret, afflictosque à pestifera lue ac flagello liberaret. Sed Dominus, qui tardus est ad puniendum & velox ad ignoscendum, Sancto extensas etiamnum habente manus, & lacrymis ubertim se rigante, talem pluviam cælo emisit, ut subjecta penè omnia inundarentur. Et vehementi eruptione, atque impetu aquarum morbus fuit fugatus; & turba glorificavit Deum, famulo ejus gratias agentes. Atque hæc quidem tamquam specimina innumerabilium ejus miraculorum. Aliud item sigillatim dicatur.

C

15 Τὸ μὲν ἓν θαῦμα τοιοῦτο καὶ οἷον ἔτε ὀφθαλμὸς ὠώπτε· εἶδεν, ἔτε ὃς ἤκουσεν, ἔτε ἀν νῷς ἐπινόησεν. Ἐμὲ γαμβεῖ μὲν ἢ τοῦτο (πῶς γὰρ ὅ) σῶμα νεκρὸν, ἢ πολοῖς ἔτεσι τῷ λίθῳ κρυπτόμενον, μὴ μόνον πρὸς ὅπερ ἐθέλοι ζὸν καὶ κινούμενον, ἀλλὰ ἢ ὀρθοτομῶν τὴν ἀλήθειαν. Θαμβεῖ ἢ ἡ τοῦ πατρὸς πρόῤῥησις ἢ προόρασις· ἢ τὸ ἧττον πλέον, ἡ πίστις τε καὶ ἡ χαρις, ἡ μὲν πιστεύοντι, ὡς ὅπερ ἂν αἰτήσοιτο ἢ γινήσεται· ἡ δὲ ἢ ὑπὲρ ὅπερ ἤτησε παρακαθεῖσα. Τοῦτο γὰρ δίδωσιν ἐννοεῖν τὸ μὴ μόνον τὸν νόμον τόμον ἀπώσασθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀληθῆ προσλαβέσθαι, καὶ ὡσεὶ ἀγλώττῃ τῇ χειρὶ κηρύττειν, ὅτι καὶ αὐτὴ ταῦτα δοξάζει, καὶ ὑπὲρ ἧττο τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἔθετο.

D

16 Ὥστε καὶ διαπορῶ τίνα πλέον δεῖ τῷ γεγονότι θαυμάσαι, τὴν τοιαῦτα περιεργήσασαν, ἢ τὸν ἧττον ἢ μηνυτὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ αἴτιον. Ἡ μὲν γὰρ τὸ πάντων ὑπερτερον ἧττο περίσσον δέδεργεν, ὁ δὲ αὐτὸ αἴτιος καὶ προάγγελος γέγονεν. Ἐπεὶ ἓν ὁ μὲν προεῖρηκεν, ἡ δὲ τὴν πρόῤῥησιν ἐπεσφράγισε· χρέων ἑκατέρας δεῖσις θαυμάζεσθαι ἐφ' ὁμοίῳ τῷ θαύματι. Καὶ ἰδεῖν τὸς μὲν πρῶτον ὑβρισὰς καὶ θρασεῖς κάτω κύπτοντας, καὶ ἐγκαλυπτομένους· σὺν δὲ τὸ ἐκκλησίας πρόφιμος σκιρτῶντας, καὶ χορεύοντας ἐπινίκια καὶ τῷ λαμπρῷ Κήρυκι τὸ ἀληθείας εὐχαριστοῦντας, ἐφ οἷς τὸ ἐχθρῶν κεκρατήκασι. Βέλεται δέ τι καὶ ἕτερον τοῦ ῥηθέντος οὐκ ἔλαττον διεξελθεῖν ὁ λόγος.

E

17 Λοιμὸς ἐνέσκηψε τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων χαλεπός· ἐπεὶ ἢ τοῦτον χαλεπώτερον καὶ ἡ τοῦ σωμήδους ὑετοῦ παντελὴς ἀνοχὴ, τῶν σωμάτων συνδιατεθέντων τῇ δυσκρασίᾳ τοῦ περιέχοντος. Ὁ ἓν Ἀρχιερεὺς ὁρῶν τὸ δεινὸν πάντας διαφθεῖρον, ἀνὰ τὴν πόλιν δήει σὺν τῷ κλήρῳ παντὶ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ, λειτανίαις καὶ δεήσεσι τὸν Θεὸν ἱλυσσαττῶν ὥστε ἀπαλλάξαι τοῦ συνέχοντος κινδύνου τὴν πόλιν. Καὶ δὴ ἢ ἐπὶ τοῦ τείχους ἀνήει, ὡς πάλαι Μωϋσῆς ἐκεῖνος ἐπὶ τοῦ ὄρους, καὶ τὰς χεῖρας πρὸς ἑσπέραν διάρσας, ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ ἐκτενέστερον, ὡς ἂν φιλανθρώπως ὑετὸν παρασχῇ τῇ αὐχμώδει γῇ καὶ ξηρᾷ, καὶ τὸ λοιμώδες νόσου καὶ μάσυγος ἀπαλλάξῃ σὺν κάμνουσι. Ὁ δὲ βραδὺς εἰς κόλασιν, καὶ ταχὺς εἰς ἀντίληψιν Κύριος, ἐπὶ τοῦ Ἁγίου τὰς χεῖρας ἐκπεταμμένας ἔχοντος, καὶ ἑαυτὸν τοῖς δάκρυσι βρέχοντος, ἰσσῶτον ὑετὸν τοῦ ἐρανοῦ κατήνεγκεν, ὡς ἅπαν τὸ ἐποπίπτον χαλεπὸν κατακλύζειν· ἰῷ σφοδρῷ τε καὶ λαίφοσι, καὶ ῥαγδαίῳ ἅμα ὕλῃ ῥύμῃ τοῦ ὕδατος καὶ ἡ νόσος ἐφυγαδεύετο, καὶ ὁ πλῆθος ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, τῷ αὐτὸ δυχαριστοῦντες θεράποντι. Καὶ ταῦτα μὲν ὥσπερ ἐνδείγματα τῶν μυρίων ἐκείνου θαυμάτων. Λεγέσω δέ τι καὶ ὑπὲρ κρίσεως.

C

ANNOTATA.

a *Nicephorus lib.* 15 *cap.* 5 *tradit*, popularem & alumnam urbis Chalcedonensis fuisse, *quæ* sub impio Diocletiano, pro detestandi cujusdam præsidis tribunali consistens, Christum Deum esse & Dei filium clara voce prædicavit. *Addit dictus auctor ibidem*, *dirè* probatam & bestiis objectam ursæque morsu enectam . . . coronam recepisse; & divinum corpus ejus integrum atque incorruptum asservatum, apud ecclesiam Chalcedonensem, marmoreo tumulo repositum esse, prodigiis *clarum*. *Plura de illo templo dabit idem Nicephorus lib.* 15 *cap.* 3. *Colitur sancta Martyr* XVI *Septembris apud Latinos*, *quo die de illa pluribus.*

b *Nicephorus dicit contigisse die postero*; *Zonaras tertio.*

c *Constantinus episcopus apud Surium die* XI *Julii*, *quo die ibidem agitur de inventione reliquiarum sanctæ Euphemiæ*, *paulò aliter narrat hoc miraculum. Nicephorus recenset illud lib.* 15 *cap.* 5, *sed nullibi fit expressa mentio de* Anatolio. *Habet etiam illud Baronius ad annum* 451. *Zonaras lib.* 3 *cap.* 15 *adstipulatur auctori hujus Vitæ*, *quam damus*, *& ab* Anatolio *experimentum sumptum*, *dein miraculo confirmatum scribit finita synodo*; *cui suffragatur Glycas Annal. parte* 4; *nec refragatur laudatus Baronius loco citato*, *apud quem plura.*

d *Teste Zonara lib.* 13 *num.* 25, *dexteram* extendisse fertur ad imperatorem & Patriarcham, ac libellum eis porrexisse.

e *Agit de illa re Baronius ad annum* 445, *& Pagius in Critica ad annos* 445 *&* 446; *qui hoc*, *non illo anno*, *pestem sæviisse CPoli contra Baronium contendit.*

CA-

EX MSS.

CAPUT III.

S. Anatolius defendit famam S. Danielis Stylitæ, à quo, uti prædixerat, ſanatur. Virtutes ejus, obitus, publica reliquiarum veneratio.

A Κατ' ἐκεῖνο καιρὸν Δανιὴλ ὁ Μέγας, ὁ ἐν τῷ στύλῳ, ὁ τῷ τὸν βίον ὁμοῦ καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸς καὶ ἐρανίῳ, ἅρπι μὲν τῷ τοῦ ἀρχιστρατηγοῦ ναῷ, τῷ κῷ τῶν Ἀναπαύλῃ ἐφοίτα· καὶ αὐτίκα μύριοι περιεφοίτων αὐτῷ, τήνδε ἰσάγγελον πολιτείαν θαυμάζοντες, καὶ τοὺς ῥύμματα τῆς διδασκαλίας ἀνλλέγοντες, καὶ δι' ἀμφοτέρων ὠφελείας μετέχοντες, καὶ τὸν Θεὸν δοξάζοντες· ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔμελλεν ταῦτα οἴσειν ὁ φθόνος· τινὰς γὰρ αὐτῷ τῶν τοῦ κλήρου ἐπηγείρειν, οἳ λάθρᾳ καὶ φανερῶς τοῦτον διέσυρον, καὶ μυρίας ὕβρεις ἐπαντλοῦντες αὐτῷ. Ναὶ δὴ καὶ αὐτῷ τούτῳ τῷ σεβασμίῳ προσελθόντες Πατρὶ καλλιβόων τοῦ τηλικούτου πρὸς ταῖς ἄλλαις κωμῳδίαις, καὶ περὶ τὸ δογμα ἐσφάλθαι διατεινόμενοι· εἰ μὴ γὰρ ἔστω, φησὶν, ὁ δράκων ἐκεῖθεν ἀπελαθείη, ῥᾳδίον ἀποπνίσει τὸ ἐγκεκρυμμένον ἰον καὶ πολλοὺς ἐμπλήσει τοῦ λυμοῦ, καὶ ἀπολέσει.

19 Πρὸς ὃν ὁ θεοφόρος ἐκεῖνος ἀνὴρ θείῳ κινούμενος πνεύματι, Ἀλλ' ἐγώ φησιν, εἴτε ῥᾳδίως πιστεύω διαβολαῖς, εἴτε τὸν ἄνδρα τοιοῦτον νομίζω· εἰ δέ γε ἦν, ὡς ὑμεῖς φατε, τοιοῦτος φωραθῇ τῷ χρόνῳ, τότε καὶ τοῦ τόπου ἀπελαθήσεται. τὸ δὲ προδιαγνώσεως τῶν ἐγκλημάτων ἐρήμῳ καταψηφίζεσθαι, ἄδικον ὄντως καὶ ἀνόσιον ἅπασι νομισθήσεται. Ἠκουσαν ταῦτα, καὶ τοῦ μὲν Προέδρου διέσησαν· τῆς κακίας δὲ οὐκ ἀπέστησαν· ἀλλ' ὕστερον προσελθόντες τῶν ἐν βασιλείοις τισὶ διατριβόντων, διέβαλόν τε τὸν Ὅσιον καὶ ἐσυκοφάντουν, αὐτὰ ταῦτα, ἃ καὶ ὅτε τοῦ ἀρχιερέως λέγοντες. Χρόνος ὁ συχνὸς, καὶ ὁ Μέγας κτοσὶ Ἀνατόλιος (ἐξετάζονται γὰρ τοῖς ἀβελήτοις πολλάκις οἱ Ἅγιοι) νόσῳ συνεχέσῃ δυσιατοτάτῳ καὶ χαλεπῇ. Πολλῶν δὲν, ὡς εἰκὸς, εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ φοιτώντων, ἦλθον κἀκεῖνοι οἱ συκοφάντες, τότε λοιποὺς, καὶ αὐτὴν αἰδούμενοι τὴν συνήθειαν.

C 20 Οἷα καὶ συμβαίνει ἐν τοῖς τοιούτοις, λόγων κινουμένων περὶ ἀρετῆς ἢ κακίας, διασκυλεύεται πάλιν καὶ Δανιὴλ, τὸ μὲν θαυμασά τινα λεγόντων, καὶ ὑπερεκπληττομένων τὸν λόγον ὁμοῦ καὶ τὸν βίον· τὸ δὲ τεναντίον πρὸς ἡμμένων τῷ πάθει, καὶ κωμῳδούντων αὐτόν. Ὁ δὲ θεόληπτος ἡμῶν πατὴρ, θείῳ κινούμενος πνεύματι, πρέπως ἔτους αὐτοῖς ἀντιφθέγγεται· πιστεύσατέ μοι, ἀδελφοὶ, καὶ δίκαιός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀθεεῖ, τὰ ἐνταῦθα κατέλαβεν, ὥσπερ αὐτῷ μοι ἐγνώρισται, ἔχ ὡς ἀξίῳ τὰ τοιαῦτα ὁρᾶν, ἀλλ' ὥστε ὑπισχνίζειν σοὶ αὐτὸν διαβάλλοντας. Γνωσθείη δ' ἂν ὑμῖν, εἰ τοῦτον μετακαλέσαιμι (πέπεισμαι γὰρ) ὡς εἰ μόνον φανείη, τῆς νόσου ἀπαλλαγήσομαι, καὶ ὁ νῦν σχεδὸν ἄπνους καὶ νεκρὸς νομιζόμενος, δι' ὀθενὴς ἢ πρώην φανήσομαι.

21 Οὕτως εἰπὼν, διὰ τοῦ μετακαλεῖται τὸν Ὅσιον, καὶ αὐτίκα ἡ μὲν νόσος ὥσπερ ἐξ ὑπιτάγματος ἐφυγαδεύετο, ὁ δὲ Πρόεδρος ἀνερώννυτο, καὶ τοῦ σκίμποδος ἐξαναστὰς, διὰ πενεστέρως ἐβάδιζεν ἢ τὸ πρότερον. Τότε γεγονότος, ἐξεπλήττοντο μὲν οἱ παρόντες τῷ παραδόξῳ τοῦ θαύματος. Καὶ οἱ συκοφάντες δὲ μεταβαλόντες, συγγνώμην ᾔτουν Καὶ ὃν πρὶν διεκερτόμουν, ὑπερηυφήμουν ἀντίῤῥοπα. Ἐξέκλητε δὲ αὐτοὺς καὶ ἡ προγόρευσις τοῦ Μεγάλου, ὃς σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τῷ διορατικῷ χαρί-

SUb idem tempus, magnus ille Daniel *a* Stylita, vitâ pariter ac ſermone ſublimis & cæleſtis, veniebat ad templum Principis militiæ cæleſtis Michaëlis in Anaplo *b*. Nec mora, innumerabilis hominum multitudo ad eum confluebat, angelicam vitæ inſtitutionem admirantes, & fluenta doctrinæ haurientes; per unum æque ac aliud proficientes, Deumque laudantes. Non tulit hoc invidia; nam quoſdam è clero in ipſum concitavit, qui publicè & privatim convitiis ipſum proſcinderent, & innumeras injurias in eum evomerent. Imo etiam ipſum hunc venerandum patrem Anatolium convenientes, clamoribus inſectati ſunt Danielem, nihil non agentes, ut talem virum, præter alia probra, erroneæ quoque doctrinæ accuſârent. Niſi enim, inquiebant, iſte draco hinc abigatur, ocius male preſſum venenum exſpuet, multòſque inficiet lue ac perdet.

a *Daniel Stylita tendit CPolim,* *b*

19 Quibus divinus ille vir Anatolius, divino motus ſpiritu, Ego ſane, ait, nec facilè credo calumniis, neque hunc virum, eſſe talem puto. Etenim ſi talis, qualem vos dicitis, fuerit deprehenſus, ſtatim ex hoc loco expelletur. At vero illum ſine prævia delictorum notitia, indictâ causâ condemnare, injuſtum utique & impium omnibus videbitur. His auditis, à Præſule diſceſſerunt, at non deſtiterunt à malitia; ſed mox accedentes aliquos ex iis, qui verſabantur in aula, criminari ſunt Sanctum, & calumniâ notarunt, allegantes eadem iſta, quæ dixerant apud Præſulem. Non diu poſt, magnus ille Anatolius (ſubitis quippe caſibus ſæpè probantur Sancti) morbo immedicabili ac difficili correptus fuit. Cum itaque complures, ut par eſt, ipſum viſuri confluerent; venerunt iſti etiam ſycophantæ, tum ob exemplum aliorum, tum ob conſuetudinem ipſam, hoc negligere erubeſcentes.

ubi defenditur ab Anatolio,

20 Verbis ultro citroque habitis, ut in his congreſſibus contingit, de virtute aut vitio, iterum Daniel proſcinditur, aliis miranda quædam proferentibus, & ſermonem vitamque ejus admirantibus; aliis contrà præjudicio præventis, & illudentibus Sed divinus Pater noſter, divino motus ſpiritu, placidè ſic ipſis reſpondit: Mihi credite, Fratres, & juſtus eſt homo, & Deo non contrarius. Hæc autem ipſi eveniunt, ut mihi ipſi compertum eſt, non quod talia videre meruit, ſed ut os occludat calumniatoribus ſuis. Notum itaque ſit vobis, ſi hunc ſolummodo advocavero ac videro, fore ut à morbo liberer; & qui nunc vitæ penè expers & mortuus exiſtimor, ſanus ac vegetus ſim, ſicut fui antè.

per illum ſanato F

21 Sic effatus, è veſtigio Sanctum advocat, & mox morbus tamquam ex imperio fugatur. Præſul verò rurſum convaluit *c*, & exſurgens grabbato firmius inceſſit, quam antea. Hoc facto, illi, qui aderant, obſtupuerunt inopinato miraculo. Sycophantæ autem pœnitentiâ ducti, veniam petebant, & ea, quæ prius vellicaverant, mutata inclinatione approbabant. Nam Viri magni prædictio illos percellebat, qui præter alias dotes, gratiâ coruſcabat ſcrutandi arca-

à letali morbo. *c*

EX MSS. na ; idque omnium maximè, quod esset ornatus prophetiâ, & signa mirabilia patraret, ut constat ex dictis.

S. Anatolii virtutes, 22 Porrò humilitatem & modestiam diligebat, adeo ut subditis suis ministraret, magistri nempe sui hac in re vestigia premens. Humilitati aderat morum simplicitas. Atque illud hisce admirabilius est, quod ille, qui simplex erat moribus, sagax tamen esset & perspicax ad gubernandum. Simplicitati adjungebatur mansuetudo ; mansuetudini discretio ; discretioni misericordia ; misericordiæ dilectio fraterna ; dilectioni fraternæ amor pauperum. Quid plura ? In unius animo nodus pendebat aureus, sanè indissolubilis simul, & tamen valde simplex. Atque hæc est Viri institutio vitæ. Plura prætermitto, ne dictio excedat modum.

epilogus, 23 Quando autem, tamquam homo, communi legi naturæ soluturus jam erat debitum, clero & populo iis negotiis commendatis enixè, quæ in rem erant, & quæcumque decebat talem Virum de vita futura pertractare, multis virtutum relictis monumentis, in extrema senecta, plenusque dierum apud Deum, è vivis abiit, atque ad beatam vitam migravit, quam etiam, priusquam ei finem imponeret, salutavit. Et nunc ille in cælo versatur, & ibi, ut puto, pro grege orat. Sacrum ac venerandum ejus corpus multo cum cantu & splendore effertur, ac pompa solenni comitatum, tumulo honorificè conditur. Quod tamquam pretiosissimum quoddam depositum

B *mors, sepultura, reliquiæ beneficiis claræ,*

possidet urbium Regina *d*, quod omnigenis sanationibus scaturit, & quoslibet morbos sanat. Oportebat enim, ut hæc civitas, quæ omnes alias superat, Virum hunc, qui virtutibus longè omnes superavit, tamquam pretiosissimum thesaurum asservaret penes se, & per ipsum illustrius splendesceret, ac claresceret magis quam aliis rebus, quibus splendescere & claresce consuevit.

d

apostrophe ad Sanctum. 24 Verùm ô Præsulum pariter & aſcetarum regula & gloria ! ô imperatorum formator, honestatis legislator, pastor pastorum, clerique & populi & omnium simul Pater, orthodoxæ fidei propugnator, piorum dogmatum basis ac fundamentum, qui magno nunc adstas Regi, atque ab ipsius fulgore inebriaris ; inde fidelissimum tuum gregem aspice, propitiationem & veniam peccatorum nobis tribui orans, in Christo Jesu Domino nostro ; cui gloria in secula seculorum. Amen. *e*

σματα ἐλαμπρύνετο. Καὶ τὸ πάντων μεῖζον, ὅτι καὶ θεοφιλείας ἠξιωμένος, καὶ σημείων παραδόξων αὐτουργὸς ὢν, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν. D

22 Ὅμως ἵνα τὸ ταπεινὸν ἠγάπα καὶ μέτριον, ὡς καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ χεῖρα ἐστὶν ὅτε ὑπηρετεῖν, μιμούμενος δηλαδὴ καὶ τούτῳ τὸ οἰκεῖον διδάσκαλον. Τῷ ταπεινῷ δὲ θεσπὴν καὶ τὸ τῷ ἤθει ἀπλοϊκὸν, καὶ τὸ ἴλεων παραδοξότερον, ὅτι τὸ τρόπον ἁπλοῦς ὢν, ποικίλος ἦν καὶ πολυειδὴς τὴν κυβέρνησιν. Τῷ ἁπλοϊκῷ δὲ τὸ πρᾷον συνέζευκτο· τῷ πρᾴῳ δὲ τὸ ἐλπιεικὲς, τῷ ἐλπιεικεῖ δὲ τὸ συμπαθὲς, ἐκείνῳ δὲ τὸ φιλάδελφον, τούτῳ δὲ τὸ φιλόπτωχον, δι' ἅπαξ ἁπλῶς, ἐν τοῖς ἐνὸς ἤρετο ἡ χρυσῆ σειρὰ, καὶ ὅλως ἄλυτος ἅμα καὶ τοῖς πολλοῖς ἁπλοῦς. Τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ ἀνδρὸς πολιτεία· καὶ τὰ πλείω παρείσθω, ἵνα τὸ τοῦ λόγου φεύγῃ τὸ κόρον.

23 Ἐπεδὴ δὲ ἄνθρωπος ὢν, ἔμελλε καὶ αὐτὸς τῷ κοινῷ νόμῳ λειτουργῆσαι τῆς Φύσεως, ἐπισκήψας καὶ κλήρῳ καὶ λαῷ τὰ συνοίσοντα, καὶ ὅσα εἰκὸς τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν ἐκεῖθεν φιλοσοφήσας, πολλάτε τὰ χρεὼν καταλιπὼν ὑπομνήματα, ἐν βαθείᾳ τῇ πολιᾷ, καὶ πλήρης ἡμερῶν τῷ κυρίῳ Θεὸν, καταλύει τὸν βίον, καὶ πρὸς τὴν μακαρίαν ζωὴν ἐκδημεῖ, ἵνα καὶ πρὸς τὸ τέλος ἠπείγετο. Καὶ νῦν ὁ μὲν ἐστιν ἐν ἐρήνῃ, κατὰ τὴν ποιμενίαν, οἶμαι, ὑπερδύχομαι. Τὸ δὲ γε ἱερὸν ἐκεῖνο καὶ τίμιον λείψανον μετὰ πολλῆς τῆς ὑμνῳδίας καὶ λαμπροφορείας πρεπόντως τε τιμᾶται, καὶ πομπεύεται, καὶ στέφει τὴν σωρὸν παραδίδοται· ὅπερ ἡ βασίλισσα τῶν πόλεων, ὥσπερ τι κειμήλιον κατέχει πολυτιμότατον, πᾶσιν ἰάσεις βλύσον, καὶ πᾶσαν νόσον ἰώμενον. Ἔδει γὰρ τὴν πασῶν κρατοῦσαν τῶν πόλεων καὶ τὸ ἐξόχως ταῖς χρείαις ἁπάντων κρατήσαντα, ὥσπερ τινὰ πολυτάλαντον θησαυρὸν φυλάττειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ ἐπ' αὐτῇ μᾶλλον φαιδρύνεσθαί τε καὶ ἐλλαμπρύνεσθαι ὑπὲρ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὠραΐζεται στεμνύνεσθαι καὶ ἐγκαλωπίζεσθαι.

25 Ἀλλ' ὦ καὶ ἱερέων καὶ ἀσκητῶν κανόντε καὶ καύχημα, ὦ βασιλέων πλάσα, καὶ τοῦ καλοῦ νομοθετὰ, καὶ ποιμένι ποιμένων, καὶ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν πάντων ὁμοῦ πάτερ, τῆς ὀρθοδόξου πίστεως προμάχε, καὶ δογμάτων εὐσεβῶν κρηπὶς καὶ ἑδραίωμα, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ νῦν παρεστάμενος, καὶ τῆς αὐτοῦ λαμπρότητος ἐμφορούμενος, ἐποπτεύεις ἐκεῖθεν τὸ πιστότατόν σε ποίμνιον, ἱλασμὸν ἡμῖν νέμων ἁμαρτιῶν, καὶ συγχώρησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. E

ANNOTATA.

C a *Opportunus huc facit locus apud Surium die* XI *Decembris, ubi dicitur Daniel noster hortatu Symeonis Stylitæ in somno apparentis* frequentissimam & civitatum reginam adire civitatem, ut hæc esset multis via ad salutem . . . . qui omnibus valere jussis, egressus, propere contendebat Constantinopolim ; & cum in ostium Ponti esset ingressus, eum excipit TEMPLUM MICHAËLIS MILITIÆ PRINCIPIS, quod illic pulchrè est positum.

b Anaplus, *locus est Constantinopoli, in quo templum, quod distinguitur ab aliis templis S. Michaëlis CPoli existentibus. Plura Cangius libro* 2 *Constantinopoleos Christianæ, à pag.* 186.

c *Rem gestam narrat Surius ad diem* XI *Decembris in Vita S. Danielis Stylitæ.*

d *Designatur CPolis ἀντονομασικῶς. Eodem modo vocari apud Surium ex Metaphraste, diximus supra in annotatis. Apud Zonaram lib.* 13 *num.* 23 *appellatur* nova Roma, *uti etiam in Chalcedonensi, actione prima, & secunda.*

e *Vitam hanc nullibi hactenus vidi Græcè editam, nedum Latinè versam. Utrumque hîc à me factum.* F

D E

A

DE S. GERMANO EPISCOPO, IN MANNIA SIVE MONA, MARIS HIBERNICI INSULA.

Notitia ex vita S. Patricii.

J. B. S.

SEC. V.

A. S. Patricio ſtatutus Manniæ epiſcopus,

Familiare eſt Hibernis hagiologis numero Sanctorum ſuorum adſcribere S. Patricii diſcipulos aut ſocios pleroſque, eo ſolo ferme titulo, quod magno iſti Hiberniæ apoſtolo adhæſerint. Ego me fateor ei rationi non acquieſcere, ut non ſemel indicavi, niſi aliunde de diſcipulorum aut ſociorum ſanctitate & ſtabilito cultu conſtiterit. Sic aliquando dubitavi, utrum Germano, *inſulæ Manniæ primo Epiſcopo, locus in hoc opere deberetur, tametſi apud Jocelinum, editionis Colgani num. 92, S. Patricii diſcipulus, imo* vir ſanctus & ſapiens *nominetur. Verum cum alia accedant de ejus cultu teſtimonia, hinc excludendus non fuit. Audiatur primùm Jocelini textus loco citato :* Videns S. Patricius in Hibernia meſſem quidem multam, operarios autem paucos, transfretavit in Britanniam, acquiſiturus ſibi coadjutores in agrum Dominicum & cooperatores . . . . . Renavigans in Hiberniam, ad inſulas maris convertendas divertit : è quibus Euboniam, id eſt Manniam, tunc quidem Britanniæ ſubjectam, ſalutari prædicatione ac ſignorum exhibitione ad Chriſtum convertit . . . . . Quemdam diſcipulorum S. Patricii, virum ſanctum & ſapientem, Germanum nominatum, in Epiſcopum promotum, illius gentis eccleſiæ novellæ regentem præpoſuit, & in quodam promontorio (quod adhuc inſula Patricii vocatur, eo quod ipſe ibidem aliquantulum demorabatur) epiſcopalem ſedem poſuit.

B

Cultum pridem habuit,

2 *Hunc Jocelini locum adducit Bollandus* 1 *Februarii, in commentario de S. Brigida, pag.* 104, *num.* 27, *recte probans, quod* Manniam *inſulam primus religione Chriſtiana imbuerit S. Patricius.*

C

Notat deinde, Uſſerium in indice Chronologico, initia epiſcopatûs S. Germani *collocare ad annum* 447. *Tum pergens :* Habet nunc, *inquit*, ſedem epiſcopus Manniæ, qui Sodorenſis appellatur, in exigua inſula ; & Cambdenus pag. 839 ſcribit, juxta Ruſſin, ſive Caſtletowne oppidum, in auſtrali inſulæ ora. Iſthic tamen ſederit ſanctus Germanus, an in occidentali latere, è regione Strangfordii portûs, haud ſatis definio. Hîc certe in Manniæ tabula apud Spedum, Kirck-Jarman, ſive eccleſia Germani, viſitur ; prope Pyle caſtellum, undique mari cinctum, nec inde procul ad promontorium Kirck-Patrick (eccleſia Patricii) quem fortaſſe locum Jocelinus indicat. Germani obitum conſignat Uſſerius ad annum 474 ; coli 111 Julii ait Colganus. Sanctis adſcriptum conſtat ex eodem Jocelino, num. 152 ita ſcribente : Erant (in Mannia inſulâ) duo Epiſcopi ſancti, Connidrius & Romulus vocati, quos ipſe Patricius conſecraverat, & illuc deſtinaverat, ad populum inſulæ illius regendum & erudiendum in fide Chriſti, poſt obitum S. Germani, primi ejuſdem inſulæ Epiſcopi. *Addo ad loci notitiam ea quæ ſubjicit Uſſerius de Britannic. eccl. primordiis pag.* 643 : Poſterioribus tamen temporibus, Mannia ab Anglis occupata, ex uno Sodorenſes Epiſcopi facti ſunt duo ; unius hîc, alterius reliquarum inſularum nomine in Jona, ſive S. Columbæ inſula, ſede collocata.

E

dicatâ ejus nomini eccleſiâ.

3 *Ad Sancti cultum attinet, quod idem Uſſerius habet pag.* 644 : Obiit Simon Sodorenſis Epiſcopus pridie Kal. Martii, apud eccleſiam S. Michaëlis archangeli, ſepultuſque eſt in Inſula S. Patricii, in eccleſia S. Germani, quam ipſe ædificare cœperat. *Unde confirmatur, quod ſupra dictum eſt de eccleſia* S. Germano *dedicata, fortaſſe non una. A Martyrologiis antiquioribus nihil habetur, quod ei ſatis certo adſcribi queat : meminit ipſius Caſtellanus, ſub nomine* Jarmans ; *aſt alibi nihil occurrit, niſi aptetur utcumque vaga Greveni annuntiatio ad* IX *Julii :* In Hibernia, S. Germani confeſſoris. *Verum certiora deſiderantur, quæ* S. Germano *Mannenſi determinatè applicanda ſint. Sic Nota Colgani* 103 *ad prædictum Jocelini textum, talis eſt, ut non facile admitti poſſe videatur, quidquid Uſſerius pag.* 842 *in eam rem citet officia Canonic. Lateran. edita Venetiis an.* 1586. *Etenim hodiernus Germanus, non Romæ à Cœleſtino Papa, ſed à ſancto Patricio ipſo haud obſcure ad epiſcopatum promotus eſt. En Colgani verba :* Videtur hic Germanus eſſe, quem officium Canonicorum regularium, verbis infra in appendice 2 producendis, refert fuiſſe canonicum Lateranenſem, & ſimul cum S. Patricio fuiſſe Romæ ordinatum à Cœleſtino Papa. Vide dicenda de eo ad 111 Julii. *Utinam ad nos perveniſſent, quæ de* S. Germano *ad* 111 *Julii ſe dicturum pollicetur ; ego nihil præterea habeo aut de Sancti geſtis aut de virtutibus & miraculis, quod tradere poſſim, neque hoc die magis, quam quovis alio conſignandum ſciviſſem, niſi id indicaſſet prædictus Colganus : recte an ſecus, operæ pretium non exiſtimo, pluribus hoc loco diſquirere.*

F

DE S. GUTHAGONO CONFESSORE

OOSTKERCÆ APUD BRUGAS IN FLANDRIA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Sancti notitia, ætate, ſepultura, gente, elevatione, tranſlatione & reliquiis.

FORTE SEC. VIII.

Recipuam de ſancto Guthagono, *aliàs* Guthagone, *notitiam acceptam referimus, Joannis Molani, in colligendis popularium Sanctorum noſtrorum geſtis, numquam ſatis laudanda diligentiæ. Is in Indiculo & Natalibus omnia ferme retulit, quæ de Sancto, non niſi nomine cognito, cum aliqua veriſimilitudine commemorari poſſunt, unde ſua deſumpſere Canonicus Joannes Cognatus (Couſin) auctor hiſtoriæ Tornacenſis, tomo 3, pag. 272, Gazæus pag. 394, aliique paſſim. Quæ à Martyrologiis, ſeu novis Sanctorum collectionibus petuntur, rem non magnopere illuſtrant: Angli, Scoti & Hiberni eam magis involvunt. Cum ex talibus monumentis dubia multa occurrerent, Brugas recurrendum putavi ad amicum R. adm. & conſultiſſimum Dominum Ludovicum de Wale, eccl. Cathedralis ad S. Donatiani canonicum & Illuſtriſſimi Brugenſis Epiſcopi ſecretarium; qui uſus opera nobiliſſimi juxta ac doctiſſimi viri Ooſtkercani toparchæ, Ludovici Curtii, illa gente oriundi, quæ eruditos plures orbi litterario peperit; ea mihi officiosè ſuggeſſit, quæ non incongrue in hoc noſtro opere locum habere poſſe exiſtimavi, ſuppletura vices Actorum, quæ aut numquam conſcripta ſunt, aut cum innumeris aliis id genus documentis olim perierunt.*

Ex notitiis à D. de Corte acceptis,

B

2 *Ut à loco ipſo incipiam, ubi* S. Guthagonus *colitur, quem* Burgum *vocat Molanus (opinor, à priſca incolarum frequentia) ita eum deſcribit laudatus Curtius:* Pagus Ooſtkercanus ſitus eſt in agro Franconatenſi inter Brugas & Sluſam, diſtans ab utraque urbe ſeſquimilliari, fuitque olim percelebris, nempe ubi quinque mille communicantes numerabantur, duoque paſtores & tres ſacellani erant. Nec mirum, ſuberat enim huic eccleſiæ parochiali (dum Brugenſium res florebant) oppidulum dictum Munikrede (à vicinis monachis) cujus modo nec umbra quidem ſupereſt. Prædicti vero monachi, neſcio quo caſu vel quo tempore, hinc diſceſſerunt, habitantque jam in fano S. Quintini in Viromanduis, ſed etiamnum dicimas & patronatum hujus & plurium circumjacentium eccleſiarum poſſident. Pagus etiam hic eſt ex antiquiſſimis (& credo, præfatum Sanctum ideo hîc ſepultum, quod Knocke tum temporis non haberet eccleſiam) ſed non adeo populoſus uti ſolebat, cum jam non quadringenti communicantes inveniri poſſint. *Hactenus loci toparcha, addens* tres pagos iſtius nominis *ſe* noviſſe, nempe apud Brugas, apud Furnas, & in Brabantia apud Tubiſe. *Fruſtra ſit alios adducere, ſuffecit ea ſynonymia, ut Ferrarius in errorem induceretur, dum Ooſtkercam Brugenſem, apud Furnas diœceſis Iprenſis collocavit.*

deſcribitur Ooſtkerca.

C

3 *Ætatem, quâ* S. Guthagonus *vixerit, in tam obſcura traditione, non eſt qui facile reperiat, neque enim ulla de Sancto memoria ſcripto tradita, quæ ſeculo* XII *antiquior ſit, ad nos pervenit. Eam ſuſcitavit Gerardus Tornacenſis Epiſcopus, ſacrum corpus elevando anno* 1159, *ut ex molani Natalibus infra patebit. Somniant ſcriptores Scoti, qui* S. Guthagonum, ob fidem in Flandria exulem *ſcribunt*, ſub Diocletiano. *Ita manuſcriptus apud nos catalogus Sanctorum Scotiæ:* S. Guthagonus confeſſor, regio ſanguine Scotorum ortus, alicubi in Belgio claret anno 299. *Et paulo diſtinctius, in collectione Sanctorum Scotiæ, itidem Ms. ex breviario Aberdonenſi excuſo anno* 1509, *alibi à nobis citato, in qua hæc leguntur:* S. Guthagoni, regis Scotorum filii, Confeſſoris, pro Catholica fide exulis in Flandria ſub Diocletiano, an. 299, Julii 3. *Melius cenſet prænobilis Curtius, vixiſſe Sanctum ſeculo* VIII, *eodem illo videlicet, quo plures alii ex inſulis Britannicis in Belgium noſtrum commigrarunt, ibidemque eximiis ſuis virtutibus & miraculis clari, cælitum honores promeriti ſunt.*

Videtur Sanctus floruiſſe ſec. 8, non ſub Diocletiano.

4 *Conſtans traditio ad Gerardi Tornacenſis, tempora perſeverans, id ferebat potiſſimum,* S. Guthagonum confeſſorem, regem Scotiæ, peregrinum pro Chriſto in pace quieviſſe, *poſtquam* circa littora maris in vicino de Knocken aliquamdiu ſancte *eſſet* converſatus; à clericis *autem* & laicis Ooſtkercæ cum devotione ſepultum, in occidentali parte cœmeterii. *Quæ præterea à nonnullis adjecta ſunt, aut ex proprio ſenſu, aut ex neſcio qua convenientia proceſſerunt. Sic Ferrarius, poſita hac annuntiatione,* Ooſtkerchæ in Flandria, ſancti Guthagoni regis, *in prima notatione falſo aſſerit, Ooſtkercam illam,* vix milliario Furnis *diſtare, quod ſupra refutavimus. In* 2, *non invenire ſe talem Scotiæ regem. In tertia, forte Hibernum eſſe. In quarta demum,* ex Romana peregrinatione apud *Knocken conſediſſe. Fateor equidem, ſatis receptum fuiſſe per id tempus, ut Angli, Scoti, & Hiberni Romam peregrinarentur, verum id mihi de* S. Guthagono *non ſuadebit Ferrarii auctoritas, niſi aliunde fulciatur. Minus etiam fero Dempſteri libertatem, in Menologio ſuo Scotico ad* 1 *Octobris ita fingentis:* Ooſtkerkæ, Guthagoni regis filii, qui in Lotharingia ante peregrinationem Romanam ſuſceptam, cum S. Macra ſorore ſubſtiterat; ſed Roma reverſus, eâ pro fide martyrio affectâ, in Belgium contendit, & converſatus eſt apud Brugas in Knocke *&c. Sic additiones Mss. Cartuſiæ Bruxell. ad Grevenum, aiunt,* quoſdam, *qui* evertere auſi *erant* eorum (*Guthagoni & Gillonis*) ſacellum, dyſenteria periiſſe, *quæ alia auctoritate vellem comprobari poſſe.*

Quid verius ferat traditio.

D

E

F

5 *In-*

A

Feſtivitas non à die obitûs, ſed elevationis ſumpta.

5 *Indubitatum quidem videtur, frequentiam miraculorum ad* ſancti Guthagoni *tumulum, ſacro cultui ac deinde elevationi, à Gerardo Epiſcopo factæ, occaſionem præbuiſſe, veram à nemine, quod ſciam, prædicta miracula, ſive ante, ſive poſt elevationem patrata, ſigillatim memoriæ prodita ſunt. Sancti feſtivitas, non à die obitûs, quem ignoratum obſervo, ſed à præfata elevatione profluxiſſe videtur, quamvis eam non exprimant Martyrologia, nequidem Molanus ipſe, in auctariis ad Uſuardum, ſic in prima editione legens:* Prope Brugas in Ooſtkerck, Gutagoni confeſſoris. *Paulo fuſius in poſterioribus:* In Ooſtkercka burgo Flandriæ, ſancti Guthagoni confeſſoris, regis Scotiæ, qui ibi peregrinus pro Chriſto, in pace quieſcit. *Ex prima accepit Caniſius. Willot ex laudato Molani Indiculo ſua deſcripſit. Camerarius plures recitat, cum ſolo Molano contentus eſſe poſſet. Dictum ſupra Dempſteri Menologium Scoticum, pro ſuo arbitrio, diem tranſlationis anno* 1444, 1 *Octobris factæ, prætulit, quo die Sanctum quoque colı affirmant Molani Natales, contra quam diſertè teſtetur Curtius his verbis:* Prima vero Octobris nulla prorſus præfati Sancti fit mentio, nec umquam de Gillone. *Hinc tamen ne inferas, priſcis temporibus etiam* 1 *Octobris aliquam Sancti commemorationem habitam non fuiſſe.*

B

C

Diſſidia Scotorum & Hibernorum pro Sanctis ſibi vindicandis,

6 *Quid de Gillone tradant tabulæ Ooſtkercanæ ex Molano brevi intelliges, ut nullo modo curanda ſint, quæ tam confidenter de eo ſcribunt Scoti & Hiberni. Subjicio hîc, quæ reperi in hiſtoria eccleſiaſtica gentis Hibernorum ſeu veterum Scotorum noſtri Stephani Viti, quæ in muſeo noſtro Ms. exſtat, ubi ſub titulo Sanctorum Hibernorum,* qui Belgio fuerunt in ſalutem & honorem, *ſic habet*: Guthagonus rex Scotorum Hiberniæ, accenſus ardore vitæ æternæ, contempto regno, adjunctis ſibi duobus ſanctis ſociis Gillone & Gildulfo, elegit exulem eſſe & eremitam ac peregrinum, quem multo tempore egerat in territorio (*vult dicere* diœceſi) Tornacenſi, ubi ſanctiſſime quievit clarus miraculis. Inde ſacra illius pignora tranſlata Ooſtkercam prope Brugas, ubi multa populorum veneratione & frequentia coluntur. Feſtum beati regis eremitæ agitur 3 Julii. *Non ſatis recte hic ſua diſpoſuit Vitus; neque de ſocio Gildulfo, magis quam de ſorore Macra meminerunt tabulæ noſtræ; neque iſtum, prorſus ignotum, neque Gillonem umquam cultu ſacro venerati ſunt Ooſtkercani, apud quos Scotus ſemper audiit, non Hibernus,* S. Guthagonus. *Prudenter ab utraque gente præſcidit Caſtellanus, in Martyrologio Univerſali ſic loquens:* In Cnokem, pago maritimo Flandriæ, S. Guthagoni confeſſoris, cujus corpus in cœmeterio Ooſtkercano, ejuſdem diœceſis, ſepultum, elevatum eſt à Gerardo Epiſcopo Tornacenſi, & in templo (*intellige* ſacello) ſub ejus nomine ibidem ædificato, collocatum.

quæ ratione componi poſſint.

7 *Nihilominus pro Hibernis certat Wilſonus in Martyrologio Anglico anni* 1640, *ubi Molanum ferme deſcribens, contra apertam hujus ſententiam, Sanctum noſtrum Scotis eripit. Ceterum ne hîc rurſus componenda ſint toties recurrentia Scotorum & Hibernorum, pro Sanctis ſuis mirè conflictantium, litigia, repetat curioſus lector, quæ de S. Rumoldi epiſcopi & martyris, Mechlinienſium apoſtoli, gente & patria, dicta ſunt ad* 1 *Julii, à pag.* 181 *nempe* Scotum *apud Flandrobelgas idem, etiam hodie, plerumque ſonare, quod peregrinum, inſolitum, barbarum, ſic ut ab omni prope ævo Scotos appellaverimus, gentes extraneas & à moribus noſtris diverſas, quas aliunde non noſcebamus; quemadmodum olim apud Romanos barbari dicebantur, quicumque Itali aut Græci non eſſent. Ut proinde Sanctum aliquem natione Scotum pronuntiare, idem intelligi poſſit, acſi vocetur alienigena & Belgis plane ignotus. Sic & Scoticum quid dicimus, quod à noſtra agendi ratione abhorret; hominem exoticum, Scotum; veſtem ineptam, Scoticam; & id genus alia: ut prorſus non verear opinari, Scoti appellationem in Legendariis aut Chronicis noſtris, ſeculo* XI *non antiquioribus, extraneum hominem indigitare, quo titulo, non magis ad Scotos Hibernos, quam ad Scotos Albienſes, aut ad Anglos transferri illam oporteat. Verum id obiter & ex mera conjectura dictum ſit, occaſione* S. Guthagoni, *de cujus origine & dignitate diſceptare omnino non lubet. Rem noſtram proſequamur.*

AUCTORE J. B. S.

8 *Primam* S. Guthagoni *elevationem deſcribit Molanus ex lectionibus, quas Ooſtkercanas quodammodo fuiſſe ſignificat, a D. Matthia Laurentiano pœnitentiario Brugenſi acceptis. Citantur pro dicta elevatione à Cognato, Miræo & Sandero Annales Flandriæ Jacobi Meyeri, notantque poſtremi duo annos* 1062, 1065, *&* 1440; *ſed perperam. Cujus id errore factum fuerit, non diſquiro; certe fruſtra eos annos alioſque evolvit Curtius, fruſtra evolvi ego, ut vel ſyllabam, quæ ad* ſanctum Guthagonum *ſpectet, inveniremus. Primo loco, ſeu anno* 1062 *apud Meyerum, agitur de neſcio quo anonymo, apud Aldenburgum fame extincto, in cujus obitu æra campana ſponte & quaſi miraculosè ſonuerint, quæ ad ſanctum hodiernum referri prorſus nequeunt. Nihilo magis ad Sanctum pertinent citati anni* 1065 *&* 1440. *Proprius locus, quo Meyerus de* S. Guthagono *meminit, eſt ſub finem anni* 1444, *ubi ſic habet:* Apud Ooſtkercam in agro Brugenſi, tranſlatio corporis divi Guthagoni, per Nicolaum Epiſcopum Sareptanum, Ordinis Franciſcani, ſuffraganeum Joannis Epiſcopi Tornacenſis, cum maximum ibi altare conſecraret, precibus Magiſtrorum fabricæ Guilielmi Malin, Joannis Houcelin, Laurentii Beyrs, Petri Valke, Nicolai van Dudzele, & Judoci Perdieu Decani chriſtianitatis Brugenſis, unà cum Joanne de Braband & Georgio Ballinc presbyteris & paſtoribus illius loci. *Cetera proxime ex Molano audiemus.*

Meyerus ſolum agit de viſitatione anni 1444.

D

E

F

9 *Quod vero idem Molanus ait,* reliquias jam conſpici in muro eccleſiæ per ferreos cancellos, minus fortaſſis decenter, *verum id eſſe potuit, dum ad eum ſcriberet Laurentianus; at furens paulo poſt iconoclaſtarum Calviniſtarum rabies, non magis ab iſtis, quam à ceteris per Belgium Sanctorum lipſanis, venerationi expoſitis, ſacrilegas manus abſtinuit:* nihil *enim hodie, inquit Curtius,* de reliquiis ſupereſt, niſi dens, cujus teſtimonialium litterarum ſequentem copiam feci? Carolus Philippus de Rodoan Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Brugenſis, &c. Præſentium tenore atteſtamur, nos in viſitatione lipſanothecæ eccleſiæ collegiatæ S. Salvatoris Brugenſis, reperiſſe in eadem dentem cum inſcriptione antiqua ſequenti, DENS S. GUTHAGONIS. Et quandoquidem dicti Sancti quondam in eccleſia [Ooſtkercana] aſſervata pignora, ſtante iconoclaſtarum rabie, perierunt, dictum dentem ad præfatam eccleſiam Ooſtkercanam

Quid de reliquiis modo ſuperſit,

AUCTORE J. B. S.

transferendum duximus & tranſtulimus, & vaſculo argenteo, ad hoc fabricato, incluſimus, cum alio ſacro oſſe ibidem invento, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio, menſis Septembris die decima quinta. Signatum Carolus Philippus Epiſcopus, & ſigillo ejus munitum.

& quomodo hodie colatur Sanctus.

10 *Plura alia quæſiveram, ad hodiernarum ſancti Guthagoni reliquiarum venerationem, ad præcipuam ejus annuam feſtivitatem, ritum & officium ſpectantia: item an Ooſtkercanæ eccleſiæ patronus eſſet, an nova beneficia ipſius interceſſione obtinerentur? Quibus in hunc modum reſpondit nobiliſſimus toparcha Curtius:* Prædictus dens etiamnum in eccleſia Ooſtkercana ſervatur, & quotannis III Julii populi venerationi exponitur, coliturque tamtummodo iſta die ſanctus Guthago in eccleſia, ita ut nequidem ſit obligatio audiendi ſacrum, ſed olim fuit: nec proprium officium eſt, ſed legitur prædicta die de communi confeſſoris non pontificis. Patronus præcipuus prædictæ eccleſiæ eſt ſanctus Quintinus martyr, cujus feſtum colitur, uti Dominica; ſancti vero Blaſius & Guthago
B etiam tamquam patroni invocantur, coliturque, ut dixi, eorum feſtum in eccleſia. De miraculis vero ſancti Guthagonis nihil amplius narratur. *Atque hæc ſunt, quæ de ſancto Guthagono Ooſtkercano, adhibitâ quantavis diligentia, erui hactenus potuere; neque ſpes eſt, fore ut alia reperiantur. Supereſt igitur ut ex Natalibus Molano-Louvianis citatum jam non ſemel elogium ſubnectamus, quod Actorum vices ſupplere poſſit.*

Do ſancto Guthagono confeſſore.

Ex Lectionibus in Ooſtkercka, quas accepi à Domino Matthia Laurentiano, pœnitentiario Brugenſi.

Mortuus in Knocke, ſepelitur Ooſtkercæ,

IN Ooſtkercka, burgo Flandriæ, ſancti Guthagoni confeſſoris, regis Scotiæ, qui ibi peregrinus pro Chriſto in pace quievit. Hic, ſicut ſuæ poſteritati antiquitas reliquit, creditur, dum viveret, regalis fuiſſe dignitatis; ſed conſiderans omnia eſſe vanitatem, quæ
C ſub cælo ſunt, in Flandriam pervenit: ubi circa littora maris, in vicinio de Knocken, aliquamdiu ſanctè eſt converſatus, & à clericis ac laicis Ooſtkerckæ cum devotione ſepultus, D in occidentali parte cœmeterii. Sed Domino per eum crebra miracula faciente, corpus juxta eccleſiam eſt majori veneratione *a* reconditum, & capella ſuper eum conſtructa, ubi nunc eſt eccleſiæ campanile. Ghillo autem, qui eidem Sancto adhuc viventi familiarius adhæſerat, ab eo jam defuncto avelli non potuit; qui etiam creditur poſt mortem claruiſſe miraculis. Nam tempore Gregorii, curati dictæ eccleſiæ, qui poſtea in Ordine Prædicatorum fratrum ſancte vixit, manum aridam, ab eo miſericordiam imploranti, reſtituit: unde dictus Gregorius metricè ſcripſit *a*

Contracto Ghillo ſcit opem conferre pugillo.

elevatus an. Sed ipſius corpore in terra manente, beati Guthagoni corpus, Domino per eum multa *1159.* miracula faciente, de humiliori loco, in capſam, meritis ejus decentem, tranſtulit Gerardus Tornacenſis Epiſcopus, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, quinto Nonas Julii, aſſiſtentibus ſibi venerabilibus abbatibus de Dunis *b*, Oudenburgo & Eeckhout. *b*
Eamdem capſam reverenter & devotè aperuit E
ac viſitavit Nicolaus, Epiſcopi Tornacenſis ſuffraganeus, die primo Octobris anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto, invenitque in ea teſtimoniales litteras dicti Gerardi Epiſcopi, pontificali ipſius ſigillo munitas, quæ adhuc inibi cerni poſſunt *c*. Feſtum Ooſtkerkæ celebratur die tertio Julii & primo Octobris. Reliquiæ vero jam conſpiciuntur in muro eccleſiæ per ferreos cancellos, minus fortaſſis decenter. *c*

ANNOTATA.

a *Qua ſit iſta major veneratio, non ſatis intelligitur, niſi idem velit, quod paulo inferius dicitur de elevatione per Gerardum facta; alioquin indicaret, capellam fuiſſe conſtructam, ſacro corpore adhuc ſub terra latente.*

b *Erat tunc abbas Dunenſis B. Idesbaldus, de quo vide Acta ad* XVIII *Aprilis pag.* 588, *num.* 4; *Aldenburgenſibus præerat Marſilius, apud Sammarthanos. Eeckhoutani nomen repertum non eſt.*

c *Periit hoc inſtrumentum cum ipſa antiqua lipſanotheca, ab iconomachis capta & deſtructa, ut ſupra dictum eſt.* F

DE S RAYMUNDO CONFESSORE,

TOLOSÆ IN GALLIA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. De S. Raymundi cultu, ſec. XVII inſtaurato.

SECUL. XI. *Conſpectus Toloſa,*

Toloſam, ut priſcam & magnificam, à Catello fuſe deſcriptam, laudarunt olim ſcriptores veteres, quos inter Martialis Palladium *identidem nuncupat.* Turrita *item dicta fuit &* quintuplex, *ornata capitolio, unde fortaſſe octo hodiedum Capitolatus; ſeu totidem regiones, in quas urbs dividitur, ſynonymis præfectis ſubdita. Gallia Narbonenſi à Catello tribuitur, non Aquitanicæ, antiquorum Volcarum Tectoſagum caput. Urbs potens eſt, perampla & populo frequentiſſima, Occitaniæ provinciæ, ſeu ut modo loquimur Languedocii primaria, ſita ad Garumnam fluvium, qui ponte pulcherrimo ibi jungitur. Subfuit aliquando Archiepiſcopo Narbonenſi, deinde Bituricenſi, à Joanne PP. XXII ad metropolim primum evecta. Quantum paſſa fuerit, occaſione motuum*

per

A per Albigenſes excitatorum, vulgo notum exiſtimo. Perſtat hodie celeberrima civitas, ſuprema Parlamenti Curia, nobili Academia aliiſque prærogativis, non minus inſignibus, illuſtris, creſcetque porro fortunis & opulentia, ſi incile à Rege Ludovico XIV inceptum, quo liber navibus è mari Mediterraneo acceſſus Toloſam pateat, optatum exitum ſortiatur, libera eo pacto ad Oceanum per Garumnam navigatione, ſic ut utriuſque maris dives emporium futura ſit. Brevem eam notitiam præmittimus, acturi de Sancto, ab ea urbe cognomentum ſortito, Raymundo Toloſano.

ubi in S. Saturnini eccleſia canonicus,

2 Inter primos Galliarum apoſtolos merito computatur S. Saturninus, cui Toloſates excolendi obtigere, apud quos ipſe glorioſo martyrio coronatus, uſque hodie ut urbis protector & tutelaris patronus, ſingulari veneratione recolitur, templo in ejus honorem, vel in ſuburbio, vel juxta Toloſam exſtructo, ubi fundatum Canonicorum collegium, quod à Sancto denominatur, corrupta gallicè appellatione, ſaint Sernin. Iſtius capituli, olim non ſemel mutati, utpote quod primum conſtiterit ex canonicis, ſub Præpoſiti præfectura regulariter viventibus, deinde per breve tempus monachis, tum canonicis regularibus S. Auguſtini, quibus ab anno 1118, teſte Catello, Abbas præfuit, demum anno 1526 ſeculares regularibus ſucceſſerint; ejus, inquam, capituli membrum fuiſſe perhibetur is, quo de agimus, S. Raymundus (Caſtellano Ragmundus) alteri ſancto, eccleſiæ S. Saturnini Priori, tum Barbaſtrenſi & Rotenſi Epiſcopo, popularis, ſynonymus & ferme æqualis. De altero illo S. Raymundo actum XXI Junii; hic noſter apud eam S. Saturnini eccleſiam adoleſcens cantoris (chorauli opinor) officio functus; poſt junctus matrimonio, tandem, mortua conjuge, inter Canonicos cooptatus, ut erat charitatis operibus impensè deditus, in eleemoſynarium, ſeu forte œconomum electus dicitur, quo in munere, ſuis ipſe ſumptibus collapſam ſeu deſtractam ſancti Saturnini eccleſiam egregie reſtauraverit, aliis inſignis in pauperes miſericordiæ operibus, & xenodochii, ſeu collegii ad clericos alendos fundatione, Toloſa celebratiſſimus.

totus in opera charitatis exarſit S. Raymundus.

C 3 His potiſſimum enarrandis inſiſtit is, qui hujus S. Raymundi aliqualem Legendam in novem breves lectiones, hactenus manuſcriptas diſtribuit, ut infra pluribus. Iſtorum operum ſpecimina ſtatim occurrunt lectione 2; Raymundus utique Sanctus totus, inæſtimabili charitatis ardore ſuccenſus, quidquid de prædiorum reditibus, quæ ſibi acquiſierat, aſſequebatur, in opere pietatis, deſiderans, per manus pauperum in cæleſtes theſauros tranſmittere procuravit. Per ſingulos ſiquidem annos, hiemali appropinquante tempore, de rei ſuæ reditu emebat indumenta quæ poterat, & ſingula ſingulis diſtribuens, opera miſericordiæ, ne favoralis aura diſſolveret, humanis ſubtrahens obtutibus, horis competentibus latenter exercere ſatagebat. *Talia recurrunt ſub ipſum lectionis 3 principium:* Singulis quoque annis, in introitu Quadrageſimalis obſervantiæ & in feſtis ſolennioribus, centum & eo amplius pauperibus cibaria præparans, affluenter miniſtrabat; nec ideo tamen, quaſi iis contentus, à quotidiana eleemoſynarum adminiſtratione animum revocabat. *Hujuſmodi encomiis plena ſunt, quæ in prædictis lectionibus ſubſequuntur, ut totus in id genus charitatis opera Sanctus noſter, à prima ſua ad Deum converſione, exarſiſſe videatur.*

4 Mirari hîc ſubit, tam ſingularis & tam inexhauſtæ charitatis exempla, ita ſub modio multis ſeculis latuiſſe, ut tanti viri ſanctitas extra Toloſæ pomœria radios non extenderit; nec ibi quidem ſic agnita & admiſſa, quin obtrectatores invenerit, quos præcipue refellit lectionum præfatarum concinnator, non minus S. Raymundi vindicias, quam vitæ ſeriem, eamque ſatis ſiccam & perfunctoriam deſcribens. Sane vix credibile multis videbitur, Sancti iſtius memoriam, in nullis eccleſiaſticis faſtis uſquam celebratam, in tot Uſuardinis auctariis nuſquam collocatam, quin nec notam Conſtantino Ghinio, ſanctorum Canonicorum omnium tam liberali, tam ſedulo collectori; ut primùm per Sauſſayi appendicem Majoribus noſtris innoteſcere debuerit: unde ſuſpicor, Bollandum ad Toloſates noſtros recurriſſe, ut ampliorem inde notitiam acciperet, quam anno 1643 ſuggeſſit Clar. Poſſinus noſter tum adhuc junior, ſubmiſſis, quas modo indicavi, lectionibus Mss. nec multùm exactis, nec accurate tranſumptis, forte quod amanuenſis veterem characterem non ſatis diſcreverit, nec latini ſermonis ſatis peritus, ſolœciſmos à rectis conſtructionibus diſtinguere noverit.

AUCTORE J. B. S. Hic olim extra Toloſam vix notus,

E occaſione depulſæ à populatibus peſtis an. 1652,

5 In earum lectionum titulo Raymundus diſertè beatiſſimus nuncupatur; in textu paſſim Sanctus, imo totus Sanctus, & ut illuſtrium miraculorum patrator depingitur, quibus operoſius probandis tres ultimæ lectiones impenduntur. Auctor Vitæ gallicæ, anno 1656 excuſæ, Joannes Baptiſta Jalras, è S. Franciſci familia, in ipſo operis ſui exordio Thaumaturgum S. Raymundum appellare non dubitavit. Porro ex ea gallica Legenda, aliaque latina, quam anno proxime præcedenti ediderat vir non indoctus, nec Latii ſermonis imperitus, qui ſub litteris B. M. latere voluit, quique ad opuſculi ſui calcem plurima teſtimonia congerit, ut debitum B. Raymundo eximiæ ſanctitatis titulum evidentius demonſtret, quæ, commentarii hujus § 4, deſcripta invenies: ex hiſce, inquam, legendis, celebriorem S. Raymundi cultum orbi catholico innotuiſſe crediderim, ea potiſſimum de cauſa, quod anno 1652 dira lue afflicta urbs Toloſana, ſolenniſſimo voto de S. Raymundi reliquiis, majori in honore habendis, ſumptuoſoque argenteo loculo reponendis, concepto, præſentiſſimum ſenſiſſet ejus auxilium, quemadmodum expreſſis verbis teſtatur ſcriptor Anonymus, quem ſic appellare pergam, licet ſerius intellexerim, fuiſſe D. Medon, regium in ſeneſchallatu Toloſano conſiliarium. Quiſquis vero fuerit, ſic præfationem ſuam exorſus eſt:

F

ſanctitatis famam latius ſparſit;

6 Vitam eximiam D Raimundi, cujus cineres, ob depulſam ab urbe ſævientem peſtilentiam, nunc ex voto publico Toloſates conſecrant; ego privati voti reus, non tam meis viribus, quam ipſiuſmet auxilio confiſus, ſcribere aggredior. Labor meus, quamvis tenuiſſimus, non poteſt non eſſe legitimæ plenus gloriæ, quia non poteſt non eſſe Superis valde acceptus. Nam ſi tantò gratum eſt Deo, ſenſus omnis expertia oſſa illa illuſtrium animarum, in maxima eſſe apud homines dignitate; quantò gratius erit illarum facta, virtutem ubique pietatemque ſpirantia, ſcriptis noſtris poſteritati commendari? Quod cum ita ſe habere, in animum ſemper induxerim, ſperavi confidentius, me ex tanta calamitate poſſe eripere, ſi provinciam iſtam devota mente exequerer. *Habes publicum totius urbis Toloſanæ, habes privatum votum, habes non obſcura neglecti prius cultûs indicia, quæ apertius indicat*

AUCTORE J. B. S.

indicat Vitæ gallicæ auctor Falrasius pag. 113, *populares suos Tolosates incusans, quod antiqui benefactoris obliti, ejus reliquias antea revereri neglexissent, Sancti memoriâ oblivione quodammodo sepultâ, quæ novi illius prodigii occasione illustrius effulsit, sic ut multiplicatæ exinde sint Sancti festivitates : nam præter hodiernam celebritatem, ab immemorabili receptam, notavit R.P. Prevost (quem Præpositum vocare licebit) Congr. S. Genovefæ canonicus, Dominum aliquem Daydé, in nescio qua historia ecclesiæ S. Saturnini, Tolosæ edita an.* 1661, *alicubi observasse, etiam* VII *Januarii peculiari cultu* S. Raymundum *honorari, ob solennem eo die an.* 1657 *sacri corporis translationem ad sacellum sui collegii : tum* XXX *ejusdem mensis, ob votum an.* 1653, *ipso die à Tolosatibus conceptum : demum* XII *Novembris, ob depositionem reliquiarum in thecam vel thecas argenteas, ut habes infra num.* 40.

7 *Cultum illum egregie restitutum seu instauratum agnovere, opinor, Canonici regulares congregationis Windesemensis, qui* S. Raymundum *in Ordine suo recensentes ; ex eo, ni fallor, tempore duplici eum officio, inter Propria sua honorare cœperunt, tribus lectionibus non ineleganter Sancto aptatis, quæ quidem ex nostris jam citatis decerptæ sunt, sed à vero natali die in eo deflectunt, quod* VIII *Julii ipsum recolant, cum in lectionibus nostris disertissimè dicatur mortem obiisse* V Nonas, *seu hac tertia Julii die. A Congregatione Gallicana sua mutuati fuerint Windesemenses, illa vero Legendam gallicam consuluerit, in qua Falrasius pag.* 93 *asserit ;* S. Raymundum *spiritum creatori reddidisse* VIII *Julii* 1059. *Quo primum tempore à Canonicis regularibus Gallicæ congregationis receptum fuerit Sancti nostri officium, necdum mihi exploratum est ; suspicor tamen, totam assumpti istius cultûs, tum in Francia, tum in Belgio occasionem processisse ex jam memorato Tolosano miraculo : idque nuperrime confirmavit laudatus alibi Præpositus, dum litteris suis testatus est, non ante* 1662 *officium istud à sua Congregatione adoptatum.*

inſertus Proprio canonic. Regularium VIII *Julii ;* B

8 *Ceterum in eo etiam abundant lectiones Windesemenses, quod ubi Legendæ vetustioris auctor nullum vitæ tempus determinat, ista rotundè enuntient,* anno salutis millesimo centesimo quinquagesimo nono ad cælestem beatitudinem evocatum *S. Raymundum, quæ unde accepta sint, aut accipi potuerint, necdum satis intelligo ; nisi forte ex aliqua Legenda particulari vel officio Canonicorum regularium S. Saturnini, quod allegat jam dictus Præpositus, vir eruditus, & in Sanctorum suorum Canonicorum Vitis apprimè versatus, litteris ad me datis* XXVI *Augusti* 1718 *testatus, Sanctum, quo de agimus, sub iisdem ferme lectionibus, quas Windesemenses appellavi, & officio item duplici, coli in ecclesia collegiata, jam seculari, S. Saturnini Tolosæ, non* VIII, *sed vero obitûs die* III *Julii, quem recte in appendice Martyrologii sui Gallicani servavit Saussayus ; nec satis percipio, cur ab eo recesserit Castellanus in Universali,* S. Raymundum *transferens ad* IV *Julii, nullo duce, nullo præcursore : in eo etiam aberrans, quod cum citatis officiis, mortem Sancti consignet anno* 1159.

in quo obitus ejus etiam male ſignatur 1159.

C

§ II. De S. Raymundi ætate.

Colligenda utcumque Sancti ætas,

PRo *obitûs, seu natali in cælis die, certius argumentum haberi omnino non potest, quam ex citata Legenda nostra, disertissimè signante* V Non. Julii, *ut jam diximus. Major & fermè insolubilis controversia est circa Sancti ætatem, aut tempus determinatum quo vixerit ; nam annos nativitatis, obitûs, vel totius vitæ decursûs definire, est, meo quidem judicio, prorsus impossibile. In tota nostra Legenda unus, isque subobscurus, character occurrit, unde id demum colligitur, vixisse* S. Raymundum *eo tempore, quo S. Saturnini ecclesia, ante destructa, à fundamentis restaurata est. En verba ex lectione* 4 : Quid dicam de egregio ecclesiæ S. Saturnini opere, cui per multa annorum tempora præfuit, & præter capitis membrum, quod jam completum fuerat, corpus à fundamentis incipiens, ante obitûs sui diem, divina opitulante misericordia, parietes in circuitu ad fenestrarum completionem usque perduxit. *Alius, quantumvis tenuis, lucis radius affulgeret, ex strato binis pontibus* Hircio *flumine, si apud Catellum, aut alium quemptam Tolosatem historicum, talium pontium ætas deprehendi posset.*

ex reſtauratione templi S. Saturnini, E

10 *Inhærendum itaque soli templi S. Saturnini restaurationi, cujus tempora si satis feliciter definire possimus, id saltem certo habebitur, per id tempus, omni dubio procul, vixisse Sanctum nostrum. Qua in re probatissimus nobis auctor erit laudatus Catellus, de Comitibus Tolosanis à pag.* 176 ; *ubi postquam egit de destructione primi templi S. Saturnini, subdit, Rogerium Episcopum controversas olim* oblationes omnes, causa ædificandæ novæ ecclesiæ recollegisse, *quæ verba adfert ex Bulla Urbani II, data* XII *Kal. Augusti* 1097. *Porro Rogerii ætatem connectit cum Rege Franciæ Henrico I & Pontio Comite Tolosano. Atque hunc calculum non male adoptavit scriptor Vitæ Anonymus, sub initium, ubi ita loquitur :* Quo autem anno ejus ortum constituam, plane nescio ; cum nullo mihi monumento constet : sed idem ævum agitasse, quod Henricus primus Galliarum Rex, Pontius Comes Tolosanus & Rogerius Episcopus vero simillimum est : sicuti antea rerum nostrarum peritissimo Catello visum ; à cujus auctoritate ut recedam, nullæ me rationes impellunt. *Ubi accuratè observes velim, non dicere Anonymum, eo tempore natum esse* S. Raymundum, *sed* idem ævum agitasse, *quod tres illi, quorum ætatem utcumque eruendam existimamus, utpote qui cum ipsis vixerit. An eodem cum ipsis tempore mortuus sit, infra conjectabimus.*

F

viventibus R. Henrico, Pontio comite & Rogerio Tolos. Ep.

11 *Ut igitur verosimillimam epocham figamus, cum Rex Henricus primus debitum naturæ solverit* V *Augusti an.* 1060, *postquam solus regnasset annis* XXIX *& diebus* XV, *dubium esse non potest quin ante annum illum* ævum agitaverit *S Raymundus. Rogerium autem Episcopum & Pontium Comitem anno* 1060 *adhuc superstites fuisse, ex documentis ostendisse dicitur Bernardus Guidonis apud Catellum de Comitibus pag.* 119, *sic tamen ut Pontius ante annum* 1071 *fato functus sit, quod etiam de Rogerio existimandum, quem Sammarthani aiunt, anno ipso* 1060 *diem extremum obiisse Utut est, id probabilissimè admittendum censemus, vixisse & floruisse Sanctum nostrum eodem ævo, eodem tempore, quo Rex Henricus, Pontius & Rogerius, non jam puerum aut adolescentem, sed virum adultæ ætatis & ad S. Saturnini Canonicum. Inde tamen inferre non ausim, eodem etiam cum illis tempore obiisse, quod collegisse videtur auctor Vitæ gallicæ, dum verbis supra relatis ait, spiritum creatori reddidisse* VIII *Julii anni* 1059, *quasi vero cum jam dictis Pon-*

A *Principibus ita ævum agitarit, ut eosdem obitu præcesserit.*

12 *Hæc ut proximè ad veritatem cum Catello disputata sint, quis modo OEdipus nobis ediſſeret, quo anno vivere cœperit* S. Raymundus, *quo desierit. Hîc meris conjecturis utendum, palpandumque, ut quis cum aliqua saltem veri specie cursum vitæ Sancti aliquousque determinet, in quo longe facilius est, aliorum opiniones convellere, quam propriam satis firmiter stabilire. Interim ex iis, quæ jam discussa sunt, id certo sequitur, non potuisse* S. Raymundum *ad annum usque* 1159 *ætatem producere, utpote qui cum Episcopo Rogerio, Rege Henrico & Comite Pontio idem prorsus ævum agitans, censeri omnino debeat, ipsis multo junior non fuisse, saltem annum quinquagesimum superasse, dum illi fato fungerentur, ut si ad annum seculi* XII *undesexagesimum pertigerit, sesquiseculo major fuisse dicendus sit, quod nemo sobrius, absque indubitatis testimoniis ausit asserere: unde evidenter patet, erroris chronologici arguendos regulares istos Canonicos, tum Gallos, tum Belgas, tum alios, quibus talem epocham, nullo fundamento nixam, Proprio suo in-*

B *serere lubuit, ac per consequens Castellanum, eosque omnes, qui prædictam opinionem amplexi sunt.*

13 *Ne hîc multis minutiis lectores implicem, dicam quod sentio. Ipsa Tolosatium opinatio, quod Acta* S. Raymundi *à S. Anselmo, tum adhuc Beccensi monacho, digesta fuerint; satis ostendit, non posse ipsos Sancti sui ætatem ad seculum* XII *extendere, cum S. Anselmus monachus esse desierit an.* 1093, *eo anno* VI *Martii electus Cantuariensis Episcopus. Si igitur vitam scripsit, adhuc monachus existens, scripsit certissime ante annum* 1093, *adeoque ante istum annum jam obierat* S. Raymundus. *Utor argumento ad hominem, quamquam minime persuasum habeam, S. Anselmum in lectionibus illis describendis exercuisse stylum, qui nihil minus quam ipso dignus est; præterquam quod earum compilator satis insinuet, non tam præsentia aut recentia se scribere, sed ea, quæ duobus forte seculis, si non amplius, ætate sua antiquiora sint, dum tam solicitè rogat, ut iis,* quæ prosequitur, nemo fidem accommodare dubitet, *in rei probationem & fidei suæ integritatem nihil aliud adducens, præter* fidelium relationem, *seu perseverantem traditionem & miracula, diu etiam ante patrata. Ut nihil dicam de informi opere, in quo vix ullus historiæ character appareat.*

C 14 *Nunc alia, eaque solidissima ratione ab ingressu seculi* XII *Sanctum nostrum facile prohibebimus. Demonstrat Catellus, de Comitibus Tolosanis pag.* 177, *Urbanum PP. II, assistentibus septemdecim Episcopis seu Archiepiscopis,* anno 1096, IX Kal. Junii.... *consecrasse* ecclesiam S. Saturnini Martyris, Tolosæ Episcopi. *Nemo, opinor, in animum induxerit, summum Pontificem consecrasse ecclesiam, necdum perfectam, saltem solis muris constantem & tecto carentem. Atqui ex sæpius citata Legenda jam nunc ostendimus, Beatum nostrum prædictam ecclesiam* ante obitûs sui diem, divina opitulante misericordia, *non nisi* ad fenestrarum completionem usque perduxisse; *hinc mihi indubitatum videtur,* S. Raymundum *pridem è vivis excessisse, antequam templum eò perductum esset, ut consecrari posset, adeoque annis aliquot ante* 1096. *Sicui modo tam felici esse contingeret, ut nobis enuntiaret, quot annis opus fuerit, ut* fenestrarum

Non potuit Sanctus pertingere ad seculum XII

uti ad hominem contra Tolosates evincitur;

& ex consecratione templi S. Saturnini an. 1096.

completioni *reliqua templi moles superimponeretur, pateret proximus aditus ad arcanam, quod quærimus, nempe ut tempus quo Sanctus noster obiit non inverosimiliter deprehenderetur.*

15 *Demus hîc rursus aliquid probabili conjecturæ. Rogerius Episcopus anno* 1060 *fatis cedens,* oblationes omnes, causâ ædificandæ novæ ecclesiæ, recollegerat; *non additur, neque eo loci dici debuit, ipsum operi manum admovisse, at dubium non videtur, quin opus inchoaverit, &* capitis membrum compleverit, *quod aiunt lectiones nostræ, prius factum fuisse, quam Sanctus noster* corpus à fundamentis inciperet. *Hæc nobis haud obscure indicant,* S. Raymundi *opus post annum* 1060 *inchoatum fuisse, quod omnino licet supponere; tum vero, cum* per multa annorum tempora, *alii scribunt annis tredecim, ei operi Sanctus* præfuerit, *credibile est, anno circiter* 1073 *vel* 1074, ad fenestrarum completionem perductum *fuisse; atque hinc ea demum elicietur conclusio, isto circiter tempore* S. Raymundum *beatam animam Deo reddidisse. Nec mireris porro, totos viginti & amplius annos necessarios fuisse, ut moli ædificii, eò perductæ, coronis imponeretur, cessante nimirum* S. Raymundi *largitate, unde ad colligendas eleemosynas, Tolosano Comite nequidquam adjuvante, tanto temporis intervallo laborandum fuerit; in quo non video quid merito opponi possit, cum Catellus, citato superius loco, non vereatur dubitare, an tum plene perfecta fuerit, dum ab Urbano consecraretur, nempe, quod turris fortasse & opera alia imperfecta tunc fuerint, quibus complendis opportune accesserit Comitis liberalis donatio, quæ ibi paucis describitur.*

Verosimile est non superasse an. 1074.

16 *Fallor vehementer, si Raymundiana qualiscumque epocha, utut etiamnum confusa, ex adductis monumentis, ad quæ sola restringimur, verosimilius erui queat. Et vero mecum planè sentiunt scriptores Tolosani, dum toties memorant, totis sexcentis annis sepultum fuisse sacrum corpus, prius quam, ob dictum supra miraculum, solennius elevaretur. Nec me illatenus turbat scrupulus, è Legendario nostro, nullum fere rerum ordinem servante, ab aliquo objiciendus, ex eo quod post verba nuperrime citata, sic loquatur, acsi post operis istius ecclesiæ S. Saturnini completionem,* beatissimorum Patrum imitator effectus, in eadem ecclesia Regi suo tandem sub regulari habitu militasset. *Quasi diceret, id quod ex ipso rotundissime adstruunt recentiores omnes, Sanctum bonis tunc omnibus se abdicasse, nempe religiosum habitum apud Augustinianos regulares canonicos suscepturus. Audi Anonymum num.* 8: Dum omnibus fortunis sic se exuit, quidquid erat in se terrenarum curarum, quamquam minimum, cum celestibus statuit oppido commutare. Quod ut facilius perficeret, in album Augustinianorum regularium S. Saturnini... inscribi voluit. *Scrupulus is, inquam, est, forte ex suppositione, quod eo tempore iidem ipsi religiosi, seu regulares canonici, templo isto tunc potiti sint, qui dum scriptor sua colligebat, eidem præerant, quod ex Catello facile subvertitur. Satis hîc sit, eviciſſe, Legendarium nostrum, vel summæ inconsequentiæ rerum esse, vel* S. Raymundum *operi suo usque* ad diem obitûs *intendisse, eique planissime immortuum.*

Templum ædificavit dum esset canonicus,

17 *Scrupulum longiori refutatione dignum non censeo, quippe qui existimem* S. Raymundum *canonicum fuisse, imo & regularem, quod nomina*

& operi isti immortuus est.

AUCTORE J. B. S.

E

AUCTORE J. B. S.

continuata bis significant ; sed ex eo numero , qui licet vitam aliquam communem in claustro seu monasterio servarent , ad nullam tamen bonorum abdicationem obligarentur , sic ut eo etiam , quo canonicus fuit , tempore , ædificio ecclesiæ de proventibus suis promovendo , invigilare potuerit , quod satis probant dicta jam verba ; à fundamento incipiens , ante obitûs sui diem . . . parietes in circuitu , ad feneſtrarum completionem uſque perduxit ; *utique tunc ipse , non seculo adhuc immersus , sed canonicus existens ad sancti Saturnini. Id rursus apertè insinuat lectionum auctor num.* 6 ; S. Raimundum , nullum parentibus teſtamentum feciſſe , *sed Christo seu pauperibus ; quod ineptissime diceretur de canonico regulari , voto paupertatis obstricto. Quod autem innuebam, ex Catello facile ostendi posse , nullos , dum* S. Raymundus *viveret , Tolosæ canonicos regulares , seu ut hodie intelliguntur , ex ordine S. Augustini religiosos repertos fuisse , patebit ex* § *sequenti.*

§ III. De insignioribus Sancti operibus & vitæ ſtatu.

B

Præcipua Sancti noſtri opera

INter ceteras singulares S. Raymundi *virtutes , eam potissimum elucere jam diximus , quæ prima, maxima & virtutum virtus dici debet, Charitas in Deum, & quæ cum ea indivulsè connectitur, in proximum misericordia. Hanc præcipue excolendam suscepisse videtur Sanctus , eam certe , ut ex brevi specimine jam ostensum est , præ reliquis extollit Legendæ nostræ exornator Anonymus, cujus verba , suo loco danda , ne hîc repetam , ex Saussayi elogio , satis eleganti, ea desumo, quæ ex eo capite Sanctum magis illustrant.* Plenus , *inquit* , viſceribus charitatis , miſericordiæ opera tam ſedulo & copioſè , quam latenter & verecundè exercuit , totuſque erga inopes & ægros , ac quoſvis afflictos piis affectibus effuſus, ipſos Judæos , etiamſi fidei hoſtes, à ſolatiis charitatis ſuæ non excluſit. Xenodochium ſuis ex facultatibus ædificavit , quod tredecim pauperibus clericis attribuit. Caſus etiam nonnullorum commiſeratus , qui diabolo agente , in gurgite fluvii Hereii , dum tranſirent , ſuffocabantur , duos pontes ſuper alveum illius fluminis ſuo ex penu conſtruxit. Sed ejus non his exhauſta eſt impendiis charitas.

C

elogio ſuo extollit Sauſſayius.

19 *Non pigebit , opinor , aliam præterea elogii partem intelligere , à laudato Sauſſayo , pari eloquentiæ flumine deductam :* Etenim ſancti Saturnini , cujus cultor erat ſtudioſiſſimus , baſilicam , vetuſtate collapſam , à fundamentis inſtaurari curavit , cujus ſtructuræ annis tredecim omni inſtantia præfuit , atque fere ejus molem uſque ad faſtigium perduxit. Tum vehementiori ſuccenſus igne , ſatis non eſſe ratus , ſua Deo offerre , ſeipſum penitus Chriſto vivum ſacrificium conſecravit , atque in ipſa ſancti Saturnini eccleſia , ſuſcepto ſanctæ religionis habitu , ſub ſancti Auguſtini inſtituto , vitam iniit , tantum à carne abſtractam , quantum Deo unitam , & angelicorum ſpirituum virtutibus conformem. Cujus admiratione nonnulli excitati , & exempli ejuſdem gratia incitati , fugitiva mundi deſerentes , ad ſimilis religioſi propoſiti tranquillitatem confugerunt. Sic præeunte & enitente Raymundo , canonica diſciplina ibidem , quæ emarcuerat , refloruit. Cujus fides , religio , caſtimonia , manſuetudo , benignitas , charitas & miſericordia , illo in cœtu , ſingulari ſplendore enituit. *Hactenus Sauſſayus , non minori verborum ambitu poſtremum* S. Raymundi *morbum , obitum & ſepulturam deſcribens.*

D

De exſtructis pontibus, nihil diſtinctum traditur :

20 *Audiſti pontes ad* Hereium , Hercium *vel* Ircium *flumen ſeu torrentem. Eorum notitiam paulo clariorem apud Catellum , Anonymum latinum & Falraſium fruſtra quæſivi : Catellus & Falraſius vix pontes appellant ; Anonymus in annotationibus ſuis varias quidem lectiones ſuggerit pag.* 50 *&* 51, *Legendam noſtram primum deſcribens, tum ex vita altera Ms. chartacea , hæc ſubjiciens :* Audiens autem , Ericium flumen imbrium multitudine alveum late diffundere ; miſertus viatoribus , quia multi navigando , ſubmersâ naviculâ , miſere aquis præfocabantur , propria pecunia , duos pontes opere lateritio conſtruxit. *Citantur deinde Sauſſayi verba jam à nobis relata. Verum hæc omnia diverſas nobis expreſſiones exhibent , rem ipſam, ſitum, epocham , hodiernum ſtatum , quæ omnia explicata vellemus, æque ambigua relinquunt , neque per litteras meas non unas lucis quidquam Toloſa obtinere licuit. Quæ ad varios fluminis nomen ſcribendi modos attinent , fluminiſque ipſius ortum & fluxum , invenies in annotatis Legendæ infra ſubjunctis*

E

Xenodochium ſeu collegium XIII pauperum ,

21 *De S. Saturnini templo nihil dicendum ſupereſt ; ejus ſtructuram , ſtructuræ tempus & reliqua eò ſpectantia paragrapho præcedenti abunde explicata exiſtimo. Illuſtrius & palmare quodammodo opus , unde Beato noſtro & major gloria & perennis fama , hodieque perſeverans , acceſſit , Xenodochium eſt , ſeu potius collegium ad alendos pauperes clericos conditum , de quo & jam aliqua curſim diximus , & Sauſſayum loquentem audivimus , ſubinde in ipſa legenda denuo enarranda , lect.* 3. *Ad hæc anonymus in annotationibus ſuis id more ſuo præſtat , ut ex vita ſua altera Ms. chartacea textum paulo diverſum referat his verbis :* Conſiderans autem , pauperes non minus tecto quam cibo indigere , hoſpitium juxta ipſam ſancti Saturnini baſilicam ædificavit ; quod lectis , linteis ac reliqua neceſſaria ſupellectile munivit , collatis reditibus , qui tredecim pauperibus alendis ſufficerent. *Præſtitiſſet omnino fundationis inſtrumenta producere , ejuſdem augmentum oſtendere , collegii inſtitutum explicare , aliaque ad notitiam facientia , quam nudas canere phraſium variationes. Illa itaque ex Catello de Occitania lib.* 2 *pag.* 225 *, paulò accuratius deſcribi merentur. En ejus verba , ex Gallico latine reddita.*

F

pluribus deſcribit Catellus.

22 Collegium S. Raymundi , tum in vetuſtis chartis , tum in ipſa S. Raymundi Vita , quæ ibidem exſtat , venit nomine Xenodochii : atque idcirco collatio locorum ejuſdem collegii , ſpectabat antiquitus ad eleemoſynarium abbatiæ S. Saturnini. Verum , unito poſtmodum eo eleemoſynariatu capitulo dictæ eccleſiæ , jus ad ea loca nominandi habent modo canonici , ſaltem is qui hebdomadarius eſt. S. Raymundi collegium dicitur , quia ſanctus ille ad S. Saturnini canonicus , ejuſdem fundator extitit , qui ipſum exſtruere cœpit , & non perfecit : iis autem , quæ ſtruxerat , igne abſumptis , alio ſubinde loco reædificatum eſt ab Illuſtriſſimo Santandræano Carcaſſonenſi Epiſcopo , cujus inſignia in eodem collegio etiamnum exſtant. Narrat Sancti Vita , inſtitutum primitus id collegium ad ſuſtentationem tredecim pauperum clericorum ; fert autem traditio ,

Epi-

A Episcopum Carcassonensem reædificatorem, tria loca adjunxisse, cujus rei tamen nulla in collegio exstant documenta. Hoc constat, Magistrum Joannem Bonhomme presbyterum curatum . . . cum observaret in ea fundatione nullum sacerdotem comprehendi, condito in eam rem testamento XVII Aprilis MDXVIII, fundationi addidisse alumnos binos sacerdotes, qui in sacello ejusdem collegii missam quotidianam alternatim celebrare tenerentur, quo pacto alumnorum numerus ad octodecim, qui hodiedum perstat, feliciter accrevit.

Canonicus fuit ad S. Saturnini,

23 *Atque hæc hactenus de insignibus monumentis, à* S. Raymundo *Tolosæ conditis, quorum perseverans memoria, quousque colligere licet, ipsum ab oblivione verosimillime vindicavit. Superest modo controversia de conditione seu professione, dicamus de statu vitæ, quem Sanctus postremum tenuerit & in quo vivendi finem fecerit. In pueritia & adolescentia* beato Saturnino delegatum *fuisse atque in ejus ecclesia* cantoris officio functum, *testis est Legenda, nec id in dubium revocare operæ pretium est. Clarum item, quod subin-*
B *de* lubricum timens ætatis, uxorem sibi legitimo copularit conjugio. *Deinde vero* non multis intervenientibus annis, *conjuge* mortem obeunte, *continentiæ virtutem amplexus sit. Hæc ut indubitata supponimus, quamvis nulla vel levissima supersint indicia, unde quis ætatem ejus definiat, dum matrimonii legem subivit; nec tempus quo in eo vixit, nec subsecuti cælibatûs diuturnitatem, quam certe ad tot annos, quot necessarii fuere ad exstructionem pontium, ad fundationem jam dicti collegii, ad alia, quæ ei perpetua fuere, misericordiæ opera, ac demum ad totos tredecim alios ædificationis templi sancti Saturnini extendere ausi non sumus, cum nobis probabilissimum sit, imo tantum non certum videatur, Sanctum ultimo isti operi immortuum.*

vitam communem & regularem professus;

24 *Tota controversiæ hujus difficultas reducitur ad ultima verba lectionis* 4; in eadem ecclesia Regi suo tandem, sub regulari habitu militavit. *Quæ verba Anonymus, pro insigni sua libertate, ita, apud nos num.* 8, *interpretari ausus est:* Quod ut facilius perficerent, in album Augustinianorum regularium S. Saturnini . . . inscribi voluit; *cum interim in tot suis annotationibus, nec ex Vita sua Ms. collegii, quæ ipsissima nostra est, nec ex Vita altera Ms. chartacea, vel unicum verbum proferat, quod Augustinianos,*
C *vel S. Augustini regulam eminus indigitet aut olfaciat. Verba prioris legendæ jam dedimus, en textum alterius, vulgo chartaceæ:* Tandem in ejusdem basilicæ monasterio, susceptо religionis habitu, Deo militavit, simul & exemplo sui, plerosque nobilium ad idem exercitium traxit. *Hæc postrema paulo clarius & nitidius explicantur, sub lectionis nostræ quintæ principium, in hunc modum:* Unde nimirum contigit, ut quidam, exempli sui gratia incitati, ad ejusdem propositi tranquillitatem confugerent, & fugitiva mundi respuentes, ad æternæ culmen hereditatis, viribus totis anhelarent. Sic denique factum est, ut spurcitia omnis de ecclesia canonica Fratrum Boni propositi, Deo tota mente servientium, ibidem stabiliretur.

sed antequam regula S. Augustini ibi nota esset.

25 *Hîc ego* regularem & religiosum habitum *intelligo; audio* Fratres Boni propositi in canonica Deo tota mente servientes, *quibus fortasse auctor, quem Canonicum verè regularem, seu S. Augustini regulam professentem fuisse existimo; quibus, inquam, plura fortasse voluit dicere,*

quam fuerit ausus exprimere. At frustra me torquco, ut inde eruam veri nominis religiosos, seu canonicos regulam S. Augustini professos, quos hodie vix eruditus quisquam ante seculum XII *possit agnoscere, ut plane ineptiisse dicendus sit Anonymus, dum numero nostro* 3 *rotunde asseruit,* S. Raymundum *humanioribus litteris* in Augustinianorum regularium D. Saturnini gymnasio *imbutum. Nimis quam pervulgatum est, religiosorum propriè dictorum nomen falso tribui congregationibus, per id tempus satis frequentibus, seu eas canonicorum dixeris, in monasteriis ecclesiæ conjunctis, vitam communem, sub abbate vel præposito observantium; seu laicorum, sub regulari aliquo habitu, idem perfectioris vitæ genus sectantium; seu quocumque demum nomine pia ista sodalitia appellaveris: nam ut mentem meam disertè aperiam, certum existimo, tempore* S. Raymundi *canonicos, qualitercumque regulares, S. Saturnini verosimilius regulam S. Augustini, propriè dictam, penitus ignorasse. Ut in re nota versamur, in qua pridem accuratè distincti sunt priores illi canonici regulares, ad normam fere concilii Aquisgranensis viventes, ab aliis, tribus omnino seculis, posterioribus, ita superfluum judico, odiosam quæstionem, jam toties agitatam, pluribus discutere.* E

Adm ssis duabus canonic. Regularium classibus,

26 *Ultro & lubens admitto, quæ mecum ea de re litteris suis* XXVI *Augusti &* XVII *Octobris proximè datis disputavit laudatus supra R. P. Præpositus, ad S. Genovefæ canonicus, cujus verba ex postremis latina facere non gravabor. Ita me alloquitur:* Concludis *inquit*, lecto Catello, S. Raymundum nostrum non esse, auctorque es mihi, eumdem scriptorem consulam, idem loco assignato perspecturus. Facta admitto & principia quibus inniteris, at conclusionem inde tantillum diversam elicio. Paradoxon videbitur. Sine, obsecro, rem explicem. Æquivocationis ratio, quantum licet colligere, inde oritur, quod Canonici regulares hodierni S. Augustini regula & instituto gloriantes, diversi censeantur ab iis, qui ipsos præcesserunt, sub simplici appellatione Canonicorum regularium, seu Canonicorum vitam communem in monasterio ducentium, qua in suppositione versari videtur tua difficultas. At enim pace tua dictum sit; non est ea hypothesis nobis norma, ad quam expendendum sit, utrum Sanctus aliquis nostris rectè annumeretur. Id nobis sat est, rationabiliter dubitari non posse, quin Sanctus iste, de quo quæritur, Canonicus fuerit, vitæ communis & regularis observator; quamvis nolim inferas, eâ præcisè causâ vere enuntiari, talem fuisse Canonicum regularem Ordinis S. Augustini. Cavebo equidem, ne titulus iste Sanctis nostris omnibus promiscuè tribuatur, sed iis dumtaxat, qui tali nomine insigniti fuerunt dum viverent, quique seculo XI posteriores sint: aliis, qui ea tempora præcessere, solum competit appellatio Canonicorum regularium, aut potius canonicorum, vitam communem ducentium. *Ita Præpositus.* F

facile componuntur controversiæ.

27 *Subscribo, inquam, viri eruditi & cordati sanissima sententiæ; neque vero hodiernis Canonicis regularibus obluctabor, tametsi antiqua omnia Canonicorum in commune viventium capitula Ordini suo vendicent, atque ea inter ipsum S. Saturnini; de quo B. Gregorius VII, circa annum* 1081, *scribens ad legatum suum Cardinalem Richardum, S. Victoris Massiliæ abbatem, lib.* 9

AUCTORE J.B.S.

ep. 29, sic memorat : Canonia S. Saturnini, sita juxta Tolosam urbem, quamquam noviter, decenter tamen canonicam vitam instituit, atque ex tunc regulariter vixisse dignoscitur. *An juxta regulam S. Augustini ? Id nemo ausit adstruere de* S. Raymundo, *cui adhuc liberum erat de bonis suis testamento disponere, ut patet ex paragrapho præcedenti, & ex Legenda ipsa, suo loco danda. Fatebor equidem,* S. Raymundum *magnopere conferre potuisse, ad regularem disciplinam in istud monasterium inducendam, at regulam S. Augustini verè professum, ex deducta superius chronologia, haudquaquam admitti posse, evidentissimum arbitror. Id unum tribuam Catelli auctoritati, quod scribit, citato supra libro de Occitania, pag.* 264, *sub Guilielmo Comite Tolosano, qui monachos inducere tentaverat, non anno* 1183, *quem ibi perperam signat, sed* 1083, *ut melius alibi, restitutos ecclesiæ S. Saturnini canonicos,* qui, *deinde,* facti sunt canonici regulares Ordinis S. Augustini, *nempe annis aliquot postquam ad meritorum suorum coronam evolasset* S. Raymundus, *qui nullo ordine sacro,*
B *quod saltem liqueat, initiatus, in statu laicali eleemosynarii munus, ut servus fidelis & prudens, ibidem verosimillime administraverat.*

§ IV. De antiquis S. Raymundi Actis, deque recentioribus Vitis & miraculis.

S. Anselmo non recte adscribitur legenda Ms.,

JAm non semel appellanda fuit vetus Sancti nostri Legenda, seu lectiones novem manuscriptæ, quas a Possino ad Bollandum missas diximus anno 1643. *Titulum præferunt,* Incipit vita beatissimi Raymundi Confessoris, *forte olim, aut apud Raymundiani collegii alumnos, aut apud Canonicos S. Saturnini in officio ecclesiastico usitatæ. Pagellas quinque implent, charactere nec satis nitido, nec satis accurato scriptæ : quod quidem condonari posset, nisi constructiones recurrerent, sæpe obscuræ, nonnumquam hiantes, aliquando etiam solœcismis fœdatæ, ut, licet minimè barbaræ*
C *dici possint, longe tamen absint à stylo S. Anselmi, cui eas adscribere non dubitat Saussayus, loco Martyrologii sui superius citato ; ubi præmisso longo elogio, cujus partem descripsimus, hæc sub finem pronuntiat :* Quæ omnia aliaque multa vera miraque ejus præconia S. Anselmus, dum esset Beccensis monachus, profectus Tolosam, ex authentica rerum recens gestarum relatione perdidicit luculentaque discussione, qua & aliorum tractûs hujus Beatorum tutelarium vitas exaravit, complexus est. *Quid hîc velit Saussayus, equidem prorsus non capio; qui S. Anselmi opera accuratius recensuerunt, unicum illi, qui ad Sanctorum vitas accedat, tractatum attribuunt,* De passione SS. Guigneri sive Fingaris, Pialæ & sociorum, *qui, utut Anselmi alicujus nomen præferat, à Majoribus nostris* XXIII *Martii, istius nominis sancto Cantuariensi Episcopo plane abjudicatur. De aliis autem Sanctis Tolosatibus scripsisse S. Anselmum, nemo est qui prodiderit hactenus.*

quæ potius ab aliquo canonico regulari,

29 *Tametsi vero gratis daretur, de Sanctis istis, quin & de* S. Raymundo *nostro, aliquid olim scripsisse* S. *Anselmum, id sane non vidit Saussayus, cujus inflata oratio ex lectionibus nostris tota ferme ad apicem desumpta est, in quibus facile observare potuit, earum scriptorem seu collectorem, non adeo propinquum fuisse* S. Raymundo, *dum in exordio ita loquitur :* Unde iis, quæ prosequimur, nemo fidem accommodare dubitet, tum quia veritatem fidelium relatione comperimus, tum quia, omni ambiguitate postposita, plura operando cognovimus, ex quibus, si forte aliquid injuria exigente, abolevit oblivio, adhuc Deo præstante, similia vel majora ibidem fiunt usu frequentissimo. *Audis hiulcam periodum, in qua pro,* veritatem, *legebatur* veritas ; *ut in annotatis iterum observabitur. De cetero, vel ex eo solo textu, probe intelligis, legendarium istum, multis post Sancti obitum lustris, non seriem historicam, multo minus chronologicam vitæ & rerum à* S. Raymundo *gestarum, præsenti memoria texere, sed apologiam meditari adversus eos, qui de Beati nostri sanctitate dubitabant, & signis ejus ac miraculis detrahere non verebantur. Nihil porro hîc legis, nihil in tota legenda invenies, quod S. Anselmum magnopere redoleat.* D

scripta fuerit circa seculum XIII,

30 *En proximum aliud elegantiæ specimen :* Raymundus itaque, non tam parentum generositate, quam virtutum nobilitate laudandus, Tolosæ minimis, quibus aliquando humana solet plicari fragilitas. Hic enim in annis puerilibus, *&c. Dicere voluit, opinor, Sanctum Tolosæ natum, iis occupatum non fuisse, quibus obnoxia solet esse humana fragilitas. Mitto plura id genus alia, amanuensium fortasse vitio luxata, quæ in editione nostra utcumque supplere conabimur ; utrum vero in tota illa rerum non satis ordinata compagine quidquam occurrat S. Anselmo dignum, tuum erit judicium. Malim ego existimare, ut supra insinuavi, fœtum esse alicujus Canonici regularis ad S. Saturnini, qui hominum, non satis pie de* S. Raymundo *sentientium, obtrectationes non ferens, uno fortasse, imo binis post Sancti mortem seculis,* ex fidelium relatione *seu populari traditione, ea gesta & miracula collegerit ; vindiciis illis suis obturaturus ora malevolorum loquentium iniqua. Si satis appositè res & tempora combino, non verebor suspicari, Albigensium tempora respicere, aut certe homines, ab istorum impietate non multum alienos, qui de Sanctis eorumque miraculis & cultu perversè sensserint.* E

Alias legendas excusas submisit R. P. Præpositus,

31 *Cum præter lectiones istas, satis jejunas, vix quidquam apud Catellum aut alibi reperirem, quo* S. Raymundi *vita paulo distinctius & accuratius illustrari posset, Tolosam, ut dixi, non semel recurrendum fuit ad obtinendas suppetias. Interim opportune succurrit laudatus supra R. P. Præpositus, ad S. Genovefæ Parisiis Canonicus, submissis vitis illis, ex quibus* S. Raymundi *ætatem, quousque potuit, eruere conatus sum, quasque compositas & excusas ostendi, occasione celeberrimi miraculi quo Tolosates suos ab immani pestilentia liberaverat Sanctus anno* 1652 *&* 1653. *Id Anonymus latinus aperte profitetur, dum se ex voto scribere asserit in opusculi sui titulo ad hunc modum :* Vita divi Raimundi, nunc primùm à B. M. ex voto concinnata, ad fidem Actorum, quæ in Tabulariis D. Saturnini & collegii D. Raimundi asservantur. *Crederes virum hunc, quisquis fuit, nova & mira quædam instrumenta reperisse, quibus opus ingens & magni moliminis aggressus sit. Interea autem, dum totum evolveris, plus quidem verborum & sententiarum, at rei vix quidquam, solidi certe nihil reperies, quod in prædictis nostris lectionibus non contineatur, iis solum exceptis,* F

A *quæ ad illuſtre beneficium Toloſatibus conceſſum, & recenti tum adhuc memoria celebre pertinent. Id ut clare perſpicias, Vitam illam totam ſincerè & integrè Legendæ noſtræ ſubjiciemus.*

alteram latinam ab Anonymo B. M. ex voto ſcriptam,

32 *In fronte opuſculi error irrepſit, dum pro anno* MDCLVI, *typographus poſuit* MDCLXVI, *quod ſatis patet ex brevi epiſtola dedicatoria ad Illuſtriſſimum Dominum Petrum de Marca, tum ſedis Toloſanæ Archiepiſcopum, ubi auctor diem & annum vere exprimit*, pridie Kalend. Julii MDCLVI. *Eam dedicatoriam prætereundam cenſuimus, cujus unum dumtaxat alterumve ſpecimen hîc adducere ſatis erit. Ita Præſulem compellat:* Quemadmodum nos hîc in noſtris miſeriis, Sanctorum juvat ambire patrocinium, ita etiam Sanctos, pace illorum dixerim, non abſimili multum modo, meliori licet conditione, ſuæ præſidium dignitatis, quam adhuc in terris obtinent, apud mortales quærere non dedecet. *Tum paulo infra:* Geſtiunt quaſi præ gaudio divi ipſa Raimundi oſſa, marmoreo adhuc incluſa tumulo, venire in manus tuas, ſperant-

B que per Te impoſterum majorem ſuam fore religionem. *Cetera huc non faciunt. At præfationem intactam dabimus, quod ea lucubratiuncula occaſionem & alia notatu digna contineat. Porro capita decem, in quæ ipſe Legendam ſuam diviſit, nos in totidem numeros diſtribuimus, marginalibus additionibus, more noſtro explicatos. Subtexuit auctor varias annotationes, quarum illas decerpemus potiſſimum; quæ ad rerum illuſtrationem nonnulli uſui eſſe poſſint. Prima continet teſtimonia de S.* Raymundi (*mavult ipſe* Raimundi *ſcribere*) *ſanctitate, quæ negligenda non putavi. Sic habet à pag.* 38.

in qua Sancti titulus vindicatur;

33 Divi aut Sancti appellatione (utraque enim iis convenit, qui in Beatorum album relati ſunt; quidquid dixerit Joannes Filiſacus, de idololatria politica cap. 1) Raimundum decoratum fuiſſe, patet ex vetuſtiſſimo codice manuſcripto ſancti Saturnini, quem miſſale vocant; in cujus Kalendario 111 die Julii fit mentio ſancti Raimundi confeſſoris. Ex Chartulario Ms. ſancti Saturnini, in quo ſunt à pag. 153 ad pag. 163, donationes XXIX, factæ hoſpitali ſive collegio ſancti Raimundi, ab anno MCXXII ad annum MCLXIV. Ex ſtatutis antiquis Capituli ſancti Saturnini, in

C quibus à fol. 8 ad fol. 86, Raimundus decies memoratur Sanctus. Ex Ms. codice collegii S. Raimundi, in quo habetur ejus vita & orationes, ſingulis annis, die Julii 111 in ejus cultum peculiarem dicendæ. Ex vita altera denique Ms. D. Raimundi. His aut certe ſimillimis argumentis freti, Catellus noſter in Hiſt. Comitum Toloſ. pag. 177 & in Actis Occitaniæ lib. 2; Sauſſayus quoque in Martyrologio Gallicano, tomo 2 in Supplemento pag. 1140 Sanctorum Catalogo Raimundum adſcripſere. Ceterum unde habuerit Sauſſayus, S. Anſelmum, tunc Beckenſem monachum, vitæ divi Raimundi poſteritati mandandæ cauſa, Toloſam veniſſe, etſi non dubitem quin id ſibi perſpectiſſimum fuerit, ſcire pervelim.

ſed novi nihil ſuggeritur.

34 *Scrupuloſa ſane in Sauſſayum religio, quaſi is operi ſuo nihil inſeruerit, quod ſibi non eſſet perſpectiſſimum: alia prorſus hodie eſt de Sauſſayano opere ſententia; quid ego de magnifica illa aſſertione cenſeam, ſatis explicui. Quæ autem jam rurſus oſtentavit Anonymus noſter momumenta, chartas eſſe non magni momenti, inde colligendum dixi, quod toto ſuo opere vix quidquam ſupra lectiones Mss. attulerit. Sic in aliis ſuis annotatis per totas viginti paginas, continuo magna verba inſonat,* vita Ms. collegii S. Raymundi; altera vita Ms. chartacea, vetuſtiſſima Acta, *& hujuſmodi alia, quæ ad id demum reducuntur, ut aliis quandoque verbis idem prorſus enuntient: nimirum ab imperitis librariis ſæpius deſcriptæ fuerint, & nonnihil hinc inde, ut ea tulerunt ſecula, ab aliquibus immutatæ præfatæ lectiones, & variis locis aſſervatæ, varias appellationes fuerint promeritæ. Id vero curſim obſervo, miracula, quæ tribus noſtris poſtremis lectionibus enarrantur, ſejuncta ab ipſo & ſub finem notarum à pag.* 58 *adjecta; ubi ait,* titulum indicare, collecta fuiſſe à Venerabili Beda præsbytero, quod Chronologiam non pati *recte advertit*, cum Beda D. Raimundum CCC annis præceſſerit. *Opinor, id collegiſſe ſcriptorem, ex eo, quod indicetur homilia Ven. Bedæ, quâ prætertâ, ſeries miraculorum ſubjungitur. Si alia reperit, certum tamen eſt, non minus ineptè Bedæ nomen hîc, quam alibi S. Anſelmi irrepſiſſe. Quæ poſtremis pagellis aſſuta ſunt, de ſignificato* E *regularis & canonici, parerga dixeris rei noſtræ plane extranea.* AUCTORE J. B. S.

Multo verboſior eſt panegyris gallica.

35 *Vitam alteram* S. Raymundi *Gallicè ſub idem tempus, nempe anno* 1656, *editam diximus à R. P. Joanne Baptiſta Jalras, è ſacra S. Franciſci familia, quam rectè appellaveris orationem panegyricam & moralem, per dies aliquot pro concione dicendam, utpote ad paginas* 123 *extenſam, ex qua quod ad vitæ Sancti hiſtoriam attinet, præter ea quæ in lectionibus habentur, nihil extuderis, niſi pia cogitata, non quidem omnino inveriſimilia, ſed quæ ſatis certum eſt, ipſum in antiquis monumentis nuſquam reperiſſe. Quæ ſub finem adjecit recentiora miracula, ea nos, poſt binas vitas noſtras ad calcem ſubnectemus. Ut de reliquo opere iſto, ex aliquo ſpecimine judicium feras; mactat ſe concionator per totas novem paginas, ut, licet divitem fuiſſe fateatur* S. Raymundum; *omnem tamen nobilitatis & titulorum umbram ab eo procul amoliatur, in quo nulla mihi cum ipſo controverſia, non magis quam in reliquis ſuis epiſodiis; quæ ipſi ultro & largiter concedo; certus nihil admittere, niſi quod in antiquioribus legendis ſtabilitum invenero. Cum vero, ut jam ſupra dixi, omnia demum revocanda* F *ſint ad ſæpe nominatas novem lectiones, eas hîc apographo noſtro, utcumque reſtituto, ſubjiciam, ubi notitias, Toloſa acceptas, tantillum expendero.*

§ V. Notitiæ Toloſa acceptæ.

Scriptum Canonici Maynardi Toloſa acceptum.

JAm dixi, miſiſſe me pridem Toloſam dubia non pauca, circa varia ad cultum præſertim, reliquias, officium eccleſiaſticum, Acta, ætatem & profeſſionem S. Raymundi *noſtri ſpectantia, ad quæ neceſſarias explicationes enixiſſimè poſtulaveram. Primum meum commentariolum periiſſe, reſcriptum eſt: ad ſecundum ea demum ſecuta ſolutio, quæ neglectis totius vitæ & Actorum circumſtantiis, ea unicè confirmat, quæ ex legenda noſtra, Latino Anonymo & P. Joanne Baptiſta Jalras ſuperius ſtabiliveram. Placuit nihilominus Reverendi adm. D. Joſephi Maynardi, ad ſancti Saturnini Canonici conatus, aliqua ſaltem explicantis, quæ ab aliis prætermita ſunt, nempe poſt vitarum ab ipſis ſcriptarum editionem peracta. Viſum proinde eſt*

AUCTORE J. B. S.

totam ejus tractatiunculam hîc integrè reddere, additis nonnullis observationibus, quæ ad rem enodandam aliquousque conferant, sub finem potissimum, ubi Maynardus opiniones de ætate Sancti non male refellit, sic tamen ut suam non satis rectè probet, intricatissimum negotium indecisum relinquens. Hinc conjeci, & conjiciet mecum cordatus quisque ampliorem Tolosâ explanationem frustrà exspectari, quidquid antiquas tabulas, ex archivorum suorum latebris se extracturum minitetur laudatus Maynardus. En totum responsum, cui hunc titulum præmittit : S. Raymundus Tolosas, ecclesiæ S. Saturnini Tolosæ canonicus.

Sanctum Tolosatibus asserit,

37 Primùm constat ex antiqua & continua traditione, antiquis indubitatisque monumentis firmatâ, quemdam Raymundum, patronum collegii, à suo nomine in urbe Tolosana nuncupati, haberi Sanctum à Tolosatibus, à sexcentis ferme annis. Etenim non solum in actis antiquis, quæ asservantur in archivis ecclesiæ S. Saturnini Tolosanæ, fit frequens mentio cujusdam hospitalis S. Raymundi, juxta monasterium ejusdem ecclesiæ, ut videre est
B in bulla Alexandri III anni MCLXIX, ad canonicos regulares, in prædicto monasterio degentes, necnon in quodam instrumento recensionis bonorum ejusdem monasterii, factæ an. MCCXLVI, in quo hæc leguntur : In hospitali sancti Raymundi sunt triginta sex linteamina : in ecclesia S. Raymundi sunt quinque indumenta sacerdotis completa : ex quo intelligitur, jam tum quemdam Raymundum apud Tolosates religiosam habuisse veneration-em ; verum etiam patet ex statutis collegii supradicti anno MCCCCXXX conscriptis, tunc, sicut jam, agi diem festum B. Raymundi, quem patronum collegii appellant. Notare est, nuncupationem hospitalis S. Raymundi, antea semper & solum adhibitam, sensim abiisse in nuncupationem collegii S. Raymundi, mea quidem sententia, ex quo domus quædam addicta fuit juxta prædictum hospitale, pauperibus scholaribus, qui antea in hospitali versabantur. Porro ipsimet lapides, in quibus nomen S. Raymundi characteribus Gothicis scriptum elucet, illum ab antiquis temporibus Sanctum fuisse habitum, apertè testantur. Ex his ergo ad minus evincitur, juremerito Tolosates venerari, cultu religioso & publico, illum Raymundum, quem sui majores à sexcentis fere annis Sanctum habuere eodemque cultu prosecuti [sunt.]

C

ad quem nempe pestilentia pressi recurrerunt,

38 Quod autem iste sanctus Raymundus, in actis supradictis laudatus, pertineat ad Tolosates, quodque ejus reliquiæ penes illos sint ; pro hac re tam constans tamque manifesta militat traditio, tam diuturna pacifica possessio, ut quin hæc ita se habeant, vix ullus sit ambigendi locus. Nam præterquam quod tumulus quidam lapideus, in quo primùm, ut asseritur, corpus B. Raymundi fuit conditum, in sacra ædicula à plurimis seculis religiosè sepositus, ab ævo in ævum digito, ut ita dicam, monstrabatur, magnamque habebat venerationem adeo persuasum, fuit Tolosatibus, tamque animo insitum, in eo asservari B. Raymundi reliquias, ut anno MDCLII, pestilentia Tolosam quotidie magis magisque depopulante, Tolosani proceres, auctore Joanne Berserio, supremi senatus principe, viro summæ quidem religionis, sed summæ insuper eruditionis, nullatenus dubitarint, ut sibi suisque popularibus magnum apud Deum patrocinium accerserent in D
tanta calamitate, quin se voto astringerent, de elevandis B. Raymundi reliquiis & in nobiliori loco reponendis : cui voto plausserunt universi, non solum ex laicis verum etiam ex ecclesiasticis, tum secularibus, tum regularibus, imo primoribus & prælatis ; imprimis Illustrissimus Dominus de Montchal, Archiepiscopus Tolosanus, Ecclesiæ canonum peritissimus ; quod profecto cavisset, ni constans & perspecta illi fuisset sacrarum reliquiarum veritas.

& exanditi votum persolverunt ;

39 Quam vera quamve Deo grata fuisset ista religio, faustus probavit eventus ; nam absque mora, & sane non absque miraculo, quievit morbus brevique cessavit. Cujus voti tam salutiferi solvendi causa, tribus circiter annis interjectis, Octoviri Capitolini ceterique præcipui urbis optimates accesserunt ad prædictum Archiepiscopum Tolosanum, & ad abbatem S. Saturnini, rogantes suppliciter, ut sacrum S. Raymundi sepulcrum aperiretur ; quorum precibus gratanter auditis, solenni ritu apertum fuit sepulcrum quintodecimo Kalendas Octobris anno MDCLVI, universo clero ecclesiæ sancti Saturnini eam ob causam convocato, qui cruce præeunte, ad capel- E
lam S. Raymundi solenniter processit, comitantibus tum supremi senatûs, tum aliis ex civitate primoribus, magnaque populi frequentiâ. Hinc extractæ sacræ reliquiæ, coram omnibus adstantibus, præsertim primoribus ex utroque ordine, in basilicam S. Saturnini, religiosa cum pompa fuerunt absportatæ ibique repositæ, donec omnia ad solennitatem elevationis parata essent. Tandem pridie Idus Novembris anni supradicti, cum omni pompa, magnoque cum apparatu celebrata est sacrarum reliquiarum elevationis solennitas, per octo continuos dies, in præfata basilica. Hujusce rei gratia, magnum erectum fuit tabulatum, ad quod ex utraque parte erat ascensus, ibique super mensam pretiosè ornatam, sacræ fuerunt repositæ reliquiæ, accensis undequaque cereis, tum ut venerationi omnium paterent, tum ut pio confluentium studio fie- F
ret satis.

elevatis reliquiis & in thecam argenteam repositis,

40 Etenim totius diœceseos parochiæ, non cæca religione ductæ, sed ipsa jussione superiorum, die sibi constituta, religiosè processerunt per turmas & vices, ad basilicam S. Saturnini, ut sacras reliquias B. Raymundi venerantes, Deo referrent gratias, pro beneficio salubritatis impetratæ ejus intercessione. Prima die ejus celebritatis Illust. Episcopus Lombariensis rem sacram solenni ritu peregit, atque intra solennia è suggestu eloquentissimam de S. Raymundo habuit orationem, quâ peractâ, vestibus pontificalibus indutus, tabulatum supradictum conscendit, universo clero comitante, & sacris ministris adstantibus. Tum primùm sacras reliquias veneratus, universæ frequentiæ exhibuit venerandas, dein sigillatim eas in thecis argenteis, mira arte elaboratis, & civium Tolasanorum voto affixis, composuit. Octava die, pro claudenda hac tanta festivitate, indicta fuit processio generalis, cui adfuerunt senatores supremæ curiæ, rubris induti vestibus, pro majori reverentia ac rei gravitate, in qua processione quadraginta quinque capsæ vel thecæ sacrarum reliquiarum, quæ à plurimis retro seculis asservantur in basilica S. Saturnini, fuerunt

A runt triumphaliter delata, imprimis thecæ B. Raymundi, quæ per vices à canonicis deferebantur, ſub umbella pretioſiſſima, ab Octoviris Capitolinis delata, totius urbis lætitia & applauſu, vocibus & tubis viciſſim perſonantibus. Hancque ſolennitatem & pompam Illuſtr. Convenarum Epiſcopus oratione panegyrica peregregiè abſolvit, atque abhinc quotannis, eadem recurrente die, hujuſce elevationis memoria celebratur. Hæc omnia habentur ex actis authenticis, quæ hac de re fuere conſcripta, quæque in tabulario eccleſiæ S. Saturnini aſſervantur.

inſigni triumpho & ſolennitate an. 1656.

41 Quæ cum ita ſint, numquid ex his manifeſte evincitur, & quemdam Raymundum, alterum ab aliis Sanctis ejuſdem nominis qui tardius vixere, jure haberi Sanctum à Toloſatibus, imo illum ejuſque reliquias ad ipſos pertinere? Quorſum, quæſo, Toloſates, adeo gravi calamitate perculſi, in tanta ſacrarum reliquiarum copia, quibus certò gaudent, ad dubias confugiſſent? Quis non videat, minime illis fuiſſe dubium, quin iſtæ, de quibus ſermo, eſſent ſacræ; nec alterius, quam iſtius B. Raymundi, quem ut ſanctum ſuumque concivem,
B jam dudum colebant; & quid mirum, ſi de ſuo Sancto concive, non niſi fauſta, uti evenit, ſibi ſpondebant? Nec te moveat, ſi forſan hac de re nullæ antiquæ exſtent tabulæ; tumulus enim ille lapideus, de quo ſupra dixi, divo Raymundo Toloſati ſemper adſcriptus & religiosè ſepoſitus in ſacello, ſub ejus invocatione dicato, à quingentis amplius annis, rem per ſeipſum manifeſte teſtabatur, ut nullus oblivioni vel ſubreptioni ſupereſſet locus. Verum, ut jure ſuſpicari lubet, non omnino reipſa deſunt tabulæ, ex quibus erui poſſit, prædictum B. Raymundum fuiſſe Toloſatem, ſeu Canonicum eccleſiæ S. Saturnini Toloſanæ, quas, Deo juvante, ex archivorum noſtrorum latebris aliquando extrahemus; hæc tamen, quæ jam attuli, ſatis ſuperque ſufficiunt, pro aſſerendo Toloſatibus ſancto ſuo Raymundo.

Dolemus quod plura tranſmiſſa non ſint.

42 *Maneat ſane* aſſertus Toloſatibus ſuus ſanctus Raymundus, *uti hactenus ſatis operosè aſſerere conati ſumus, eaque hinc inde non oſcitanter diſcutere, quæ ſanctitatem aliquousque illuſtrarent. Id deſiderari patitur Canonicus Maynardus,*
C *quod exigebam potiſſimum*; tabulas *nempe illas*, quas, Deo juvante, ex archivorum *ſuorum* latebris aliquando extrahet. *Cur id modo non præſtitit? Cur archiva non excuſſit, ut id genus tabulas ad nos tranſmitteret, cum eas maxime quærerent poſtulata mea, Toloſam non ſemel deſtinata? Non potuit ſane opportunior ei naſci occaſio, non potuit ratio urgentior afferri, monumenta ſua omnia diligentiſſime & accuratiſſimè colligendi, quam quod per litteras meas intellexerit, inſtrumenta quæcumque, ad S.* Raymundum ſuum *ſpectantia avidè exſpectari, ad ea inſerenda operi noſtro de Actis Sanctorum, quæ ſi ſerius prodeant, locum ibi ſuum habitura non ſint. At enim, plura iſtic pollicetur Maynardus, quam facturus umquam ſit; archivorum ſuorum latebras ad lucernam exploret & rimetur, non alias. veroſimiliter tabulas nobis inde educet, præter eas quas pridem evolverunt Catellus, Poſſinus, Latinus Anonymus & Falraſius, hoc eſt puram putam Legendam noſtram, Sauſſayi elogio non peſſime contractam. Rem gratiſſimam nobis præſtitiſſet Maynardus, ſi quemadmodum pro cultu, patria & elevatione reliquiarum præclare defudavit, ſic ad cetera dubia ſtudioſe diſſolvenda operam contuliſſet. Ex illis unum paucis attingit, de quo ritè & exactè ſolvendo parum videtur ſolicitus. Ita pergit:*

AUCTORE J. B. S.

De Sancti ætate diſputat Maynardus,

43 Qua vero ætate vixerit S. Raymundus Toloſas, neque Catelus, neque Chatelinus (*ita ipſe ſcribit*) pace illorum dixerim, ſatis aſſecuti ſunt. Non ſane Catelus, cum dixit Canonicos regulares, non fuiſſe introductos in eccleſiam S. Saturnini ante annum MCLXXXIII. Siquidem conſtat, tum ex bulla confirmationis ſtatûs regularis, in eccleſia S. Saturnini conſtituti, à Gregorio VII edita, tum ex lib. 9 ejuſdem Gregorii epiſt. 29, tum ex aliis Actis permultis, quæ præ manibus habemus, inſignem Canoniam S. Saturnini, ſitam juxta Toloſam, Canonicam vitam inſtituiſſe anno circiter MLXXIX. Non longe minus aberrare videtur Chatelinus, cum obitum S. Raymundi in annum MCLIX aſſignat; quippe qui nuncupatur Sanctus in bulla Alexandri III anno MCLXIX, decem circiter annis ab ejus obitu, in hypotheſi Chatelini, E quod tam brevi intervallo minimè congruit. Præterea baſilica S. Saturnini, in cujus reſtaurationem, B. Raymundum opes ſuas contuliſſe fert traditio, reſtaurata fuit ante annum MXCVII. Hinc ſat perſpicuè colligitur, noſtrum B. Raymundum floruiſſe labente ſeculo undecimo, tum cum maximè vigeret recens inſtaurata in eccleſia S. Saturnini regularis obſervantia.

ſed paulo clariora deſiderantur.

44 *Seculum undecimum & nos pridem deprehendimus; diſtinctiorem ætatis Sancti epocham quærebamus, quam non puto* ex archivorum latebris *facile eruendam. Catelli lapſum in anno* 1183, *non male advertit Maynardus, at corrigere eum potuit ex Catello ipſo, de Comitibus lib.* 2. *pag.* 176, *ubi etiam loquens de monachis, à Guilielmo Comite in eccleſiam S. Saturnini intruſis, recte notat annum* 1083, *quem Guilielmi tempora certiſſimè poſtulant, quod paucis attigimus num.* 27. *Maynardo facile etiam aſſentimur, in eo quod ex Gregorio VII aſſerit*, inſignem Canoniam S. Saturnini, ſitam juxta Toloſam, vitam canonicam inſtituiſſe *tempore B. Gregorii VII, quamvis id non tam evidenter definiant multiplicata illa inſtrumenta, ad ſolam Gregorii epiſtolam revocanda. At ſi Maynardus*, per canonicam vitam *intelligit regulæ S. Auguſtini obſervantiam, eo tempore introductam, non videmus, ex B. Gregorii verbis id ullatenus elici poſſe, putamuſque cum Catello, id primum factum fuiſſe annis aliquod poſt* 1083. *Caſtellanum cum aliis* S. Raymundi *obitum male ad annum* 1159 *retuliſſe, ſupra abunde probatum cenſemus. Porro S. Saturnini eccleſia certo reſtaurata fuit ante an.* 1097, *imo multo citius, utpote quæ conſecrata fuerit anno* 1096, *ut expreſſe & bene notavit Catellus, & habes num.* 14, *ubi appoſita indictio* IV *rem omnino conficit. En modo ſcriptiunculæ concluſionem.* Hæc omnia ego Joſephus Maynard, Canonicus S. Saturnini Toloſanenſis, poſt inquiſitam diligenter veritatem, ſcripſi. Toloſæ die IV Januarii MDCCXIX. *Jam ipſas S. Raymundi vitas & miracula ſubnectamus.*

EX MS.

VITA

In lectiones novem distributa, ex Ms. Tolosano.

Lect. I. *Natus Tolosæ, cantor primum, deinde conjugatus,*

OMnium quidem gesta Sanctorum, quos vel immensa terrarum spatia, vel longæva nobis obscuros reddidit antiquitas, Christianæ devotionis merito recolenda, suscepit religio; sed eorum potissimum exemplis, quorum nostra corroboratur infirmitas, & quorum inimici *a* reliquiis, meritis etiam protegimur: in rebus etenim humanis authoritas solet exhiberi facilius iis, quæ oculis conspeximus, quam iis, quæ vel legendo, vel audiendo tantum didicimus; unde iis, quæ persequimur, nemo fidem accommodare dubitet, tum quia veritatem *b* fidelium relatione comperimus, tum quia omni ambiguitate postposita, plura operando cognovimus, ex quibus si fortè aliquid, incuriâ exigente, abolevit oblivio, adhuc, Deo præstante, similia vel majora ibidem fiunt usu frequentissimo. Nunc igitur ad rei seriem deflectentes, articulum, quis, vel unde fuerit ipse, de quo loqui proposuimus, explicare incipiamus. Raymundus itaque, non tam parentum generositate, quam virtutum nobilitate laudandus, Tholosæ [natus, liber fuit] minimis, quibus aliquando humana solet plicari fragilitas. Hic enim in annis puerilibus, litterarum studiis eleganter eruditus, non ut ea solet ætas inhærere [ineptiæ,] vel lasciviæ puerilis blandimenta fectatus, postquam ad juvenile robur pervenit, misericordia beati Saturnini, cui à parentibus delegatus fuerat, cantoris officio fungebatur: verùm ipse lubricum timens ætatis, legem aliam in membris suis considerando, repugnantem legi mentis suæ, bonum fore credidit, ne ad deteriora prorumperet, uxorem sibi legitimo copularet conjugio. Unde factum est, ut infirmitatis annos pertimescens, conjugem legitimè duceret, & quoad ipsa vixerit, conjugalis thori matrimonio irreprehensibiliter deserviret. Tu autem Domine, *&c.*

a

b

B

C

Lect. II. *mortua uxore, totum se dat operibus misericordiæ.*

2 Non multis quidem annis intervenientibus, ea mortem obeunte, continentiæ virtutem amplectens, concupiscentiæ carnalis luxum calcare proposuit, quod deliberavit, & fecit. Nam deinceps nulli umquam mulierum adhæsit, sic denique carnis suæ voluptate *c* devictâ, quantò liberius, tantò frequentius & ferventius, sanctitatis [propositum] arripiens, unum quod est majus inter cetera, mandatum charitatis sibi assumere studuit: quod ultrà, quàm videatur esse credibile, nisi iis, qui viderunt, ad finem usque devotus explevit. Quis ejus immensitatem charitatis ad plenum laudare sufficiat, cujus tam vastæ solitudinis iter arripiens, scriptorum ingenium non contimescat? Ex ejus igitur charitatis præconio, me de multis pauca perstringere, temeritati nullus adscribat; & devotionis meæ scripta, licet alicujus notâ reprehensionis signanda esse videantur, ferino *d* more dilaniet: malo enim tantæ rei negotio imbecillitatis meæ vires succumbere, quam ea, quæ multis credo profutura, inopiâ scriptorum, seu negligentia, illabata remanere. Raymundus utique sanctus totus, inæstimabili charitatis ardore succensus, quidquid de prædiorum reditibus, quæ sibi justè acquisiverat, assequebatur, in opere pietatis, desiderans, per manus pauperum in cælestes thesauros transmittere procuravit. Per singulos siquidem annos, hiemali appropinquante tempore, de rei suæ reditu emebat indumenta, quæ poterat, & singula singulis distribuens, opera misericordiæ, ne favoralis aura dissolveret, humanis subtrahens obtutibus, horis competentibus, latenter exercere satagebat.

c

d

D

Lect. III. *Xenodochium pauperibus clericis fundat.*

3 Singulis quoque annis, in introitu Quadragesimalis observantiæ, & in festis solemnioribus, centum & eo amplius pauperibus cibaria præparans, affluenter ministrabat, nec ideo tamen, quasi iis contentus, à quotidiana eleemosynarum administratione animum revocabat. Quis enim misericordiâ indigens, opem, quam conferre posset, ab eo expetiit, & frustratus abiit? Quis ab eo auxilium expetens, sanctisque acquiescens monitis, inconsultus rediit? Ipse vero, quibus alicujus rei necessitate compulsus *e*, officinas pauperum perlustrans frequentissimè circuibat, sed eorum maximè, quos olim locupletes [noverat] vel quos corporis ægritudo, vel alicujus infortunii necessitudo, familiaris rei usu privaverat; quibus furtivâ manu larga impendens beneficia, nullum nisi Deum, quem nullum potest latere secretum, operis sui testem admittebat; metuens ne structuram domus suæ, cujus supra firmam petram fundamenta jaciebat, popularis auræ flatus everteret. Judæis etiam, quos necdum pia mater Ecclesia, per sacræ fidei lavacrum, Christo pepererat, charitatis manum porrigere non negligebat, sed afflictis valde compatiens, divinum in eis conditoris figmentum, acerrimo paupertatis cruciatu torqueri condolebat. Super iis autem, vir valde venerandus, tecto plusquam victu pauperes indigere conspiciens, Xenodochium eis ædificare studuit, quod inceptum, sed nondum ad finem usque completum, lectis, pannis, utensilibus pro posse muniens, de prædiorum suorum reditibus, quotidianos sumptus tredecim pauperibus alendis ibi ministrari statuit. Cujus itaque domus, quam vivus inceperat, defunctus etiam nunc insignia retinet; nam sicut vivus de rebus propriis pauperibus ibi ministrare consueverat, ita etiam de collationibus *f* multorum, usibus pauperum, defunctus, ministrare non cessat, unde nimirum ejus, quam semper erga pauperes habuerat, larga potest comprobari benignitas: nam sicut in vita miserationis officium pollicitus exhibuit, ita etiam post mortis obsequia nunc largitatem impendere non desistit.

e

E

F

Lectio IV

4 Post denique Xenodochii ædificium, non multo transmisso tempore, vir sanctus audiens, Hircium *g* flumen gurgitis sui alveum, qualibet imbrium infusione, longè latéque diffundere, & viatoribus impedimenta multa frequentius inferre, etiam navigando transmeantes, navi submersa, miserabiliter vitâ privasse; valde condoluit, & ut vitæ reservaret, quos diabolus suffocare conabatur, transitum fluvii periculosum judicans, de pecuniâ, quam propriis pauperum usibus collegerat, quid agendum esset, prudentiores quosque consuluit.

g *Pontes ad Hircium exstruit ac dein templum S. Saturnini.*

Illi

A Illi verò rei periculosæ necessitatem diligenter intuentes, & terræ fertilitatem, quæ tunc pauperibus necessaria ministrabat, pariter conferentes, ut in fabrica pontium pecuniam collectam expenderet, melius esse dixerunt: & sicut consuluerant, postmodum non multis intervenientibus annis completum esse conspexerunt. Duos namque pontes super Hircii fluminis alveum, de supradictâ pecuniâ, ex lapideo opere composuit, & tamen interim ab iis, quibus usus fuerat, eleemosynarum largitionibus manum non retraxit. Cum igitur his atque aliis hujusmodi, vir prudens laudandus extitit; quid tandem dicam de egregio ecclesiæ sancti Saturnini opere, cui per multa annorum tempora *h* præfuit, & præter capitis membrum, quod jam completum fuerat, corpus à fundamentis incipiens, ante obitûs sui diem, divinâ opitulante misericordia, parietes in circuitu ad fenestrarum completionem usque perduxit. Ipse quidem Dominus Raymundus, ut de eo vera fatear, B operationis sanctæ studiis incessanter inerat, & die noctuque Domini sui præcepta meditando revolvens, divinæ charitatis ardore succensus æstuabat; verum ubique vir sanctus, ut charitatis perfectionem suppleret, quod deerat Euangelicum illud, quod Dominus ait; Qui vult venire post me, abneget semetipsum, secum retractando frequenter, beatissimorum Patrum imitator effectus, in eadem ecclesia Regi suo tandem sub regulari habitu militavit *i*.

h

i

Lect. v. *Tum perfectius vitæ institutum amplexus,*

5 Unde nimirum contigit, ut quidam, exempli sui gratia incitati, ad ejusdem propositi tranquillitatem confugerent, & fugitiva mundi respuentes, ad æternæ culmen hereditatis, viribus totis anhelarent: sic denique factum est ut spurcitia omnis de Ecclesia prohiberetur, & canonica fratrum Boni propositi, Deo totâ mente servientium, ibidem stabiliretur. Quis enim igitur umquam ad plenum exequi poterit præconia, quorum quidem præcipua Deo tantum manifesta fiunt, hominibus vero sunt abscondita. O virum omni laude dignum, omni repletum misericordiâ, ad cujus exequendum præconium eloquii nostri non suppetit facundia! Quis ejus virtu- C tum dona scriptis valeat commendare, cum *k* nostris maximè temporibus mansuetudinis ac benignitatis titulo, neminem ei possimus æquiparare? His itaque, & hujusmodi virtutum cultibus adornato, Deus singulorum remunerator omnipotens, militi suo volens donativum erogare, diutinâ eum ægritudine laborare permisit, ut quidquid sordium in temulento corporis ergastulo spiritus contraxerat, velut in camino æstuantis incendii, laboriosa ægritudinis molestia excoquendo exureret. Interim verò, dum obitus sui diem propinquasse cognosceret, se in inferioribus inferiorem esse reputans, ut cum fratribus sepeliretur, temerarium valde judicavit; sicque ut ubi sepulturæ suæ locum præviderat, sepeliri mereretur, modis omnibus efflagitavit. Præviderat enim sepulturæ locum juxta domum collegialem, quam clericis pauperibus effecerat, ibique vas lapideum divinâ providente gratiâ, sibi componi præceperat.

k

Lect. vi. 6 Hoc autem totum evidentibus indiciis, per divinæ dispensationem bonitatis factum fuisse comperimus, ut miserationis officium, quod vivus impenderat, defunctus etiam copiosius porrigeret Christi pauperibus. Raymundus igitur sanctus, infirmitatis & senii gravitate confectus, sed de præmii sui remuneratione certissimus, ad cælestis curiæ consortium totis visceribus anhelabat, & quanto, membris fatiscentibus, ad exitum vitæ propinquabat, tanto instantius se Domino commendare curabat; frequentius enim suos fratres, ut in vita, & in morte etiam, ad se diligenter accersebat, & eis cum lacrymis & gemitibus delicta sua confitendo diluens, velut in promptu positus, corporis & sanguinis Domini se participatione muniebat. Quibus sæpius & rite peractis, ad extrema veniens, quintâ Nonas Julii spiritum cælo reddidit; nullum parentibus testamentum faciens, quia pars hereditatis Christi esse concupiebat, ipsum scilicet heredem sibi instituit. Deinde verò, exequiis honorificè expletis à fratribus, interveniente Prioris *l* licentia, ubi jam pridem rogaverat, sepultus est, pauper ipse cum pauperibus; ubi quidem post ejus glorioso- E sepulturam corporis, larga infirmitatibus præstantur beneficia; auditus surdis, cæcis visus, claudis gressus, debilibus pristina reparatur sanitas, ex obsessis etiam fugantur dæmonia; Quam siquidem miraculorum efficaciam ut divinæ virtutis Auctor dilecti sui meritis concederet, necessarium fuerit; quatenus quorumdam ora perfidorum, probitati ejus detractantium, signis evidentibus obstrueret *m*.

l

m

Lect. vii. *In visione tertio apparens, cæcum & claudum sanat,*

7 Lectio sancti Euangelii secundùm Lucam. In illo tempore dixit Jesus discipulis suis; Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, & reliqua. Homilia venerabilis Bedæ presbyteri. De se ipso Dominus hæc loquitur, & ostendens, etsi suprà dixerit, nullam significationem, neque in signum Jonæ dandam, nequaquam tamen lucis suæ claritatem fidelibus occultandam. Verum Deus singulorum pensans merita, famulum suum diu non pertulit laudis promeritæ frustrari titulo, & eos, qui prius bonitati ejus derogaverant, perire voluit, infidelitatis suæ scrupulo: imò quid egerit, vel quantus in sorte Sanctorum extiterit, vel innumera F virtutum insignia dignatus est ostendere. Unde factum est, ut in eodem territorio *n* cuidam, in ecclesia beatæ Susannæ vigilias celebranti, Raymundus sanctus appareret, & quis ipse esset indicans, præcepit, ut quanta per eum, non multo temporis intercedente spatio, facere dignaretur Dominus, Tolosam nunciaturus pergeret. Quod autem homo simplex & rudis, verborum novitate turbatus, cum exequi renueret, in subsequenti nocte eidem viro apparuit, & eum de negligentia corripiens, quæ audierat, ut adhuc exequeretur, admonuit. Iterum autem homo phantasticum aliquid esse recogitans, cum monitis incertus non acquiesceret, vir sanctus adfuit, & semel eum percutiens in facie, nisi celerius jussa perficeret, acriora quam pertulerat, cœpit promittere. Surgens tandem timidus, ac lividus, & oculorum penitus privatus lumine, exequi mandata proposuit, & Tolosam, quam Sanctus adire præceperat, festinus ingredi non distulit. Cum autem ad locum prædictum perveniisset, sepulcrum beati

n

EX MS. *sanctè, uti vixerat, moritur, inter pauperes suos sepultus.*

EX MS. Viri expetiit. Oratione completa, quid viderit, vel quid acciderit, ſignis verbo fidem exhibentibus, cunctis qui aderant, expoſuit: illi vero, niſi quibus ſanior mens inerat, deliramentis adſcribentes, quæ audierant, habuêre pro nihilo; ipſe tamen oculi, quo privatus fuerat, recepto ſtatim lumine, à publicandi, quæ miſſus fuerat, non deſtitit officio. Interim autem, dum in cœpto perſiſteret, quidam affuit, puerum deferens in brachiis, quem natura eundi officio privaverat; quem ipſe, qui hæc antea prædixerat, in manibus ſuſcipiens, ante ſepulcrum Viri detùlit, & egreſſum pueri edocuit. Adhuc tamen beati Viri ſanctitatem quibuſdam venenatâ corrodere linguâ non deſiſtentibus, Deus totius auctor veritatis, eorum redarguit perfidiam, apertis miraculorum aſſertionibus.

8 Poſtea namque, non multo temporis in- Lect. VIII. *item medio corpore debilem,* tervallo mediante, adoleſcens litteratus quidam, à medio corpore in inferiori parte debilitatus, qui quotidiani victûs alimoniam [quærens] in collegiali domo, ſine ſpe recuperandæ ſanitatis, diu jacuerat; in anniverſarii nocte cum candela, quam minutatim de fragmentis collegerat, ante ſepulcrum ſancti Viri, manibus repens advenit. Dum autem ibi devotus & ſupplex Deum ſanctumque Raymundum precibus, quibus poterat, efflagitaret, ſubito perfudit eum calor vehementiſſimus, cælitus deſuper adveniens, ita ut opinaretur ſe morituрum, niſi calor ille inſolitus citius recederet. Unde factum eſt, ut dum nervi cum ſtridore tenderentur, auxilium vocibus magnis peteret: ſed miſerationis hujus, quod acclamabat, beneficium ei nemo præſumpſit porrigere, ut divina virtus, quod inceperat, perficeret. Divini itaque medicaminis arte, debilitate ſubmota, firmatus, tantæ benignitatis largitori gratias ibidem, pro ut ſcivit, reddidit, & inde eccleſiæ beati Saturnini limina, nullius indigens adminiculo, feſtinus expetiit, & ſic domum reverſus incolumis, per annos ſatis plurimos, adverſus oblatrantes ſancti Viri meritis, teſtimonium perhibuit.

9 Quid item de quodam clerico, eorum, Lect. IX. *& damoniacum.* qui hujus rei præſentes fuere miraculo, relatione didicerim, inter alia reticere non debeo. Clericus quidam, dum jam pueriles annos tranſcenderet, cujuſdam magiſtri ſui amore devinctus, ejuſdem præceptoris ſui manu, in omni præcedente ſceleris negotio, in muliere quadam, atque ejus filio crudele tyrannidis ſcelus exercens, ambobus jugulatis, homicidii crimen incurrit, & innocentiæ puritatem, quam illuc uſque ſervaverat, nefandorum criminum maculis aſperſit. Unde factum eſt, ut poſtmodum ad ſacerdotalis officii culmen aſpirans, indiſcuſsè gradus acciperet, & in ordine presbyterali eo aliquamdiu impudenter permanente; Deus omnium vindex ſcelerum, quantæ temeritatis reus eſſet, tandem latêre non voluit. Hic enim die quadam, dum ex more ſacrificii officium ſolenne celebraret, correptus à dæmonio, medii corporis vi ſublata, in terram proſtratus occubuit, & ſic circumſtantium ſublatus manibus, per triduum ſine verbo, ſine voce perſtitit. Amicis & propinquis, quidnam agerent, quærentibus, multos incurſus & terrores ſe perpeſſum eſſe, innotuit, & niſi Raymundo cuidam traditus eſſet ad ſervandum, penitus defeciſſe, confiteri non erubuit. Unde illi, qui aderant, ſolicitè perpendentes, quidnam eſſet, quod dixerat, ad memoriam reducunt Raymundi ſancti virtutes, quarum opinio per proximos regionis fines divulgari jam cœperat. Verum ibidem Deo oblatis votis & muneribus, ut eum ſaluti dignaretur reſtituere; id fieri fruſtra conſpicientes, ad beati Viri ſepulcrum ſtatuerunt, quibuſcumque poſſent modis deducere. Ubi tandem cum reluctantem perduxiſſent, malignitatis artifex multò acrius infremuit, videns ſe diutius non poſſe reſiſtere, divinæque virtutis non ferens potentiam, vas ad honorem Dei conditum, quod ſibi vindicaverat, multis, qui quaſi ad ſpectaculum convenerant, cernentibus, compulſus eſt dimittere. Homo ſiquidem priſtinæ reſtitutus ſanitati; Deo, ſanctoque Raymundo gratias reddidit, & ad propria remeans, deinceps immunis ab illa tentatione permanſit *o*.

ANNOTATA.

a *Ab ipſo principio inſinuat auctor, ſe apologiam texere adverſus eos; qui non ſolum de S. Raymundo, ſed forte de Sanctis omnibus non recte ſentirent; ut ferme colligas, ad tempora Albigenſium ſcriptionem pertinere.*

b *Jam alibi dixi, quod in apographo noſtro legeretur* veritas, *quemadmodum in fine hujus numeri pro* infirmitatis, *habebatur* infirmitas. *Minutias alias correxi, nonnullas uncis incluſi ad perficiendas conſtructiones.*

c *Male in apographo erat* volunta. *Senſus non* voluntatem *indicat, ſed* voluptatem.

d *Dicta rurſus in malevolos, & Sanctorum, ſaltem S. Raymundi meritis obtrectantes.*

e *Non eſt ſyntaxis, niſi reformetur conſtructio hoc vel ſimili modo:* Ipſe vero eorum, quos alicujus rei neceſſitas compellebat, pauperum officinas perluſtrans. *Hæc cum verbo uno aut altero reſtitui non poſſent, malui correctionem huc rejicere.*

f *Vult dicere, prædiis & latifundiis ita à S. Raymundo dotatum xenodochium ſeu collegium, ut etiam poſt Sancti obitum, pauperes clerici ali potuerint. Vide quæ de hac re ſupra ex Catello retulimus.*

g *Variè hoc nomen in annotationibus ſuis exprimit Anonymus Latinè editus,* Ircius *nimirum* Hertius, Ericius, Ercius & Hereius. Nobis, *inquit,* vulgo Lers. Alius *autem* eſt, *eodem teſte,* ab eo, qui poëtæ Fortunato Ægircius; alius item ab illo, quem Berthaſius poëta noſter cecinit. Ergo Ircius hic, de quo nunc, ſub manſum Sainctes Pueles, in agro Lauracio oritur; hinc Toloſana humectans prata, à Garumna prope Granatam, Aquitaniæ urbem, demum recipitur.

h *Sauſſayus in elogio & Falraſius in Vita Gallica pag.* 44 multa *illa* annorum tempora *reſtringunt ad* annos tredecim, *quod ſupra non inviti admiſimus, undecumque illi acceperint.*

i *Quam militiam ſacram adorſus ſit Raymundus, diximus in Commentario* § 2.

k *Satis inſinuat, tempora ſua, à temporibus S. Raymundi multum remota eſſe; ut non malè ſuperius obſervaverim, Albigenſium ætatem veroſimillimè indicari, puta ſeculum* XIII.

l Prio-

A 1 Prioris *nomen disertè exprimit harum lectionum auctor, & sic etiam legitur in vita S. Raymundi Barbastrensis & Rotensis Episcopi, tomo* IV *Junii pag.* 127: à B. Saturnini Tolosanæ ecclesiæ canonico cœtu, unanimiter in Priorem eligitur. *Exstat apud Catellum de Comit. Tolos. pag.* 178 *fragmentum epistolæ Cardinalis Bosonis ad Amelium Tolosanum Episcopum, qui sedit ab anno* 1098 *ad* 1134, *ubi cavet*, nequis in ecclesia S. Saturnini potestatem aliquam vindicare præsumat, præter Dominum Papam, cum Cardinalibus suis atque Legatis, & PRIOREM ejusdem ecclesiæ, cum canonicis suis. *Idem vero Catellus in hist. Occitaniæ pag.* 858 *in fragmento concilii, sub Calixto II Papa habiti circa annum* 1119, Raymundum *aliquem vocat* S. Saturnini Abbatem. *In lectionibus suis variant congregationes canonicorum Regularium, aliis, S. Raymundum Barbastrensem* Priorem, *aliis* Abbatem *nuncupantibus, quod mirum pro eodem fere tempore, nam variis temporibus diversas appellationes habuisse capituli istius superiores, diximus sub principium nostri commentarii.*

B m *Hinc rursus manifestè patet, vindicias hîc potius S. Raymundi, quam gesta aut vitæ seriem describi. Vide sequentes lectiones* 7 *&* 8 *sub finem.*

n *Non potest* τὸ eodem territorio, *referri, nisi ad urbem Tolosanam.*

o *Addebatur in fine, Breviarii more*; Ad Laudes & per Horas: Domine quinque talenta *&c. unde suadetur, quod supra dicebam*; *in officio ecclesiastico olim recitatas fuisse*; *sed notas illas hîc prætermittendas putavimus.*

VITA ALTERA

Ex Editione Anonymi Tolosani.

Auctoris præfatio votum explicat & urbis Tolosanæ religionem.

VItam eximiam divi Raimundi, cujus cineres, ob depulsam ab urbe sævientem pestilentiam, nunc ex voto publico Tolosates consecrant; ego privati voti reus, non tam meis viribus, quam ipsiusmet auxilio confisus, scribere aggredior. Labor meus, quamvis tenuissimus, non potest non esse legitimæ plenus gloriæ, quia non potest non esse superis valde acceptus. Nam si tantò gratum est Deo, sensus omnis expertia ossa illa illustrium animarum, in maxima esse apud homines dignitate, quantò gratius erit, illarum facta, virtutem ubique, pietatemque spirantia, scriptis nostris posteritati commendari? Quod cum ita se habere in animum semper induxerim, speravi confidentius, me ex tanta calamitate posse eripere, si provinciam istam devota mente exequerer. Revera equidem comperi, frustra humanam prudentiam, curam, atque industriam, in urgentissimis malis adhiberi; sed in Deo opt. max. omnem spem unicè reponendam esse salutis. Talis certè fuit ab omni ævo urbis nostræ mens hæc, innumeris præjudicata exemplis: ac proinde norunt cuncti, qui majorum nostrorum res non ignorant, stetisse illam peculiari Numinis providentiâ. Non tot hostium potentissimum sustinuisset impetum, aut hæreticorum ferocissimas fregisset phalanges, quibus diripi ac vastari penitus debuerat, nisi occulta Cælitum manu defensa fuisset. Et scimus, levi aquæ aspergine innumeros fugatos hostes, atque immanes illorum conatus irritos factos. Unde nil mirum, si sancta jam diu ab omnibus appellari meruerit, quæ tot & tantis miraculis sancita est. Hac prærogativâ inclyta, urbium nulli cedit, pietate omnes anteit, religione certè religiosissimas vincit. Non enim alium, quam verum & unicum Romanæ Ecclesiæ cultum sua intra mœnia patitur, & leges habet, quibus non solum Judæos, quos vel Roma ipsa non respuit, sed & miseros Calvinistas, longe à se expellat, caveatque, ne quis illorum umquam suos intra cives recipiatur; neve templa, spatio IV Lapidum, in vicinia extruantur. Egregiæ profectò leges, Tolosanæ pietatis fidissima argumenta! Prætereo reverentiam, quâ sacra illa Sanctorum corpora in sinu suo medullitus fovet: quandoquidem & illa ipsa ossa, silente me, hanc non tantum, sed & singularem ejus magnificentiam loquuntur. Cujus specimen, cum nuper magnum in divo Eadmundo, tum certè nunc in divo Raimundo maximum editura est. Sed hæc de patria mea, deque causis, quæ me ad præsens institutum impulêre, de multis pauca, sint satis. Restat demum, ut fidem obligatam liberem, teque jam, sanctissime Raimunde, debitis laudibus pro modulo ingenii mei exornem. E

S. Raymundi ortus,

2 Duo sunt, quibus natales hominum solent commendari; avorum nobilitas, & patriæ splendor, quæ etsi nihil, aut parum ad virtutem conferre quidam existimarunt; hoc saltem habent non contemnendæ commoditatis, quod cuncta domi forisque honesta suggerunt, minorique negotio bonos mores reddunt, alioqui non sine magnis laboribus instituendos. His bonis abundavit divus Raimundus; clarissimis enim parentibus, & in urbe florentissima Tolosa editus, naturâ usus est liberalissimâ: sic illorum domesticæ, istius verò publicæ virtutis exemplis commodùm fuit informatus. Quo autem anno ejus ortum constituam, planè nescio; cum nullo mihi monumento constet: sed idem ævum agitasse, quod Henricus primus Galliarum Rex, Pontius comes Tolosanus, & Rogerius Episcopus, vero simillimum est, sicuti antea rerum nostrarum peritissimo Catello visum: à cujus auctoritate ut recedam, nullæ me rationes impellunt. Cetera cuncta, magno meo cum gaudio, supersunt integra. Accidit enim interdum multorum illustrium virorum teneram ætatem, posteræque virtutis præludia, æternâ premi oblivione, quod tamen non sine secreta quadam Dei providentia factum, ut moneamur scilicet, ab interitu tantum, vitam æstimandam esse: quando ab hoc termino prælapsorum annorum totus honor pendet & dignitas. Vita hominis instar diei est, quem non ab oriente sole, cælum terramque mille quasi coloribus pingente, ex omni parte formosum dixeris; sed à continuato splendore, ac eadem demum grata cum majestate cadente. Ita nec felix germen, nascenti virentique herba luxurians, aut lætæ segetes & bonæ spei, divites semper magnæque copiæ messes reddunt; verum maturi fructus, & ab injuriis tempestatum tuti: adeo verum est, faustissima initia, non semper certa esse boni exitus prænuntia. Fuere illa quidem in divo Rai- F

EX EDIT. ANONYM.

mundo; in quo nihil ſpectes, quod ab ortu ad interitum uſque non eluceat. Primis namque, mediis item, ultima fuere conſtanter ſimillima, & almos dies nox clauſit luculenta.

prima inſtitutio in bonis artibus & moribus.

3 Juventutem non deliciis ſolvit, cui magno plerumque, ac demum immedicabili malo indulgent parentes. Non teneræ matris in amplexibus, aut molli ſinu, quibus levis ætas, tamquam ad ſcopulum, ſæpe ſæpius frangitur, delituit. Cito enim, pietatis deſiderio æſtuans, nihil habuit prius, quam ab hiſce illecebris ſeſe avellere. Mirum erat hac ætatis imbecillitate puerum, ſenilem erga res ſacras reverentiam præſtare; quotidie vota Deo nuncupare, ac conſtantiſſimo animo preces fundere: tam inſolenti exemplo, nemo non interim accendebatur. Solent quidem acrius, quæ præter morem, & ex inſperato, quam quæ exſpectantur, & de more fiunt, ſegnes hominum animos percellere. Interea litterarum ſtudio (quod quantum puritate pietateque mentis alitur, dici vix poteſt,) vehementer incumbebat. Jamque grammaticæ prima ſtudia emenſus erat; cum à parentibus, juſtis ejus deſideriis faventibus, ut in Auguſtinianorum regularium divi Saturnini gymnaſium, ubi tunc bonis diſciplinis Toloſana juventus imbui ſolebat, ſeſe reciperet, impetravit. Ea ſcilicet erat illis temporibus litteratorum raritas, tantus liberalium artium neglectus, atque odium penè; ut à quo bonis inſtitutis informari juvenes poſſent, nulli, vel in maximis urbibus niſi monachi reperirentur. Immanis & horrenda barbaries ſancta omnia profanarat: veneranda illa antiquitatis monumenta impiè violarat: mala denique cuncta ſecum adduxerat: & quod ſiccis oculis nemo, niſi durus contempletur; dulces etiam muſas noſtras, ſine quibus inficeta & ſqualida vita eſt, nihilque habet jocunditatis aut ſolatii, in exilium quaſi amandaverat. Periiſſent funditus, periiſſet etiam ſpes ipſa, illas umquam revocandi; niſi monachi ſuâ intra clauſtra, perfugium horridum, exangues, ac penè exanimes excepiſſent. Hos ergo divus Raimundus doctrinæ ſuæ habuit magiſtros, quorum etiam religioſis monitis ad pietatis amorem, quamvis per ſe ſatis incitaretur, uſque adeò ſtimulatus eſt; ut cantoris muneri, quod vocant, ipſe ſe ſummâ cum animi voluptate addixerit. Atque ita, qui puritatem Anglorum aſſequutus erat, eorum etiam præcipuum munus obire voluit.

B

C

Matrimonio conjungitur.

4 Ætate provectus, quid de ſe ſtatueret, cœpit attentius cogitare: volvere animo, quod vitæ genus ſuæ indoli magis eſſet accommodatum: qui ſtatus, quæ conditio ſaluti proprior: luſtrare partes omnes, commoda incommodaque miſeriarum humanarum haud ignarus; qui quo ſe verteret, tutum nihil à maximis periculis; omniaque malis permixta, atque anxietatis plena eſſe apprimè intelligebat. Quid agat miſellus, & cui ſe applicet, neſcit. Namque dum in dubio eſt animus paulo momento huc vel illuc impellitur. Tandem æſtuoſæ vitæ freta pertimeſcens, ad nuptias, pudicitiæ fidam ſtationem, animum appulit, ſibique honeſtiſſimam virginem conjugio junxit. Nomen ejus fruſtrà à me deſideres: unum tamen præterire non decet; in hoc feſto nuptiarum die, non profanum auditum hymenæum: non cupidinis illuxiſſe faces, quæ ſævos adeo ignes ſæpiſſimè excitant: non denique impudicis auſpiciis, ſed annuentibus ſuperis, faven- D te cælo, atque amore caſto ſpirante, initum eſſe conjugium. Annos aliquot ſtetit ſine liberis, ſed quod mirêre magis, ſine rixa aut ulla controverſia.

Liber conjuge, virtutibus elucet, præſertim caritate in pauperes,

5 Extincta conjuge, non muliebri lamento opplevit domum divus Raimundus, etſi illam tenerrimè amaret; etenim haud veras decet amicitias, defunctos ignavo queſtu proſequi, verum eorum meminiſſe, quibus ipſos adjuves. Quare continuò apud Deum preces fundebat; ut ſi delicti adhuc aliquid amatæ uxoris expurgandum ſupereſſet, in ſe ſupplex reciperet, ac ſuis meritis reſarciret. Eo amore inita conjugia, nil mirum ſi ultra etiam fata perſeverent; cum aliter vix modico tempore tolerabilia ſint. Amabo, quid æquius, quam charos parentes, teneroſque amicos, quibuſcum familiariter vitæ omnes amœnitates perceperis, defunctos & tùm longè proficiſcentes, ea charitate complecti? Quid crudelius, quam horrendos & intolerabiles cruciatus, quos patiuntur, lenire tuis precibus cum poſſis, eorum ne E quidem meminiſſe? Dum vivunt, toti ſumus in illis demerendis; nunc extinctorum nulla nos cura tangit, ſæpeque noſtros olim amores, tanta eſt negligentia; abſentes nunc odiſſe quaſi videmur! De ſecundis nuptiis cogitavit numquam; ægre ſiquidem ferens repetita connubia. Nemo ſanè iſtud prætexat, quod ſe uri dicat; quando nimii ignes, maceratione, modo velis, compeſci facilè poſſunt. Scilicet ea eſt miſeræ carnis conditio, cui ſi indulgeas, recalcitret; ſi verò adverſetis, rationi ſubitò modeſtior obtemperet. Itaque tam in caſtigando corpore, quam in excolendo animo parem ſemper adhibuit diligentiam, qui ad optatum finem tam citò pervenit; ut eſſet toti urbi miraculo. Ex cunctis virtutibus, quas cum ipſo coaluiſſe dixiſſes, erga pauperes charitatem mirandum in modum, modis omnibus coluit, quâ flagrans, ſiti nonnumquam curam deſerebat, ut eorum commodis vigilantiſſimus proſpiceret. Cum abundaret magnis divitiis, iis, non ut eſt ferme omnium mos, ad voluptates fruebatur; ſed Chriſti præceptis ſolidè inhærens, egenis ſedulam ferebat opem. Non uſuris rem domeſticam, ſine lege F augebat; nempe eò tum animi tum pecuniæ vim omnem converterat, ut ſibi theſaurizaret in cælis theſauros numquam perituros. Divina, non humana lucrifaciendi ars hæc, à quâ non modicæ, ſed ingentes uſuræ emergunt! Sanè fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis.

Flumine pontibus junctio, & aliis modis proximo ſuccurrit.

6 Per hæc tempora frequens erat iter Toloſam peregrinantibus Religionis ergo, ea parte, quâ Ertius fluviolus decurrit. Cumque audiviſſet, illo exundanti, non paucos miſere bis tervè abſorptos aquis; geminum pontem teſtaceo opere confici, proprio ſumptu curavit. Ita piorum hominum ſaluti, ac ſimul pietati liberaliſſime favit. Ab hujuſmodi vero notis, teſſeris, inſcriptionibus, quibus mentita hominum liberalitas, poſteritati ſe fore commendatiſſimam putat, conſultò abſtinuit; ut cum omnes, tum præcipuè cives ſuos, hac inſaniâ laborantes, doceret, ſolidam rectè factorum memoriam in Deo tantum vivere, non in hominibus, umbrâ levioribus; penes quos pereunt omnia, ac nihil niſi inane eſt. Accedente Quadrageſimâ, quam appellant, ſeligebat ſibi quotannis centum, aut plus eo mendicos, quos de

A de ſuo alebat, ac divinis inſtitutionibus informabat. Ab eo velim diſcant multi veram in pauperes charitatem. Plerique enim, alioqui non mali, erogandæ ſtipis præclarè ſe doctos putant, ſi in miſerorum reficiendo corpore multum laborent; ceterum animarum parum ſolliciti; quod tamen in re maximum. Quare hos meritò ſapienter pios appellem, qui in xenodochiis ali pauperes inſtituerunt: namque ſic pietati non minus, quam largitionibus conſulitur.

Xenodochium fundat & S. Saturnini templum exſtruit.

7 Hac mente impulſus divus Raimundus, ædem juxta divi Saturnini templum condidit, quam deinde, divo Joanni nuncupatam, omni ſupellectile, ac honeſtis reditibus, in gratiam XIII pauperum ſcholaſticorum, tonſurâ inauguratorum, inſtruxit, quos in ea continuò educari voluit. Ædes deinde hæc, mortuo divo Raimundo, multis piorum donationibus amplificata, nomen Hoſpitii ſive Hoſpitalis ſancti Raimundi ad noſtra uſque tempora ſortita eſt. Poſt hæc, divi Saturnini templi majorem

B partem, quæ ante annos aliquot incendio perierat, inſtaurandam ſuſcepit. Opus ad feneſtras uſque, ejus ære ac operâ perductum eſt. Magnum profectò magnæ exemplum munificentiæ! Merito igitur, Toloſates, ſacra divi Raimundi oſſa veneramini, ejuſque memoriam in animis veſtris infixam retinetis; quando nihil habuit ille in vita antiquius, quam ut ſuo exemplo vos ad pietatis ſtudium provocaret. Agit adhuc vos è cœlo, veſtræque ſaluti ab arce, quaſi fideliſſimus excubitor invigilat, nec patitur cives ſuos extremis nunc malis affligi. Hoc experimini, hoc ſentitis.

Religioſus iſſe hîc dicitur,

8 Dum omnibus fortunis ſic ſe exuit, quidquid erat in ſe terrenarum curarum, quamquam minimum, cum cæleſtibus ſtatuit oppido commutare. Quod ut facilius perficeret, in album Auguſtinianorum regularium ſancti Saturnini, qui jam, mutato inſtituto, pleno dignitatis nomine Canonici nuncupantur, inſcribi voluit. In ea ſolitudine obſcurus omninò vivere ſtatuerat, quo liberius altiuſque æterna gaudia cogitaret. Diu tamen latêre non potuit, eximiæ virtutis ejus ſplendore citò ſeceſſum illum illuſtrante: quem deinde multi ſibi quietis portum elegere. Felices illos, qui ſacras curas profanis anteponunt; nam quæ

C ſecuritas, in tanta rerum mundanarum varietate, ac veluti unda! Majori certè cum periculo, mundo irretiti, per hunc præruptum peregrinamur orbem, quam monachi: veri, inquam, monachi, qui tam ex animo, quam ex ore & abſque omni fuco, mundo vale ultimum dixêre, Deo unicè ſervientes: de quibus non perperàm dixeris; illos in portu navigare; dum nos per innumeros vitæ caſus ac diſcrimina, mare altum, naufragiiſque famoſum, experimur. Amentes homines, qui nucibus magis, quam cæli theſauris capimur.

& monaſterii eleemoſynarius.

9 Annos aliquot in monaſterio religioſiſſimus tranſegerat, cum ſacrarum largitionum præfectus, vulgo eleemoſynarius eligitur. Gratulari illi omnes meritum munus, ſperare pauperes ſibi cuncta hinc fauſta, ob ſingularem ejus liberalitatem. Nec immerito; quippe cito illorum ſpem abundè cumulatéque implevit. Scholaſticos imprimis ſuos, quos in Xenodochio collegerat, re & conſilio impensè ſemper juvit. Plures pietate inſignes viros, ad ſuas ipſis poſſeſſiones tranſmittendas, exemplo olim quidem movit, non certè lenociniis ſermonis vehementius commovit. Quod inter optimos, peſſimum genus hominum ſolet; qui dulciariis veluti quibuſdam moribundos ineſcant, ut eos bonis ſuis emungant: & tamen, proh ſcelus, continentiæ Euangelicæ æmuli haberi volunt; revera corvi rapacitatem, columbæ ſimplicitate tegentes! Aliter comparatat ſe divus Raimundus, nec enim hic Divorum mos umquam fuit. EX EDIT. ANONYMI.

In Xenodochio à ſe fundato ſepeliri poſtulat.

10 Poſtquam ſatis diu virtute ſuâ ſibi viam ad æternam ſalutem muniviſſet, moriturum ſe brevi, divinitus accepit. Quapropter acri morbo correptus, in eadem humilitate ad ultimum uſque anhelitum perſeverans, præfectum, quem monaſterii Priorem vocant, rogavit enixiſſimè, ut ſineret ſe de ſuo corpore ſtatuere; inque xenodochio, ſuos inter pauperes ſcholaſticos, ſepeliri; quo etiam mortuus non ceſſaret, illos ſepulcri religione hortari. Præclare omninò: Sanctorum enim frigidis coram ipſis cineribus, frigidi animi incaleſcunt! Precibus ſæpius ac ſæpius fuſis, vix denique Priot flecti potuit: ægrè ſiquidem patiebatur, ſe tanto orbari theſauro. At vicit obſtinationem humilis pertinacia. Et quid divo Raimundo negare potuiſſet, qui ejus meritis & gratia, ſe Deo brevi commendatiſſimum fore, exſpectabat? Accedente fato, ſepulturæ locum, tantopere expetitum, in xenodochio elegit. Mox ubi adſtantium monachorum precibus, quos ſummus dolor mœrorque conficiebat, ſeſe extremo commendaſſet, ſanctiſſimum Deo opt. max. efflavit ſpiritum. Ejus corpus, dulces exuvias, tantâ jacturâ proſtrati monachi, afflicti deſolatique cives, in ſuum locum repoſuere. Virtutum omnium genere in vita clarus, multis miraculis poſt obitum clariſſimus extitit: quæ ab uno ultimo diſcenda omnia, & meritò exiſtimanda ſunt: quamquam illa mox ex antiquiſſimis membranis ſuo loco ſubnectam. E

Toloſa, an. 1652 peſte liberata.

11 Annus CIↃIↃCLII, peſtilentiâ infamis eſt, quam aëris malignitas, ſoliſque defectus in urbem Toloſanam immiſerat. Horrendum viſu, tantillum initiò ignis, extemplo ingens creviſſe in incendium! Hoc pacto civitas frequentiſſima florentiſſimaque, vili non ſolum plebeculâ, ſed etiam eximiis viris, quibus decorabatur illa, paucorum menſium ſpatio viduata eſt. In hac calamitate infanda quidem, cum Octoviri cuncta remedia, curas, vigilantiam, ceteraque humana auxilia nihil viderent proficere, ad ſuperos, melius conſulti confugêre. Sero tamen; namque haud tot egregios viros nunc forſan lugeremus exſtinctos; ſi prius numinum clementiam precibus ſuis moviſſent. Divo igitur Raimundo voto ſeſe obſtringunt, ſacra ejus oſſa nullis antehac ornamentis inſignita, argentea in arca repoſituros, ſolennemque ipſi diem dicturos, ſiquidem ejus ope confidentius ſperarunt, urbem noſtram ſalvam fore. Nec mora; eorum votis Deus annuens, ſtatim atrox deſeviit peſtilentia, rediit aëris ſerenitas ſalubritaſque, ac ſalus civibus: quæ quin miraculo facta ſint, nemo niſi impius, & oſor numinum negabit. Ceterum imprimis ipſum experimur, cum aliis morbis, tum febri laborantibus opitulari. F

Hactenus Anonymus, de cujus ſtylo & verboſarum ſententiarum gravitate dictum eſt in commentario § 3. Notationes hic adjicere, ſupervacaneum viſum eſt, cum pluribus ſolummodo verbis

A. JALRAS *eadem ipſa fuſius narret, quæ ſupra in Lectionibus magis contracta ſunt, exceptis dumtaxat tribus ultimis, miracula complectentibus, quæ ipſe in alium locum tranſtulit, ut citato loco etiam dictum eſt. Quod autem gymnaſium Canonicorum* Regularium Auguſtinianorum *num. 3 Toloſæ nobis occinat, in quo Sanctus noſter bonas litteras didicerit, ſub principium ſeculi* XI, *id quam à vero alienum ſit, oſtendimus in prædicto commentario* § 2. *Reliquum modo eſt, ut hic ad calcem miracula recentiora, à Jalraſio tradita repræſentemus.*

MANIPULUS

Recentiorum miraculorum, ab anno MDCLII *ad* MDCLVI

Ex vita à J.B. Jalraſio gallicè edita.

B *Pauca miracula de pluribus,*

MOnet auctor *ſub operis ſui finem pag.* 127, *pauca tantummodo miracula ſe delibaſſe ex multo pluribus, quorum elenchus videri poſſit apud alumnos collegii* S. Raymundi *Toloſæ. Non auſim viro fidem negare, at certe mirandum proꝛſus eſt, talem ſaltem miraculorum catalogum hac non perveniſſe, poſtquam repetitis precibus, ad me Toloſâ tranſmitti poſtulavi, quidquid ad* S. Raymundum *ſpectaret. Nitor itaque ſola Jalraſii auctoritate, apud quem pauca ſa miracula deſcribuntur à pag.* 123. *Haudquaquam dubito, quin ſuſcitata in* S. Raymundum *fiducia fuerit, occaſione celebrioris iſtius miraculi, quo exitiali lue exempta eſt, dicto jam anno* 1652, *tota civitas Toloſana. Non indicat ſcriptor determinatum tempus, quo ſingula miracula facta ſint, verum cum præfata vita Gallica, ab ipſo edita ſit anno* 1656, *ſatis clare datur intelligi, deſcripto à nobis tempore omnia contigiſſe. Sequor ordinem, ab ipſo Jalraſio diſpoſitum, & verba ejus ex gallicis latina facio.*

quæ ad varias ſanationes reducuntur.

C 1 D. de Bertrand, in ſuprema curia Toloſanâ conſiliarius clericus, gravi morbo correptus, quo ope medicorum ſe liberari non poſſe, facile proſpiciebat, ad B. Raymundum confugit; cujus patrocinio obtenta, quam humanis ſubſidiis non poterat, integra corporis ſalute, ad Sancti tumulum votum perſolvit, ibique ſacris operatus eſt.

2 D de Puget, ejuſdem curiæ & ipſe conſiliarius, ad eumdem tumulum acceſſit, Miſſæ ſacrificio, per ſacellanum ſuum domeſticum ibidem celebrando, interfuturus, ut gratias ageret, de recuperata per Sancti intercеſſionem valetudine.

D 3 Tertium præfatæ curiæ membrum, D. de Mazuyer, parem gratitudinem in S. Raymundi ſacello demonſtravit, ob ſimile beneficium uxori ſuæ & liberis præſtitum.

4 D. de Galion, Franciæ theſaurarius eódem ſupplex advenit, gratiaſque retulit, ob impetratam Sancti noſtri interventu ſanitatem.

5 D. de Subran, Seneſcallatûs, ſeu ſecundariæ curiæ conſiliarius, Rivis (*Rieux*) eam ipſam S. Raymundi auxiliatricem opem ſenſit, quam experta fuerat Toloſa: etenim, graſſante ibidem lue, ſub Sancti patrocinio, medios inter peſtiferos, cum tota familia incolumis perſtitit, ac poſtmodum pro accepto beneficio gratias acturus, ad tumulum perrexit.

6 D. Deſpoux, Vicarius generalis Ordinis S. Bernardi in diſtrictu curiæ Toloſanæ, & Prior Bolbonnenſis, in ſupradicto ſacello Miſſam euchariſticam celebravit, in grati animi teſſeram, quod S. Raymundi auxilio, ægritudinem depuliſſet.

E 7 D. Baro de Saintarailhes, à peſtilentia liberatus, fugaraque febri quartana, invocati S. Raymundi propitiam manum ſenſit, idque etiam in prædicto ſacello palam teſtari non erubuit.

8 RR. PP. de monte Carmelo, RR. PP. Trinitarii & RR. PP. Cappucini, S. Raymundi auxilium, communitatibus ſuis Toloſanis impenſum, grati prædicant, agnoſcentes, ſuorum plurimos variis morbis liberos evaſiſſe, epotâ aquâ, in quam S. Raymundi reliquiæ intinctæ fuerant.

9 Virgo ſanctimonialis, ex Ordine Viſitationis B. M. V., ſimili & ipſa remedio, diutinum morbum, quocum fuerat conflictata, feliciter propulſavit.

F 10 D. Rector ſeu Paſtor in Gargas, quemadmodum patentes erant & promiſcuæ ſanitatum gratiæ parœcianis ſuis impetitæ, ita communem & generalem eſſe voluit acceptorum beneficiorum teſtificationem, atque adeo ſolenni inſtituta ſupplicatione, ſuos omnes deduxit ad ſacellum Sancti, ſui ab epidemia præſervatoris. Paſtor hîc pro grege, quem Dei manus tetigerat, ſolicitus, audiens Toloſanum miraculum, urbis iſtius votum imitatus eſt, unde & ejus parœcia, eumdem mox favorem conſecuta eſt; nam peſte afflati, continuo ſani; ii, quos necdum invaſerat, omni malo immunes perſtitêre.

Hac pauca de multis ex laudato Jalraſio, quibus quod addamus, nil ſupereſt; unde & S. Raymundi & totius hujus diei, imo totius tomi primi, Actis, quæ ultra perduci non potuere, finem imponimus.

FINIS.

SYNAXA-

SYNAXARIUM

Ex Menologio, jussu Basilii Imperatoris collecto, cujus sex postremi menses servantur manuscripti in monasterio Basilianorum Cryptæ-Ferratæ in Latio.

ΜΗΝΙ ΙΟΥΛΙΩι Α'.

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΝΑΡΓΥΡΩΝ ΚΟΣΜΑ ΚΑΙ ΔΑΜΙΑΝΟΥ.

DIE I Cosmæ & Damiani MM.

Κοσμᾶς καὶ Δαμιανὸς, οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Καρίνου. Ἰατροὶ δὲ ὄντες τὴν τέχνην, περιήρχοντο πάντα τόπον, πᾶσι τοῖς ἀσθενοῦσι παρέχοντες τὰς ἰάσεις. Μισθὸν τῆς ἰατρείας αἰτοῦντες τοῦ θεραπευομένου τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Ὑποληφθέντες οὖν παρὰ τῶν πεπλανημένων εἰδωλολατρῶν, ὡς διὰ μαγικῆς τέχνης τὰς θεραπείας ποιοῦντες, κατεμηνύθησαν τῷ βασιλεῖ. Καὶ κρατηθέντες ἠνάγκαζον τὸ ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πεισθέντες, πρὸς βασάνους ηὐτρεπίζοντο. Ἀλλὰ δυνάμει Χριστοῦ τὸν βασιλέα Καρῖνον τῆς πλάνης ἀπήλλαξαν. Ἐκτραχηλισθέντα γὰρ αὐτὸν ἰασάμενοι, οὐ μόνον αὐτὸν παρεσκεύασαν πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ τοῦ οἰκείους αὐτοῦ πάντας. Ἐκ τούτου οὖν ἐν τιμῇ διάγοντες, ἐφοθνήθησαν παρὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν. Καὶ εἰς ὄρος ἀναχθέντες παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἐπὶ συλλογῇ βοτανῶν ἐλιθοβολήθησαν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΠΕΤΡΟΥ.

Petri.

Πέτρος ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης τῆς εὐσεβεστάτης, υἱὸς Κωνσταντίνου Πατρικίου, ὑφ' οὗ καὶ πᾶσαν γραφὴν ἐδιδάχθη ἑλληνικὴν καὶ χριστιανικήν. Εἶτα συζευχθεὶς γυναικὶ γέγονε πατρίκιος. Καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ προεχειρίσθη δομέστικος τῶν σκολῶν παρὰ Νικηφόρου βασιλέως, τοῦ πατρὸς Σταυρακίου. Καὶ συνεκστρατεύσας τῷ βασιλεῖ κατὰ Βουλγάρων, μετὰ τὴν σφαγὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν φυγὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σταυρακίου, ἐκρατήθη μετὰ ἑτέρων πεντήκοντα, καὶ δι' εὐχῆς λυτρωθεὶς τῶν δεσμῶν ὑπὸ ἐπιφανείας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, τὸν κόσμον καταλιπὼν, ἐγένετο μόναχος. Καὶ συνήσκει ἐν τῷ ὄρει τοῦ Ὀλυμπίου τῷ ἁγίῳ Ἰωαννικίῳ. Μετὰ δὲ κοίμησιν ἐκείνου τὴν βασιλεύουσαν καταλαβὼν, καὶ προσκαθεσθεὶς τῷ παρ' αὐτοῦ οἰκοδομηθέντι ναῷ ἐν τοῖς Εὐάνδρου, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπιδειξάμενος, καὶ πολλὰ θαύματα ποιήσας, ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Β'.

Η ΚΑΤΑΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΤΙΜΙΑΣ ΕΣΘΗΤΟΣ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

II Depositio vestis B. V. M.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Μεγάλου, ἀδελφοὶ δύο πατρίκιοι Γαλβίος καὶ Κάνδιδος, πόθον ἔσχον τοῦ ἀπελθεῖν καὶ προσκυνῆσαι τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίους τόπους. Τὴν ἔφεσιν οὖν αὐτῶν πληρώσαντες, ἀπῆλθον εἰς Παλαιστίνην. Καὶ ἀπληκεύσαντες εἰς οἶκον Ἑβραίας γυναικὸς γραὸς, εὗρον ἐκεῖ πλήθη ἀσθενῶν κατακειμένων. Καὶ ἐρωτήσαντες, ἔμαθον ὅτι ἐκεῖ ἐναπόκειται ἡ τῆς Θεοτόκου τιμία ἐσθὴς, καὶ αἰτησάμενοι εἰσῆλθον προσκυνῆσαι αὐτὴν, καὶ διὰ νυκτὸς λαβόντες λεληθότως τὰ μέτρα τῆς θήκης, ἀπῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ κατασκευάσαντες ὁμοίαν θήκην, πάλιν ὑπέστρεψαν· καὶ θέντες ἐκεῖ, ἀνελάβοντο τὴν πρωτότυπον, καὶ ἤγαγον εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἀποθέμενοι ἐν τῷ προαστείῳ αὐτῶν, Βλαχέρναι λεγομένῳ, δωξάσαντες ἅμα τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ λαῷ τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ θησαυρίσματι.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΥΑΚΙΝΘΟΥ.

Hyacinthi M.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ὑάκινθος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρας Φρυγίας, ἐν ᾗ καὶ τὸν εὐσέβειαν ἐπαιδεύθη. Ἀπελθὼν δὲ εἰς Κύμην τὴν πόλιν ἰᾶτο τοῦ νοσοῦντας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χρίστου, καὶ γνωσθεὶς παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἐκρατήθη, καὶ παρεδόθη τῷ τῆς χώρας Ἡγεμόνι, καὶ ἀναγκασθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐβασανίσθη, καὶ εὐξάμενος τῷ Θεῷ παρέδωκε τὸν Ἡγεμόνα πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ θαυματουργήσας, ἐθεράπευσεν αὐτὸν πιστεύσαντα εἰς Χριστὸν, καὶ ἀπελύθη· εἶτα κρατηθεὶς παρὰ τῶν Κυμαίων ἐτιμωρήθη, καὶ πάλιν εὐξάμενος καὶ σείσας τὴν πόλιν, καὶ τὰ εἴδωλα συντρίψας, πολλοὺς ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ μετὰ ταῦτα κρατηθεὶς παρὰ Κλεάρχου τοῦ ἄρχοντος, καὶ τὰ σκέλη συντριβεὶς, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, καὶ τῆς φυλακῆς ἀπολυθεὶς, καὶ περιερχόμενος πᾶσαν χώραν, καὶ τοῦ νοσοῦντας ἰώμενος, νοσήσας καὶ αὐτὸς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΟΥΒΕΝΑΛΙΟΥ.

Juvenalii Patr. Hier.

Ἰουβενάλιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ, τρίτος πατριάρχης Ἱεροσολύμων γενόμενος μετὰ Κύριλλον τὸν ἁγιώτατον. Παρῆν δὲ τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ τῶν διακοσίων ἁγίων Πατέρων, διαλάμψας ἐν λόγοις καὶ δόγμασι μετὰ Κυρίλλου τοῦ ἀοιδίμου πατριαρχοῦ Ἀλεξανδρείας· ἔφθασε δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν Χαλκηδόνι τετάρτης συνόδου, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ τοῦ κτίσαντος τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν. Ὑφ' οὗ ἐρωτηθεὶς, ποῦ ἐτέθη τὸ τῆς Θεομήτορος ἄχραντον σῶμα, ὅπως ἀποστείλας ἀναλάβηται, καὶ ἀπόθηται αὐτὸ ἐν τῷ τοιούτῳ ναῷ, ἔφη ἀπὸ γραφῆς μὲν μὴ εἰδέναι, ἐξ ἀρχαίου δὲ λόγου διδαχθῆναι, ὅτι ἀνελήφθη, καταλειφθέντων ἐν τῷ τάφῳ μόνων τῶν ἐταφίων. Τότε ὁ μὲν Βασιλεὺς ἀποστείλας, ἀνελάβετο αὐτὰ, καὶ ἀπέθετο ἐν Βλαχέρναις. Ὁ δὲ ἅγιος Ἰουβενάλιος ὑποστρέψας εἰς τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Γ'.

ΑΘΛΗΣΙΖ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΜΑΡΚΟΥ ΚΑΙ ΜΩΚΙΑΝΟΥ.

III Marci & Mociani MM.

Μάρκος καὶ Μωκιανὸς, οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, κρατηθέντες διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν παρὰ Μαξίμου τοῦ ἐπάρχου, ἀρνήσασθαι μὲν τὸν χριστιανισμὸν, ὑποκύψαι δὲ τῇ πλάνῃ τῶν εἰδώλων κατηναγκάζοντο. Βασανιζομένων οὖν τούτων, παιδίον μικρὸν παρεστὸς τῷ βωμῷ τῶν θυσιῶν, ἤλεγξε τὸν ἔπαρχον ἀδικοῦντα, καὶ κρατηθὲν καὶ μαστιχθὲν, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν μετὰ Παύλου τινὸς χριστιανοῦ παρόντος, καὶ τοῦ ἁγίους θαρσοποιοῦντος. Δεξάμενοι δὲ οἱ Ἅγιοι τὸν διὰ τοῦ ξίφους ἀπο-

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ἀπόφασιν, ἤγοντο δέσμιοι τὴν ἐπὶ θάνατον, προσευχόμενοι τῷ θεῷ καὶ εὐχαριστοῦντες, ὅτι κατηξιώθησαν τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυρίας ἀξιωθῆναι. Ἠκολούθουν δὲ αἱ γυναῖκες αὐτῶν μετὰ τῶν τέκνων κλαίουσαι, ἕως τοῦ τόπου τῆς ἑαυτῶν σφαγῆς· ἔνθα καὶ φθάσαντες, ἀπεκεφαλίσθησαν, τὰς κεφαλὰς δεξαμένων τῶν τιμίων αὐτῶν γυναικῶν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΝΑΤΟΛΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Anatolii, Patr. Cpolit.

Ἀνατόλιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ· διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν γνῶσιν, ἀποκρισιάριος ἀποσταλεὶς εἰς Κωνσταντινούπολιν ὑπὸ Διοσκόρου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας τοῦ αἱρετικοῦ, ἐλπίσαντος αὐτὸν ὁμόφρονα ἕξειν τῆς οἰκείας κακοδοξίας παρεγένετο ἐν τῇ ἐν Χαλκηδόνι τετάρτῃ συνόδῳ, καὶ σὺν τοῖς ἁγίοις ἑξακοσίοις τριάκοντα πατράσιν ἀναθεματίσας τὸν Διόσκορον· τὸ τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ ὄνομα ὑπὸ Διοσκόρου καθαιρεθέντος ἐν τῇ Ἐφέσῳ λῃστρικῇ συνόδῳ, καὶ ἄδικον θάνατον παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπομείναντος, τοῖς δὲ πτύχοις ἐνέταξε, καὶ σὺν αἱρετικοὺς πάντας ἀνεθεμάτισεν· εἶτα πατριάρχης προχειρισθεὶς Κωνσταντινουπόλεως καὶ καλῶς τὸ ποίμνιον ἰθύνας, πρὸς τὸν Θεὸν ἐξεδήμησεν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΥΑΚΙΝΘΟΥ.

Hyacinthi M.

Ὑάκινθος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας. Κουβικουλάριος δὲ ὑπάρχων, καὶ ὑπὲρ τῶν τῆς τραπέζης δουλείᾳ Τραϊανοῦ, τοῦ παρανόμου βασιλέως ἐν Ῥώμῃ, ἔσεβε τὸν Χριστόν. Διαβληθεὶς οὖν ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν καὶ κρατηθεὶς, ἠναγκάσθη θῦσαι τοῖς εἰδώλοις καὶ μιαροφαγῆσαι. Ὁ δὲ πρὸς τὸ μὴ πεισθῆναι τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τὸν Χριστὸν μᾶλλον ὡμολόγει τρανότερον, Θεὸν αὐτὸν εἶναι λέγων μόνον, καὶ κύριον τοῦ παντός. Ὅθεν τυφθεὶς σφοδρῶς, παρεδόθη τῇ φυλακῇ. Τοῦ δὲ βασιλέως προστάξαντος τῷ δεσμοφύλακι, καθαροὺς μὲν ἄρτους μὴ προσαγαγεῖν αὐτῷ, ἐκ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων μόνων βρώματα παραθῆναι, αὐτὸς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τούτων μὴ γευσάμενος, ἀλλ' ἄσιτος διαμείνας, τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΔΟΤΗΣ.

Theodoti ac Theodotæ MM.

Καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι Μάρτυρες διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθέντες παρὰ τοῦ δυσσεβοὺς Τραϊανοῦ, καὶ καταναγκασθέντες ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀλήθειαν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις· καὶ μὴ πεισθέντες, διαφόρως τιμωρηθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς ἐκείνην τὴν φυλακὴν, εἰς ἣν ὑπῆρχεν ἀποκλεισμένος ὁ ἅγιος μάρτυς Ὑάκινθος. Καὶ διδασκόμενοι ὑπ' ἐκείνου, καὶ ἐπὶ πλεῖον εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν στηριζόμενοι, κατεμηνύθησαν ὑπὸ τῶν φυλακῶν εἰδωλολατρῶν ὄντων τῷ βασιλεῖ Τραϊανῷ· καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἁγίου Ὑακίνθου ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, παρέστησαν αὐτῷ, καὶ πάλιν βιασθέντες μιαροφαγῆσαι ἤλεγξαν αὐτὸν, καὶ τὴν πλάνην διέπτυσαν τῶν εἰδώλων. Τότε κρεμασθέντες ἐπὶ ξύλον ἐξέσθησαν, καὶ λαμπᾶσι κατεκάησαν, καὶ τῶν ξύλων καταβιβασθέντες τὸ διὰ ξίφους τέλος ἐδέξαντο, τὰς ψυχὰς αὐτῶν τῷ Θεῷ παραδόντες.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Δ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΗΝΗΣ.

IV Theodori Ep.

Θεόδωρος ὁ ἱερομάρτυς ἦν μὲν ἐπὶ βασιλείας Διοκλητιανοῦ ἐκ πόλεως Κυρήνης· τὴν δὲ καλλιγραφικὴν καλῶς ἐκμαθὼν τέχνην, καὶ βίβλους πολλὰς κατασκευάζων, παρεῖχε τοῖς Χριστιανοῖς εἰς τὸ δοξολογεῖν τὸν Θεόν. Διαβληθεὶς οὖν ὑπὸ τοῦ ἰδίου υἱοῦ τῷ τῆς πόλεως ἄρχοντι, ἐκρατήθη μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν χριστιανῶν· μεθ' ὧν ἦν καὶ ἡ ἁγία Λουκία· καὶ ἐπιζητηθεὶς τὰς βίβλους, ἃς ἔγραψε, καὶ μὴ παρασχῶν, ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ τῷ βωμῷ προσελθεῖν, καὶ λιβανωτὸν ἐπιβαλεῖν βιαζόμενος, αὐτὸς δραμὼν καὶ λακτίσας αὐτὸν, ἀνέτρεψε. Τότε κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλον καθηλώθη, καὶ τὴν γλώτταν ἐξετμήθη, καὶ τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, εἰς φυλακὴν ἀπεκλείσθη, καὶ ἰδόντες αὐτὸν θεραπευθέντα, πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες· οἵτινες καὶ σὺν αὐτῷ ἐτελειώθησαν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ε'.

ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΜΑΡΘΑΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΥΜΕΩΝΟΣ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩι ΘΑΥΜΑΣΤΩι ΟΡΕΙ.

V Marthæ.

Ἡ Ὁσία Μάρθα μήτηρ μὲν ὑπῆρχε τοῦ Ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Συμεῶνος τοῦ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει, πᾶσαν ἀρετὴν διὰ τῆς ἄκρας ἀσκήσεως κατορθώσασα· πίστιν δὲ πολλὴν ἔχουσα πρὸς τὴν Θεομήτορα Παρθένον, ἀεὶ προσήδρευεν ἐν τῷ ταύτης ναῷ. Αἰτουμένη αὐτὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας. Ὅθεν καὶ πρὸ τῆς τοῦ σώματος ἐκδημήσεως τὰ ἀποκείμενα αὐτῇ αἰώνια ἀγαθὰ ἐδιδάχθη τε καὶ ἐμυήθη. Καὶ τότε μετὰ ἀγαθῶν ἐλπίδων ἀπελθοῦσα ὕστερον τοῖς προσεδρεύουσιν αὐτῆς τῷ ἁγίῳ λειψάνῳ ἐπιφανεῖσα, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα διηγησαμένη, πᾶσαν χαρὰν ἐποίησεν ἀγαθὰ ἐκεῖνα, ἃ ὀφθαλμὸς αἰσθητὸς οὐκ εἶδεν, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Οὕτω δοξάζει Κύριος σὺν δοξάζοντας αὐτόν τε καὶ τὴν ἀσπόρως καὶ ἀφθόρως τεκοῦσαν αὐτὸν δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΓΝΗΣ.

Agnetis.

Ἡ τοῦ μάρτυς Ἀγνὴ, τὸν τρόπον τῷ ὀνόματι κατάλληλον ἔχουσα, πολλὰς τῶν ἀκολάστων γυναικῶν διὰ νουθεσίας καὶ παραινέσεως τῶν πονηρῶν ἔπειθεν ἀπέχεσθαι πράξεων, καὶ πιστεύειν Χριστόν. Διὰ ταῦτα κρατηθεῖσα παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος, ἐβασανίσθη σφοδρῶς· καὶ μὴ πεισθεῖσα θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, εἰς πορνεῖον ἐπέμφθη ἐπὶ τὸ μιανθῆναι παρὰ τῶν ἀκολάστων. Ἀλλὰ τῷ Χριστῷ θαρρήσασα, ᾧ καὶ τὴν πίστιν καὶ τὴν ἁγνείαν διετήρει, ἄσπιλος καὶ καθαρὰ διεφυλάχθη ὑπὸ θείου ἀγγέλου σκεπομένη, τοῦ μὴ ἑῶντός τινα προσεγγίσαι αὐτῇ, ἐξ ὧν εἷς τολμήσας προσελθεῖν, παραυτίκα ἐνεκρώθη· ὡς δὲ τοῦτο ἤκουσεν ὁ Ἄρχων, προσεκαλεῖτο αὐτὴν, καὶ ᾐτήσατο ἀναστῆσαι τὸν νεκρὸν, καὶ τῆς Ἁγίας εὐξαμένης εὐθέως ἠγέρθη ὁ τεθνηκὼς, καὶ νομίσας ὁ ἄρχων ὅτι διὰ γοητείας ἤγαγεν αὐτὸν, πυρὶ παρέδωκεν αὐτήν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΥΠΡΙΛΛΗΣ.

Cyprillæ.

Κυπρίλλα ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Κυρήνης ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Ἐκ προγόνων δὲ οὖσα χριστιανὴ συνῴκησεν ἀνδρὶ ἐπὶ δυσὶν ἔτεσιν, καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τελευτήσαντος, ἔμεινεν

μενεν ἐν χηλίᾳ ἔτη ἴ΄ηβσι ὀκτώ. Ὅτε ἡ ἀνεῳχτήθη Θεόδωρ@ ὁ ἁγιώτα@ ἐπίσκοπ@ Κυρήνης, ἢ ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, κατὰ συγκυρίαν ἀλγήσασα τ κεφαλὴν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, χάριν ἰάσεως, καὶ θεραπευθεῖσα διηκόνει αὐτῷ σὺν Λουκίᾳ ἢ Ἀρόᾳ τ ὁσίας γυναιξίν. Μετὰ ἡ τὴν ἁγίᾳ Θεοδώρᾳ τελείωσιν, παρασᾶσα τῷ ἡγεμόνι ἢ τ Χριςὸν ὁμολογήσασα, πρότερον ἐτύφθη, εἶθα ἄνθρακας ὑπὸ τ παλάμης δεξαμένη, ἐβιάζετο ὑπὸ τ δημίων κρατέντων τ αὐτῆς χεῖρας, λιβανωτὸν προσενεγκεῖν τοῖς θεοῖς. Ἡ δὲ ἐβόα· ὐκ ἔστι τοῦτο ἐκούσι@ θυσία· ἐγὼ γὰ τῷ Χριςῷ μα θύω. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἀνεμάσθη ὑπὸ ξύλα, ἢ ξεωμένη παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΣΤ΄.

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΣΙΣΟΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ.

VI Sisois.

Ὁ Μακάρι@ Σισόης ὁκ βρέφους τ Θεὸν ἀγαπήσας, ἢ τότε σαυρὸν ἐπ' ὤμων ἄρας, ἠκολούθησεν αὐτῷ· ἢ τὰς παρατάξεις τ ἀοράτων ἐχθρῶν τροπωσάμεν@, χάρων ἐχώρησεν πρὸς τὸ θέατρον τ ἀσκήσεως σκάμμα@· ταπεινοφροσύνης ἡ εἰς ἄκρον γενόμεν@, ἐδέξατ' ἢ χαρίσματα θαυματουργίας· ἢ γὰ ἢ νεκροὺς ἀνέςησε, ἢ δαίμονας ἐξ ἀνθρώπων ἀπήλασε, ἢ νοσοῦντας ἐθεράπευσε, ἢ ἄλλα πολλὰ θαύματα ἐποίησεν· ἦν ἡ ἢ τ ἐντυχίαν πρωσηνὴς, καὶ μετριόφρων, ἢ ἡδὺς ἐν ἅπασι τοῖς ὑποφθέγμασιν· ἐξ ὧν πολλὰ σωτηρίας ὠφέλησε εἰς τ τ πολλῶν ὠφέλειαν· ὐκ ὀλίγους ἡ ἢ τ παιόντων ἀδελφῶν διὰ παραδειγμάτων ὑπιτηδείων, πρὸς μετάνοιαν ὑπισρέφων διώρθου. Εἶχε ἡ ἢ τοῦτο, τὸ μηδέποτε κατακρίνειν ἄνθρωπον. Οὕτω ἡ βιώσας ἀγγελικῶς, πρὸς Θεὸν, ἐν ἐπόθησεν, ἐξεδήμησεν, ὑποδεξάμενος τ ἡτοιμασμένην αὐτῷ αἰώνιον βασιλείαν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΛΟΥΚΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΗι.

Luciæ & Socc.MM.

Ἡ ἓ Χριςοῦ μάρτυς Λευκία ἡ παρθέν@, ἑτέρα ἐςὶ πρὸ τ ἐν Σικελίᾳ Λευκίαν τ παρθένον· ἦν γὰ αὕτη ὁκ τ χώρας Καμπανίας· καὶ κρατηθεῖσα πρὸ ἓ τ τοιαύτης χώρας Ἄρχοντ@, ἐπιμωρήθη, ἢ θαυματουργήσασα, ἔπεισεν αὐτὸν πιςεῦσαι Χριςῷ· καὶ οὐ μόνον ἀπελύθη παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ἢ οἶκον ἢ δῶλας λαβοῦσα, ἡσύχαζεν, εὐχομένη τῷ Θεῷ ὑπὲρ αὐτοῦ. Μετὰ ἡ παρέλθουσιν ἐτῶν ἱ΄ηβσι, ἀμφότεροι ὑπιθυμήσαντες ἓ μαρτυρῆσαι ὑπὲρ Χριςοῦ, κατέλιπον ἅπαντα, καὶ ἀναλαβόμενοι σὺν οἰκείους ὑπηρέτας, ἀπῆλθον πρὸς τ ἡγεμόνα τ χώρας, καὶ παρέδωκαν ἑκασίως ἑαυτοὺς, καὶ ἐρωτηθέντες, καὶ τ Χριςὸν ὁμολογήσαντες, ἐπιμωρήθησαν διαφόρως· ὡς ἡ ὑπὸ πολὺ ἐνέμεινον τῇ ἓ Χριςοῦ πίςει, τὴν διὰ ξίφους ὑπόφασιν δεξάμενοι, ἀπεκεφαλίσθησαν ἅμα τῇ λοιπῇ σωοδίᾳ αὐτῶν, καὶ οὕτω τελειωθέντες, ἐςεφανώθησαν ὑπὲρ Χριςῷ.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΣΤΕΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΔΥΡΡΑΧΕΙΟΥ.

Astei Ep. M.

Ἀσεῖ@ ὁ ἱερομάρτυς ἦν μὲν ὑπὸ τ βασιλείας Τραϊανοῦ. Κρατηθεὶς ἡ πρὸς ἡ τ εἰδολολατρῶν, παρεδόθη Ἀγρικολάῳ τῷ ἡγεμόνι· καὶ πειραπεὶς ἀρνήσασθαι τ Χριςὸν, ἢ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ἢ μὴ πιθεὶς παρεπέμφθη φυλακῇ· πρὸς ἓ κρατηθῆναι ἡ, ἐθεάσατο τοιῦτον ὄναρ. Ἑαυτὸν ἔβλεπεν ὑπὸ πέτραν ἐσῶτα, κεχελσμένον πίσῃ καὶ ἐλαίῳ· ἢ ἔξυπν@ γενόμεν@, εἶπε τοῖς ἑαυτοῦ κληρικοῖς· Ἀδελφοὶ, δεῖ με παθεῖν ὑπὲρ ἓ Χριςοῦ. Λοιπὸν ὑμεῖς ἀπελθέτε ἕκας@ ὑμῶν, ὅπου δύνασθε διασωθῆναι. Ταῦτα εἰπὼν, ἐκρατήθη, ὡς εἴρηται, ἢ παρῳσὰς τῷ Ἀγρικολάῳ, ἢ τ Χριςὸν ὁμολογήσας, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, καὶ τ φυλακῆς ἐκβληθεὶς, ἐτύφθη σφέραις μολυβδίναις. Εἶτα ἀλειφεὶς μέλιτι, ἐκρεμάσθη ὑπὸ ξύλου ἐν ὥρᾳ καύματ@, ὅπως ὑπὸ σφηκῶν καὶ μυιῶν καταβρωθεὶς ἀποθάνει· ἢ τούτου γνομένου, δὶ χαείσως φέρων τ πρωελίαν, παρέδωκε τῷ Χριςῷ τ ψυχήν. EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΦΩΚΑ, ΚΑΙ ΑΝΑΜΝΗΣΙΣ ΤΟΥ ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΘΑΥΜΑΤΟΣ.

Ἐξηγήσατο Λέον ὁ ἐπονομαζόμεν@ Ποντιανὸς, ὅτι Σισίνι@ ἐκεῖν@, ᾧ ὑπάτευε ὁ σεβαρὸς πολέων ἐν τῷ βασιλικῷ χόλῳ, ἐκρατήθη πρὸς τ Σαρακηνῶν, καὶ δεθεὶς ἁλύσεσι δυσὶν, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Εἰς τοιαύτην ἡ ἀνάγκην πρωελθεὶς, ἐπεκαλεῖτο τ Θεὸν ἢ τ αὐτοῦ ἱερομάρτυρα Φωκᾶν· Ἄ@με ἱερομάρτυς Φωκᾶ, λέγων, ἐλέησόν με, καὶ λύτρωσαί με τ κατεχόσης με ἀνάγκης τ δεσμῶν. Γ΄πνώσας οὖν, εἶδε τ Ἄγγελον ὑπισάντα αὐτῷ ἐν σχήματι πρεσβυτέρου, ἢ εἰπόντα αὐτῷ· Ἐγέρθητι, ἢ ἀναχώρησον· Καὶ ἔξυπν@ γνόμεν@, δοῦρε τὰς ἁλύσεις σωτετιμμένας, καὶ ἑαυτὸν λελυμένον ἢ τ φυλακὴν ἀνεῳγμένην· καὶ φυγὼν διεσώθη ἕως ἓ δίκου αὐτοῦ· ἢ ἐν ὑπιτελῶν ἀεὶ τ μνήμην αὐτοῦ μετ' εὐχαρισίας πολλῆς· ἢ τ Θεὸν δοξάζων, τ τοιαῦτα χαείσματα παρέχοντα τοῖς Ἁγίοις αὐτοῦ. Phocæ M. miraculum.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΣΑΥΡΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

Ἴσαυρ@ ὁ τ μυσηρίων ἓ Χριςοῦ διάκον@, ἢ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐγένοντο μὲν ὁκ τ πόλεως Ἀθηνῶν. Ἐπὶ ἡ τ βασιλείας Νουμεριανοῦ, ὁκ τ ἰδίας πατρίδ@ ἀναχωρήσαντες, ἀπῆλθον ἐν Ἀπολλωνιάδι τῇ πόλει· καὶ δι' ὑποκαλύψεως ἀγγέλου Θεοῦ, εἰσῆλθον ἐν σηλαίῳ, ἐν ᾧ κατῴκησαν Φίλιξ ἢ Περεγρῖν@ ἢ Ἑρμείας, χριςιανοὶ ὄνλες ἢ αὐτοὶ· οἱ πίνες ἰδόνλες τ ἅγιον Ἴσαυρον, οὕτως ἐχάρησαν, ὡς ἢ τὰ ὑπάρχονλα αὐτοῖς δῶνα πλουσίοις, ἢ ἀνωλευθεῖν αὐτῷ, ἢ διδάσκεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· οἱ ἡ συγγενεῖς αὐτῶν πειραθέντες μεταγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὰ ἴδια, ἢ μὴ δυνηθέντες, διέβαλον τῷ τ πόλεως ἄρχοντι. Ὁ ἡ κρατήσας αὐτοὺς, ἀπεκεφάλισεν. Ἴσαυρ@ ἡ, ὁ ἓ Χριςοῦ διάκον@, ἢ οἱ σὺν αὐτῷ, ἀπεσάλησαν δέσμιοι πρὸς τ ἡγὸν αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ τιμωρηθῆναι, ἢ βληθέντες ἐν πυρὶ καὶ ἀβλαβεῖς ἐξελθόντες, ἔπεισαν πολλοὺς πιςεῦσαι Χριςῷ· καὶ διὰ τοῦτο παροργίσαντες τ ἄρχονλα, ἀπεκεφαλίθησαν. Isauri & Socc.MM.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ζ΄.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΕΡΕΓΡΙΝΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

VII Peregrini & Socc. MM.

Οἱ ἓ Χριςοῦ μάρτυρες Περεγρῖν@, Λουκιανὸς, Πομπηΐ@, Ἡσύχι@, Παπίας, Σατορνίλ@, καὶ Γερμανὸς, ὑπῆρχον ὁκ τ χώρας Ἰταλίας, ἐπὶ ἡ τ βασιλείας Τραϊανοῦ, διὰ τ ἢ τ χριςιανῶν διωγμὸν ἐμβάντες εἰς πλοῖον, κατήντησαν εἰς τὸ Δυρράχιον· καὶ ἰδόντες τ ἅγιον ἱερομάρτυρα Ἀσεῖον κεχρισμένον μέλιτι, καὶ κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου, καὶ ὑπὸ σφηκῶν καὶ μυιῶν κατακεντούμενον διὰ τ εἰς Χριςὸν ὁμολογίαν, ἐμακάρισαν αὐτὸν, καὶ γνωσθέντες, κρατήθησαν πρὸς τ ταξεωτῶν, καὶ ἐρωτηθέντες, καὶ τ Χριςὸν ὁμολογήσαντες, παρεδόθησαν Ἀγρικολάῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ παρ' ἐκείνου ἐμβληθέντες εἰς πλοῖον δέσμιοι, καὶ ἐν τῷ ἓ Ἀδρίας πελάγει ῥιφθέντες, τὸ μακάριον τέλ@ ἐδέξανλο· ὧν

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ὧν τὰ λείψανα ἐκβαλοῦσα ἡ θάλασσα ἔκρυψεν ἐν τῇ ἄμμῳ· ἢ μὴ ταῦτα ἐμφανισθέντα τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας, κατετέθησαν ἐντίμως.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩι ΜΑΛΕΩι ΟΡΕΙ.

Thomæ.

Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Θωμᾶς, ὅτε μὲν ἦν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγένετο περιφανὴς καὶ ἐπίλεπτος πλούτῳ καὶ δυνασείᾳ· ἀλλὰ καὶ τῆς βαρβάρων πολλὰ τρόπαια ἔχησιν· ὅτε δὲ κατέλιπε τὸν κόσμον διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πόθον, καὶ τὸ ἐπὶ βίου πικρὸν κλυδόνιον, καὶ ἐγένετο μοναχὸς, οὕτως ἐγένετο ἐπιφανέστερος, ὡς φαίνεσθαι ἐν νυκτὶ ὥσπερ σύλλος πυρὸς τῇ ὑποκείμενῃ μεγάλου προφήτου Ἠλίου, οὗ καὶ τὸν τύπον ἐζήλωσεν, ἡσυχάζων ἀεὶ, καὶ τῷ Θεῷ ἀπερισπάστως προσδυσχύμενος, ἐν ὄρει τῷ καλουμένῳ Μαλεῷ, ὅθεν καὶ χαλέσματα ἰαμάτων λαβὼν, δαίμονας ἀπήλασε· καὶ πηγὴν ὕδατος διὰ προσδυσχῆς αὐτοῦ βλύσαι πεποίηκε, καὶ τυφλοῖς τὸ βλέπειν, καὶ χωλοῖς πλὴν δύδρομιὰν ἐχαρίσατο, καὶ ἕτερα θαύματα πολλὰ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ ποιήσας, καὶ θαυμαστὸς τοῖς πᾶσι γνώμενος, καὶ τὸν Θεὸν, ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν, θεραπεύσας, πρὸς αὐτὸν χαίρων, καὶ ἀγαλλόμενος ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Η'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ.

VIII Procopii M.

Προκόπιος ὁ μεγαλομάρτυς ἐγεννήθη μὲν ἐν τῇ πόλει Ἀἰλίας, ἐκ πατρὸς χριστιανοῦ, καὶ μητρὸς Ἑλληνίδος, ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Ἀνατεθραμμένος δὲ παρὰ τῆς μητρὸς μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, προσήχθη Διοκλητιανῷ ἐπὶ τὸ τιμηθῆναι· καὶ προχειρισθεὶς δουξ Ἀλεξανδρείας, ἀπεστάλη οὐ μόνον πολεμίοις ἐχθρός, ἀλλὰ καὶ χριστιανοῖς· ἀπερχομένῳ δὲ πρὸς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ, λέγουσα· Νεανία παῦσαι τοῦ πολεμεῖν σὺ δούλους μου, ἵνα μὴ ὑποθάνεις. Ὑποδείχθη δὲ αὐτῷ καὶ χῆμα σαυρᾶς, καὶ ἀπελθὼν εἰς Σκυθόπολιν, καὶ χρυσοχόον προσκαλεσάμενος, ἐποίησε τύπον σαυρᾶς καθὼς τὸ ὑποδειχθὲν αὐτῷ χῆμα, καὶ ἐφόρει αὐτόν. Σήσας δὲ τρόπαια κατὰ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ὑποστρέψας, κατεμηνύθη τῷ βασιλεῖ περὶ τῆς μητρὸς, ὡς χριστιανὸς, καὶ πιωρηθεὶς διαφόρως, καὶ θαυματουργήσας, οὐ μόνον ἑτέρους πολλοὺς ἔπεισε πιστεῦσαι Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα καὶ τινας γυναῖκας· μεθ' ὧν ὑποκεφαλιωθεὶς πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Θ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

IX Cyrilli M.

Κύριλλος ὁ ἱερομάρτυς τῇ εἰς Χριστὸν πίστει, καὶ τῇ θείαις ἀρεταῖς συναυξηθεὶς ἀρχιερεὺς κατέθη τῆς ἐν Κρήτῃ ἐκκλησίας. Καὶ καλῶς τὸ πίμνιον ἰθύνας, καὶ τὸν λαὸν Κυρίῳ πληθύνας διὰ διδασκαλίας καὶ παραινέσεως, διωγμῷ κινηθέντος, ἐκρατήθη πρὸς τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ δεθεὶς, παρεδόθη τῷ ἄρχοντι· καὶ ἐμβληθεὶς εἰς πῦρ, ἐξ αὐτοῦ ἀβλαβὴς ἐξελθὼν, τοῖς δεσμῶν, οἷς ἐδέδετο, καέντων, καὶ τῶν ξύλων, οἷς ἡ φλὸξ ἐτρέφετο, εἰς κόνιν λεπτυνθέντων, ἀπελύθη πρὸς τοῦ ἄρχοντος, θαυμάσαντος τὸ γεγονός. Καὶ τοῖς τοῦ βασιλέως προστάγμασιν, ὡς ἀδύνατοις ἦσιν, ὑπεμεμψάμενος. Καὶ τότε μὲν οὕτως. Ὕστερον δὲ ἰδὼν ὁ ἄρχων πολλοὺς τῷ εἰς Χριστὸν πίστιν ἀσπαζομένους, φοβηθεὶς τὸν τοῦ βασιλέως θυμὸν, κρατήσας τὸν Ἅγιον, καὶ ἄκων ἀπεκεφάλισε, προξενήσας αὐτῷ ζωὴν ἀθάνατον, καὶ ἀΐδιον μακαριότητα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΑΤΕΡΜΟΥΘΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι

Πατερμούθιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ὑπῆρχον ὀπαὶ τοῦ τυραννίδος Ἰουλιανοῦ παραβάντος, ἐν ᾗ καὶ Αἴγυπτον ἐρήμῳ ἡσυχάζοντες. Ἀπερχομένῳ δὲ τῷ παραβάτῃ πρὸς τὴν τῶν Περσῶν πόλεμον, κατεμηνύθησαν πρὸς τοῦ εἰδωλολατρῶν, καὶ κρατηθέντες, ἤχθησαν ἐνώπιον αὐτοῦ· ὧν ὁ μὲν Πατερμούθιος ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε, ὁ δὲ Κόπρης ἐτῶν τεσσαράκοντα πέντε, καὶ διαχωρισθέντες, ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Πειθεὶς οὖν ὁ Κόπρης τοῦ θωπείαις καὶ παραβάτου, ἠρνήσατο· καὶ μαθὼν τοῦτο ὁ Πατερμούθιος, κλαίων παρεκάλει τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἰσαχθεὶς οὖν καὶ αὐτὸς, καὶ ἰδὼν τὸν Κόπρην ἱμάτια λαμπρὰ περιβεβλημένον, ἐδάκρυσε· καὶ γνοὺς ὁ Κόπρης ὅτι δι' αὐτὸν ἔκλαυσεν, ἀνακράξας, ἔφη· Οὐκ ἔτι εἰμὶ Ἰουλιανίστης, ἀλλὰ Χριστοῦ δοῦλος. Ἐκπεσὼν οὖν τὴν γλῶσαν, ἐβλήθη εἰς πῦρ μετὰ τοῦ Πατερμουθίου· καὶ ἰδὼν αὐτὸς Ἀλέξανδρός τις, μηδὲν ἀδικηθέντας, καὶ πιστεύσας τῷ Χριστῷ, σὺν αὐτοῖς χαίρων ἀπεκεφαλίσθη. Patermutii & Socc. MM.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ι'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΕ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΝΙΚΟΠΟΛΕΙ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ.

Οἱ τεσσαράκοντα πέντε τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες ὑπῆρχον ὀπαὶ τοῦ βασιλείας Λικιννίου, καὶ τοῦ ἡγεμονίας Λυσίου· ὧν ἐξῆρχον Λεόντιος, Μαυρίκιος, Δανιὴλ, καὶ Ἀντώνιος· κρατηθέντες οὖν παρέσησαν τῷ δικαστῇ Λυσίᾳ ἐν Νικοπόλει τοῦ Ἀρμενίας· καὶ τοῦ μὲν Χριστὸν ὁμολογήσαντες, τοὺς δὲ εἰδωλα διαπτύσαντες, τυφθέντες καὶ λίθοις σωτιβέντες τότε σιμαῖα, καὶ τὸ πρόσωπα, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἄσιτοι διαμένοντες· καὶ ἰδόντες τινὰ αὐτῶν καρτερίαν οἱ τηρηταὶ αὐτοῦ στρατιῶται, ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ· εἶτα τῆς φυλακῆς ἐμβληθέντες, καὶ τὰ σκέλη πελέκεσιν ὑποκοπέντες, οἱ μὲν ἤδη τεθνηκότες, οἱ δὲ ἔτι ἐμπνέοντες, εἰς κάμινον πυρὸς ἐμβληθέντες, ἐτελειώθησαν, ὑπολαβόντες τὸν ἡτοιμασμένον αὐτοῖς πρὸ καταβολῆς κόσμου πρὸς Χριστοῦ ἀθάνατον βασιλείαν. X Martyres XLV.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΒΙΑΝΟΡΟΣ ΚΑΙ ΣΙΛΟΥΑΝΟΥ.

Βιάνωρ ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, ἐν μὲν τῇ χώρᾳ Πισιδίας, διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς ὑπὸ Σεβηριανοῦ ἡγεμόνος τῆς Ἰσαυρίας, καὶ ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐκρεμάσθη ἐπὶ ξύλου· καὶ ἐξέσθη πικρῶς μὲ σιδηρῶν ὀνύχων, καὶ σφαίραις πυρωθείσαις σιδηραῖς τὰς μασχάλας, καὶ λὸς ὀδόντας ἐξερρίζωσθη, κατεκάη, καὶ τὰ ὦτα ἀφηρέθη. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν τοιαῦτα ὑπομένοντα στρατιώτης τις, Σιλουανὸς λεγόμενος, ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ, καὶ παρευθὺς καὶ αὐτὸς τὴν γλῶσαν ἐκκοπεὶς, ἀπεκεφαλίσθη. Ὁ δὲ πολύαθλος Βιάνωρ τυπτηθεὶς τοὺς ἀστραγάλους, καὶ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἐξορυχθεὶς, καὶ τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς ἐκδαρεὶς, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, καὶ τῇ ἐπαύριον μικρὸν ἔτι ἐμπνέων, ἐκβληθεὶς τῆς φυλακῆς, καὶ βασταζόμενος ὑπὸ δημίων ἀπεκεφαλίσθη. Bianoris & Sylvani MM.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ.

Apollonii M.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μαρτυς Ἀπολλώνιος ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Λυδίας, πόλεως Σάρδεων· περιήρχετο δὲ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν, διδάσκων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέφων ἐπὶ τὸν Κύριον. Καταμηνυθεὶς οὖν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν τῷ τῆς πόλεως Ἰκονίου ἄρχοντι κατεσχέθη, καὶ δέσμιος ἀχθεὶς, παρέστη ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐρωτηθεὶς, δοῦλον Χριστοῦ ἑαυτὸν ὡμολόγησεν· ὅθεν ἀναγκασθεὶς εἰς τὴν τύχην τοῦ βασιλέως ὀμῶσαι, ἔφη μὴ εἶναι θεμητὸν εἰς βασιλέα ὀμνύειν θνητὸν, καὶ μάλιστα τὴν μὴ ἐπιγινώσκοντα τὸν ποιητὴν τοῦ κόσμου Θεόν· ταῦτα εἰπὼν, τῇ προστάξει τοῦ ἄρχοντος ἐτύφθη σφοδρῶς· καὶ κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου, καὶ σιδηροῖς ἥλοις καθηλωθεὶς, τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο· καὶ οὕτω τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον τελέσας, ἀπέλαβε τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΑ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ.

XI Marciani M.

Μαρκιανὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἰκονίου· νέος δὲ ὢν ἐδιδάχθη τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, καὶ βαπτισθεὶς ἐκήρυσσε μὲν τὴν ἀλήθειαν· ἤλεγχε δὲ τὴν τῶν εἰδώλων ἀπάτην καὶ τὴν ἀσθένειαν, καὶ σοῦ εἰδωλολάτρας ἐπεστόμιζε. Κρατηθεὶς οὖν ὑπ' αὐτῶν, παρεδόθη τῷ ἄρχοντι, καὶ εἰς ἐξέτασιν ἀχθεὶς, ἠναγκάζετό ποτε μὲν ὑποσχέσεσι φθαρτῆς καὶ προσκαίρου τιμῆς, ποτε δὲ ἀπειλαῖς, ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις. Μὴ πεισθεὶς δὲ τοῖς τοῦ ἄρχοντος λόγοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνώπιον δήμου τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, τυφθεὶς ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς φυλακῆς δέσμιος ἐξελθὼν, καὶ τῷ ἄρχοντι παραστὰς, καὶ τῶν αὐτῆς ὁμολογίας ἐχόμενος, ἐξέθη τὸ πρόσωπον σιδήροις, καὶ τὰ νεῦρα διεκόπη, καὶ μαχαίρᾳ τὴν γλῶσσαν ἐξεκόπη, καὶ ἐπὶ ἐσχάρας πεπυρακτωμένης ἐτέθη· καὶ τέλος ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον ἐπλήρωσεν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΙΝΔΑΙΟΥ.

Cindæi M.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Κινδαῖος, ἦν μὲν πρεσβύτερος τῆς ἐν Σίδῃ τῇ πόλει ἐκκλησίας, ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ κατεμηνυθεὶς Στρατονίκῳ τῷ ἡγεμόνι, ὅτι τὸν Χριστὸν σέβεται, ἐκρατήθη, καὶ ὑποδεθεὶς ὑποδήματα σιδηρᾶ μετὰ ἥλων ὀξέων, ἠναγκάσθη τρέχειν κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν φέρουσαν πρὸς τὴν λεγομένην ἱερὰν πύλην, τυπτόμενος ὑπὸ τῶν δημίων. Ἐπεὶ δὲ πρόσταγμα εἶχον οἱ δήμιοι καῦσαι αὐτὸν, ὑπηύτησαν δέ τινι πένητι, φόρτιον βαστάζοντι ξύλων, μέλλοντι αὐτὰ πωλῆσαι καὶ τραφῆναι· καὶ ἐβούλοντο ἁρπάσαι δωρεὰν, καὶ καῦσαι τὸν Ἅγιον· αὐτὸς ἐκβαλὼν τὸ τίμημα, δέδωκε τῷ πένητι· καὶ θεὶς τὰ ξύλα ἐπὶ τῶν ἰδίων ὤμων, κατέλαβε τὸν τόπον τῆς τελειώσεως· καὶ ἀναφθείσης καμίνου, εἰσῆλθεν ἐν αὐτῇ· καὶ τότε μὲν ἐξελθὼν ἀβλαβὴς, παρεσκεύασε τὸν ἱερέα τῶν εἰδώλων σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ πιστεῦσαι Χριστῷ. Ὕστερον δὲ εὐξάμενος παρέδωκε τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐτάφη ἐντίμως.

ΚΑΙ ΑΝΑΜΝΗΣΙΣ ΤΟΥ ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΘΑΥΜΑΤΟΣ ΤΗΣ ΠΑΝΕΥΦΗΜΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΥΦΗΜΙΑΣ.

Miraculum S. Euphemiæ M.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου Μικροῦ Εὐτυχής τις μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος γέγονεν αἱρέσεως ἀρχηγὸς, λέγων ἐπὶ Χριστοῦ ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν· καθαιρεθεὶς οὖν διὰ τοῦτο ὑπὸ Φλαβιανοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχου, ὅμως οὐκ ἐπαύετο τοῦ ταράσσειν τὴν ἐκκλησίαν· κρατήσας δὲ τῆς βασιλείας ὁ ἐν ἁγίοις Μαρκιανὸς, συνεκαλέσατο σύνοδον ἑξακοσίων τριάκοντα πατέρων, καὶ γενομένης ζητήσεως μετὰ τῶν αἱρετικῶν, ἤρεσε πᾶσιν ἐκτεθῆναι δύο τόμους, ἕνα τῶν ὀρθοδόξων, καὶ ἕνα τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀνοιγῆναι τὴν λάρνακα τῆς Μάρτυρος, καὶ τεθῆναι σοῦ τόμους ἐπὶ τοῦ στήθους αὐτῆς, καὶ τὸν ἐκθησόμενον παρ' ἐκείνης κρατῦναι. Καὶ τούτου γενομένου, μετὰ οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἀνοίξαντες τὴν λάρνακα, εὗρον τὸν μὲν τῶν αἱρετικῶν τόμον ὑπὸ σοῦ πόδας αὐτῆς κείμενον· τὸν δὲ τῶν ὀρθοδόξων, ἐν τῇ χειρὶ κατεχόμενον· καὶ οὕτω μὲν ἠσχύνθησαν οἱ αἱρετικοὶ, εὐφράνθησαν δὲ οἱ ὀρθόδοξοι.

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΒ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΠΡΟΚΛΟΥ ΚΑΙ ΙΛΑΡΙΟΥ.

XII Procli & Hilarii MM.

Πρόκλος καὶ Ἱλάριος οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ ἐκ τῆς πόλεως Ἀγκύρας, χριστιανοὶ δὲ ὄντες, ἐκηρύττον τὸν Χριστὸν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπέστρεφον πρὸς αὐτόν. Πρῶτος οὖν κρατηθεὶς παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν ὁ Πρόκλος, παρέστη ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξετασθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν ἐπὶ πλεῖον ὁμολογῶν, ἐξεδόθη Μαξιμίνῳ τῷ ἡγεμόνι· καὶ κρεμασθεὶς ἐξέσθη σιδήροις, καὶ λαμπᾶσι πυρὸς, τὴν γαστέρα καὶ τὰς πλευρὰς κατεκάη, καὶ μετὰ ταῦτα δεξάμενος ἀπόφασιν τοῦ κατατοξευθῆναι, ἤγετο γυμνὸς ἐπὶ τὸν τόπον τῆς τελειώσεως, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν συναντήσας Ἱλαρίῳ τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν, ἐγένετο αἴτιος τοῦ κρατηθῆναι αὐτὸν, καὶ αὐτὸς μὲν κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου, καὶ σαγίταις κατατοξευθεὶς, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Ὁ δὲ Ἱλάριος, τυφθεὶς καὶ ξεσθεὶς, καὶ ἐπὶ μίλια γυμνὸς κατασυρεὶς, τελευταῖον ξίφει τὴν κεφαλὴν ἐτμήθη.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΓΟΛΙΝΔΟΥΧ.

Golinduch M.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Γολινδοὺχ, ὑπῆρχε μὲν ἐκ Περσίδος ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαυρικίου· συνῴκει δὲ ἀνδρὶ ἀρχιμάγῳ, καὶ ὁρᾷ ἄγγελον Θεοῦ καθ' ὕπνους, δεικνύοντα αὐτῇ τόπον φωτεινὸν, ἔνθα οἱ δίκαιοι ἐχόρευον, καὶ ἕτερον σκοτεινὸν, ἐν ᾧ οἱ εἰδωλολάτραι ἐπιμωροῦντο· καὶ δοκιμάσασα εἰσελθεῖν εἰς τὸν φωτεινὸν τόπον, ἐκωλύθη, εἰπόντος τοῦ ἀγγέλου· ὅτι ἐὰν μὴ γένῃ χριστιανὴ, οὐκ εἰσέρχῃ. Ἔξυπνος δὲ γενομένη παραυτὰ ἐβαπτίσθη, καὶ γνωσθεῖσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῦ βασιλέως, ἀπεκλείσθη εἰς τὴν τῆς ληθης φυλακὴν, καὶ πάλιν εἰς λάκκον, ἔνθα ἦν δράκων, καὶ μετὰ χρόνους πολλοὺς ἐκβληθεῖσα, ἐπιμωρήθη διαφόρως, καὶ βουλωθεῖσα τὸν τράχηλον, ἤγετο ἀποκεφαλισθῆναι. Ἐκβαλὼν δὲ τὴν βούλλαν σώαν ὁ ἄγγελος, ἔδωκε τῷ δημίῳ, καὶ λυπουμένην τὴν Ἁγίαν διὰ τὸ μὴ παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ πλήξας μετὰ σπαθίου κατὰ τοῦ τραχήλου, ῥεῦσαι μὲν αἷμα πεποίηκε, οὐκ ἀπεκεφαλισεν δέ. Μετὰ ταῦτα ζήσασα, καὶ πολλοὺς ὠφελήσασα, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΓ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ.

XIII Serapionis M.

Σεραπίων ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Σευήρου, ἀνὴρ θεοσεβὴς, καὶ τὸν τρόπον ἀγαθός. Κρατηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, παρεδόθη Ἀκύλᾳ, τῷ τῆς χώρας

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ἐκείνης ἄρχοντι· καὶ παραστὰς ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐρωτηθεὶς πίας θρησκείας τυγχάνει, ὡμολόγησε παῤῥησίᾳ τὴν Χριστόν. Τυφθεὶς οὖν διὰ τοῦτο σφοδρῶς· καὶ σιδήρεις ὄξεσι τὸ σῶμα ξεσθεὶς ὅλον, παρεπέμφθη φυλακῇ, λιμῷ καὶ δίψει πιεζόμενος, μετὰ δὲ πολλῶν ἡμερῶν παραδρομὴν, τῆς φυλακῆς ἑλκυσθεὶς, παρέστη δεδεμένος τῷ ἄρχοντι· καὶ μηδεμίαν πληγὴν ἢ τραύματος ὑτελὴν φέρων ἐπὶ τοῦ σώματος, διὰ τὸ θεραπευθῆναι παραυτίκα ὑπὸ Χριστοῦ, εἰς ἔκπληξιν ἤγαγεν ἅπαντας, καὶ πολλοὺς παρεσκεύασε πιστεῦσαι Χριστῷ· καὶ φοβηθεὶς ὁ ἄρχων, ἵνα μὴ πλείονας προσαγαγῇ Χριστῷ, πυρὶ παρέδωκεν αὐτὸν, καὶ οὕτω τὴν τῆς ἀθανασίας διαθλήσας ἀγῶνα. ἐτελειώθη.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΜΥΡΟΠΗΣ.

Myropes M.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Μυρώπη ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, ἐκ τῆς νήσου Χίου· περιήρχετο δὲ τὴν Ἐφεσίων πόλιν, τὰ ἐκ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων Μαρτύρων καὶ Ἀποστόλων προχεώμενα μύρα συνάγουσα, καὶ ἰωμένη τοὺς ἀσθενοῦντας. Ὅθεν καὶ φερωνύμως ἐκλήθη Μυρώπη. Καταλαβοῦσα δὲ τὴν νῆσον Χίων, καὶ εὑροῦσα τὸν ἅγιον Ἰσίδωρον, διὰ Χριστὸν μαρτυρήσαντα, καὶ τελειωθέντα, ἀνείλετο τὸ λείψανον αὐτοῦ, καὶ ἔκρυψε παρ' ἑαυτῇ, καὶ πολλῶν κρατουμένων διὰ τὴν τοῦ λειψάνου ἀφαίρεσιν, καὶ τιμωρουμένων, ἐφανέρωσεν ἑαυτὴν, λέγουσα λαβεῖν καὶ κρύψαι τὸ λείψανον. Κρατηθεῖσα οὖν παρὰ τοῦ ἡγεμόνος Νουμεριανοῦ, τοῦ καὶ τὸν ἅγιον Ἰσίδωρον βασανίσαντος, ἐτύφθη σφοδρῶς, δὲ ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, καὶ δι' ὀπτασίας τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τῶν ἀποκειμένων αὐτῇ ἀγαθῶν τὴν ἐπαγγελίαν λαβοῦσα, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΔ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΟΥΣΤΟΥ.

XIV Justi M.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἰοῦστος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ῥώμης· ἐστρατεύετο δὲ ἐν τῷ τάγματι τῶν Νουμερῶν· ὑποστρέφων δέ ποτε ἀπὸ τοῦ πολέμου, ὁρᾷ σταυρὸν κρυσταλλοειδῆ, καὶ ἐκ τοῦ σταυροῦ ἀκούει φωνὴν ἐξελθοῦσαν καὶ εἰποῦσαν αὐτῷ, καταλιπεῖν τὰ εἴδωλα καὶ πιστεῦσαι Χριστῷ. Καταλαβὼν οὖν τὴν Ῥώμην, καὶ διασκορπίσας τὸν πλοῦτον αὐτοῦ τοῖς πτωχοῖς, ἡσύχαζε κατ' αὐτὸν, τῇ εἰς Χριστὸν ἐπαγαλλόμενος πίστει. Γνωσθεὶς δὲ παρὰ τοῦ τριβούνου, ἐκρατήθη παρ' αὐτοῦ καὶ μὴ πεισθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, δεθεὶς ἀλύσεσι, παρεπέμφθη Μαγνεντίῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ ἐμμένων ἐπὶ πλέον τῇ εἰς Χριστὸν πίστει, ἐτύφθη λώροις ὠμοῖς, καὶ πεπυρακτωμένην περικεφάλαιαν περιετέθη τῇ κεφαλῇ· εἶτα ἐπὶ ἐσχάρας ἠνθρακομένης ἠπλώθη γυμνὸς· καὶ τέλος ἐν καμίνῳ πυρὸς μεγάλου βληθεὶς, τὸ ἑαυτοῦ πνεῦμα παρέδωκε τῷ Θεῷ.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ ΟΝΗΣΙΜΟΥ.

Onesimi.

Ὀνήσιμος ὁ ὅσιος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Καισαρείας τῆ Παλαιστίνης ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, υἱὸς γονέων εὐσεβῶν, βαπτισθέντων, ὡς ὁ λόγος, ὑπὸ θείου ἀγγέλου· καὶ εὐαγγελισθέντων καὶ τὴν σύλληψιν τοῦ υἱοῦ αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομα διδαχθέντων. Μετὰ δὲ γεννηθῆναι καὶ ἀνατραφῆναι ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, ἀπελθὼν εἰς ἓν τῶν κατὰ τὴν Ἔφεσον μοναστηρίων, ἐν ᾧ διέτριβον ὀκτακόσιοι ἀσκηταὶ, ἐγένετο μοναχὸς, καὶ ἦν ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην. Θρηνοῦντες δὲ τὴν αὐτοῦ στέρησιν οἱ γονεῖς, ἐτυφλώθησαν· καὶ διωγμοῦ κινηθέντος κατὰ τῶν χριστιανῶν, καὶ τῶν ἀσκητῶν πάντων φυγόντων, παρεγένετο καὶ αὐτὸς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ὡς ξένος, καὶ τοὺς μὲν γονεῖς ἐποίησεν δι' εὐχῆς ἀναβλέψαι· ἑαυτὸν δὲ οὐκ ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς· ἀλλὰ γράψας ἐν χάρτῃ τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ θεὶς ἐν μιᾷ τῶν θυρίδων, ἀπῆλθεν εἰς Μαγνησίαν, ἔνθα πολλὰ θαύματα ποιήσας, πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ ΙΩΣΗΦ.

Joseph.

Ἰωσὴφ ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοφίλου τοῦ εἰκονομάχου, υἱὸς μὲν Φωτίνου καὶ Θεοκτίστης, ἀδελφὸς δὲ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου, ὃς διὰ τὴν ἐνάρετον αὐτοῦ πολιτείαν, ψηφῷ κοινῇ, ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Θεσσαλονίκης· ἔνθα χρόνου ἅλις διατρίψας, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν διδάξας, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ὑπέστρεψεν πόλιν κελεύσει βασιλικῇ· καὶ παραστάντες αὐτός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τῷ εἰκονομάχῳ βασιλεῖ, ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι τὴν προσκύνησιν τῶν σεπτῶν εἰκόνων, καὶ μὴ πεισθέντες, ὁ μὲν ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος ἐξωρίσθη λίμνῃ ὁ Θεόδωρος, ὁ δὲ φυλακαῖς διαφόροις προσομιλήσας ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τῇ λοιπῇ κακοπαθείᾳ ἐγκαρτερήσας, καὶ πάλιν διά τινος τῶν δυσσεβῶν ἀποσταλέντος παρὰ τοῦ βασιλέως ἀναγκασθεὶς ὑπογράψαι τῷ τόμῳ τῆς αἱρέσεως, καὶ μὴ ἀνασχόμενος, κατακλεισθεὶς εἰς σκοτεινοτέραν φυλακὴν, ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΕ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΥΡΙΚΟΥ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΤΤΗΣ.

XV Cyrici & Julittæ.

Ἰουλίττα ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς πόλεως Ἰκονίου· διὰ δὲ τὴν ἐπικρατοῦντα διωγμὸν ἐν Ἰκονίῳ, ἀναλαβομένη τὸν υἱὸν αὐτῆς Κύρικον, τριετῆ ὄντα, ἀπῆλθεν εἰς Σελεύκειαν· καὶ εὑροῦσα καὶ ἐκεῖ τὸν αὐτὸν διωγμὸν, παρεγένετο εἰς Ταρσὸν, ἔνθα καὶ Ἀλέξανδρος ὁ ἡγεμὼν, ὠμὸς καὶ θηριώδης ἄνθρωπος, ἐβασάνιζε τοῦτο Ἁγίους· καὶ κρατηθεῖσα, καὶ τοῦ παιδὸς ἀποχωρισθεῖσα, ἐπιμωρεῖτο· τὸ δὲ παιδίον λαβὼν ἐπὶ τῶν γονάτων ὁ ἡγεμὼν, ἐκολάκευε· τὸ δὲ οὐκ ἐπεστρέφετο πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ δι' ὅλον ἔβλεπεν ἀτενῶς πρὸς τὴν μητέρα, καὶ ψελλιζούσῃ τῇ φωνῇ, τὸ μὲν τοῦ Χριστοῦ ἀνεκαλεῖτο ὄνομα, πρὸς δὲ τὴν μητέρα ἔσπευδεν ἀπελθεῖν· καὶ χολώσας ὁ ἀνηλεὴς θὴρ, ἐλάτκισεν αὐτὸν, ῥίψας ὑπὸ τῶν βαθμίδων, καὶ συντριβείσης τῇ πέτρᾳ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἀφῆκε τὴν ψυχὴν, καὶ δωξάσασα τὸν Θεὸν ἡ μήθηρ αὐτοῦ, μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους, ἀπεκεφαλίσθη καὶ αὐτή.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΒΟΥΔΙΜΟΥ.

Abudimi M.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀβούδιμος ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέως ἐκ τῆς νήσου Τενέδου. Κρατηθεὶς δὲ καὶ πολλὰ καταναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, οὐκ ἐπείσθη· ἀλλὰ μᾶλλον ὡμολόγησε παῤῥησίᾳ τὴν θεότητα αὐτοῦ· ὅθεν πάλων πηχθέντων, εἰς μάστιγας ἐξετάθη, καὶ τύπτεται ὑπὸ ἐννέα στρατιωτῶν. Βιασαμένων δὲ αὐτὸν τῶν δημίων μιαρῶν ὑπογεύσασθαι θυσιῶν, οὐκ ἠνέσχετο. Διὸ ξέ σιν αὐτὸν χερσὶ σιδηραῖς, καὶ μετὰ πολλὰς ἑτέρας βασάνους μὴ πεισθέντα ἀπεκεφάλισαν, καὶ ἰδοὺ μέσης ἡμέρας ἐφάνη ὁ Μάρτυς τῷ Διοκλητιανῷ μετὰ ἀγγέλων κατεχόντων ῥομφαίας, καὶ φόβῳ οὐρανίῳ ἐξέπληξεν αὐτόν. Καί φησιν, ἴδε, Ἀβούδιμος ὁ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ὃν σὺ μὲν νομίζεις τεθνᾶναι· ὁ δὲ Θεὸς τῇ αὐτοῦ βοηθείᾳ δείκνυσί σοι, ὅτι ἰσχύει κατὰ τῶν συνεργῶν σου τῶν δαιμόνων, καὶ κατὰ σοῦ. Ὁ δὲ ἄνομος, ᾧ ἀνοχῆς Θεοῦ ἄνθρωπον ὤφειλε

ὤφειλε μεταβαλέσθαι, καὶ πιστεῦσαι Χριστῷ, μᾶλλον μανεὶς, τὸ σῶμα τοῦ Μάρτυρος πυρὶ παρέδωκεν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΚΑΙ ΚΥΡΙΑΚΟΥ.

Antiochi & Cyriaci MM.

Ἀντίοχος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν ἀπὸ Σεβαστείας, ἰατρὸς τὴν τέχνην. Περιερχόμενος δὲ τὰς πόλεις πᾶσας, καὶ ἰατρεύων τοὺς ἐν ἀσθενείαις, ἐκρατήθη ὑπὸ Ἀδριανοῦ ἡγεμόνος, καὶ πολλὰς βασάνους ὑπομείνας πρώτερον, ὕστερον εἰς λέβητα ἐμβληθεὶς, καὶ μὴ φλεχθεὶς ἄγεται θηριομαχῆσαι, ᾧ τινι προσέχαιρον τὰ θηρία, καὶ κυνούμενα πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, κατεφίλουν αὐτόν. Μία δὲ πάρδαλις ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἤλεγξε τὸν Ἡγεμόνα. Εἶτα ηὔξατο ὁ Ἅγιος, καὶ διελύθησαν εἰς ψάμμον πάντα τὰ εἴδωλα. Καὶ κατὰ ταῦτα ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν, καὶ ἔρρευσεν ἐκ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ σὺν αἵματι γάλα. Κυριακὸς δὲ ὁ τὸν Ἅγιον ὑποκεφαλίσας, ἰδὼν τὸ θαῦμα, καὶ παῤῥησιασάμενος ἑαυτὸν χριστιανὸν ἀνωμολόγησε, καὶ ἀνάθεμα εἰπὼν τοῖς εἰδώλοις Ἀδριανοῦ, ἐτμήθη καὶ αὐτὸς τὴν κεφαλὴν, καὶ προσετέθη τῷ ἁγίῳ Ἀντιόχῳ, καὶ οὔπω τελειωθέντες, ἀπέλαβον παρὰ τοῦ οὐρανίου καὶ μεγάλου βασιλέως τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΑΥΛΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΟΥ.

Pauli & Socc. MM.

Οὗτοι ὑπῆρχον Αἰγύπτιοι τὸ γένος, κρατηθέντες δὲ, καὶ εἰς τὴν πόλιν Διοκαισάρειαν ἀχθέντες, παρέστησαν τῷ ἄρχοντι, καὶ ἐρωτηθέντες, καὶ ὁμολογήσαντες τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν, τοὺς ἀριστεροὺς πόδας κατεκάησαν, καὶ τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξωρύχθησαν, καὶ ξίφεσι καὶ πυρὶ ἐτελειώθησαν. Καὶ μετ' αὐτῶν ἕτεροι πολλοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ὁμολογήσαντες τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ἡ μὲν ἁγία Θέη ἐπὶ ξύλου τανυσθεῖσα ἐξέσθη, ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτῆς Οὐαλεντίνα, τῷ δικαστῇ ἐπιθεμένη κατέστρεψε τὸν βωμὸν τῷ ποδὶ, καὶ ἐξέσθη καὶ αὐτὴ ἀφειδῶς. Παῦλος δὲ, ὁ ἅγιος μάρτυς, τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἀπόφασιν λαβὼν, καὶ τὰς, προσευξάμενος ὑπὲρ χριστιανῶν, ὑπὲρ Ἰουδαίων, ὑπὲρ Σαμαριτῶν, ὑπὲρ Ἑλλήνων, καὶ ὑπὲρ ἑτέρων ἐθνῶν, ὅπως εἰς γνῶσιν Θεοῦ ἔλθωσιν, καὶ παυθῇ ὁ κατὰ τῶν χριστιανῶν διωγμὸς, εἰς οἶκτον καὶ δάκρυα πάντας ἐκίνησε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐτμήθη τὴν κεφαλήν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ Ιϛ'.

Η ΑΝΑΜΝΗΣΙΣ ΤΗΣ ΕΝ ΧΑΛΚΗΔΟΝΙ ΑΓΙΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΠΑΤΕΡΩΝ.

XVI Patrum DCXXX Synodi Chalc.

Μετὰ τὴν καθαίρεσιν τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρείου, τὴν ὑπὸ τῶν τριακοσίων ἁγίων Πατέρων ἐν Νικείᾳ γεγενημένην, ἐμπνευσθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου Εὐτυχὴς ὁ αἱρετικὸς, ἐβούλετο ἀνανεῶσαι τὴν ἐκείνου αἵρεσιν, λέγων ἐπὶ Χριστοῦ μίαν φύσιν γενέσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ἀλλὰ τῆς βασιλείας κρατήσας ὁ ἐν ἁγίοις Μαρκιανὸς, μετὰ τελευτὴν Θεοδοσίου υἱοῦ Ἀρκαδίου, συνήγαγεν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἱερὰν ἑξακοσίων τριάκοντα θεοφόρων Πατέρων, καὶ καθεῖλεν οὐ μόνον Εὐτυχῆ, μᾶλλον δὲ δυστυχῆ καὶ ἄθλιον, καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀρειανισμὸν παντελῶς ἠφάνισε, κρατύνας τὸ ἅγιον σύμβολον τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ ἐπιβεβαιώσας, καὶ ἀναθεματίσας ἅπαντας τοὺς αἱρετικοὺς, συνεργησάσης εἰς τοῦτο καὶ τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Εὐφημίας, καὶ τὸν ὅρον τῆς ὀρθοδοξίας, καθάπερ ζῶσα, παρασχοῦσα τοῖς ὀρθοδόξοις.

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΟΝΗΣΙΦΟΡΟΥ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Onesiphori & Porphyrii MM.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ὀνησιφόρος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἰκονίου, συγγενὴς ὢν τῆς βασιλίσσης Τρυφαίνης. Κατῴκει δὲ ἐν τῇ πόλει Ἰκονίου, ἔνθα καὶ δεξάμενος τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον, ἐδιδάχθη ὑπ' ἐκείνου τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ βαπτισθεὶς πανοικὶ, ἐκήρυττε τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ τούτου διωχθεὶς, ἐκ τοῦ Ἰκονίου ἀπελθὼν κατῴκησεν εἰς τὸ Πάριον. Εὔπορος δὲ ὢν, πολλὴν τῶν πτωχῶν ἐποιεῖτο πρόνοιαν, ἀλλὰ καὶ τῷ Παύλῳ πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀπερχομένῳ, πολλὰ χρήματα εἰς διακονίαν τῶν ἀδελφῶν δέδωκε, καὶ πρὸς Ῥώμην ἀπαγομένῳ δεσμίῳ ἠκολούθησε. Καὶ προτραπεὶς ὑπ' ἐκείνου πάλιν κατέλαβε τὸ Πάριον. Καὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος ἅμα τῷ δούλῳ αὐτοῦ Πωρφυρίῳ, ἐβασανίσθη. Εἶτα ἀγρίοις ἵπποις προσδεθεὶς, καὶ συρεὶς μίλια δεκατέσσαρα, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Συνκακοπαθήσας δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Πορφύριος ἐν πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς κατὰ Θεὸν ἀγωνίσμασιν, ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΖ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΘΗΝΟΓΕΝΟΥΣ.

XVII Athenogenis M.

Ἀθηνογένης ὁ ἱερομάρτυς Χριστοῦ ἦν μὲν ἐκ τῆς Σεβαστείας ἐπὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέως, κρατηθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος μετὰ τῶν δέκα μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πολλὰς βασάνους σὺν αὐτοῖς ὑπομείνας διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην, τελευταῖον τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἐδέξατο τελευτήν. Λέγεται δὲ περὶ αὐτοῦ ὅτι ὑπὸ τοῦ κρατηθῆναι, ἀπελθὼν εἰς τὸ μοναστήριον, τοὺς μαθητὰς οὐχ' εὗρεν, προκατεσχέθησαν γάρ. Τὴν δὲ ὑπαντήσασαν αὐτῷ ἔλαφον, ἣν ἀνέθρεψεν ἐν τῇ μονῇ, εὐλόγησεν καὶ ἐπηύξατο μὴ κυριευθῆναι ὑπὸ τῶν κυνηγετῶν, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον χρόνον ἄγειν ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ αὐτήνδε καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς μελλούσας τίκτεσθαι μόσχον ἕνα. Ὃ καὶ γέγονεν. Ὁρᾶται γὰρ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσερχομένη ἡ ἔλαφος, καὶ τὸν μόσχον αὐτῆς ἀνατίθησι τῷ Ἁγίῳ, καὶ πάλιν ἐξέρχεται. Ὃν θύοντες οἱ συλλελεγμένοι, εὐοχοῦνται εἰς δόξαν τοῦ Ἱερομάρτυρος καὶ τιμήν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΜΑΡΙΝΗΣ.

Marinæ M.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Μαρίνα ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας, θυγάτηρ Αἰδεσίμου ἱερέως τῶν εἰδώλων. Χριστιανὴ δὲ οὖσα, ἐκρατήθη, καὶ προσαχθεῖσα Ὀλιμβρίῳ τῷ ἐπάρχῳ, καὶ πολλὰ βασανισθεῖσα, τὸν μὲν Χριστὸν οὐκ ἠρνήσατο, τῶν δὲ εἰδώλων τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὴν ματαιότητα διεχλεύασεν. Ἀπεκλείσθη οὖν ἐν φυλακῇ, καὶ ἐφάνη αὐτῇ δράκων παμμεγέθης, ἔχων ὄφεις περὶ τὸν τραχηλον αὐτοῦ. Καὶ συρίζων πέριξ τῆς Ἁγίας, ἠπείλει καταπονεῖν αὐτὴν, καὶ κατασφραγισαμένη καὶ ποιήσασα τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ, ἐνέκρωσεν αὐτόν· εἶτα ἐῤῥίφη εἰς λάκκον ὕδατος, καὶ φανεῖσα περιστερὰ εὐλόγησε τὸ ὕδωρ, καὶ ἐβάπτισεν αὐτὴν, καὶ τῆς λίμνης ἐξελθοῦσα, καὶ πάλιν τῷ ἐπάρχῳ παραστᾶσα, καὶ τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ ὁμολογήσασα, ἔλαβε τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν, καὶ κα-

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ταλαβοῦσα τὸν τόπον τῆς τελειώσεως, καὶ ἐπὶ πολὺ προσευξαμένη, ἀπεκεφαλίσθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΗ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ.

XVIII Æmiliani M.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Αἰμιλιανὸς ὑπῆρχεν ἐκ πόλεως Δοροστόλου Μυσίας τῆς Θρᾴκης ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Δοῦλος μὲν τυγχάνων ἕλληνός τινος, χριστιανὸς δὲ ὑπάρχων, καὶ λαβὼν καιρὸν, ἐκράτησε σφύραν, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ συνέτριψε πάντα τὰ ἀγάλματα, καὶ τὰς θυσίας διεσκόρπισεν· οἱ δὲ εἰδωλολάτραι ἀγνοοῦντες τὸν τοῦτο ποιήσαντα, ἐκράτησαν γήπονόν τινα, καὶ ἤρξαντο τύπτειν αὐτὸν, καὶ σύρειν πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Τότε ὁ Ἅγιος ἰδὼν, παρέδωκεν ἑαυτὸν, λέγων· Ἐγώ εἰμι, ὁ τοῦτο πεποιηκώς. Ἀχθεὶς οὖν πρὸς τὸν ἡγεμόνα, ἤλεγξε τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ ματαίοις πεποιθότα εἰδώλοις. Καὶ διὰ τοῦτο εἰς ὀργὴν κινήσας αὐτὸν, ἐτύφθη σφοδρῶς μετὰ ῥαβδίων, καὶ ἔτι ἐμμένων τῇ εἰς Χριστὸν ὁμολογίᾳ, παρεδόθη πυρὶ, καὶ μέσον αὐτοῦ τὸν Θεὸν εὐλογῶν καὶ δοξάζων, ἀφῆκε τὴν ἁγίαν ψυχήν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΥΑΚΙΝΘΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΑΜΑΣΤΡΙΔΙ.

Hyacinthi M.

Ὑάκινθος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν γονέων εὐσεβῶν, υἱὸς Θεοκλήτου καὶ Νεονίλλης, ἐπὶ Ἡρακλείου ἐπισκόπου Ἀμάστριδος. Ὅστις ὄνομα ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐδέξατο, καὶ τριετὴς γενόμενος, τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει παιδίον ἀνέστησεν τεθνειός. Συναυξανομένης δὲ τῇ ἡλικίᾳ τῆς ἀρετῆς ἐπεὶ πρὸς πολιὰν ἔφθασε, πολλὰς μεταξὺ θαυματουργίας πεποιηκὼς, ὁρῶν τοὺς εἰδωλολάτρας δένδρα θρησκεύοντας, τοῦτο δὲ ἦν πτελαία διάκουφος, καὶ ὥστε τετριμμένη, ἐξέτεμε αὐτό. Καταχεθεὶς οὖν, ἤχθη πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς πόλεως Ἀμάστριδος ὑπερέχοντας, καὶ τυφθεὶς σφοδρῶς, ἐξερριζώθη τοὺς ὀδόντας, καὶ δεθεὶς σχοινίοις, ἐσύρετο ἔξω τῆς πόλεως, καὶ καλάμοις ὄξεσι κατεκεντεῖτο· εἶτα βληθεὶς ἐν τῇ φυλακῇ, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ κατετέθη ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, βρύον ἀεννάως ἰάματα.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΕΟΔΟΣΙΑΣ.

Theodosiæ M.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Θεοδοσία ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου ἐκ τῆς κωνσταντινουπόλεως, θυγάτηρ γονέων εὐσεβῶν. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, καὶ τῆς μητρὸς, ἅπασαν τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῇ περιουσίαν δοῦσα πτωχοῖς, εἰσῆλθεν εἰς μοναστήριον, καὶ ἐγένετο μοναχή. Κρατήσας δὲ τῆς βασιλείας Λέων, ὁ εἰκονομάχος, καὶ τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Γερμανὸν τοῦ θρόνου ἀπελάσας, καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀπελείφων, ἐβούλετο καὶ τὸν ἐν τῇ χαλκῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χαρακτῆρα καταστρέψας, καὶ μαθοῦσα τοῦτο ἡ ἁγία Θεοδοσία μετὰ καὶ ἑτέρων γυναικῶν, καὶ ζῆλον θεῖον ἀναλαβοῦσα, τὸν ἀναβάντα εἰς τὴν σκάλαν σπαθάριον ἐπὶ τὸ καταλῦσαι τὴν ἁγίαν εἰκόνα ῥίψασα, συνέτριψε, καὶ ἀνελθοῦσα εἰς τὸ πατριαρχεῖον, ἤλεγξεν τὸν αἱρετικὸν Ἀναστάσιον· τότε αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἀπεκεφαλίσθησαν, ἡ δὲ Θεωδοσία συρομένη σχοινίῳ, ἀπεσφάγη μετὰ κέρατος ἐν τοῖς τοῦ βοὸς ἐμβόλοις.

ΙΘ'. ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΔΙΟΥ.

XIX Dii.

Δίος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν ἦν ἀγωνιζόμενος ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. Εἰς ἄκραν δὲ ἄσκησιν ἐλθὼν, παρεγένετο δι' ἀποκαλύψεως καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ καταλαβὼν τὸν τόπον, ἔνθα νῦν τὸ αὐτοῦ μοναστήριον ἵδρυται, δαιμόνων ὄντα τότε κατοικητήριον, καὶ τὰ πονηρὰ πνεύματα ἐξελάσας, προσηύχετο τῷ Θεῷ. Διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ γνωρισθεὶς, πολλοὺς τῶν πειρασμῶν ἐλυτροῦτο, καὶ τῷ Θεῷ προσῆγε, καὶ ναὸν ἔκτισε μέγιστον, καὶ θαύματα ἐποίησε πολλά. Καὶ γὰρ τὴν ῥάβδον αὐτοῦ πήξας, ξηρὰν οὖσαν, ἀναβλαστῆσαι παρεσκεύασεν, ἥτις μέχρι τοῦ νῦν ὁρᾶται, καὶ ὕδωρ ἀναβλῦσαι πεποίηκεν, καὶ νεκρὸν ἀνέστησεν. Ἀσθενήσας δὲ καὶ ἀπαγορευθεὶς ὡσεὶ νεκρὸς κείμενος, καὶ τῶν Πατριαρχῶν ἀπελθόντων πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ, Ἀττικοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀλεξάνδρου Ἀντιοχείας, ἐξαίφνης ἀνανήψας εἶπεν· Ὅτι ἐχάρισέ μοι ὁ Θεὸς ἔτη ιε'. Ἀναστὰς οὖν, καὶ ταῦτα ἐκπληρώσας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΜΑΚΡΙΝΗΣ ΑΔΕΛΦΗΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

Macrinæ.

Ἡ ὁσία Μακρίνα, κάλλει σώματος, καὶ τρόποις κοσμουμένη χρηστοῖς, συνεζεύθη μὲν ἀνδρί. Συναφείας δὲ μήπω γενομένης, ἐπεὶ ὁ ταύτην ἁρμοσάμενος, ἐν ἀποδημίαις ἐτελεύτησεν. Αὐτὴ πάσης ἐπιμιξίας κοσμικῆς χωρίσασα ἑαυτὴν, συνῆν τῇ μητρὶ τῆς θείας γραφαῖς σχολάζουσα, καὶ ἐν τέξει δευτέρας μητρὸς, τοῦ μετ' αὐτὴν γεννηθέντας ἐκτρέφουσα ἀδελφούς. Δέκα γὰρ ὄντων τῶν ἁπάντων παίδων αὕτη ἦν πρώτη. Ὁσίως δὲ καὶ ἐν ἀσκήσει βιώσασα, πολλοῖς εἰς ὠφέλειαν ἐγένετο. Διδάσκαλος γὰρ ἦν οὐ μόνον λόγων, ἀλλὰ καὶ ἔργων· ὁ γὰρ ποιήσας καὶ διδάξας, φησὶν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Πρὸς δὲ τὸ τελευτῶν γενομένη, συνεφιλοσόφησε τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς Γρηγορίῳ, τῷ Νύσης ἀπελθόντι εἰς ἐπίσκεψιν αὐτῆς, περί τε ψυχῆς, καὶ ἄλλων τινῶν γραφικῶν ζητημάτων· καὶ οὕτω προσευξαμένη, πρὸς Θεὸν, ὃν ἐθεράπευσεν, ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Κ'.

Η ΠΥΡΦΟΡΟΣ ΑΝΑΒΑΣΙΣ ΕΙΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ ΗΛΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Ascensio Eliæ Proph.

Ἡλίας ὁ προφήτης ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Θέσβυς ἐκ γῆς Ἀράβων, ἐκ φυλῆς Ἀαρών. Κατῴκει δὲ ἐν Γαλαάδ. Καὶ ὅτε ἔτεκεν αὐτὸν ἡ μητὴρ αὐτοῦ, εἶδεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὁπτασίαν, ὅτι ἄνδρες λευκοφανεῖς αὐτὸν προσηγόρευον, καὶ πυρὶ ἐσπαργάνουν, καὶ φλόγα πυρὸς ἐδίδουν αὐτῷ φαγεῖν· καὶ ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀνήγγειλε τοῖς ἱερεῦσι, καὶ εἶπε αὐτῷ ὁ χρηματισμός· Μὴ δειλιάσῃς, ἄνθρωπε, ἔσται γὰρ ἡ οἴκησις τοῦ παιδίου φῶς, καὶ ἡ λόγος αὐτοῦ ἀπόφασις, καὶ κρινεῖ τὸν Ἰσραὴλ ἐν ῥομφαίᾳ καὶ πυρί. Οὗτος οὖν προεφήτευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε, προλαβὼν τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἔτη ὀκτακόσια δέκα ἕξ, πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατήνεγκεν, καὶ τὸν ὑετὸν ἐπέσχεν ἐπὶ ἔτη τρία, καὶ μῆνας ἕξ. Καὶ πεντήκοντα δυσσοὺς κατέκαυσε· καὶ ἐν τῷ Χωρὴβ ὄρει τὸν Θεὸν εἶδε· καὶ τὸν Ἰορδάνην ἔσχησεν τῇ μηλωτῇ, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἐν ἅρματι πυρὸς ἀναλειφθεὶς, ζῇ μέχρι τῆς σήμερον.

MHNI

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΑ.

ΜΝΗΜΗ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΣΥΜΕΩΝ ΤΟΥ ΔΙΑ ΧΡΙΣΤΟΝ ΣΑΛΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ.

XXI Simeonis Sali, & Joannis.

Οὗτοι πόλεως Ἐδέσης ὁρμώμενοι ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου ἐγνωρίζοντο. Ἀπελθόντες δὲ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ τὸ ζωοποιὸν ξύλον προσκυνήσαντες, οὐκ ἔτι πρὸς τὰ οἰκεῖα ὑπέστρεψαν· ἀλλὰ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Γερασίμου καταλαβόντες, γεγόνασι μοναχοὶ, καὶ τοῦ μοναστηρίου ἐξελθόντες, τὴν ἔρημον κατέλαβον, πᾶσαν ἄσκησιν, καὶ σκληραγωγίαν ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτεσιν διανοίσαντες. Ἔπειτα ὁ μὲν Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ κατελείφθη· ὁ δὲ Συμεὼν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. Καὶ ὑποκριθεὶς μωρίαν, πολλὰ θαύματα ἐν τῇ προσποιήσει ταύτῃ εἰργάσατο. Θανὼν δὲ καὶ φερόμενος τοῦ ταφῆναι ὑπὸ δύο πενηχρῶν ἀνθρώπων, Ἡβραῖός τις ἤκουσε ψαλμωδίας πλείστης ἀγγελικῆς, καὶ προκύψας τοῦ οἰκήματος, ὁρᾷ δύο μόνους σὺν τὸ λείψανον αὐτοῦ βαστάζοντας, καὶ συνεὶς ὅτι μὴ ἔχων ἀνθρώπους ψάλλοντας, ἔσχες ἀγγέλους ὑμνοῦντας. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ὅσιος Ἰωάννης.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΓ.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΦΩΚΑ.

XXIII Phocæ M.

Φωκᾶς ὁ ἱερομάρτυς ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ, ἐν ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ καὶ παντοίαις ἀρεταῖς διαλάμπων. Κρατηθεὶς οὖν, προσηνέχθη Ἀφρικανῷ τῷ ἐπάρχῳ, καὶ ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Ἀντιστὰς δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἔπαρχος ἐν λόγοις, καὶ πειραθεὶς βλασφημῆσαι μὲν τὸν Χριστὸν, αὐτὸν καὶ τιμωρήσασθαι· σεισμοῦ γενομένου, ἐξαίφνης πεσὼν μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατιωτῶν, ἄπνους ἔκειτο. Ἀλλὰ προσευξάμενος ὁ Ἅγιος, ἤγειρε καὶ αὐτὸν, δὲ σὺν στρατιῶτας, καὶ πάλιν κρατηθεὶς, ἀπεστάλη δέσμιος πρὸς Τραϊανὸν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ κηρύξας τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ οἰκονομίαν πᾶσαν διεξελθὼν, κρεμασθεὶς ἐξέσθη, καὶ ἐπὶ πλέον ἐμμένων τῇ εἰς Χριστὸν ὁμολογίᾳ, εἰς ἄσβεστον ἐνέβλήθη· καὶ ἐξ αὐτῆς ὑγιὴς ἐξελθὼν, εἰς λουτρὸν σφοδρῶς ἐκπυρωθὲν, καὶ ὑπερκαὲν εἰσήχθη, ἐν ᾧ τὸν Θεὸν δοξολογῶν, καθάπερ ἐν τῇ δροσοβάλῳ καμίνῳ οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες, παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

ΚΑΙ ΜΝΗΝΗ ΙΕΖΕΚΙΗΛ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Ezechielis Proph.

Ἰεζεκιὴλ ὁ ἔνδοξος καὶ μέγας προφήτης, ἦν μὲν υἱὸς ἑνὸς τῶν ἱερέων ἐκ τῆς σειρᾶς τοῦ Λευΐ. Προεφήτευσε δὲ ἔτη εἴκοσι, προλαβὼν τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτη τετρακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας καιρῶν ἀπελθὼν ἐν γῇ Χαλδαίων, ἔδωκεν τέρας μέγα, ὅθεν οἱ ὄφεις, τὰ βρέφη αὐτῶν καὶ τὰ κτήνη ἀνήλισκον. Διὸ καὶ ἐξ αὐτῶν ἀνηρέθη διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν· ἀντέκειντο γὰρ αὐτῷ πᾶσας τὰς ἡμέρας, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ ἡγούμενος τοῦ λαοῦ ὡς ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐτάφη ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ ἀπὸ τῶν συγγενῶν ἐντίμως, ἀναδραμὼν πρὸς Θεὸν, δι' ὃν σὺν πολλοὺς ὑπέστη πειρασμοὺς ὑπὸ τῶν παρανόμων, καὶ ὑπολαβὼν τὰ ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὓς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἁγίοις.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΡΟΦΙΜΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

Trophimi & Socc. MM.

Τρόφιμος, καὶ Θεόφιλος οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες μετὰ τῆς ἱερᾶς συνοδίας αὐτῶν, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ βασιλείας Διοκλητιανοῦ τοῦ παρανομωτάτου καὶ τυραννικωτάτου, τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες, καὶ τοὺς προσερχομένους αὐτοῖς ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ διδάσκοντες, καὶ βαπτίζοντες. Διαγνωσθέντες δὲ καὶ κρατηθέντες, παρέστησαν ἐνώπιον ἐκείνου δέσμιοι, καὶ ἀναγκασθέντες ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθέντες, ἐτύφθησαν σφοδρῶς, καὶ κρεμασθέντες ἐπὶ ξύλων, ἐξέσθησαν· εἶτα ἐλιθοβολήθησαν, καὶ μετὰ ταῦτα τῶν ξύλων καταβιβασθέντες, εἰς κάμινον μεγάλην ἐνεβλήθησαν. Ἀλλὰ καὶ τῆς καμίνου τῇ τοῦ Θεοῦ ῥυσθέντες χάριτι, καὶ ἀβλαβεῖς ἐξελθόντες, ὡς μὴ δὲ τριχὸς ἁψαμένου αὐτῶν τοῦ πυρὸς, ἐξέπληξαν τὸν τύραννον, καὶ τέλος κλίναντες σὺν αὐχένας, τὰς ἱερὰς αὐτῶν κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΒ'.

ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΙΑΣ ΤΗΣ ΜΑΓΔΑΛΗΝΗΣ.

XXII Mariæ Magdalenæ.

Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἐκ τῶν Μαγδάλων ἦν τῶν ὁρίων Συρίας. Ὀχλουμένη δὲ ὑπὸ δαιμονίων ἑπτὰ, ἐθεραπεύθη ὑπὸ Χριστοῦ· καὶ διὰ τὴν τοιαύτην εὐεργεσίαν ἀκολουθήσασα αὐτῷ, γέγονε μαθήτρια αὐτοῦ, καὶ ἦν διακονοῦσα αὐτῷ μέχρι τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ πρώτη τὴν ἀνάστασιν ἅμα τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ μύρα κομίζουσα κατεῖδεν, ἡνίκα ὀψὲ σαββάτων εἶδον ἄγγελον, πρωΐας δὲ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς καθεζομένους, καὶ πάλιν αὐτὸν πρὸς Κύριον, ὃν καὶ κηπουρὸν λογιζομένη, ἤκουσε παρ' αὐτοῦ, Μὴ μου ἅπτου. Μετὰ οὖν τὴν θεῖαν τοῦ Χριστοῦ ἀνάληψιν, ἀπελθοῦσα εἰς Ἔφεσον πρὸς τὸν θεῖον Ἰωάννην τὸν Ἀπόστολον, καὶ Εὐαγγελιστὴν, ἐκεῖ ὁσίως κεκοίμηται, καὶ ἐτέθη πρὸς τὴν εἴσοδον τοῦ σπηλαίου, ἐν ᾧ οἱ ἅγιοι καὶ μακάριοι ἑπτὰ κεκοίμηνται παῖδες. Ὕστερον δὲ ἐπὶ Λεόντος τοῦ σοφωτάτου βασιλέως τὸ ταύτης ἅγιον κομισθὲν λείψανον, ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ συσταθείσῃ μονῇ τοῦ ἁγίου Λαζάρου κατετέθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΔ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΧΡΙΣΤΙΝΗΣ.

XXIV Christina

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Χριστίνα ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Τύρου, στρατηλάτην δὲ παρόντα ἔχουσα, εἰς πύργον ὑψηλὸν ἀνήχθη παρ' ἐκείνου, πρὸς τὸ μὴ θεᾶσθαι ὑπό τινος, ἀναβιβάσαντος εἰς τὸν πύργον καὶ σὺν ἑαυτοὺς θεοὺς, καὶ προστάξαντος αὐτῇ θύειν καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς. Ἀλλ' ἐκείνη κατανοήσασα τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, οὐδαμῶς προσεῖχεν αὐτοῖς. Τοῦ δὲ οὐρανοῦ τὸ κάλλος διὰ θυρίδος βλέπουσα, καὶ ἐκ τῶν ποιημάτων τὸν δημιουργὸν κατανοήσασα, συνέτριψε τὰ εἴδωλα, καὶ ἔρριψε κάτω. Καὶ διαγνωσθεῖσα καὶ τοῦ πύργου καταβιβασθεῖσα, πάσαις τιμωρίαις καθυπεβλήθη παρὰ τοῦ οἰκίου πατρός. Ἀποκλεισθεῖσα δὲ καὶ εἰς φυλακὴν, ἐτρέφετο ὑπὸ ἀγγέλου· καὶ ῥιφεῖσα ἐν θαλάσσῃ, ἐδέξατο τὸ ὕδωρ εἰς βάπτισμα, καὶ τῆς θαλάσσης ἐξελθοῦσα, ἀπεκλείσθη πάλιν εἰς φυλακὴν καὶ μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτῆς, εἰς ἐξέτασιν ἀχθεῖσα Δίονι τῷ ἄρχοντι, ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ θαυματουργήσασα, πολλοὺς ἐποίησε πιστεῦσαι Χριστῷ, καὶ

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

σοῦ μαστὸς ἐκκοπεῖσα, καὶ ἡ καρδίας πληγεῖσα τοῖς κονταρίοις, ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΕ'.

ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

XXV Annæ.

Ἄννα ἡ σεβασμία μητὴρ τ ἐνδόξε δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκε, καὶ ἀεὶ παρθένε Μαρίας, ἐκ μὲν φυλῆς Λευὶ, ἀπὸ Βηθλεὲμ δὲ τ Ἰουδαίας, θυγάτηρ Ματθὰν δ ἱερέως· Ὅστις Ματθὰν ὑπῆρχεν ἱερατεύων ὅτε τ βασιλείας Κλεοπάτρας, μετὰ τ βασιλείας Ἡρώδε τ Ἀντιπάτρε. Ἔσχε δὲ θυγατέρας τρεῖς, Μαρίαν, Σόβην, καὶ Ἄνναν· ἔγημε δὲ ἡ πρώτη θυγάτηρ ἐν Βηθλεὲμ, ᾧ ἔτεκε Σαλώμην τ Μαρίαν. Ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἔτεκεν Ἐλισάβετ τ μητέρα δ Προδρόμου. Ἡ δὲ Ἄννα εἰς τὴν γῆν τ Γαλιλαίας, ᾧ ἔτεκεν Μαρίαν τ Θεοτόκον· ὡς εἶναι τ Σαλώμην, ᾧ τὴν Ἐλισάβετ, ᾧ τὴν Θεοτόκον, θυγατέρας ἀδελφῶν τριῶν ἡλικιῶν. Ἡ δὲ Ἄννα, ὡς ἔιπομεν, νηήσασα, τὸ μέγα ὄφελος, τὴν σωτηρίαν τε κόσμου, τ ἄχραντον ᾧ ὑπεράμωμον Θεοτόκον, καὶ ἀνατρεφαμένη, καὶ ἀπαγαγοῦσα ἐν τῷ ναῷ Κυρίε, καὶ ἀναθεῖσα αὐτὴν τῷ Θεῷ, μετὰ αὐτὸν χαίρασα ἐξεδήμησεν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΕΥΠΡΑΞΙΑΣ.

Eupraxiæ.

Ἡ ὁσία Εὐπραξία ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, ὃ καὶ συγγενὴς ἐτύγχανεν, θυγάτηρ δ Ἀνθεμίου ᾧ συγκλητικοῦ. Οὗ τελευτήσαντος αὐτὴ μετὰ τῆς μητρὸς Εὐπραξίας ἀνετέθη τῷ βασιλεῖ, ὡς συγγενεῖ καὶ ἐπιτρόπῳ αὐτῆς φρονπίζεσθαι ὑπ' αὐτε· καὶ μνησευθεῖσα συγκλητικῷ τινι, ἐπεὶ περ ἐκεῖνος μετ τ συναφείας, ἐτελεύτησε, τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ δοῦσα πτωχοῖς, μετὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς κατέλαβε τὴν ἐν Ἀιγύπτῳ πόλιν Θηβῶν, ᾧ εἰσελθοῦσα εἰς μοναστήριον, ἐν ᾧ ὑπῆρχον ἑκατὸν μοναζούσαι, ἀπεκείρατο, ᾧ αὐτὴ μὲν μετοικήσασα ἐκεῖ μοναστηρίῳ, τὴν ἰσάγγελον βιοῦσα ζωήν. Ἡ δὲ μητὴρ αὐτῆς περιελθοῦσα τὰ κτήματα αὐτῆς, ᾧ τὰ μὲν πωλήσασα, τὰ δὲ δοῦσα πτωχοῖς, τὰ δὲ ἐκκλησίαις ἀναθεῖσα, ὑπέστρεψεν εἰς τὸ μοναστήριον, ᾧ ὀλίγον ἐπιβιώσασα ἐκοιμήθη· ᾧ μετὰ ζωῆς ἡ Εὐπραξία μεγάλης χρείας ἐλθοῦσα, ᾧ θαύματα ποιήσασα, ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ.

Olympiadis.

Ἡ ὁσία Ὀλυμπιὰς ὑπῆρχεν ἐπὶ τ βασιλείας Ἀρκαδίου, ᾧ Ὀνωρίου τ υἱῶν Θεοδοσίου τε μεγάλου, θυγάτηρ μὲν Ἀκυνδίου τε κόμητος, ἔγγονη δ Ἀβλαβίου τε ἐπάρχου· νύμφη δ μόνον χρηματήσασα, γυνὴ δ ὀδενὸς. Τοῦ γὰρ λαβόντος αὐτὴν, μετὰ Κύριον ἐκδημήσαντος, παρθένος ἅμα ᾧ χήρα διέμεινε. Διατελέσασα δὲ πάντα τ βίον αὐτῆς ἐν νηστείαις ᾧ προσευχαῖς, ταῖς τ δεομένων δαπάναις, ᾧ πᾶσαν, ὃν εἶχε, εὐσυσίαν κενώσασα εἰς θεραπείαν τ τε Χρυσε δεχιερέων, ᾧ τ μακαρίου Ἰωάννου, τ Χρυσόστομον διαφερόντως τιμήσασα, ᾧ ἐν τ ἀσθενείαις θεραπεύσασα, ἐπειδήπερ ἐκεῖνος ἀδίκων ἐξωρίσθη μετ τ βασιλίσσης Εὐδοξίας ὑπέσχη, ὅτι τέλει ᾧ αὐτὴ τῷ ὁμολογίας κατεκοσμήθη στεφάνῳ· ἐξωρισθεῖσα δὲ ὑπὲρ τ ἀληθείας, πολὺς περισμοὺς ὑπέμεινεν· ἅπερ μεχρι τέλους δυχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, τὸ πνεῦμα παρέθετο.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Κϛ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΡΜΟΛΑΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

Ἑρμόλαος ὁ ἱερομάρτυς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· Ἑρμιπος, ᾧ Ἑρμοκράτης σὺν τοῖς κλήρου τ ἐν Νικομηδείας ἐκκλησίας ὑπῆρχον πρεσβύτεροι, θελεφθέντες ἐκ τ καυθέντων δισμυρίων Ἀγίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Μαξιμιανοῦ τε δυσσεβοῦς, καὶ κρυπόμενοι ἔν τινι δωματίῳ. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἅγιος Παντελεήμων κρατηθεὶς ᾧ εἰς ἐξέτασιν ἀχθεὶς Μαξιμιανῷ τῷ δυσσεβεῖ, ἠναγκάσθη παρὰ Ἑρμολάου εἰπεῖν, ποῦ κρύπτεται. Καὶ μὴ εἰδὼς ψεύδεσθαι, ὡμολόγησε τ τόπον, ἐκρατήθησαν καὶ αὐτοὶ Ἑρμόλαος, Ἑρμιπος, καὶ Ἑρμοκράτης, ᾧ δέσμιοι παρασχέντες τῷ τυράννῳ, ὡμολόγησαν παῤῥησίᾳ τ Χριστόν. Καὶ τὰ εἴδωλα διεχλεύασαν ᾧ διέσυρον, ᾧ σὺν εἰς αὐτὰ πιστεύοντας ἀθλίους ἀπεκάλεσαν. Ὅθεν διαφόρως τιμωρηθέντες, ἀπεκεφαλίσθησαν, καὶ ἅτω τελειωθέντες, ἀπέλαβον βασιλείαν τὴν ἀκατάλυτον ᾧ ζωὴν αἰώνιον. XXVI Hermolai & Socc. MM.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΣΑΓΚΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΟΥ.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ τ βασιλείας Μάρκου Ἀντωνίνου, ἐκ Ῥαβέννης τ πόλεως, χώρας Γαλίας. Διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθέντες παρὰ τ τῆς χώρας ἡγεμόνος, πρῶτον μὲν ἐβασανίσθησαν σφοδρῶς, τ Χριστὸν ἀρνήσασθαι καταναγκαζόμενοι. Καὶ τοῦτο μὴ ποιήσαντες, παρεδόθησαν φυλακῇ. Ἔπειτα τ φυλακῆς ἐκβληθέντες, πάλιν ἐπιμωρήθησαν. Οἱ μὲν γὰρ χαλκᾶ πέταλα πεπυρωμένα ᾧ τ πλευρῶν ἐδέξατο. Οἱ δὲ θηρίοις ἐξεδόθη. Οἱ δὲ εἰς σιδηροῦν θρόνον πεπυρωμένον ἐκαθέσθη. Καὶ γυμνὴς, τυφθεῖσα ἀπὸ πτώσεως ἕως ἐσπέρας, ᾧ ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα, ᾧ θηρίοις ἐνδοθεῖσα, ᾧ ἵπποις σεισθεῖσα, ᾧ ἐπὶ πολὺ συρομένη, παρέδωκε τὸ πνεῦμα· οἱ δὲ λοιποὶ, ἐν τῇ φυλακῇ βληθέντες, χοινίοις ἀπεπνίγησαν, ᾧ βορᾷ τοῖς κυσὶν ἐῤῥίφησαν· ᾧ ἅψασα τὰ λείψανα αὐτῶν διαμείναντα, τῷ ποταμῷ Ῥοδανῷ ἐναπερῤῥίφησαν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΖ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΑΝΤΑΛΕΗΜΟΝΟΣ.

Παντελεήμων ὁ δὲ Χριστὸν μέγας μάρτυς, ὃν μὲν ἐκ τ πόλεως Νικομηδείας, υἱὸς δ Εὐσοργίου ἕλληνος, ᾧ Εὐβούλης, χριστιανὸς, ἰατρὸς τὴν τέχνην, διδαχθεὶς ταύτην μὲν παρὰ Εὐφροσύνου, δόξαν μεγίστην ἔχοντος ἐν τοῖς ἰατροῖς, τὴν δὲ τε Χριστε πίστιν παρὰ Ἑρμολάου δ πρεσβυτέρου, ἀφ' ἧς καὶ ἐβαπτίσθη. Διὰ ὃν ᾧ παῖδα ὑπὸ δι' ἐχίδνης πληγέντα, ᾧ θανατωθέντα ἀνέστησε, καὶ τυφλὸν ἀναβλέψαι ἐποίησε, καὶ ἄλλα πολλὰ διενήργησε θαύματα. Διαγνωσθεὶς δὲ τῷ βασιλεῖ Μαξιμιανῷ, καὶ κρατηθεὶς, ᾧ τ Χριστὸν ὁμολογήσας, ἐβασανίσθη διαφόρως, καὶ τελευταῖον τὴν δι' ξίφους ὑπόφασιν λαβὼν, δεθεὶς ἀλύσεσι, ᾧ καταλαβὼν τ τόπον τῆς τελειώσεως, προσεδέθη δένδρῳ ἐλαίας, ᾧ ὑποτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν, ἐῤῥύσην αἷμα καὶ γάλα, ὅπερ μέχρι τῆς σήμερον φαινόμενον, παρέχει πᾶσι προσερχομένοις πιστοῖς ἰάματα. XXVII Pantaleemonis M.

ΚΑΙ

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΑΝΘΟΥΣΗΣ.

Anthusæ.

Ἡ ὁσία Ἄνθουσα ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου. Καταλιποῦσα δὲ τὴν κόσμον, καὶ τὴν Χριστὸν ποθήσασα, ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις διέτριβεν, καὶ εὑροῦσα μόναχόν τινα πρεσβύτερον ἅγιον ἐν τοῖς χωρίοις τοῦ Μαντινέου προσκαθεζόμενον, ἐκεῖνον ἐμιμήσατο εἰς ἄσκησιν, καὶ εἰς τοσοῦτο προσῆλθεν ἀρετῆς, ὡς καὶ εἰς Φοῦρνον ἐκκαέντα σφοδρῶς εἰσελθεῖν, καὶ μὴ καῆναι. Μετὰ καὶ τελευτὴν Σισιννίου τοῦ ἁγιωτάτου πρεσβυτέρου, διαγνωσθεῖσα ὑπὸ τοῦ Καβαλλίνου, ὅτι τὰς ἁγίας εἰκόνας τιμᾷ, καὶ σέβει, ἠναγκάσθη παρὰ τῶν ἀποσταλέντων, ἀρνήσασθαι τὴν τούτων προσκύνησιν, καὶ μὴ πεισθεῖσα, ἐτύφθη σφοδρῶς. Ἐπεὶ δὲ μὴ δυναμένη τεκεῖν τῇ τοῦ βασιλέως ἐμήνυσε γυναικὶ παιδία δύο γεννῆσαι, τὸ μὲν ἄρσεν, τὸ δὲ θῆλυ. Τούτου γενομένου, ἀπελύθη τῆς βασάνου, καὶ οὕτω παρεσκεύασε τὴν βασίλισσαν διατεθῆναι πρὸς αὐτὴν, ὡς καὶ εἰς μητρὸς τάξιν ἔχειν, καὶ οὕτως ἐκοιμήθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΗ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΑΓΚΥΡΑΣ.

XXVIII Eustathii M.

Εὐστάθιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, στρατιώτης μὲν ἦν, χριστιανὸς δὲ, καὶ προσαχθεὶς Κορνηλίῳ τῷ ἡγεμόνι Ἀγκύρας, καὶ ἐρωτηθεὶς, παῤῥησίᾳ ὡμολόγησε τὴν Χριστὸν, ὅθεν ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ σοῦν ἀστραγάλους τρυπηθεὶς, καὶ σχοινίοις περιληφθεὶς, σύρεται ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀγκύρας, ἕως τοῦ Σαγγάρου ποταμοῦ, ἀκολουθοῦντος καὶ ὁρῶντος τοῦ ἡγεμόνος. Ἐκεῖσε δὲ ἐν γλωσσοκόμῳ βληθεὶς, ἐῤῥίφη ἐν τῷ ποταμῷ. Κατ' εὐδοκίαν δὲ τοῦ Θεοῦ ἐπιστὰς θεῖος ἄγγελος ἐξήγαγε τὸ γλωσσόκομον ἐπὶ τὴν ξηρὰν, καὶ εὑρέθη ἐν αὐτῷ ὁ Ἅγιος ἀβλαβὴς, ψάλλων· Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ τὰ ἑξῆς. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ ἡγεμὼν, καὶ αἰσχυνθηθεὶς, σπασάμενος μάχαιραν ἀνεῖλεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ ἅγιος Μάρτυς εὐξάμενος, καὶ μεταλαβὼν τῆς θείας δωρεᾶς, διὰ τῆς ἐκπεμφθείσης αὐτῷ οὐρανόθεν περιστερᾶς, τοῦ χερσὶ τοῦ ἐπιφανέντος ἀγγέλου τὸ πνεῦμα παρέθετο, καὶ κατετέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει Ἀγκύρᾳ.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΚΑΚΙΟΥ.

Acacii M.

Ἀκάκιος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λικιννίου, ᾧ καὶ παραστὰς, καὶ τὴν Χριστὸν ὁμολογήσας, καὶ κρεμασθεὶς ἐξέσθη, εἶτα παρεδόθη Τερεντίῳ τῷ ἐπάρχῳ, ὑφ' οὗ εἰς τύγανον πεπυρωμένον ἐνεβλήθη, πίσσης καὶ ἐλαίου καὶ στέατος πεπληρωμένον, καὶ μηδὲν ἀδικηθεὶς, εἰς Ἀπάμειαν καὶ Ἀπολλωνιάδα τῷ ἡγεμόνι ἀπερχομένῳ ἀκολουθεῖν ἠναγκάσθη, ἔνθα ἐν τῷ ναῷ εἰσαχθεὶς τῶν εἰδώλων, προσευχῶν πάντα συνέτριψε τὰ ξόανα· μετὰ ταῦτα τῷ τριβούνῳ παραδοθεὶς, καὶ τυφθεὶς σφοδρῶς, ἐθηριομάχησεν. Εἶτα εἰς Φοῦρνον ἐμβληθεὶς, ἀβλαβὴς διέμεινεν. Δόξας δὲ ὁ τριβοῦνος ψυχρὸν εἶναι τὸν Φοῦρνον, καὶ προσεγγίσας ἰδεῖν, αὐτὸς μὲν κατακαεὶς εἰς κονιορτὸν ἐγένετο. Ὁ δὲ Ἀκάκιος παρεδόθη Ποσιδονίῳ τῷ ἄρχοντι· καὶ περιτεθεὶς βαρέα σίδηρα, ἤχθη εἰς Μίλητον, καὶ πάλιν συντρίψας τὰ εἴδωλα, ἐτμήθη τὴν κεφαλὴν, τῆς τομῆς ῥευσάσης αἷμα καὶ γάλα.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΘ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.

XXIX Callinici M.

Καλλίνικος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς Χώρας Κιλικίας· χριστιανὸς δὲ ὢν, καὶ διδάσκων τὴν λόγον τοῦ Χριστοῦ, παρῄνει μὲν ἀπέχεσθαι τῶν ματαίων, τὴν δὲ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἐπιγινώσκειν Χριστόν· ὅθεν κρατηθεὶς, ἤχθη πρὸς τὴν ἡγεμόνα, καὶ παρ' αὐτοῦ παντοίαις βασάνοις ὑποβληθεὶς, ὑποδήματα σιδηρᾷ μεθ' ἥλων ὀξέων ὑπεδέθη καὶ ἠναγκάσθη τρέχειν ἔμπροσθεν τῶν ἵππων μέχρι τῆς πόλεως Γάγγρας, ἀπεχούσης σταδίους ἑξήκοντα, καὶ πεζεύσας ἑξήκοντα στάδια, καὶ ἰδὼν σοῦν ἀπάγοντας αὐτὸν στρατιώτας τῷ δίψει λειποψυχοῦντας, προσευξάμενος ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς· καὶ φθάσας τὴν πόλιν Γάγγραν, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, καὶ καταναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὴν Χριστὸν, καὶ μὴ πεισθεὶς, πυρὶ ἐτελειώθη καὶ κατετέθη τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον χερσὶ χριστιανῶν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῆς τελειώσεως.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Λ'.

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΟΥ.

XXX Joannis.

Οὗτος ἦν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου στρατευόμενος, ἀποσταλεὶς οὖν μετὰ καὶ ἑτέρων στρατιωτῶν εἰς τὴν κατὰ τῶν χριστιανῶν διωγμὸν, ἦν μὲν τοῖς ὁρῶσι διώκτης, συνεμάχει δὲ κρύφα τοῖς χριστιανοῖς, τοῖς μὲν πρὸ τοῦ κρατηθῆναι μηνύων φυγεῖν· τοῖς δὲ μετὰ τὴν κατάσχεσιν λάθρα ἐπινοῶν τὴν ἀπόδρασιν· οὐ μόνον δὲ τὸ συμπαθὲς πρὸς τούτοις ἐπεδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνδεέσιν ἐχορήγει τὰ ἐπιτήδια καὶ προσευχαῖς καὶ νηστείαις, καὶ τῶν ἀσθενῶν ἐπισκέψεσι, καὶ τῶν τῶν θλιβομένων παραμυθίαις τὸν βίον αὐτοῦ ἐπεκόσμει, καὶ πρὸς τὸ σεμνὸν μετερύθμισε. Οὕτω δὲ βιώσας, ἐν Κυρίῳ ἀνεπαύσατο, καὶ κατετέθη ἐν τόπῳ, ἔνθα καὶ οἱ ξένοι ἐτίθεντο. Ἐγνώσθη δὲ ὕστερον γυναικί τινι δι' ἀποκαλύψεως, ὃς αὐτῇ ἐπιστὰς, τήν τε ἐν τῷ βίῳ πράξιν αὐτοῦ, καὶ ὃ ἐπεκέκλητο ὄνομα διεσάφησε· θαυματουργῶν δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐπέχει καὶ σοῦν δρασμοὺς τῶν δούλων.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΛΑ'.

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΟΥΛΙΤΤΗΣ.

XXXI Julittæ M.

Ἰουλίττα, ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ πόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας. Δίκην δὲ ἔχουσα πρός τινα πλεονεκτικὸν ἄνδρα καὶ βίαιον, ὃς γῆς ταύτης τὸ πλεῖον ἀποτεμὼν, καὶ ἀγροὺς, καὶ ζῶα, καὶ κώμας καὶ οἰκέτας, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ βίου κατασκευὴν πρὸς ἑαυτὸν μετέστησε, καταφρονήσας τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ Θεοῦ συκοφάνταις καὶ ψευδομάρτυσι, καὶ δωροδοκίαις τῶν δικαζόντων ἐπερειδόμενος. Παραστᾶσα τῷ δικάζοντι, καὶ ἀρξαμένη ἀναδιδάσκειν τὴν τοῦ ἀνδρὸς τυραννίδα, διεβλήθη παρ' αὐτοῦ, ὡς εἴη χριστιανὴ, καὶ πρὸς μηδὲν ἰδοῦσα τῶν παρόντων, ἀλλὰ πάντων καταφρονήσασα, Ἐῤῥέτω, εἶπεν, ὁ βίος, καὶ ἡ τούτου δόξα· ἐγὼ γὰρ τὴν τῶν ἁπάντων δημιουργὸν, καὶ ποιητὴν οὐκ ἀρνήσομαι. Παραυτὰ οὖν ὁ ἄδικος κριτὴς πυρὶ ταύτην παρέδωκεν· ἡ δὲ κάμινος περιχοῦσα τῆς Ἁγίας τὸ σῶμα, ὥσπερ τις θάλαμος φωτεινὸς, τὴν μὲν ψυχὴν ἐπὶ τὴν οὐράνιον χωρίαν ἔπεμψεν· τὸ δὲ τίμιον αὐτῆς σῶμα ἀκέραιον διεσώσατο τοῖς προσήκουσι καὶ πᾶσι τοῖς πιστοῖς.

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ

ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΔΟΚΙΜΟΥ

ΤΟΥ ΝΕΟΥ.

Eudocimi Junioris

Οὗτος ὁ Μακάριος ὑπῆρχεν ὅλῃ τῇ βασιλείᾳ Θεοφίλου ἐν μισοχρίστῳ, ἐν οἷς ἡμνήτορες σὺν τῇ ἁγίᾳ βίᾳ ἐφανείᾳ, πατρίκιοι δὲ ἦσαν, ὀρθόδοξοι ἐγνωρίζοντο, Καππαδόκαι τὸ γένος· διὸ καλῶς ὁ Εὐδόκιμος ἀναγόμενος ὑπ' αὐτῶν τὰ εἰς ἀρετὴν, καὶ διδάσκαλος ὑπὸ Θεοφίλου ἐπιμήθη, καὶ στρατοπεδαρχῶν ἐπάχθη, πρῶτον μὲν τῆς Καππαδοκῶν χώρας, ἔπειτα καὶ τὸ Χαρσιανόν, ζυγός τις δίκαιος ὢν καὶ κανὼν, καὶ ἰσότητα πᾶσαν φυλάττων, ἐλεημοσύνας τε πολείσας ἐκπελῶν καθ' ἑκάστην, καὶ τοὺς ἐκκλησίας καλλιεργοῦντας, χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐκδικῶν, καὶ ἁπλῶς πάσης ἀρετῆς ἰδέαν μεπερχόμενος· καὶ Θεὸν οὗ πολιτευσάμενος, νόσῳ σωματικῇ καταχρεθεὶς, τὸ πνεῦμα αὐτὸ τῷ Θεῷ παρέθετο. Οἱ δὲ στρατιῶται, ἢ αὐτὸ κέλευσιν ἀποπληροῦντες, μὴ τὰ ἐνθυμάτων καὶ ὑποδημάτων ἔθαψαν, θαύμασι πολλοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοξασθέντα.

ΤΕΛΟΣ.

INDEX HI-

INDEX HISTORICUS
IN TOMUM I JULII

Numeri cum asteriſco * deſignant Tractatum Præliminarem.

A

ABbas *an* Prior *fuerit vocatus præſes ad S. Saturnini Toloſæ* 683 a
Abel le Gros *multa inſtrumenta ſubmittit ad canonizationem B. Petri de Luxemburgo* 490 f & alibi
Adalbero Remenſis Archiep. *monaſterium S. Theoderici reſtituit* 59 f
Adalbertus Epiſc. Mogunt. *S. Ottoni quare non faverit* 364 a
Adelgiſus *ſcriptor miraculorum S. Theoderici.* 72 b
Adela Roberti Flandrenſis ſoror *S. Theoderico ad Montem Or benefica* 78 d
† Adelberti martyris *cultum in Pomerania promovit S. Otto* 414 f
Adelbertus Dux Saxoniæ *ad S. Ottonem in Pomeraniam legatos mittit* 410 f
Adelbertus S. Ottonis ſocius *illiberalius coram Sancto jocatur* 413 b c
Ademarus Chabannenſis *ſcribit de S. Eparchio* 117 e
† Ado *inter diſcipulos Apoſtolorum non reperit* S. Brictium, *ab Apoſtolo Petro Umbriæ metropolitam prætenſè ordinatum* 5 * e f
Ado Mechliniæ Dominus *S. Rumoldum excipit* 242 b, 244 d
† Adonis *chronicon nec ſatis chronologicum eſt, nec integrum habemus.* 14 c. *Martyrologium Lugduni compoſitum, ab ipſo Viennæ auctum.* 16 a b
Adylheida *mater S. Ottonis Bambergenſis, non* Sophia. 357 c
† Aigidii *hoſpitale à S. Ottone conſtructum.* 456 f
Aëtius Archidiaconus *à S. Anatolio CP. male ab officio remotus* 657 f & ſeqq.
Agrippina *non bene fingitur Agrippæ uxor aut ſancta* 3 a
Aguirre S. R. E. Card. *quomodo invehatur in ſequaces & defenſores Pſeudodextri &c.* 60 * c
Albertus (Leander) *quæ ſcripſerit de B. Joan. Vicentino.* 483 c d. *Diverſum ſitum tribuit Interamnæ ad Lirim* 6 * e
Albertus le Grand *in S. Leonorii ætate hallucinatus* 119 a b 120 e f
Albigenſes *hæretici in Aquitania à ſec.* 12, 43 b. *Eorum tempore ſcripta videtur Legenda de S. Raymundo Toloſano* 682 f
Albinus S. Ottonis ſocius *periclitatur Hologaſtæ* 409 c d
Albius (Henricus S. J.) *ſcriptor vitæ B. Petri de Luxemburgo, in multis hallucinatus, reſtituitur* 497 e & ſeqq.
† Aldricus Epiſc. Cenomanen *transfert reliquias S. Hilarii Aviciaco in urbem Cenomanenſem an.* 841 39 c
† Alexander I PP. *an S. Martinum Viennam deſtinaverit* 15 e
Alexander IV PP. *dicitur canonizaſſe S. Rumoldum* 180 e. *B. Bartholomæum Vicentinæ eccleſiæ præficit* 283 b. *Commendat inſtitutum PP. Prædicatorum* 468 c
Alfordus *Annalium eccleſiaſticorum Angliæ auctor* 18 b e &c.
Alliaco (Petrus de) *Caroli VI Regis & eccleſiæ ac univerſitatis Pariſienſis ablegatus ad canonizationem B. Petri de Luxemburgo* 609 d & ſeqq.
Ambaſia (Ludovicus de) Epiſc. Albien. *transfert reliquias S. Monegundis an.* 1505 310 a b
Amelius Cardin. S. Euſebii *commiſſarius in cauſa canonizationis B. Petri de Luxemburgo* 526 f
Ammonii *ad Theophilum Alexandrinum celebris epiſtola* 35 c e
Anaſtaſius Imp. *An ejus tempore & quare aliqui ex Syria in Umbriam ſegerint* 2 * f & ſeqq.
† Anaſtaſius *quis celatur ad Aquas Salvias* 17 * c *Quis ſit auctor ſociorum qui è Syria in Umbriam veniſſe dicuntur* 19 * b & ſeqq.
† Anatolius Epiſc. Laodicenus *quo occaſione & quando ſucceſſerit S. Euſebio.* 644 b & ſeqq.
Andechſia illuſtris familia Bavara. *An ex ea originem traxerit S. Otto, fuſe diſcutitur* à pag 355
Andreas *non rectè à S. Anatolio CP. creatus Archidiaconus* 657 f & ſeqq.
Andreas abbas ad S. Michaëlis prope Bambergam *collector vitæ S. Ottonis, alius à Gretſero an.* 1611, *alius à Faſchio* 1681 *editus,* 349 c d & ſeqq. *ubi eorum ſcripta examinantur.*
Andreas *primus Epiſcopus Calvenſis ordinatus an.* 966 28 d
Andreas de Luxemburgo *B. Petri frater natu minimus, poſtea Epiſcopus Cameracenſis* 488 b. *Adeſt fratri morienti* 516 a
Angelonus Interamnenſis hiſtoricus *qualem faciat S. Anaſtaſium, iſtius urbis Epiſcopum ſeculo* 6 20 * b d
Anna Auſtriaca Franciæ regina *intereſt ultimæ tranſlationi S. Theoderici Remenſis* 62 c
† Anſelmus Cantuarien. *non ſcripſit vitam S. Raymundi Toloſani* 676 c
† Antoninus *excuſat B. Petrum de Luxemburgo, quòd in ſchiſmate ſecutus ſit partes Clementis VII Gebennenſis* 508 c d: *unde acceperit Legendam de S. Proculo* 60 * f: *quæ Acta S. Proculi ediderit* 55 * b & ſeqq.
Antonius (Nicolaus) *quid ſenſerit de Bivario & aliis Pſeudodextri defenſoribus* 60 * c
† Antonius Patavinus *In ejus vitam jubetur inquirere B. Joan. Vicentin.* 472 a b
Antonius Verus Imp. *quam non verè, nec loco, nec tempore ſuo a Tamayo relatus* 58 * f
Aphtonius Engoliſmenſis Epiſcopus *ſuſcipit S. Eparchium* 112 f
† Apollonius, *cujus S. Proculi ſocius fuerit* 50 * b & ſeqq.
Apoſtoli Umbriæ ex Syria advenæ *in tres claſſes diſtribuis* 2 * b & ſeqq.
Aringhus *in Roma ſubterranea de SS. Proceſſo*

† &

& Martiniano bene meritus 301 d & ſeqq.
Arnoldus Archiep. Moguntinus *male inter Sanctos relatus* 5 a
Aſturicorum proſapia *quam recte S. Proculo & ſociabus virginibus à Tamayo tribuatur* 59* c *& ſeqq.*
† Athanaſius Patriarch. Alexandr. *S. Pambonem Alexandriam accerſit* 36 e 38 c
Attila *vetus Altinum evertit* 645 a
Aulphus Regis Egberti filius *à S. Swithuno inſtitutus* 325 b
Avenionenſes *inſtant apud Martinum V pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo* 617 a & ſeqq.
Aventini (Joannis) *genealogica Andechſiorum ſeries S. Ottonem Bambergenſem ab ea familia exeludit* 356 a b
† Auguſtini *regulam an profeſſus fuerit S. Raymundus Toloſas* 675 c & ſeqq.
† Auguſtinus Anglorum Apoſtolus *non videtur ordinaſſe S. Oudoceum* 320 b c

B

Baldericus Noviom. & Tornac. Ep. *quid de S. Rumoldo tradiderit* 182 c
Balduinus Comes *Dononienſe cœnobium priſtino ſtatui reſtituit* 267 c
Balionius Philippinus (Carolus) *ab hiſtoria ſacra Umbriæ tenebras dimovere conatus eſt* 1* c
† Baractalis *unus inter* XII *Umbriæ Apoſtolos, quo tempore in Italiam venerit* 69* c & ſeqq.
Barbaranus Vicentin. hiſtoric. *multa tradit de B. Bartholomæo* 278 a & ſeqq *: multa item ſcripſit de B. Joanne Vicentino* 466 a & ſeqq.
Barnimus Dux Pomeraniæ *S. Ottoni gratus* 369 b c
Baronius *SS. Caſtos, Caſſios & Secundinos confudiſſe videtur* 21 a *: de S. Symeone Salo gravis ejus ſententia* 134 b *: paulo durius loquitur de geſtis S. Anatolii CP.* 652 f & ſeqq. *non videtur* Thoram *rectè ad lacum Velinum collocaſſe* 7* b
Baſſani Brixienſis *de B. Bartholomæo Vicentino epitaphium* 279 c d
Beatilli (Antonii S. J.) *de Aquavivenſi civitate conjectura* 25 f *: ejus Acta de* XII *Sanctis Umbriæ cum aliis collata* 4* a b
Bela Rex Hungariæ *à S. Ottone dona recepit* 420 f & ſeqq.
Beliſarius *Peruſiam Totila furori expoſitam relinquit* 36* d
Benedictus VIII PP. *admittit & Miſſa inſerit ſymbolum Cpolitanum* 17* a
Benedict. XI PP. *Ordinis ſui religioſos Patavii indulgentiis ditat* 474 c & ſeqq. *Hic vera origine Tarviſinus, non opilionis, ſed notarii filius* 475 a & ſeqq.
Benedictus Epiſc. Fulgin. *adeſt conſecrationi eccleſ. S. Baractalis* 70* e
Berghes (Alphonſus de) Archiep. Mechlinienſis *S. Rumoldi reliquias populo exhiberi curat* 216 d & ſeqq.
Berlannus *an Epiſcopus Bituricenſis fuerit & ſanctus habeatur* 3 b
Bernardinus Realinus S. J. *multis virtutibus & ſignis illuſtris, necdum coli permiſſus eſt* 294 c
Bernardus Epiſc. Hiſpanus *ob paupertatem à Pomeranis rejectus, S. Ottonem ad eam miſſionem hortatur, &c.* 432 e & ſeqq.
† Berno abbas Balmenſis *S. Adegrinum recipit* 338 b
Berno abbas Augiæ divitis *teſtis de tempore, quo ab Eccleſia admiſſum eſt Symbolum Cpolitanum* 17* b c
Berſerius (Joannes) princeps Senatus Toloſani *auctor voti, à Toloſatibus concepti, ad impetrandum S. Raymundi auxilium, graſſante lue* 678 c
Bertha Imperatrix *moritur* 1088 360 f
Bertha abbatiſſa S. Euphemiæ Spoleti, *cujus S. Joannis Spoletini Epiſcopi geſta colligi curaverit* 26* b
Bertholdi *reguli, potentes Mechlinienſium in Belgio advocati* 200 c
Bivarius *quam appoſitè S. Brictium ex Umbria in Hiſpaniam tranſtulerit* 42* d & ſeqq.
Boguzlaus Pomeraniæ Dux *allaborat canonizationi S. Ottonis & dona confert* 451 c d
Boleſlaus Dux Polonorum *Pomeranos vicit & ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam compulit* 391 e & alibi. *Ejus dona S. Ottoni oblata* 419 f
Bollandus (Joannes S. J.) *magnas tenebras in Umbriæ hiſtoria offendit* 1* c. *Fruſtra optavit, ut quis obſcuris lucem afferret* ibid. e
Boncampii (Joannis) Ord. Prædicatorum & poſtea Bononienſis Epiſc. *mira converſio* 477 b
Bonifacius IX PP. *publicat bullam pro feſto Viſitationis B. M. V.* 295 f. *Ordinis PP. Prædicatorum fautor eſt* 468 e
† Bonifacius *& plurimi alii Epiſcopi Apoſtolici ex Anglia, Scotia & Hibernia* 186 a b
† Bonifacius Ep. Ferentinus, *quem S. Proculum coluerit* 57* f & ſeqq.
Boonen (Jacobus) Mechl. Archiep. *officium S. Rumoldi edi curavit* 195 f, *& novam lipſanothecam ſolenniter exponi* 214 c
Borbonius (Carolus) Cardinalis *obtinet birretum nocturnum B. Petri de Luxemburgo* 624 f & ſeqq.
Bordinus (Franciſcus) Epiſc. Cavallicen. *anno* 1607 *curat inſtaurari templum B. Petri de Luxemb. & an.* 1608 *conſecrat altare, ac reliquias ſolenniter transfert, variiſque partes diſtribuit* 625 d & ſeqq.
Borvilla (Andreas de) Cæleſtinus Avenion. *procurator pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo apud Martinum V* 605 c
Boſcagio (Guido de) Epiſc. Avenion. *proceſſus de virtutibus & miraculis B. Petri de Luxemburgo an.* 1417 *offerri curat Martino V Conſtantiæ* 605 d e
Boſcii *elenchus Epiſcoporum Viennenſium non ſatis exactus.* 15 b
Boſo Caroli Calvi ſororius *tyrannus in Burgundia* 245 d
Boureyus (Martinus) monachus Cæleſtinus *ſcripſit vitam B. Petri de Luxemburgo, cujus analyſis datur* 499 c & ſeqq.
Bouſſu (Thomas Philippus de Alſatia de) Archiep. Mechl. *monumenta concedit ad S. Rumoldum ſpectantia* 212 c
Bracheſcus (Joan. Bapt.) Ord. Prædicat. *pro duobus SS. Herculanis agit apud Baronium* 35* b
Breviaria antiqua *non faciunt S. Ottonem Andechſium* 359 b c
† Brictius *quando Spoleti à S. Petro viſitari potuerit* 4* f. 22* a & ſeqq. *Unus an geminus fuerit* 23* d & ſeqq.
Bruſchius *primus fuiſſe videtur qui S. Ottonem Andechſium fecerit* 355 b
Bucelinus *in Agilolfingicis mira tradit de S. Ottone* 355 c
Bucherius (Ægidius S. J.) *in Belgicis monumentis eruendis ſagaciſſimus* 170 e &c.

Bu-

Budicus Armoricæ Rex *S. Oudocei pater* 318 c
Burgundiones *ſtrage Pariſienſi retardant canonizationem B. Petri de Luxemburgo* 619 cd

C

CÆleſtinus PP. *S. Palladium in Scotiam miſit* 57 f: *non ordinavit S. Germanum Mannienſem Epiſcopum* 667 f
Cæleſtinus III PP. *confirmat privilegia monaſterio S. Ragneberti* 47 d
Cæleſtinis monachis *fundatur monaſterium ad ſepulcrum B. Petri de Luxemb.* 609 c. *Eorum inſtantiæ apud Martinum V pro canonizatione ſui patroni* 618 e & ſeqq.
Cajetanus (Octavius S. J.) *non recte S. Lidanum Siciliæ vindicat* 341 e
Calixtus II PP. *poteſtatem facit S. Ottoni Bamberg. euangelizandi Pomeranis* 364 c. *Ornat privilegiis fundationes ejus* 386 ef 388 c
Calixtus III PP. *Mechlinienſibus multas gratias largitur* 224 a
Calo (Petrus) *quid de S. Proculo tradat ejus codex Ms.* 57* a. *Qualem Sanctorum Legendam ſcripſerit* 60* ef
Calviniani *an.* 1562 *diripiunt reliquias S. Monegundis* 309 e
Campello (Bernardinus è Comitibus de) *de primis Umbriæ apoſtolis cum Jacobillo non conſentit* 2* c d
Canard (Joannes) Epiſc. Atrebaten. *transfert corpus S. Reginæ in thecam argenteam* 267 f
Cancellarius *Henrici IV Imperatoris fuit S. Otto* 380 f
Caniſius (Henricus) *qualem S. Ottonis vitam ediderit* 351 ab
Cantipratanus (Thomas) *ſtupenda miracula, à B. Joanne Vicentino patrata collegit* 481 f & ſeqq.
Capacius *quid ſcripſerit de SS. Caſto & Secundino* 28 bf
Capgravii *Legenda quis primus auctor dicatur* 323 b
Caroli Craſſi *tempore immanes per Belgium Normannorum graſſationes* 245 cd
Carolus VI Franciæ Rex *inſtat pro canonizatione B. Petri de Luxemb.* 609 e. *Et novo conatu* 613 c d. *Item* 619 c
Carolus VII Delphinus *Martino V ſupplicat pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo* 615 f. *Litteræ ipſius ad Papam* 617 e
Carolus Novarien. Epiſc. *eruit epitaphium S. Adeodati* 308 b
†† Carpophorus & Abundius *ſub Domitiano an ſub Diocletiano in Umbriam appulerint.* 2* ef
Caſtanæus (Henr. Ludov.) Epiſcopus Pictavienſis, *quid de S. Lupiano ſcripſerit* 33 a
Caſtellanus (Claudius) *mittit Acta S. Hilarii Aviciacenſis* 39 f
Caſtellionæus *multa corradit de S. Adeodato* 308 b & ſeqq.
Catellus *nonnulla inquiſivit de S. Raymundo Toloſano* 672 e & alibi
† Catharina Senenſis *prodigiis celeberrima, ſtans pro Urbano VI, opponitur B. Petro de Luxemb. thaumaturgo, adhærenti Clementi VII* 496 f
Cecilia, filia Regis Siciliæ, *an mater S. Rumoldi* 177 a 254 d
Celnotus Dorobern. Archiep. *recipit profeſſionem S. Swithuni* 325 c
Chamillart (Stephanus S. J.) *de S. Floregio monumenta procurat.* 43 e
Cheſne (Andreas du) *communicat vitam S. Leonorii* 118 f
Childebertus Rex *bubalum inſequens, S. Carilefo familiarem, in Sanctum incidit, quem primo objurgat, deinde fundo donat* 93 e & ſeqq. *Idem S. Leonorium accerſit* 121 e, *beneficiis cumulat* 122 b, *accipit aureum arietem, & mira donatione Sanctum ditat* 123 cde, *cogit quintam ſynodum Aurelianenſem* 107 b
Chromatius Aquileienſis Epiſc. *non ordinavit S. Heliodorum* 646 a b
†† Chryſanthi & Dariæ *reliquiæ an fuerint Lugduni* 51 c
Ciacconius *inſigni elogio ornat B. Petrum de Luxemb.* 505 c & ſeqq.
Clacquin (Nicolaus) canonicus Cameracenſis *B. Petro de Luxemburgo perfamiliaris* 488 d & aliis locis
Clara virgo Dominicana *pluſquam mirabilis* 632 a
Clariſſia Leonardi, Beghina Mechliniæ, *cultum non habet* 4 b
Clarius *an Ruthenis abbas fuerit* 43 d
Claromontanus Cardinalis Legatus Avenionen. *corpus B. Petri de Luxemb. è terra levari, transferri, & decenti loco venerationi exponi curat* 624 a & ſeqq.
Clemens III PP. *Diplomata ejus pro canonizatione S. Ottonis* 367 c & ſeqq.
Clemens VI PP. *mire effert PP. Prædicatores* 468 d
Clemens VII PP. *an.* 1527 *beatum declarat Petrum de Luxemb.* 491 f
Clemens VIII PP. *cur non canonizaverit B. Petrum de Luxemb.* 627 d
† Clothildis Regina *monaſterii Miciacenſis fundatrix* 91 f
Cointius *S. Gregorium Turonenſem male ſuggillat* 111 d
Colganus (Joannes) *Acta S. Rumoldi genuina produxit* 172 d
Comorrus *in Armorica tyrannus* 123 f &c.
Concilium Baſileenſe *varios deputatos eligit ad reſumendum negotium canonizationis B. Petri de Luxemburgo* 619 f & ſeqq.
Concordius Epiſc. Toletanus *eſt inter Tamayi Sanctos* 4 a
Conty (Carolus de) Ancon. Epiſc. Viceleg. Avenion. *ordinat feſtum B. Petri de Luxemburgo* 1606 492 f & ſeqq.
Convenarum Epiſcopus *abſolvit oratione panegyrica ſolennitatem elevationis reliquiarum S. Raymundi Toloſani an.* 1656 679 a
Coppæus (Joannes) canonic. Chimac. *zeloſus cultor S. Monegundis* 311 e & ſeqq.
† Corbinianus Epiſc. Friſingenſis. *De quo S. Valentino Epiſcopo meminerint ejus Acta* 65* f & ſeqq.
Corvaiſerius *Cenomanenſis hiſtoricus* 40 e &c.
Coudre (Raymundus de la) *proceſſum verbalem inſtituit de cultu aliiſque ad S. Floregium ſpectantibus* 43 e & ſeqq.
Cramerus prædicans Lutheran. *de S. Ottone male locutus, à Gretſero refellitur* 362 c
Crantzius *ſcribit de S. Ottone* 368 f
Creuſen (Andreas) Archiep. Mechlin. *aram magnificam S. Rumoldo ſumptibus ſuis erigi curat* 216 a
Cunradus Pomeraniæ Epiſc. *S. Ottonis canonizationem urgeri cupit* 451 cd
Cunradus abbas Michelfelden. *adjutor ad canonizationem S. Ottonis* 451 f
Cuquius (Henricus) Ruræmund. Epiſc. *Natales Molani colligi curavit* 188 e
Curtius Ludovicus (de Corte) *toparcha Ooſtkerken-*

kercanus suggerit notitias de S. Guthagono 668abc
Cuthbertus Cantuar. Archiep. *an S. Rumoldum ordinarit Episcopum* 256 d
Cygneus (Joannes) auctor annalium Episcop. Bambergensium, *in S. Ottone turpissime cespitat.* 354 d

D

† DAmianus (Petrus) *quid scribat de S. Laurentio Farfensi* 29* e
† Daniel Stylita *à S. Anatolio Patriarcha CP. defenditur* 665 de
David Rex Scotiæ *an fuerit pater S. Rumoldi* 184 a b
David (Georgius S. J.) *Synaxarium Ruthenorum communicat* 130 b
David Cirburus Carmelita *inter Sanctos necdum numerandus* 3 c
Daumius (Christianus) *transmisit opus Ebbonis de vita S. Ottonis, sua manu descriptum, anno* 1683 352 a
Dempsterus (Thomas) *fabularum consarcinator* 56 c
Dexter (Flavius) *impostor & Sanctorum in Hispaniam importunus translator* 58*f & seqq.
Diocletiani *famosum decretum contra Christianos* 13* e
Dionysius *auctor vitæ Latinæ S. Lidani* 342 a b
Dioscorus *S. Anatolium ad sedem Cpolitanam promoveri curat* 651 c f, *quare & quomodo damnatus in Conc. Chalcedon.* 657 b & seqq.
Dodo Reatinus Episc. *adest consecrationi ecclesiæ S. Baractalis* 70* e
Domezlaus *S. Ottonem Julinam ducit* 399 d
† Dominici *corpus levatum Bononiæ* 476f: *translationis præcipuus motor B. Bartholomæus Vicent.* 286 a b c: *ejus & sacri Ordinis Prædicatorum varia encomia* 468 a & seqq. *In eo viri aliquot illustres* 475 b & seqq.
Dominicus Episc. Fulginas *donat corpus S. Abundii Tiberio abbati Berectano* 40* b
Domitianus Imp. *male substituitur Diocletiano in famosis Actis Sanctorum* XII *in Umbria* 4*t
† Domitilla, *ut S. Proculi & S. Dominæ socia, martyr à Bivario primum baptizata* 59* c
† Domnina *seu* Donina *cum quo S. Proculo conjungatur* 50* d
Domyns (Joannes) *Acta S. Rumoldi è belgico latina fecit* 172 f & seqq.
Drusinus Episc. Setinus *dicitur transtulisse corpus S. Lidani* 342 e

E

EBbo monachus *scripsit vitam S. Ottonis* 352 a. *Ejus characteres expenduntur* ibid. c d &c.
Eberhardus Episc. Merseburg. *ad canonizationem S. Ottonis deputatus* 452 b
Ebo Remensis Archiep. *testatur, barbaros monumenta sacra delevisse* 170 f
Eccardus (Joannes Georgius) Regis Brittan. Hanoveræ Bibliothecarius *chronicon Montis Sereni officiosè subministrat* 355 d
Edgarus Rex *duram in latrones legem tulit* 324 c 328 c
Edmerus *descriptor antiquæ cryptæ Cantuariensis* 322 f
Egilwertus Decanus *S. Ottoni in extremis assistit* 448 e
Elisa comitis Adonis conjux sterilis *qualis fuerit* 260 b
Emma Angliæ regina *ad probandam pudicitiam vomeres candentes illæsa percurrit in templo S. Swithuni* 322 d
Enckenvoirt (Guilielmus) postea S. R. E. Card. *Mechlinienſi ecclesiæ de multis gratiis prospicit* 224 e
†Ephebus *cujus S. Proculi socius fuerit* 50*b & seq.
† Epiphanius. *Excusatur ejus contentio adversus S. Chrysostomum* 659 b
d'Estein (Joachimus) Episc. Sanflor. *processum institui jubet de S. Floregio* 43 f
† Ethelwodi *prædicationem juvant S. Swithuni miracula* 322 e
Euagrius *de S. Symeone Salo* 135 b
† Eucherius Lugdunensis, *an S. Domitianum foverit* 49 b c
Eugenius PP. *non recte dicitur S. Proculum corripuisse, quod post Missam cibum sumeret* 13*a b
Eugenius III PP. *quatuor archiepiscopatus in Hibernia erigit* 184 f
Eugenius II Episc. Toletanus *Tamayi auctoritate necdum Sanctus* 3 f
† Eusebius, *qui* IV *Octobris in Marlio Rom. ut* Diaconus *colitur, idem est cum Laodiceno Episcopo, qui hic* III *Julii ponitur* 642 f. *Ejus industria ad salvandos Alexandrinos* 643 d & seq.
† Eutitius *cum Eutychio abbate confusus, qualis à Spoletinis describatur* 20* c & seqq.
Eutyches hæresiarcha, *instar Arii subitanea morte punitus* 660 f
Ezelinus *multos præstantes viros, etiam ex Ord. PP. Prædicatorum, sua tyrannide oppressit & enecari curavit* 479 a & seqq. *An sub eo mortuus vel ab eo cæsus B. Joan. Vicentinus* 467 a b, *dignus tot ejus sceleribus exitus* 283 e
Ezzus *sive* Izzus Episc. Salisburg. *non scitur habere cultum* 3 b

F

FAber (Carolus S. J.) *multa misit de B. Petro de Luxemb.* 495 e f
Fabritius Perusinus, Episc. Tarracin. & Setinus *reliquias S. Lidani honorifice deponi curat an.* 1606 343 c d e
Facundus Hermianen. Episc. *S. Anatolii Cpolitani defensor* 657 e
Faroaldus Dux Spoletinus *quomodo cum S. Laurentio connectatur* 30* c. *Quale monasterium ædificaverint sive primus, sive secundus istius nominis* 31* c
† Felix Hispellensis *synodo Sinuessanæ interfuisse dicitur* 27*c
Felix, S. Mauri filiolus, *S. Carpophoro adjunctus* 39* f
Ferdinandus Leod. Episc. *approbat reliquias S. Monegundis* 312 b
Ferté (Eymericus Marcus de la) Episcopus Cenomanensis *reliquias S. Hilarii Aviciacensis recognoscit an.* 1640 39 f
† Flaviani CP. Episcopi *zelus adversus Eutychetem* 660 b & seqq. *Diptychis inscribitur à S. Anatolio* 651 c f
Flodoardus *scriptor gestorum S. Theoderici* 60 e
† Floregius *an Avernorum Episcopus* 42 c d: *ejus aliqua elevatio facta anno* 1669, *visitatio* 1715 *aliaque* 44 a b. *Unde ejus nomen derivari potuerit* 45 b
† Florentius *socius S. Eutychii abbatis Nursiæ* 57* c
Fortunati *de S. Gallo epitaphium* 109 ad

Fran-

Franciſcus de Luxemburgo, Dux Piney *B. Petri de Luxemb. reliquias obtinet an.* 1589. 627 c
Fratres longi *in hiſtoria Origeniſmi celebres* 37 f
Fridericus II Imp. *Eccleſiæ hoſtis atrociſſimus* 473 c
Fridericus III *novo ſcuto Mechlinienſes ornat* 250 c
Fridericus Epiſc. Colon. *S. Ottoni non favens & quare* 364 a
Fridericus *S. Ottonem fratrem tenuiter adjuvat* 379 e
Froiſſartus (Joannes) *hiſtoriæ ſuæ inſeruit inſigne elogium B. Petri de Luxemburgo* 504 d, e f

G

GAius PP. *quem S. Brictium ordinavit Epiſcopum* 22* d e
Galeatius (Joannes) *curat ædificari ſacellum B. Petro de Luxemb.* 1421. 619 e. *Statuam argenteam offert* 623 e
Galeſinius *varias Martyrum turmas confundit* 636 e. *Alibi male determinat* 637 f
Galfridus Monemuthenſis *ſcriptor Anglicus* 18 e
Galliczon (Gatianus de) Epiſc. Agathopol. *recognoſcit reliquias S. Monegundis* 1697. 309 f
† Gallus Claromont. Epiſc., *quando & ubi ſepultus* 104 a & ſeqq.
Gaudentium *ordo ſeu confraternitas à B. Barthol. Vicent. inchoatus* 285 b c d
Gelaſius PP. *An ſub eo S. Valentinus II Interamn. Epiſcopus* 66* d e
Gelenii fratres *ſuggerunt ea, quæ de B. Hechardo ſuperſunt* 272 a
Georgius Card. de Armaignaco *concedit Cardinali Borbonio birretum nocturnum B. Petri de Luxemb. an.* 1579 624 f & ſeqq.
Georgius *pater S. Galli, è ſtirpe illuſtri Martyris Lugdunenſis* 105 c
Gerardus Cameracen. Epiſc. *Dononium reſtaurat* 267 c
Gerardus Tornacen. Epiſc. *S. Guthagoni corpus Ooſtkercæ in Flandria elevat. an.* 1159. 668 e
† Germanus Pariſ. Epiſc. *an conſecraverit baſilicam S. Eparchii* 109 e: *an miſſus à Rege Chariberto* ibid.
Geuſii *Mechliniæ evertunt antiquum S. Rumoldi ſacellum* 219 e
Ghillo, S. Guthagoni ſocius, *non ſcitur cultum habuiſſe* 630 d, 669 b c
Gildas *ſcriptor Anglicus vetuſtiſſimus* 18 c
Gildulfus, *an ſocius S. Guthagoni & Sanctus* 669 c
Giraldus Cambrenſis *Anglicus hiſtoricus* 18 d
Giſo Rex Hungariæ *ſororem Sophiam è monaſterio Admontenſi fruſtra conatur avellere* 421 f
Godefridus & Sigefr. *Mechliniam incendunt* 248 c
Gonderada abbatiſſa S. Euphemiæ Spoleti *quem S. Joannem Epiſcopum Spoleti transferri curaverit* 26* b
Gothis in Italia dominantibus, *an & qui in Umbriam ex Syria advenerint* 2* f. *Regiminis Gothici principium* 32* e
Gotzelinus *auctor vitæ S. Swithuni* 323 c d
Gramayus (Joan. Bapt.) *res Mechlinienſes ſubſultorie tranſiliit* 170 c &c.
Granvellanus S. R. E. Card. Primus Archiep. Mechlinien. *inſignia ſua cum Scoticis miſcuit, quod ſucceſſores aliqui imitati ſunt* 190 c
† Gregorius Mag. PP. *homiliam habet de SS. Proceſſo & Martiniano* 301 e. *Recte ſcripſit de Sanctis aliquibus Umbriæ, ſed dicta ejus perperam ad alios tranſlata ſunt* 28* d e
Gregorius III PP. *reſtaurat eccleſiam SS. Proceſſi & Martiniani* 301 e 305 c
† Gregorius VII PP. *de quibus canonicis regularibus ad S. Saturnini Toloſæ agat* 675 c & ſeqq.
Gregorius IX PP. *ſcribit ad B. Joan. Vicentinum* 466 b & alibi. *Laudat Ordinem Patrum Prædicatorum* 468 c. *B. Joannem Vicentinum mittit ad pacificandas diſcordias Patavii* 473 c
† Gregorius Turon. *laudator S. Eparchii Enculiſmenſis* 111 a. *Scribit vitam S. Monegundis, viduæ recluſæ* 313 d & ſeqq.
Gregorius Epiſc. Martyr; *an Mucloviſpoli in Armorica* 293 e
Gregorius *Tarracinenſis Epiſcopus auctor paſſionis SS. Caſti & Caſſii* 20 f
Gregorius Romanus *qualia chronica Farfenſia aliorum Gregoriorum conſuluerit* 29* d e
Gregorius Catinenſis *à Jacobillo citatus ſcripſit de rebus Farfenſibus* 29* d
Gretſerus (Jacobus S. J.) *editor vitæ S. Ottonis per Andream* 349 c & in ſeqq.
Grimoardus Epiſc. Engoliſm. *infenſus monachis S. Eparchii* 110 a
Guaipherus Caſſin. monachus, *quid ſcripſerit ad Epiſcopum Trojanum* 20 e
Gualaferus *ſeu* Wallaferus *an Epiſcopus Dublinenſis* 185 a 254 e
Guichenon (Samuel) *de S. Domitiano bene meritus* 47 a & ſeqq.
Guidarellus (Joannes Angelus) Canonic. Peruſin. *teſtatur plura menda reperta in officio S. Herculani* 1* e
Guido de Luxemburgo *B. Petri pater, in prælio Beſwileriano an.* 1371 *occiſus* 486 c e f. *Multa de ejus vita & virtutibus à pag.* 527: *obſes pro Joanne Rege Franciæ in Anglia* 528 a & ſeqq.
Guilielmus Card. S. Angeli *commiſſarius in cauſa Canonizationis B. Petri de Luxemb.* 526 f
Guilielmus Vivarienſis Epiſc. *procurator proceſſuum ad canonizationem B. Petri de Luxemburgo* 526 e
Guillotus Dominus de Stagno; *ejus fundatio pro S. Floregio* 44 d
Guiſe (Jacobus) *quos Hannoniæ Annales compoſuerit* 267 a b
Gumboldus abbas *regimine cœnobii S. Michaëlis Bamberg. ſe abdicat.* 458 a
Gurnezius (Joan. Anton.) *de hiſtoria Mechlinienſi bene meritus* 170 c & ſæpe alibi

H

HAlicarnaſſæus *ubi Thoram ſeu Teoram collocet* 7* b
Hauchinus (Joannes) Archiep. Mechl. *diſperſas per hæreticos S. Rumoldi reliquias colligi curat & approbat* 212 c & ſeqq.
† Heliodorus *ad S. Hieronymum profectus non eſt poſt ſuſceptum epiſcopatum* 649 b; *nec obtinuit S. Jacobi brachium ab Epiſcopis Gallicanis* 650 d
Helmoldus *in chronica Slavorum laudat S. Ottonem* 368 e
† Helmſtanus *deceſſor S. Swithuni moritur an.* 837 325 d & ſeqq.
† Henricus Imp. *curat Miſſæ inſeri Symbolum Conſtantinopolitanum* 17* a. *Bambergam egregiè inſtauravit* 354 d
Henricus IV Imp. *S. Ottonem commendat, non à ſanguine Andechſio, ſed à virtute* 358 a b c *Moguntiæ exauctoratur* 362 b
Henricus V Imp. *Ratiſponæ in Comitiis excipit S. Ottonem* 362 f. *Eidem contrarius eſt in Comi-*

tiis Bambergenſibus 364 d e
Henricus Rex *intereſt canonizationi S. Ottonis an.* 1189 452 f
Henricus III Rex Angliæ *cum S. Ludovico agit Pariſiis* 282 b c e
Herbordus *dicitur carmine ſcripſiſſe vitam S. Ottonis* 350 c
† Herculanus Epiſc. Perufinus *Martyr ſub Totila* 549. 37* f. *De eo variationes in Martyrologio Romano* 34* f. *Unus tantummodo admittendus* 35* a & ſeqq. *Tranſlatio ſejungenda à natali* ibid. f. *Lectiones officii ſecurius removendæ quam caſtigandæ* 1* e
Herculanus (Vincentius) Epiſc. Perufin. *proclivis in opinionem de duobus SS. Herculanis* 35* b
Herrera (Thomas de) *oſtendit, S. Adeodatum Galleanenſem, non eſſe S. Auguſtini filium* 309 d
Herovitus *idolum apud Pomeranos* 409 f & aliis locis
† Hieronymus *peregrinationis in Palæſtinam ſocium habuit S. Heliodorum. Ad hunc litteras dedit; non eas tamen, quæ de Martyrologio agunt. Libros ipſi & Chromatio inſcripſit* 646 b & ſeqq.
† Hilarii Aviciacenſis *reliquiæ ab Hugonottis intactæ, quod in capſa lignea ſervarentur* 39 e
† Hilarius Pictav. Epiſc. *an S. Hilarii Aviciacenſis patrinus* 40 c d
† Hilarius Arelat. *S. Domitianum presbyterum ordinaſſe dicitur* 50 b
† Hiltutus *non fuit inſtitutor S. Leonorii* 119 d
Hofmannus *non recte definit ætatem S. Ottonis* 359 d
Honorius II PP. *non primam S. Ottonis miſſionem Pomeranicam, ſed ſecundam comprobavit* 365 a b
Honorius III PP. *Ordinem PP. Prædicatorum confirmans* 468 f
Hormiſdas PP. *An & qui ejus tempore ex Syria in Umbriam venerint* 2* f. *An ſub eo Interamnenſis Epiſcopus fuerit S. Valentinus II* 66* d e
Hucbaldi *monachi Elnonenſis hymni de S. Theoderico* 82 a b c
Hugo, Lotharii ex Waldrada filius, *tyrannus in Lotharingia* 245 d
Hugonottorum *rabies in S. Eparchii reliquias* 110 a
Hungari *vaſtant monaſterium S. Theoderici in monte Or* 59 f
Hovius (Matthias) poſtea Archiep. Mechl. *colligit reliquias S. Rumoldi* 212 d. *Ad novam thecam large concurrit* 213 f

I

Jacobus Dunenſis in Flandria monachus *caret cultu* 3 d
Jacobus S. R. E. Card. *in Galliam Ciſalpinam legatus* 473 d
Jacobillus (Ludovicus) *Umbriæ tenebras in hiſtoria ſacra non diſpulit* 1* c. *Sanctos ſuos dividit, conjungit, duplicat* 4* c & ſeqq.
Jalras (Joan. Bapt.) Ord. S. Franc. *ſcripſit vitam S. Raymundi Toloſ.* 671 e
Jamblichus *S. Anatolii Laodiceni auditor* 643 b
Jaſchius (Valerius) *editor vitæ S. Ottonis ſub nomine Andreæ* 349 d & in ſeqq.
† Idesbaldus abb. Dunenſis *intereſt elevationi corporis S. Guthagoni* 1159 670 e
Imbrico Herbipolenſis Epiſc. *funebri oratione S. Ottonis virtutes proſequitur* 423 f & ſeqq.
Inguerramus Comes Sueſſionis *teſtis in proceſſu ad canonizationem B. Petri de Luxemb.* 526 a
Innocentius II PP. *proſpicit fundationibus à S. Ottone factis* 387 b c
Innocentius IV. PP. *legatum in Galliam mittit B. Barthol. Vicentin.* 280 e. *Bullam contra Fridericum Imp. per PP. Prædicatores diſpergi curat* 480 a & ſeqq.
Innocentius XI PP. *feſtivitatem B. M. V. conſolatricis in ditione Luxemburgenſi indulgentiis ornat* 299 e
† Innocentius Cenomanenſis *S. Carilefo ſuppetias fert* 86 f. *Ejus & aliorum Epiſcoporum cum monachis controverſiæ* 87 a & ſeqq.
Joanna de Luxemburgo, *B. Petri avuncula, eum educat* 487 e f
Joanna de Luxemburgo *ſoror B. Petri & ejus virtutum amula* 488 & ſæpe alibi
Joannes XIII PP. *erigit epiſcopatum Calvenſem* 28 c d
Joannes S. R. E. Card. S. Sixti *à Martino PP. V deputatur ad negotium canonizationis B. Petri de Luxemb.* 614 c
Joannes abbas Bononiæ *duorum SS. Proculorum corpora in ſua eccleſia dicitur reperiſſe* 54* c
Joannes abbas Ciſtercienſis *in concilio Baſileenſi perorat pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo* 621 a b
Joannes à Burgundia Epiſc. Camerac. *jubet viſitari lipſanothecam S. Rumoldi per ſuffraganeum & abbates* 205 d & ſeqq.
Joannes Archiep. Upzalenſis Ord. Ciſtercien. *an Martyr & Sanctus dici debeat* 294 a b
† Joan. Chryſoſtomus. *Excuſanda ejus & S. Epiphanii contentio* 659 b
Joannes *cognatus S. Laurentii Ep. Spolet. monachus apud Spoletum* 29* c
Joannes Brabantiæ Dux *Mechliniam obſidet, quæ ope ſancti Rumoldi liberatur* 235 c & ſeqq.
Joannes Comes de Fuxo *offert calicem aureum & dona alia B. Petro de Luxemb.* 623 e
Joannes Dux Bituricenſis *Benedictum XIII accedit pro pace Eccleſiæ* 613 a
Joannes Dux Burgundiæ *apud Martinum V agit pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo* 616 a
Joannes de Luxemburgo *B. Petri frater ſecundo genitus* 488 b. *Apud Beatum fratrem vult ſepeliri & ſacellum exſtrui* 613 b
Joannes Emeſenæ Eccl. Diaconus, *primus ſcriptor geſtorum S. Symeonis Sali* 133 c
† Joannes Epiſcopus *quid Spoleti facere potuerit.* 18* a b. *Ejus geſta examinantur, & quotuplex fuerit* 25* a & ſeqq.
Joannes Epiſc. Leod. *ſolenne reddit feſtum S. Monegundis Chimaci ab an.* 1452. 312 c & ſeqq.
Joannes Epiſc. Setinus *ſcriptor miraculorum S. Lidani* 342 a b
Joannes monachus Caſinenſis, *cujus S. Joannis Epiſcopi Spoletini geſta, collegerit* 26* b
† Joannes *non* Pinnenſis *aut* Pinacenſis *&c. ſed* Paranenſis *dicendus* 27* e f
B. Joan. Vicentini *tempus mortis incertiſſimum* 467 a b. *Mirabilis prædicationum ejus fructus* 472 & in ſeqq.
Jordanus Epiſc. Patavin. *PP. Prædicatoribus benevolus* 470 d
B. Jordanus Forzateus *Patavii celebris* 470 f & alibi
B. Jordanus Ord. Prædicatorum *Patavii laborans* 470 b c
Irenes Auguſtæ *tempore natus S. Petrus Patricius*

cius 290 a
† Isaac abbas Spoleti, *quo tempore in Italiam venerit* 68*b & seqq.
Isaac monachus *dicitur cognatus S. Laurentii Ep. Spolet.* 29* c
Jubilæi annus *canonizationi S. Ottonis applicatus* 453 a & seqq.
Juditha *fuit prima uxor Wladislai Poloni* 359 f
Judualus *vitrici manus fugiens, à S. Leonorio salvatur* 124 a b
Julianus *quis fuerit, sub quo S. Anastasius cum sociis venit in Umbriam* 11* e. *Apostatam esse non potuisse ostenditur* 16* f
Julius Cæsar *an Julinam Pomeraniæ condiderit* 439 a
Justinianus Imp. *An ejus tempore in Umbriam venerit S. Laurentius* 29* a
Justinus Imp. *Quam ineptè ei tribuatur persecutio in Christianos* 63*b c
Juvanus S. Ottonis socius *missus ad Archiepiscopum Danorum, pro conversione Ruthenorum seu Rugiorum* 448 b
Juvenalis Episc. Hierosolym. *quare ab opere nostro excluſus* 292 d e

L

LAdizlaus Dux Bohemiæ *S. Ottonem, in Pomeraniam tendentem, honorifice excipit* 434 d, *& rursus in reditu* 438 c
† Lambertus *Mechliniæ olim cultus* 219 b
Lantfridus *collector miraculorum S. Swithuni* 324 e f 328 f
Latini *donatio facta S. Domitiano* 53 b c
Laudunenses *conantur furari corpus S. Theoderici* 77 f
Laurentianus (Matthias) Brugensis Pœnitentiarius *Molano submittit lectiones de S. Guthagono* 670 b & seqq.
† Laurentius *modo Sabinen., modo Spoletin. Episcopus, abbas etiam Farfensis; quam varia de ipso narrentur* à pag. 28*
† Leo Papa *S. Anatolii CP. cogniti fidem probavit* 653 b & seqq.
Leo III PP. *an Mechliniæ fuerit, & S. Rumoldum canonizaverit* 180 c
Leo X PP. *multis favoribus Mechlinienses cumulat* 224 f & seqq.
Leontius *quid sentiat de Dioscori damnatione* 657 d *Idem verosimiliter auctor vitæ S. Symeonis Sali* 130 d 141 e & seqq.
Lescot (Jacobus) Episc. Carnotensis *an.* 1643 *visitat reliquias S. Carileſi* 102 e
Liberia Imperatrix *nec Neronis uxor fuit nec sancta* 3 a
† Liberti *ætas nimium producta* 183 a
Lievræus (Joannes) *multa de Viennensibus Episcopis turbatissime tradidit* 15 e, f
Lipsius (Justus) *de Belgicæ historiæ tenebris sæpe conqueſtus* 170 c &c.
Lippeloi *opus de S. Rumoldo præfert falsum titulum* 180 a
Lippoldus presbyter *visionem habet de obitu S. Ottonis* 461 a
Livius *quomodo viam Latinam describat* 6* f
Lobinæi *de Actis Sanctorum Britanniæ Armoricæ judicium* 120 a b. *Item de collectione Alberti le Grand* 126 b
Lombariensis Episcopus *an.* 1656 *orationem habet de S. Raymundo, in solenni sacrarum reliquiarum elevatione & translatione* 678 f
† Longinus *apud Tamayum 2 Julii, quis dici possit* 293 a
Longobardi *post devictos Gothos in Italiam irruunt* 58* a
Lotharius Rex *præbet manum elevationi corporis S. Theoderici* 83 f
Lotharius Rex *S. Ottoni veniam concedit iterum euangelizandi Pomeranis* 440 e. *Ejus excursio in Lutitiam* 441 a. *Revocat S. Ottonem* 448 b
Lucius III PP. *benigne suscipit legatos pro canonizatione S. Ottonis* 451 e
Lucius Alexandrinus *monachorum persecutor* 36 a
† Ludovicus Rex Gall. *in Syria agens invisitur à B. Bartholomæo Vicent., cui postmodum sacram Spinam concessit* 281 e f, 283 e, 284 f
Ludovicus II Rex Siciliæ *crucem auream & alia dona offert B. Petro de Luxemburgo* 623 e
Ludovicus Dux Aurelianensis *conatur ad pacem inducere Benedict. XIII* 613 a
Ludovicus Dux Borbonius *testis in processu ad canonizationem B. Petri de Luxemb.* 526 a
Luxemburgensium *familia illustrissima* 486 b, *deficit anno* 1606, 516 f. *Imperatoribus & regibus potens, Franciæ Regibus propinqua.* ibid.
Luytens (Thomas) monach. Lætien., postea abbas, *multa procuravit de S. Monegunde Chimaci* 311 b

M

† MAchabæi *primi sunt qui fastis Christianis inscripti reperiantur; à SS. Patribus mire exornati* 9 b
† Macra *qua auctoritate dicatur soror S. Guthagoni* 668 f
Malet (Nicolaus) monachus Cælestin. *historiam composuit de iis, quæ gesta sunt post mortem B. Petri de Luxemburgo, ad nos missam an.* 1677 : *datur ipsa* à pag. 607
Mamertinus carcer *fonte & annua SS. Processi & Martiniani festivitate illustris* 302 d e
Marca (Petri de) *celebris ad Henr. Valesium epistola, de primis Galliæ apostolis* 16 e
Marcardus *latro S. Theoderici pater* 65 a, *conversus* 67 d
Marcianus Imp. *fidei Catholicæ assertor* 660 f
Margarita de Luxemburgo *soror B. Petri* 488 b
Margareta Burgundiæ Dux *interest ostensioni reliquiarum S. Rumoldi* 206 f
Maria Siciliæ regina *sacellum lapideum exstrui curat B. Petro de Luxemb. anno* 1473 623 c d
Maria de Luxemburgo *soror B. Petri* 488 b
† Mariæ Magdalenæ *cultus Mechl.* 218 f & seqq.
Marius Philonardus Episc. Avenion. *B. Petri de Luxemburgo reliquias concedit Ducibus de Ventadour an* 1632 627 b c
Marlotus (Guilielmus) *auctor hist. Metropolis Remensis an.* 1480 59 a
Marsilius abb. Aldenburgen. *interest elevationi corporis S. Guthagoni* 1159 670 e
Marsilius (Felix Antonius) Episc. Perusin. *cupit reformari officium S. Herculani, mendis refertum* 1* c
Martianus S. Brictii persecutor *male à Campello ex Tacito accersitus* 4* f & seqq. 22* f
† Martini de Ulmis *notæ sunt translationes, at de vita & cultu monumenta desiderantur* 4 f
† Martinus Viennensis Episcopus *an Christum viderit in Cruce pendentem* 16 f
† Martinus *sæpius apparet S. Adegrino* 339 f
Martinus V PP. *variis modis à Rege Franciæ,*

Capitulo Parisiensi & Universitate interpellatur ad canonizandum B. Petrum de Luxemburgo 613 a & seqq. *Idem Pontifex in bulla aurea extollit PP. Prædicatores* 468 e
Mathildis de Chatillon *B. Petri de Luxemb. mater* 486 c. *Plura de ejus virtutibus narrantur* à pag. 527
Mauricus Rex Clamorganiæ *multa privilegia concedit S. Oudoceo* 319 a: *ab eo postmodum in synodo excommunicatus* ibid. d
Maurisius (Gerardus) *in historia sua non satis æquus BB. Jordano Forzateo & Joanni Vicentino* 485 b e
† Maurus *S. Carpophoro adjunctus* 39* f
Mazerius (Philippus) Cypri Cancellarius *B. Petro de Luxemburgo familiaris* 518 d
Maynardus (Josephus) ad S. Saturnini Tolosæ canonicus *de S. Raymundo Tolosano bene meritus* 677 f & seqq.
† Mechtildis abbatissa *non fuit soror S. Ottonis Bambergensis* 356 f
Medon regius Tolos. Consiliarius *scribit ex voto vitam S. Raymundi latinè* 671 f
Melania *trecentis argenti libris S. Pambonem donat* 34 e. *Origenistis nimium favens* 37 f
Mensis septimus *ex Origene explicatus* 459 e & seqq.
Meurissius Suffr. Metensis *multa scripsit de B. Petro de Luxemburgo in histor. Metensi* 488 c & alibi
Meyerus (Jacobus) *quo loco agat de S. Guthagono* 669 e
† Michaëlis *templum à S. Ottone dedicatum an.* 1121 460 e & seqq.
Miræi *satis castigatum de S. Rumoldo elogium* 189 d
Mizlaus princeps *S. Ottonis observantissimus* 411 a & seqq. *Iterum in Ebbone* 443 a & seqq.
Moderannus *an & quis Sanctus* 45* e 47* a
Molani (Joannis) *de S. Rumoldo elogium* 189 a
† Monegundis *officium Chimacense* 316 d & seqq.
Montchal Archiep. Tolos. *grassante epidemia, probat recursum ad S. Raymundum* 678 d
Monualdus Episc. Spolet. *consecrat eccles. S. Baractalis* 70* e
Musanus presbyter *à Ghinio inter Sanctos relatus* 111 *Julii, non scitur cultum habuisse, quamvis laudetur à S. Hieronymo & Eusebio* 630 e
Muscheta (Valerius) *B. Joannis Vicentini gesta aliqua compilavit* 465 c & seqq.
† Mustiola *an virgo fuerit* 639 b. *Eadem quæ* Mustia ibid. d

N

NArses *Gothorum in Italia victor* 58* a
Nedaverus *primus è Julinensibus ad fidem conversus* 400 f & seqq.
Neronis *tempore casi SS. Processus & Martiniani* 303 e
Nicolaus I PP. *S. Anatolium Cpolitanum excusans* 657 e
Nicolaus V PP. *Mechlinia jubilæum concedit* 221 b c &c.
Nicolaus Ep. Sareptanus, Joannis Episc. Tornacensis Suffraganeus, *transfert corpus S. Guthagoni an.* 1444 660 c
Nicon abbas *S. Simeonem suscipit* 139 f
Ninia *seu* Ninianus Episc. *Pictorum & Scotorum apostolus* 55 c
† Norbertus *Magdeburgi recepit S. Ottonem* 440 e
Normannorum *metu translata Blesas S. Carilefi reliquiæ* 102 e
Notgerus Leod. Episc. *Mechliniæ restaurator* 187 a d

O

† ODo *socius S. Adegrini in secessu Balmensi* 338 c
Oldegando *Perusiæ præfectus Spoletum Gothis eripit* 36* c
Orangius princeps *pretiosam lipsanothecam S. Rumoldi, 66000 fl. æstimatam, Mechlinienſibus eripit* 221 f
Origenes *in quibus lapsus* 157 d & 159 e f
Otto *pater S. Ottonis Bambergen. non* Berchtoldus 357 c
† Otto Bamberg. Episcopus *egregius cœnobiorum reformator* 458 b c d. *Declaratur ejus canonizatio Herbipoli an.* 1189 452 e
Otto Episc. Bamberg. XII *canonizationem S. Ottonis meditatur* 451 a: *transfert corpus S. Ottonis* 1189 368 a
Otto Episc. Eystetten. *deputatur ad canonizationem S. Ottonis* 452 b
Otto S. R. E. Card. *legatus in Galliam Cisalpinam* 473 d
Otto Dux Bohemiæ *interest canonizationi S. Ottonis an.* 1189 452 f
† Oswaldi Regis *honor à S. Ottone procuratus* 456 c

P

PAcheco (Franciscus) *quantæ auctoritatis catalogum Archiep. Hispalen. concinnaverit* 41* f
Pagius (Antonius) *in rebus Ottonianis turpiter lapsus* 360 b: *favet S. Anatolio CP.* 653 b & seq.
Paleottus (Gabriël) Archiep. Bononien. *emendat tabulas offic. eccl. circa S. Proculum* 54* a
† Palladius *insulis Orcadiensibus prospicit* 55 f
† Pambo *quas gratias Melaniæ egerit ob libras argenti oblatas* 300 46 d e
Pandulfus *princeps Capuæ, instituit episcopatum Calvensem* 28 c
Paschalis I PP. *transfert corpora SS. Processi & Martiniani* 301 f. *Eisdem insigne oratorium exstruit in basilica S. Petri* 302 a & seqq.
Paschalis II PP. *S. Ottonem Episcopum consecrat* 1106, 361 f. *Eumdem usu pallii donat* 429 e f. *Scribit etiam ad Moguntinum Præsulem, & ad Bambergenses* 430 a & seqq.
Passiones *variorum Sanctorum in Umbria confusæ & conflictæ* 3* f
† Patricius Hiberniæ apostolus *an nullum discipulum habuerit, qui Sanctus dici non debeat* 667 a b
† Paulinus *quem S. Proculum Bononiæ agnoverit* 54* b
Paulitius *S Ottonis in Pomeran. ductor* 393 & seq.
† Paulus Apostolus *Spoleti Euangelium prædicasse dicitur* 4* d. *An primus Viennensium Episcopus* 15 d
Paulus II PP. *Mechlinienſibus jubilæum confirmat* 221 e
Paulus III & Paulus V PP. *curant transferri corpora SS. Processi & Martiniani* 302 c
Paulus IV PP. *Mechliniam in Metropolim erigit* 219 e
Paulus V PP. *confirmat & ornat sodalitium S. Rumoldi* 227 e
Paulus Episcopus Altinensis *cum corpore S. Heliodori & aliis Longobardos fugit* 650 e & seqq.

Pelagius II PP. *Chryſanthi & Dariæ corpora miſit ad Gregor. Turonenſem. An ea Lugduni fuerint* 51 c
† Petri puellaris *colleg. Canonicorum Turonibus, olim cœnobium S. Monegundis* 309 e
† Petri Martyris *feſtum ſolenne Patavii inſtitutum* 476 e
† Petrus Apoſtolus *quos prædicatores in Umbriam deſtinaverit* 2* b. *An S. Brictium creaverit totius Umbriæ metropolitam.* ibid. c. *An S. Brictium conſecrarit Epiſcopum, duobus & amplius poſt obitum ſeculis* 15* c
Petrus Archiep. Ravennas *transfert reliquias S. Dathi* 635 e
† Petrus de Luxemburgo *obſes Caleſii pro fratre ſuo* 532 e. *Ejus teſtamentum* 607 c & ſeqq. *Innumera miracula mox ſecuta* 609 b c d. *Negotium canonizationis intermiſſum & denuo reſumptum* 619 c & ſeqq. *An ſcripſerit Diætam ſalutis* 507 b & ſeqq.
Petrus S. R. E. Card. S. Chryſogoni, *vulgo* Cameracenſis, *à Martino V deputatus ad negotium canonizationis B. Petri de Luxemb.* 614 c. *Ejus commiſſio ad rei executionem.* 614 a
Petrus Card. Venetiarum *cauſam canonizationis B. Petri de Luxemb. ſuſcipit* 616 b
Petrus Card. de Fuxo *inſtat apud concilium Baſileenſe pro canonizatione B. Petri de Luxemburgo* 621 c d
Petrus S. R. E. Card. Epiſc. Sabinen. *commiſſarius in cauſa canonizationis B. Petri de Luxemb.* 526 f. *Poſtea à Martino PP. V deputatur ad dictum negotium canonizationis ejuſdem B. Petri de Luxemb.* 614 c
Petrus de Luna *recuſat pacem reddere Eccleſiæ* 613 a
Petrus de Natalibus *collector multorum Sanctorum ex V. T, qui antiquis Martyrologiis Latinis ignoti fuerunt: eorum variæ claſſes* 12 c f
Petrus *ſub Boleſlao militans, Ruthenos aſtu debellat* 392 a & ſeqq.
Petrus Diaconus *auctor Biblioth. monaſterii Caſſinenſis* 20 e
Petrus à Mechlinia Ord. Minorum, *utut ſignis illuſtris, caret cultu* 4 c
Petrus Megiſtus *in Dextrino chronico fictus eſt* 292 d
Philippus Bonus Burgundiæ Dux *Belgis ſuis Jubilæum impetrat, Mechliniæ lucrandum.* 223 f *Fruſtra conatur Benedictum XIII inducere ad pacificandam Eccleſiam* 613 a
Philippus Colon. Archiep. *eccleſiam cœnobii Scheidani conſecrat* 272 e
Piccolomineus (Joan. Baptiſta) Epiſc. Cluſinus, *quæ monumenta Ughello ſuggeſſerit de S. Muſtiola* 639 f & ſeqq.
Pipini *neptis dicitur S. Regina, ſed naſciatur cujus Pipini* 267 d
Pipinus Rex Aquitaniæ *fovet monaſterium S. Eparchii* 109 c
† Pius I PP. *male cum Nerva Imperatore cõnjunctus* 15 c
Pius II PP. *gratias Mechlinienſibus conceſſas ulterius protrahit* 221 e
Plinius *ubi Peleſtinos collocet, & Interamnates Nartes* 6* b, c, d
Ponti Heuteri *querelæ de antiquis ſcriptoribus Belgicis* 170 e
Pontius PP. *fictum nomen in geſtis S. Floregii* 43 a b
Poſſinus (Petrus S. J.) *tranſmiſit aliqua de S. Floregio* 42 d. *Item lectiones novem de S. Raymundo Toloſ.* 671 d
Præpoſitus, ad S. Genovefæ canonic., *multa ſuggerit de S. Raymundo* 672 a & ſeqq.
Procopius *quo anno Peruſiam à Gothis expugnatam narret* 36* b c
†† Proculi Interamnenſes *quot fuerint* 47* b & ſeq.
† Proculus. *Huic non recte tributa ſunt, quæ S. Equitio accidiſſe dicuntur* 9* f, 13* c
Proteſtantes Angli *S. Swithuni cultum ſervant* 321 c
Pſeudodexter *multa fingens de S. Brictio* 43* a & ſeqq.
Ptolomæus *ubi collocet Interamnam Pratutiorum, ubi Sabinos, Æquiculos & Marſos* 6* c d

R

† Radegundis Regina *apud Pictavenſes celeberrima* 91 a b
Rambeck (Ægidius) *monach. Schyrenſis, O. S. Benedicti, recte oſtendit, S. Ottonem nec Bavarum fuiſſe nec Andechſium* 356 f
† Raymundus Barbaſtren. Ep. *alteri S. Raymundo Toloſ. ferme æqualis, & ejuſdem eccleſiæ S. Saturnini canonicus* 671 b
Raymundus Card. Gurcenſis, *cum Remenſi & Cenoman. Epiſcopis, indulgentias concedit eccleſiæ S. Monegundis Chinaci an.* 1493 313 a b c
Raynaldus (Odoricus) *excuſat B. Petrum de Luxemburgo, quod adhæſerit Clementi VII antipapæ* 508 c e
† Remigius *virginitatem ſuadet diſcipulo ſuo S. Theoderico* 65 d. *Cœnobium curat conſtrui* 66 a & ſeqq. *Sacerdotem ordinat* 67 c. *Latibula meretricum vertit in cœnobium virginum* ibid. f
Richa ſanctimonialis in Bohemia *à S. Ottone velata* 393 c. *An ſancta* 293 f
Riva (Raphaël) Ord. Prædicat. *edidit elogium metricum B. Joan. Vicentini* 466 c
Rho (Joannes S. J.) *ſcriptor vitæ S. Lidani Italicè* 341 c
Rhombones piſces *prodigioſè capti Stetini* 446 a
Robertus Epiſc. Cameracenſ. (poſtea Clemens VII antipapa) *reliquias S. Rumoldi per plures abbates deponi curat in pretioſam lipſanothecam* 205 a b 208 d
Robertus Flandriæ Comes *ad S. Theoderici exceptus, donat prædium* 78 d e f
Rodoan (Carolus Philippus de) Epiſc. Brugen. *incenſis S. Guthagoni reliquiis, dentem ſubſtituit, Brugis in S. Salvatoris repertum an.* 1613 670 a
Rogerius Epiſc. Toloſ. *ſtudet reſtaurationi templi S. Saturnini* 672 e
Rogerius Epiſc. Peruſin. *tranſtulit corpus S. Herculani* 35* e, 37* a
Romanus *Archiep. Remenſis curat funus S. Theoderici* 72 d
Roſweydus *S. Symeonis Sali cultum vero diei reſtituit* 130 c
Rudburnus (Thomas) *in multis circa S. Swithunum hallucinatus* 326 a & ſeqq.
Rudolfus œconomus *S. Ottonis dona in Pomeraniam ferre juſſus* 420 d e. *Item ad Belam Regem Hungariæ* ibid. f
Rupertus Epiſc. Bambergen. *S. Ottonis deceſſor moritur* 1102 361 d
Ruthardus Epiſc. Moguntin. *ab Henrico IV eccleſia ſua pulſus* 428 f

S

SAbinus Episcopus Albiensis *an Benedictinus, an sanctus* 3 b
Salvator Alethen. Episc. *transfert reliquias S. Leonorii in Franciam* 119 e
Santandræanus Carcasson. Episc. *instaurat collegium S. Raymundi Tolos.* 674 f
† Saturninus Tolosæ apostolus; *ejus ibi ecclesia collegiata antiqua* 671 a & seqq. *à S. Raymundo restaurata* 672 e & seqq.
Schugentes (Otto) ad S. Michaëlis Bambergæ monachus, *Actis S. Ottonis illustrandis egregiam operam contulit* 354 f & sæpe in seqq.
Scledorum familia (*vulgo* Schio.) *An ex ea B. Joan. Vicentinus* 466 e
Scotus *quid apud Belgas sæpe significet* 669 c d
Sefridus monachus *quid de S. Ottone scripserit* 351 c & seqq.
Severus Antiochenus, Acephalus, *an causa fuerit, cur aliqui ex Syria in Umbriam Italiæ fugerint* 3*b c
Sigonius (Carolus) *elogium componit de B. Joan. Vicentino* 483 f & seqq.
Simeon Agricola. *De eo requiruntur monumenta* 4 b
Simon S. R. E. Card. *PP. Prædicatoribus Patav. indulgentias confirmat* 473 f
Sirinus (Thomas) *Vardæani operis editor* 171 b
† Siviardus *scriptor Actorum S. Carilefi* 88 a & seqq.
Sixtus IV PP. *festum Visitationis B. M. V. favoribus auget* 298 d
Sixtus V PP. *Fratrum Gaudentium bona alio transfert* 285 d
Sophia, Belæ Regis filia, *Henrico Conradi Cæsaris filio nuptui data, eo præmortuo, ipsa in Parthenone Admontensi virginibus adhærere statuit, fratre Gisone frustra minis eam inde avellere conato. Heroica virginis constantia omnium applausu excepta* 421 b & seqq.
Sparwenfelt (Baro de) *menologium Slavorussicum vertit* 130 a
† Stephani *templum an Mechliniæ exstiterit, diversum ab ecclesia sancti Rumoldi* 217 f & seqq.
Stephanus II PP. *in picturis Mechlin. male adductus* 197 a
Stephanus Episc. Avenion. *erigit confraternitatem in honorem B. Petri de Luxemburgo anno* 1610 625 f
Stetinenses *per S. Ottonem Duci conciliantur & Ruthenos vincunt* 447 f
Strabo *Viam Latinam describit* 6* f. *Et viam Flaminiam* 8* b c
Swindebaldus *post exercitam tyrannidem occisus* 248 e
† Swithunus *monachum se profitetur* 325 c. *Quo anno sit ordinatus Episcopus* 326 a & seqq. *Ejus miracula plurima describuntur* à pag. 331
Suarez (Henricus de) *submittit Acta aliqua B. Petri de Luxemb.* 495 e
Susanna *virgo Remensis à S. Theodorico consulitur* 65 f
Susanna *soror dicitur S. Laurentii Ep. Spolet. in Umbria* 29* c
Syagria *matrona Latini uxor quid S. Domitiano contulerit, & utrum una an bina fuerint, nempe altera virgo* 48 d & seqq.

T

TAëgius (Ambrosius) *elogium B. Joan. Vicentini composuit* 466 b
Tamayus de Salazar *merito castigatus, quod* SS. Marcum & Mocianum *in Hispaniam transtulerit* 642 a d. *Frustra pugnat ut suis pseudochronicis Sanctos Umbriæ in Hispaniam transplantet* 44* c & seqq. *Quam audacter ex fabulis suis Cardinalem Baronium impostura arguat* 58* e
Tatwinus, *à Menardo celebratus, ut eremita Croylandensis, Sanctorum honoribus hactenus non scitur gavisus fuisse* 630 d e
† Teliaus *S. Oudocei avunculus, hunc successorem habet* 319 a
Thassilo Bajoariæ Dux, *sacrum S. Valentini corpus Tridento Passavium transtulit* 66* a
Theobaldus Leodien. Episc. *templum S. Rumoldi Mechliniæ per Suffraganeum consecrari curat* 220 a
Theodebertus *sepultus apud S. Eparchium* 109 f
† Theoderici *variæ translationes in ordinem digestæ* 62 a b &c.
† Theodora, *ut SS. Proculi & Domninæ socia martyr, à Bivario primùm baptizata* 59* c
Theodoricus Rex, *filius Clodovæi, vitam filiæ à S. Theoderico obtinet* 68 b & seqq. *Sibi vero oculi curationem* 69 a b. *Sancto multa donat* 68 & 69. *Humeris suis Sanctum defert ad tumulum* 70 b. *S. Gallum maximi facit & ipsum tuetur* 105 e
Theodoricus Rex Gothorum, *an Episcopum Arianum Perusiæ statuere potuerit* 39* d
Theodoricus abbas S. Trudonis, *scriptor Actorum S. Rumoldi* 172 b & seqq.
Theodoricus S. Ottonis socius *mirè periculum grande evadit* 409 f
Theophilus Alexandrinus *quid in Sciti audiverit* 38 f
Theotecnus Cæsareæ Palæst. Ep. *S. Anatolium Laodicenum, Episcopum consecrat* 644 b
† Theudila in Umbria; *unde ejus nomen sumi potuerit* 72*b c
Theupolus Venetiarum Dux *favet Ordini PP. Prædicatorum* 469 f
† Thomæ Cantuariensis *interfectores non sunt sepulti Mechliniæ* 239 c & seqq.
Thomas *restaurator monasterii Farfensis* 32* d
Tiemo monachus *an & quid de S. Ottone scripserit* 351 c & seqq.
Tillemontius *auctor commentariorum ecclesiasticorum* 18 f & sæpe alibi. *Nimium contemnit Acta SS. Processi & Martiniani* 303 b c d
Tirechanus scriptor vitæ S. Patricii *an Sanctis annumerandus* 631 c
Tissier (Bertrandus) Prior Bonifontis *tradit Chimacensibus reliquias S. Monegundis* 312 a
Tolobæus Episc. Braccarensis *cum aliquot sociis, à Tamayo ex suis pseudochronicis male Sanctis adscriptus* 630 f
Totila *septem annis Perusiam obsidet* 16* a b
Traiani, *an* Adriani, *tempore Viennenses Episcopi* 15 a
Trasimundus Dux Spoletinus, *Faroaldi fundatoris Farfensis, pater* 32* d
Triglaus triceps *Pomeranorum idolum confringitur à S. Ottone* 403 d & aliis locis
Trithemius *laudat S. Ottonem* 369 d
Turcius Vicarius *SS. Felicem, Irenæum, Mustiolam*

lam & alios martyrio afficit in partibus Tuſciæ 640 c & ſeqq.
Turgius *male ſtatuitur cum duobus aliis in una urbe proconſul* 13* c, 17* d
Tyberius abbas Berceti *quærit & obtinet corpus S. Abundii* 45* c & ſeqq.

V

† Valentinus, *S. Proculi ordinator, quis fuerit* 63* d, 64* a b. *Quot Valentini Interamnenſes Epiſcopi* 65* b & ſeqq.
† Valentinus Interamnenſis *quot diſcipulos Martyres habuerit* 48* b & ſeqq.
Valeranus de Luxemburgo *B. Petri frater primogenitus* 488 a & alibi. *Bona eccleſiæ Metenſis invadit, unde cum Beato controverſiæ* 489 a & ſeqq. & à pag 553
Vardæus (Hugo) *multa de S. Rumoldo commentatus* 171 b & ſeqq.
Vaſæus *& alii ſcriptores Hiſpalenſes, SS. Carpophorum & Abundium Hiſpali male tribuunt* 41* e & ſeqq.
Udalricus S. Ottonis ſocius *periclitatur Hologaſtæ* 409 c d. *Veraniæ inſulæ converſionem tentare audet* 412 f & ſeqq. *Ex ejus narratione vitam S. Ottonis ſcripſit Ebbo* 425 e
† Veri *& aliorum Viennenſium Epiſcoporum tempora confuſa* 15 c, d. *Utcumque reſtituta* 16 e f
Ughellus *de Sanctis* XII *Umbriæ certiora non ſcribit, quam Campellus & Jacobillus* 24* e
† Victurius *Cenomanenſis Epiſc. S. Hilarium Aviciacenſem inviſit* 40 d
Vigilius PP. *Hujus tempore dicitur in Umbriam veniſſe S. Laurentius* 29* a
Vignerius (Jacobus S. J.) *auctor vitæ gall. S. Theoderici* 61 f
Virginis *appellatio quomodo conveniat viduis ſanctimonialibus* 310 f
Viſitationis B. M. V. feſtum *non fuit inſtitutum à Conc. Baſileenſi* 297 d. *Ejus propagatio in variis regnis & eccleſiis* 298 a & ſeqq. *Variæ congregationes in ejus honorem erectæ* 298 f
† Vitalis Martyr in Campania, *male in Hiſpaniam transfertur, & pejus aliqua de ipſo finguntur* 292 f
Vitry (Edmundi de S. J.) *notitiæ de S. Hilario Aviciacenſi* 40 f
Ultrogota Regina *fruſtra in S. Carileſi conſpectum admitti poſtulat* 96 f & ſeqq.
† Voluſianus *veroſimiliter pro* S. Valentino *acceptus* 12* e
† Urbanus PP. I. *An ad eum venerint Sancti ex Syria* 11* f
Urbanus II PP. *conſecrat eccleſiam S. Saturnini Toloſæ an.* 1096 673 c
Urbanus IV PP. *approbat ſodalitium Gaudentium* 285 c
Urbanus VI PP. *inſtituit feſtum Viſitationis B. M. V. ad tollendum Schiſma* 295 e
Urbanus VIII PP. *anno* 1629 *concedit Avenionenſibus officium de B. Petro de Luxemburgo* 493 c & ſeqq.
Vrotiſlaus *Dux Pomeranorum* 395 b & ſeqq. *egregia exhortatione ſuos omnes ad Chriſtum adducit* 407 f & ſeqq.
Urſinus Card. *inſtat apud Martinum V pro maturanda canonizatione B. Petri de Luxemb.* 616 f
Urſpergenſis *alios deſcribens, ſic loquitur ac ſi rebus, à ſe narratis, ipſe interfuiſſet* 362 d
Uſſerius *chronologus melior, quam martyrologus* 54 f

W

Wachtendonck (Joannes à) *Mechlinienſis Dec. poſtea Ep. Namurc. demum & Archiep. Mechl. non videtur ſcripſiſſe legendam S. Rumoldi* 180 a & ſeqq.
Wigandus, *pro dedicatione templi S. Michaëlis ſolicitus* 460 c
Willelmus Sector ferri *multa donat cœnobio S. Eparchii* 109 c &c.
† Willebrordus *multos ad prædicandum ordinavit Epiſcopos* 185 d
Windeſemenics Canonic. Regul. *S. Rumoldum ſuis nuper adſcripſerunt & de eo officium faciunt* 194 e & ſeqq.
Witſacus, *à S. Ottone miraculo è captivitate liberatus, multum juvat, ut Stetinenſes ab apoſtaſia reſipiſcant* 414 c & ſeqq. *Ab Ebbone vocatur* Wiricus 439 f & ſeqq.
Wladiſlaus Dux Poloniæ *S. Ottone utitur ad petendam Zophiam Henrici IV ſororem* 359 f
Wolframus, S. Michaëlis abbas X, *S Ottonis primicerius, annitente Sancto, Hirſaugienſem diſciplinam inducit* 457 b & ſeqq.
Wolframus II, abbas S. Michaëlis XIV, *procurationem canonizat. S. Ottonis ſuſcipit* 451 b & in ſeq.
Wolſtanus monachus *metricè deſcribit tranſlationem S. Swithuni* 321 e f. *Tranſlatio iſta facta dicitur* 1093 322 c

Z

Zophia *Henrici IV ſoror, an etiam* Juditha *dicta fuerit* 360 a

INDEX TOPOGRAPHICUS

A

Berdonia *in Scotia, cujus Breviarium editum* 1509, 57 f. *Proprium habuit de S. Rumoldo officium* 193 b & ſeqq.
Admontenſe cœnobium *in quo Sophia Regis Belæ filia* 421 e
Æquiculiorum *priſci termini & fines* 6* d
Alemanniæ *ſitus deſcribitur* 357 c
Alexandria, *claſſe Martyrum inſignis* 636 a
Allifanus ager *in Campania felice* 6* f
Alpes *an in Scotia* 58 f
Altinum, *quale olim fuerit & ubi ſitum* 645 b. *Ibi Epiſcopus S. Heliodorus* ibid. e
Anagniæ in Latio *conſecratus Epiſcopus S. Ot-*

to 1106 361 f
Aniſolæ *apud Cenomanos S. Carileſi cœnobium* 85 a
Antiochiâ *dicuntur aliqui veniſſe in Umbriam ſeculo* 6. 2*f. *Ibidem terræ motus* 130 f &c.
Aqua Sparta *urbs Umbriæ* 8*f
Aquavivens *in regno Neapolitano, an hodierna Aquaviva?* 25 f
Aquæ Salviæ. *Quis S. Anaſtaſius ibi colatur* 12*b
Aquinum Colonia Romana. *Ejus ſitus* 6*f
Aprutium *ubi olim Siculi fuerunt* 341 b
Apulia *olim à Siculis occupata* 341 b
Ardeia *vetus caſtrum, B. Hechardi conſilio in cœnobium commutatum* 274 e f
Arronenſe caſtellum in Umbria (*vulgo* del Lago.) *An ibi olim cultus fuerit S. Valentinus II* 66*f
Arſuli, *olim* Carſeoli *& potius* Carſuli *ſupra Tibur* 7*b
Aſſiſium *à Gothis occupatum* 36*c
Atina, *potius quam* Antena, *patria S. Lidani* 341 c
Avenio *corpus B. Petri de Luxemburgo miraculis illuſtriſſimum poſſidet* 486 & multis locis ſeqq.
Auguſtoduni *Epiſcopus S. Leontius* 54 c
Aviciacus *ſeu* Auxiacus (*vulgo* Oyſé) *unde cognomen S. Hilario, in agro Cenomanenſi* 39 b
Autiſſiodori *memoria eſt SS. MM. Moderati & Felicis* 287 b. *Et ad S. Germani ibidem, potiſſimæ eorum reliquiæ* 288 f
Axantia, *vulgo* Ains, *forte* bourg S. Chriſtophle *in Seguſianis, ubi S. Domitianus templum ædificaverit* 50 c, 51 d

B

BAlma apud Sequanos, *ubi S. Adegrinus ſolitarius* 338 a
Baſilea. *In famoſo concilio, ibi habito, reſumitur negotium canonizationis B. Petri de Luxemburgo* 619 e & ſeqq.
Bamberga urbs Franconiæ *Epiſcopum habuit S. Ottonem* 349 a. *Nominis ejus varia etymologia* 354 c
Barſwilder in ditione Juliac. *locus celebris prælio anni* 1371 486 e f
Belgradia Pomeraniæ *fide Chriſtiana initiatur per S. Ottonem* 406 a b
Bellummontem *tranſlatæ reliquiæ S. Leonorii* 119 f
Beneventum *in regno Neapolitano, quos SS. Secundinos colat, quem Caſſium* 20 b c
Bercetum in monte Bardone diœc. Parmenſis *tranſlatum Fulginio S. Abundii corpus* 45*e & ſeqq.
Bocholtz *in ditione Luxemburgenſi. Ibi olim reliq. S. Monegundis* 310 f
Bononia *colit S. Proculum; unus ipſe an geminus ſit* 53* d & ſeqq. *Quomodo diſtinguantur à Narnienſi* 57* d. *Cum Patavio & Vicentia certat pro B. Joan. Vicentino* 466 e. *Levatum ibi S. Dominici corpus* 476 f
Brabantia *à Normannis ferro & igne vaſtata* 245 c
Bragantia *caſtrum, à quo B. Barthol. Vicent. dictus ſit Bragantinus* 280 f
Bratuſpantium *pro* Brabantia *non recte ſumitur* 182 f
Bruchium Alexandriæ *obſeſſum & deſtructum* 643 c

C

CÆſarea Palæſtinæ. *An inde in Umbriam venerint prædicatores verbi Dei ſeculo* 6, 2*f
Cajeta *urbs Campaniæ Felicis, ubi SS. Caſtus & Secundinus* 19 & ſeqq.
Calabria. *In ea olim Siculi* 341 b
Caletum. *Ibi B. Petrus de Luxemburgo obſes pro fratre* 532 e
Calvium *ſeu* Calvum *in Campania. An ibi paſſi SS. Caſtus & Secundinus* 25 e. *Delatum eò S. Caſti brachium an* 966; *erectus ibidem epiſcopatus* 28 c, d, f
Cameracum. *An ibi canonicus & Archidiaconus Bruxellenſis; B. Petrus de Luxemb* 488 c & ſeqq.
Camina in Pomerania *proprio olim officio coluit S. Ottonem* 370 c. *Ad fidem convertitur ab eodem Sancto* 395 b & ſeqq.
Campania Felix, *Martyrum claſſe illuſtris* 307 d
Cantuaria *habuit inter reliquias ſuas caput S. Swithuni* 322 f
Capua *quos Sanctos colat ſub nominibus Caſti, Caſſii vel Secundini* 20 c 21 e
Carnotum *patria S. Monegundis* 309 b. *Ibi canonicus B. Petrus de Luxemburgo* 488 e
Carſuli *urbes tres; una ad Anienem fluvium ſupra Tibur; altera inter Reate & Nurciam; tertia inter Narniam & antiquam Mevaniam* 7*b & ſeqq.
Caſinum Colonia Romana. *Ejus ſitus* 6*f
Caſigliano *olim* Carſulæ, *inter Narniam & Mevaniam* 7* d. *Loco non ſuo ponitur à Jacobillo inter Ceſiam & Aquam ſpartam* 8*e f
Caſtoriana Vallis, *ubi abbas S. Spes* 21* d
Caſtrum Magienſe ad Atheſim, *ubi olim tumulatus S. Valentinus* 66*b
Caſtulo ad fluvium Tagum, *ubi S. Brictius prædicaſſe fingitur* 44*a b
Cellulæ *Ægypti eremus* 35 f
Ceperanum *oppidum ad Lirim fluvium* 6*e
Ceſia urbs Umbriæ, *vulgo Rocca di Ceſi* 8*f
Chimacum in Hannonia *patronam colit S. Monegundem* 311 a. *Direptum & combuſtum an.* 1552, *quando periere reliquiæ, quibus novæ ſubſtitutæ an.* 1631 *ex Bonofonte* ibid. b & ſeqq.
Civita di Caſſia, *olim* Corſula *vel* Carſula 7*c
Cladrim cœnobium, *ubi S. Otto eccleſiam conſecravit* 393 c
Claromonte *S. Gallus Epiſcopus* 103 a. *Urbem ab incendio ſemper ſervare dicitur* 108 f. *An eo tranſlatæ reliquiæ S. Lupiani* 33 d
Cluſium in Etruria, *ubi Irenæus, Muſtiola & alii Martyres* 638 c. *Ejus antiquæ opes & potentia* 639 e f
Colliculorum eccleſia S. Brictii *apud Interamnenſes* 23*c
Colobrega Pomeraniæ *ad fidem converſa per S. Ottonem* 405 f
Conſtantinopoli *cohors* 24 *Martyrum* 637 a. *Item Sanctus aliquis Eulogius* 638. *Anatolius ibidem Epiſcopus an.* 458. 651 b. *Ibi celebris S. Petrus Patricius* 289 b
Croylandenſis inſula. *An ibi cultus Tatwinus* 630 d e
Cumæ *ſanctus aliquis Hyacinthus martyr* 306 b
Culroſſa *monaſterium apud Scotos celebre* 57 c

D

DAmaſcus. *Inde etiam in Umbriam aliqui acceſſerunt ſeculo* 6 2*f
Dani *qualem Archiepiſcopum habuerint* 418 f
Diocæſarea Palæſtinæ *nota exſilio multorum Patrum ex Ægypto* 35 b
Dodona urbs Pomeraniæ, *à S. Ottone ad fidem converſa* 405 e
Dononium *nobile canoniſſarum cœnobium prope Valencenas in Belgio* 266 c

Drocenſis Archidiaconus *B. Petrus de Luxemburgo* 488 e
Dublinium *ex* Duvelen *à Domynſio formatum, ut illius urbis Archiepiſcopus diceretur S. Rumoldus* 180 f. *Quo tempore inſtitutus ibi archiepiſcopatus* 184 f

E

EEckhout, cœnobium Canon. Reg. Brugis. *Ejus abbas anno* 1159 *intereſt elevationi corporis S. Guthagoni* 670 e
Emeſæ *Symeon Salus* 129 b
Engoliſmæ *recluſus S. Eparchius* 109 b
Eſpinoy pagus diœceſis Tornacen. *Ibi colitur B. Petrus de Luxemburgo* 493 f

F

FAbrateria *in via Latina* 6*f
Faliſcum, *hodie* Civita Caſtellana. *Ibi Turcius in Chriſtianos inquirit* 640 c
Farfæ *abbas S. Laurentius, unde quærendus & diſtinguendus* 29*c & ſeqq.
Ferentillum, *ubi Lazarus & Joannes latitaſſe dicuntur* 30*c
Ferentium *in via Latina* 6*f
Ferentum Etruriæ. *Ejus Epiſcopus S. Bonifacius quem S. Proculum coluerit* 57*f & ſeqq.
Flaminia via *à divortiis ſuis diſtincta & explicata* 7*e & ſeqq.
Fregellani *ad Lirim fluvium* 6*f
Fruſinum *in via Latina* 6*f
Fuldæ *non videntur haberi corpora SS. Proceſſi & Martiniani* 302 c
Fulginium. *Ibi caſi dicuntur SS. Carpophorus & Abundius* 11*c

G

GAllianum in agro Mediolan. *S. Adeodatus presbyter ibi depoſitus* 308 b
Gerundii monaſterium (*gall.* Gilmoutier.) *An iſtic aliquis* S. Gerundius, *gall.* Jeroche 293 c
Gozgangia Pomeraniæ: *ubi S. Otto fana deſtruit* 410 d e
Guerviana Scotorum regia, *in qua natus fuerit S. Rumoldus* 254 b

H

HAlla Saxonum. *Ibi S. Otto ſe ad alteram miſſionem parat* 407 b c
Haſlon *ubi caſtra Normannorum, unde in omnem partem graſſabantur* 245 d
Harlebecam *in Flandria defertur corpus S. Theoderici* 78 f. *Silva donata & reſtituta* 84 c & ſeqq.
Hereius *ſeu* Hircius *fluvius à S. Raymundo pontibus ſtratus* 674 d
Herbipolis *glorioſa meritis S. Kiliani* 241 d. *Ibi peracta canonizatio S. Ottonis an.* 1189 452 f
Hiberniæ *Sancti multis difficultatibus obnoxii* 181 a b
Hieroſolymæ *non fuit Patriarcha B. Bartholomæus Vicent.* 287 a. *An inde aliqui in Umbriam deſtinati ſec.* 6 2*f
Hiſpalis, *ex Hiſpolitano male formata, SS. Carpophorum & Abundium in Baticam non recte transfert* 42*a b c
Hiſpolitanum *pro qua civitate accipi poſſit* 41*a & ſeqq.
Hologaſta Pomeraniæ. *Ibi periclitantur S. Ottonis ſocii; ſed allaborante Duce, Chriſto colla ſubmittit* 409 a & ſeqq.
Horta oppidum Umbriæ, *ubi ſitum* 63*c
Humbeca *vicus Brabantiæ obtinet reliquias S. Rumoldi* 230 d & ſeqq.
Hungaria. *Ejus Rex Bela S. Ottoni amicus* 420 f

I

INteramna *in Italia triplex, una ad Narem fluvium in Umbria, altera in Prætutiis ad Turdinum fl. tertia ad Lirim fluvium* 6*b & ſeq.
Interamnium Flavii *ubi à fabulatore Bivario collocetur* 58*b c &c.
Jona *ſive* S. Columbæ inſula, *ubi ſederit alter Epiſcopus ſub nomine* Sodorenſis, *uti alter in inſula Mannia* 667 e
Julina in Pomerania, *S. Ottonem peſſime excipit* 309 e & ſeqq. *Poſt Stetinenſes fidem recipit* 405 b & ſeqq. *In apoſtaſiam lapſa, denuo convertitur* 417 e

K

KNocken *non procul Brugis in Flandria, ubi vixit S. Guthagonus* 668 c & ſeqq.

L

LAcus Vulſinus, *hodie* lago di Bolſena; *ubi S. Euticium è Syria advenam, vitam ſolitariam duxiſſe volunt* 12*c
Landava in Anglia. *Cultus illic S. Oudoceus Epiſcopus* 318 b
Langeatum in Arvernia, *perpetuo S. Galli miraculo clarum* 108 f
Lazanum in Umbria, *non recte à Jacobillo collocatum* 8*f
Laodicea in Syria *habet Epiſcopos ſanctos Anatolium & Euſebium* 642 b. *Dicitur apoſtolos aliquot in Umbriam direxiſſe ſeculo* 6 2*f
Latiniacus, *vulgo* Lanieu *in Seguſianis, ubi Latinum converſit S. Domitianus* 52 a 54 a
Leodii *proprium olim fuit de S. Rumoldo officium* 190 e & ſeqq.
Legio Auguſta, *vulgo* Carleon, Caerline *vel* Caer-legion, *urbs Britanniæ in Cambriæ provincia, vulgo* Soutwales, *Martyres habuit* Julium & Aaron 17 b, c &c.
Leonium Armoricorum. *An ibi S. Golvenus Epiſcopus* 127 e
Lerinum, *ad S. Vincentium veniſſe dicitur S. Domitianus* 50 b
Leutitia *à Duce Pomeraniæ vaſtata* 407 d e
Lewyn *inſula, cui S. Servano delegata?* 56 f
Ligneium *locus natalis B. Petri de Luxemb.* 509 c
Lirinates Interamnates, *fintne ii, qui hodie* l'Iſola *incolunt prope Soram, an potius nomen conveniat* l'Iſoletta, *infra Ceperanum* 6*e & ſeqq.
Litarigrod caſtrum Pomeraniæ, *ubi à Duce excipitur S. Otto* 434 f
Luxemburgum *& totus ducatus cum comitatu Chiniacenſi patronam habet* B. M. V. Conſolatricem 299 a & ſeqq.

M

MAcloviopolis *an colat aliquem S. Gregorium* 293 e
Maigeum cœnobium in Hibernia, *Anglo-Saxonum palæſtra* 182 a
Mannia *ſive* Mona, maris Hibernici inſula, *ubi*

colitur S. Germanus Episcopus 667 a
Marianum, *locus fictus videtur in Actis S. Brictii* 15* f
Marsi, *ubi siti* 6* d
Martula *seu* Martulana civitas in Umbria *an uspiam reperiri possit* 13* d. *Quis illic S. Brictius* 21* f & seqq. *Quam appositè in Hispania eam repererit Bivarius* 41* d & seqq.
Matriaci *cultus olim S. Felicis M.* 287 f
Mechlinia *urbs Metropolitana in Belgio, ubi S. Rumoldus* 169 c, *à Normannis eversa* 171 d & in seqq. *Ab Anglis direpta* 211 c & seqq.
Megalopolis, *quæ olim & ubi sita fuerit* 662 c
Melpis fluvius, *Aquinum præterfluens* 6* f
Mertola & Mertula *supponitur pro Martula à Bivario* 42* t
Mesopotamiæ *Martyrum classis* 307 a
Metis *Episcopus B. Petrus de Luxemb.* 488 f
Mevania urbs Umbriæ, *per quam olim rectè tendebat via Flaminia* 7* f 15* f
Milecia castrum Ducis Bohemiæ, *ubi S. Otto suscipitur* 393 d
Mons S. Michaëlis ad Bambergam, *ubi S. Ottonis corpus & cultus præcipuus: in illud cœnobium profusa Sancti liberalitas* 459 a & seqq.
Morini, *à Normannis vastati* 247 f
Munikrede *oppidum olim non procul Brugis in Flandria situm* 668 c
Myrtilis & Julia Myrtilis, *pro Martula, quam apte conficta* 42* f

N

NAr *fluvius, Interamnam fere circumdans* 6* b
Narnia, *non longè ab Interamna* 6* b; *ibi via Flaminia in tres vias diversas dividitur, sed sola media propriè Flaminia est* 7* e f
Nequina *seu* Nequinum, *pro Narnia, à fluvio Nare* 63* c
Nemonicum in Cypro, *ubi Episcopus fuerit B. Bartholomæus* 281 c
Nitria, *celeberrima Ægypti anachoresis* 33 b c
Nuceria, *ubi prædicasse dicitur S. Brictius seculo* 1 23* a
Nursia, *ubi abbas S. Eutychius, qui diversus non videtur esse à S. Eutitio Spoletinorum* 21* d

O

OLympi montis cœnobium, *in quo S. Petrus Patricius* 290 a d
Oostkerca *pagus prope Brugas in Flandria, ubi à pluribus seculis colitur S. Guthagonus, distinctus à Synonymis* 668 a b c
Or mons *prope Remos, celebris S. Theoderici anachoresi* 59. *Cœnobii istius vicissitudines* 82 e & seq.
Orcades insulæ *apostolum habuere S. Servanum* 55 b
Ostravandiæ comitatus *in Belgio, ubi cœnobium Dononiense* 266 f

P

PAlestina, Peleslina *seu* Plestina, *ubi in Italia sita sit* 6* c d
Parana, *locus prope Spoletum, quem incoluit S. Joannes* 27* f
Parisiis *in D. Virginis canonicus B. Petrus de Luxemburgo* 488 c. *Ibi reliquiæ ejusdem Beati magno in honore habentur* 494 c
Pataviæ *seu* Passaviæ *quis S. Valentinus Episcopus* 65* d e f. *Unde Sancti corpus eò translatum* 66* a
Patavium *an sibi vindicare possit B. Joan. Vicentinum* 466 d e
Pedelucum *seu* Peniolatim *ubi reperiendum in Umbria aut ejus vicinia* 30* f & seqq.
Penna *seu* Pinna in Vestinis. *An eum locum incoluerit S. Joannes, qui vulgo dictus est* Paranensis 27* e f
Perona, *à S. Furseo conversa* 243 b
Perusia *à Rege Totila septem annis obsessa dicitur* 16* a b. *Quo anno capta fuerit* 36* c & seqq.
Petmook *insula, an ibi S. Servanus* 56 f
Petrogoricæ *natus S. Eparchius* 112 d
Phrygiæ *martyr Quintus* 307 b
Pirissa in Pomerania. *Ibi missionem auspicatur S. Otto* 394 f
Pisauri *cur colatur S. Mustiola* 639 d e
Polonia. *Ibi ludimagistrum egit S. Otto Bambergensis* 357 f
Pomerania, *palæstra laborum apostolicorum S. Ottonis* 364 b & locis plurimis. *Minutè describitur* 391 a b, *& paulo fusius* 406 c & seqq.
Pomona, *Orcadum maxima, ubi S. Servanus* 56 d
Pontelevium *in Cenomanis, ubi S. Aldricus reliquias S. Hilarii Aviciacensis recepit* 41 f
Pontinæ paludes. *Ad eas monasterium construxit S. Lidanus* 344 a
Prætutii *in Piceno siti* 6* c
Pruveningen *monasterium, à S. Ottone conditum* 363 a
Puteoli. *Coli illic videntur duo SS. Proculi* 57* e

R

RAtiatensis vicus (pays de Rets) *colit S. Lupianum* 32 f
Ravenna *colit aliquem S. Proculum Episcopum* 57* e. *Ibi octavus Episc. S. Dathus* 635 a
Reate *urbs Italiæ, quantum distet ab urbe* Thora *seu* Tiora 7* b
Regiscuriæ, ditionis Luxemb. *S. Rumoldi reliquiæ* 233 b & seqq.
Romæ *celeberrimi SS. Martyres Processus & Martinianus* 300 a. *Quid illic egerit S. Rumoldus* 257 d & seqq.
Rugia insula. *Frustra à S. Ottone tentatur ejus conversio* 418 d & seqq.
Rutheni. *Eorum regio & mores. A Polonis victi* 391 & seqq.

S

SAbini, *ubi siti* 6* d
Scete *Ægypti eremus* 35 f
Scheidanum cœnobium *in finibus territorii Colonien. à B. Hechardo fundatum* 272 a
Scotia & Scoti *quid pridem & modo in Belgio sonent* 181 e, 669 c d
Segisamo Vacceorum in Hispania, *ubi, & aliis in locis prædicasse aiunt S. Brictium Pseudodextri figmenta* 44* a & seqq.
Setia in Latio *possidet corpus S. Lidani* 340 c: *an proprios olim habuerit Episcopos* 343 a b
Sicilia *quomodo appellata & divisa, quod ejus regnum* 341 e
Sinuessa urbs Campaniæ felicis, *ubi SS. Castus & Secundinus* 19 & seqq.
Sondereygen vicus Campiniæ *donatur S. Rumoldi reliquiis* 234 b & seqq.
Sora *in antiquo Samnio, hodie in finibus Campaniæ seu regni Neapolitani sita* 6* c. *Quam partem habeat in SS. Castis vel Cassiis seu eorum reliquiis* 20 c, 21 e

Spira

Spira. *Celeberrimam illic basilicam jussu Henrici IV complevit S. Otto* 360 f
Spoletum in Umbria, *ex Syria advenisse quinam Sancti dicantur* 3* d & seqq.
Stagnum *apud Ruthenos* (Rouergue) *municipium, ubi S. Floregii sacrum corpus* 42 a
Stetinum *difficillime ad fidem convertitur à S. Ottone* 400 f & seqq. *Postea in apostasiam labitur, & altera Sancti ejusdem missione plane resipiscit* 414 b & seqq.
Steynockezeel vicus Brabantiæ, *quando & quomodo translatæ eò fuerint Mechliniâ S. Rumoldi reliquiæ* 201 c & seqq.
Suessulanus ager *in Campania felice* 6* f
Suevia. *Ibi natus S. Otto, non in Bavaria* 357 a b
Syracusæ in Sicilia. *Ibi Episcopus S. Chrestus* 632 c
Syria, *an & quot Sanctos, & quot eorum classes Umbriæ dederit* 1* a & seqq.

T

TArsum. *Ibi manipulus Martyrum* 636 c
Tarvisium *quando venerint PP. Prædicatores* 475 f
Teramo *est Interamna Prætutiorum in Piceno ad fl. Turdinum* 6* c
Terni *est Interamna ad Narem fluvium in Umbria* 6* b
Thora, *quæ, & an ad lacum, an ad fluvium Velinum* 7* b
Timina *in altera S. Ottonis missione verbum Dei recipit* 407 e f. *Iterum apud Ebbonem* 441 a b
Torcellum *insula prope Venetias. Eò translata sedes Episcopalis Altinensis* 645 c
Tornacum. *In pago Espinoy istius diœcesis colitur B. Petrus de Luxemburgo* 493 f
Torsiacus *seu* Torciacus *vel* Torciodus *locus miraculo S. Domitiani notus* 51 e 54 a
Tolosa in Gallia *ut patronum colit S. Raymundum* 670 c. *Ejus conspectus, vetusta nomina, opes &c.* 670 c, f & seqq. *Morbo epidemico liberata à S. Raymundo* 671 e & seqq.
Tridentum, *urbs episcopalis in Italia. Eò ex castro Magiensi translatum S. Valentini corpus, & postmodum Passavium* 66* a
Troia, *regni Neapolitani civitas, quam partem habeat in SS. Castis, Cassiis aut Secundinis* 20 b
Trudonopoli *S. Rumoldi reliquiæ* 229 f
Tudertibus *seculo 1 prædicasse dicitur S. Brictius* 23* c
Turonibus *illustris S. Monegundis* 309 b
Tyria *seu* Tyrea, *an Interamna dici possit* 7* a
Tyrus. *An talis civitas in Italia reperiatur* 7* a

V

VEbronna vallis *in finibus Segusianorum, ubi monasterium S. Domitiani, hodie S. Gagneberti Jurensis* 47 a b c
Verona, *ubi B. Joan. Vicentinus in aperto campo prædicat* 477 f
Vicentia. *Ibi colitur B. Joannes Vicentinus* 465 b. *An Vicentinus origine* 466 d
Vicentia. *Unde B. Bartholomæus dictus Vicentinus, & ibid. Episc.* 277 b
Vienna Allobrogum metropolis. *Ejus Episcopus S. Martinus seculo 2, 14 c. Primorum Episcoporum confusa chronologia aliquousque restituta* 16 e f
Verania insula. *Hanc omni modo ad fidem convertere voluit S. Otto* 412 e f
Verona. *S. Proculus aliquis istic Episcopus* 57* e
Vettonia *urbs antiqua in Umbria, ubi primus Episcopus S. Chrispolitus* 15* f 22* e
Via Cornelia *quo duxerit* 12* c
Via Latina. *Ejus antiquus cursus describitur* 6* e f
Via Ostiensis *pessimè ponitur ad partem Romæ Septemtrionalem* 13* b
Villanova prope Avenionem. *Ibi mortuus B. Petrus de Luxemb.* 515 e & alibi
Ulyssipone *brachium S. Ottonis Bambergensis* 372 e
Umbria Italiæ provincia. *Qui Sancti & quot eorum classes ex Syria eò advenerint* 1* a b & seq.
Ura, Vraugia *& multa alia monasteria ac cellæ, à S. Ottone Bamberg. condita* à pag. 384
Uzda castrum, *quo primum appellit S. Otto in Pomerania* 434 e
Uznoym Pomeraniæ *à S. Ottone ad fidem adducitur* 407 f & seqq.

W

WAllia. *An ibi S. Servanus* 56 e
Wintonia in Anglia. *Ibi S. Swithunus Episcopus* 321 a

INDEX ONOMASTICUS

A

ABbas *prater præfectum monasterii, significabat monachos passim omnes, præsertim senio venerandos* 144 c
Absentatio, *absentia* 381 d
Æmulamen, *æmulatio* 97 e
Æquitatura, *equus ad equitandum* 420 d
Ajerunt, *dixerunt.* Tract. Pr. 61 c
Alleluiaticum, *cantus cum Alleluia* 107 e
Ambasciatores, ambaxiatores, *legati* 582 d
Anfracta vitrea, *fenestra* 117 b
Angaria, *coactio* 241 t
Angaria, *labor* 383 t
Anhelizare, *anhelare* 569 c
Appodiare, *inniti* 574 b, 586 c
Arcata, *arcus, fornix* 553 b
Arsura, *vestigium inusti candentis ferri* 336 b, c
Avisare, *monere* 559 c
Avitinus, *avitus* 608 d
Auricularius, *consiliarius secretus* 426 d
Aurifrigium, *limbus vestimenti aureus* 402 a

B

BAcinetum, *galea* 590 a
Bainta, *obstetrix* 506 b
Balista de torno, de lena, *certa species balistarum*

rum 590 a
Balisterius, *arcus major* 590 a
Banca, *scamnum* 592 d
Barberius, *chirurgus* 594 d, f
Barra, *fustis, vectis, repagulum* 571 d
Bassus, *humilis, parvus* 610 c
Bedale, *palorum series ad aquam continendam &c.* 568 c, 569 c, 603 e, 604 e
Benaurat, *an beatus* 600 e
Bladum, *frumentum* 569 d
Bordatura, *margo* 593 a
Boulo, *betula* 537 e
Bordon, *vel* Bordonus, *baculus peregrinantium* 586 c
Bressolum, *cunæ* 585 b
Brida, *frenum* 589 d
Budellus, *intestinum* 585 c

C

CAlatum, *lignum quoddam piscatorum* 568 d
Cambucca, *fulcrum axillare* 415 c
Camera, *conclave* 513 c
Camisia, *indusium* 534 f
Canceros us, *cancro morbo infectus* 420 a
Canterinus, *videtur* equum *notare* 332 a
Capucium, *pileus* 569 d
Carchannum, *annulus aut collare, quo pedes reorum aut collum constringuntur* 117 d
Carrata, *vehes, quantum carrâ vehi potest* 406 c
Carreria, *qualis via* 574 b
Carricare, *onerare* 38 b
Cascia, *arca, capsa* 582 d
Casia, *capsa* 347 b, c
Cavilla, *talus pedis* 577 d, f
Cervicositas, *superbia* 65 b
Cibaria, æ, *alimentum* 344 b
Cleptes, *fur* 337 d
Coffer, *scrinium, arca* 537 e 546 a
Comburere, *ardere* 584 f
Complexionatus, *valens* 577 c
Congedium, *facultas abeundi* 598 d
Contina, *templum idolorum* 403 a, b
Convicaneus, *ejusdem vici* 75 e 76 b
Cosmus, *mundus* 333 b
Cotta, *superpelliceum* 625 f
Crocus, *harpago* 593 a
Crossa, *baculus* 590 f
Cunctitonans, *Deus* 333 a

D

DEdigno, *dedignor* 346 b
Deferculari, *ferculis spoliari* 406 d
Degancia vini, *vas aut mensura* 117 a
Discarricare, *onus deponere* 38 b
Doma, atis, *domus* 66 d
Doxa, *gloria* 333 b

E

ELecta, *videtur* viduam *designare, ex his verbis*; Ecclesia sanctorum Monegundis electæ, & Priscæ virginis 313 b
Eleemosynator, *qui larga manu eleemosynas dat* 420 f
Elega, *tristis, misera* 335 a
Elephantiosus, *qui elephantiasi laborat.* Tract. Præl. 15 b
Eremuncula, *parva eremus* 50 c
Eruditas, *eruditio* 112 a
Erumpere, *emittere* 514 c
Evigilare, *excitare* 514 c
Evigilatus, *expergefactus, evigilans* 586 a
Eulogiæ, *edulia, sacerdotis benedictione consecrata* 163 b
Exardere, *comburere* 584 c
Exeniæ, *xenia, lautia* 115 a
Exoccupatus, *solutus, liber* 241 f
Expectaculum, *spectaculum* 115 b

F

FAlerare sonipedes, *sternere equos* 331 f
Ferrus, *ferrum* 592 d, f
Festinare, *deducere* 599 b
Flemmaticus, *phlegmaticus* 599 b
Floquus, *floccus* 577 d 598 e
Focaria, *coqua* 462 f
Fornimentum, *supellex* 608 c
Frigora, æ; *febris* 316 c
Frigoriticus, *febricitans* 115 e
Furatus, *furto ablatus* 334 e
Furnare, *mittere in furnum* 604 f

G

GAlea, *genus navis velocissimæ* 582 d
Galliotta, *navigium velox, non magnum* 582 a
Gastoldus, *quale haberet officium publicum* 336 a
Gibberosus, *gibbum habens* 329 e
Gobeletum, *poculum, cyathus* 608 c
Griota, riotta, *videtur esse* discordia 598 a

H

HArangua, *alloquium* 529 f
Herisipila, *erysipelas* 79 a
Hortellus, *hortulus* 50 e
Hostalleria, *diversorium* 566 b
Hostallerius, *caupo* ibidem
Hymera, *dies* 336 c

I

IGnire, *accendere* 97 e
Incriminatus, *accusatus* 107 b
Infrigidatus, *frigefactus* 586 a
Insomnitas, *insomnia* 345 d
Insomnietas, *insomnia* 97 a
Interventium, *intercessio* 367 e
Jocalia, *monilia, gemmæ, &c.* 589

L

LAdéchre lichem, *ne luge mater* 148 b
Longiturnus, *diuturnus* 438 a
Lymphare vinum, *aquâ miscere* 539 e

M

MAgistratus in scientiis, *Magister factus* 546 d
Manchi, *manci* 62 c
Martellus, *malleus* 575 b
Mattis, *storea* 314 f
Megalina pellis, *mygales seu martis animalculi* 419 f
Mercerius, *propola* 566 b
Mœstificatus, *tristitiâ affectus* 412 d
Mollimen, *mollities* 314 e

N

NAtta, *storea* 317 a, 513 a, c
Nodulitas, *tuber* 598 b

O

OBedientiarius, *obediens* 403 d
Omnicreans, *qui omnia creat* 334 b

Opi-

Opinatiſſimus, *aſtimatiſſimus* 434 d, 435 f
Ordinamenta, *leges* 484 d
Oſtagius, *obſes* 530 a

P

PAneterius, *piſtor* 586 b
Pedagium, *tributum, & locus ubi id ſolvitur* 571 d
Palificare, *palam facere, manifeſtare* 346 f
Parentatus, *ſanguine junctus* 381 d
Paſſus, *textus libri* 543 b
Paſtare, *depſere* 604 f
Patriotæ, *qui ſunt ejuſdem patriæ* 376 b
Pecia, *fruſtum* 585 b
Picturatus, *pictus* 402 a
Placidum, *litigatio* 346 c
Plagatus, *vulneratus* 386 b
Plumella, *cervical plumis fartum* 314 f
Pneuma, *ſpiritus* 335 c
Podium, *res, cui innitimur* 577 a
Portale, *veſtibulum* 566 a, b
Practicare, *chirurgum agere* 599 a
Præcidaniæ feriæ, *præcedentes, aut pridie* 241 b, 265 b
Præconari, *laudare* 77 b
Præſtatrix, *quæ præſtat* 45 d
Principari, *dominari* 451 e
Privinnus, *privignus* 123 f
Profluxus, *qui profluxit* 252 e
Publicatio, *frequentia* 112 f
Pulegium, *herbæ genus* 166 b, c
Puſiolus, *parvulus* 80 d
Pyrale, *hypocauſtum* 399 f

Q

QUarretata *indicat quantitatem rei quæ carro vel curru vehi poteſt?* 587 c
Quartanarius, *qui febri quartana laborat* 108 a, 316 c
Quartero, *pars quarta* 591 a

R

RAſorium, *novacula* 599 c
Rauba, *exuviæ Sanctorum* 589 d, e
Rauba, *quodvis tegmen* 590 f
Rebrachiatæ manicæ; *ad cubitum reductæ* 399 c
Recompenſatus, *remuneratus* 97 e
Refrigidarium, *locus frigori captando aptus* 389 e
Regimen Temporalitatis, *regimen rerum temporalium* 555 b
Regimonium, *regimen* 267 c
Regratiatio, *gratiarum actio* 559 d
Regratiatus eſt, *gratias egit* 557 f 558 c
Relicta, *vidua* 577 a
Reliſus, *violenter curvatus* 247 b
Repatriatio, *reditus in patriam* 242 a
Repediare, *redire* 348 a
Repropitio, *reconcilio* 359 e
Requeſta, *petitio, libellus ſupplex* 568 b
Reſcellus, *involucrum libri* 426 f
Reſponſalis, *nuntius, legatus* 402 e
Riotta, *altercatio* 604 c
ad Rogamina, *rogatu* 555 b
Ronflare, *ronchos edere* 604

S

SAlus, *ſimplex, ſtultus, fatuus* 129 c
Salutius, *nummus* 622 e
Secretalis, *ſecretus conſiliator* 426 d
Sempiternitas, *æternitas* 45 d
Septimatibus, *hebdomadibus* 121 d
Seratum, *ſerâ clauſum* 406 c
Soma, *corpus* 331 c, 335 a
Soricilegus, *felis* 407 a
Sorilegus, *felis* 406 d
Sotulares, *calcei* 530 a
Spatulæ, *ſcapulæ* 563 c
Sputaculum, *ſputum* 437 c
Staffa, *baculus, ſcipio* 574 c
Staurus, *crux* 336 f
Stuba, *hypocauſtum* 399 f
Studium, *conclave, ubi ſtudetur* 513 a
Stuffa, *balneum ſiccum* 589 f
Submergium, *ſubmerſio* 242 c 151 f
Subtulares, *calcei* 530 a

T

TAbellionalis, *juridicè fidem faciens* 606 a
Tabellionatio, *juridica ſubſcriptio* 605 f
Tabellionatus, *juridicè ſubſcriptus* 605 f
Tacea, *patera, crater* 582 d
Torchia, *cereus craſſior* 588 c
Tricapitum, *trium capitum* 439 d
Truffa, *nequitia, dolus* 533 d

V

VAſella, *vaſa, ſupellex* 608 c
Ventoſitas, *ventus ipſe* 573 b
Veritonus, *ſagitta* 590 a, b, d
Viagium, *iter, peregrinatio* 551 e
Unalis, *unicus* 551 e
Vocamen, *nomen* 329 a

Z

Zucaratum, *ſaccharo mixtum* 593

INDEX ONOMASTICUS GRÆCO-BARBARUS

Α

ἀβάδας (εἰς) *incertæ ſignificationis* 263 b. *An luſus calculorum?* ibid.
ἀβίνα, *ſcutica* 156 e
ἄμβων, *pulpitum, tribunal eccleſiæ* 152 f, 155 b
ἀπέχης, *an iners, otioſus?* 155 c
ἄσπρος, *albus, candidus* 163 c
βαλλίζειν, *choreas ducere* 153 b
βαλλίζω, *ſalto* 160 f
βίκος, *vas vel urna, habens anſas* 155 c
βεβίσμα, *ardor, deſiderium* 139 b
βυατίον, βίσσα, βίσσιν, *ampulla* 153 e 155 c
βερδοναριος, *agazo* 166 b
ξηχος, *ſtultus* 157 e
ἐνορδίνως, *ex ordine* 164 f
γηροβοσκέω, *ſenectutem paſco* 140 f
γλυκὺ, *dulce vinum* 166 b
ζονάριον, *zona* 152 f
ἡγούμενος, *abbas, monaſterio præfectus* 139 f
ικελον, *pergula vel tabulatum* 163
ικεᾶν, *an pergula?* 163
ικεῖον *pro* ικελον 163
καβαλλάριος, *eques* 163 b
καυδέλα, *candela* 252 f
καρυδίζειν, *nuces projicere* 152 f

κατυσκαλμὸς, *ad ſcalmos* 168 a, b
κατάφορον, *vallis* 138 b
κήρι⊙, κήριον, *cereus* 143 b
κονδὸς, *pumilio* 157 f
κοσσίζειν, *alapis impetere* 152 f
κοσσὸς, *alapa* 157 b
κυβαλεῖν, *adferre* 156 c. 159 e
κυβαλλέρι⊙, *eques* 133 d
κυβικυλάριοι, *cubicularii* 140 f
κυλλόω, *iraſcor* 157 b
κῦρις, κῦρ, κύρης, κυρὸς, *dominus* 155 c
λαμπτὸν, *ignis, flamma, ignis fulgor* 152 b
λογάριν, λογάριον, *pecuniæ ſumma* 160 b, 163 c
λωρίζω, *loris cædo* 160 f
λῶρον, *lorum* 156 d
μάντζηρε, *an blaſphemus vel ſpurius?* 166 b
μυκίζω, *irrideo* 157 b
ναρὸν, νερὸν, *humidum, liquidum* 155 c
ὁλοκοτίν⊙, *nummus ſeu ſolidus aureus* 160 b
ὁσπίτιον, *hoſpitium* 133 d 138 b
ὁστιάρι⊙, *oſtiarius* 130 c
ὁψικεύειν, *comitari* 143 c
ὄψικιον, *obſequium* 133 d 143 a
παλάτιον, *palatium* 140 f
πανδῦρα, *inſtrumentum muſicum* 160 a
παρασραπίζουσα ὁδὸς, *via devians* 138 b 151 b
πατρίκιοι, *patritii* 140 f
πλακουντάρι⊙, *qui placentas facit aut vendit* 152 f
πόρτα, *porta* 152 f
ποτῆρι, *poculum* 133 d 164 f
πρωτοκωμήτης, *protocomes* 160 e
ῥογεύειν, *donare, erogare* 153 a
σαλσίκιον, *farcimen* 163
σείσειν, *ſaltare* 133 d 158 b
σιλίγνια, *panes ſiliginei* 157 f
σιρὲς, *ſeries* 157 c
σκυφεῖν, *an ſignificat vas, ſeu quæcumque utenſilia?* 166 a
σκήνωμα, *cadaver* 163 b
στενοῦμη, *angiportus* 157 c
στράτα, *platea* 133 d
φυλίζω, *invehor, inſulto* 146 b, 159 e
χολίον, *ſchola* 152 f
ταβλία, τὰ, *tabulæ* 152 f
ὑαλεψὸς, *fictor vitrorum* 164 f
Φολερὸν, *follaris, genus monetæ* 163 b
Φουσκάριον, *locus in quo conficitur puſca* 160 a
Φουσκάρι⊙, *puſcarius, qui puſcam facit aut vendit* 155 c
Φυλακτάρια, *amuletæ* 164 c
Φυλακτὸν, *amuletum* 164 c
ψαθύριον, *placenta ſpecies* 166 b

INDEX MORALIS

A

Abſtinentia *à cibo S. Symeonis Sali in Quadrageſima uſque ad ſanctam feriam quintam* 160 c
Acephali *converſi per S. Symeonem Salum* 157 f
Ancilla, *mirabiliter ad S. Swithuni tumulum ab ipſo Sancto delata* 335 b
Angelus *apparens jubet Martyres ſepeliri* 11 *d
Angelus *liberat S. Brictium* 10 *c
Angelus *educit è carcere S. Proculum* 61 *e
Angelus *viſitat Brictium M.* 14 *d
Anhelat *ad cælum B. Petrus de Luxemburgo* 559 d
Annuntiator *pacis dictus B. Joannes Vicent.* 478 d
Apophthegma *S. Antonii, quomodo quis ſalvandus* 38 f
Apophthegmata *S. Pambonis. Monachum non faciunt opera exteriora* 38 c. *De excellentia obedientiæ* 38 e. *De taciturnitate* 38 f. *De exercenda miſericordia* 39 d. *Quod non riſerit* 39 d. *De veſte monachali* ibid.
Apparitiones. *Animæ S. Brictii M. ſub ſpecie columbæ* 15 *b. S. Moderanni, negantis ſuum corpus loco movendum* 45 * f. *Jeſu S. Domitiano, hortantis eum ad conſtruendam cellam* 50 e. *Locus monaſterii S. Theoderico divinitus per apparitionem deſignatus* 63 d e, 66 d
Apparitio *S. Joannis Evangeliſtæ, captivitate liberantis S. Petrum Patricium* 290 b
Apparitio *Crucifixi, B. Petro de Luxemburgo facta* 513 e
Aquilam *ſequacem habet B. Joannes Vicent.* 482 f
Aſperitas *vitæ B. Petri de Luxemburgo* 512 f. 513 a, b, c
Auctoritas *Synodi Chalcedonenſis defenſa inſigni miraculo* 663 e
Avis *in cuculla S. Carileſi ovum enixa* 93 b
Quid præſignarit 93 c
Aulam *faſtidit B. Petrus de Luxemb. quia ibi non ſatis poterat orare* 543 c
Auri & argenti *contemptor S. Pambo abbas* 36 c
Auſteritas *vitæ, à S. Monegunde exercita* 304 e. *B. Petri de Luxemb., a Clemente VII inhibita* 536 c. *Fruſtra eam moderari voluit confeſſarius Beati* 537 c. *Ægrè vult de mitigatione moneri* 539 a

B

Bona *recuperata, ope B. Petri de Luxemburgo* 579 c & ſeqq.
Bona *varia Epiſcopio adjecit S. Otto* 388 e
Butyrum *convertit in nolam auream S. Ondoceus* 326 e

C

Cæci *illuminati per merita B. Petri de Luxemb.* 571 e & ſeqq.
Cæca *S. Ottonis ope illuminatur* 417 f, 447 c
Cæcus *illuminatur à S. Brictio M.* 10 *c. A S. Carileſo* 100 b
Cæcus, *per ſanguinem S. Proculi ſanatus* 63 * a; *Item alius ope S. Rumoldi oculis & corde* 246 c
Captivus *à capitis periculo liberatus ope B. Petri de Luxemb.* 592 b; *alius à S. Ottone* 414 c
Caput *S. Herculani truncatum, corpori rurſus unitum* 14 *f 38 *b
Caput *S. Proculi M. abſciſſum, denuo corpori unitum* 63 *b
Carnes *comedit B. Petrus de Luxemb. in Adventu Domini coactus* 537 d
Caſtitatis *donum S. Symeonis Sali* 158 c
Celpes *S. Galli corpori poſt ejus obitum impoſitus, & deinde terræ inſitus, revivreſcit, & ſanat infirmos* 108 a

Charitas *ſingularis S. Pambonis* 38 a
Chorda *aſpera, quâ corpus cingebat B. Petrus de Luxemb., poſt mortem ejus reperta, ſanguine cruenta* 513 a
Cognoſcit *divinitus S. Lidanus vinum abſconditum* 346 e
Cognoſcit *S. Lidanus divinitus fraudem trium hominum nequam, nuditatem mentientium* 345 f
Concionator *egregius B. Joannes Vicentinus* 472 c. *Mirabilis ad ejus conciones concurſus* 484 c, e. *Auditores in reverentiam ipſius pro majori parte diſcalceati* ibid. e
Concurſus *populi ad funus B. Petri de Luxemburgo.* 563
Condonare *nolenti proximo ſuo prædicit S. Lidanus grave malum* 346 c
Confitetur *creberrimè B. Petrus de Luxemb.* 546 f. *Etiam de nocte* 547 b, c. *Cum fletu* ibid.
Converſi *tres milites in martyrio S. Pauli Apoſtoli & cum eodem paſſi* 306. *Arianus à S. Domitiano converſus* 52. *Ab Ottone Dodona* 405 d. *Colobrega & Belgradia* 405 f. *Stetinenſes* 436 c *Julinenſes* 437 b
Converſio *mirabilis Joannis Boncampii ex concione B. Joannis Vicentini* 484 b
Converſio *Hæretici per miraculum, ope B. Petri de Luxemburgo patratum* 502 b
Corda *ſcrutatur S. Symeon Salus* 160 b
Corpus *S. Abundii ferens & fluvium tranſiens, non madefit* 46 * d
Corpus *S. Theoderici à Clericis duobus Landunenſibus, illud furari volentibus, mirabiliter abſconditum* 77 f
Cruce *aquam elicit in Tarpeio monte S. Petrus* 304 b
Crucis *gloria* 241 c
Crucis *ſigno S. Swithunus ova à maleficis fracta redintegrat* 327 c. *Cæcum ſanat S. Monegundis* 414 b. *Puellam puſtulâ laborantem* ibid. c. *Item manus contractas* d

D

Dæmoniacus *liberatus à S. Proculo M.* 62 * f *A SS. Caſto & Secundino* 24 f
Demiſſio *animi in B. Petro de Luxemb.* 511 e
Deſtructa fana, *dæmoniis ſub muſcarum forma diffugientibus* 442 e
Deum *Chriſtianorum invictum clamant Rutheni, ter à Stetinenſibus caſi, orante S. Ottone* 448 a
Diſciplinas *à ſacerdotibus accipiebat S. Otto ad ſanguinem uſque* 389 a
Diſcordias *Veronæ componit B. Joannes Vicentinus* 477 f, 478 a b c. *Patavii* 376 c. *Et in variis civitatibus* 484 d

E

Eleemoſynarius *inſignis B. Petrus de Luxemb.* 544 c. *Etiam ex pecunia mutuo accepta* ibid. f, *vel ab ipſis famulis* 546 b. *Projicit clam pecunias pauperibus ex feneſtra* 545 c. *Annulum vendi jubet ad faciendas eleemoſynas* 546 d. *Poſt ejus mortem inventus unus tantùm francus* 512 d
Eleemoſynæ *& beneficia S. Ottonis prænuntiantur in viſione poſt annos quinque præmianda* 461 a
Epiſcopatûs *causâ non plus dediſſe ſe ajebat S. Gallus, quam trientem coquo, qui ſervivit ad prandium* 166 b
Epiſcopus *eligitur S. Leonorius æt. 15 an.* 124 f
Exhortatur *egregiè S. Otto neophytos Pomeranos ad fidem & bonos mores* 396 e

F

Febricitantes *non ſine perpetuo prope miraculo à S. Gallo curantur* 108 f, 109 a
Ferocem *equum domat B. Joannes Vicentinus* 482 a
Fideles *à veſpera Sabbati ceſſabant ab opere, in reverentiam diei Dominicæ ſubſequentis* 71 e
Flagellis *corpus cædit B. Petrus de Luxemb.* 513 a
Fletus *S. Pambonis, quod tantum non adhibeat curæ, ut placeat Deo, quantum mulier mundana, ut placeat hominibus impudicis* 37 f. 38 c
Flexibilitas *membrorum B. Petri de Luxemb. poſt ejus mortem* 563 c e & alibi
Fons, *in quo loti erant panniculi S. Theoderici, à ſordibus ſervatus* 65 c
Francus *unicus poſt mortem B. Petri de Luxemb. inventus* 512 d
Frugalitas *S. Ottonis Ep. in victu & veſtitu* 388 f. *Dixiſſe fertur, numquam ſe ad ſatietatem panem in epiſcopatu comediſſe* ibid. *Lucium duobus ſolidis emptum recuſat comedere, & ad ægrotum aut paralyticum deferri jubet* 389 a
Furibundi, *inſtigante ſacrificulo, haſtas in S. Ottonem vibraturi, obrigeſcunt.* 415 d

G

Gallinæ *à vulpibus illæſæ ab illo tempore, quo S. Domitianus oratione vulpem peremerat* 51 a.
Gloria *S. Pambonis, obnixè gloriam fugientis* 39 a

H

Hæreticos *plures comburi fecit B. Joannes Vicentinus* 485 a
Hortatur *Dux Vrotiſlaus ſubditos ad fidem Catholicam capeſſendam egregiâ oratione* 408 a
Hortatur *domeſticos ad bonos mores & ad frequentem confeſſionem B. Petrus de Luxemb.* 551 a, b, c. *Etiam oblato præmio* ibid. c. *Morti proximus hortatur fratrem ſuum Andream, ut eligat ſtatum eccleſiaſticum præ ſeculari* 558 c
Hoſpitalitas *S. Pambonis abbatis* 37 a
Humilitas *S. Pambonis abbatis*, 6 f. *Fatetur nondum ſe ſpatio decem annorum practicè didiciſſe hunc verſum:* Dixi, cuſtodiam vias meas, ne delinquam in lingua mea 37 e
Humilitas *Theoderici Regis, humeris ſuis S. Theoderici corpus ad ſepulcrum deferentis* 70 b
Humilitas *S. Ottonis, ad Bambergenſes infulas evecti* 427 f. *Nudipes tempore hiemali ad eccleſiam ſuam deducitur* 428 c
Humilitatis *ergo nomen immutat S. Theodericus* 64 c
Humilitatem *perfectiſſimam ſpirat teſtamentum B. Petri de Luxemb.* 608 a b. *Idem Beatus, canonicus exiſtens Pariſiis, fert Crucem in proceſſione, aliis canonicis præ ſuperbia id recuſantibus* 510 b 533 f. *Ambit viliſſima loca in choro* 533 e

I

Ictum *ſecuris evadit S. Otto* 417 a, 446 c
Jejunia *rigidiſſima S. Monegundis* 304 a
Jejunia *rigida B. Petri de Luxemburgo* 536 a. *Etiam in pane & aqua* ibid. 537 f. 538 a
Ignem *fert illæſa manu & pallio S. Symeon Salus* 153 e
Incendia *extincta meritis B. Petri de Luxemb.* 584 a & ſeqq.

Incendium *Arvernenſe extinctum à S. Gallo* 107c
Infanti, *ad latus matris noctu extincto, vita per S. Lidanum impetrata* 346 a
Injurius *S. Gallo Ennodius, prædicitur ab eodem non conſecrandus Epiſcopus, tametſi jam eſſet electus* 107 a
Innocentia *B. Joannis Vicentini calumniis apud Pontificem agitata, ſed defenſa per Mutinenſem Epiſcopum, jurantem, ſe vidiſſe Angelum infixiſſe Crucem auream fronti Joannis prædicantis* 482 c
Innocentia *S. Danielis Stylitæ, contra obtrectatores miraculo probata* 665 f
Innocentia *Emmæ Reginæ, per novem candentes vomeres probata* 322 d

L

LAcrymæ *B. Petri de Luxemb. ex Eccleſiæ ſchiſmate* 513 e
Lapides *ac liquatum plumbum ſuperant Caſtus ac Secundinus MM.* 27 b, c
Leones *lambunt pedes SS. Caſti & Secundini* 24 e
Liberatur *energumenus patrocinio S. Carileſi* 99 f, 101 f. *Captivi ab S. Eparchio* 113 b. *Item fur patibulo appenſus* 113 f. *Alius item, inverſis pedibus ſuſpenſus* 114 a. *Mulier à barbaris capta, ope S. Rumoldi* 245 f. *Demoniacus* 247 a. *& energumenus* ibid. *Ancillula, implorans opem S. Swithuni, à diris cruciatibus* 431 e. *Condemnatus primò ad ignitum ferrum, & deinde ad mortem, ope S. Swithuni à morte liberatus* 335 f, 335 a, b, c. *Item parricida dirè tortus* 335 e. *Captivus è diro carcere, per S. Ottonem* 414 c
Liberat *captivos omnes Miſlaus Princeps, oratione S. Ottonis permotus, ad ſpiritualem templi, id eſt cordis, dedicationem* 411 b, c, 443 e. *Quem etiam inducit Sanctus ad liberandum potentis Dani filium, ferro & catenis onuſtum* ibid. e, f. 444 a, b. *Liberatus juvenis ope S. Lidani à morte* 438 c
Liberatus *vinculis, & miraculosè in patriam reductus Wiricus ad invocationem S. Ottonis, ei apparentis* 440 a, b, c
Liberatus *à præſentiſſimo mortis periculo hæreticus, invocans opem B. Petri de Luxemburgo, & ſpondens ſe catholicam religionem amplexurum* 501 e. *Item liberantur inſontes à morte, per ejuſdem Beati interceſſionem* 502 c. *Et captivi* 579 c & ſeqq. *A ſubmerſione* 589 d, 593 b, 597 e. *Item fur à ſuſpendio* 604 b
Limina *Apoſtolorum viſit S. Rumoldus* 241 f. *Et S. Oudoceus* 320 d
Limina *Apoſtolorum viſere deſiderat B. Petrus de Luxemburgo* 552 c
Linguæ *moderatio B. Petri de Luxemb.* 514 f
Litteras *addiſcit trium dierum ſpatio S. Leonorius* 121 b, 124 f
Lux *ſuper corpus occiſi S. Procli M.* 63*a. *Item lux cæleſtis affulget SS. Caſto & Secundino* 24 f

M

MAria, *Virgo Deipara, quam piè culta à B. Petro de Luxemburgo* 515 c
Maria *contra Moyſem murmurans & ſe jactans, leprâ percuſſa, dein Moyſis precibus ſanata* 12 a
Martyrii *deſiderium in S. Ottone* 399 f. 412 f. *Sanctus idem, ad necem quæſitus* 400 a, *à barbaro in lutum proſternitur & verberatur* ibid. b. *Iteratum martyrii deſiderium* ibid. c
Martyrii *deſiderium in B. Petro de Luxemb.* 560 f
Martyrium *S. Proculo revelatum.* 62 * d
Miracula *in tranſlatione corporis S. Abundii patrata* 46 * c, d, e
Miracula *viſa patrari ab Apoſtolis, SS. Proceſſum & Martinianum ad Chriſtum Dominum convertunt* 303 f
Miracula *à B. Petro de Luxemburgo patrata probant eum incomparabilem Thaumaturgum* 494 e. *Scriptor coævus, anno uno cum paucis menſibus poſt Beati mortem, numerat mille nongenta & ſexaginta quatuor miracula* 495 a. *Mortuos ad vitam revocatos* 42 ibid. b
Miracula 964, *ope B. Petri de Luxemburgo patrata, intra duos ab obitu ejus annos* 505 a
Miraculoſi *Rhombones capti à piſcatoribus Stetinenſibus* 446 a
Miſericordia. *S. Hilarii Aviciac. partem pallii pauperi dantis* 41 d. *S. Ottonis Ep., corpus mulieris mortuæ præ fame, ad ſepulcrum humeris deferentis* 390 a. *Item ſua omnia famelicis diſtribuentis.* ibid. *B. Petri de Luxemburgo, jubentis annulum ſuum vendi* 514 d. 521 b. *Pecunias clam per feneſtras projicientis* ibid. e. *Decem pauperibus quotidie alimenta miniſtrantis, ac pauperum patroni* ibid.
Monachis *Pambo honorem exhiberi jubet* 38 b
Monachus *è milite factus S. Petrus Patricius, in gratiarum actionem, quod eſſet in bello ſervatus* 289 c
Monitio *ad clericos de ſectanda mediocritate* 246 d
Mortui ad vitam revocati. *Duo infantes à S. Servano* 58 b. *Puer juxta ſepulcrum S. Proculi* 63 * a. *A B. Joanne Vicentino mortui decem* 477 b, 481 f, 484 f. *Filia Theoderici Regis, à S. Theoderico* 68 c. *Mortui reſuſcitati à B. Petro de Luxemb.* 567 e & ſeqq.
Mortuus *ex ſuſpendio, vita redditur à S. Eparchio* 115 f
Mortuus *puer ad vitam revocatur ope B. Petri de Luxemb.* 567 e, 589 f. 600 c, 602 a, 603 b, 604 c & ſeqq., 626 b c. 594 f. *Juvenis reſuſcitatus* 627 a
Mortuus *puer in tumulo S. Herculani M.* 14 * f
Mulier *à fluxu ſanguinis liberata per ſanguinem S. Proculi M.* 63 * a
Mulier *falſo accuſata, ope B. Petri liberata* 625 c
Muliebrem *aſpectum horret S. Carileſus* 97 b. *Mulieres à cœnobio arcere ſtatuit,* ibid. c. *Reginam Ultrogotam, etiam munera promittentem, admittere in monaſterium, ad ſe videndum, renuit* ibidem b, c
Munificentia *profuſa S. Ottonis in proſpiciendo locis ſacris de ſacra ſupellectile* 388 a. *Item in fundandis reſtaurandiſque cœnobiis* 431 b. *Erga cœnobium S. Michaëlis* 456 d
Muto *loquela reddita ope S. Carileſi* 100 d

N

NAufragi *ſoſpitati ope B. Petri de Luxemburgo* 579 c & ſeqq.
Navis *à naufragio liberata per litteras S. Eparchii* 114 b
Nomen *immutat S. Theodericus ex humilitate* 96 e

O

OCulo *& aure laborans, patrocinio B. Petri de Luxemb. ſanata* 600 a
Oculos *aperuit B. Petrus de Luxemburgo poſt mortem* 564 e

Oculus *Theodorici, Galliæ Regis, curatus à S. Theoderico per orationem & oleum ſanctum* 69 b, c
Oculus *ſanatus ope B. Petri de Luxem.* 589
Oratione *vulpeculam perimit S. Domitianus* 50 f
Oratio *S. Galli liberat populum Arvernenſem à lue inguinaria* 107 d

P

Pallii *epiſcopalis prærogativæ explicatæ* 429 f
Panis *divinitus ſubminiſtratus ſancto Domitiano* 51 e
Paralytici *ſanatione Vicarius ad fidem Chriſti converſus* 27 a
Patientia *S. Galli epiſcopi tanta, ut à presbytero percuſſus in capite, nec ſermonem quidem aſperum reſponderit* 106 f, 107 a
Patientia *in morbo B. Petri de Luxemb.* 560 e
Patrimonium *ſuum B. Petrus de Luxemburgo offert Fratri ſuo in compenſationem expenſarum bellicarum, nolens gravari bona eccleſiæ Metenſis* 554 f & ſeqq.
Patrocinium *Sanctorum implorandum tradit B. Gregorius PP.* 305 d
Peccata *leviora, frequenti confeſſione, etiam nocturnâ, expiat ac deſlet B. Petrus de Luxemb.* 515 c. *Ea quotidie ſcribebat in charta memoriæ gratiâ* 546 f. *Mortalis peccati expers* 514 b
Perfectio *Paceſii & Iſaiæ in uſu, & abdicatione divitiarum diverſa* 37 a. *S. Pambonis de ea judicium & viſio.* ibid. d
Periculum *partûs ſublatum ope B. Petri de Luxemb.* 577 b & ſeqq.
Pica *occiſa & comeſta, narratur à Cantipratano reſpondiſſe B. Joanni Vicentino, de ventre comedentis* 483 c
Pœnæ nocentibus inflictæ. *Barbarorum haſtis impetitur S. Otto, intrepidè Stetinenſium perfidiam arguens* 445 b. *Sed barbari obrigeſcunt* ibid. c. *Detractores B. Petro de Luxemb. puniti* 579 c & ſeqq. *Laborans in feſto Virginis aſſumptæ, morte punitus* 418 c. *Mulier laborans Dominica die, ſimiliter punita* 435 c. *Latrones S. Oudoceum depradari volentes, cæcitate puniti, & ſanati* 320 d. *Mortua corruit mulier pradives, contemnens Deum, quem prædicabat S. Otto, & die Dominica ſegetes metens* 399 a, b, c. *Mulier ad veſperam Sabbati laborans punita, ad S. Theoderici ſepulcrum curata* 70 f. *Mulier inverecunda, S. Carileſi monaſterium ſub habitu virili ingreſſa,* 98. *Profanaturus ſanctuarium ſacrificulus divinitus punitur* 439 e. *Sacerdos idolorum, ab S. Ottone monitus, ſed obſtinatus, miſera morte punitur* 404 b. *Sacrificulo, vitæ S. Ottonis inſidias ſtruenti, cervices fracta à diabolo* 446 f. *Alter à ſociis ſtrangulatus* 447 a. *Sacrificulus eidem inſeſtus, dira morte punitus* 417 d. *Seges, die feſto laborantis exuſta* 418 b. 447 c
Polygamiam *repudiat Dux Caminenſis coram S. Ottone, Pomeranorum Apoſtolo* 398 e
Potus *S. Proculi Mart. juſſu datur à cerva ſitientibus* 9 * f, 15 * a. 62 * b
Prædicationis *S. Ottonis ingens fructus apud Caminenſes* 435 b
Prædicit *S. Gallus epiſcopatum ſuum* 106 a
Prædicit *terræ motum S. Symeon Salus* 156 a
Prædicit *prolem Adoni ex ſterili conjuge B. Rumoldus* 242 b
Prædicit *S. Swithunus ceſſatura miracula, ſi monachi ceſſent à laudando Deum* 330 e. 332 f
Prædictio *B. Joannis Vicentini de electione Generalis* 483 e
Preces *ſanctæ Monegundis cælitus aquam impetrant* 314 b
Preces *aſſiduæ B. Petri de Luxemb.* 513 c 541 a *Nocturnæ ejuſdem preces cum ſua ſorore* 531 b. 540 b. *Precum frequentia* 540 c f. *Reverentia in precando* 541 d. *Varietas* 542 a. *Devotio* ibid. c
Precibus *vacans B. Joannes Vicentinus, cruce, ſtella & angelo honoratur* 472 f
Præſervati *à morte per interceſſionem B. Petri de Luxemb.* 567 e & ſeqq.
Prophetiæ *ſpiritus in S. Eparchio* 114 e. *Et in S. Symeone Salo* 156 a, b, c
Puer *à ſubmerſione liberatus ope B. Petri de Luxemb.* 591 c
Pueri tres *ſub ruina domus ſepulti, ope B. Petri de Luxemb. ſoſpitati* 585 a
Pueritia *B. Petri de Luxemb. ſanctè tranſacta* 530 e
Punita & curata *mulier in S. Abundium M. injuria* 46 * e, f
Punitus *Sacerdos, S. Ottonis detractor, ſubita morte* 454 c

R

Reſipiſcentia *Stetinenſium* 416 f
Reſtitutus *gallus, à vulpe captus, ope S. Rumoldi* 245 f

S

Sanatur *Præſes à cæcitate per SS. Caſtum & Secundinum MM., fruſtra ab eo invocato Apolline* 26 b c. *Per S. Herculanum M. ſurda, caca, muta, & toto corpore contracta* 38 *. *Claudus & impotens à S. Hilario Aviciac. ſanati* 41 d. *Muta ab eodem S. Hilario Aviciac., admoto ad os pollice* 41 d. *Brachium contractum ab eodem Sancto* 41 e. *Epilepticus in adventu Corporis S. Abundii M.* 46 * f. *Claudus per octennium pane à S. Floregio benedicto* 46 b. *Caci tres, ac totidem ſurdi & claudi per aquam à S. Servano benedictam ſanati* 58 d. *Infirmi curantur à S. Proculo M.* 61 * e. *Paralyticus à S. Proculo M. ſanatus* 62 * c. *Manus arida per S. Proculum M.* 62 * e. *Regis Theodorici oculus à S. Theoderico* 63 f. *Ad fontem, juxta monaſterium S. Theoderici, multa ſanationes facta* 71 c d, 72 & ſeqq. *Contractus ſanatur ope S. Carileſi* 99 d. *Item Contractus & cæcus ſanatur patrocinio ejuſdem Sancti* 100 e. *Debilis pedibus* ibid. f. *Calculi morbus* 101 c *Caci duo, quorum unus, ſubditus S. Dionyſii, ope S. Carileſi, alter ſubditus S. Carileſi, à S. Dionyſio ſanati* 101 f, 102 a. *Sanata quartana lectulo S. Galli* 107 c. *Febris, herbis ad ejuſdem Sancti tumulum ſparſis* 108 b. *Contracta mulier à S. Eparchio ſanata* 114 b. *Caci duo à S. Leonorio mirabiliter illuminati* 121 e. *Exſiccata manus projectu lapidis. Cruce inſigniti, ſanata per S. Symeonem Salum* 155 d. *Semimortuus per invocationem S. Rumoldi ſanatus* 246 f. *Surdus à S. Monegunde ſanatus* 314 c. *Item puella vulneribus plena* 314 f. *Puer morbidus* 315 a. *Paralyticus & cæca* ibid. b. *Pede laborans* 315 c. *Unus oculus cæci, dicente Sancta, alium à S. Martino ſanandum* ibid. d. *Sale & oleo ab ea benedictis, ſanantur ægri* 315 c *Et pes* ibid. *Sanatur mutus ope ejuſdem*

ejuſdem Sanctæ 315 d. *Alius item mutus* ibid. *frigoriticus* ibid. e. *Contractus, puer morbidus.* ibid. *Quartanarii & gulâ laborantes, datâ aquâ benedictâ* 316 c. *Innocens, graviſſimè punitus, ſanatur à S. Swithuno* 328 c. *Leproſus ad ejuſdem ſtatuam* 328 e. *Cæcus, oculis injuſtè orbatus,* 330 d. *Multi infirmi* 330 b, 331 a. *Mutus* 331 d. *Tres cæci* ibid. c. *Matrona cæca, promiſſis eidem Sancto multis donariis* 332 a. *Debilis, cæci* 16, *claudus, variè languentes, cæcus alter;* 333 b, c, d. *Item cæci quinque* 334. *Multi ægri* 335 d, e. *Item cæci duo* 336 d. *Utroque pede claudus* 337 a. *Puer equo delapſus* 337 b. Æger *per triennium vigiliis fatigatus, ope S. Lidani curatus* 345 d e. *Mulier paralytica,* 347 d. *Dæmoniaca* ibid f. *Item alia, omnibus ſenſibus deſtituta* 348 a. *Variæ ſanationes per vinum, cui intinctum mandibulum S. Ottonis* 377. *Item contra rabidos canes* ibid. *Puer ſanatus per S. Ottonem* 418 a. *Phreneticus* ibid. b. *Sanatur divinitus S. Otto, conſecraturus monaſterium* 423 b, 460 d, 431 f. *Duæ matronæ à S. Ottone ſanantur, pollicitæ ſe fidem & baptiſmum admiſſuras* 436 f. *Item lunaticus* 447. *Phreneticus, in locum delatus, in quo ſolebat orare & Miſſam celebrare idem Sanctus* 447 e. *Puer ad ejus ſepulcrum* 449 c, 450 b. *Et contracta* 450 c. *Cæcus & cæca* ibid, *Tumida puella* ibid. *Phreneticus* ibid. d. *Laborantes febribus* ibid. *& guttâ* ibid. e. *Quinque mulieres à dæmoniis liberatæ* 454 a. *Curatus pollex inflexibilis* 454 c *Item duo pueri* ibid. *Claudus ſurdus, mutus* 454 e. *Phreneticus* ibid. *& miles vitæ exſpes* ibid. *Mutus Ottingenſis ad ſepulcrum S. Ottonis loquelâ donatus* 461 e. *Cæcus Ulmenſis viſu* ibid. f. *Variæ aliorum ſanationes* 462, 463. *Puer è lapſu attritus, ſanatur ope B. Petri de Luxemburgo* 502 f. *Cæci duo, feſto ejuſdem Beati Avenione illuminati* ibidem. *Miles læſus mortaliter* 503 a. *Paralyticæ* ibid, *Puer à matre doctus invocare eumdem Beatum, è lapſu læſus, invocans Beatum iterato ſanatus* 503 c, d. *Juvenis è lapſu membra attritus, per interceſſionem B. Petri ſanatus* 524 d. *Id quod anniæ celebrationi feſti ejus cauſam præbuit* 525 b. *Muti* 571 e & ſeqq. *Febricitantes* 571 e & ſeqq. *Surdi* 571 e & ſeqq. *Impotentia manuum & brachiorum* 574 c & ſeqq. *Dementia* ibid. *Contractio, fractura* ibidem. *Lepra* 577 b & ſeqq. *Rabies* 574 c & ſeqq. *Gutta* 577 b & ſeqq. *Fluxus ſanguinis, fiſtula* ibidem. *Caduco morbo laborantes* 579 c & ſeqq. *Sacerdos fictè reverens erga Beatum, punitus & ſanatus* 582. *Gravella* 582 e & ſeqq. *Fluxus & dolor ventris* ibidem. *Capitis dolores* ibidem. *Impotentes tibiæ* 582 & ſeqq. *Morbi multi ac diverſi* 584 c. *Puerpera* 589 b. *Hernia* 589 c, 595 e. *Siccitas membrorum* 589 f. *Plaga incurabilis* 590 b, c. *Impotentia membrorum* 590 e. *Hydrops* 591 d. *Morbus caducus* 591 f. *Puer graviſſimè infirmus* 593 f. *Vulneratus duabus plagis* 594 b. *Infirma manus* 595. *Graviſſima infirmitas* 596 b. *Item alia* ibid. d. *Manus male affecta* 596 e. *Debilis ac loquelæ expers* 596 e. *Cancer in ubere* 598 b & ſeqq. *Scabies* 599 e. *Impotentia* 597 f, 599 f *Tibia inflata* 600 a. *Scabies* 600 b. *Dyſenteria* 600 d. *Fluxus ſanguinis* 600 f. *Puer mutus* 601 b. *Infirmus per biennium* 601 c. *Infans morti proximus* 601 f. ibidem e. *Malè affecta tibia* 602 d. *Dolores renium* 601 f, 602 f. *Febris* 602 c, *Brachii debilitas* ibid. *Contritus pollex ſanatus ope B. Petri de Luxemb* 627 b

Sanationes *variæ ope S. Raymundi Toloſani factæ* 686 c, e

Sanctioris *vitæ occaſio S. Symeoni Salo peregrinatio Hieroſolymitana* 138 a

Sapientia *S. Symeonis Sali miraculis probata* 153 e & ſeqq. *Et prophetiis* 156 b

Scipiones, *à SS. Rumoldo & Gummaro terræ infixi revireſcunt* 261 b

Sepulcrum *Chriſti viſere deſiderat B. Petrus de Luxemb.* 552 c

Sepulcrum *eligit B. Petrus de Luxemb. in cœmeterio inter pauperes* 608 a, b. *Sine apparatu* 559 b

Sepultura *S. Symeonis Sali angelicis cantibus honorata* 168 a

Sepulturam *veliſſimam elegit B. Petrus de Luxemburgo in cœmeterio pauperum* 559 b & alibi

Serta *roſacea excommunicat B. Joannes Vicentinus, irrogatâ divinitus in transgreſſorem pœnâ* 482 f, 483 a

Servata *à lupo mulier ad invocationem S. Swithuni* 328 c

Servatum *à flammis caput S. Lidani cum capſa, tota conflagrante eccleſia* 347 c

Silentium *imponit ranis coaxantibus S. Lidanus, percuſſa baculo palude* 345 c

Spiritualia *colloquia B. Petri de Luxemburgo cum Philippo de Mazeriis* 548 f & alibi

Spoliati *à prædonibus, ope B. Petri de Luxemb. ſoſpitati* 579 c & ſeqq.

Sterilitas *mulieris ſublata patrocinio B. Petri de Luxemb.* 602 c

Stultus *propter Chriſtum S. Sym Salus* 152 c & ſeq.

Suada *potens in B. Joanne Vicentino ad componendam pacem inter diſſidentes* 484 d

Submerſus *S. Libertus vitæ redditus à S. Rumoldo* 242 c

Submerſus *ad vitam vocatus ope B. Petri de Luxemb.* 603 d, e, f

Superbia *Amani punita* 13 e

Superſtitiones *Stetinenſium à S. Ottone abolitæ* 403 f. *Exſtructa ab eodem baſilica* 405 a

T

Taciturnitas *mira S Pambonis abbatis* 36 f

Templum *Apollinis delapſum precibus SS. Caſti & Secundini MM.* 27 f

Tranſlatio *corporis S. Swithuni mirabiliter ſignificata* 329 a

Tumulari *voluit S. Swithunus ſub dio* 327 f. *Deinonet intra eccleſiam collocandum corpus* ibid.

V

Vanæ *gloriæ odio S. Symeon Salus patrat miranda, non imitanda* 153 f

Vaſa *aurea aliis Pambo jubet diſpenſari* 36 d

Vaſculum, *à S. Careſo Regi Childeberto porrectum, non evacuatum, donec omnes Regis Comites ex eo bibiſſent* 95 a

Vendit *omnia & ſtatum monaſticum amplectitur S. Domitianus* 50 a

Verba *S. Floregii morti proximi de vita æterna* 46 d

Verberibus *excipitur S. Symeon Salus, ſtultitiam mentitus* 152 c

Veſtem *nobilem à Boleſlao, Duce Poloniæ, ſibi donatam, S. Otto ad fœdum leproſum deferri jubet* 419 f & ſeqq.

Victoria *B. Petri de Luxemburgo in reſrænando*

do gulam 538 a
Victoria *ope S. Rumoldi Mechlinienſibus conceſſa* 200 d
Victûs *frugalitas B. Petri de Luxemb.* 539 e
Vinum *è dolio effuſum reſtituit B. Joannes Vicentinus* 482
Vinum *in acetum, & acetum denuo in vinum mutat S. Symeom Salus* 165 e
Virginitas *B. Petri de Luxemb.* 531 e, 532 b e
Virginitatis *amor, à Sophia, Belæ Hungarorum Regis filia, heroico exemplo comprobatus* 421 b & ſeqq.
Virginitatem *perſuadet ſuæ ſponſæ S. Theodericus* 65 e
Virtutes *Cardinales B. Petri de Luxemb.* 514 f
Viſitans *templum matrona SS. Proceſſi & Martiniani, ex illis intelligit quod ſibi futuri ſint propitii in die judicii* 305 d
Viſus *reſtitutus mulieri à S. Proculo M.* 61 * b, c
Voluntas *mala magis impedit bona, quam damon* 38 e
Votum *vovens mulier valdè morbida, patrocinio S. Swithuni ſanatur* 332 b. *ſed ingrata, denuo relabitur, & iteratò curatur* ibid. c
Votum *elevandi reliquias S. Raymundi Toloſani, liberat Toloſates à peſte* 678 c, 685 f
Vox *ſuperbi diaconi redditur ingrata* 107 b, *& rurſus grata reſtituitur* ibid.
Urbi Claromontanæ *in perpetuum impetraſſe traditur S. Gallus, ut, orto ibid. incendio, una tantùm domus comburatur* 108 f.

Z

ZElus *animarum in S. Symeone Salo* 150 b
Zelus *animarum B. Petri de Luxemburgo, nullis difficultatibus territi* 551 c

ERRATA QUÆDAM

Fere in numeris tantùm, ſic corrigenda.

Pag. 186 *numero* 5 *lineâ* 4—*num.* 76—*lege—num.* 100.
487 *num.* 12 *lin.* 1—*articulo interrogatorio* 13—*lege—articulo interrogatorio* 12.
Ibid. lin. 11 — *reſponſo teſtis* 11 *ſupralaudati—adde—ad articulum interrogatorium* 13.
488 *num.* 17 *lin.* 1—*numero apud nos* 104—*l—numero apud nos* 124.
489 *num.* 23 *lin.* 2—*proceſſûs caput* 10—*l—proceſſûs caput* 11.
490 *num.* 26 *lin.* 6—*teſtis* XV *&* XVI *num.* 185 *&* 186—*l—teſtis* XV *&* XVI *num.* 183 *&* 184.
498 *num.* 66 *lin.* 9—*numero* 8—*l—numero* 9.
Ibid. lin. 22—fuerit—*l—fuerit.*
Ibid. num. 67 *lin.* 9—*cap.* 1 *num.* 38—*l — cap.* 2 *num.* 39. *Expungantur ſequentia—Vide etiam dicti proceſſûs cap.* 2 *num.* 39.
Ibid. lin. 25—*ex cap.* 4 *num.* 61 — *l — ex cap.* 4 *num.* 63.
Ibid. lin. 38 — *num.* 22 — *l* — *num.* 23.
Ibid. lin. 39—*num.* 25—*l—num.* 28.
Ibid. num. 68 *lin.* 6—*à num.* 31—*l—à num.* 33.
Ibid. lin. 30—*cap.* 10—*l—cap.* 11.
Ibid. num. 69 *lin.* 3—*à num.* 36—*l—à num.* 38.
Ibid. lin. 20—*num.* 40—*l—num.* 42.
500 *lin.* 8—*à num.* 65—*l—vide num.* 65.
Ibid. num. 77 *lin.* 15—*prioris—l—priore.*
Ibid. num. 79 *lin.* 18—*cap.* 10—*l—cap.* 11.
501 *num.* 81 *lineâ ultimâ—cap.* 8—*l—cap.* 9.
503 *num.* 94 *lin.* 19 — ut chirurgus manus ei admovere vellet, dicebat—*l*—ut, dum chirurgus ei manus admovere vellet, diceret.
507 *num.* 118 *lin.* 4—*num.* 34—*l—num.* 36.
534 *num.* 54 *circa finem—cap.* 10—*l—cap.* 11.
543 *num.* 115 *lin.* 5—*cap.* 10—*l—cap.* 11.
Ibid. num. 117 *circa finem—cap.* 10—*l—cap.* 11.